agua les da de ſus ojos
y recibe en cambio ſangre.
El viejo Gonçalo Buſtos
con las anſias mas notables
que han cauſado ſentimientos
ni han engendrado deſaſtres,
no hablo palabra alguna
que no es bien embaraçarſe
en puerta do ſalen muchos
de ſuerte que nadie ſale.
A Dios pide mil venganças,
con mas de dos mil ſeñales,
con mas pauſas que palabras
les dize razones tales.
Bien parece que es vn Rey
el que a ſu meſa me trae,
pues que las frutas de poſtre
tan grande intereſſe valen,
porque los eſtremos cuente
y los medios dexe a parte,
es el por ſiete hijos muertos,
y vna gran traycion el antes
Mucho ſe ha alargado el Rey,
mas que mucho que ſe alargue
pues quiere mi deſuentura
que el combide y que yo gaſtes

no



y para defenſa
quintaron la gente
en toda la tierra,
y porque mi cuyo
tenia mucha fuerça,
todo el regimiento
le dio la vandera,
fue con los ſoldados
a eſtar en frontera,
y foylo yo aora
de quatro mil penas,
en tal ocaſion
ſi fuera Condeſa
diera cien ſoldados
porque me le dieran.
Bien aya la paz
mal aya la guerra.
Pues quando las otras
ſus contentos ſueñan,
yo ſueño cuytada
armas y peleas,
ellas van alegres
a baylar la fieſta,
quedome yo triſte
a llorar auſencias,
a la proceſsion

 fue



no me eſpanto amados hijos
veros y verme en tal trance,
porque vn traydor encubierto
es ſeñor de mil leales.
Si el ver muerto vn hijo ſolo
la paciencia acaba a vn padre,
ver ſiete y a traycion muertos
la vida es razon que acabe:
y pues el numero ſiete
tiene excelencias tan grandes,
no ay trabajo como el mio,
pues de ſiete cauſas nace,
pudieras traydor injuſto,
homicida, aleue infame,
dexarme de ſiete el vno
para dexar de acabarme,
mas quiſiſte temeroſo
q̃ vn traydor ſiépre es cobarde,
porque vengador no quede
acabar todo vn linage.
Pues mal logras juuentudes,
dignas de dos mil edades,
llamente Velazquez ruyn,
no te llamen Ruy Velazquez.

Enſa-

Flor... 29 diverſorum

ayer Madalena
la saya verde
ollar de perlas,
ndremele yo
lagrimas tiernas,
en aya la paz
al aya la guerra
a no puedo ver
saya dominguera,
ni puños labrados
ni gorguera buena,
la cofia me ofende,
los çarcillos pesan,
los corales matan,
cansa la patena
quien tiene contento
quire no le pierda
que no estima el bien
quien el mal no prueua
bien aya la paz
mal aya la guerra,
Por su Pedro Juana
cantaua estas quexas,
llorando memorias
de tristeza llenas,

Oug



el mejor dicho en su farsa,
resplandeciente hermosura,
pared por defuera blanca
pauos q̃ hinchays vanas plumas
haziendo ruedas hinchadas
Esta triste mortaja
sola del mundo Saladino saca.
Pies tiene la breue vida
limite la suerte humana
y vn mar q̃ amenaza al cielo
arena le tiene a raya.
Vna pequeñuela piedra
quando del monte se arranca
si al barro toca, deshaze
de Babilonia la estatua,
Por las venturosas calles
de Ierusalem la santa
el que lo prouo lo dize
vn lienço puesto en la lança
Esta triste mortaja
Sola del mundo Saladino saca.

Otro Romance.

BEsando siete cabeças
de siete muertos infantes

agua



pues cabe la fosa
donde me sepultan.

Otro Romance.

ASomaos humano engaño
a las ventanas del alma
abrildas bien que el entierro
del gran Saladino passa,
y por rica herencia dexa,
lo que en vida alegre y larga
despues de auellas sumado
montaron vitorias tantas
del roxo mar en cadena
del roto orgullo de Francia
de la saqueada Egypto,
de tanta presa y hazañas
Esta triste mortaja
sola del mundo Saladino saca.
Ay auarientos desseos
que buscays dudosas aguas,
y viuos os enterrays
buscando el oro y la plata
potencia y glorias del mundo
sueño y modorra pesada,
Reyes que en la tierra hazeys



Otro Romance.

OY haze prueua de amor
vn zagalejo del Tajo
que de su zagala parte
por estremo enamorado,
y aunq̃ es tan breue el ausencia
que en los alcores cercanos
del apazible Xarama
boluerao a verse entrambos,
sien te el apartarse della,
como tanto quiere, tanto,
que los ardientes suspiros
alteran el ayre manso
Gloria de mi vida dize,
y cielo de mi descanso,
como viuire sin ti
si viuo como te hablo,
a pesar de mi fortuna
contare al tiempo los passos
porque en breue nos gozemos
con reciprocos abraços
al menos queda segura
que de tu presencia parto
con el cuerpo que me lleua
sin alma y sin ti forçado,

I 3 y quē



que no excedi vn punto dellas
antes como leal vassallo
saque a mi Rey de sospecha.
O inuidiosos Castellanos
quan mal pagays la defensa
que tuuistes en mi espada
ensanchando vuestras cercas:
veys aqui os traygo ganado
otro reyno y mil fronteras
que os quiero dar tierras mias
aunq̃ me echeys de las vuestras,
bien pudiera darlo a estraños,
mas para cosas tan feas
soy Rodrigo de Viuar
Castellano a las derechas.
Esto diziendo el buen Cid
a su alferez dio la seña,
y van los monges cantando
hasta el altar con sus velas,
arrodillose en entrando
y en alto las manos puestas
hizo vna larga oracion,
y luego a dezir comiença.
Cuelguen aqui por despojos
aquestas rotas vanderas,
por dexar algo a mi patria

de la



Otro Romance.

MVdanças del tiempo
y glorias caducas
en mis dias claros
me han dexado a escuras,
Nublosos cuydados
que gustos enturbian,
tendieron el velo
de tristezas muchas.
Quedo escuro todo,
y hecho yo lechuza
de la luz me guardo
que no me descubra.
A lo hypocriton,
desde esta mi funda
saco la cabeça
como la tortuga.
Miro si me ven,
oyo si me escuchan,
atiento me mueuo
por andar en duda.
Ya no me conozco
despues que entre en ronda,
que nueuos estados
a qualquiera mudan.

La



Ensaladilla.

VN Ienizero Portugues
recien venido a Castilla,
mas valiente que Roldan
y mas tierno que Macias,
en vn lugar de la mancha
que no le saldra en su vida
se enamoró muy de espacio
de vna bella casadilla;
que vendiendole Ruan
para cuerpos de camisa
vna tarde le conto
sus amorosas fatigas,
y escuchauaselas ella
ni muy falsa, ni muy fina,
q̃ es grande alcahuete vn fardo
de olanda y hilo de pita:
derretido el Portugues
al sol de su hermosa vista
a cada vara que mide
vn palmo le daua encima,
alabauale su tierra,
su nacion, su fidalguia,
su musica sus regalos,
su espada en Africa limpia,

pro-



que han hecho mayor mi
con la fuerça de mi daño:
colgare entonces del templ
entre veludos mojados,
los grillos de mi prision
y la tabla del milagro.
Y al fin de toda la historia,
a los pies de mi retrato,
por memoria escriuire
el dolor que sufro y callo:
O terribles agrauios (labi
matame, el alma y cierranme.

Otro Romance.

Aya la paz,
mal aya la guerra,
que aquella da gustos
y estotra los quema,
gozaua yo triste
vna dulce prenda,
que pudiera serlo
de la Reyna Elena:
su vida y su alma
mis dos ojos eran,
mi alma y mi vida

Iosa

Otro Romance.

OY haze prueua de amor
vn zagalejo del Tajo
que de su zagala parte
por estremo enamorado,
y aunq̃ es tan breue el ausencia
que en los alcores cercanos
del apazible Xarama
bolueran a verse entrambos,
siente el apartarse della,
como tanto quiere, tanto,
que los ardientes supiros
alteran el ayre manso
Gloria de mi vida dize;
y cielo de mi descanso,
como viuire sin ti
si viuo como te hablo?
a pesar de mi fortuna
contare al tiempo los passos
porque en breue nos gozemos
con reciprocos abraços
al menos queda segura
que de tu presencia parto
con el cuerpo que me lleua
sin alma y sin ti forçado,

 y quē



que qual si fuessedes Musa
hazeys que vomite coplas,
pena que sigue al pecado
es aquesta ciencia loca
que siempre se anda tras mi,
que es de mi pobreza sombra.
no os espanteys que de bozes
y que los sordos nos oygan
y que en las plaças al vulgo
cuente mi afligida historia
que esta nueua imposicion,
y estar condenado en costas
me hazen passar de raya
y mi sufrimiento agotan
mas quiero tener paciencia
pues no ay orden de otra cosa,
que si a solas no pudiere
alfin justare en la folla.

Otro Romance.

EN el caudaloso rio
donde el muro de mi patria
se mira la gran corona
y el antiguo pie se vaña
desde su barca Alcion

sus-



suspiros y redes lança,
los suspiros por el cielo,
y las redes por el agua,
y sin tener manzilla
miraualo su amor desde la o[rilla]
En vn mesmo tiempo salen
de las manos y del alma,
los suspiros, y las redes
hazia el fuego, y hazia el [agua]
ambos se van a su centro,
do su natural los llama,
desde el coraçon los vnos,
los otros desde la barca.
Y sin tener manzilla
miraualo su amor desde la orilla
El pescador entre tanto,
viendo tan cerca la causa,
y que tan lexos esta
de su libertad passada,
hazia la orilla se llega
adonde con ygual pausa
hieren al agua los remos
y los ojos della el alma,
y sin tener manzilla
miraualo su amor desde la orill[a]
Y aunque el desseo de verla

par

con los *moros* de Valencia
los vencidos estandartes
con las medias lunas lleuan
arrastrandolas delante
de aquel de la cruz bermeja
las trompetas van sonando
por dar auiso que llega,
señalandose entre todos
los relinchos de Bauieca
el Abad y monges salen
a recebirle a la puerta,
dando alabanças a Dios
y al Cid mil enorabuenas
apeose del cauallo,
y antes de entrar en la Iglesia
tomo el pendon en las manos
y dixo desta manera,
Salido ti templo santo
desterrado de mi tierra
y aora bueluo a visitarte
acogido en las agenas.
Desterrome el Rey Alfonso,
porque alla en santa Gadea
le tome aquel juramento
con mas rigor que el quisiera:
las leyes eran del Reyno





siendo para mi entredicho
negocio donde entran bodas,
huyo de cosas de asiento,
porque corro por la posta:
ligeros quiero los gustos
mas que cauallos de Europa,
soy malo para ser vela
de muralla boqui rota,
y valgo para Argos poco,
que tañe el mundo çampoñas,
no pretendo entretenerme
entre arrayan, suelda, y gomas,
para andar empandillado
con el azar de vna sota,
no quiero andar entre çarças
y coger marchita rosa,
ni dar a mis libres manos
tan insufribles esposas,
despues que por los serenos
he consumido mas drogas
que desembarcan las Indias
en Seuilla y en Lisboa,
despues q̃ he dado mas bueltas,
que vna rueda de tahona
armado como relox,
hecho phantasma a deshoras,





despues que almaciga tiñe
este color de Etiopia,
y sujete mi cabeça
a tocadores y cofias,
despues que el humor me falta
que daua a mis ramas hojas,
pues fuystes para mi tronco
qual yedra consumidora:
despues que me aueys chupado
qual sanguisuela o esponja
de mi cuerpo la salud,
y la sangre de mi bolsa,
quereys estrechar mi alma
y abaxalla de su pompa,
echando a su ceruiz flaca
coyunda tan enfadosa?
Si al principio yo entendiera
estas leyes rigurosas
no viera vuestros vmbrales,
mas soys como lima sorda,
a tal punto soy venido
viendo os cõ mi hazienda poca,
que por cobralla mil vezes
estoy por echar la soga,
solo vn consuelo me queda
de verme tan en pelota,





y que no veran mis ojos
en la aldea ni en los campos
cosa que alegrar los pueda
faltando los tuyos claros.
si puedo viuir zagala
es porque tu nombre hallo
que va escrito en *mi memoria*
y en mi *alma* tu retrato.
alla passare contigo
dulces y sabrosos ratos:
que bastan a hazellos dulces
memoria de los passados,
azelera tu partida
que como te digo aguardo
lleno de esperanças tuyas
porque viuire esperando,
y entre lagrimas y quexas
partio del aluergue amado
cercado de pensamientos
que es propio de enamorados.

## *Otro Romance.*

Vitorioso bueluel el Cid
a san Pedro de Cardeña,
de las guerras que ha tenido





ra apresurarle arma
otros remos la barquilla
el coraçon de otras alas
rque la ninfa no huya
llega mas que a distancia
donde tan solamente
cuche aquesto que canta
blad al cielo suspiros
mitad quien os leuanta
vn pecho que es tan humilde
partes que son tan altas,
vosotras redes mias
tas en las ondas claras,
onde os visitare
n mis lagrimas cansadas.
exadme triste a solas (olas
al viento al viento, y olas alas
Dexadme vengar de aquella
que toma de mi vengança
por mas leales seruicios
arenas tiene esta playa
Dexadme ñudosas redes
que veys que es cosa clara
que mas que vosotras ñudos
tengo para llorar causas.
Dexadme triste a solas





dar viento al viento, y olas a olas.

## *Otro Romance.*

Svbieron a Geromilla
sus padres que no deuiera
de çapatillo ordinario
a chapin geruilla y media,
como se vio sobre corcho
dio en liuiana de ligera,
nueuos alientos cobrando
que la van parando hueca,
los ojos puso en vn jouen
que dexando las escuelas
vino al lugar con mas grados
que tiene toda la Sphera:
vio sus parentes doradas
con muchas listas bermejas,
y como toro en el coso
la pobre niña se ceba:
a los segundos recaudos
los concerto vna tercera,
y en menos de vn quarto su
todas sus partes y letras,
y sintiendose con brios
de musica y de poeta,

Q. HO
PO

OMNIA POEM
& Argumentis vb
Parrhasi

SCHOLIISQVE
bellici, Lodouici C

HIS NOS PRAE
Antonij Thyle

NICOLAI PERO
odarum Auctoru vit

Index copi



A P V

# Q. HORATII FLACCI
## POETAE VENVSINI,

OMNIA POEMATA CVM RATIONE CARMINVM, & Argumentis vbique insertis, Interpretibus Acrone, Porphyrione, Iano Parrhasio, Antonio Mancinello, necnon Iodoco Badio Ascensio viris eruditissimis.

*SCHOLIISQVE ANGELI POLITIANI, M. ANTONII SAbellici, Lodouici Cœlij Rodigini, Baptistæ Pij, Petri Criniti, Aldi Manutij, Matthæi Bonfinis, & Iacobi Bononiensis nuper adiunctis.*

HIS NOS PRAETEREA ANNOTATIONES DOCTISSIMORVM Antonij Thylesij Consentini, Francisci Robortelli Vtinensis, atque Henrici Glareani apprime vtiles addidimus.

*NICOLAI PEROTTI SIPONTINI LIBELLVS DE METRIS odarum Auctoris vita ex Petro Crinito Florentino. Quæ omnia longe politius, ac diligentius, quàm hactenus excusa in lucem prodeunt.*

Index copiosissimus omnium vocabulorum, quæ in toto opere animaduersione digna visa sunt.




VENETIIS,
APVD IOANNEM MARIAM BONELLVM.
M. D. LXII.

# Q. HORATII FLACCI VITA, PER PETRVM CRINITVM FLORENTINVM.



VINTVS Horatius Flaccus in Venusio Apuliæ oppido natus est: patrem habuit Libertini generis. Vnde illud: Quē rodunt omnes Libertino patre natum. Pro certo habetur eius natalem fuisse duobus circiter annis ante coniurationē L. Sergij Catilinæ, quo tempore celebres erant in ciuitate, ex poëtis: Valerius Catullus, Licinius Caluus, & Heluius Cinna. ex oratoribus M. Cicero, Q. Hortensius. & Q. Catulus. ex philosophis Varro Terentius, & Figulus Nigidius. Orbilium Beneuentanum (vt constat) à puero audiuit, quem appellat alicubi plagosum, ac mirum quàm breui tempore in bonis literis profecerit. Ingenio enim facili, & auidissimo fuisse traditur in capiendis optimis disciplinis. Vbi autem satis visus est nauasse operam Latinis studijs, Athenas se contulit vt Philosophorum præceptis liberius incumberet, maximeq. Epicureorum placita videtur probasse, vt illud vrbanum dictum testatur:

*Me pinguem, & nitidum bene curata cute reuises,*
*Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.*

Moribus dicitur fuisse subobscœnis, & ad bilem interdum paullo excitatior: adeo erga amicos gratus, atque officiosus, vt nobiliorum etiam studijs, & gratia clarior in dies, ac nobilior esset. Nam primo dignitatem Tribunitiam honestis suffragijs est adeptus, & Romanæ legioni præpositus, quod ipse de se scribit. Amicos vero habuit ex poetis Albium Tibulum. Quintilium Varū, cuius obitum officiose deplorat: Valgium consularem, Virgiliumq. ipsum: ex prima nobilitate Iulium Florū, Maximum Lollium, & Mœcenatem, cum quo supra septem annos summa familiaritate vixit, quod cum locis multis, tum maxime his versibus apparet.

*Septimus octauo propior iam fugerit annus,*
*Ex quo Mœcenas me cœpit habere suorum*
*In numero.*

Nam cum ipso quidem Horatio iocari liberius Mœcenas, atque agere consueuit, eidemq. concredere sua studia. In rebus ciuilibus cum ipsa ciuitas magnis factionibus teneretur, varijsq. seditionibus æstuaret, secutus primo est Bruti & Cassij partes, quod à multis alijs, & à Sidonio Apollinare traditum est, qui ad Iulium Maioranum sic refert.

*Et tibi Flacce acies Bruti, Cassiq́ secuto*
*Carminis est auctor, qui fuit & veniæ.*

Mox vero accidit, vt fauore Mœcenatis non dignitates tantum assequeretur, sed ipsi quoque Octauio Imperatori foret insinuatus, cū libere & amice ad illum scribat: illas tamen epistolas, quæ referuntur à quibusdam Augusti ad Flaccum, magis confictas opinamur, quam dignas tanto principe, eiusq. summa eruditione. Quod ipsum cum alia multa, tum elocutio in primis probat. Composuit per plura, quæ vulgo etiam sunt notissima, nos quam breuissime repetemus. Libros carminum quatuor. Epodon, & Seculare carmen, quibus Augustum, ac Mœcenatem miris laudibus celebrat. In scribendis iambicis mire efficax habitus est. quod & Fabius Quintilianus testatur. Inter Lyricos vero, inquit, solus fere dignus est legi Horatius: quoniam & insurgit aliquando, & plenus est iucunditatis & gratiæ, varijsq verbis & figuris felicissime audax. Ex quo illud peruulgatum.

*Hic inter Lyricos sublimi vertice vates*
*Sidera summa ferit: seu dulcia furta puellæ*
*Cantat amicitias, conuiuia, prælia, paces:*
*Siue Lycambæis lacerat latratibus hostem,*
*Impetit aut vario corruptos carmine mores.*

Apollinaris quoque sic ad Fonantium de Horatio.

*Sed tu per Calabri tramitis aggerem*
*Vis vt nostra dehinc cursitet orbita,*
*Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos*
*Frenis flexit equos plectri potentibus*
*Dum metro quatitur corda Gliconio,*
*Nec non Alcaico vel Pherecratio*
*Iuncto & Lesbiaco, siue Anapæstico*
*Vernans per varij carminis Eclogas*
*Verborum violis multi coloribus.*

Diomedes Grammaticus, & alij veteres, vndeuiginti carminum modos ab Horatio decantatos afferunt: quorum rationes in tertia de Grammatice libro à Diomede de ipso referuntur. Scripsit de Poëtica librum ad Pisones, volumina duo Satyrarum, ac totidem Epistolarum. In Satyra vero Lucilium secutus est, & si eum vt luculentum accusat. Fabius certe Quintilianus præcipuum in Satyra dicit hunc ipsum Horatium, ac purum in primis, & tersum. Quin hoc illi proprium, & peculiare fuit, vt ridenti similis, & quasi dissimulans, improbitatem, ac vitia hominum accusaret: quod eo magis vrgeant, atque efficiant, quæ sensim irrepunt, quam quæ aperta fronte inuadunt, quod ipsum & Poëta Persius demonstrat.

*Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico*
*Tangit, & admissus circum præcordia ludit:*
*Callidus excusso populum suspendere naso.*

Sed & Poëta Ouid. ingenue fatetur magnopere se Horatianis versibus delectatum, & eius carmen diligenter audisse, veluti Propertium, Macrum, Ponticum, & Bassum, qui Iambicus lusit.

*Et tenuit nostras numerosus Horatius aureis,*
*Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.*

Permultos vero enumerat Horatius, quorum & studium & iudicium percoluit, vt Plotium, Mœcenatē, Varium, Virgilium, Fuscum, Viscos, Valgium, Pollionem, Messalam, & alios. Secutus est eum in componendis Lyricis Paulus Passienus, qui, vt est auctor Plinius, mirifice illū exprimebat. Statura fuisse traditur breui, corpore obeso, oculis lippis, quæ vel ex carmine illius varijs locis colliguntur. Moritur autem Horatius anno ætatis suæ septimo, & quinquagesimo, vt in Eusebianis annalibus relatū est. Alij supra septuagesimum annum vixisse scribunt: quod ego tamen falsum existimo, vt alibi obseruatū est.

ALIA VITA HORATII VENVSINI PER ANTONIVM MANCINELLVM EDITA:



QVINTVS Horatius Flaccus patre natus est, libertino & precone. sexta enim Satyra lib. j. sic ait. Nunc ad me redeo libertino patre natum. Et primo epistolarum volumine ad librum suum. Me libertino natum patre, & in tenuire Maiores pénas nido extendisse loqueris. Vt quantum generi demas, virtutibus addas. Eius patria Venusia fuit quod prima Satyra lib. ij ostendit hoc modo, Lucanus appulus anceps. Nam Venusinus arat finem sub vtrūque colonus. Puer à patre in vrbem ductus est discendi gratia, cuius custodia pudicum seruauit ab omni facto turpi atque opprobrio, ipse & enim vj. Sat libri primi inquit. Sed puerum est ausus Romam portare docendum: ipse mihi custos incorruptissimus omnes Circum doctores aderat quid multa? pudicum. (Qui primus virtutis honor) seruauit ab omni Non solum facto: verum opprobrio quoque turpi. Romæ nutritus & doctus Iliada: postea Athenas ijt: vbi philosophiæ operam dabat: inde tamen amotus pro pter bella ciuilie inter Augustum & M. Brutum, Bruti partes secutus est, à quo & tribunus militū factus, sed habita clade in Philippis paupertate coactus ad carmina sese contulit. Hinc epistola vltima ad Iulium Florum ait. Romæ nutriti mihi contigit: atque doceri. Iratus graijs quantum nocuisset Achill. Adiecere bonę paullo plus artis Athenæ. Scilicet vt possem curuo dignoscere rectū. Atque inter siluas academi quærere verum. Dura sed amouere loco me tempora grato Ciuilisq. rudem belli tulit æstus in arma. Cæsaris Aug. non responsura lacertis. Vnde simul primum me dimisere Philippi. Decisis humilem pennis inopemq. paterni. Et laris & fundi paupertas impulit audax. Vt versus facerem. Idem Sat. vj. Quem rotundit omnes libertino patre natum: Nunc quia sim tibi Mœcenas conuictor, at olim. Quod mihi pareret legio Romano tribuno. Post Augusti victoriam Horat à Virgilio & Varro, Mœcenati commendatus in amicorum numerum ab illo receptus est: quod quidem eadem Sat. vj. sic ipse probat. Nulla & enim mihi te sors obtulit, optimus olim Virgilius post hunc Varus dixere, quid essem, Vt veni coram. singulti pauca locutus. (Infans nanque pudor prohibebat plura profari.) Non ego me claro natum patre, non ego circum Me Satureiano vectari rura caballo. Sed quod eram narro. Respondes vt tuus est mos Pauca, Abeo: & reuocas nono post mense, iubesq. Esse in amorum numero. magnum hoc ego duco. Quod placui tibi, qui turpi secernis honestum. Non patre præclaro, sed vita & pectore puro. Porphyrio addit Horatium captum fuisse à Cæsare. sed postea beneficio, Mœcenatis non solum seruatum, sed etiam Cæsari in amicitiam traditum, quod sane secus fuisse ipsemet Horat. indicat. Nam lib. ij. Ode vero ad Pompilium sodalem & commilitonem ait. Tecum Phillippos & celerem fugam Sensi relicta non bene parmula. Cum fracta virtus & minaces turmæ turpe solum tetigere mento. Sed me per hostes Mercurius celer Denso pauentem sustulit aëre, Te rursus in bellum resorbens Vnda fretis tulit æstuosis. Aduertendum præterea Mercurium viarum atque itinerum ducem. Vt scribit Cæsar liber. de bel. Gal. hinc ait Horat. Sed me per hostes Mercurius celer. vel etiam propter alias causas: vt in Ode illa ostendemus. Amicis erat carissimus, hinc prædicta Satyra, inquit. Si & viuo carus amicis: Causa fuit pater his; qui macto pauper agello &c. Amicorum vero summi erant Plocius Varius, & Virgilius. Vnde Satyra 5. ait: Postera lux oritur multo gratissima, nanque Plotius & Varius Sinuessæ, Virgiliusque Occutrunt animæ, quales neque candidiores, Terta tulit. neque quis me sit deuinctior altero, qui complexus & gaudia quanta fuerunt. Erat præterea inopis & pusilli animi, & raro ac pauca loquentis. Cibi quoque parcissimi erat. quod Satyra sexta sic pandit. inde domum me ad porti & ciceris refero laganiq. catinum: pransus non auide &c. Recitare solebat amicis tantum, & coactus. Hinc ait Satyra iiij. Nec recito cuiquam nisi amicis. idque coactus. Non vbiuis coram ve quibuslibet. in medio qui scripta foro recitent sunt multi &c Eius oculi lippi erant. Vnde Satyr. 5. scribitur. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus illinere. Et paullo inferius. Lusum it Mœcenas. dormitum ego, Virgiliusq. Nanque pila lippis inimicum & ludere crudis. Corporis erat exigui, & canus, irascebatur facile. facile etiam placabatur. hinc in epistolis ad librum ait Corporis exigui, præcanum solibus aptum Irasci celerem tamen, vt placabilis essem. Obijt auctore Eusebio ætatis anno 57. vt autem Acron scribit anno 77 nullata men annorum certitudo habetur. Alij enim alia scribunt Quid denique Horat. scripserit in promptu est omnibus. Parios iambos latinorum primos ostendit latio. ait enim lib. 1. Epistola ad Mœcenatem. Parios ego primus iambos Ostendi latio, numeros animosque secutus, Archilochi, non res & agentia verba lycambem. Parios autem Archilochios intelligit. Nam in Paro insula natus est Archilochus poëta vt scribit Strabo lib. 11. de quo in arte Horat. idem, inquit. Archilochum proprio rabies armauit Iambo. Fabius Quintilianus lib. 10. scribit iambum à Romanis non celebratum esse vt proprium opus, à quibusdam interpositum. Cuius acerbitas in Catullo Bibaculo Horatio. At lyricorum Horatius fere solus legi dignus, nam & insurgit aliquando, & plenus est iucunditatis & gratiæ, & varijs figuris & verbis felicissime audax. Sed nouem lyricorum græcorum videlicet longe Pindarus princeps, spiritus magnificentia sententijs, figuris, beatissima rerum verborumque copia, velut quodam eloquentiæ flumine. Propterque Horatius eum merito crediderit memini imitabilem. Est autem imitatus Alcæum, qui in parte operis aureo plectro meri to donatur, quia tyrannos insectatus, multum etiam moribus confert, in eloquendo quoque breuis & magnificus & diligens, & plurimum Homero similis, sed in lusus & in amores descendit maioribus tamen aptior.

RERVM

# RERVM ET VERBORVM INSIGNIVM IN COMMENTARIIS OPERVM

## HORATII LVDEX SERIE LITERARIA.



constan

FINIS.

# Q. HORATII FLACCI CARMINVM LIBER I.



## ARGVMENTVM.

Alios alijs rebus duci: se lyricorum versuum studio teneri.

*Ode prima Monocolos. Sunt enim oẽs versus choriambici Asclepiadei tetrametri acatalecti, qui constant è spondeo, et duobus choriambis, & pyrrhichio vel iambo, hoc modo.*

*Mæcē--nās ătăuīs -uu- ēdĭtĕ rē -uu- gĭbŭs uu*
*ō ĕt --præsĭdĭūm ĕt -uu- dūlcĕ dĕcŭs -uu- mĕŭm uu*

-- -uu- -uu- uu
-- -uu- -uu- uu

## AD MOECENATEM.



** Mecœnas, legit Suidas, contra vulgi morem.*

Moecenas * atauis edite regibus,
O & præsidium, & dulce decus meum,
Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegisse iuuat: metaq. feruidis
Euitata rotis, palmaq. nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos.
Hunc, si * mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus;
Illum, si proprio condidit horreo
Quicquid de Libycis verritur areis,
Gaudentem patrios findere sarculo
Agros, Attalicis conditionibus
Nunquam dimoueas: vt trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta secet mare.
Luctantem Icarijs fluctibus Africum
Mercator metuens, ocium, & oppidi
Laudat rura sui: mox reficit rateis
Quassas indocilis pauperiem pati.
Est qui nec veteris pocula Massici,
Nec partem solido demere de die
Spernit, nunc viridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ,
Multos castra iuuant, & lituo tubæ
Permistus sonitus, bellaq. matribus
Detestata. manet sub Ioue frigido
Venator teneræ coniugis immemor:
Seu visa est catulis cerua fidelibus:
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.
Me doctarum ederæ præmia frontium
Dis miscent superis: me gelidum nemus,
Nympharumq. leues cum satyris chori
Secernunt populo: si neque tibias
Euterpe cohibet: nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere Barbiton
Quod si me lyricis vatibus inseris:
Sublimi feriam sidera vertice.

** nobilium*



**ANTO.** Moecenas atauis edire regibus.) Prima Ode Mecœnatem alloquitur, ostenditque hoĩes ipsos vel honoris, vel voluptatis, vel lucri causa diuersa exercere ministeria. Aliqui.n. currendi studio oblectãtur, fungi aliqui magistratibus, & imperijs, quidam agricultura, quidam nauali cõmercio gaudent, aliqui vero ocio, ac genio dediti, multos castras iuuant, venatio quosdam, se autem inter deos relatum iri, si lyricis vatibus annumeretur. [Mœcenas atauis) Metrum est Asclepiadeum ab inuentore Asclepiade nominatum. Constat aũt Spondeo, Dactylo, cæsura, & duobus Dactylis, vt Mœcenas atauis edi te regibus alij vero etiam sic scandunt Diomede teste, Mœcenas atauis edite regibus. O & præsidium, & dulce decus meum. Est enim Spondeus, Choriambici duo, inde Pyrrhichius vel Iambus. Constat autem Choriambicus ex prima longa, duabus breuibus, & vlt. longa, vt verificãs. Pyrrhichius vero ex duabus breuib. vt pius. [Mœcenas atauis) Beneuolentiam captat eum à generibus vetustate laudando, officiaque in se præbita recensendo. appellat.n. & præsidium, & decus suum. [Atauis edite regibus.) Prop. etiam lib. iij. ad Mœcenatem, inquit, Mecœnas eques Hetrusco de sanguine regum, Intra fortunam qui cupis esse tuam. Horat. item lib. iij. Carm. Tyrrhena regum progenies. Mart. quoque lib. xj. ad Priscum sic ait, Quod Flacco, Varioque fuit, summoque Maroni Mœcenas atauis regibus ortus eques &c. [O &) Legitur ò, & in omnibus antiquis horum carminum textibus, quos vidimus, & ita legendum est. Eritque ordo. O Mœcenas edite atauis regibus O & præsidium & dulce decus meum &c. sic.n. repetendo plus vehementiæ, & Veneris habet. [Præsidium) Id quidem ad eius salutem, & facultates, atque diuitias refertur. lib. enim iij. Ode vero xvj. sic ait. Nec si plura velim, tu dare deneges. Et epist. j. Tu me fecisti locupletem. In prima etiam Ode Epodon, inquit, Satis superque me benignitas tua ditauit. Præterea Mœcenatis beneficio non solum seruatus, sed etiam in amicitiam Cæsari Aug. traditus. Præsidium vero est, quod pro vtilitate, & salute alicuius auxilij gratia præponitur. Subsidium quod postpositum est, ad subueniendum laborantibus vt Pomp Festus docuit. [Decus) Id certe ad honorem, & gloriam referendum. Secũdo etenim, lib. Ode vero xvj. inquit, Nec dijs amicum est, nec mihi Te prius obire Mœcenas mearum Grande decus, columẽque rerum. Virg. quoque lib. ij. Geor. Decus suum appellat, cum ait, Tuque ades, incœptumque vna decurre laborem, O decus, ò famæ merito pars maxima nostræ Mœcenas, pelagoque volans da vela patenti. [Sunt quos curriculo) Sunt aliqui, ait, quos curule certamen oblectat, palmaque nobilis ad deos euehit. i. diuinis honoribus consecrat. Prop etiam lib. iij. ad Mœcenatem ait, Sunt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ. Sunt quibus in celeres gloria nata pedes. [Curriculo) Curriculus dimin. est à curru, vt Fest. etiã docet. Ponitur item pro cursu, & loco, seu stadio, in quo currendi certamẽ exercetur. Nonnunq̃ pro curru, vt hic, seu pro stadio malis. Puluerem Olympicum, hoc ait, quia in Olympia, quę in Pisea regione est, Olympicorum ludorum certamen semper agitabatur. In Elea vero tellure ne semel quidem Quod quidem lib. viij. edocuit Str. Iouis item Olympij templum in agro Pisano erat, ab Elide stadijs minus CCC. absens. Ante illud vero lucus agresti vestitus olea surgebat. In quo stadium erat ineratq. tẽplo solidum ex auro Iouis simulacrum, picturæ quoq. plurimæ, mirabilesque monstrabantur in tẽplo. s. Agonem præterea Olympicum Herculem Alcmenæ, Iouisque filium instituisse quidam asseruere, quem ẽt

*Metrum Asclepiadeum* — *Choriambus* — *Pyrrhichius* — *Mecœnas* — *Præsidiũ* — *Subsidiũ* — *Decus* — *Curriculum* — *Olympia Iouis* — *Olympij templum* — *Agonis Olympici auctor Hercules*

primum ibi certasse,& palmam comparasse tradunt. Paullo item infertus,inqt,idem Strabo, ab Iphito Olympicum agonem insti tutū constare.Sed hoc Solinus declatat apertius. Scribit.n.φ Olympicum Hercules certamen in honorē ataui materni Pelopis ediderat. sed intermissum Iphitus Elæus filius eius instaurauit.

*Olympici Agonis auct. Iphitus Agon.*

Herod. vero lib.viij. scribit: Olympicum certamen gymnicum equestre fuisse: præmiumq. propositum oleaginam coronam, qua donarentur. Non.n.pecuniatum certamē agitabant, sed virtutis Dio.quoque lib.5. refert. Herculem Olympicū instituisse certamen & equorum,& palæstræ,quod Ioui parti dedicauit co ronatus,qm̄ & ipse quoque de hominum gn̄e,absque p̄mio esset meritus. Ea vero certamina absque pugna euicit, nullo pp̄ singularem eius virtutem secum congredi auso: Meritoq. omnium hoc ab Hercule institutum certamen hr̄ præstantissimum, quod ab optimo viro principium sumpsit.Elegit aūt clarissimum, atq. optimum Græciæ locum ad statuenda certamina,concursusq. hominum celebrandos. Campos s.iuxta Alpheum flumen sitos. Hæc ex illo. Præterea aduertendum Iouis simulacrum non ex auro fuisse,vt ex Strab. retulimus,in templo Iouis olympici, sed ex ebore. Plin.lib.xxxiij.c.vij.ita ait: Minoribus simulacris, signisq. innumera propè multitudo nobilitata est,ante oēs tamen Phidias Atheniensis Ioue Olympico facto ex ebore quidem,sed ex ære signa fecit,ac præter Iouem Olympicum,quem nemo æmulatur,fecit & ex ebure æque Minetuam Athenis &c.

*Olympici Iouis simulacrū ex ebore. Phidias Meta*

[Meta) Currendi terminus. [Feruidis) Motu calentibus.[Euitata rotis) Declinata, arte.n.opus erat,nē currus ad metam offenderentur, circum quam equi currebāt. Stat.Flectere si posset circum cōpendia metæ. Virg.lib.5. Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam Constituit,signum nautis patet,vnde reuerti Scirent, & longos vbi circunflectere cursus. Vatro etiam inquit: Circus maximus dictus,φ circum spectaculis ædificatus, vbi ludi fiunt, & φ ibi circum metas fertur pompa,& equi currunt. Et paullo inferius sic,circus,Flaminius dictus,qui ædificatus est circum Flaminium campum,& φ ibi quoque ludis tauricis equi circum metas currunt.

*Circ. maximus Circ. Flaminius.*

[Palmaque nobilis) Corona ipsa victoriæ, nec est amphibologia, vt aiunt. Dij .n. per se nobiles sunt. Vnde nobilis palma dicendum,vt maxima intelligatur. [Palma) Palma arbor est, cuius lignum ponderi suppositum nunq̄ deorsum cedit, sed aduersus pondus resurgit. Propterea,inquit Plutar.in certaminib. palmam signum esse placuit victoriæ, qm̄ ingenium eiusmodi ligni est,vt vrgentib. præmentibusq. non cedat. Hæc, & plura Gell lib.iij c.vj.[Terra℞ dn̄os)Virg item lib.iiij. Ipse deum tibi me claro dimittit Olympo Regnator, cœlum, & terras qui numina torquet.De triūpho ad Capitolium hic intelligere non placet.[Hunc si mobilium)Sensus est, Si quis ad maximos honores a Quiritib.tolleretur, Nunq̄ profecto regis opib. dimoueretur, vt nauigaret. Est aūt ordo, Si turba nobilium Quiritium certat hunc tollere tergeminis honoribus. Nunquam Attalicis conditionibus dimoueas, vt trabe Cypria nauta pauidos secet Myrtoum mare. Prærerea textum pars maxima. Nobilium hēt, in vnico tm̄, Mobilium,legi,quod perplacet. Mobilis .n. est populus, vnde & Sen. in Hercule ait, illum populi fauor attonitum, fluctuque magis mobile vulgus Aura tumidum tollit inani &c. [Quiritium)Romani Quirites á Curib.oppido Sabino℞ appellati,vt Sabinis aliquid daretur,qm̄ inter Romulum,& Tatiū fœdus ictum est,qui ciuitatem vnam ex duabus fecerunt, quod quidem Liu.in princ.fermè scribit.[Certat) Suffragijs studet,& nititur. Tollere,eleuare ad dignitatem honorib. maximis, vel recipere in theatro cū plausu. Nam ita principes recipiebant,quos plausus tergeminos honores appellat, quæ sn̄ia placere debet.

*Plausus*

Maro enim lib.ij.Georg. ait de vrbanis ciuib. Hic stupet attonitus rostris,hunc plausus hiantē per cuneos geminatus n.plebisq. patrumq. corripuit. Mart.lib.vj.ad Diadumenum. Quæq. sonant pleno vocesq. manusq. theatro: Cum populus subiti. Cæsaris ora videt.[Tergeminis).i.maximis. Tris.n. (vt aiunt) pro superlatiuo Græci,& Latini vtebantur. hinc Mercurius, τρισμέγιστος .i.lōge maximus.& Plaut.in Aul.Non fur,sed trifur τρὶς,ter,dr̄.

*Tris Trismegistus.*

[Illum si) Pro si quis,inqt,agricultura oblectaretur,& triticum seruauerit,nunq̄ regis opibus dimoueret ad nauigandum gr̄a quæstus.Est aūt ordo: illum gaudentē sarculo findere patrios agros, si condidit in p̄prio horreo quicquid verritur de Libyeis areis, nunq̄ &c.[Cōdidit) Reseruauit triticum.s.Libyeis agris.Scribit enim Plin.lib.x.in Africa regionē,ducem 50000.pass.per circuitum fertilitatis eximiæ,& cum centesima fruge Agricolis fœnus reddenti terrā.[Sarculo)Sarcula instr̄a sunt agriculturæ, à sarrio .i. purgo,vel vt ait Var.) à serendo.ac sarciendo. [Attalicis con.) Regijs opib.ac facultatib⁹. Dr̄.n.hō bonę ɔditionis.i.diues.Ego

*Sarculū.*

sum positus in hac cōditione.i.fortuna,ac sorte. Et à condo ɔditum conditi adaura ò formatur.Conditio veru à condico di ... & pactionē significat,ac electionem,vt apud Terent.Ama.Chry. tu.mu cond.si vellet eis mutē gerere, se daturos illi pretium liberalemq. mercedem,ipsa vero accepit conditionem.i.pactionē p̄missionīq assensit. [Attalicis)Fuit Attalus Asiæ rex. Romanorum.n.populus Asiam bello captā Attalo regi muneris loco possidendam tribuit. Sed is postea testamēto eandem P.R.legauit, Quod quidē Val.lib.4 & 5.scribit Iust.lib.36.narrat. Perpēnam consulem Attalicas gazas hereditarias P. R. nauibus impositas Romam deportasse fuerat, aūt ditissimus. Vnde lib.3. de bello Maced.Liu scr Legatos ab rege Attalo coronam auream ccxlvj. pondo in Capitolio posuisse, gratiasq. senatui egisse, φ Antiochus legato℞ Romano℞ auctoritate motus finibus Attali exercitum deduxisset. [Trabe Cypria).i.naut. per metonymiam.i. transnominationem,posuit.n.quod continet pro eo quod continetur. [Trabe Cypria) Huc ait qm̄ Cyprus virtute erat nulla insularum inferior,nam & vinu abundabat,& oleo,frumenti quoque satis habebat,æris metalla apud Themessum vrbem abundabant.Classium ēt ædificatio inerat. Auctor est Str.lib.14.Vnde & lib 3 Ode 29 ait idem Horat. Nun est meum si mugiat Africis Malus procellis ad miseras preces Decurrere & votis pacisci, Ne Cypriæ Tyriæq. merces Addant auaro diuitias mari. At Plin.lib.5 sic,Pāphilum mare ignobiles insulas habet? Cilicium ex quinq. maximis,Cyprū ad ortum,occasumq. Ciliciæ, ac Syriæ obiectā quondam nouē regno℞ sedem.Str.vero lib.3. sic,in sinu aūt Issico & Pamphilio Cyprum iacere contingit,quę pelago cōligua est Aegyptio. De Cypro ēt meminit Ptol.lib.5.

*Cyprus*

[Myrtoū mare) Id iacet inter Cretā & Argiam, Atticamq., habetq. latitudinē maximā,in quo sunt insulę Cythera,Calauria & quę Æginam cingunt & Salaminem.Et ex Cycladib.pleręque Quod vero contiguum est iam Ægæum existit. Hæc ex Str.lib.ij.[Secet m.) Hic fiat periodus,supiori.n sn̄iæ iungitur.Nec te decipiat Acronis ordo indirectus.

*Myrtoū mare Cythera Aegæum mare*

[Luctantem Icarijs)Sensus est, φ mercator dum metuit tempestatis piculum laudat rustica vita. *Ast vbi euaserit*,naues reficit piculi oblitus,ne pauperiē *patiatur*, p̄ qđ ostēditur quenq. opari artem,quam norit,nec posse ab illa diduci,& separari.[Luctanrē)Pugnantem.[Icarijs fl.) Icarium mare dr̄,qđ est inter Samum,& Myconem,vt scr.Plin.lib.iiij.c.xj.Sol.vero sic ait, De Strophadibus est & Icaros, q́ Icario mari nomen dedit. Hæc inter Samum,& Myconem p̄ currentib. saxis inhospita,ac nullis finib. portuosi,ob inhumana littora infamis est. Vult ego Varro Ica℞ Cretæ ibi naufragio interijsse,& de exitu nois impositum nomen loco. Hæc Solin. Haud ab re igitur Icarijs fluctibus,inquit Horat.Str.ēt multa lib.xiiij.

*Icarium mare Icaros*

[Africum) Ab occasu brumali Africus est,qui & Libs noiatur a Gręcis,& humidus est. Auctor Plin lib.ij [Rates) Vocār rates ligna colligata,q́ per aquam aguntur,quo vocabulo ēt interdum naues signantur. Hæc Fest. Nauem uero primus in Græciā ex Cypro Danuus aduexit.ante ratibus nauigabatur inuētis in mari Rubro ab rege Erythra. Plura ēt Plin.lib.vij.[Indocilis)Is dr̄ qui nihil discere pōt. Indoctus uero q nondum didicit,& tm̄ discere uale.[Pauperiem) Pro paupertate posuit,paupies.n.dānum dr̄,qđ quadrupes facit, ut Fest. ait.[Est q nec ueteris) Est aliqs,inquit, nō spernens optimi uini pocula.i.conuiuia ipsa,nec spernens demere partē de die solido .i.integro negotijs,nunc sub umbra arbo℞ iacens,nūc apud fontes & flumina,p̄ qđ uoluptati,& genio uacat.

*Africus Rates Nauis inuentio Indocilis Indoctus Pauperies*

[Veteris Massici) Optimi uini. Massicus.n. cāpaniæ mōs est. Plin.lib.xiiij de uinis gn̄osis Italię,inquit,Certant Massica ęq. ex monte Gaurano Puteolos,Baiasq́ p̄spectantia.[Solido) Integro negotijs agendis intelligit.n de die p̄fecto,q Fest.non erat, sed p̄cul ab religione numinis diuini,ut docet Pomp Macr.etiā lib.j.Sat.scr. professos hoib.ob administrandā rem priuarā,publicamque cunceffos. Intercisos uero deo℞ hoiumq. cōes esse. Nā (ut Var.etiam docet) intercisi dies sunt,p̄ quos mane,& uespari est nefas,medio tp̄e inter hostiā cęsam,& exra p̄iecta fas, uidelicet p̄torem fari tria uerba, Do,dico,addico. [Nec spernit) Liptote est figura.i. defectiua,à λείπω,quod est deficio. Plus.n.intelligitur cum minus dicit. [Viridi arbuto).i.arbore amœna,& conuiuijs apta.arbuto.n.folia nunq̄ deciduntq. poma terrestriq. fragis similia.De qua Plin. lib. xv. & xxiij.[Membra stratus)Strata hn̄s per synecdochen. Lene caput dulce,ac suaue ob murmur.s. aquę sacrę,quę ob ea℞ numina sacrę dn̄t. [Multos castra iuuant) Multos,inquit, delectat militia,clangorque tuba℞. [Lituo tubę)Æneam tubam Pisęus Tyrrhenus inuenit,auctore Plin. lib. vij. Erat autem lituus augurum baculus aduncus,sine nodo de quo Liu. in princ. Acrō uero docet inter tubam,& lituum discrepare. Lituus .n.eqtum est

*Massicus mons Massica vina Professi dies Intercisi dies Liptote Lipo Arbutus Tuba ænea. Lituus.*

est,& incuruus : Tuba autem peditum, & directa. Litui acutus
sonus est, Tubæ grauis. Gell.præterea scribit q tuba à sonitu li-
tuus appellata est. Virg.ét ait,Et lituo pugnas insignis obibat,&
hasta. Et Naso lib.j.Met.Non tuba directi, non æris cornua fle-
xi &c. Quibus quidem auctoritatibus apparet ferme Acronis
dñam cunstare. [Detestata) Execrata & maledicta, ob filiorum
obitus. [Mane sub Ioue frigido &c.)Sunt,inquit,& qui venatio
ni incumbunt sub dio manentes obliti coniugum suarum. Cic.
item lib.ij. Tusc.ait,consuetudinis magna vis est,pernoctant ve-
natores in niue viri se patiuntur &c.[Sub Ioue frigido).i. aëre.
*Iupiter aër* Iupiter.n.(vt dixit Enn.)is est,quem Græci vocant aërem.Dictus
aût Iupiter,quia mortales,atque arbores,herbasque omneis iu-
*Sub dio* uat. Nam in eo & sub eo oës. Iupiter item cœlum dicitur. Au-
ctor in his est Var. Dicimus item sub dio iacent.i.sub cœlo.Nam
cœlum Græci τὸν Δία dñt,vt scr. Asc.[Catulis fidelibus,)Hoc ait
quia (vt refert Plin.lib.viij.) fidelissimi ante omnia animalia ho-
*Canes* mini canes,atque equi. Pugnasse alterius latrones cané pro dño
accepimus. soli dñm nouere, & ignotum quoque si repente ue-
niat,intelligunt. Sed in venatu solertia,& sagacitas præcipua est,
scrutatur vestigia,atque prosequitur. Val.etiam lib.ix.de custo-
dia vitæ scr. quod Massinissa rex parum fidei in pectoribus homi
num reponens, salutem suam custodia canum valluit. [Marsus
*Marsi* aper)Marsi sunt Italiæ populi. Str. lib.v. scr. Albam esse Marsis
finitimam,in excelso locatam saxo,prope Fucinus est lacus,lon-
gitudine par pelago,qui Marsis & vicinis maximo omnibus vsui
est. De Marsis præterea Sil.lib.viij.sic ait, Hæc bellare acies no
rant,ac Marsia pubes,Et bellare manu,& chelydris cantare sopo
rem,Vipereumque herbis hebetare,& carmine dentem. Æetæ
*anguitia* prolem anguitiam mala gramina primam Monstrauisse ferunt
tactuque domare venena, Et Lunam excussisse polo, stridoribus
oës Frenantem,ac siluis montes vndasse vocatis, Sed populis no
men posuit metuentior hospes. Cum fugeret Phrygios trans
æquora, Marsia Crenos Mygdoniam Phœbi superatus pectine
Loton. Cremi autem locus,& vallis erat Phrygiæ, vbi victus est
*Marsia* Marsia. Plin.vero lib.xvij.c lxj refert in regione Aulocrene, per
*Aulocrene* quam ab apamea in Phrygiam itur, platanum ostendi,ex qua pe
pendit Marsia victus ab Apolline. Plura tñ de Marsia diximus
*Teres* Sat.ix.Iuuen.[Teretes) Teres rotundus in lógitudine dr̄,vt Fest.
ait.[Plagas)Proprie plagæ funes dñr,quibus retia tenduntur cir
ca imam & summam partem,vt scr.Seru.lib.iiij.Æn. Quod qdé
ve℞ esse Plin.etiam lib.xj.c.xxxiij.vr̄ ostendere his verbis, de ara
neo loquens,Cum vero captura incidit, qui vigilans, & paratus
ad cursum licet extrema hæreat plaga,semper in medium currit,
ex quo sic maxime totum concutiendo implicet. Possunt etiam
dici maculæ ipsæ in retib. Inuenies autem plagas vt plurimum
accipi pro fera℞ retibus, vt hoc loco & apud Maronem lib. iiij.
Æn.Retia rara plagæ,& apud Cic. lib.iij.Off.vbi sic ait, Sunt ne
igitur insidiæ tendere plagas,etiam si excitaturus non sis,nec agi
taturus. Ipsæ enim feræ nullo insequente sæpe incidunt. [Me
doctarum) Ostendit poëta superius diuersos diuersis studijs ob-
lectari,se vero,inquit,immortalem fore carminibus .i. secerni à
populu & gloriam consequi secessu,& musica,si Euterpe, Poly-
mniaque fauebunt.At si Mœcenas inter lyricos eum vates inse-
rer,ad cœlum fama tolletur. [Ederæ)Per ederas carmina ipsa in
telligit,quibus quidem corona acquiritur. Nam illis poëtæ co-
ronabantur. Virg.in Buc.Pastores edera crescentem ornate poë
tam.& Plin. scribit, Poëtas coronari edera hñti croceū semen.
Eam Dionysio Græci consecrauerunt,vt scr. Diod. Ouid. ét lib.
iij.Fast.ait, Cur edera cincta est? edera gratissima Baccho, Hoc
quoque cur ita sit dicere nulla mora est. Nysidias nymphas pue℞
quærente nouerca: Hanc frondem cunis opposuisse ferūt.Vtque
Fest.inquit,Edera dicta est q hæreat, quæ in tutela Liberi pura-
batur esse,quia vt ille iuuenis semper,ita hæc virens. Vel quia ita
omnia sicut ille mentes hominum,alligat.Et Prob.lib.ij. Geor.
Ideo poëtis ex edera coronam dari, quia existimatur Liber esse
cum musis.[Præmia) Appositio est. [Dijs miscent superis) Fa-
ciunt immortalem,ob gloriam.Ouid.item lib.iij. de Ar. inquit.
Est Deus in nobis,sunt & cómercia cœli.[Gelidum) Amœnum.
[Nemus) Id à Græco dr̄. illi .n. νέμ& dicunt,νεμέω, vel νέμω distri
buo,pasco.Vtque Fest.ait,Nemora signãt siluas amœnas,Car-
mina secessum scribentis, & ocia quærunt, inquit Ouid. libro j.
Trist.Per nemus ego secessum intelligit. Vnde idem Horat. lib.
ij.epist.ad Aug.inquit,Scriptoris chorus omnis amat nemus, &
fugit vrbem. [Nymphæ) Nympha proprie sponsa dr̄. Penelo
pe ad Vlyssem,Grata ferunt nymphę pro saluis dóna maritis Mu
sæ etiam nymphæ dñr,ut hic & in Buc. Nymphæ noster amor li
bertides. [Leues).i.saltantes.[Satyris)Satyrus animal est,quod
(teste Sol.) de vltimis Libye gentib. de hominib. nihil aliud præ
fert,quam figuram Diod.scr.lib.j. & v.Satyrorū risu ac ioco mu-
sarumque choro Dion. oblectatum. itaque secum duxisse quo-
cunque iret. [Chori) Chorus, vt aiunt, multitudo est in sacris
collecta. Dictus autem a corona,eo q initio in modum coronæ,
circum aras starent, & ita psallerent. Corona autem olim aspi
rabatur, vt scr.Fab.[Secernunt populo) Ab vulgo separant,hinc
egregij appellantur,viri insignes,quasi extra gregem. [Si neque
tibijs Euterpe cohibet) Hoc est,si mihi lyricos versus scribenti,
fauebunt Euterpe,atque Polyhymnia,nunc tibijs, nunc Barbito
personantes,non denegantes mihi studium cantus sui. [Euter-
pe) Id Musæ nomen, sed delectans,vel iucunda interpretatur pp
voluptatem.s.quæ ab audientibus ex honesti eruditione percipi-
tur. De qua Diod. lib.v. Latissime tamen de musis omnibus le-
gito nostrum carmen de florib. Sunt & qui dicunt Euterpen in-
uenisse tibias. Diod.autem lib.vj.scr.Palladem tibiam, eiusque
cãtum inuenisse.[Nec Polyhymnia) Sic legitur in antique textu
bibliothecæ summi Pōtificis,videlicet Polyhymnia,quod nomē
dicitur à πολὺ,quod est multum,& ὕμν&, laus, ὑμνέω, nam laudo
proprie deos. Polyhymnia ergo quasi multæ laudis. Ná (vt scr.
Diod lib.5.) cantus suauitate poëta reddit gloria immortales.
Sunt & qui legant, Nec Polymneia, vbi ei, diphthongus diuisa
est,& y,sequentibus m,& n,more græco corripitur,diciturq. πο-
λὺ,& μνεῖα, memoria. Sunt vero qui dñt synæresin esse quoties
Polymnia inuenitur,pro Polyhymnia. [Lesboum Barbiton.)
Lesbos (vt Mela scr.) in insula Troade, vbi Mitylenæ vrbs, ex
qua oriundi Sappho,& Alcæus lyrici vates. propter Alcæū ergo
Lesboum Barbiton ait poeta,vnde ad Barbiton inferius scribit.
Age dic latinum Barbite carmen Lesbio primum modula te ci-
ui,Lesbos dicta est à Lesbo rege Iapeti filio, vt Diod.lib.6.edo-
cet. Barbitos autem masculini & fœminini generis legitur, &
Barbitum neutri. Estq. (vt Porph.scr.) organi genus ad modum
lyræ. Iulius vero Pollux scribit esse instrumentum musicum.
quod pulsatur plectro vel calamo. Plurium chordarum fuisse de
monstrat Theocritus. Esichius græcus auctor docet esse genus
cytharæ,vel ipsam lyram, in Suida vero legi esse organum musi-
cum. [Tendere Barbiton) Dion.etiam lib 6. sic inquit: Cytha
rœdiq. lyras septicordes eburneas. & quæ Barbita dñr tenden-
tes,quorum vsus obsoleuit ætate mea,hæc ille. [Sublimi feriam
sidera vertice).i ero fama & gloria super æthera notus.

MOecenas atauis edite regib.) Hominum scribit officia ACR.
pragmatice,monocolos. In cómemoratione parentum
&laudatio inuenitur,vt Virg. Qui tanti talē genuere pa
rentes,& vituperatio,vt Ismarius,aut Rhodope, aut extremi Ga
ramãtes.[Edite regib.)Qm̄ dr̄ duxisse originem ab Hetruscis,&
contempsisse senatoriam dignitatem, mansisse autem semper in
equestri ordine. [O & præsidiū) Qm̄ eum a cæde liberauit,Bru-
to a Cæsare superato,vel quia per ipsum liberatus est, indulgēte
sibi Augusto, & multa etiam illi donauit. [Mœcenas) Amicus
Augusti Cæsaris.[Decus)Quia magna laus est placere meliori.
[Sunt quos)Sunt qui delectantur inire curule certamen. Expo-
nit autem varia hominum ingenia,& non vnas voluntates, ne sit
arrogantiæ,q sibi poëticam videatur vendicare doctrinam, cum
singulos quosque rerum aliarum diuersus habeat amor.[Pulue-
rem Olympicum) Agonalem etiam habere puluerem in curru
suo.Circenses agonici in honorem Iouis Olympici sunt inuen-
ti apud Elidem,vnde Virg. Hic & ad Elæi metas. [Feruidis) Ver
tigine ipsa calentibus.[Euitata rotis) Circunducta, ne offenda-
tur. [Palmaq. nobilis) Alios palma nobilis.i.victoria terræ do-
minos facit, & diuinis honoribus consecrat,vtpote victores, ac
per hoc neque aurigæ,neque viro forti aliud placet. [Terrarum
dños) Amphibologicos dictum est, vtrum dominos terra℞ ele-
uet,an ad deos qui sunt dñi terrarum.[Ad deos) Ad capitolium,
ac si diceret cum triumpho.[Turba Quiritium) Ad vulgi leuita-
té refert,quia sunt faciles animi,& facile mouetur vulgus.[Ter-
geminis) Finitus numerus pro infinito, vel etiam aut quæstura,
aut præfectura,aut consulatu. [Honoribus)Zeugma ab inferio
ribus. [Nunquam dimoueas) Sicut,inquit,illi cui semel agricul
tura placuit, & cœpit de agris suis frumentum, nullis præmijs
persuadeas, vt nauta sit, sic nec ipsi cui lyrica professio placuit.
aliud persuadere posse scias,iuxta illud : Tot sententiæ quot ho
mines. Quicquid de Lybicis,species pro genere.[Vertitur) Col
ligitur,trahitur. Scindere,colere,fodere. [Sarculo) Genus fer-
ramenti rustici,quod Græci τὸ σκαφεῖον vocant.[Attalicis) Atta-
lus rex Pergameno℞ ditissimus fuit, cui pp opum magnitudinē
P.R.testamento successit. [Nunquam dimoueas).i.etiam si diui
tiæ regis Attali proponantur, nunquam dimoueas illum. [Cy-

pria) Abusiue ponit̃ ꝑ quacũq., siue q̃a validiores illic sũt. [Myrtoũ) A Myrtilo auriga siue victimario Pelopis, quẽ cũ dephendisset, q̃d axes suos corrupat in Hippodamiæ certamine, in pelagus eũ pcipitauit. ex cuius supplicio mare nomẽ accepit, seu à Venere pp myrtũ, nõ à myrtillo, nã myrtillũ diceret. [Pauidus) ꝓpriũ epitheto nautaꝶ. [Luctãtẽ) Cõfligẽtẽ. [Icarĳ) Icarus Dæd. fil. pẽnis resolutis q̃s cera illigatas arte pr̃is sumpserat, i mare corruit & nomẽ imposuit mari Icario. [Mercator m.) Mercator metuẽs tẽpestatem, tũc laudat ociũ & agrũ, tñ auelli à nauigio postea nõ põt, cũ timere desierit. Ordo est. Mercator metuẽs luctãtẽ Icarĳs fluctib. Africũ, ociũ, & oppidi sui rura laudat, mox reficit quassas rates, vt trabe Cypria pauidus nauta secet Myrtoũ mare. [Indocilis p.) ꝓ indoctus, vel impatiẽs pauperiẽ pati. [Est q nec) Est q. delectat conuiuĳs apparatis, vt cõtinuare diẽ velit. [Massici) Locus est in Cãpania, vbi optima vina nascunt̃. [Nec p.) Duæ abnegatiuæ particulę hic ꝓ vna ponunt̃. [Solido) Integro. [Demere) .s. ut nõ ice mittat, sed ꝯtinuet lętitiã totius diei. Spernit, liptote. dicit alios lautiore vita delectari. [Viridi) Amœna, & conuiuĳs apta. [Stratus) Figura est, vt oculos suffusa nitẽtes, pro hñs mẽbra strata sub viridi arbore. [Sacræ aquæ) Oĩs. n. fons ĩ origine sua sacer est, & sonitu suo suadet ẽt somnos. [Multos cas.) Multos exercitiũ militare delectat: vt, Iuuat euasisse tot vrbes. [Lituo) Litui acutus est sonus, tubæ grauis. Inter lituũ & tubã hoc distare iueni, lituus eqtum est, & incuruus, turba vero peditũ est, & directa. [Derestata) Exetrata ꝑꝑ mortẽ filioꝶ, q̃a in bello pueri & adolescẽtes aiositate incauti sunt, vt Virg. Vota metu duplicãt matres. [Sub Ioue) Iouẽ ponit aẽtẽ & nocturnũ tp̃s, quo feris tẽdit̃, ac ꝑ h d. alĳs venationẽ placere, ita vt nõ capiant̃ affectu cõiugum, dũ eligũt voluptates venãdi. [Venator ten.) Aut delicatę, aut nuꝑ in matrimoniũ copulatę. [Fidelib.) Sagacib. vel silẽtiũ inuestigãdo seruãtib⁹. Virg. Et odora canũ vis. [Teretes) Nõ teretes plagas, sed tereti fune factas, ideo. n. ita posuit q̃a illi debemus subltãtiã, vñ sumimus. [Marsus) Sabellus. Spẽm ꝓ gñe posuit, vt Virg. Dẽtesq. Sabellicus exacuit sus. maiores. n. forma, & ferociores esse dñr. [Præmia) Poetaꝝ. s. q̃a poetæ edera tm̃ solebant coronari. Virg. Pastores edera crescentẽ ornate poetã. Diuinũ ergo se honorẽ dici ꝑ poëma adeptũ, ait ergo alios venatione se musica delectari. [Gelidũ nem.) Materiã ipsam carminis pro laude posuit. nemus aũr, Parnassi mõtis dicatũ nymphis. [Nympharũq́ l.) Satyrus. n. & Bacchæ ideo leues, q̃a se in saltãdo, & ludendo velociter rotãt. [Secernunt pop.) .i. dãt mihi meritũ, vt à vulgo separer. [Tibias) .i. poëma meum non motatur, nec musæ impediunt.

POR. MOecenas atauis ed. reg.) Hac Ode Mœcenatẽ alloquitur, indicans aliũ alio studio teneri eoꝶ, q appetant̃ lucri cupiditate vel gloriæ, se putare aũt inter deos relatũ iri, si numero lyricorũ poëtaꝶ ascriptus fuerit. Mœcenatẽ ait atauis regib. editũ, & nobilib. Hetruscoꝶ ortus sit. [Palmaq. nobilis Terraꝶ dños euch. ad d.) Ambiguũ, vtrum nobilis deos, an palma nobilis. [Mobiles Quir. ait) Referẽs ad vulgi leuitatẽ. Loquitur aũt de eo, q fauorẽ vulgi captans optet cũ ingressus sit theatrũ, plausum sibi edi à populo. Sic. n. excipiebant̃ in Theatrum, principes de q̃bus bene populus sentiebat. Hos. n. plausus tergeminos honores appellat. [Attalicis c.) .i. regĳs opib. Attalus aũt rex Pergamenoꝶ fuit, cuius hęreditate P. R. locupletatus fuerat. Est aũt sensus. Quicũque cõsueuerit agrum suũ colere, nunq̃ solicitat̃ ad nauigandum, ẽt si regias opes ꝓmittas, vt hoc faciat. [Cypria tr.) Pro Cyprio ferro abũdante. Cyprĳs. n. clauis naues figunt̃. [Mercator met. otiũ & opp. Laudat rura sui, mox reficit rates Quassas) Sensus est, Mercator cũ tempestatem in mari patit̃, abhorret nauigare, & optat iã rusticam vitã & in patria sua rura colere, mox vbi euaserit periculũ, eandem vitã repetit. Per q̃d colligit neminẽ posse aliq̃d agere, p̃terq̃ quod ꝯsueuerit. [Est q nec vet. poc. Mass.) Ordo est. Qui nec spernit Dicit aũt alios lautiore vita delectari. [Ad aquę c.) .i. apud fontem. oẽs aũt pariter fontes sacri hñr, & ideo caput sacræ aquæ. [Manet sub Ioue fr.) Ac ꝑ hoc sub cœlo Dicit aũt alios studio venãdi plerunq. in siluis ꝑnoctare. [Catulis c. fi.) Me lius gñalr̃ accipiemus, q̃ vt venationi tm̃ eos fideles intelligam⁹, nam & Lucr. Fida canũ vis. dixit ergo ꝙ semper fideles dñis sunt. [Me doctiꝶ edera præmia frõtium) Pręmia doctaꝶ frõtium ederas ait, q̃a his poëtæ coronabant̃. vnde & Virg. ait, Atque hãc sine tpa circum Inter victrices ederam tibi serpere lauros. [Nympharumq́. leues cũ Satyris chori) Per ea egregiam gloriam dicit consequi, de q̃bus canit ferè lyrico carmine materia de nemoribus ac fontib. & si quæ sunt his similia, aut proxima. [Secernunt populo) .a. de grege vulgi tollunt, ac per hoc sublimem faciunt.

ASCEN. MOecenas atauis edite regibus &c.) Quia principalis lyricoꝶ institutio, atque farrago est describere laudes, tã immortalium, q̃ mortalium, sed p̃cipue victoꝶ iuxta illud in Arte Poët. Musa dedit fidib. diuos, puerosque deoꝝ. Et pugilem victorẽ, & equũ certamine primum, vnde lyricoꝶ oꝑa, Græce Ode, hymni, psalmi, Latine cantus, carmina, cãtilenæ, seu cantica, laudesq́. vocantur, iõ poëta, ne contra p̃scriptum suũ faciat, hac prima Ode, q ꝓœmĳ munere fungit̃, Mœcenatẽ, cui opus ipm̃ nuncupat, laudat, & seipm̃ tacite cõmendat. Laudat aũt ipsum quadrupliciter. Primo a gñe, dicens eum editũ atauis regib. vbi singula verba põdus suũ hñt, primo ꝙ cõpellat eũ statim in principio, ꝑ hoc. n. illi opus suũ dicat, vñ in princ. epist. Prima dicte mihi summa dicẽ de camœna Mœcenas, vbi (si supuacaneũ nõ est) annotare possumus in trib. p̃cipuis opib. Mœcenatis nomẽ sitũ in trib. locis. Nã in primo, vt in p̃nti ponitur in prin. In 2. vt in oꝑe sermonum ad mediũ, vbi dr̃, Qui fit Mœcenas &c. Et in 3. vt iam citaui ad finẽ clausulæ. Secundo nõ sine pondere dr̃ editus. i. in lucẽ datus, vt q. nõ offuderit maiorib. suis nebulas, q̃d Sal. obĳcit Cic. sed lucem adiecerit. Sũma aũt laus, ꝙ editus regib. quod ẽt plus est, quã si regalib. dixerit, Ortus aũt est xĳ. Hetruriæ Lucumonibus. Multo aũt maxima ꝙ atauis. Nam q primi in suo gñe magistratũ aliquẽ gesserunt, cum diminutione honoris noui dicebantur hoies, cõtra quoꝶ genus antiquum erat, gaudebant lõgo stẽmate. vnde Iuuen. Stẽmata q̃d faciunt, q ꝓdest Põtice longo Sãguine cẽseri, Atauus aũt est tertius auus. Nã ascendit̃ à filio, ad p̃rem, ad auũ, ad ꝓauũ, abauũ, atauũ, & tritauum, post quẽ dñr maiores sine ꝓpria denoiatione. Descẽditur aũt ad nepotẽ, ꝓnepotẽ, atnepotẽ, & trinepotem Proauus & ꝓnepos dñr a pro, ꝓ eo q̃d est prope. Sed vt ad rem redeã. Secundo laudat Mœcenatem a beneficẽtia, vocans eum p̃sidium, & dulce decus suum. In qua re, q̃a ponderis plurimum inest, & memori aio recenseri debet vtitur monosyllabis & dissyllabis, q̃ florem qdem carminis impediunt, sed mora ipsa, atq. difficultate pondus iniæ augent. Notum est aũt grãmaticis O, & detera monosyllaba in vocalem finita, nõ facere synalephẽ sequente vocali, vñ spondeus est. [O &) Tertio laudat eum tacite qdem à modestia, & continentia ai. Nã cum ceteri mortales aliquo studio efferãtur, Mœcenas in equestri ꝑmãsit ordine. Iuxta illud Prop. Intra fortunã q cupis esse tuã. vñ i p̃nc. Serm. ab eo tanq̃ ab incorrupto censore disquirit. Qui fit Mœcenas, vt nemo, quã sibi sortem, Seu rõ dederit, seu fors obiecerit, illa Cõtentus viuat? laudat diuersa sequentes? Quarto laudat eum à peritia lyrici carminis. Alioq. n. nõ tanti faceret eius iudicium, quãti nunc facit, dicens, Q̃d si me lyricis vatib. inseris &c. quod in fine ponitur, ad q̃d respicit hic vocatiuus, vt sit ordo. [O Mœc. edite) .i. in lucem date & progenite. [Atauis) .i. maiorib. tuis. [Regibus) .i. q reges fuerũt in Hetruria. O inq̃ Mœcenas, & .i. simul [Præsidium .i. p̃ses, ad salutem, & opes meas, & .i. similiter. [Decus) .i. ornamentum meum. [Dulce .i. non rigidum, nec imperiosum, sed clemens, & perbenignum. [Sunt quos) .i. sunt, qui vatio studĳs animis afficiãtur. veꝶ me doctaꝝ &c ꝙ si tu inseris me &c. ut in fine repetemus. Cõmendat autem poeta seipm̃, in hoc ꝙ se natum sigñat ad lyricum carmen, cum in eo summe oblectetur, nam (vt Prop inq̃t) Naturæ seq̃tur semina quisque suę. Et hæc ad ordinem. Cetera Mancin. diserte, & dilucide ꝓsequitur. ad quẽ quantum ad carminis genus addere possumus ex Diomede, si syllaba breuis addatur antepenultimæ, aut penult. fieri Pentametrum elegiacum, vt si ꝓ regib. dicatur, sceptriferis, aut nobilib. Pẽtametrum erit primum carmẽ, Mœcenas atauis edite sceptriferis. [Sunt quos curr.) Cõmemorat varia, q̃b. hoĩes maxime afficiuntur, vt nouissime se lyrico studio maxime affici dicet. Vr̃ autem non sine delectu recitare studia, nã primum fere afficiuntur ad diuinos honores. vñ Tacit. Quinetiam sapientib. cupido gloriæ nouissima exuitur. Dicit ergo primo loco, esse quos tm̃ gloria titillat, vt se deos credant, si in Olympico certamine colligendo puluerem, quo nihil vilius, palmã obtineant. Verba aũt sunt electa, vt cum ordine patebit q hmõi est, Sunt sup plurimi ambitiosi. [Quos iuuat) .i. delectat. [Collegisse cur.) .i. paruo aut curru, aut cursu, aut spatio currendi. [Puluerem Ol.) .i. q spargitur in certamine curuli, p̃cipue Olympico. [Et quos meta) .i. palus, aut stipes, pro meta positus. [Euitata) .i. declinata, & cauta, ne contingatur. [Rotis) .s. curruum. [Feruidis) .i. feruenter currentib. [Et pal.) .i. victoria. [Nobilis) .i. p̃clara, & illustres efficiens. [Euchit ad deos) .i. iudicio ipsoꝶ efficit eos, quasi deos. [Dños) .i. q dĳ sunt dñi terraꝶ. i. ad gloriã, deoꝶ. i. qui sibi dĳ videantur, si palmã obtineãt, aut sic. Et sunt, quos palma nobilis euchit dños deis debitã. aut sic. [Euchit ad deos) .s. Romanoꝶ, q ĩ Capitolio Rom. sunt appositorie. [Dñs terraꝶ) .s. vniuersaꝶ. Veꝶ ne multiplex iterp̃tatio ignorãtiæ interp̃tis det̃, norit lector poëtas studere fœcundis vocabulis, è q̃b. multiplex sensus elici põt, qui ois

tunc

tunc amplectendus, atq. admittēdus est, qñ loco & ceteris poëtæ dictis congruit. Hoc aūt loco, quia dicturus est de se, Me doctarum ederæ p̄mia fontium Dijs miscent supis, teneā ptinam expōnē, vt se deos putent, si palmē obtineāt. Aiaduertendum aūt est poëtam, vt vehementē ambitionem talium signet rē extenuare. Nā vtitur diminutiuo curriculo, ꝓ paruo curru, aut cursu, aut spatio, aut tpe currendi, dicitq. ꝙ iuuat collegisse, quod tñ laboriosum est, nō tñ auꝝ, aut gēmas, sed puluerem, quo nihil vilius, sed tñ victorib. siue in pugna, siue in cursu decorus est. Vt autem ēt pueri intelligant qūo colligatur puluis, & meta euitetur, & occasionē exercendi eiusmodi certaminis, qd̄ a curru curule dr̄, vnico r, qa primā corripit, ēt dum sella curulis, aut ædilis dr̄ norint, veteres non ex equo, sed de curru pugnare solitos, vnde insignes sunt Achillis, & Hectoris aurigæ, ideoq. vt aurigādi essent multi periti, agebatur curule certamen intra palos, seu stipites acutos, quos q ꝓxime sine lesione rotaꝶ ter primus circuiuit, palmā obtinuit. Ideo aūt ꝓxime vt se pitū retorquendi currus doceat, & latissimū spatium eodē tpe pficiat, nā in spatio circulari quo remotius sis à centro. tāto maiorem ex cursum feceris. Propter celeritatē aūt cursus dicit feruidis rotis accipiēs feruidū ꝓ feruēti. Nā rotæ, qa nō semp feruēt, sed ꝓ tpe, vtpote dū agitañ, nō feruidæ, sed feruētes dicēdæ sunt. [Huc si mob.) Scd̄o loco significat affectiunes ad honores Romanoꝶ. Tertio circa qetas possessiones. Quarto circa lucra ex negociatione. Dicit ergo quosdā sic affici applausu, & honore maximo, à R. P. (quo nihil incertius aut incōstantius) collato, vt nolint eum commutare diuitijs Attali. Alios sic possessionib. ꝓprijs, & quietis, vt ꝓ eisdem Attali fortunis nolint nauigare. Alios contra sic nauigationi deditos, vt tametsi ad tps, vtpote post naufragia, laudēt ocia, & rusticationē, tñ paullo post reficiant rates laceras iterumq. nauigent, cum in Mimis sit Publij, Improbe Neptunum accusat, qui iterū naufragiū facit, Verba hic quoq. ꝓpria, & selecta sunt. Ordo aūt est. [Si turba).i. turbida & confusa multitudo. [Quiritium).i. Romanoꝶ. [Mobilium).s. à proposito, hoc est incertoꝶ, & incōstātium, vñ nō est legendum Nobilium. Norandum aūt, Quiritium hic dici, q̄uis etiā dicatur Quiritum. Mobiles aūt esse docet auct. nr̄ 1. Serm. & Pers. Sat. 1. Nō si q̄d turbida Roma Eleuet, accedas, examenq. improbū in illa Castiges trutina, nec te q̄sieueris extra. Nā Romæ est, q̄s non? [Si ergo turba Quiritiū mobiliū Certat) .i. certatim cōtendit. [Tollere).i. extollere. [Hūc).i. quēuis virū. [Honorib⁹ ter.).i. summis. vtpote applausu in theatro aut triumpho, aut (vt Bōfini placet) totius P. R. q tergeminus est & tergemini ordinis, senatij, equestris, & plebeij. [Tu nunq̄ dim.).i. nemo vnq̄ eū dimoueat à studio taliū bonoꝶ. [Cōditionib.).i. fortunis, & diuitijs Attalicis. i. quas Attalus rex Pergami ditissimus possedit. i. licet pollicearis ei diuitias, Attali nunq̄ efficias, vt ipse nauta. i. effectus nauta, pauidus, qa nauigandi insuetus, & imperitus. [Secet).i. sulcet, & scindat nauigādo. [Trabe Cyp.).i. naui in Cypro facta, aut ad Cypriū, tendēte. [Mare Myr.).i. in quo submersus Myrtilus. Et tu nunq̄ dimoueas illū. i. quēuis aliū, quieta possessione gaudentē [Si con.).i. abscōdit. [Horreo pro ).i. non cōductitio. [Quidq̄d ver.).i. uerrendo colligiñ. [De areis Lib.).i. totū frumentum, qd̄ post triturationē colligitur in Libya. [Illū dico gaudentē fin.).i. ꝓscindere. [Sarculo).i. illo rusticano instrō. [Agros pat.).i. paternos, seu ex patrimonio. [Aut patrios).i. i patria, hoc est in solo natiuo possessos, Nunq̄ dico dimoueas illū. vt ipse nauta pauidus secet trabe, Cypria mare Myrtoū. [Ecōtratio Mercator).i. negociator, solitus nauigare. [Metuēs).i. paullo post naufragiū. [Africū) Sup. ventum ab Occasu brumali flantē. [Et Luctātem).i. certātem. [Fluctibus Ic.).i. maris, in quo Icarus submersus est. [Laudat).s. pro tpe. [Ociū).i. cessationē à negotio [Et rura sui oppidi).i. vicina oppido suo. sed idem Mox. i. paullo post. [Reficit rateis Quassas) i. laceras & cōcussas exitiēs. [Indocilis pati pau.).i. bonoꝶ paucitatē, aut imminutionem. nā paupe ries ēt pro damno accipiñ, vt si quadrupes pauperiē fecisse dicañ. [Et q &c.) ꝓseq̄tur post bonū, honestū, & vtile bonū voluptuosum dicēs. [Est sup. aliq̄s) (Dicit aūt singulariter innuēs rariores esse Romæ voluptatis, q̄ bellataꝶ est, quā honoris, aut reꝶ studiosos.) [Qui spernit).i. nō vult (Demere de solido).i. integro die nec pocula veteris) Sup. vini, qd̄ defecatius & laudatius est. [Massici) A Massico mōte dicti. [Nec partē).i. q toto die vult potare & ociari. (Sm alios, Ordo est. Est q nec spernit. i. p liptotē libērer vult pocula veteris Massici, nec spernit. i. nō vult demere partem. sed nō ꝓcedit ordo cū sensu) exiis. [Stratus mēbra).i. hñs mēbra strata. [Nūc sub arb. viridi, nūc ad cap. lene).i. leniter murmurantis, & fluentis. [Aquæ sacræ) i. fontis, aut fluminis alicui numini ꝯsecrati. [Multos &c.) Prosēq̄tur studia eoꝶ q̄bus nō est ꝓpositū aliquud certū bonum, aut quod oībus tale videañ, sed ex sola opinione. vnde viri Martij oblectanñ bellis, quos mulieres detestatur. Alij oblectanñ venatu &c. Ordo est. [Castra).s. militaria. i. res bellicæ. [Et sonitus tubæ).s. grauis. [Permistus lituo).i. tubæ clarisonæ & incuruæ. [Vt lit.).i. baculus auguralis. q; pro. i. bella detestata. i. cū detestatione, & execratione prosecuta. [Matribus).s quoꝶ filij interēpti sunt aut quæ filijs suis timent. [Iuuāt) .i. delectant, multos, qa Romæ multi sunt Martij viri. [Venator) .i. studio venādi deditus. [Manet).i. perseuerat, & diu durat. [Sub Ioue).i. dio hoc est aere frigido quia tpe niuium, & algoris; existens. [Immemor).i. penitus nullā memoriam hñs. [Coniugis) .i. vxoris. [Teneræ).i. adhuc iuuēculæ, & in flore ætatis existētis. [Seu).i. siue. [Cerua) s. animal illud fugax. [Visa).i. ꝓcepta. [Est catul.).i. catellis. [Fidelibus).s. dño, & certa ac fideli odorandi vi pditis. [Seu aper).i. siluester. [Marsus).i. qualis frequens est apud Marsam gentē in Italia. [Rupit).i. dissecuit dētibus aut impetu. [Plagas).i. chordas, seu funes extremas retiū. [Teretes).i. oblongas cū rotunditate. [Med. &c.) Tādem eo ꝑuenit quo maxime voluit, vt videlicet significet se maxime inclinari studio lyrico, & ita ad id natū. Nam (vt dicit Prop.) Naturę seq̄tur semina quisq. suæ. Ordo est. [Ederæ).i. coronæ ederaceæ. [Præmia).i. quæ sunt p̄mia & mercedes. [Frōtium doct.).i. viroꝶ doctoꝶ, quoꝶ frōtes edera decorañ. [Miscent me).i. consortē faciunt. [Dis supis).i. cœlestib⁹. [Et nemus gel.).i. opaco frigore tēperatum, seu sit Parnassi, seu Heliconis, seu Tēpe. [Et leues).i. agiles. [Chori).i. choreas ducētium cœtus. [Chori dico ny.).i. deaꝶ, dignatū, quæ spōsæ sint [Cū sat.).i. illis dijs siluestrib. [Secernūt) i. separāt, egregium facitētes. [Me populo).i. popularibus viris. [Si neque Euterpe, musa illa cohibet).i. arcet à me. [Tibias).i. fistulas, quæ olim ex tibijs fiebāt. [Nec Polyhymnia) Quæ etiam est musa à multa laude dicta. [Refugit).i. recusat. [Mihi tendere).i. disponere, vt pulsetur. [Barbiton).i. plectrum sic dictum. [Lesboū).i. quo, aut quali Alcæus poëta lyricus ex Lesbo vti solebat. Bonfinis legit. *Bonfinis.* Néue Polhymnia, vt per collisionem dicatur pro Polyhymnia. [Quod si).i. q̄nimmo, ò Mœcenas si tu inseris me vatibus lyricis .i. si ascribis me numero lyricoꝶ. [Ego feriam).i. percutiam, & violēter contingam sidera, tracta metaphora ab his, q altiores re, sub qua ingrediunñ, eam vertice feriunt. [Vertice).i. suprema parte capitis, a qua obuertunñ capilli. [Sublimi).i. sursum à simo in altum deducto, hoc est nihil mihi optatius cōtingere posset, quā vt lyricis ascribatur, qa tanti mihi est bonus lyricus haberi, ac ꝓ Deo coli. non. n. non per arrogantiam censer se Deum posse fieri, sed se lyricum munus tanti facere, vt sibi Deus videatur.

## ANTONIVS THILLESIVS.

HORATII Venusini Poëtæ poëmata. è q̄bus ipse in vestrā vtilitatem, voluptatemq. explicāda suscepi carmina, sic. n. ipse suas Odas appellat. Quid ego nūc vobis opus hoc laudib. exornē? putate nemus aliqd̄ ingredi amœnissimū latissimumq. vbi p̄ter cœli nitorem, salubritatemq., terra sit herbis ac floribus cōuestita, ꝓceræ ac frugiferæ arbores. hic sub collibus agricolarū solertia cultis vmbrosæ iaceant cōualles. Illic speluncæ penitus cauæ fontes effundāt vberes, frigidosq., atque aliaꝶ reꝶ sit copia quæ oculis afferūt, ac auribus voluptatē: Sic in hac Horatiana poësi quasi silua quædā viret variaꝝ reꝶ delectaris adulescētule fabella? quā grauissimus auctor Arist. carminis esse aiam, inq̄t, plurimā percipies hinc, & suauissimā. mauult alius historiā audire, occurrit illa, nec domestica tm̄, verumetiā peregrina. Ecce hic de grege Epicureo voluptatem appetit, aliq̄s Democr. ridicula amar. Heraclitus aliq̄s flebilia. fac aut Phædrū, aut Cliniā, aut Niceratū amatoria velle, Pollucem, aut Erycem, aut Herculem ipm robustiora, ēt alium Orphei similē hymnis, & cāticis delectari. q̄s hoc cōuiuia hilarius parat? aut stultos ridet vrbanius? aut miserabilius lamentañ, vel acerbos iuuenū interitus, vel alias mortaliū calamitates? Virtutes & gesta Heroū canit hic solus, ac q̄bus carminibus? Dij īmortales, Deæq.. Iouis filiæ Pierides eruditę, Parnasi castissimæ cultrices. Sentētiæ modo graues dulces, modo magis hunc ornēt, an verba selecta, an ipsoꝶ verboꝶ rursus teres & modulata structura Græcoꝶ luminib. passim illustrata, dubiū est. Quid plura? Pindaꝶ ipm, Alcęum, aliosq poëtas Lyricos penè īnumerabiles, q̄bus se Gręcia iactat, ne q̄d magnificentius dicā, ęquauit hic solus. nam nr̄i vbi tantā carminis excellentiā audierūt, nō ausi sunt idē tentare, qd̄ si q̄s expiri voluit, repudiatus ab oībus & contēptus iacuit, nec eius scripta ad posteros ꝑuenerunt. ad extremū vnicus est. Hor. Romanæ fidicē Lyræ, quē plenū iucūditatis, quē plenum gr̄æ, quem solum ferè legi dignū. Fabius

autumat Quintil. quē eundē Petronius cū Virg. tm̄ è latinis poë tam esse prædicat, reliquos tāto honore indignos celet. at eius æqualis Ouid. sine inuidia hūc & numerosum, inqt, & eius Lyræ Ausoniæ carmina esse culta nā qd ego nūc dicā de Petsio doctissimo sanè viro, & in dijudicādis poetaꝶ sctiptis acerrimo, adeo vt ne optimo qdē illoꝶ, parcat q cū huius ēt sermones studiose imitaretur. Vafrū eū pdicat, callidu, iocosumq́. & sagacē poetam, & alius lucernā clamat hūc esse Venusinā, sine qua Musa latina iacetet in tenebris ignota. nihil dico de varijs carmiuum gnib. q nisi nr̄ hic Romanos ipsos docuisset, vn̄ illa disceremus, esset præterea nihil oīno. & qd poëticæ nr̄æ deesset, si ijs careret quam, nuda, & inops iacetet, qs nō videt? Iam illud quantum est? qd non mō legentiū, atq. audientiū aīos suauitate pfundit, sed multa recte viuēdi pcepta tradit è fontib. hausta philosophoꝶ, qui fructus è laborib. nr̄is iucūdissimus est. & pfecto satis meo iudicio pse cit ille, q è lr̄is modestiā in primis doctus est seruare, pietatē, atq. humanis gnis societatē, cōtra q nr̄am teligionē sanctissimam negligit, q pudorē nō ex aīo tm̄, sed ex ore detersir, quicquid sit fides, & amicitia nunq̄ nouit, qui velur alrer Timō hoīes odit vniuersos eorumq́ cōmodis & honorib. diesq. & noctes aīo dolet telis inuidiæ grauiter cōsauciato, tm̄ abest, vt eum eruditū existimē, q̄uis nefarius ille in opto Musaꝶ audeat permanete, nec timeat Iouis filias castissimas oculis, lingua, & manu incestare, vt infra oēs impuros, vētriq. & gulæ deditos parasitos, infra nebulones oēs, atq. adeo pecudes, & mōstra ipsa deiectū esse censeam. nā qd terrirus portētū est? quā lr̄as virtutem genitrices tractare, cogitare, loq, & facete rurpissima. Vt. n. os hoīs naturæ artificio in pröptu positū, si oculis est puersis, si buccis plus nimio tumefactis, si deformi laoꝶ rictu, si denique fœda aliqua nota deturpatū, intuētium oculos offendit, sic vir lr̄aꝶ studiosus, vitioꝶ macula respersus æquo nō pōt aīo videri, nō pōt audiri. Sed ipm tandē poëtā & viuēdi magistrū audiamus. de cuius vita aliqd dicere, qn̄ ea nouissima est & passim quotidie ab oībus decātatur, absurdū, & esser hoc loco, tātaq. doctissimoꝶ hoīum frequentia indignū. Audite igitur qb verbis, quem honorificis Mœcenatem suum alloqtur Calaber poëta, nō Ennium dico, fuit. n. ille multo antiqor, q in eadē Calabria natus, vt fuit, ac nunc ēt est, genus hoīum non mō in oī literaꝶ gn̄e pstantissimum, sed bn̄ficij nunquā immemor, Scipionis, Lęlij, Flaminij, aliorumq. Reip. Rom. principū virtutes, & ttiūphos immortali carmine celebrauit, sed hunc, hunc ēt nostratē dico Horat. vt intente audiatis. erūt huius verba lōge iucundiora, q̄ fuerunt nostra, q tn̄. vt est vestra oīum humanitas, & in me beneuolētia, benigne hactenus audistis, vn̄ vobis oībus gratiam semp habebo summā Videte q̄ egregie non tm̄ in primo carmine Mœcenatis sui nomē posuit, sed illud idē voluit primū esse ordine oīum verboꝶ, vt legentiū oculis primū statim occurreret, primumq. velut aliqd felix, faustumq. omen, Mœcenatis nomen pronunciatetur eiusq. imago in aīos hoīum incurreret. fauere linguis, duos tm̄, polliceor, versiculos in præsentia exponam. spero, aliquod erit operæptetium audire.

*Mœcenas atauis edite regibus:*
*O & præsidium, & dulce decus meum.*

Enumerat hic Horat. diuersa hoīum studia in eoꝶ aīs natura penitus insita, inde cōcitaris in cursum eqs aliqui gaudēt Olympici stadij metas ambire, magistratus, alij potius ambiunt, hic aūt, vt vberes è terra fruges pcipiat, agros vomerib. sulcat dutiter & laboriose. Ille pauptatis ærūnam modu adijciat, rostris idē facit p maris vndas pauide & piculose. Est q vtriusq. duritiē detestatus molliter viuit ipse in voluptate. iā vero plurimi libentius tubæ clāgores audiunt, hilatiusq. gestiunt in cōfertas hostiū cateruas penettare, q̄ inter virgines choros agitare, atque sumptis armis ira ad mortē festinant, tanq̄ vitam inde sint relaturi. quinetiā venationes studiosi vxores iucundas ceteris vt feras exhorrēt, feras rursus formidolosas alijs lætus vident q̄ vxores, se vero suapte narura ad musas ppensum esse sign̄at modeste. O Mœcenas, casus est, quē veteres nō modo vocatiuum, aut appellariuū dixerūt, verūetiam salutatoriū, hoc. n. casu vtimur vbi iubemus aliquē salue, vt salue iuuentutis ò Princeps, secli delitiæ decusq. salue & apud Comicū (nam sic honoris gr̄a à multis Terent. dictus est) Mysis salue, ò salue Pāphile. epicoꝶ quoq. pstanrissimus Virgil. Maro, Salue sancta parens, iteꝶ saluete recepti Neqcq̄ cineres, aiæq. vmbræq. paternæ. atq. vt est in historia, alter è coruis planissime pnunciabat, salue Cęsar, alter salue Antoni, vt vtercunq. vicisset, nouus ille grāmaticus, & magister auiū mercedem laboris & quasi Minerual accipet à victore. Quia igitur hoc casu vt apparet salutamus, antiq vt patrium sermonē omni ex parte locupletarent, casum, vt dictū est, salutandi, & salutatorium appellarunt. Fuit aūt Mœcenas, vt nemo fere in primis literis ibutus ignorat, natione Etruscus, q gēs & antiqtate, & rei militaris peritia, & augutali disciplina satis se ptiscis tpib. nobilitauerit, ad quas pclaras virtutes accesserunt opes imensæ, accesserunt ornaméta prsus Regia, q̄ ipse P. R. gētiū victor vsurpauit, ijsq. Reges suos & magistratus decorauit. nostra aūt tēpestate, vt missus hat sermo Etrusc9, q vt olim Atticus reliqs Gręcis iucūdus erat eūq. alienigenæ cōpiutes studiose discebāt, ita hic Italoꝶ aures lepore quodā & suauitate demulcet, vt si qs ab eo prlus abhorreat, agrestis quudāmodo, & quasi barbarus existimetur, q̄ laus non leuis est. sed vt eum silētio prætereā, neq. aliqd dicā de amœnitate, & cultura agroꝶ, deq. villaꝶ magnificētia pene innumerabilium, ipsæ in eadem Etturiæ tegiones vrbes plurimæ sunt, & celeberrimæ, inter quas velut Regina quædā erigitur Florētia, oīm, quot vspiā sunt vtbium, cōi cōsensu, & iudicio pulcherrima, vbi quēadmodum eruditis seculis olim in insula Rhodigiēsium, aut Atheuis. aut in magna illa Græcia, aut Syracusis Græcæ facultatis studium flotuit, sic in vna tm̄ vrbe Florētia nō vnus modo Latinus, sed Graius quoq. setmo nostra iam memoria domicilium habuit. e qb. alter cum Balbus pene iam obmutuisset, alter vero iamptidē ita esser inauditus, quasi nusq̄ fuisser vnq̄, cœpit vterq. simul quodāmodo renascēs diserte loq, ac poëtice, nec nō sapiēter multa mortalib. præcipere. idq. vno tm̄ auctore oīum ciuium quot vnq̄ ibi fuerūt, clarissimo, q patrimoniū suū copiosissimum benigne & cū magna, & in pn̄tia & apud posteros laude effundēs Latinis, Græcisque voluminib. quoꝶ vel noīa ipsa iandiu interierant, p multos conqsitis, atq. vndiq. cōportatis, conductis etiā vtriusq. linguæ spectatissimis pfessorib. quos pmijs auctos ingētib. in summo semp habuit honore, patriā suā & tpa ppetuo ornauit. Quæ cum mecum ipse cogito ò Laurenti, tu. n. Laurenti Medices opulentissima & illustriss. familia natus, tu inq tuo studio, & regia liberalitate tut, tāraq. bona nobis pepisti cū hæc cogito, te vnū optime oīum de humano gn̄e meritū esse existimo. nam cum oratione, psertim erudita maxime differamus à brutis, eaq. diu perierit, cū illa p te fuerit nobis restituta, *restituta p te* nobis fuit ipsa humaniras. nunq̄ tanti beneficij memoria ex aīs hoium excidat, tuiq sacratissimi manes sine vlla perturbatione quo fruant sempiterno inter aīas cœlestes, vir deoꝶ cōsuetudine dignior, q̄ mortaliū. Quamuis in eadē pgenie nō illud tm̄ sidus emicuit, sed aliquot post annis, quasi lux qdā exortus est Leo X. Pōt. Max. nunq̄ sine summo honore, atq. ēt veneratione noiandus, q cū aliquādiu virtutib. suis cūcta illustrasset, fato nobis aduerso mortitera quadā nube ante diē preptus oīa reliq fleti tenebtis, nisi Dijs ipsis euetsionē seculi miserātibus ex eadē Medicea domo alter sese ostendisset Sol clarissimus Clemēs vij. eodē summo pontificatu ornatos, q q̄uis, vt Atlas, oīa solus sustineat, eiq. Xp̄ianæ religionis incrementū, sit curæ, & reꝶ oīum tranqllitas, nō tn̄ oblitus est bonaꝶ artium, ratus in ijs sitā esse recte viuendi rōnem. Itaque negotiū dedit Ægidio Cardinali amplissimo eloquentia, ac varij sermonis multiplici doctrina ornato, q̄ qui fuit vnq̄ maxime, meoq. ēt Io. Matthæo Gybetto Datario Opt. & sapientiss. cuius tāta est modestia, ingenuus pudor tātus, vt non videā eius posse vllā, ne verbo qdē, attingere virtutē q̄ multa, magnaq. in eo elucet, qn grauiter offendatur. tanta rursus est illa, tamq. varia, & in me nō vniusmodi merita semp p̄ me, q̄diu vixero, ferēda, atque ēt pdicanda, vt eum nullo pacto possem, nisi alio festinaret oro, tacitus pterire. His igitur duobus atq. huius Academiæ aliarū oīum florētissimæ prudētissimo, ac doctiss. Rectori datū est, vt dixi, negotiū, ne huic loco eruditi desinr, facundi ac modesti pfessores, ne ue ij rursus honore defraudentut, & pmio. qd tā insigne beneficium memoria debemus semp psequi gratissima. Redeo nunc ad Mœcenatē Tyrrhenū, patria Aretinum, Aug. Cæsari cum quo bellis oībus ab eo gestis, ut Pedo scr. Albinouanus, socius interfuit, acceptissimū, atque adeo intimū, idq. non fide tm̄, prudētia, & vsu rerū, verumetiā poëticæ studio, qua princeps ille maxime delectabatur. Id aūt genus doctrinæ tanto pere coluit Mœcenas, ut inter sui tpis poëtas hr̄etur insignis, iamq. nōnulla monumētis tradidit, ut Elegias cōplures, ut Prometheū ttagœdiā. Laudauit & Octauiæ Augusti sororis uenusta tē luculētis carminib. è qbus est illud. Pexisti capillū naturæ muneribus gratū. Et de Berecynthia, ades inqt, ò Cybele montium dea. ades, Et sonante tympano quate flexibile caput: Latus horreat flagello, comitum chorus vlulet. Idemq. de suo sepulcro, Nec tumulum curo, sepelit Natura relictos. Quid aurem Augustus ipse, & Neronis magister Seneca de huius scriptis senserint, nihil attiner nūc ostēdere. Illud vero laudandū est in eodem Mœcenate, qd nō quēadmodū pusilli & minutuli hoīes inscitiæ suæ

con-

cōſcij aío ſemp pauido excubāt formidātes,ne bolus, quē mordicus retinent,ex ore eripiaṫ famelico & iccirco maledictis, & latratib. eruditos ꝓbarosq. viros a ſuis Principib.fugāt, vt ingluuiē ſolt expleanṫ hoīes teterrimi, Tātaleis dignī ſupplicijs, ſecus agebat ille,vt.n.quiq. ingenioſiſſimus erat,doctiſſimusq. ita eū Octauio ſuo libētiſſime cōciliabat,iamq. nōnulli tanti Principis familiaritatē vni referebāt acceptā Mœcenati, quoꝝ in numero fuit Virg.Maro,de quo nō eſt nūc ꝑdicādi locus, & nr̄ hic Hora. cui cū multa ille largitus eſſet,ociūq. ad Poëticæ ſtudiū cōceſſiſſet,qđ ꝑtiū habuit ſummū,ꝑſoluit hic,nā igenij, & doctrinæ ſuæ monumēta Mœcenati conſecrauit,& ꝑter epiſt.& ſermones, fuerunt hæc carmina,Odas dico.enimuero egregiā retulit gratiam, multoq. plusq̄ acceperat,hic illi reddidit,ſed ſatis in vno Mœcenate imorati ſumus,q fuerit ne ille, q triēniū vniuerſum, anteq̄ diē obijſſet,ne punctū qdē tpis ſomno ſopitus fuit,dubiū eſt. Dicet aliqs, nihil ne deturri loq̄ris Mœcenatica,vñ cōis hoīum peſtis Nero vrbis incendiū cum cantu ſpectabat,& voluptare,deq. eiuſdē domo,vbi æger ſolitus erat,Auguſtus curari, aut de hortis,quo,vt alij ſuſpicātur Poëtaꝝ flos vētitabat,ibiq. luſit Horto carmina digna nō libello? qd oīa ne nunc ſunt inculcāda? immo ſentio me lōgius aliquāto,q minus meū reqrit ꝓgreſſum.itaque reliqua celeriter ꝑſtringā.O Mœcenas,inqt Horat. edite regib. atauis,cuius antiquū eſt genus, & Regiū atauis ꝓ maiorib. poëtice dixit,vt Virg. Turnus auis,atauiſque potens. eſt aūt atauus quartus ab auo.ſic.n.ſtēma gētilitiū & domeſticum ramos diffundit ſuos,vt poſt parentē ſit auus,deinceps ſequatur,ab auuſque, & de quo dictum eſt atauis,nouiſſimo loco ſit tritauus.vitta maiores dñr eadēq. rōne Auia dī,& ꝓauia,nepos,pronepos,neptis, ꝓneptis,q oīa gradus hñt eoſdem,quos auus. explicaṫ hic locus a iurecōſultis abūdet. De regib nihil opus eſt hic aliqd cōmemorate,qs.n.neſcit Regiā ptātē eſſe ſummā,eiq ſanctitatem ineſſe, & inter hoīes plurimū pollere,adeo vt,ſi qs opib. ꝓfluēter abundet Rex dicaṫ,quaſi inter alios excellēs.inde eſt illud,Regem me eſſe oporruit.& Cic.cauſaꝝ,& iudicioꝝ Rex dictus fuit publico oium elogio.qa ceteris Oratorib.antibat.qn & colludētes pueri,Regē conſtituebant,nec eo carebāt cōuiuia,aut ſacerdotes. ēt rōnis ex ptia regē hñt,nec aues modo,aut ſerpētes,ſed apes ipſæ Muſaꝝ volucres.Regem multo magis obſeruant,q Ægyptij,aut Medi. qd opus eſt verbis? Iuppiter Opt. Max & honore & noīe Regis gaudet,& Rex dr̄ hoīum & deoꝝ, eiq. mortaliū Reges curæ ſunt.Nō potuit igitur Horat.aut maiori,aut ſanctiori, verbo Mœcenatis ſui familiā exornare,quā dupliciter laudat, ab antiquitate & maioꝝ dignitate. Nā aliqua domus vetuſta eſt, & tritaui pōt,vt ita loquar,atauum,ac domeſticæ ſtirpis ramū milleſimū oñtare in ea tñ,vt de antiqs Rom. honorib. dicam,nulla fuit Prætura,Cenſura nulla aut Cōſulatus, aut ēt Triūphus. itaque nullo reꝝ geſtaꝝ ſplēdore illuſtrata ſp iacuit obſcura. Cōtra alij clari fuerūt ꝑ ſe,cum nihil luminis a ſuis accepiſſent,vt Siculoꝝ Rex Agathocles natus è figulo,vt Seru. Tullius ancillæ, & Vulcani,vt fama fuit filius,cuius amore capta reꝝ humanaꝝ arbitra fortuna,(ſic in Romanis fabulis legitur,fabulas aūt Rom.dico, Romuli incunabula,eiuſq. ad ſuperos aſcenſum, Numæ & Ægeriæ colloquiū in ſpelūca,Apicē Tarqnio ab aqla impoſitū,aliaq. nō multa,qb.abundat Græcia) è clāculū ſe ꝑ feneſtrā inferēs adoleſcēris cōſuetudine fruebatur.eumq. adeo dilexit, vt nō tm̄ Pileo.i.libertate ſeruū donaret,ſed eius manū ſceptro, caput autē diademate ornaret eadēq. hera(illa.n.ab Ennio dr̄ Fortuna)multiones cōſulatib. decorauit. Qui oēs è Parētib. nati ignoti ſeipſos nobilitarūt veꝝ illa demū in honore ſummo hr̄ ꝓgenies, cuius vetuſtas maioꝝ virtute ſplēdeſcit, vt de Mœcenatis gñe non ſemel hic ꝑdicat,multique cū eo ꝑterea.O & ꝑſidiū,& dulce decus meū.O particula q̄ ꝓducto vocis ſono ꝓnūciāda eſt & geminis Proſerēda tꝑib.Quid aūt ſit tꝑs in ſyllaba,nemo ita indoctus eſt,qn intelligat,iūgiṫ vero cū recto caſu,vt,ò ego felix virum natus in oī virtutū gñe ꝑſtātiſſimū. cū accuſatiuo ò me nunq̄ qetū,donec icolumis redeat meus.nā qs neſcit appellatiuo frequētiſſime herere? certe ꝑtib his modis uno, atque altero verſiculo vſus eſt Prop.O me felicē,nox ò mihi cādida,& ò tu Lectule delitijs facte beate meis.Et ꝑſidiū,tutamē,& patrociniū.vt.n.præſidiū in Vrbe,oppido,aut ī arce collocatū ab hoſtib locū defendit, ſic cum multa Mœcenas largitus eſſe Horat. paupertatē hoſtem mortalib.acerrimā,ab eo procul fugauit. Et decus meū dulce ornamentū.vñ prꝫter laudē,gloriamq. voluptas manat ſuauiſſima, Eſt aūt honorifica appellatio,nū.n.tm̄ dixit ò Mœcenas,ſed plurib.vt ſuum ornaret,vſus eſt verbis. factitat hoc Virg ſed à multis exemplis illud non occurrit,quo ſolo erimus contenti.

*Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi,*
*Qui tripodas, Clarij lauros, qui ſidera ſentis,*
*Et volucrum linguas, & præpetis omnia pennæ.*

Porrò cū aquaꝝ infinitæ propemodū vtilitates ſint,gratiſſimēq. q ſacerdotia gerūt motib. Ægyptioꝝ, oſtendūt res omneis è liquoris poteſtate cōſiſtere.Itaque cū hydria ad templū caſta religione defertur,tūc in terram ꝓcumbētes,manibus ad cœlū ſublatis diuinæ grās agunt bonitati. Ex ijs eſſe arbitror quod Seneca ſcribit. Magnoꝝ fluminū capita veneramur. Subita & abdita vaſti amnis eruptio aras hēt. Coluntur aquaꝝ calentiū fontes & ſtagna,q̄ vel opacitas vel immenſa altitudo ſacrauit.Et Tacit ſcr. Sacra & lucos & aras patris amnibus dicari conſueſſe. Hinc & Horatianum illud ex j. Carm. Nunc ad aquæ lene caput ſacræ.

*EVterpe cohibet,neque Polymnia. Sic in omnibus legi exemplaribus: ſed non ſtat verſus,quia pro choriambo pæon quartus eſt.* ALDVS MANV.

*Nĕquĕ Pŏlў̆ uuuu*

*Legendum igitur, vel Euterpe cohibet,nec Polyymnia, vel, Euterpe cohibet. nec Polymneia. Si Polyymnia ſcandatur ſic,*

*Eūtēr--pē cŏhĭbet -uu- nēc Pŏlў̆ў̄-uu-mnĭă uu*

*Vt componatur à πολὺ, & ὕμνος, quaſi Multicinam Latine dixeris. Id videtur ſenſiſſe Phornutus in lib.de Nat Deor. vbi ait: Πολύμνια δέ ἐστιν πολύμνιτος ἀρετὴ ἢ μᾶλλον ἡ πολλοὺς ὑμνοῦσα καὶ ὅσα περὶ τῶν γραμμάτων ὑμνεῖται παρειληφυῖα, καὶ τῆς ἕνεκα τῶν ποιημάτων, καὶ τῶν ἄλλων συγγραμμάτων ἱστορίας ἐπιμελουμένη. Si autem Polymneia, ſic:*

*Eūtēr -- pē cŏhĭbēt -uu- nēc Pŏlў̆mnē -uu- ĭă uu*

*Nec obſtat & ly corripi ſequentibus m, & n, cum faciant ſyllabam, quæ præcedit,indifferentem,ſicuti muta liquida, vt apud Græcos Cratinus:*

*Ἀλλοτριογνώμοις ἐπιλήσμοσι μνημονικοῖσι.*

*λήσμοσι dactylus. uu. Callimacus, vt citat Ephestion. Priſcian.*

*τοὺς μὲν ὁ μνησάρχειος ἐφησσίος.*

*τοὺς μὲν ὁ dactylus -uu. & tūc cōponitur ex πολὺ, et μνεία, quòd ſit multa memoria, nā Iouis, & memoriæ filias eſſe. Muſas teſtatur Heſ.in Theog.*

*Μοῦσαι ὀλυμπιάδες κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.*
*Τὰς ἐν πιερίῃ τέκε πατρὶ*

*Μιγεῖσα μνημοσύνη. Et diſſoluta diphthongo πολυμνεία πεντασυλλάβως, καὶ ἰωνικῶς πολυμνηία, vnde Polymneia, ſicut elegeia, ἀπὸ τῆς ἐλεγηίας, ſecundùm Ionas.* Ouid

*Flebilis indignos Elegēĭă ſolue capillos.*

*Quanquam Græci tam proſa oratione, quam carmine, Πολύμνια τετρασυλλάβως, cum accentu in antepenultima, vel altero y, ex Polymnia, vel ε, excluſo, ex ει, diphthongo. Heſiod. in Theog.*

*Τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε πολύμνια τ' οὐρανίη τε.*

*Sed de his abunde multa diximus in quarto inſtitutionum noſtrarum.*

HVnc ſi mobiliū turba Quiritiū,) Et ſi vix credibile viderī pōt aliqd ꝑtermiſſum Ode ꝑſertim prima,qđ videaṫ aut neceſſariū,aut cōmodum,viris doctiſs. q nr̄m hact. Hor. ſunt interpretati,& illos in ſuaꝝ interpretationum veſtibulo,vbī diligētia ſolet & debet maior,q̄ in reliqs adhiberi,non oīa executos fuiſſe & ꝑſcrutatos,q̄ ad verā auctoris mētem ac ſniam pertineāt: tñ,cū & aliqd hoc loco deſiderari poſſe iudicauerim,ac cupiā eos potius imitari,q ex paruis initijs ad maiora deuenīūt, q̄ q magna ꝓfeſſi opinionē de ſe cōceptam tueri nō poſſit,haud abre duxi eſſe,ſi pro Annotat.j.tanq̄ ad rē admodū paruā & annotatu vix dignā ad ſupraſcriptoꝝ verſuū ordinē deſcendero, q cū ſatis videri poſſit adoleſcētib.ꝑſertim,qbus hęc ſcribunṫ & annotātur,difficilis & implicitus,alijs ꝑtermiſſus,a Mancin.vero mutilatus,& (vt ipſe ſentio) inuerſe eſt traditus,& ad declarādum ꝑtereā in eiuſdē verſib⁹(quæ ij. erit Annotat.) q ſint honores Tergemini,quos alij (ni fallor) nō vīr intellexiſſe. Solus.n.Lād ita rē attigit inter duas explodēdas (vt ſentio) opiniones ſniaſq. ſuas, vt caſu quodā & quaſi nolēs ſecundam,q̄ optima vr̄ eſſe mihi, nō ſecus addiderit,ac ſi qs nō diſcernēs diē a nocte dicat,aut dies eſt, aut nox.Qđ ex eius ſcriptis latius videri pōt. Quo in loco dicet aliqs nimis in alienis fortaſſe reb⁹ curioſus ac ſuꝑſtitioſus & criticus,ex aliena induſtria laudē ſibi vēdicat Bonfinis,qppe q ea dicit,q̄ Mancin.& Lād.attigere. Cū illud ipm Mancin.& Laud.non ipſi referri debeat acceptū Ego vero licet is ſim,apud quē veritas & ratio lōge magis valeāt,q̄ quorūuis opiniones, & q nunq̄ voluerim ex alieno labore laudis mihi aliqd tribuere,in vniuerſum tñ nunc ꝑfatum ac dictū velim,& in his & alijs nōnullis locis vtilitatis me alioꝝ potius, q̄ gloriæ meæ ſtudioſum ad alioꝝ ſniam adiectuꝝ eſſe,q̄ viſa fuerint opportuna, in varijs vero alioꝝ ſentētijs illi,q̄ mihi ꝓbabiṫ,aſtipulatuꝝ,nō id quidē,vt videri velim doctiſſimoꝝ interpretū iudex & cēſor, ſed vt dubios adoleſcentum aīos,ancipiteſq. & alioꝝ,q mihi fidei aliqd habebūt doceā,quātū erit in me,& admoneā quam ſeq debeāt opinionē.Qđ non video cur poſſit,aut debeat dari mihi vitio,ſi paucis ī locis fecero, MATT. Bonfinius.

& id quidem meo ipsius stylo meis verbis, cũ oĩno constet & apertum pateat, q̃cunq. de re aliqua scripsere post primos illos rerũ inuentores, præter admodũ pauca, q̃ ipsi vt recẽtiores aliorũ inuẽtis addidere, eadẽ dixisse & tradidisse, q̃ priores dixerãt ac tradiderant, nec aliq̃bus id in locis, sed in opib. vniuersis. Et tñ pro suis oĩa tradidisse, & hri ẽt voluisse, vt exẽplo est hoc ipso in loco, de quo agimus. Mancin. (vt alios prætermittã) q̃ in tergeminorũ honorũ expõne duas ꝑtulit sñias, alterã ex Porph. alteram ex Land. scriptis ad verbũ exceptas. Sed his omissis, estr ordo, Nunq̃ dimoueas hunc Attalicis cõdõnib. vt nauta pauidus secet mare Myrtoum trabe Cypria, si turba mobiliũ Quiritiũ certat tollere. s. ipsum quẽ cupis dimouere, tergeminis honorib. ac rursus repete, Nunq̃ dimoueas illũ gaudẽtem scindere patrios agros sarculos Attalicis ꝯditionib. vt nauta pauidus secet mare Myrtoum trabe Cypria, si cõdidit, quicq̃d vertit de areis Libycis, horreo ꝓprio. Tergeminos vero honores accipiẽdos cẽseo non ꝓ infinitis, aut p̃fectura, q̃stura, & ꝯsulatu (vt voluit Acrõ) nõ pro plausu populi, quo principes in theatrũ excipiebantur (vt voluit Porphyrio, & Porphyrionã secutus Mãcin.) nõ ꝓ valde geminatis ac maximis (vt Lãdinus, & Lãdinũ secutus Mãcin.) nõ pro p̃tura, ꝯsulatu, & dictatura (vt idẽ Lãd.) sed ꝓ oĩbus honorib. q̃ a turba Quiritiũ ꝓueniebãt, ac tergemini ordinis plebei equestris & plebe Rom. senatorij hoĩbus gradatim mãdabanẽ: Quæ q̃dẽ sñia fuit media triũ (vt dixi) quas tradidit Lãd. ita q̃dẽ dubie, vt ipsemet ignorare visus fuerit, q̃ vera sit & ꝓbãda. Et tñ, vt aliq̃d haud dictu alijs, & hoc loco dicã (q̃q̃ & id q̃dẽ parui erit momenti) cũ certat, & certe varie habeãt lib. ob id certat legẽdũ esse cẽseo, q̃d condidit nõ cõdiderit, dixit Horat. cũ vtrũq. a verbo dimoueas, sit referẽdũ. [Me doctarũ ederę p̃mia frõtiũ) Sentiãt (vt libet) hoc in loco quęcũq. volũt, alij. Eq̃dẽ nihil arbitror minus voluisse Hor. quã diuinos sibi honores vẽdicare, seq. deis miscere, ac i prima pieriũ. Ope arrogãtiæ crimẽ subire, ne temeritatis dixerim, & insolẽtiæ. Vsus est aũt diuinus plane Poëta eiusmodi verbis (vt mea fert sñia) nõ arrogãtiæ vitio, sed vt aptius & clarius suæ mẽtis cõceptũ exprimeret. Solẽt.n.q̃ rẽ aliq̃ imodice appetũt, eo dicendi gñe frequenter vti. vt si dicat cupidus nimis. & iuuenis, & amans, si amica potiatur, beatus sum, non q̃d re vera sit, sed q̃ sibiipsi btũs videatur. Quale est ẽt illud in supiorib. q̃ in hũc locũ ob id transtulimus vt eiusdem gñis Annotat. vno essent loco. [Sunt quos curriculo puluerẽ Olympicũ &c.) Dicãt itẽ & sentiãt & hoc in loco q̃ velint, alij. Sẽsus tñ verus est, Palmã & victoriã in ludis Olympicis ita quosdã delectare, vt sibi ipsis illi videãtur ad deos dños terrarũ gloria ipsa & aĩorũ suorũ elatione euecti. Est aũt versuũ talis ordo, sunt. s. aliq̃ui, quos iuuat collegisse puluerem Olympicũ curriculo, & quos meta euitata feruidis rotis, & palma nobilis euehit ad deos dños terrarũ & verbũ iuuat semp est repetẽdũ donec ad carmẽ in princ. annotatũ peueneris. [Hunc si mobiliũ turba Quiritiũ. In qua Periodo dimoueas verbũ (vt ordinaui) supplẽdũ est. Q̃d supuacaneũ fuerat admonuisse nisi q̃dã oblati suissent aliq̃ñ mihi viri alioq̃ nõ spernẽdi, q̃ obstinatissimo affirmare ausi fuerint aĩo hunc & illũ ex iuuat verbo p̃cedenti depẽdere (q̃d absurdissimũ oĩno mihi vr̃) nõ ex verbo sequenti dimoueas. Dicit igr̃ Horat. (vt redeã vñ diuerterã) Ederæ p̃mia doctarũ frontiũ miscẽt me dijs superis. i. videbor mihi ipsi misceri deis si edera fuero coronatus, nõ id aũt, q̃ re vera sit deis mistus, & deinde nõ suo. Dicerẽ & hoc ipm sensisse Land. ne debita hoceps alia, q̃ sequunẽ Hãc aũt sñiam esse verissimã, vltimi Odes versus, quos subijciã, aptissime declarant. Quod, si me Lyricis vatib. inseris. [Sublimi feriã vertice sidera). i. videbor mihi ipsi ad cœlũ vsq. ꝑtingere, si hẽbis me i numero Lyricorũ poëtarũ. Oñdit.n. his versib. ex alieno seipm metiri iudicio minẽ laude fraudarẽ, nisi aptissime ex eius colligeret scriptis, si diligẽter illa ꝑpẽdas, se sibi ipm ea i re (vt in alijs ꝑmultis) nõ cõstituisse, q̃ ita mõ negauit, vt neutrũ illũ fuisse partiũ nõ imerito dicas. Cũ discernere nõ possis q̃d senserit, aut affirmauerit. [Si neq. tibias &c.) Decreuerã equidẽ locũ hunc nõ attingere, vtpote q̃ bñ (vt mea fert sñia) haberet. Sed, q̃m multi sunt lib q̃ hñt, neq. Polhymnia ꝑ neue, illud obiter annotandũ duxi, versum claudicare, si legamus neq. cuius dictionis prior syllaba æque ac posterior breuis est. Nã cũ constet (vt aliq̃ voluni) ex spõdeo, dactylo, cæsura, & duob. dactylis, hoc mõ, Euter, pe cohibet, neque Polhymnia, siue (vt alij) ex spondeo duob. choriambis, & pyrrhichio, vt, Euter, de cohibet, neque Polhymnia, vt vtrobique breuis esset syllaba pro longa. nisi forte velit q̃spiã si priore modo scãdatur, affirmare consuesse id fieri ut breuis syllaba, si principiũ sit pedis, ꝓducatur p̃sertim si finalis sit dictionis, quale (vt exẽplo saltem vno nitamur) est illud in iiij. Æn. Pectoribus inhiãs spirãtia cõsulit exta. Et alia ꝑmulta. Prout & nos quoque in nr̃o grãmatices Cõpendio xv. ab hinc annis edito abũde docuimus, ac ostendimus. Sed q̃m syllaba, de qua agim᷑, nõ est finalis dictionis (q̃q̃ mediæ quoq. syllabæ eãdẽ ferẽ vim hñt & naturã, vt Ouid in vj. Met. Vitamq. fatebor. Accepisse mihi vitã dederitis in vndis. Tutius esse duco, vt neue legamus, q̃ vt eiusmodi sequamur abusus. Eam aũt syllabã esse longã satis ẽt ꝓbare ex versu sequẽtis Odes, quẽ subijciam, & q̃ trochæũ habet in sede prima. Ne te nr̃is vitijs iniquũ. Sed illud quoque non ꝑtermittẽdum duxi, vt tester eo tp̃e, quo has Odas publice interpretabar, hoc est xv. abhinc (vt alias dixi) anno, Antoniũ Benincasam Anconitanũ optimi virum iudicij maximæ experiẽtiæ, & nõ mediocris eruditionis ostẽdisse mihi lib. qui hrẽt. Ne Polhymnia. Quæ quidẽ lectio q̃q̃ non displicuit q̃ a tñ meus, & alij ꝑmulti lib. Neue hñt, & id quidẽ recte vt sum ipse quidem ratus, nihil immutandum tunc duxi nunc autem cum vtraque recta sit lectio, liberum omnibus, relinquendum veram probare malint.

## AD AVGVSTVM CÆSAREM.

*C. Cæsaris cæde deos voluisse vlcisci, multis prodigijs territa Roma, & oppido metuente ne iterum diluuium vt sub Deucalione, vniuersum mortalium genus, absorbeat.*

*Ode II. Dicolos tetrastrophos. Primi quique tres Versus sunt hendecasyllabi sapphici pentametri acatalecti, qui constant è trochæo, spondeo, dactylo, & duobus trochæis, vel spondeo vltimo, Sic.*

*Iām sā -- tis tēr -- rīs nĭuĭs -uu ātquĕ -u dīræ --*
*Grāndĭ -u nīs mī -- sīt pătĕr -uu ēt rŭ -u bēntĕ -u*
*Dēxtĕ -u rā sā -- crās pŏpā -uu lātŭs -u ārcēs --*

*Quartus autem quisque est Adonius dimeter catalecticos ex dactylo & spondeo vel trochæo, sic.*

*Tērrŭĭt -uu ūrbĕm -u*

-u -- -uu -u --
-u -- -uu -u -u
-u -- -uu -u --
-uu -u

IAM satis terris niuis, atque diræ
Grandinis misit pater: & rubente
Dextra sacra iaculatus arceis,
Terruit vrbem:
Terruit genteis, graue ne rediret
Seculum Pyrrhæ noua monstra questę,
Omne cum Proteus pecus egit altos
Visere monteis:
Piscium & summa genus hæsit vlmo:
Nota quæ sedes fuerat columbis:
Et superiecto pauidæ natarunt
Aequore damæ.
Vidimus flauum Tiberim retortis
Littore Etrusco violenter vndis,
Ire deiectum monimenta regis,
Templaq. Vestæ:
Iliæ dum se nimium querenti
Iactat vltorem: vagus & sinistra
Labitur ripa, Ioue non probante
Vxorius amnis.
Audiet ciues acuisse ferrum,
Quo graues Persæ melius perirent.
Audiet pugnas, vitio parentum
Rara iuuentus.
Quem vocet diuum populus ruentis
Imperi rebus? prece qua fatigent
Virgines sanctæ, minus audientem
Carmina Vestam?

Cui dabit parteis scelus expiandi
Iupiter? tandem venias precamur
Nube candenteis humeros amictus
Augur Apollo.
Siue tu mauis Erycina ridens,
Quam Iocus circum uolat, & Cupido.
Siue neglectum genus, & nepotes
Respicis auctor,
Heu nimis longo satiate ludo:
Quem iuuat clamor, galeæq. leues,
Acer & Mauri peditis cruentum
Vultus in hostem.
Siue mutata iuuenem figura,
Ales in terris imitaris, almæ
Filius Maiæ, patiens vocari
Cæsaris vltor:
Serus in cœlum redeas: diuq.
Lætus intersis populo Quirini:
Ne ue te nostris vitijs iniquum
Ocyor aura
Tollat. hic magnos potius triumphos,
Hic ames dici pater, atque princeps:
Neu sinas Medos equitare inultos.
Te duce Cæsar.

ANTO. IAM satis) Hæc 2. Ode est in Cæs. Augusti laudē. Scribitur.n. post cædē Cæs. niuis multū &, grādinis Iouē misisse terris, terruisseq. vrbē tactis de cœlo tēplis, terruisse ēt gētes, ne seculi Pyrrhæ diluuiū rediret. Tyberim quoque maxime exūdasse, in Cæs. videlicet vltionē. Quæ prodigia oīa portēdisse ciuilia bella, q̄ Augustus in Cæs. pcussores egit poeta ostēdit. Itaque cū dij oēs irati essent, nullū poterat populus ruēti imperio inuocare, nō ēt sanctæ virgines Vestā exorare. Ipse demum Apollinē inuocat, & Venerē, ac Marrē, ad expiandū, tollendumq. cædis scelus. Inde Augustū quē Mercuriū esse vult, vt deū ostēdat, orat vt patiatur solū vocari Cæs. vltor, & serus in cœlum redeat, vt diutius R.P. lætus intersit, ametq. dici pr̄ & princeps, nec sinat Medos, & Parthos inultos esse. Per qd' innuit dr̄e eum Romano imperio bellis ciuilibus toties afflicto succurrere, & in hostes cōuerti potius, q̄ in suos. [Niuis) Grādo cōglaciato imbri gignitur & nix eodē humore mollius coacto. qd' lib. ij. Plin. scr. Apuleius vero in lib de mūdo sic ait, Niues colligi iactatione densarū nubiū cōstat, nā priusq̄ in aquā defluāt, fractæ ac discissæ spumas agitationibus suis faciūt, & mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit, hæc victis nubibus crebror ad terrā venit. [Pr̄) Iupiter intelligitur p antonomasiam, q̄ dici pōt pronoīe. i. vice noīs positio, ut Saturnia p Iunone. est n pater oīum. Virg. lib. x. Tū pr̄ oḡs, rerum cui summa ptās, infit &c. Apul. in lib. de mūdo refert: Orpheum de Ioue illa dixisse, Iupiter oḡs est primus, & vltimus idē. Iupiter est caput & mediū, Iouis oīa munus, Iupiter est fundamē humi, ac stellātis Olympi Iupiter & mas est, & nescia

*Iouis officia*

fœmina mortis. Spūs est cunctis validi vis Iupiter ignis: Et pelagi radix, Sol, Luna est Iupiter ipse. Oḡs rex est, rei oīs Iupiter ortus. [Rubēte Dextera) Ad suborē, splēdoremq. fulminis

*Manubea.*

retulit. Acron scr. q manubiæ albæ & nigrę esse dr̄. Iouis rubea, & sanguinea. Seru. aūt lib. Æn. ait, in libris Hetruscoꝶ lectū esse iactus fulminū manubias dici. [Sacras arces) Deoꝶ tēpla, seu Imperatoꝶ regias p p q publica mala pottendebātur. Eus. in lib. tēpoꝶ scr. post Cæs. mortē Romæ tres simul Soles exortos, q paulatim in eundē orbē coierūt. Et inter cetera portēta, q̄ toto orbe

*Cæsaris prodigia secuta*

facta sunt, bos ī suburbano quodā Romæ ad Arantē locutus est, frustra se vrgeri, nō.n. frumēta, sed hoīes breui dissuturos. Plutar. addit, q Solis lumē caligine obsessum fuit, toto nāq. illius annis spatio Pallēs globus, & sine splēdore oriēs imbecillē, ac tenuē ex se calorē emittebat. Per qd' igratā minimeq. deis cōplacitā Cæs. necē declarabatur. App. lib. iiij. scr. Multa pdigia, signa pethortē da Romæ uisa esse post mortē Iulij Cæs. Canes lupoꝶ vice vlulatus edidere. Lupi ēt p forū discurrere. Bos vocē emisit humanā, Et infans recē genitus locutus est. Ex simulacris ēt nōnulla sudorē, emisere alia sanguinē. Hoīum immanes uoces, armoꝶ strepitus, equorū cursus inspectāte nemine audiebātur. Circa solē porro insolita apparuere signa, & imbres lapidei è cœlo missi, cōtinuaq. fulmina in tēplis statuisq. deciderūt. Quoꝶ causa senatus vates, & haruspices ab Etruria iussit acciri. Virg. ēt in fine lib. j. Georg de Sole ait: Ille ēt extinctu miseratus Cæsare Romā, Cū caput obscura nitidū ferrugine texit, Impiaq. æternā timuerūt secula noctē. Tpe q̄q̄ illu tellus quoq., & æquora ponti, Obscęniq. canes importunæq. uolucres Signa dabāt, quoties Cyclopū efferuere in agros Vidimus vndantē ruptis fornacibus Ætnā: Flāmarumq. globos liquefactaq. voluere saxa, Armoꝶ sonitū tota Germania cœlo Audijt insolitis tremuerunt motibus alpes, Vox quoq. p lucos vulgo exaudita silēres Ingēs & simulacra modis pallētia miris Visa sub obscurū noctis, pecudesq. locutæ Infandū sistūt amnes, terræq. dehiscūt. Et mœstū illacrymat tēplis, ebur, ęraq. sudāt. Proluit insano cōtorquēs vortice siluas Fluuioꝶ rex Eridanus, cāpusq. p oēs. Cū stabulis armēta tulit, nec tpe eodē Tristibus aut extis fibræ apparere minaces: Aut puteis manare cruor cessauit, & altæ Per noctē resonare lupis vlulātibus vrbes. Nō aliàs cœlo ceciderūt plura sereno Fulgura, nec diri toties arsere cometæ. Ergo inter sese paribus cōcurrere telis Romanas acies iteꝶ videre Philippi. Quæ q̄dē oīa, q a visa sunt huic loco cōuenire, haud piguit scribere, & si potuissem lectorē ipm ad Maronis opus remittere. Seculū Pyrrhæ. Deucalionis, & Pyrrhæ tpibus, vt ēt narrat

*Secula Pyrrhæ. Diluuiū Deucalion. Seculum.*

Ouid. lib. j. Met. aiūt diluuiū p vniuersam terrā fuisse. Veritas īn alia est. Nā (vt Iust. lib. ij. scr.) Amphiteonis Athenaꝶ regis tpib', aquaꝶ illuuies maiorē Gręciæ partem absumpsit, supfuere, quos refugia mōtium ceperunt, aut ad regē Thessalię Deucalionē ratibus euecti sunt, à quo ppea genus humanū conditum dr̄. [Seculū) Spatium annoꝶ cētum seculum vocarūt. dictū à sene, quod lōgissimū spatium senescēdoꝶ hoīum id putant. Auctor est Varro. [Noua m.) Diluuiū & interitum humani gñis, vel quod seq̄tur, cōtraria in diluuio cōtigisse dicit. [Proteus) Marinus deus, & pa

*Proteus.*

stor, vatesq. oīa noscens, quæ sint, q̄ fuerint, quę mox vētura trahantur. Quippe ita Neptuno visum est, imania cuius Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas, vt inq̄t Virg. lib. 4. Georg. Ac Diodorus lib. 2. scribit, cū Ægyptus rege careret. ex dignioribus quidā in regem assumptus est quē Ægyptij Cetea, Græci proreū appellant, qui iliaci belli tpe extitit. hunc artium peritum fuisse tradūt & in varias se formas vertere solitū, vt nūc animal, qñque arbor, aut ignis, aut qd aliud videret. Consuetudo aūt regib' Græcis causam hmōi transmutationis fingendi pbuit. Nam Aegyptijs mos erat regibus, aut leonis, aut tauri, aut draconis priorē partē in capite ferre insignia principatus, qñque vero arborem, aliqñ ignem, qñque redolētia supra caput vnguēta, hæc tū ad decorem spectabāt, atque ornatum, tum stuporem, ac superstitionē quandā aspicientibus inijciebant &c. [Pecus) Marina monstra. [Piscium) Et Ouid. item lib. j. Ille super segetes aut mersæ culmina villæ Nauigat, hic summa piscem deprehendit in vlmo. [Quæ sedes). s. vlmi. [Superiecto) Super terras iacto. [Damæ) Dama ge

*Damæ.*

nus est capræ siluestris, mansuescitq̄ raro, cum fera dici iure non possit, vt scr. Plin. lib. viij. Natarunt contraria fuisse ostendit, pisces enim hæsere vlmis: Damæ vero natarunt. [Vidimus flauū) Dicit vidisse Tyberim maris Tyrrheni uiolentia repulsum, Numæ regiam, Vestæq. tēplū fuisse deiectū, dum extra ripas effusus vxori Iliæ querenti Cæsaris obitū se iactabat ultorem. Plin. lib. iij. scr. Tyberim subitis incremētis, & nusq̄ magis stagnantibus

*Tyberis crescens religiosus.*

aq̄s, q̄ in ipsa urbe excrescere, quodque uates intelligitur potius ac monitor, actu semp religiosus uerius q̄ sæuus. Religiosus aūt .i. euitādus Macr. n. in cap. de Idibus lib. j. Saturn. sic ait, Nec hoc pretermiserim, q nuptijs copulandis, Cal. Non. & Idus religiosas. i. deuitandas censuerunt. [Flauū Tyber.) Id eius epithetō est

*Flauus color.*

Virg. lib. vij. Vorticib. rapidis, & multa flauus harena; in mare prorūpit. Flauus aūt color uidetur ex uiridi, rufo, & albo cōcretus. vt scr. Gell. ex uerbis. [Frontonis lib. ij. [Retortis un.) Nō pp turbines, uel quia ripas exibat, Retortis ait, sed intellige retortis ab æquore, nā & poeta ipse id aperit. [Littore Hetrusco). i. a mari

*Hetruriæ fines.*

Tyrrhena. Scribit. n. Strabo, q Hetruriæ fines ad Tybridis ripā extenduntur. Primū uero Hetruriæ oppidū ab ligusticis finibus Luna est portu nobile, ut scr. Plin. [Monumenta regis. [Tēplaq. Vestæ.) Numæ regia Vestæ templum fuerat ut Ouid. lib. vj. Fast. docet his uerbis. Hic locus exiguus, q sustinet atria Vestæ, Tunc

*Numæ regia, vestæ templum.*

erat intonsi regia magna Numæ. Formatū templi, quæ nunc manet, ante fuisse. Dicitur, & formæ cā pbanda subest. Vesta eadem est & terra, subest uigil ignis, vtrique significat sedem terra, focusque suam. Et paullo inferius ait, par facies tēpli, nullus pcurrit

rit in illo Angulus, à pluuio vendicat imbretholus. Fuerat aũt à Põpilio Vestæ cõi tẽplũ ædificatũ in foro, exñte in medio Capitoli, & palatij loco, vt Diony. lib. ij. scr. Solinus vero ait, Numam habitasse prius in colle Quirinali, deinde ꝑp ædẽ Vestæ, in regia, q̃, & tpe suo adhuc ita appellabatur. [Iliæ du se nimiũ q̃ẽti &c.) Ilia, Rhea, & Syluia dicta est Romuli mr̃. de morte cuius varia tradidere scriptores. Liuius. n. scr. vinctã fuisse in custodiã datã, nec aliud. Dion. vero virgis cæsam ꝯm quosdã ꝯm alios necarã ilico, vel in carcere diu asseruatam, solutamq́ deinde fuisse mortuo Amulio, qđ quidem & Plutarc. sentit addens ab Romulo debitos mrĩ restitutos fuisse honores. Porph scr. (auct. Enn.) in amnẽ Tyberim iussu Amulij regis Albanoꝝ præcipitatam. Acron edocet. Mortuã Iliam sepultã, fuisse ad ripã Anienis fluuij, qui in Tyberim incidit, abundanteq. aqs alueo cineres Iliæ in Tyberim deduxisse, binc dictã Tyberi nupsisse. Iust. lib. penult. scr. ꝙ Ilia vinculis onerata fuit, ex quoꝝ iniuria decessit. Euseb. scr. in terram fuisse viuã defossam, sed ordo est: Vxorius amnis. i. ipse Tyberis, vagus, dum iactat se vltorem, Iliæ nimium q̃renti, & sinistra labitur ripa Ioue non ꝓbante. [Querenti) Cęsaris. s. obitum, q eiusdem sanguinis fuerat. [Iactar) Ostẽdit, & gloriatur. Vagus errabũdus & discurrens. [Sinistra) In vrbẽ versa. nã ea ripa sinistra est, q̃ in vrbem vergit. [Non ꝓbãte) Eũ. s. labi sinistra ripa & ire deiectũ tẽpla Vestæ. [Vxorius) Vxori seruiens, ac deditus. Scande aũt eũ superiori sic, labi, rur ri, pa Ioue, noñ pro, bãt vxorius, amnis. aliter. n. Vxorius amnis versus Adonicus nõ cõstaret. [Audiet ciues) Vult niues, grãdines, fulminataq́ tẽpla, & imbriũ copiã, Tyberisq́. incremẽta portẽdisse bella ciuilia ab Augusto in Cæsaris vltionẽ gesta contra illius interfectores. [Graues ꝑsę) Infesti Ro. P. ꝑsæ. Persia. n. iuncta est Assyriæ, vt Str. docet lib. xvj. Vtq́. lib. xv. ait: Persæ pilis, sagittis, & fundis vtuntur. Per Persas denique Medos, & Parthos intelligit. Vñ inferius ait, Nec sinas Medos equitare inultos Te duce Cæsar. [Vitio parentũ) Plures. n perierant bellis ciuilibus inter Cęs. & Põpeium gestis, & sic refertur ad pñs tp̃s. Si vero ad futurũ & ad poëtæ posteros referre volueris, dices Vitio parentũ. i illoꝝ q Cæsarẽ occiderunt dedere sed. n causam belloꝝ ciuiliũ cõtra seipsos. [Quẽ vocet Diuũ) Sensus est. Quẽ deoꝝ populus inuocare poterit futuræ ruinæ Rom. imperij? q. d. nullũ irati. n. sunt ob Cæsaris ortẽ. Quam ẽt p̃ce Vesta exorabit in auxiliũ ruẽtis imperij? cuinã deoꝝ Iupiter expiandũ cædis scelus cõmittet? Poëta demũ Apollinẽ, inuocat, & Venerem, ac Martẽ ad expiandũ illud, delẽdumq́. malũ Cæsaris cæde cõmissum. Postea vero Augustũ, quẽ Mercuriũ esse vult, orat, vt patiatur solũ vocari Cęs. vltor, & serus in cœlũ redeat, ut diutius R. P. lętus intersit, Ameiq́ dici pr̃ & principes, nec sinat Medos, & Parthos inultos esse, ꝑ qđ ostendit eum debere R Imperio toties bellis ciuilibus afflicto succurrere, & ĩ hostes cõuerti potius, q̃ in suos. [Ruẽtis) Ob imminentia, & futura bella intellige. [Fatigẽt) Rogitent. [Virgines Sanctæ) Erat Vesta vrbis Romæ custos, q̃ virgines seruabant perpetuo igni. [Quæ vero Deam colebant virgines, quatuor a principio erãt postertus aũt ꝑp ministerioꝝ multitudinẽ sex factæ, apud deã vitã agentes, quo quidẽ ingredi interdiu nemo ꝓhibebatur, noctę aũt mari nemini immorari licebat. Triginta vero annos necesse erat manere eas innupras, & castas, cerimoniasque peragentes, quo in tpe opus erat eas decem annis discere, decem sacra ꝑficere, decẽ vltimis alias edocere. Expleto aũt anno xxx. nihil ꝓhibebat eas q vellent, nubere vittas deponentes, q̃ rem facere paucissimæ qbus ẽt inoptabiles vitæ fines acciderũt, Eas aũt virgines in minoribus delictis verberibus afficiebãt põtifices, corruptas vero in monumẽto sub terra præparato deponebãt, prius tñ ab amicis, & consanguineis tanq̃ mortuæ deplorabãtur, & viuæ in Libitina portatæ. Ignis p̃terea extinctionẽ sup grauia oĩa Romani timebãt, ĩteritus vrbis signũ id assumẽtes quacunq. acciderit cã multisque ipsum ꝓcurationibus, multisq́. placãtes cultibus adducebant iteꝝ in tẽplũ. Hæc ex Diony. ij. Gell. aũt lib. j. scr. Virginẽ maiorẽ sex annis, maiorẽ decem capi nõ licuisse, qđq. Amata inter capiendũ à põtifice maximo appellabatur, qm̃ q prima capta est, hoc fuisse noĩe traditur. [Minus aud.) Propter Cæsaris cædem offensam. [Carmina) Preces, & hymnos. [Partes) Officiũ prouinciã, curam. [Scelus) Cæsaris cædẽ. [Expiãdi) Ne. s. irati dei R. Imperio obsint. [Tãdẽ ve.) Apollinẽ eligit poëta ad expiãdũ scelus eumq́. venire p̃catur, qm̃ eius Dei p̃sentia sæpe fauit Romanis. Nã cum ludi j. Romę Apollini celebrarentur ex vaticinio Martij vatis, carmineq́. Sibyllino, repentino hostis aduẽtu plebs ad arma excitata hosti occurrit, eoq́. tpe nubes sagittaꝝ in aduersos visa ferri, & hostẽ fugauit, victoresq́. Romanos ad spectacula dei sospitalis reduxit, auctor est Macr. lib. j. Sat. Dr̃ itẽ Apollo ẽt Augusto in bello Actiaco fauisse. Virg. lib. viij. Actius hæc cernens arcũ intendebat Apollo Desup, oĩs eo terrore Ægyptus, & Indi, Oĩs Arabs, oẽs vertebãt terga Sabæi. [Tandẽ) Post lõga dispendia, & aduersa [Nube candenti). i. nimbo. Nimbus. n. diuina nubes est. [Candenteis humeros) Nulla fit synalæpha, vt ibi, Post habita coluisse Samo, hic illius arma. [Amictus) Amictos hñs humeros. [Augur Apollo) Oĩum q̃ circa nos geruntur, Solẽ auctorẽ esse fatẽtur. & ꝙ diuersæ virtutes Solis noĩa dijs dederũt. Virtutẽ igitur Solis, q̃ diuinationi, curationiq́ p̃est, Apollinẽ vocauerũt. Quæ sermonis auct. est, Mercurij numẽ accepit, auct. est Macr. lib. j. Satur. [Erycina) In Erycina Siciliæ mõte excelso Veneris tẽplum locatũ erat, qđ singulari veneratione colebatur, antiqtus mulieꝝ frequentia refertũ illius ministerio dicataꝝ quas & e Sicilia, & externis regionibus multi locarãt. Erat & Romæ ante portã Collinã Deæ huius ædificiũ, qđ Veneris Erycinæ tẽplũ dictitabãt. Cui cũ æde sacra insignis adiacebãt porticus. Auct est Str. lib vj. Meminit ẽt Ouid. in Fast. [Ridẽs) Veneris epithetõ est, ẽt ab Hom. traditũ dixit. n. (vt Porphy. tradidit) φιλομειδὴς ἀφροδίτη. i. amans risum Venus. [Iocus) Iocũ id accipimus, inqt Fab. qđ est contrariũ serio. Nã effingere, & terrere, & ꝓmittere interim Iocus est, & Catul. ait, Verbosa gaudẽt Venus loquella. Cantus demũ, risus, & saltationes, & fistulæ Venerẽ comitãtur. [Cupidu) Fuit is Veneris Martisq. filius, Deus amoris a poëtis dictus. Est aũt amor vis magna mẽtis, blandusq. animi calor q luxu, & otio nutritus inter læta fortunæ bona. [Neglectũ) Ad Martẽ id attinet, nã passus erat Romanos suos bellis ciuilibus ꝑdi Respicis, dij. n. aspiciẽtes fauere dñr Vnde Anchises lib. ij. Æn. ait, Iupiter op̃s, p̃cibus si flecteris vllis Aspice nos, hoc tm̃, & si pietate meremur, Da deinde auxiliũ pr̃, atque hæc omina firma. [Auctor) Mars intelligitur Romuli pr̃, a quo vrbs Roma constructa. [Lõgo ludo:) Longis bellis ciuilibus: Martis. n. ludus in p̃lijs est. Mac lib. j Satur. scr Effectũ solis, de quo feruor aĩoꝝ, de quo calor sanguinis excitatur, Martẽ vocari. Vult. n. Martem eundẽ, ac Solẽ esse. [Iuuat) Delectat. [Clamor) Bellicus. s. Martis n comites sunt, Bellona, Furor, Ira, Pauor, & Fama, vt Stat. scr. [Leues) Splendẽtes. [Mauri peditis) Pro quocũque bellicoso Maurũ posuit, Mauri aũt in Lybia sunt occidentẽ versus, iuxta quos est colũnaꝝ fretum, qui cũ vberẽ regionem habitarẽt, magna tñ ex parte pastoraliter viuebãt, pugnabãt frequẽtius ab equo hastati, eqs nudis vtẽtes, & iunceis frænis, gerebant ẽt gladios. At pedites elephantũ pellibus ꝓ clypeis se ꝓtegebãt, leonũ & pardaliũ, & vrsoꝝ pelles induebãt, & dormientibus sternebãt. Auct. est Str. lib. xvij. [Siue mutata) Ordo est. Siue tu ales. i. Mercurius filius almæ Maiæ mutata figura in terris imitaris iuuenẽ patiens vocari Cæsaris ultor, Serus in cœlum &c. [Mutata figura,) Cœlesti. s. in humanã. Vult. n poëta Augustũ esse Mercuriũ. [Ales) Mercurij simulacra p̃natis alis adornãtur, q̃ res mõstrat Solis velocitatẽ, Nam q̃a mentis potentẽ Mercuriu credimus, & sol mundi mens est, summa aũt est velocitas mẽtis, ideo p̃nis Mercurius, quasi ipsa natura Solis, ornat, Auctor est Mac. lib j. Sat. Vult. n. eundẽ esse Solẽ, & Mercuriũ. [In cœlum redeas:) Hoc ait, qm̃ dixerat eũ esse Mercuriũ, & mutata figura in terris iuuenẽ imitari. [Lætus) Innocens, & ꝓpitius. [Quirini). i. Romuli, q postea Quirinus dictus est. Vñ legitur lib. ij. Fast. ꝓxima lux vacua est, at tertia dicta Quirino, Qui tenet hoc nomen, Romulus añ fuit. Siue qđ hasta qris priscis est dicta Sabinis, Bellicus a telo venit in astra Deus Siue suo regi nomẽ posuere Quirites, Seu q̃a Romanis iũxerat ille Cures. [Iniquũ) Acerbũ, asperũ, indignantẽ. Ocyor aura (valde ocys, & velox, est. n. cõparatiuũ ꝓ positiuo. Virg lib. iiij. ait. Vade age nate voca zephyros, & labere p̃nis. [Triũphos) Augustus bis ouãs ingressus est vrbem, post Philippense p̃lium, & rursus post Siculũ, Curules triũphos treis egit Dalmaticũ Actiacũ. Alexãdrinũ cõtinuo triduo, vt scr. Suet. [Pater, atque princeps:) Augusto. n. pñs prĩæ cognomen vniuersi repẽtino, maximoq́. cõsensu, detulerũt. Ipse aũt p̃catus est supos, vt hunc cõsensum ad vltimũ vitæ finẽ sibi ꝓferre liceret, auct. est Tranquil [Medos inultos) Parthos ẽt intelligit, à quibus qdẽ. M. Crassus, & filius eius P. Crassus occisi. de quibus Lucan. ait: Vmbraq́. erraret Crassus inulta. Est aũt Media duplex maior & minor. Maioris Metropolis est Ecbatana magna ciuitas, & Medici imperij caput, qua Parthi regia vtebantur. Nã reges ibi æstatem agebant, frigida. n. est Media. Media ipsa maior olim toti Asiæ dominata est, ut Str. lib. xj. scribit Appianus autem edocet gloria. belli gerendi elatum Crassum, vt. s. ad Indicum penetraret Oceanum & aurum Parthorum raperet, bellum iniuste in Parthos mouisse: cum eoq́. ad viginti milia hominum interijsse decem milia in potestatem redacta esse. Suetonius vero scribit quod Parthi Augusto etiam Armeniam vendicanti, facile cesserunt.

*Ilia. Rhea, Syluia.*

*Vesta.*

*Vestæ ignis*

*Amata.*

*Apollinis Fauor in Romanis*

*Apollo cur augur, vnde cuique*

*Sol vis potestas.*

*Mercurius sermonum auctor hominum.*

*Venus Erycina*

*Venus risus.*

*Aphrodites lex cum.*

*Cupido Amor.*

*Mars.*

*Mercurius cur alatus.*

*Quirinus*

*Augustus pater patriæ.*

*Crassus.*

*Media*

*Ecbatana ciuitas*

*Parthi*

runt,ſigna militaria,quæ M.Craſſo,& M.Ant. ademerant,repoſcenti reddiderunt, obſideſq. inſuper ubtulerunt. poſtea ſcribit idem de Tyberio ſic, Recepit & ſigna quæ M.Craſſo ademerant Parthi. oſtenditq. tunc Triburum militum fuiſſe.

ACR. IAm ſatis terris niuis, atque diræ) Metrum Sapphicum hendecaſyllabum tribus verſibus,quod conſtat Trocheo, Spondeo,Dactylo, & duobus trochæis ita: Iam ſatis terris niuis, atque diræ. Quartus adonius dimeter,ex dactylo,& ſpõdeo,ita: Terru t,Vrbem. [Iam ſatis terris niuis, atque diræ) C. Cæſaris mortem ſignat,quo in ſenatu occiſo,plurimę tempeſtates,niues, & grandines fuerunt,quo tpe,& inundatione Tyberis dr̃ Roma laboraſſe. quod pp Cæſarem,in honorem Auguſti Cæſaris vltoris eius vult factum videri. Nam de ipſo & Virg. Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin Flebant &c.& alibi,Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam. Hæc ẽt omnia.i. fulmina, grandinem, diluuij metum,intelligi vult vindictam Cæſaris fuiſſe.[Diræ)A furijs tractum eſt,quæ diræ dñt.vt & diræ vltrices,& dirarum verbera noſco &c.[Rubente Dextera) Omnes manubiæ,albæ & nigræ eſſe dñr. Iouis rubra & ſanguinea. [Sacras).i. ad ſacras arces.i.templa deorum,vel imperatorum, vel etiam ſacras arces Capitolium dicit. [Terruit genteis) Ergo timere fecit gentes. [Ne rediret ſeculum Pyrthæ) Pyrrhæ vxoris Deucalionis,ſub quibus fuit diluuium. [Noua monſtra) Noua monſtra dicit fuiſſe diluuium, pp hoc quod ſequitur, Genus piſcium hæſit ſumma vlmo &c.[Omne cum Proteus)Proteus beluarum marinarum paſtor. Hunc dicit marina armenta in montibus diluuio pauiſſe,de quo Virg.Immania cuius Arméta,& turpes paſcit ſub gurgite phocas: [Pecus egit altos Viſere monteis:)Oẽ animal præter hoiem antiqui pecus dicebant.[Hæſit vlmo)Contraria in diluuio contigiſſe dicit,vt in arboribus hęrerent piſces, ſilueſtreſq damæ in aquis innatarent,quas Virg.in maſculino genere poſuit cũ canibus timidi venient ad pocula damæ. Diluuio facto,cum tm̃ Parnaſſus eminetet,Deucalion & Pyrrha,qũo repararetur genus humanum, Apollinem cõſuluerunt,qui dum reſpondiſſet,ut iacularentur oſſ i mr̃s, tunc cognouerunt terram eſſe mr̃em dictam. Vnde iaculante mox Pyttha lapides puellæ,& Deucalione mares nati ſunt.[Vidimus flauũ) Aut turbidum aut colore limi flauum,aut Vorticibus rapidis, & multa flauus harena.[Retortis)Aut pp turbines dixit retortis, aut ppea ꝙ in cãpos exibat non ſolito alueo in maria. Conſtat aũt violentia maris repulſum Tyberim inundaſſe.Hetruſco .i.Tyrrheno quo influit Tyberis. Monumenta regiã dixit,locus eſt ergo in quo Numa Põpilius habitauit veſtẽ hñs regiam.Cic de eodem loco, Nuper me ad regiam pene cõſectr.[Regis,) Numæ Pomp.q ſeditionem abſtulit,& religionis cultũ adhibuit. [Tẽplaq.Veſtæ:)Quia dicebatur Tyberis p roſtra ante habuiſſe meatũ,q̃ tẽplo Veſtæ iũguntur. [Iliæ) Matri Rumuli vxori ſuæ. [Quærenti) Querelas apud ſe deponenti de morte Cæſaris,hominis ſuæ originis. [Vagus)Nõ recto meatu fluens,q extra alueum errcaret.[Et ſiniſtra) Aut infeſta,aut ibi qua magis prona eſt ciuitas, q̃ redundare cupiebar.[Ioue nõ ꝓbante)Non pmittente.[Vxorius amnis.) Diuerſę de Iliæ poëtaꝝ opiniones ſunt,nã Ilia mr̃ fuit Romuli,quẽ ex Marte ſuſcepit,q̃ mortua ſepulta ad ripam Anienis fluuij dr̃, qui in Tyberim cadit,& q.a abundans aquis Anio cineres Iliæ in Tyberim deduxit,ita dicta eſt Ilia Tyberi nupſiſſe, & ideo dixit vxorius amnis,q ſe ad eius q̃relã iactaret ultorẽ. Alij dñt, ꝙ ipſa Ilia Anieni nupſerit. Nã poetæ multi hoc ſentiunt,ſed Horat. ve Tyberi det cauſas iraſcendi. Tyberis magis dixit vxnrẽ. Vxorius .n.dr̃ vxori deditus,vt Virg.Pulchramq. ,vxorius vrbẽ Extruis. [Audiet pugnas,) Pugnas ex morte Cæſaris in poſteros dedicas dicit,pp bella ciuilia. Nã Auguſt. pcuſſores eius uſque ad Ægyptum perſecutus eſt.[Quẽ vocet diuũ) Aduerſos dicit ſuperos ꝓ tali ſcelere vota humani gñis ſpreuiſſe.[Fatigent) Inſtãter & impenſe rogent,vt, Diuoſq.in vota fatigent.[Minus audiẽrem) Hymnos,& p̃ces non audientem pro ſupplicãtium impietate. [Cui dabit parteis) .i. deoꝝ dabit Iupiter ptãtem delendi malum, qđ patrauit pars Romanoꝝ,non n.oẽs conſenſerunt in morte Cæſaris. [Iupirer) Iouis mite nomen eſt nec aliqd p ſe lædens. Luc. Nã mitis in alto Iupiter. [Nubæ candenteis) Melius candẽti nube,q̃ candenteis humeros.[Amictus)Candidis nubibus velatus, & q videri non põt,amicti.n.dij nequeunt cõſpici. [Augur Apollo)Auguſtũ q ſe Apollinis filium volebat videri, aut pp Troianũ genus de Veneris ſtirpe.vt eſt,Hunc tu olim cœlo ſpolijs oriẽtis onuſtũ Accipies. [Erycina ridens)Erycina Venus ab Eryce,in quo maxime colitur,dicta. Virg. Erycino in vertice ſedes.Fundatur Veneri Idaliæ, ſed Veneris numen non uſque adeo mite eſſe ſolet,nã irata Solis filias perſecuta eſt. [Siue neglectum) Siue q.a Cæſarẽ occidi paſſus eſt,ſiue q.a poſtea in ultionẽ eius bellum ciuile fieri pmiſit. [Et nepotes) Romanos dixit pp Romulum. [Reſpicis auctor,)Mars auctor p Iliam & Romulũ.Virg.Vertice criſtæ. Et pr ipſe ſuũ ſupeꝝ iam ſignat honore. [Ludo) Ludum Martis dixit bella ciuilia,cuius ludus in pl̃ijs eſt. [Quem iuuat) Martem.n & bellicus clamor & ſplendentia tela delectant,vt iuuat ire & durica caſtra, Deſertoſq videre locos.[Et Mauri)Maurũ abuſiue poſuit ꝓ quocũq. hoſte. [Siue mutata iuuenẽ figura,) Mercurium dicit,ſiue q.a in diuerſas ptãtes transfigurari conſueuit,ſiue q.a vult eũ Auguſto per Troianos parentem videri.Virg. At Maiam auditis ſi quicq̃ credimus Atlas. Et Venias p̃camur,à ſuperioribus vbique ſubaudis. [Almæ) Ne almæ filius Cupido putaretur,ideo dixit filius Maiæ. vt Mercuriũ,oſtenderet. Virg. Hæc ait,& Maia genitum demittit ab alto. [Seras in cœlũ) Ac ſi diceret,diu Viuas Romanis,& tarde diuus fias. Iniquum iratum, indignantem peccatis noſtris & pp hoc nos fugientem. [Princeps)Iuxta morem principum qui p̃es p̃riæ dñr.[Medos) Parthos,à quibus Craſſus occiſus eſt, quo pereunte ortum eſt bellũ ciuile. Luc. de eodem: Vmbraq. erraret Craſſus inulta.

POR. IAm ſatis terris niuis,atque diræ Grandinis miſit pater) Poſt occiſum C.Cæſarem quẽ Caſſius,& Brutus,alijq. coniurati interfecerunt,multa portenta ſunt viſa. Tyberis.n.creuit,vt prodigij loco haberetur. Hæc aũt oĩa vult videri in vltionem occiſi principis,& pœnam eoꝝ,qui bella ciuilia agere non deſinebant. Quã inũdationẽ Tyberis ad periculũ ruinaꝝ alio duxit ſolum.[Seculũ Pyrrhæ noua mõſtra q̃ſtæ) Pyrrha q̃ſta eſt noua mõſtra accidiſſe mũdo interitu gñis humani.Omne cũ Proteus pecus egit altos Proteus Deus erat marinus,vateſq.eſſe dicebatur oĩa noſcens. [Piſciũ & ſumma genus hæſit vlmo:) Leuiter in re tã atroci,& piſciũ,& palũboꝝ meminit,niſi ꝙ hi exceſſus lyricis cõceſſi ſunt.[Et ſupiecto pauidæ natarũt Æquore damę)Superiecto æquore i.ſup terras iacto,illa.ſ.diluuij inũdatione.[Flauũ Tyberim)Sic ẽt Virg.Vorticibus rapidis & multa flauus harena. [Ire deiectũ monimẽta regis,) Monumentũ nõ tm̃ ſepulcrũ dr̃, ſed oẽ q.cq.d memoriã teſtatur.Regiã ergo Numæ Põpilij ſignat. [Littore Etruſco violẽter vndis,)Cõſtat violẽtia maris repulſum Tyberim redũdare,& ſolitũ effundi p ripas ſuas. Qđ hic nunc mõſtroſe factũ dicit.Litrus aũt Etruſcũ Tyrrheni .i. Thuſci maris,repulſum Tyberim in litus accipit,in qđ Tyberis exit. [Ioue nõ ꝓbante)Quòd terreri Iupiter iuſſerit populũ,non perire. [Iliæ dũ ſe nimium q̃renti Iactat vltorẽ: vagus) Ilia,auct. Enn. in amnẽ Tyberim iuſſu Amulij regis Albanoꝝ p̃cipitata eſt. Antea.n. Anieni mr̃imonio iuncta,atque hic loquitur quaſi Tyberi potius nupſerit. Querẽti aũt Iliæ cædẽ Cæſaris intelligendum. [Audiet ciues acuiſſe ferrũ)ἀσυνδέτως trãſit,ſic intelligendũ itaque audiet rara iuuentus maiores ſuos acuiſſe ferrum.[Quẽ vocet diuũ populus ruentis Imperi)Iterũ ἀσυνδέτως tranſit, & fera morẽ hunc habet ſine coniunctionibus tranſcũdi.Ceterũ ſubaudienda hic eſt coniunctio ergo,ſic n.fit plerũque,Ergo quẽ vocet diuũ populus.[Non pugnas parentum,ſed vitio parentum Rara iuuentus)Quia in bellis ciuilibus ſub Cæſare,& Pomp.deinde ſub Auguſto,& Caſſio,atque Bruto Romani ſeipſi cõfecerũt. [Minus audiẽtẽ Carmina Veſtã)Offenſam.ſ.ſcelere eoꝝ,q Cęſarẽ occiderũt.[Tandẽ venias p̃camur Nube candẽteis humeros amictus)Conuerſus ad Apollinẽ,q Actiaco bello Antoniũ oppreſſit.[Siue tu mauis Erycina ridẽs, Quã Iocus circũ uolat,& Cupido.) Poteſt & ridẽs Iocus,& Erycina, ridẽs accipi.i. Hom. Erycina ridẽs. ſm̃ illud φιλομμειδὴς ἀφροδίτης. [Siue neglectũ genus,& nepotes) Ad Martẽ hoc ptinet quẽ inuidioſe arguit genus ſuũ.i.Romanos neglexiſſe,qđ paſſus ſit eos bello ciuilis vaſtari. [Heu nimis longo ſatiate ludo:) Pro bello poſuit ludũ,hic.n.vr̃ ludus eſſe Martis. [Acer & Mauri peditis cruentũ Vultus in hoſtem.)Mauri pro cuiuslibet accipe bellicoſæ gẽtis. Speciem.n.ꝓ gñe poſuit.[Siue mutata iuuenẽ figura) Adulatur Auguſto Mercurium eum eſſe dicens. [Serus in cœlũ redeas) Suauiter optat Auguſto vt diu viuat.[Ne ue te noſtris vitijs iniquum Ocyor aura)Bene hæc dñr,quia ad Mercurium videtur loqui, qui uolucer Deus,ſimul eleganter & illud oblique optat vt poſt exceſſum D. Aug. ſactus recipiatur in cœlum.[Noſtris vitijs) Id utrũ ad bella ciuilia referens ait,an latius ex hoc intelligitur. [Ocyor aura Tollat.) Pro,Ocyus tollat σχῆμα ὑπαλλαγή.

ASCEN. IAm ſatis terris) II.Ode in cõmendationem Iulij Cæſaris & laudem Auguſti cõmode ſcribitur. Nã poſtq̃ eũ cui opus dicear decenter laudauit,merito Cæſarẽ vtrunque,quo nihil maius viderat Roma,extollit.Facit aũt id argutiſſime,aſſerens ꝓdigia quæ Cæſaris necem ſecuta ſunt,in eius vltionem a dijs iratis illata,neque pro eis placandis aptiorem reperiri Cæſare Auguſto,

sto.Oia aũt tanto artificio describuntur, vt rem etiá sonitu lite-
rarũ depingere videatur. Nam niuis casus cum molli sibilo, vt,
qui significatur per literam s,cum i,pręcedente,quæ his frequens
ponitur & grandinis horror, atque asperitas per literam r, quæ
in descriptione grandinis frequentissima est. Nam satis terris,&
niuis in is exeunt. Diræ grandinis,pater rubente,dextera sacras,
arces,terruit,vrbem,terruit graue,rediret,Pirthæ &c.aut semel,
aut bis hñt r,quæ litera canina dicitur, & irritatoria aspere so-
nans,vt Grando super tecta crepitans.Sunt & alia in hoc hymno
rē ipsam depingẽtia,quæ suo loco,dicã.Hic aũt ordo est, pater .s.
deorum ac hoium Iupiter,q per excellentiam intelligitur, dũ pa
ter per se ponitur.Est autē emphaticos dictum quod pater,cuius
est auxilio esse,calamitatē inculit, misit iam satis niuis,licet non
amplius mittat,terris.i.in ipsas terras, vt sit datiuus localis, aut
terris.i.in exitium terrigenarum, atque misit satis grandinis di-
ræ.i.execrabilis,nõ natura,sed deorum ira producte,id .n. dirum
dicitur.Et ipse iaculatus .i. fulmina,deijciens,dextera rubente .s.
fulgore igneo arces sacras.i.ædes sublimes deorũ,aut ipsum Ca-
pitolium,& ita minatus Imperio Romann, terruit vrbem,videli
cet Romã,quæ peculiariter vrbs dicitur. Est præterea emphasis,
vbi dicit sacras,sicut apud Virg. in Georg. Et iam arbuta sacræ.
Deficerent siluæ quia si sacras,ergo multo magis potuit alias ar-
ces iaculari, Iaculor aũt cum proprie iaculo conueniat, propter
penuriam linguę etiam,(ſm Quintilianum) Ad alia transfertur.
nam lapidem,fulmẽ,hastã & similia etiam iaculamur. Æn.j. Ipsa
Iouis rapidum iaculata à nubibus ignem &c. Terruit inq̃ vrbem
.i.vrbanos verentes, ne graue.i.molestum,& exitiale seculũ Pyr
rhæ.i.quo Pyrrha Deucalionis vxor vixit,questæ.i. q̄rentis noua
monstra.i.prodigia prius in cognita, aut noua .i. magna, rediret
.s.ad Romanos.i.ne iterum fieret diluuium sicut tẽpore Pyrrhæ
erat,cum.i.qñ aut quo seculo,Proteus Deus marinus, & custos
pecoris Neptuni egit.i.coẽgit,omne pecus.s.marinũ, vt phocas,
seu vitulos marinos,canes,lupos, delphinas & similes, visere .i.
ire visum altos montes,& cum genus piscium hæsit .i. fixum est,
vlmo.i ea arbore,summa.i.valde sublimi, quæ sedes .i. quod re-
positoriũ in vlmo,fuerat.s.prius,nota.i.solita & frequentata, co
lũmis.i.auibus,vt sit spẽs pro genere. Et sup.cũ damæ.i.aialia illa
de genere caprearum,pauidæ.s.è natura. Vnde Maro,Cum cani
bus timidi venient ad pocula damæ. vbi notandũ illum in mascu
lino,hunc in fœminino enunciare natarunt.i. natauerunt,& hoc
æquore.i.mari supiecto.s.sup faciẽ terræ. [Vidimus flauũ &c.)
prosequitur reliqua portenta,dicens Vidimus, ꝙ plus est q̃ si di
cat,dictum est nobis,q̄a (vt Cic.in Epist. asserit) plus mouent ví
sa,q̃ audita quinetiã certiora sunt. vnde Plautus,Plus ualet ocu-
latus testis unus,q̃ auriti decem,Ordo est, Nos uidimus Tybe-
rim.s.fluuium illum Romã interfluentē flauũ.i. flaui coloris (un
de prius Albula dicebatur) ire deiectum.i.(ut dñt) ad deijcienda
(est n.supinum)monumenta regis .i. regiã Numæ regis maxime
pij,q̃ pro.i.templa Vestæ,quia monumenta.i. quę Numa Pomp.
monumenta sui reliquit,erãt templa Vestæ Deæ, iuxta quæ tũc
Tyberis cum meatum haberet,per rostra fluxerat, ire dico deie
ctum undis.i.undosis fluctibus,retortis.i. repulsis uiolenter, lit
tore Hetrusco.i maris Tyrrheni in quod defluit, incrementa au
tem fluuiorum fere fiunt,qñ aut uento, aut ui aquarum impedi
tur defluxus Vidimus inq̃ ire deiectũ templa Vestæ, dum ipse ua
gus.i.extra alueum uagatus iactat i.iactanter promittit. Iliæ .i.
Rheę matri Romuli,unde originem duxit Cęsar,querenti .i. cõ
querenti nimium,q̄a cum Pernicie ceterorum, sed is mulierum
mos est,ut dũ vni student, reliquos opptimare negligant quere
batur aũt de cæde Iulij Cæsaris iactat ergo se ultorẽ subaudi so
re,& ipse amnis uxorius.i.nimium deditus uxori, labitur ripa si
nistra.i.in eã partem vbi potior pars Romæ est,& hoc Ioue non
probãte.i.nõ approbante,nõ tñ vetante. Pulchre aũt prima sylla
ba huius vocis vxorius adhæret fini præcedentis carminis, vt de-
pingatur animus viri vxori nimis inhærentis. Ideo aũt Rhea,seu
Ilia dicitur nupsisse Tyberi, quia iuxta eũ dicitur viua defossa &
obruta,quo circa credũtur cineres eius tandẽ in Tyberim delati
per Anienem.Et q̄a talis inundatio,ixitium prætendit,subdit,Iu
uentus.i.collectio iuuenum Romanæ pubis,rara pp bella intesti
na.seu ciuilia,audiens ciues acuisse ferrum.i.arma ferrea.s.in cõ-
ciues,quo s.ferro,Persæ.i.Parthi,& Medi,graues.i.infesti Roma
no imperio q̄a paullo ante signa Romanis abstulerant, perirent
.i.occiderentur,melius.i.conuenientius & decentius. Audiet prę
terea pugnas.i.pr̃lia,vitio .i. culpa,parẽtum.i.maiorum suorum.i.
non solum audiet apparatum belli,sed & prœlia maiorum suoꝝ.
Dicit aũt vitio parentũ,ne aut deos,aut Augustũ incusare videa-
tur.[Quem vocet diuum)Cum tñ sit flagitium in Cæsarem pro
geniem deorum cõmissum,docte hæsitat quem deorum inuocet
populus ad placationem obtinendam venturus tãdem, quod pri
mũ intendit à Cæsaris Augusti laudes, docturusq́. eũ potissimũ
deligendũ esse intercessorẽ.Ordo est. Quem diuum.i.diuoꝝ im-
mortalium,sic Æn.iiij. Vna dolo diuum si fœmina victa duorum
est,populus vocet.i.inuocet,rebus .i. ad res, & in subleuamẽ im-
perii pro imperij,ruentis .i. labentis, & tendentis ad ruinã? Qua
prece fatigent.i.vsque ad fatigationem rogitent,& p̃centur,virgi
nes sanctæ .i. sacratæ Vestæ,vt sanctimoniales nos dicimus, Ve-
stam.i.Deam puritatis per ignem sigñatam,audientem minus.i.
non exaudientem,carmina.i.hymnos,& p̃ces carmine constãtes.
Vbi annotandum quod Ouid.dicit: Carmine dij superi placen-
tur,carmine manes. Cui.s.deorum, aut hominum dabit Iupiter
.i.iuuans pater,& summus deorum, partes .i. munus & officium
expiandi.i.purgandi scelus.s.in Cæsarem commissum. O Apol-
lo augur .i. qui es augurij & omnium futurorum peritus & ita
sciens,qũo & per quem Iupiter placandus sit,non p̃camur sup.vt
tu venias,sup.in auxilium nostrum.tandem.i.post longa mala &
longam expectationem,amictus humeros.i. habens humeros a-
mictos,seu vestitos,nube candenti.i.frigida,aut candida, q̃ purita
tem mẽtis in hoĩe,in Deo aũt fauorẽ sigñat. Aut legamus,vt Bõsi
nis amictus humeros cãdentis.i.hñs humeros candẽteis amictos
nube.s.qua videri possis,nã dij puri videri nõ pñt.[Siue tu ò Er.)
.i.Venus in Erycino monte p̃cipue culta,ridens.s.frequenter. vñ
ab Hom.Philomides .i. amans risum,dr̃,aut nunc ridens.i bene-
uola,mauis.i.magis vis sup.venire,q̃ ut Apollo. veniat,quam.s.
Venerem Erycinam circũuolat Iocus,q̃ Cupidos.i.filij sic ab ef-
fectu dicti. Siue ò auctor gñis Romani.i. Mars,vt recitat in pri-
mo,& statim in prologo tangit Liuius,auctor dicit,satiate.i.satu
tate ludo.s.armorum, hoc est bello, ꝙ Marti pro ludo est ludo di
cit heu,quæ inter dolentis uox est,nimis longo.i.nimium duran
te,quem clamor.s.bellicus,iuuat .i. delectat,& quem galeæ leues
.i.politæ,& splendentes iuuant,& quem vultus Mauri peditis,a-
cer.i.atrocitatem pręse ferens,in hostem cruentum.i.cruore p-
fusum sup.iuuat respicis.i.miseranter aspicis genus.i.progeniem
tuã,neglectũ .s.à te,& nepotes neglectos,sup.venias tandem &c.
Siue mutata, uenit tandem ad institutum, quo Cæsarem Augu-
stum laudare constituit,ex eo quod is solus Deos placare,& ma
la propellere posset, fungendo uidelicet officio caduceatoris .i.
intercessoris pacis inter deum & Romanos,quod quia Mercuria
le officium est. (Is.n.deorum interpres,ac nuncius fingitur)ideo
pulcherrima inuentione rogat, vt velit vocari Romanoꝝ Mercu
rius.i.intercessor,atque diutius manere in terris, egregios ductu
rus triumphos. Pulchre ẽt vtitur longo contextu, utpote in re
graui.atque ubi hæreat,quibus uerbis rem consequatur. Sigñat
.n.hmõi insinuatio quendam pudorem ac verecundiam ex obser
uantia natam Ideo aũt dubitare põt an uelit inducere personam
Mercurii,cum se pro Apolline aliqñ gesserit,quod Suet. dicit, &
Maro tangit dicens: Tuus iam regnat Apollo,de Augusto nimĩ
rum loquens. Est ergo ordo. Siue ò Cæsar Auguste,tu ales.i. a-
latus,mutata figura.s.humana in diuinã, aut Apollinari in Mer-
curialem, existens filius almæ Maiæ .s. Mercurius, cuius officio
fungens ẽt nomẽ assumas,imitaris in terris iuuenẽ.s.Mercurium
.i.fungaris eius officio in terris,quo ipse fungitur in cœlis,& per
hoc patiens.i.patienter ferens,vocari .i. vt voceris, ultor Cæsa-
ris,redeas.i.eas,aut redeas,quia sensum à cælesti demissum traxi
mus arce,& quia Igneus est ollis vigor,& cælestis origo,serus .i.
non citus,nec cito in cœlum. Potest etiam ordo esse,q & magis
placet,Siue tu ò Cæsar ultor Cæsaris,id est qui à dijs delectus es
haud dubie,ut sis ultor Cæsaris,nam,ut Suet.docet,nihil illi tam
erat propositum,q̃ ut necem eius ulciscatur,& acta ratificet, pa-
tiens uocari filius almæ Maiæ existens ales imitans in terris iu-
uenem.s.Mercurium.Redeas serus in cœlum & intersis, diu po
pulo.Quirini.i.Romuli,hoc est Populo Romano neue.i.uel au-
ra ocyor.i.ventus celerior sicut tollitur Mercurius. qui (ut dicit
iiij.Æn.) Aeneã medio sermone reliq̃t, iniquũ .i. inæqualẽ & ita
infensum nostris uitijs,q.d.quod de Enoch legitur,qui pp pecca
ta hominum raptus est in paradisum, & quod de multis Aposto
los,Quibus dignus non erat mũdus, Augustũ nolle amplius inter
sceleratos conuersari. Non ergo te tollat, sed ames potius hic
.i.inter nos,magnos triumphos.s.dicere, & ames hic dici pater,
atque princeps, sic enim dictus est, hoc est pater patriæ. Neu
.i. neue, sinas.i.permittas,Medos.i. Parthos,qui signa Romanis
ablata Augusto restituerunt,equitare, quia equitando, & simu
lando fugam adoriuntur sequentes, & incautos occidunt. Vnde
Maro,Fidentemq́ue fuga Parthum ne sinas ergo re duce .i. exi-
stente ductore,aut sub tuo ductu,equitare inultos.i. impunitos,

## IN VIRG. ATHENAS NAVIGANTEM.

*Ode III. Dicolos distrophos. Primus quisque versus est choriambicus Gliconius trimeter acatalectus, constans è spondeo, choriambo, & pyrrhichio, vel Iambo, sic.*

*Sic tē -- dīuă pŏtēns -uu- Cўpri u-*

*Secundus vero quisque, choriambicus, asclepiadeus tetrameter acatalectus, è spondeo, duobus choriambis, & pyrrhichio, vel Iambo, sic.*

*Sic frā -- trēs Hĕlĕnǣ -uu- lūcĭdă sȳ -uu- dĕrā uu*

-- -uu- u-

-- -uu- -uu- uu



Ic te diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ lucida sidera,
Ventorumq́. regat pater,
Obstructis alijs, præter Iapyga:
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium: finibus Atticis
Reddas incolumen precor:
Et serues animæ dimidium meæ.
Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem aquilonibus,
Nec tristeis Hyadas, nec rabiem Noti:
Quo non arbiter Adriæ
Maior: tollere, seu ponere vult freta.
Quem mortis timuit gradum?
Qui siccis oculis monstra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infameis scopulos Acroceraunia?
Nequicquam deus abscidit
Prudens Oceano dissociabili
Terras: si tamen impiæ
Non tangenda rates transiliunt vada.
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas,
Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Post ignem ætheria domo
Subductum, macies, & noua febrium
Terris incubuit cohors:
Semotiq́. prius tarda necessitas
Leti corripuit gradum.
Expertus vacuum Dædalus aëra
Pennis non homini datis.
Perrupit Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus arduum est.
Cœlum ipsum petimus stultitia: neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.

ANTO. 

IC te diua &c.) Tertia Ode Nauim precatur, vt Virg. finibus Atticis incolumẽ reddat, is.n. Athenas nauigabat Execratur postea illum, qui primus ratem pelago cõmisit, spreto oĩ terrore ventoꝶ, & siderum, marisq́ diuersis periculis gratia lucri. Nequidquam itaque dei prudentia. Oceano terras abscidit, si naues impiæ trãsiliunt vada nõ tangẽda. Hoĩum deinde audaciã carpit, ruunt.n. per vetita. hinc Prometheus fraude ab æthere ignẽ detulit gentibus, post quẽ subductũ macies & noua febriũ cohors incubuit terris. Morsq́ prius se mota & tarda corripuit gradum. Dædalus ẽt pennis volate ausus vltra humanam sortem. Hercules inferos perijt Nil denique mortalibus arduum dicit, nã cœlũ quoque stultitia petimus, nec patimur scelere nr̃o Iouẽ iracunda ponere fulmina. [Diua potens Cypri) Periphrasis est Veneris, eius n. plura tẽpla in Cypro erant. de quibus Str. lib.xiiij. meminit. Est aũt salutare nautibus Veneris sidus, hinc Sappho ad Phaonem ait, Solue ratem, Venus orta mari mare pstat eunti. Macr. lib.iij. Sat. scr. Cypri esse Veneris signum barbatum corpore, sed veste muliebri, cum sceptro ac statura viri, putantq́. eundẽ marem, ac fœmina esse. Flotus scr. Cyprum uereribus diuitijs abundantẽ & ob hoc Veneri sacram. Lact. aũt scr. lib.j. c.xvij. qđ Venus, vt in historia sacra cõtinetur prima artẽ meretriciã instituit, auctorq́. mulieribus in Cypro fuit vti vulgo corpoꝶ q̃stũ facerent. Quod iccirco imperauit, ne sola p̃ter alias mulieres impudica, & appetens viroꝶ videretur. Vtq́. Iustin. lib. viij. scr. mos erat Cyprijs virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniã q̃situras in q̃stum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas. [Frẽs Helenæ lucida sidera,) Castorẽ, & Pollucẽ deos in mari inuocant, vt ẽt Plin. lib ij. meminit. Neptunus (vt scr. Hyg.) Castori & Polluci dedit ptãtem naufragis saluti esse, eorumq́. sidera alternis lucere aiunt. Alterius vero sidus hẽt stellas viij. alterius x. Videto tñ latius Ode xij. [Ventoꝶ pr̃).i. rex Æolius, q in Strõgyle Æoliaꝶ vna regnauit. Cuius summo qñã flaturi essent vẽti, in triduũ p̃dicere incolæ dicebãtur. Vñ Æolo ventos paruisse existimatũ. auct. est Plin. lib. iij. Et nos in Iuu. plura de Æolo, q quidem apud nos interp̃tatur varius, & doctus. Diod lib. v. scr. ꝙ Æolus velis vti nautas docuit & obseruatione ignis, q venti futuri essent p̃dicebat. Vñ & illum fabulæ ventoꝶ potentẽ dixere, ob eximiamq́. eiusq́ ptãtem deoꝶ amicus est noĩatus. [Iapyga) Iapygia (quã & Messapiã Græci vocant) regio est iuncta Calabriæ & Salẽtinis, ut scr. Str. lib. vj. dicta aũt ab Iapyge Dædali filio. Iapyx vero ventus est ex Apuliæ ora proficiscens, quẽ eundẽ Caurũ Gell. lib. ij. existimat, nã & est occidentalis. Est aũt vtilis Græciã petẽribus ex Italia. [Aĩæ dimidiũ meæ.) Amicus.n. est alius ipse, & æqualis æqualẽ delectat, vt hr̃ in Ethicis. [Illi robur) Illũ execratur, q primus ratẽ cõmisit pelago, oĩ spreto terrore gr̃a lucri. [Robur) Durities ingens animi. [Æs triplex,) Maxima æris, & pecuniæ cupiditas. Vnde Proper. lib. 3. *Pecunia.* de Peti naufragio ait, Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitę es, Per te immatuꝶ mortis adimus iter. Natura insidians pontũ substrauit auaris, vt tibi succedat, vix semel esse potest. Vel potius æs triplex.i. circa cor intrepidum multiplex æs &c. [Qui primus) Nauim (vt diximus) in Græciã ex Ægypto Danaus primus inuexit, *Nauis.* ante ratibus nauigabatur inuẽtis in mari Rubro inter insulas ab rẽge Erythra. Longa naui Iasonẽ primũ nauigasse Philostephanus auct. est, ut scr. Plin. lib. vij. Diod. vero lib. vj. ait, Neptunũ, ꝓm *Neptunus cur maris deus.* Cretenses, primũ nauigãdi arte iuuẽta, classem instituisse, eiusq́. p̃fectũ esse a Saturno factũ, quapp traditũ est posterius Neptunũ imperasse mari, sacraq́. ei ab nauigãtibus facta. Addunt & Neptunũ equos primũ domuisse, artemq́ equitandi ab illo traditã ex quo Hippius sit appellatus. [Africum) De hoc vento superius uideto. *Hyppius* [Hyadas) Scribit Hyg. in Tauri capite septem esse stellas, q̃ *Hyades.* Hyades nũcupantur, Hyades aũt, vt inqt Tyro Cic. libertus, ab hyo.i. pluo. nam & cum oriuntur, & cum occidunt tempestates, pluuias largosq́ imbres ciẽnt, ut Gell. lib. xij edocet. [Rabiẽ noti) Ad meridie Auster qui Notus dr̃ uenit. Est aũt humidus. νότος *Auster.* .n. humiditas, humorq́. dr̃. Est ẽt Notus æstuosus, nam Austro ma *Notus* iores fluctus eduntur, q̃ Aquilone, qm̃ ille infernus eximo maris spirat, hic summo, noctu Auster, interdiu Aquilo vehementior, vt *Aquilo.* scr. Plin. lib. ij. [Quo non) Ordo est, Quo noto non maior arbiter Adriæ &c. [Arbiter Adriæ) .i. dñs Adriatici maris, dñatur .n. uel ad extollendos fluctus, cum sæuit, vel ad placandos, cum flare desinit. Arbiter item ille dr̃ cui plena p̃tãs est. Auctore.n. Festo, Arbiter dr̃ iudex q totius rei hẽt arbitrium, & facultatem. [Mortis gradũ?) Variæ.n. mortes hoibus accidũt, vt passim vr̃. Gell. lib. *Arbiter* xij. & Macr. lib. j. de som. scribunt Mortem esse & natura, & fato, *Mors varia* aut ex casu & violentia extrinsecus illatã. Naturalis seu fatalis mors dr̃ vbi corpus aiam, nõ aĩa corpus relinqt. Constat.i. numeroꝶ certã cõstitutamq́. rõnem aĩas sociare corporibus ij numeri dũ supsunt, perseuerat corpus aĩari, cũ vero deficiũt, mox arcana illa vis soluitur, qua societas ipsa constabat. Impletis itaq́. numeris corpus satiscit, cũ iã non possit aĩari. [Monstra natãtia,) Plin. lib. ix. scr. verum esse, qcq̃d nascitur in parte naturæ vlla, & i mari *Maris mõstra.* esse. De his aũt latius diximus in Iuu. [Acroceraunia) Ij montes sunt altissimi, ã qbus Epiros incipit, vt Plin scr. Dñr aũt ab ἄκρῳ *Acroceraunia.* quod est summitas, extremitas ue & κεραυνὸς fulmen, quia eorũ

summitas

summitas fluminibus infestatur. Dicuntur quoq. Ceraunia. Luc. lib.iij. Scopulosa Ceraunia nautæ Summa timent. [Infames scop.) Propterea infames, quia scopuli sunt nauibus infesti, vel infames pp Acroceraunia dixit, quia fluminibus infestãtur. [Ne quidquam) Discreuerat Deus ab Oceano terras, quo tutius viuerent homines, illorum tamen audacia mare etiam intrat, frustra igitur facta est ab elemento diuisio. [Non tangenda) Periculosa. Propertius item lib.iij. ait de Peti naufragio. Ite rates curuæ, & læti quoque rexit causas. Ista per humana mors venit acta manus. Terra parum fuerat, fatis adiecimus vndas, Fortunæ miseras auximus arte uias. At tu sæue aquilo, nunquam mea vela videbis. Ante fores dominæ condat oportet iners. [Audax omnia perpeti) Hominum audaciam carpit. ruunt .n. per vetita lucri causa. [Iapeti genus) Periphrasis est Promethei. Nam cum Iupiter iratus quidem mortalibus eripuisset. Prometheus restituere cogitans ceteris remotis deuenit ad Iouis ignem, quo diminuto, & in ferulam coniecto, hoies postea vsi sunt. De quibus hæc, & plura Higinius. Re autem vera. Prometheus docuit ignē ferula asseruare, vt Plin. scr. lib. vij. & Diod. lib. vj. ait. Ex Iapeto Prometheum natum, quem nonnulli tradunt ignem ab dijs furto sublatum hominibus dedisse. [Prius tarda) Longius .n. antea viuebant homines. [Audax omnia perpeti) Hominum audaciam carpit. ruunt .n. per vetita lucri causa. [Iapeti genus) Periphrasis est Promethei. Nam cum Iupiter iratus quidem mortalibus igne eripuisset, Prometheus restituere cogitans, ceteris remotis deuenit ad Iouis ignem, quo diminuto, & in ferulam coniecto, homines postea vsi sunt. De quibus hæc & plura Higinius. Re autem vera, Prometheus docuit ignem ferula asseruare, vt Plin. scr. lib. viij. & Diod. lib. vj. ait: Ex Iapeto Prometheum natum, quem nõnulli tradunt ignem ab dijs furto sublatum hominibus dedisse. [Prius tarda) Longius .n. antea viuebãt homines. [Corripuit) Accelerauit propter maciem videlicet & morbos. Quod autem Hor. scr. Hesiodi est. [Dædalus) Is à Pasiphaë abscõditus, cum nauibus nullo modo euadere Minois iram posset, sibi ac filio Icaro fabricauit alas de quo quidem multa Diod. lib. vj. & Naso. lib. ij. de Arte. Eos autem volasse fictum est. Nam (teste Plin. lib. vij.) vela Icarus, malum & antennam Dædalus inuenit. At Diod. lib. vj. scr. Æolum docuisse nautas velis vti. [Acherõta &c.) Est Acheron fluuius in Calabria intus in peninsula quadam iuxta Consentiam, a quo oppidani Acherontini, ut Plin. lib. iij. scribit. Poëtæ inferorum fluuium esse dicunt, cœno turbidum & æstuantem, & in Cocytum arenam eructantem. Quę flumina Charon horrendus portitor terribilis squalore seruat, Conto Cymbam subigens, qua mortuorum animas in alteram ripam transfert. Qua etiam Theseum & Perithoum postea Herculem, viuos quidem transtulit territus Ser lib. viij. scribit, ꝙ Acheron amnis fluens prope Pylum vrbem Achaiæ Alpheum intrat, Acherontiq propter inferorum proprietatem inditum est vocabulũ, quoniam ea in ora Cereris, & Proserpinæ, ac Plutonis templa magno in honore sunt. [Herculeus labor) Herculi .n. ab Eurystheo præceptum est, vt ab inferis Cerberum ad superos educeret. Vbi Thesea ex vinculis cum Pyrithoo solitũ fauente sorore Proserpina superis restituit. Cerberum insuper vinctum ad hominũ conspectum deduxit, auctor est Diod. lib. vj. & Virg. lib. vj. ait: Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit Ipsius à Solio regis, traxitq. trementem. Lib. autem v. Iliad. Hom. scr. Herculem tunc Plutonem etiam vulnerasse in humero, quem & mactasset, si dij necem paterentur.

ACR. SIc te diua) Metrum primo versu Glyconicum. constat ex spondeo, & dactylis duobus ita. [Sic te diua potens Cypri,) secundo Asclepiadeum. [Sic te diua potens Cypri,) Principium deprecationis, ut nauis beneficis sideribus cõmendatur. Salutare .n. Veneris sidus est. Sic autem aduerb. adiurantis est. [Fratres Helenæ) Castor, & Pollux. [Lucida sidera) Epexegesis. [Pr̄) Aut Æolum aut iuxta physicos, qui ventos ex motu Oceani nasci uolunt, Neptunum dicit. vt, Quid ue pr̄ Neptunæ paras? [Præter Iapyga) Iapyx ventus vtilis Apulia flans Athenas petentibus. Græce Argestes dr̄ [Creditũ) Cõmendatum, vt Virg. Anni spem credere terræ. [Atticis) Atheniensibus. [Et serues aiæ dimidium meæ) Amicũ partem aiæ posuit, ideo dimidium dixit. Athenas nauigãti Virg. nauigij ꝓsperitatē pcatur, & execratur ẽt timore periculi eũ, qui primus cupiditate lucri ad temeritatē nauigãdi descendit. [Illi robur & æs triplex) Ac si diceret, duritia sine sensu periculi. [Triplex) Verbum ab vsurarijs tractum posuit, quorum auaritia spe lucri, uel cõmercij inuẽtum nauigium sit. [Cõmisit) Credidit, vt Terent. Quem lupo commisisti. [Tristeis Hyadas,) Tempestuosas, & nebulosas .s. vt, Pluuio contristat frigore cœlũ.

[Nec rabiem Noti.) Notum supra omnes ventos extulit, qui cardinalis est ideo arbiter. quia præcipue solet pasci æstibus .i. nutriri fulminibus. [Adriæ) Adriatici maris pro quouis mari. [Tollere) Commouere. [Ponere) Mitigare. [Quem mortis timuit gradum.) Genus mortis. Tres gradus mortis diffiniuntur: Fato, Casu, Genitura: Fato vt stat sua cuique dies. Casu: vt, Sed misera ante diem. Genitura, vt sternitur infelix alieno vulnere, vnde Stoici Casu dicunt: Epicurei fato, Pythagorici Genitura hominem mori. [Qui sic) Præter lacrymas. Lucan. Qui sicco lumine campos Viderit Æmathios. [Mare turgidum,) Tumens fluctibus suis. [Infames) Aut famosos multorum poetarum carmine, aut propter asperitatem littoris naufragijs nauium. [Acroceraunia) Sunt montes Epiri, ideo dicti græco vocabulo ꝙ sui altitudine frequenter fulminentur, de his Virg. Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta. [Nequidquam Deus abscidit) Ac si diceret. Nunquid sine ratione separatum est mare terris, cum illud elementum periculis, hoc voluptatibus plenum sit. [Abscidit) Autem separauit. [Prudens) Prouidens. [Non tangenda) Periculosa nauigijs, non deberent vada accusari, cum nauis ipsa, nec fieri, nec vsui esse debuerit, hoc est non tangi. Nã & Virgilius: Illiditq. vadis, atque aggere cingit harenæ. Ideo enim vada dicta sunt quòd breuitate sua uadari, hoc est ambulari possint. [Audax) .i. meritu omnia patiens lucri cupiditate. [Iapeti genus) Patronymicum est Prometheum dicit filium Iapeti, qui dum ignem superis furatus esset: numinum indignatione febres hominibus datæ sunt, uelut calor quem desiderarunt. [Subductum) Subreptum, furatum. [Terris incubuit) Institit, vt non in suo elemento quieti viuerent, qui aliena tentassent. [Cohors) Ac si diceret: multa genera morborum ad vindictam temeritatis terris immissa sunt. [Semotiq. prius) Tarde uenientis. Tarda enim venientis propter necessitatem febrium accelerante morte, quæ tardior hominibus fuerat constituta. [Corripuit gradum) Accelerauit periculo inuento nouo exitio, vt, Corripuere viam interea, qua semita monstrat. [Vacuum) Apertum, quod non experiendi hominibus causas fuerat. Virgil. Lan. u. l. c. s. & alibi: Præpetibus pennis ausus se credere cœlo.

SIc te diua potens Cypri,) Ad nauem loquitur, qua Virg. Athenas petierat adorans eam, ut eum incolumem perferat. [Sic fratres Helenæ lucida sidera) σχῆμα ἐπεξήγησις. quia fratres Helenæ lucida sidera sunt. Constat autem hodie inter nautas Castoris, & Pollucis stellas plerunque nauibus infestas esse. [Iapyga) Iapyx à ventosa regione, vnde flat, dr̄, quæ nunc Apulia appellatur. Dicit ergo optime hoc uento ex Italia Athenas nauigari, & iccirco optat ne alius flet, q̃ ipse nauigãti Virgilio. [Quæ tibi credes Debitũ Virgilium:) Ambiguũ, vtrum debes finibus Atticis, an finibus Attici reddas, accipiendũ sit. [Et serues animæ dimidium meæ) Suauiter hoc dictum secundũ illam amicitiæ diffinitionem, qua plurimum vtuntur μία ψυχὴ ἐν δυῖν σώμασιν. [Illi robur, & æs triplex Circa pectus erat) Execratur eũ qui primus ausus sit nauigare, dicitq. eum durissimo corde ac pectore fuisse, quia tanta pericula non timuerit, habet autem hic quidam Homericum χάλκεον δέ μοι στῆθος .i. ferreum pectus. [Nec rabiem noti, quo non arbiter Adriæ maior) Arbitrium pro rectore posuit. Significat autem in Adriatico sinu neminem magis Noto sæuire per quod videtur dominationem exercere, vel ad extollendos fluctus cum sæuit, vel ad placandos cum flare desinit. Quẽ mortis timuit gradum? [Qui siccis oculis monstra natantia) Quam mortem, inquit abhorrere potest, qui monstra maris & asperrima saxa sine lacrymis uidere potuit. [Infames scopulos) Ait pp atrocitatem naufragiorum, quæ ibi multi patiuntur. [Ceraunia) Montes sunt Epiri. [Ne quidquam Deus abscidit Prudens Oceano dissoci. [Terras) Prospexerat, inquit natura, omnibus ut terrę, quibus sine periculo utimur à mari discernerentur, sed hoc frustra, cum iam audeat humana temeritas etiam mari se committere. [Audax Iapeti genus) Prometheum signat, de quo nota est fabula .s. ignem cum furtim à cœlo hominibus attulisse, & inuexisse terris multas calamitates. [Post ignem ætheria domo subductum) Hesiodus ait: Cum ignis è cœlo furto Promethei subductus esset, Pandoram immissam terris pœnæ causa. Nam per eam mulierem patefacto dolio erupisse omnium pestium genera, quibus homines laborarent, secundùm eam opinionem hæc dicuntur.

SIc te diua &c.) Tertia Ode licet ad ordinẽ forte nõ respexerit poëta cõgrue scribitur in grãm & cõmendationẽ. Virgil. Nã cũ prima Ode & Mœcenatẽ, & se (vt diximus) cõmendarit secũda Augustũ principẽ, cõsequẽs est, vt in tertia amici summi

mi rationē habeat. Is aūt erat ei Virg. & propter studiorum morumq́ conformitatem,& pp contubernalem necessitudinē,vnde de eo dicit in Setm.Plotius,& Varius Sinnesse Virgiliusque. Occurrunt aīæ quales,neque candidiores. Terra tulit,neque q̃s me sit deuinctior alter.O qui cōplexus, & gaudia quāta fuerunt,Nil ego iucundo conferrē anus amicn.Vnde hic bona præcatione vtitur in eius salutē alloquens(vt Mancinel satis prosequitur)nauē quæ Virg.in Atticam transuehendum susceperat. Ceterum licet fabulæ,& historiæ à Manc.diligenter enarrantur,tñ multa ad venustatē vocabulo℞ pertinentia in alium locū tecepit. Non.n.oīa vno loco explicanda sunt. Est aūt particula.Sic,aptissima precantibus,vt in bucolis,Sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos,Doris amaram suam non intermisceat vndam Verum vt ordinē contexā,hic est,O nauis,quæ debes finibus Atticis Virg.creditum tibi.i.tuæ fidei.i.quæ ea,cōditione,eoq́. pacto recepisti, vt eum reddas finibus Atticis,ego precor, vt reddas eum finibus Atticis incolumē,eum(dicit per appositionē)dimidium aīæ meæ.Sic supp. precor vt queādmodum eum reddas, regat .i. dirigat & gubernet te,diua.s.Venus , potens Cypri.i.Dea,& regina in Cypro & fratres Helenæ.s.Castor,& Pollux,appositione lucida sidera .i. qui translati sunt in sidera,videlicet in Geminos,quæ sidera dum lucida, & bina apparent , bonum creduntur & nautis & militibus portendere & sic regat te pater ventorum.s.Æolus. Sed attende vbi ab Aeolo exigitur vento℞ imperium in alicuius pernitiem, ipsum ventorum regem dici,vt j. Æn. vbi vero amica retentio, patrem,vt hoc loco.Est.n.pater caritatis,& beneuolentiæ nomē. Regat dico te,alij supp. Ventis obstrictus .i. occlusis in carceribus ventorum,præter Iapyga sup.ventū flantem ab Apulia,& ita proficiscentibus illinc Athenas à tergo,quo circa secūdam facit nauigationē.[Norint ergo pueri pulchre dictum, Quæ tibi creditum debes,quasi nauis sit depositaria depositio, quæ susceperit Virg. Finibus aūt.i.oris,quia Attica regio terminatur mari,incolumen à noīatiuo incolumis,nec reperitur secundæ inflexionis, vt imperitiores præcipiunt,nec scribitur per n , vt imperitissimi etiam faciunt decepti,quia columen columinis reperiunr. Serues,norit etiam latinis vsu nō esse saluo verbum , sed seruo & cōseruo.[Illi robur,)Quia plurimum amico timet,progreditur in detestationem temeritatis eius,qui primus nauigauit,dicens,Robor.i.robustitas & durities,& triplex æs .i. maxima cupido æris , erat illi circa pectus .i.in præcordijs,hoc est multum cupidus erat qui voluit,& multum robustus & durus qui ausus est primus nauigare.Bene aūt dicit circa pectus,quia(vt dicit SALVATOR) vbi Thesaurus tuus,illic & cor tuū.Habuit ergo æs circa pectus, quia pectus.i.cor,in ære.i.pecuniæ acquisitione.[Posset etiam interpretari sic, Triplex æs .i. maxima armatura , hoc est maxima confidentia,erat illi circa pectus,qui primus nullo .s. facto periculo cōmisit.i.credidit,vt in Eun. Ter. Ouem lupo commisisti,pelago.i.mari,truci.i.truculento & immiti,nulli.n. tempestas parcit.Vnde monstrum vocatur à Palinuro in fine v.Æn. ratem.i.cōnexionem trabium quia nondum nauis extructa erat, fragilem .i.cito dissolubilem,nec timuit Africum.s. ventum procellosum, decertantem.i.colluctantem, Aquilonibus.i. cum illis ventis vehementibus , nec timuit Hyades.i.pluuiales stellas tristes.i.nociuas mari & terris,nec rabiem Noti.s.venti,qui & Auster dicitur, quo.s.vento,non est maior arbiter Adriæ.i.qui magis ex arbitrio regat Adriam.i.mare Adrianum,seu Adriaticum, seu .i. siue,uult ponere.i.sedare,seu tollere .i. excitare, freta .i. maria feruentia. Quem gradum mortis timuit? q.d.nullum,is sup. qui vidit oculis siccis.i.non lacrymantibus,monstra.s.marina natantia, & mare turbidum.i.turbatum & commotum, & vidit Acroceraunia .i. montes illos Epiri assidue fulminatos, appositorie scopulos infames.s.nunc propter frequentia naufragia postmodum illic facta.[Ne quicquam Deus &c.)Ex temeritate nauigandi progreditur ad reliquos hominū ausus temerarios. Non.n.contenti sunt grassati per terras,quia Deus terram dedit filijs hominum verum & maria transiliunt,nec illis cōtenti,Dædalus cum filio aëra tentauit volando,& Prometheus ignem surripiendo. Sed neque his elementis contenti,Hercules infernum spoliauit, & nos cœlum ipsum petimus stultitia , quia remeratio ausu giganres Iouem è cœlo propellere conati sunt , vnde petere fere in malam partem accipitur, & propter hos ausus immissæ sunt mortalibus variæ pestes,& Physica ratione & Anagogica. Physica quidem ratione,quia postquam igne cœpta est fieri varia decoctio , cœperunt & morbi. Anagogica autem,quia Deus iratis pactus nostris varias demittit pœnas. Quicquid .n. patimur pacta nostra meruerunt,& quia per nostrum scelus non petimur iracunda Iouē ponere fulmina,ideo tacite monet si volumus habere finem malorum imponamus & modum culpæ,vnde mala proueniunt,atque ita plurimum reip.conducit cohortans ad bonos mores fabulam Promethei latius prosequitur Landinus q̃ Mancinellus, vnde quia sæpe occurrit, volui eam his annexam, dicit ergo sic: Fuit Prometheus filius Iapeti regis Thessaliæ ex Asia puella, à qua tertia orbis pars Asia nuncupata est. Hunc dicunt auxiliu Mineruæ cœlum ascendisse , & ferrula ad currum Solis apposita ignem surripuisse,& in terras detulisse,& simulacrum quod ex limo finxerat,illa animasse. Hic Ouid. de terra loquens: Quam satus Iapeto mixtam fluuialibus vndis. Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum. Volunt autem nonnulli huic homini sic formato Pandoram nomen fuisse. At Hesiod. fuisse Pandoram nomen puellæ, quæ deorum dona portauit, de qua paullo infra. Irati igitur dij propter huiuscemodi furtum,Prometheum per Mercurium in Caucaso monte vt eius iecur ab aquila siue vulture corroderetur,deligandū curarunt.Hoc fabulæ.Ex historia autem referunt,hunc relicto fratri Epimetheo regno in Assyriam abijsse. Chaldæorumq́. disciplinam didicisse. Sed post hæc in Caucasi vertice diu moratus , pp liberum cœli prospectū astrorum cursus obseruare potuit & cum fulminum rerumq́.plurimarum naturam causasq́. cognouisset,ad Assyrios reuersus illos astrologiam,& fulminum, vim docuit, & quos oīno ignorabant,ciuilibus motibus instituit. Quæ res occasionem fabulæ p̄buit,vt hoīem ex luto cōpositū viuificauerit. Nec aliud sibi vult, q̃ eius iecur ab aquila corroderetur,nisi vt notentur diuturnæ curæ circa res altas contemplandas. Vir omnino insignis ab Aug. hr̄. Vixitq́. regnante Argo. Lact.scr.illum primum è terra humanum simulacrum finxisse.Plin.primum ex silice ignem excudisse, & ferula seruandum docuisse. Addunt præterea deos Pandoram cum vase misisse,in quo inclusi essent oēs morbi,sed illud Prometheus fraudem præuidens non recepit. Subdola autem puella iterum absente Prometheo redijt,fratriq́ Epimetheo obtulit.Accepit stultus aperuitq́., vnde omnes statim morbi euolarunt præter spem , quæ fundo vasis adhæsit. Quod iccirco fingitur , quia nullum quamuis in extrema miseria constitutus sit,vnquam deserit spes. Longaq́. inter doctos viros disputatio fuit, mali plus an boni mortalibus spes afferat , vnde illi nomen Epimetheus .i. cui consilium non nisi post rem fuerint. Nam Prometheus eum signat,qui ante rem bene cōsulere possit. Hæc ille. Ordo aūt est. Deus prudens .i.quamuis prudens.i.prouidens, & æterna prouidentia cuncta prognoscens,abscīdit.i. dissecuit,& segregauit ,nequidq̃.i.frustra terras,quia & aridā fecerunt manus eius,& Gen. j. dixit Deus, Congregētur aquæ,q̃ sub cœlo sunt in locū vnum, & appareat arida. Quæ ideo cito,non quid ea viderit poëta, sed vt ostendam poëtica sæpe cum sacris literis conuenire. Quæras autem si Deus prudens quomodo nequidquam aridam fecerit. At ego rursus , si prudens quomodo dixerit. Pœnitet me fecisse hominem? Sed certum est Deum & naturam nihil facere frustra, nec omnipotentem & omnia præuidentem quauis duci pœnitentia. Verum qui sciuit hominis transgressionem non minus vetuit,quia (sm Augustiuum) tam potens est ut malo nostro vtatur ad bonum abscidit ergo nequidquam quo ad effectum , quia nihilominus transiluerunt mortales,sed non nequidquam quantum ad doctrinam.Per hoc enim docuit nos non debere transilire,noluit tamen cogere arbitrium , ut iusta sit in transgressores animaduersio. Tunc autem & pœnitentia duci dicitur,quando nos meruimus ut ducatur,sicut & irasci,sed hæc Theologis relinquamus. Abscidit ergo Oceano, id est magno mari, orbem terrarum circundant dissociabili, id est quod dissociabile fecit, cum naturaliter terræ cohæreat,& superficiem eius perfundat. Si tamen,id est si nihilominus,rates,id est naues,aut reuera rates, impiæ,id est contra institutum diuinum facientes amore lucri,transiliunt,id est temerarie sine cunctatione traducuntur,uada.s.marina , non tangenda .i. quæ non debuerant a terrigenis tangi. [Gens humana audax perpeti) .i. ad finem usque pati omnia .s. dua,& uetita , ruit per nefas uetitum .s. a Deo & lege humana. Gens,id est progenies , hoc est filius Iapeti .s. Prometheus , audax,id est remerarius intulit gentibus,id est ad gentes , ignem .s. æthereum,fraude mala .i. nociua mortalibus quia post ignē subductum.i. furto subtractum, domo ætheria .i. sphæra elementari ignis,aut curru Solis,seu Iouis,vt fingitur,macies,& noua.i.non prius visa,cohors.i. multitudo quasi ut cohors contra nos armata,febrium .i. uariorum morborum,incubuit .i. ut incubatrix & alienæ regionis occupatrix insiluit terris .i. in terrigenas , que , pro &,necessitas tarda,id est quæ tarda tunc fuit,leti, id est mortis,prius semoti,id est longe positi ab homine , quia hoīes priusquam naturam p uariam decoctionem obruerunt, diu uixerant,

cor

corripuit.i.celeriter arripuit,gradū.i.iter aut ingressum ad hoīes. Dędalus.s.faber ille Atheniēsis,expertus est.i.tētauit volādo aëtē vacuū.s.hoiem.i.p quē nemo ante volauerat,pēnis.i.alis,non datis.i.nō concessis à Deo & natura hoī,qa hō ad laborem, auis ad volatū nascitur.Labor Herculeus.i.Hercules laboriosus, perupit .i.vi fregit & adijt,Acherōta .i. fluuium illū infernalē,quē transgressus Cerberū ad lucē traxit. [Nil arduū) .i.satis difficile est & incessabile,mortalibus.i hoībus,qui quāuis mortales sunt oia at tentāt &conātur. Nos petimus.i.inuadere conamur,stultitia.i.temeratio ausu,sicut Gigātes in fabulis,& Babylonij in vera historia;cœlū ipsum.s.quo nihil altius,neq. magis inaccessibile,deorū videlicet regnū ad qđ nemo pōt venire, nisi pr̄ cœlestis traxit illū.Est ergo emphasis in pnomine ipm.Neque.i.& nō patimur p .i.pp,nr̄m scelus Iouem.i deum summū,ponere.i. deponere,fulmina iracunda i.q̄ sunt indicia iracundiæ.Habet aūt Iupiter pte lo fulmē trisulcum,triplicē eius ptātem sign̄ans. Estq.eius pprīū tonare(vnde Theutones diem Iouis diem tonātis vocant) & fulminare vn̄ Pallas nō suū sed Iouis ignē iaculata dr̄ Æn.j.Ipsa Iouis rapidū iaculata è nubibus ignē.Vulcanus aūt dr̄ fabricare Ioui fulmina,qđ fingitur, qa Iupiter mediam regionē aëris sign̄at, in qua tales(vt dn̄t)impressiones gn̄antur Pallas summum,Vulcanus infimū,immo in antris sulphures inclusum, qa nimirū fulmini materiam sufficit.Pulchre aūt qđ Iouis esset fulminibus dedit,& dices fulmina iracūda,qoasi Iouis iracundi,vt Land interpretatur,pro eo q̄ irati.Nā iracundus is dr̄, qui natura ad irā pclius est,ēt si tunc non moueatur Ira. Iratus aūt is est qui aliqua causa ira percitus est,ēt si natura non sit iracundus.Quę elegantiæ veræ quidē sunt, sed nō ab re vr̄ dixisse poëta fulmina iracunda,sunt.n.Ioui duplicia fulmina,q̄dam naturalia, q̄ amica sunt & aërem purgāt q̄dam vero ad vltionē parata, vn̄ Æn.j. Et fulmine terres.Et eiusdē lib.iiij. Iupiter ops . & paullo post: Ante genitor cum fulmina torques Nequidq̄ horremus, cæciq. in nubibus ignes Terrificant aīos,& inania murmura miscent? &c. Vt ergo discrimē ponat fulminum, dixit iracunda, & id potius quā irata.Quia.n.(vt Arist docet)consuetudo est altera natura vr̄ p fantasiam quandā ipsa fulmina ex multa consuetudine p irā torquenti iracundia effecta. Quin adeo D.August. argutissime docet, hoīem p consuetudinem longā peccandi reddi imbecilliorē ad resistendum.Nā felis aut bilis agitatio frequens(q̄ in ita accidit)reddit ipm auctius,qđ quo maius est,eo magis ad iram pcliue est,& frequens in coitu Iecoris exulceratio & prurigo,reddit ipsum ad Venerem pronius,qđ de ceteris quoque affectionibus demonstrari potest,sed nos satis superq. philosophati sumus.

## AD P.SEXTIVM QVIRENVM CONSVLEM.

*Ex veri descriptione occasione sumpta,mutat ad voluptatem Sestium, cum eo temporis gratia, & clementia mutentur omnes, & in Venerem propendat,cum mors: ex æquo omneis maneat, & vitæ breuitas diu nos sperare vetet,qua exutis,aut nihil superest,aut nihil voluptatis sentimus.*

*Ode IIII. Dicolos distrophos. Primus quisque versus est Dactylicus Archilochius heptameter Acatalectus, constans è quatuor primis pedibus spondeis,vel Dactylis indifferenter,vt in versu Heroico, deinde è tribus trochæis,vel spondeo vltimo,sic.*

*Sōlŭĭtūr -υυ ācrĭs hў-υυ ēms grā -- tā vĭcĕ -υυ vērĭs -υ*
*ēt fă -υ uōnī -*

*Secundus vero quisque est Archilochius constans ex penthemimere iambica,id est ex iambo vel spondeo, Iambo, & syllaba. Deinde è tribus Trochæis,vel spondeo vltimo,sic.*

*Trăhūnt υ- quĕ sīc υ - cās - māchĭ -υ nǣ că -υ rīnās --*

-υυ -υυ -- -υυ -υ -υ --
υ- υ- - -υ -υ --

SOLVITVR acris hyems grata vice veris, & Fauoni:
Trahuntq. siccas machinæ carinas:
Ac neque iam stabulis gaudet pecus, aut arator igni:
Nec prata canis albicant pruinis.
Iam Cytherea choros ducit venus imminente Luna:
Iunctæq. Nymphis Gratiæ decentes
Alterno terram quatiunt pede: dum graueis Cyclopum
Vulcanus ardens vrit officinas.
Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto,
Aut flore, terræ quem ferunt solutæ.
Nunc & in vmbrosis Fauno decet immolare lucis,
Seu poscat agna, siue malit hœdo.
Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumq. turreis. ò beate Sexti,
Vitæ summa breuis spem nos vetat inchoare longam.
Iam te premet nox, fabulæq. manes,
Et domus exilis Plutonia. quò simul mearis:
Nec regna vini sortiere talis:
Nec tenerum Lycidam mirabere: quo calet iuuentus
Nunc omnis: & mox virgines tepebunt.

SOLVITVR acris hyems) Quarta Ode Sestium [Arg.] verum consularem ad voluptatem hortatur. Dicit enim Veris aduētu & Fauonij hyemem cedere,nauesq.æquor repetere nauigandi gratia,pecora exire stabulis, prata, carere pruinis, Venerem imminente Luna nympharum,gratiarumq. chorum ducere,illasq. simul ludere, dum Vulcanus in antro Cyclopas fatigat Nuncitaq. ait decere myrto,vel floribus ornare caput Faunoq., & rusticulis dijs honorē præbere,vel agna,vel hædis. Mors enim æque pauperum & diuitum domos adit, vitæq breuitas prohibet nos diu sperare. Quo circa inferos subiens, ibi conuiuijs vacare non poterit, nec tenerum Lycidam puerum suum mirabitur.[Soluitur) Resoluitur,molescit,laxatur,nam prius astricta fuerat frigorum causa. Vnde & Virg.lib.ij.Georg. de Vere ait,zephyriq tepentibus auris Laxant arua sinus. Grata vice omniū rerum vicissitudo est ait comicus. Ver autem hyemi succedens est gratissimum. Nam hyems humida parti te & frigida est. Ver autem callidum & humectum, Æstas sicca & calida: Autumnus siccus & frigidus,vt Macrob. lib vij. scr. [Veris,& Fauoni:) Pro Fauoni. Ver autem incipit secundùm Varr.lib.j. de Re Rust. vij. Idus Febr. quo etiam die (vt Colum refert) Fauonius suspirare incipit. Et (teste Plin. lib.ij.) Græce zephyrus dicitur,qui ab Occasu equinoctiali flat,tepidus quidam & siccus aperiens terram, tenui frigore saluber. De quo etiam latius lib. xviij. tractauit. [Trahunt) In mare .s. nauigandi gratia fugata hyeme.[Machinæ) Machina dicitur conatus,cogitatio,inuentio,μηχανάομαι excogito,machinor. [Carinas:) Est carina pars vltima nauis Ouid. lib.iiij.de Ponto. Dum mea puppis erat valida fundata carina. Qui mecum velles currere,primus eras. [Pruinis.) Pruina (vt Plin. scr.lib.ij.) Ex rore gelido gignitur. Est .n. matutino tempore roris gelidi aqua congelata. Dicta autem (vt Fest. ait) quod fruges ac virgulta perurat. [Cytherea venus) A Cytheris vrbe,in qua enutrita fuit, teste Hesiod. Str. lib.viij. scr. Cythera insulam esse in Laconico sinu,cum vrbe eiusdem nominis, commodis instructa portubus. Idem quoque lib.iij.ait: Cythera insulam esse in mari Myrtoo. Eadem vero nos esse putemus,sunt enim loca illa inter se proxima. Plin.item lib.iiij. cap.xiij. scr. in Laconico sinu esse Cythera. [Choros ducit) Veris tempore animalia cuncta in concupiscentia inclinantur,nec solum bruta, sed etiam mulieres,quarum complexio (vt plurimum) frigida est,& humida,sed agente Veris tempore in calorem, & Venerē acrius excitantur.[Imminente) Instante,aduentante,apparente.[Gratiæ) Harū nomina tria sunt, Pasithea,Aglaia, Euphrosine Iouis filiæ,Venerisq. famulæ,quod Lact. scr.lib.ij.The.ibi.s. Non hoc Pasithea blandatum prima sororum, ab Orpheo in hymnis nominātur,Aglaia,Thalia, Euphrosyne quæ ab aliquibus Pasithea etiam dicitur, ἀγλαΐα demum splendor dicitur, & lætitia, ἀγλαὸς splendidus,clarus, ἀγλαΐζομαι splendeo, orno, ἀγλαΐζω honoro, εὐφροσύνη lætitia, εὐφρῶν lætus, εὐφραίνω lętifico, εὐφραίνομαι lętor, θαλία cōuiuium, sertum, festiuitas Pasithea omnis seu tota Dea, πᾶσα n omnis dicitur, θεὰ vero dea.Erheocles aūt Orchomeniorum rex,primus gratiarum templum extruxit,vt docet Str.lib.9. Est aūt Orchomenos prope Bœotiam teste eodem. Mela & Plin. lib.iiij. scribunt esse in Arcadia. Idemq Plin.docet Orchomenū amnē esse in Thessalia. Dn̄t alij gratias nudas incedere, quia sine

fuco

Hyems
Ver
Æstas
Autūnus

A'ialion genus

Gratiarum nomina

Orchomenos Gratiarū habitat.

fucn eſſe debent Dñt & ſimul cõnexas, quia inſolubiles eſſe gratias decet. Sed vna auerſa incedere, aliæ duæ nos reſpicere dñr, qm̃ profecta à nobis gratia duplex reuerti ſolet. Hom. lib. v. Il. ſcr. Grans elaboraſſe Veneri Ambroſium peplum, quod à Diomede vulnerata reliquit, grauiter concuſſa dolore. [Graues) .i. moleſtas ob operis laborem. [Vulcanus) Diod in princ ſcr. Vulcanum ignis inuentorem fuiſſe apud Ægyptios, vbi primus regnauit. In vj. vero vol. ait, Vulcanum ferri, æris, auri, argenti, & omnium qui igne fabricãtur, artẽ inueniſſe, eamq. ceteros docuiſſe, quapp hanc rerum opifices oẽs vota, ſacraq. huic deo maxima ſacientes, ignem in æternam memoriam ſuſcepti beneficij Vulcanum vocant. Eum poëtæ Veneris maritum dixere. Quodquidem fictum puto, quia ſine calore Venus ipſe languet: Dixere item in antro ſub Æolis inſulis manentẽ, hr̃e officinas, Cyclopas ei obſequentes, fabrumq. Iouis eſſe. Quod fictum eſt, quia loca illa igne pleniſſima ſunt, ſine quo nihil artificioſum fieri poſſet, nec metalli genus vllum fundi, extendiq. valeret. [Cyclopum) Brontes, Steropes, & Pyracmon Cyclopes inſignes fuere. Hos aũt artificioſos fuiſſe hoĩes conſtat, quos Vulcano ignis, deo, attributos, ſub eo Iouis conficere fulmina volunt. De ijs Mar. lib. viij. inquit, Brontesq., Steropesq., & nudus membra Pyracmon. βροντὴ tonitruum dr̃ βροντάω tono, στεροπὴ fulgur, ἀστραπὴ corruſcatio dr̃, ἀστράπτω fulguro. Pyramon quaſi ignita incus, πῦρ .n. ignis dr̃, ἄκμων incus. Dicti autem Cyclopes à κύκλος, quod eſt orbus circulus ue, & ὤψ oculus, quaſi circularis oculus, vnicum .n. in fronte maximum habuiſſe dñr. [Officinas) Eſt officina vbi opera fiũt. Taberna vero vbi venduntur. [Nitidum) Vnguento ſparſum. [Myrto) Id ait ad voluptatem, Veneri .n. dicata eſt, myrtus, quæ odorifera eſt, & Venus odoribus oblectatur. Semen eius odorẽ oris cõmendat, vel pridie cõmanducatũ, vt ſcr. Plin. Myrtea aũt corona ouantes coronabantur, vt ſcr. Gel. at idem Plin. Ouid. vero de Myrto Veneris, ita inquit lib. iiij. Faſt. Littore ſiccabat ſudantes rore capillos. Viderunt Satyri turba proterua Deam. Sẽſit & oppoſita rexit ſua tpa myrto: Tuta fuit facto, vosq referre iubet. [Solutæ) Mollificatæ, & reſolutæ fauonio. [Nunc & in vmbroſis) Virg. etiam lib. j. Georg. imminente Vere ſic ait: In primis venerare deos, atque annua magnæ Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis: Extremæ ſub caſu hyemi, iam Vere ſereno. Tunc agni pingues, & tunc molliſſima vina: Tum ſomni dulces, denſeq. in montibus vmbræ. [Fauno) Fauni dicti ſunt à fando .i. vaticinando. Vnde & fatuos dicimus inconſiderate loquentes. Traditum vero eſt in ſiluestribus locis. fati ſolitos, vt ſcr. Var. erantq. Latinorum dij. [Æquo pulſat pede) Idẽ quoque Hor. Sat. vj. ait: Neque vlla eſt: Aut magno, aut paruo leti fuga, quo bene circa Dum licet in rebus iucundis, viue beatus, Viue memor q̃ ſis æui breuis. [Beate Sexti) Beatus dr̃, qui multa habens ſine malo aliquo degit, vt Cic. in Tuſc. ſcr. Nos vero latius in noſtro carmine de floribus. [Nox) Mors ipſa tenebroſa. [Fabulæ) Illa quæ de inferis fabulantur poëtæ ſeu ſic: Et manes, appoſitio fabulæ .i. de quibus poëtæ, fabulãtur. [Manes) Dij inferi intelliguntur hoc loco, de quibus latius in Iuu. iam diximus ibi. ſ. Eſſe aliquos manes, & ſubterranea regna etc. [Et domus exilis Plutonia) Virg. item ait. Per quem domos Ditis vacuas & inania regna. Cic. autem in lib. de Nat deor. ſcr. q terrena vis omnis, atque natura Diti. patri, dedicata eſt: qui dictus eſt apud Græcos Pluton, quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris. πλοῦτος autem diuitias ſignificat, πλούσιος diues dr̃, πλουτέω ditor, πλουτίζω dito. Diod. præterea lib. vj. ſcr. Plutonẽ ſepulcrorum, funerumq., atque donorum quæ mortuis impenduntur, vſum introduxiſſe, cum antea nullam earum rerum apud homines eſſet conſuetudo, quæ cauſa extitit, vt vita functis dominari exiſtimaretur [Regna vini) Talorum iactu, & ſorte bibebãt victores. ſ. [Lycidam) Alluſio eſt ad Lycidam puerum in Buc. Maro, & Theocriti, qui de illo Egl. vij. ait: O dulcis Lycida calamis emittere doctis, Et cõflare nouos, magna dulcedine cantus Diceris ac te non alter præſtantior ore Vocibus & numeris meſſores inter & ipſos Paſtures tenero qui tangunt ſidera cantu, Verſibus ipſe tuis nimium delector amice.

**Vulcan'**
**Cyclopes.**
**Brontes**
**Steropes**
**Pyracmon**
**Officina**
**Taberna**
**Myrtus cur Veneri.**
**Fauni.**
**Beatus.**
**Pluton.**
**Lycidã.**

**ACR.**

SOluitur acris hyems) Metrum quod Phaletium dicitur ſiue Archilochium, quia frequenter vſus eſt Archilocus. cõſtat prior verſus ex parte heroici, quæ dicitur bucolici, qa neceſſe eſt vt quartus ſit Dactylus, & tribus Trochæis terminatur ita: Soluitur, acris hyems grata vice, veris, & Fauoni, ſequẽs verſus trimeter Iãbicus catalecticus eſt, cui vna ſyllaba deeſt ita: Trahuntq. ſic, cas ma, chinæ cari, nas, quod ſi dixeris catinulas, erit integer trimeter. Et aliter, primus verſus conſtat ex quatuor pedibus heroicis, & tribus trochæis, ſecundus Archilochius dr̃, & conſtat ex Penthemimeri iambica, & tribus trochæis, ita. Trahuntq. ſic, cas machi, næ ca, rinas. [Soluitur) Molleſcit. [Aceris) Nomen eſt neutrale a maſc. gen ab eo quod acer, vnde etiã in maſc. gen. in is deſinit, ideo cõe & oẽ nomen facit, ut, Acris hyems, & acris ſinapi. [Trahuntq. ſiccas) De naualibus, aut pro reparatione, aut hyeme ſubductas, competenti tpe ad nauigationem in maria reuocant. [Arator) Mutati vſum ẽt vitæ, dicit mutatione tpis. Virg. Ante focũ ſi frigus erit, ſi meſſis in vmbra. [Canis) Candentibus. [Iam Cytherea choros ducit) Clementia tpis dicit ẽt aios inuitari ad ludum, ita vt noctem ſaltationibus vacẽt, voluptate faciente. [Imminente) Appropinquante. [Iunctæq. nymphis) Per nymphas mulieres intelligi voluit, p gr̃as virgines. Iſta. n. tanq̃ Epicureus exponit ſuadens voluptuoſe viuendũ, pro fragilitate vitæ, nec p̃termittendã Venere ardẽte lætitiã. [Alterno terrã quatiunt pede:) Pro ſono cantilenæ ad rhythmum, pede ferienti. [Grauis) Pro operis labore. [Nitidũ caput) Vnguentis delibutũ. [Impedire) Coronare. [Terræ quẽ ferunt ſolutæ.) Solutas terras dixit liberas, hoc eſt incultas. Nã Virg. dũ de Agric. loqueretur ait, Exercetq. frequẽs tellurẽ, atq. imparat aruis. Idẽ: Inculto iniuſtã vireſcũt Gramina: Põt & ſoluta terras aperto iã Vere illic intelligi. nã pro tpibus & pateſcit, & clauditur Virgil. Vere tumẽt terræ: & de hyeme. Rura gelu tunc &c. [Nunc & in vmbroſis) Quaſi expleto anno, nouo redeunte redeunda ſunt vota, dijs agreſtibus. Pallida mors epitheton mortis, q̃ pallidos facit. [Regumq. turres) Pro altioribus domibus poſuit, vt tabernas pro humilioribus. [Vitæ ſumma) Supputatio. p breuiũ annorum numero poſuit. vt Virg. Sed fugit interea, fugit irreparabile tp̃s. Fabulæq. & manes dij boni dicebãtur. vñ & mane tractũ putatur, aut certe ſomnus potius. [Manes,) Inferi. Qui ſunt fabuloſi. vñ Virg. Perq. domos Ditis vacuas, & inania regna. [Nec regna vini ſortiere talis.) Nõ accipies p ſortẽ regna vini. [Tenerum) Delicatũ. [Lycidã) Puerum à te ſtupratum. [Quo calet) Quem impatienter amat. [Tepebunt) Ardebũt uel amabunt.

**POR.**

SOluitur acris hyems grata vice veris, & Fauoni:) Hæc Ode ad P. Sextiũ cõſularem ſcribitur, quaſi deſcribens uerni tpis gratiam, cohortatur ad lætiorẽ indulgentioremq. vitam admonens mortẽ æqualiter oĩbus imminere. [Grata vice veris, & Fauoni:) Fauoniũ ventum q. Zephyrus græce appellabatur, veris tpe incipere flare. Virg. teſtis eſt, q. ſic ait, Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit. [Terræ ſolutæ) Vtrũ liberæ, cultui non inſeruientes intelligendũ, vt prata ſignare videatur, an tẽperiæ, & æſtu veris ſolutæ, q̃ paullo ante frigore hyemis ſtrictæ erãnt. Sic & Virgilianum illud: Et Zephyro putris ſe gleba reſoluit. [Nũc & in vmbroſis) Fauno decet immolare lucis,) ſic & Virg. Veris tp̃s, aptũ ruſticis ad ſacrificandũ dicit, qa tũc ſomni dulces, & mol. vi. [Seu poſcat) Attende f. g. agnã maluiſſe dicere, q̃ agnum, ſm̃ illud Virg. Et cæſa. i. f. p. Neſcio qũo. n. q̃dam elocutiones per fœ g. gratiores fiũt. [Pallida mors æquo pulſat pede pauperũ tabernas,) Per tabernas vulgares domos ſignat p turres, altiores. [Nec regna vini ſortiere talis:) Hoc ad magiſteria cõuiuiorum ptinet, q̃ talorum iactibus ſortiri ſolitos & Plaut. ſignificat in Captiuis, item in Aſin.

**ASCEN.**

SOluitur acris hyems) Quia varietas plurimũ ad ornatũ poëmatum facit, inuitat hoc loco P. Sextium amicũ ad uoluptatẽ, non imemor profeſſionis ſuæ (erat. n. Epicureus) docetq. oĩa naturalia ipſum inuitare ad voluptatẽ, cũ ſit verna tempeſtas. Præterea fortunã cũ ſit beatus. i. vt hic ſentit bñ. i. ampliter hñs diuitias, alibi aũt ſeuerius dicet: Ne ue putes aliũ ſapientẽ, bonoq. btm̃. Et ætatẽ cũ ſit iam in ætatis flore, q cito periturus eſt, vnde monet, vt, Dũ datur uoluptate fruatur. Ordo eſt. Hyems. i. tempeſt. hyemalis. i. pluuioſa & frigida, qualis eſt hyberno tpe, aeris. ſ. hactenus, ſoluitur. i. diſſoluitur, nũc vice. i. viciſſitudine, grata. i. utili, & accepta mortalibus, veris. i. verni, tpis quod hyemem p̃mit, & Fauoni pro Fauonij. i. Zephyri quo flante putris ſe gleba reſuluit. Machinæ. i. inſtrumenta nautica, trahunt, aut (vt Bõſ. placet) ducunt quaſi uolentes. ſ. in mare, carinas. i. naues (à parte totum) ſiccas, quas in littus pp intermiſſam nauigationẽ ſubductas. [Ac neque pecus,) Sed ouile. [Gaudet iam) .i. amplius ſtabulis, quia in Aprili ad paſcua emittũtur cũ mr̃ibus agni, aut arator nõ gaudet amplius igni vt in Ianuario. Eſt. n. arãdum tpe calido. vnde Maro: Nudus ara, ſere nudus, hyems ignaua colonis. Nec prata albicãt. i. fiũt alba, pruinis canis. i. ſubcandidis. [Venus Cytherea) .i. q̃ in cytheris colitur, ducit iam choros puellarum, Luna imminente. i. paullo ante noctem. quæ humida, & ita frigida eſt. Et gratiæ. i. Charites decentes, quia nihil decentius Gratijs gratum & decentem facientibus, vnde decenter ſunt in comitatu Veneris, vt Cupido & Iocus eius filij, nam niſi Ioci, & geſtus ſint

grati non erit Cupido, nec sine cupidine Venus, vnde fatetur cupidine vites suas, Æn.j. dicens: Nate meæ vites, mea magna potentia &c. iunctæ. i. associatæ nymphis. s. reliqs. vnde iiij. Carm. Gratia cum nymphis geminisq. sororibus audet Ducere nuda choros, quatiunt. s. saltando & tripudiando, terrã pede alterno. i. secundũ rhythmum & legem saltandi, alternatim posito, dũ Vulcanus ardens vrit. i. vrget fulmine, graues. i. laboriosas, officinas. i. fabricas vbi operantur, Cyclopum. i. ministrorum suorum, qui Cyclopes in Sicilia sunt, vt Manc. docet. Decet nunc impedire. i. ligare, aut vincere, caput. s. tuum ò Sexti, nitidum. i. vnguento delibutum, aut myrto viridi. i. florenti, quia odorifera est, & in tutela Veneris, aut flore. s. viola quem florẽ, terræ solutæ. s. iam primũ per zephyrum, ferunt. i. producunt, vnde vulgo violas Martias vocant. [Et decet nunc immolare in lucis). i. siluis inceduis. [Fauno). i. deo illi latinorũ, in siluis rñsa dare solito, seu. i. siue poscat. s. rem diuinã, aut sacrificium sibi fieri agna. i. per agnam mactatã, siue malit. i. magis velit. hœdo. i. fœtu caprino. [Pallida m.) Vt p̃senti voluptate tantisper (dũ licet) fruatur admonet eum mortis instantis, quæ vetat extendere spem in res lõge post futuras. Vbi annotandum, & eos qui uoluptatem vitandam, & qui amplexandam prædicant mortis meminisse, illos quidem vt non ametur, q̃ tam cito transitura, & tã longam pœnitudinẽ paritura est, hos vero vt non patiantur tam breuem conditionẽ manibus elabi. Sed ad ordinẽ reuertamur. O Sexti beate. i. bene hñs, quæ ad felicitatem p̃tis vitæ faciant. Mors pallida ab effectu, quia pallidos facit exangues pulsat æquo. i. æquali pede, quod speciose dictũ est, quasi oĩa contineat sub pedibus suis, & conculcet quæ velit, tabernas pauperum. i. tuguria confecta ex tabulis, in quibus reculas suas venundant, & turres. i. magnificas, & turritas ædes regum, . i. p̃diuitum. Et ita summa. i. summus numerus dierũ, hoc est periodus, & terminus q̃ p̃teriri non põt, vitæ breuis. i. oĩbus, quia (vt dicit poëta) Breue, & irreuocabile tp̃s Oĩbus est vitæ. Et Iob: Hõ natus de muliere breui viuẽs tp̃e &c. vetat nos inchoare sp̃e lõgam. i. rei diu duraturæ aut diu expectãdæ. Nox. i. caligo mortis, iam. i. p̃pe diem p̃met. i. opprimet te, & fabulæ manes. i. q̃ sunt de rebus incognitis, & multorũ iudicio vanis & inanibus vt pote de inferis. de quibus Iuuen. Esse aliquos manes, & subterranea regna &c. Nec pueri credũt &c. q̃ s̃nia cõgruit poëtæ Epicureo, licet nõ hoĩ catholico, eamq́. p̃bat, & ingeniose excogitauit Bõf. annot. viij.

Bonfinis. Alij legũt: Et fabulæ, & manes hoc est cõputaberis inter manes, hoc est inferos de quibus fabulãtur multa poëtæ. Legendum esset aũt, manesq. quia q̃ vult in fine poni, & absumitur p̃ e sequens, vt sit Manesq., sed legã inanes. [Et domus exilis). i. obstructa, & modica respectu huius mũdi, Plutonia. i. ipsius Plutonis sup. p̃net iam te simul sup. ac. i. immediate postq̃ mearis p̃ meaueris, hoc est migraueris, nec sortiere. i. p̃ sortẽ, & talorũ iactũ acq̃res, regna vini. i. aut primas partes in bibendo, aut potius officium modiperatoris, & regis in conuiuio, de qua re sic differit Cæl. lib. xv. c. vj. Inoleuerat & Græcis mos alius, ut talis sortirentur, q̃ cõuiuio p̃sideus, leges decũbentibus diceret, q̃ vocabantur Nomi. hic vero testimonio Varronis Modiperator latine nũcupatur, ueluti modũ bibẽdi p̃scriberet. Rex ẽt dr̃ à Mac. arbitror q̃a Græci βασιλέα appellãt. Hor. Nec re. ui. s. t. Hæc ille talis, i. p̃ talos, vnde p̃ diminutione dicimus taxillos, nec mirabere Lycidã puerũ illum tenerũ. Maro tñ dicit. Curæ non ipsa in morte relinquũt. Verũ illic tristes sunt curæ q̃ hic stultis amatoribus dulces, quo puero. i. cuius amore, oĩs iuuentus. i. tota multitudo iuuenũ, calet. i. ardet nũc, & virgines, cũ ipse pubescet, tepibũt. i. tepidius inflãmabuntur q̃a frigidior est mulier, q̃ mas: mox. i. paullo p̃st, cũ iam q̃ patitur facere poterit. Speciose ergo rẽ minus speciosam, immo summopere detestãda cõmemorat. vitio nimirũ illius seculi, & religionis minus castæ. Notabũt aũt grãmaticæ studiosi. quorũ ergo hanc operã nauamus. apud idoneos per q̃ raro iuuenẽ de puella dici, aut virginẽ de pueto, verũ de fœmella bñ iuuẽculam legimus, q̃ virgo, eo qđ vigeat, & vireat p̃ ætatem dr̃, ẽt si casta non sit. vnde de Pasiphaë iam trium, aut plurium matre dr̃ in Buc. Ah virgo infelix, quæ te dementia cœpit.

MATT. Bonfinus. SOluitur acris hyems grata vice ueris, & Fauoni. Trahuntq́. siccas machinæ carinas) Et si oẽs, quos uidere mihi cõtigit, sic hñt libris, & oẽs, eo pacto legunt interpretes, tñ q̃a cũcti eiusdẽ Odes secundi versus in prima sede, q̃q̃ Iambici sunt, Spondeum hñt, quem recipere p̃nt locis tm̃ imparibus, primo. s. iij. & v. ducunt protrahunt reponendum censeo, vt sit Ducunt, pro deducunt Cum p̃sertim, quicunque latine sunt locuti ac p̃pria, deducere & subducere naues dixerint, ut Virg. in j.

*Vrbem quam statuo, vestra est, subducite naues.* Et in iiij. idẽ.

*Tum vero Teucri incumbunt, & littore celsas*
*Deducunt toto naues, natat vncta carina,*
*Iam te premet nox, fabulæq; & Manes*

Sic hñt multi lib. permulti vero alij Fabulæque Manes. Mihi vero prior lectio ob id non probatur. quod (vt alias rõnes omittam) versus non staret, qui haberet in sede penul. Spõdeum pro Trochæo, quorum temporum ratio est diuersa. Posterior vero, quod fabulæ & manes substantiua sub nomina, & eorum vtrunque copulam requirit. Nec latine locutus videretur Hor. ea prætermissa, nisi per appositionem. Cuius rei infinita sunt exempla, ita tñ vt sequens versus incipiat a vocali, vt in primo Virg.

*Et quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris*
*Iactemur doceas, ignari hominumq; , locorumq;*
*Erramus, vento huc vastis & fluctibus acti.*

Itaque dicendũ fuisset Horatio, Fabulæque, Manesque, cum (vt dixi) sequatur versus à vocali incipiẽs. [Et do. exc. Plu.) Quã lectionẽ ipse quidẽ nõ improbarẽ, nisi melior visa fuisset, quam in huius Annotationis fine subijciã. Ad hæc si fabulæ appositiue Manes legamus, absurda (nisi fallor) videri poterit appositio cũ fabulæ nõ sint Manes, immo potius Manes sint fabulę, & appositio ipsa sit declaratio quædã præcedentis non subsequentis nominis ad quod refertur, vt virtus bonorum præsidium. i. quæ bonorum est præsidium. Et propterea (vt dicam tandem quod sentio) Fabulęque manes legendum affirmo, & ita scriptum iurarim reliquisse Flaccum, & impressorum imperitia, ac negligentia ex duabus literis i, & n, factum esse vnam m. Quod quidem ipsum (vt alias rationes omittam) videtur etiam sensisse Virg. vj. Æn. cum dixit. perque domos Ditis vacuas, & inania regna.

FAbulam fieri eleganter docteq. vsurpamus pro eo quod est communijs vitalibus perfungi, & abire (vt Paul. inquit) Io cõem locum, Persij satyrici poëtę id auctoritatis comprobat. COEL. RHOD.

*Indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est,*
*Quod viuis cinis & manes & fabula fies.*
*Hoc vero ex illo Horatiana apparet profluxisse:*
*Iam te premet nox, fabulæq; manes.*

Quin facete lusisse putatur quidam nõ omnino malus necim peritus. Viuentes etiamnum fabulam esse. Quæ sententia, mihi est q̃ graphice nostris nos pingat coloribus, qm̃ vti fabulæ nec vera insunt, nec verisimilia, compari modo vita nostra, nec veritatis quicquam nec certitudinis habet, nisi illud quo certius nihil. Hominem bullam esse, sed multo magis senem, ut M. Varro ait, ex quo rectissime videretur Eurip.

*Οὐκ ἔστι θνητῶν, ὅστις ἐξεπίσταται,*
*τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται.*

Quod nostris verbis sonat, Mortalium nemo est, qui crastinum sibi audeat polliceri. Et quod grauius aliquanto est.

*Οὐκ ὁ βίος ἀληθῶς ὁ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά.*

Hoc est, uita non uere uita est, sed calamitas. Sicuti Eurip. idem subnotauit sententialiter. Vnde & Palladas scite.

*Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω.*
*Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον,*
*Ὦ γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον, ἀσθενές, οἰκτρὸν*
*Συρόμενον κατὰ γῆς, καὶ διαλυόμενον.*

Lacrymans sum natus, sed & lacrymans morior in lacrymis vniuersam comperi vitam, ò genus hoĩum lacrymosum, debile, miserabile, tractũ in terra, solutumq.. Nos tñ opinionum illecti uanitare, nobisq. blandius ementientes, spes inanes oĩno confouemus quod ad præsentem attinet, vitæ statum, nec philosophũ audimus eminentissimum Platonem subinde insusurrantem.

*τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους εἶναι.*

Quàm sententiam iure Latium si donamus, Spes esse uigilantium somnia.

## AD PYRRHAM, QVO FRVATVR IVVENE.

*Meretricis asturias infestatur, quæ simplici munditia insidias tegeret, quibus adolescentium animos caperet, & illos emungeret se vero dijs vota soluisse quod velut è tempestate, non sine naufragio euaserit.*

*Ode V. Tricolos tetrastrophos. Primi quique duo versus sunt Asclepiadei, Qualis ille, Mœcenas atauis edite regibus. Scanduntur enim sic.*

*Quĭs mūl - - tā grăcĭlīs - ∪∪ - tē pŭĕr īn - ∪∪ - rŏsā ∪ -*
*Pērfū - - sūs lĭquĭdīs - ∪∪ - ūrgĕt ŏdō - ∪∪ - rĭbŭs ∪∪*

*Tertius autem quisque est Pherecratius Heroicus trimeter Acatalectus, constans è spondeo, dactylo & spondeo, sic.*

Grātō-

*Grātō -- Pȳrrhă sŭb -uu āntrō --*

*Quartus vero quisque est Gliconius, qualis ille, Sic te diua potens Cypri. Scanditur enim hoc modo.*

*Cuī flā -- uām rĕlĭgās -uu- cŏmăm uu*

-- -uu- -uu- u-
-- -uu- -uu- uu
-- -uu- --
-- -uu- uu



Vis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha sub antro?
Cui flauam religas comam?
Simplex munditijs, heu quoties fidem,
Mutatosq. deos flebit: & aspera
Nigris æquora uentis
Emirabitur insolens:
Qui nunc te fruitur credulus aurea:
Qui semper vacuam, semper amabilem
Sperat, nescius auræ
Fallacis. miseri quibus
Intentata nites. me tabula sacer
Votiua paries indicat vuida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris deo.

ANTO. 

Vis mulra) V. Ode in Pyrrham meretricem inuehitur, postulas à quo pueto sub antro reneatur, cui sese comat munditijs, & ornatu simplex, at animo fallax, Heu quoties flebit illi fidem, mutatosq. deos, mirabiturq. æquora ventis aspera quidē ea nunc pulchra, culta, & miti fruitur credulus, qui semper amabilē sperat, & sibi indulgētē, nescius fallacis auræ, hoc est fallacis amoris meretricij. Miseros esse illos quibus intentata nitet, & lucet ut eos alliciat. Ait tandē quod sacer Paries votiua tabula indicat se humida vestimenta maris Deo suspendisse, vbi certe metaphorice loquitur ostendens meretricis amore olim implicitū, & denudarū liberatum esse peractis votis. vt naufragi faciūt, qui reduces pictas naufragij tabulas, templis affigunt, & humida vestimēta [Quis multa gracilis) Gracilis renuis delicatus, tenellus, teneri .n. & graciles adhuc sunt pueri, & puellæ. Plut. i vita Lycurgi scribit, ita Graciles quidem infanres fiunt & venusti, & aspectu grati ob leuitatē materiæ. [Vrget) Tenet, amplectitur. [Odoribus) vnguētis. Cui uoluptati cuius & gratiæ. [Simplex munditijs) Animo fallax es cultu tñ, & ornatu simplex, benigna, & pura uideris. [Heu quoties) Miserantis interiectio erga amantem puerū. [Mutatos) iratos, cum se deceptum aduertet, & denudatum ab illa. est aūt metaphora sumpta à nautis, quibus dij mutati vñt, cum tempestas supuenit. vnde ait, Et aspera æquora mirabitur. [Nigris uentis) Hoc est tenebrosis ob tēpestatē, & nubila. [Æquora aspera) Hoc est ipsam Pyrrham exasperatā. Insolens insuetus à meretricibus decipi. [Te aurea) Culta ornata, formosa, miti & simplici. nam eam auro comparat metallorum optimo. [Vacuam) Otiosam & sibi indulgentem. [Auræ fallacis) Perstat in metaphora. nam ut uenti fallaces sunt nautis, ita meretrices amantibus. Auræ ergo fallacis. i. fallacis amoris meretricij, qui blandiendo attrahit, attractum nudat, ut mare nautas. [Miseri) Adde sunt. [Nites) Luces, & splendens alliciendi eos gratia. [Tabula uotiua) Naufragio reduces uota persoluentes naufragij pictas tabulas affigunt, & humida uestimenta, ut diximus. hinc Maro lib. xij. ait: Forte sacer Fauno folijs oleaster amaris. Hic steterat nautis olim uenerabile lignum: Seruati ex vndis ubi figere dona solebant Laurenti diuo, & notas suspendere uestes.

*Gracilis pueri.*

*Naufragorū vota.*

ACR. Quis multa) Metrū duobus uersibus Asclepiadeū. tertius Pherecratius, qui constat spōdeo, dactylo, & spōdeo, ita Grato Pyrrha sub antro. Quartus Glyconicus, quod cōstat spondeo, & duobus dactylis ita: Cui flauā religas comā. [Quis multa) Percōtatur Pyrrhā, cum qua olim cōsueuerat, quo amatore nunc fruatur iuuene, & munditias eius vel blanditias laudat, sed quadam adhuc amantis inuidia, cum se dicat veluti cū dolore eius illecebras, quibus capit ignauorum adolescētium aīos, tanquam naufragium euasisse per damna. [Gracilis) Delectans, tenuis, vnde. Et vmbræ ibant tenues. [Perfusi liquidis vrget odorib.) Pro fluxu seminali. i. coitu & libidine. [Sub antro) Quod loci gratia, & vnguentorum iuuetur, nam in antris prostare consueuerūt. vnde & fornices dicti. [Cui flauam reli. co.) Cui comeris? [Simplex munditijs) Simplicē munditijs dicit animo factiosam. [Mutatosq. deos) Sibi iratos, cum permiserint illū in foueā cadere meretriciam. [Flebit) Vt mutatā felicitatē suā dum quæritur, ipsa in nigredine nudet amatorem, hoc aūt iuxta opinionē hoīum dixit, quod iratis, aut propitijs dijs lucra siue dispendia sua applicant, vt Luc. O faciles dare summa d. e. que. t. Difficiles. [Et as. Ni æ. u.) Bene allegoricos aspera æquora, & auram fallacem meretricē vocauit, hoc est inconstantem, nam dum blandiendo insipientem trahit captum crudelicet nudat inconstantiæ maris similis, vnde Virg. Me ne huic c. m. Et id s. s. Idē de perfidia mulierum, eia age. r. m. u. & m. s. Fœmina. [Insolens) Non consuetus, & inexpertus amorē meretricum. [Aurea) Pulchram, aut certe diuitē, siue simplicem significat. [Vacuam) Sibi vacantem, sine dolo alijs contemptis suo amori deseruientem. [Auræ) Mutabilis fœminæ. [Miseri) Mira varietate, dicendo .n. eos miseros, quibus fulgebat intentata, quasi beatum se profitetur, qui iam ab ea euasit, sicut in sequentibus dicit. [Me tabula) Ac si diceret, Adhuc non probata ignoranti nites, & places. Paries, metaphora a naufragis qui euadentes pictas cladibus suis tabulas præferunt, & cum quibus euaserint vestibus eas ad Neptuni tēplū suspendūt, vt Iuuen. Et picta se tempestate tuetur, & Virg. Seruati ex vndis vbi figere dona solebant hoc per allegoriam ostēdit post nuditatem suam à meretricis se amore liberatū. [Vuida) Madida, madidus autem extrinsecus, vuidus intrinsecus. [Deo) Neptuno melius.

*Madidus*
*Vuidus*

POR. Quis multa gracilis te puer in rosa perfusus liquidis vrget odoribus) Pyrrhā meretricem alloquitur, cuius caliditatē ignorans, ait se quoque in amorē eius implicitum susceptis votis tandem euasisse. [Gracilis) Gracilem Pro tenero posuit. Teneri aūt adhuc graciles solent esse puellæ, & adolescentes. [Heu. q. fi. Mu. que. d. fl.) Per allegoriam hæc dicuntur, quibus signat tempestatum modo mobiles esse meretricis huius blanditias. [Miseri quibus Intētata) Miseros eos ait, quibus ignota, & inexperta sit huius meretricis fraudulētia, se aūt more eorū, qui euaserunt maris pericula, vota soluisse, quod amore huius liberatus sit, Videmus aūt hodie quoq. pingere i tabulis quosdā casus quos ī mari passi sint, atq. ī phanis marinorū deorū ponere. Sunt ēt qui vestem quoq. ibi suspendunt, dijs eā consecrantes. [Me tabula sacer Votiua paries) Per tabulā votiuam indicat maris potēti Deo vestimēta suspendisse.

ASCEN. Quis multa) Graphice admodū, atque diserte in se depingit poëta minas, & imprecationes misere amantiū. vbi ab amica alio recepto exclusi sunt. Nā quod ipsi passi sunt, alios itidē passuros causantur, se vero miseris amoribus simulāt solutos, cum maxime sint irretiti. Id ergo hoc loco facit poëta, vt Mancin. narrat. Est aūt ordo: O Pyrrha, quis puer gracilis. i. adhuc tener, & imperitus rerū, vrget. i. auide amplectitur te perfusus odoribus liquidis. i. vnguētis, quorū vsus abusus. i. absumptio est in multa rosa sub antro grato, q. d. quicūque is est, perditus est ac miser. Cui. i. ad cuius deceptionē religas. i. inectis: comā flauam. i. flaui coloris existens simplex munditijs: sed sup. subdola mente, quia forma neglecta, & simplex cultus interdū plus placet. Heu: condolentis vox: quoties, quasi dicat frequentissime, flebit ille fidem. s. mutatā, & deos mutatos. i. quos credet mutatos, quia prius fauere, posterius aduersati visi sunt, & quoties ipse insolens. i. insuetus, & inexpertus, emirabitur. i. expresse mirabitur, æquora aspera nigris. i. caliginosis ventis. i. aduersa sibi facta amorum æquora: quæ vt maria dum tranquilla videntur ad perniciem spectant, quia Quisquis amores. Aut metuet dulceis, aut experietur amaros. Qui. s. puer insolens, credulus. i. fidē tibi plus æquo habens: fruitur te nunc aurea. i. tanquam aurea. i. pulchra, & bona qui sperat te: supple fore semper vacuam. i. sibi vacantem, & semper amabilem. i. comem & benignam, nescius auræ fallacis. i. fauoris muliebris, quo nihil instabilius. Quia varium, & mutabile semper Fœmina. Miseri supple sunt, vel intellige ò, quod non exprimit, quia nō excandescit, sed compatitur, quibus tu nites. i. videris nitida: intentata. i. non experta, quod non dico æmulus, quia paries sacer. i. qui est in sacello Veneris: indicat me suspendisse. Deo potenti maris. i. Neptuno: in tabula votiua. i. quam periclitans voui, vestimēta humida, quibus enatauī non amplius nauigaturus, id est amaturus.

## AD AGRIPPAM.

*Negat se esse eo ingenio, vt Agrippæ res gestas pro dignitate scribere poßit, sibi non conuenire tam sublime argumentum, proinde Varium poëtam, rectius scripturum eius præclara facinora, qui ad Homericum felicitatem proxime accedat.*

*Ode VI. Dicolos tetrastrophos. Primi quique tres versus sunt Asclepiadei, qualis ille Mecœnas atauis edite regibus. Scanduntur enim hoc modo.*
*Scrībē -- rīs vărĭō -uu- fōrtis ĕt hō -uu- stĭŭm uu*
*Vīctōr -- Mæŏnĭi -uu- cārmĭnĭs ā -uu- lĭtĕ uu*
*Quām rēm -- cūnquĕ fĕrōx -uu- nāuĭbŭs aūt -uu- ĕquīs u-*
*Quartus autem Gliconius, qualis, Sic te diua potens Cypri. Scanditur sic.*
*Mīlēs -- tē dŭcĕ gēs -uu- sĕrĭt uu*

-- -uu- -uu- uu
-- -uu- -uu- uu
-- -uu- -uu- u-
-- -uu- uu



CRIBERIS vario fortis,& hostium
Victor, mæonij carminis alite,
Quã rẽ cũque ferox nauibus,aut equis
Miles te duce gesserit.
Nos Agrippa, neque hæc dicere, nec grauem
Peleide stomachum cedere nescij,
Nec cursus duplicis per mare Vlyssei,
Nec sæuam Pelopis domum,
Conamur, tenues grandia: dum pudor,
Imbellisq. lyræ musa potens vetat
Laudes egregij Cæsaris, & tuas
Culpa deterere ingeni.
Quis Martem tunica tectum adamantina
Digne scripserit? aut puluere Troico
Nigrum Merionem? aut ope Palladis
Tydiden superis parem?
Nos conuiuia, nos prœlia virginum
Sectis in iuuenes vnguibus acrium
Cantamus, vacui, siue quid vrimur;
Non præter solitum leues.

ANTO.  CRIBERIS &c.) VI. Ode Agrippam alloquitur laudans eum ab rebus gestis, cum quo & Varium à carminum dignitate. Dicit .n. ꝙ Homerico carmine ab Vario scribetur fortis, & hostium victor. Scribetur ẽt quicqd nauibus, aut equis gesserit eo duce miles. Ipse vero tenuis, hoc est lyricus, tentabit minime talia dicere. Nec eis similia, quæ Achilles egerit, aut Vlyssis errores. Nec sæuam Pelopis domum, vt pura Tantali patris impietatem, sæuitiamq., & odium Atrei, & Thyestæ fratrum Orestis, item particulæ furorem. Nam grandia sunt & tragico digna boatu quali Varius vtitur. Inquit postea. Dum pudor & musa imbellis, & debilis lyræ potens ingenij culpa vetat Augusti Cæsaris laudes, & ipsius Agrippæ minuere. Quis digne scripserit Martem adamantina tunica tectum, hoc est loricatum, atque pugnantem? Quis item Merionæ magnanimi pugnam, siue curule eius certamen ad Troiam? aut quis Diomedem superis parem auxilio Palladis? Concludit itaque conuiuia potius & virginum ꝑlia se cãtaturum, vel si quid amabitur ipsi. [Vario) Alibi in Hor. nune Varius nunc Varus legitur. Ecloga autẽ sexta Maronis Varus semper. Fuerunt autem Varus & Tucca (vt scribit Euseb.) Virgilius, & Horatij contubernales, & poëtæ illustres, qui Æn. libros postea emendarunt, sub lege ea vt nihil adderent. Eum Hor. hic laudat, sicut etiam in Buc. Maro, vbi ait: Varus Tucca

Te nostræ Vare miricæ: Te nemus omne canet &c. Sunt autem qui velint Varum, & Varium eodem tpe poëtas diuersos fuisse. Quintil. præterea de Vario meminit. [Fortis) Magnanimus & virtute valens. [Alite) .i. auspicio, & omine optimo, quali Homerus vsus est in operibus suis. [Męonij carminis) .i. Homerici, de quo Cic. pro Arch. poëta sic ait: Homerum Colophonij ciuẽ suum esse dicunt Chij suum uendicant, Salaminij repetunt, Smyrnij vero suum esse confirmant. Hæc ille. Est autem Smyrna in Męonia regione Phrygiæ vrbs, quæ a multis Homeri patria dicta est, vt scribit Strab. lib. xij. Aristoteles vero (vt Plutarch. refert) scripsit Męonem Lydorum regem Homerum pro suo natu educauisse. Cum itaque Mæonides à poëtis appelletur putemus vel ab Mæonia ob Smyrnam, vel ab Mæone rege dictũ. Antipater epigrammatum scriptor, in Homerum epigramma tale composuit. vti Plut. refert. diceris ab multis Colophonis alumnus Homere: Hic te Smyrnæum credit, at ille Chium. Quin & Ion quidam, quidam Salamina superbam, Thessaliam multi te genuisse ferunt. Sunt & qui memorent alijs te sedibus ortũ, Sic varijs natus crederis esse locis. Dicere si liceat mihi Phœbi oracula, cœlum Certa tibi patria est, Calliopea parens. Homerum præterea Pindarus, tum Chium, tum Smyrneum fuisse ait. Simonides Chium, Aristarchus Colophonium, Ephorum Cumeum, quidam etiam Salaminium quidam Argiuum fuisse dixerunt, Dionysius Thrax Atheniensem putauit, filius vero à quibusdam Mæonis, ab aliquibus Neletis fluminis existimatus poëmata duo, Iliada & Odysseam, ambo non ab ipso poëta, sed ab Aristarcho grammatico in numerum versuum diuisa, atque distincta Ilias quidem gesta Græcorum, & Barbaroꝝ ꝑꝑ Helenæ raptum, sed præcipue Achillis præclara in eo bello facinora continet. Odyssea vero Vlyssis ex Troiano bello in patriam reditũ, quotq. ille labores errando pertulerit, atque vt reuersus vltus fuerit inimicos, ostendit. Hæc ex Plutarcho. [Quam rem cunque) Acronis & quorundam ordo hic minime conuenit, ita ꝙ sit ordinãda verborum series, Scribetur item ab Vario res illa, quamcũque rẽ ferox miles te duce gesserit nauibus, aut equis, potes etiam construere sine scribetur vt sit talis loquendi modus. [Agrippa) Marcus Agrippa hic intelligitur Cæsaris Augusti gener. nam eius natam Iuliam habuit. A quibus Cæsar ipse sortitus nepotes tres, Caium & Lucium, & Agrippam. Neptes duas, Iuliam, & Agrippinam Marci Agrippæ Augustus offensis interuenientibus desiderauit nõnunq. patientiam, & Mecœnatis taciturnitatem. Auct. in his Suet. Appianus vero lib. v. scribit ꝙ M. Agrippa è Celtis, q Aquitani dicuntur victoriam per illustre habuerit, scribit item in Sicilia Sext. Pompeium Cn. Pompeij filium iuniorem nauali ꝑlio ab eodem Agrippa deuictum, ille .n. maria omnia de prædationibus infestabat. ita, ꝙ Romani maxima fame angebantur. Hæc ex App. Suet. autem addit, ꝙ Augustus Agrippam ipsum post naualem victoriam in Sicilia cæruleo vexillo donauit. Virg. etiam lib. viij. de eodem, inquit: Parte alia ventis, & dijs Agrippa secundis: Arduus agmen agens, cui belli insigne superbum: Tẽpora nauali fulgent rostrata corona. Vnde aũt dicatur Agrippa, nostrum carmen de floribus te docebit. [Hæc dicere) Tua videlicet gesta. [Pelidæ stomachum) Indignationem, & iram Achillis Pelei filij, Patroclus .n. Nestori lib. xj. Iliad. ait: Probe .n. ipse cognouisti, qualis ille sit, qua morositate, quam subito incurrat inculpatione, ẽt culpa vacantium. Horat. item in Arte ait, Scriptor honoratum si forte, reponis Achillem: Impiger, iracũdus, inexorabilis, acer, Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis. [Cedere nescij) i. inuicti ferocis, inexorabilis acris [Cursus duplicis) Itus & reditus. [Sæuam Pelopis domum,) Tãtalus Iouis & Plotes, seu Plotidis, nymphæ filius fuit, vt scr. Lact. lib. ij. Theb. fuitq. Phrygiæ rex auct. Euseb. qui (vt habetur lib. vj. Met.) cum Deos hospitio suscepisset, filium suum Pelopem eis comedendũ apposuit, mentitus alias esse carnes, à quibus epulis Dij omnes, excepta Cerere abstinuerunt. Ceres .n. illius humerum edit, ob quod facinus Iupiter illum in inferna detrusit. Collectis autem pueri membris, illum in formam pristinam reduxere, sed cũ deesset humerus ab Cerere sola consumptus, ex ebore Dij fecerũt. Pelops deinde regnauit in Peloponneso, q̃ à se dixit, genuitque Atreum, & Thyestem Pelopõnesi prios, postea Mycenarum reges, in Mycenas .n. regnum translatum est, vt scr. Euf. Ij vero (vt scr. Lact. lib. iiij. Theb.) alternis vicibus regnabant. Verũ Thiestes cũ sciret regnũ penes eum fataliter mansurum, qui Arietem velleris aurei hẽret, quem tum Atreus regiam ingressus plurimũ custodiebat, corrumpens Europam fratris vxorem, imperium ad se transferre posse iudicauit, hinc ab Atreo est regno pulsus. deinde ficta gratia reconciliationis, Atreus fratrem reuocauit, cui filios

Homeri patria. M. Agrippa. Celtæ Aquitani. Achillis mors.

lios suos apposuit epulandos. Ex oraeulo postea Thyestes cum filia sua Pelopeia concubuit. Vnde natus est Ægystus, qui Atreũ occidit, & Agamemnonẽ eius filium Orestes postea Agamemnonis natus, matrem Clytemnestram in patris vltionem occidit. Propter hæc igitur tot, & tanta scelera. Horat. Sæuam Pelopis domum ait. De quibus quidem Seneca postea Tragœdias fecit. [Tenues) Humiles, & ingenio imbecilles arrogantiam vitat. [Grandia) .s. sunt prædicta omnia, & tragico digna boatu, quali Varius vtitur. [Imbellis lyræ) Nequeuntis, ac nescientis bellica, & alta describere. [Cæsaris, & tuas) Augustus .n. & Agrippa contra Sex. Pompeium in Sicilia (vt diximus) Pugnarunt, Agrippæ tandem vltima belli prouincia tradita. [Deterrere) Minuere, quę enim deteruntur, cõminuuntur. [Ingeni) Pro ingenij per apocopen. [Tunica adamantina) Infrangili loricatum intelligit Martem & pugnantem, quem apte tunc describere difficilius est. [Digne scribit) .s. imbelli lyra. [Merionem) Sic legendum est, non Memnonem vt quidam legunt. Versus.n. non staret, nec bene diceretur. Mẽnonem nigrum Troico puluere, cum per se niger esset. Antiqui etiam textus Merionem hñt. Fuit autem Meriones, seu Myriones, Idomenei comes, & patruelis, quod post Hom. ostendit lib. xiiij. vbi contra Deiphobum pugnet, & lib. xxiij. in ludis Patroclo exhibitis, ait.n. in certamen agit, currusq. rotasq. volucres Myriones, terræ descendunt protinus omnes. Et postea, Erigitur pedibus sublatus ad æthera puluis. Item, Atque in pulucreo volitantes æquore currus. Propter hæc igitur ait. In puluere Troico nigrum Merionem per quem sane intelligit curule certamen ab Hom descriptum. Diod. præterea lib. v. scribit Minois fuisse filios Deucalionem & Molũ. ex Deucalione Idomeneum, ex Molo Myrionẽ genitos, cũ nauibus xc. ad Ilium cũ Agamemnone profectos, euersoq. postea in patria diẽ suũ obijsse, honorificeq sepultos Deorum honores fuisse assecutos. horum sepulcra in Gnoso hac ostendebantur inscriptione, Gnosi Idomenei sepulcrum aspice, in quo ego Myrion Moli filius propinquus iaceo. hos, vt nobiles heroas Cretenses colebant factis, in bellorum discrimine eorum præsidium inuocantes. [Tydidem) De Diomede Tydei filio lib. v. Il. sic hr̃: Hic iam Tydidę Diomedi Pallas ahena Fulgorem, viresq. dedit, quo maior in omnes Surgeret Argolicos aspectu illustrat honoro. [Superiparem) Hoc ait, qm̃ Il. lib. v. dum cum Ænea pugnaret Diomedes: Venerem filio auxiliantem percussit in dextra. hinc ait ipsa Marti conquerens: Saucia conficior: Tydides impulit in nos. Mortalis ferrum qui cum Ioue fortius ipso confereret dextras Eodem libro percussit etiam Martem extrema vteri parte, qua s. lamina ferrea pendet. [Sectis.i. effractis vel acutis, & præparatis contra iuuenes. [Vacui) .s. amore, & securi, vel ab negotijs liberi. [Siue quid vrimur) .i. siue aliquid amamus. amantes .n. vruntur. hinc Sappho ait: Vror vt indomitis &c. Virg. item lib. iiij. de Didone: Et cæco carpitur igni. Item: Est mollis flamma medullas. Sæpe aũt poëtæ passiuo verbo figurate iungunt accusatiuum, qđ etiam Prisc admonuit. hinc Statius ait in Syl lib. v. Carpitur eximum fato Priscilla decorem. Et Sil. lib j. Horrida labenti pfunditur arma cruore. Lucan. lib. ix. Pluribus ille notis variatam pingitur aluum. Ouid. in Ibin: Belides assidua colla premuntur aqua. [Non præter solitum) .i. ex consuetudine. Leues instabiles, inconstantes, vani, vt amatoribus euenit. Concludit autem vel amans, uel liber de amoribus potiusquam de bellis se velle scribere, cum sua musa imbellis lyræ sit potens.

ACR. SCriberis Vario fortis, & hostium) Metrum tribus versibus Asclepiadeum, quartus Glyconieus. [Scriberis) Dicit Agrippæ, Nauales seu terrestres victoriæ tuæ scribentur à Vario, perfecto oratore. Ceterum ingenium suum impar metrorum ludo deditũ laudes bellicas canere. [Męonij) Homerici, q d Męonia fuit i. in tali carmine scriberis a Vario, qualis vsus est Hom. [Alite) Auspicio, siue bono omine. [Ferox) Fortis. Nos Agrippa vocatiuus casus. Ordo talis est. Quamcunque rem ferox miles gesserit te duce nauibus, aut equis, nos tenues, nec conamur dicere hæc, nec conamur dicere grauem stomachum Pelidæ. [Cedere nescij) .i. inuicti, ferocis: vt, Rumpantur nescia vinci Pectora. Nec conamur dicere duplices cursus Vlyssei per mare, nec conamur dicere sæuam domum Pelopis, dum pudor. & musa potẽs lyrę vetat deterrere laudes egregij Cęsaris, & tuas, culpa ingenij. [Pelidæ stomachũ) Synecdochicos à parte totum. [Nec cursus duplicis) Duplicis aut pp errores dictum, aut quia fertur dolosus, aut certe duplicis pp annos xx. Nam dum alij duces capta Troia post x. annos reuersi sunt, Vlysses solus post xx. annos reuersus ad patriam dr̃. [Nec sęuam Pelopis) Atreum, in Thyestẽ, à qbus dijs humanæ epulæ carnis appositæ sunt, vnde & Tragœdiam Varrus scripsit, quem & Virg. laudat. Nam neque adhuc Varro videor ne dicere Cina Digna. [Conamur, tenues) Tenuat vires suas, ac si diceret, Nos tenues non audemus grandia. [Imbellis) Quod nesciat res bellicas, & altas describere vel tristes. [Adamantina tunica) Lorica, allusit pp duritiem, nam bellũ in quibusdam insuperabile est. [Nigrum) Instantia certaminis virum fortem pugnando squallentem hic fortiter pugnauit in bello Troiano. [Tydidem) Diomedem. [Nos conuiuia) .i. tantũ ex voluptatibus scribimus, ordo est. Nos vacui cantamus conuiuia. [Prœlia virginum) Iuuenibus resistentium. [Sectis in iuuenes) In os iuuenum ad repugnandum acutis unguibus, & præparatis. [Vacui.) Amore, uacui.i. non amantes, & securi. [Siue quid urimur) .i. amamus, qui.n. amat uritur. Virg. Vritur infelix Dido, traxitq. per ossa furorem, seu forte amantes, & ostendit se omni tempore seu amantem, id studij habere. Ordo est: Seu non præter solitum leues quod urimur, non .n. præter solitum leuis est dum omni tempore sit inconstans. [Leues) Nihil constantiæ habentes quæ est consuetudo amatoribus.

SCriberis Vario fortis, & hostium Victor Mœonum carminis) Agrippam alloquitur, cuius rebus gestis negat lyrico carmine satisfacere posse, ideoq. à Vario ea scribi debere. Fuit aũt L. Varius & ipse carminis Tragœdiarum, & Elegorum auctor, Virgilij contubernalis. [Mæonij carminis alite,) Vt si diceret, Homericis auspicijs, ac per hoc Homerica sublimitate, notum autem inter opiniones quæ de natalibus Homeri feruntur. & hanc esse quasi Mæonis filius fuerit. [Quam rem cunque ferox nauibus, aut equis Miles te duce gesserit.) Figurata elocutio. Nam cũ dixisset, Scriberis intulit q̃ rem cũque miles gesserit te duce. Simplex aũt elocutio erat, scribentur res quascũque miles gesserit te duce. [Nec cursus duplicis p mare Vlyssei,) Amphibolũ. Nã & duplicis Vlyssei põt, qđ signãt callidi. Potest & duplicis cursus per accusatiuum pluralem accipi.i. itus ac reditus. [Nec sæuam Pelopis domum) Notæ historiæ sunt de Tantali genere; ex quo Pelops ortus, deinde Atreus & Thyestes, deinde Orestes, de quorũ sceleribus Tragœdias compositas scimus, quarum stilus non nisi sublimitate fertur, cui se negat hic poëta sufficere. [Culpa deterere ingeni) Belle culpa ingenij. humanum vitium autem non aliud quam humilitatem vult intelligi. Deterrere aũe minuere signat, & ex consequenti, quia quæ deteruntur, comminuuntur. [Quis Martem tunica tectum adamantina) .i. quæ perrumpi non possit. Adamas enim lapis durissimus, figurate aũe negat se posse res bellicas scribere, verum Varium potius qui sie Homerico spiritu. [Nos prœlia virginum Sectis vnguibus cantamus vacui) Vtrum cum vacui sumus, an ideo hæc cantamus quia vacui sumus.i. à negotijs liberi? quod magis videtur sensisse, cũ subijciat: Non præter solitum leues.i. ex consuetudine leues. POR.

SCriberis Vario &c.) Hac ode laudat M. Agrippam à rebus fortiter gestis, & Varium poëtam, atque Homerum ab altisona musa, se aũt modeste extenuat confitẽs imbelli lyra nõ posse grãdia, & horrentia Martis arma consequi, quod dũ se posse negat, miro artificio assequtur. Scriberis est hic futuri indicatiui modi, qa secundam producit. Varij etiam memini in Seroionibus vbi dicit, Plautius & Varius Sinuessæ, Virgiliusq. occurrunt. Et Satyra X. Forte equos acer vt nemo Varius ducit &c. vnde credã alium quam Variũ fuisse. Ordo est, O Marce Agrippa tu scriberis. s. aliqñ: licet ego non scripsero, Vario.i. à Vario poëta altisono, fortis & victor hostium. Scriberis dico alite.i. auspicio, & dexteritate, qa quæ auspicato fiunt, dextre.i. prospere fiunt, carminis Mœonij.i. Homerici.i. quo carmẽ Homericum scriptũ est, quãcunque rẽ miles feros gesserit.i. te duce.i. sub tuo ductu, nauibus, aut equis. Est enim, inqi Bonf. vsitatissimus hic loquẽdi modus, Quicquid egerit exercitus tẽ duce vel honorem vel infamiã assequeris.i. adscribitur tibi quæcunque exercitus egerit te duce. Et addit. Quale est Horatianum quoque illud Epist. ij. Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui &c. Quod mihi quidem nihil ad rem, imino contra facere vr̃. Nam si luit peccata regũ exercitus, vt Dauidis populus Israel, non regi facta populi adscribunt̃, sed populo peccata regum imputantur. [Nos aũt ò Agrippa tenues, nee conamur dicere grandia) .s. hoc quod dictum est, videlicet quãcunque rem miles te duce gesserit, nec stomachum Pelidæ.i. filij. Pelei. s. Achillis: grauẽ.i. implacabilem, vt patet Iliad. j. vbi patria Briseide placari non potuit, vnde addit, nescij cedere.i. qui nemini, ne Agamemnoni, quidem cedere sciuit.i. non eonamur dicere Iliada Homeri, nec dupliees cursus Vlyssei.i. ipsius Vlyssis, hoc est Odysseam, sed quia græce Odysseus huius Odyssei aut Odysseos dicitur ad imitationem dixit Vlyssei, pro Odyssei, dupliees aũt, quia in Odyssea Hom. eius profectionẽ, & red- ASCEN.

dıtum deſcribit. Nec domum Pelopis ſæuam, quod dicit propter Atreum ſæuū in ſe, & Thyeſtem fratres, qui Tragicis materiam in gentem dederunt. Non, inquit, conamur, ſcilicet dummodo, aut donec pudor .ſ. ingenuus, & naturalis, & muſa potens lyræ imbellis, id eſt vena lyrici carminis nobis potius, quàm heroici conceſſat vetat deterere .i. diminuere, & minus bonas facere, culpa .i. vitio, ingeni pro ingenij laudes Cæſaris .ſ. Auguſti egregij, quia dicet in epiſtola, Nil oriturum alias, nil ortum tale faten tes, & tuas .ſ. laudes. Vbi annotabis coniunctiones copulare diuerſus caſus, dummodo dictio regens eos exigat, vt hic, qa non liceret dicere tui. Creduntur autem imperiti artifices dedecus afferre rei quam tractant, vnde Alexander magnus dicitur publico edicto cauiſſe, ne quis ſe præter Apellē pingeret. Deterere autem aptum eſt vocabulum, eſt .n. rem bonam minus bonam efficere. Vnde deterius dicitur qd à bono quaſi minus bonū, vt res detrita. Et peius à malo .i. magis malum, q̃ prius fuerat. [Quis Martem &c.) Tangit ea quæ præclare & magnifice dicta ſibi imitabilia negat, & tñ (vt dixi) negando vtcunque imitatur, atque aſſequitur è proximo. Ordo ergo eſt. Quis ſcripſerit .i. ſcribere potuerit digne, vt Hom. fecit, Martem .ſ. Deum belli, tectū .i. protectum & armatum, tunica .i. lorica, adamantina .i. ex adamante facta, Vis vt nulla virum, non ipſi excidere ferro Cælicolæ valeant vt vj. Æn. dicitur rumpitur .n. adamas non vi, ſed hircino ſanguine. Lorica autem prius ex loris fiebat, ſed Galli ex annulis fereis effinxere. Martis aūt tunicam pulchre adamantinam, id eſt infragibilem fingit. Aut quid ſcripſerit Merionem Idomenei comitem, nigrum .i. offuſcatum, puluere troico, quo in bello ante Troiam conſperſus eſt, aut Tydiden .ſ. Diomedem Tydei filium. Vnde Tytiden pro Tydiden dixit, parem ſuperis, quia cum Marte & Ænea pugnauit, & Venerē vulnerauit. vnde Æn. x. Credo equidem mea vulnera reſtant, ope .i. auxilio, Palladis, Deæ ſapientiæ & belli, quia bellum non recte ſine ſapientia geritur. Nam (vt dicit Saluſtius) priuſquam incipias cōſulto, & vbi conſulueris, mature facto opus eſt. Nos .ſ. lyrici, quibus eſt muſa imbellis .i. non canens bella virilia, cantamus vacui .ſ. curis & ſollicitudinibus conuiuia, & nos cantamus prœlia virginum .n. puellarum adhuc forma & ætate vigentium, acrium .i. aſperarū, in iuuenes .ſ. amatores, dum ab eis deſeruntur, aut percutiuntur, & hoc vnguibus ſectis, ob vehemētem imperium dum vnguibus omnia diſrumpere tentat, ſiue cantamus ſi quid .i. in aliquo vrimur .ſ. ardore animorum, exiſtentes leues .n. inconſtantes non præter ſolitum, quia nihil inconſtantius amante. vnde in Eunucho,

In amore hæc omnia inſunt vitia &c.

*In ſuperiorem Oden*

MATT. *Benſinus.* SCriberis Vario fortis & hoſtium Victor, Mœoni carminis alite, Quam rem cunque ferox nauibus, aut equis Miles te duce geſſerit.) In his verſibus etſi non minus ſuperfluum videri poteſt aliquid me dicere tanquam in re, quæ videri poteſt clariſſima & apertiſſima, quam temerarium, vbi clariſſimi, interpretes ſuam quiſque ſententiam dixerunt, tñ, quia nullius extitit hactenus, qui ea mihi in re ſatisfecerit, & vero ſimile duco fieri poſſe, vt permulti alij meæ ſint opinionis, videri poterit (ni fallor) non ab re, ſi ad ordinationem quoque eorum carminum & hoc in loco deſcenderimus, & noſtram cum aliorum ſententijs contulerimus. Periodi huius igitur, quæ ſolis quatuor his verſibus clauditur, quos ſupra ſcripſi, nec, quantum ad ordinē pertinet, commune habet aliquid cum ſequentibus (vt quidam, quorum videri poſſunt ſcripta, voluerunt) ordo talis erit, O Agrippa ſcriberis Vario fortis & victor hoſtium alite Mœonij carminis, quācunque rem ferox miles nauibus aut equis geſſerit te duce, id eſt erit hoc Varij poëtæ onus, & prouincia, vt laudet alite Mœonij carminis, & appellet fortem & hoſtium victorem quācunque rem exercitus geſſerit te duce nauibus, aut equis. Qui quidem ordo, quo explicatior & apertior videri poteſt, eo miror magis clariſſimos tot interpretes tantum putaſſe illic eſſe difficultatis & laboris, & rem ipſam obſcuriorem potius & implicitam, quàm apertiorem interpretatione ſua reddidiſſe. Eſt enim vſitatiſſimus hic loquendi modus, Quicquid egerit exercitus te duce, tu vel honorem vel infamiam aſſequeris .i. adſcribentur tibi quæcunque exercitus egerit te duce. Quale eſt Horatianum quoque illud Epiſtola ſecunda.

*Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.*

Et illud eiuſdem Sermone ſexto primi libri.

*Non quia Mecœnas, Lydorum quicquid Hetruſcos*
*Incoluit fines, nemo generoſior eſt te.*

Et alia eiuſmodi multa, quæ in auctoribus optimis deprehēdet, ſi quis in illorum lectione fuerit paullo attentior.

AD NVMATIVM PLANCVM.

*Conſularem, quod Tyburtina regione præcipue delectetur.*

*Ode VII. Dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Heroicus Hexameter Catalecticus in duas ſyllabas, conſtans è ſex pedibus Dactylo, & Spondeo indifferenter in omnibus locis, quanquam in quinto aliquando ſpondeus ponitur, & in ſexto dactylus, vbi etiam ſæpe pro ſpondeo trochæus admittitur. Sed de verſu Heroico multa diximus in inſtitutionibus noſtris grammaticis. Scanditur autem ſic.*

*Lāudā -- būnt ălĭ -uu ī clā -- rām Rhŏdŏn -uu aūt Mĭtў*
*-uu lēnēn --*

*Secundus autem quiſque eſt Dactylicus Alcmanius tetrameter catalecticus, habens quatuor vltimos pedes Heroici verſus, ſic.*

*Aūt ĕphĕ -uu sūm bĭmă -uu rīs uĕ Cŏ -uu rīnthī--*

-- -uu -- -uu -uu --
-uu -uu -uu --

LAVDABVNT alij claram Rhodon,
aut Mitylenen,
Aut Epheſum, bimaris ue Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Inſigneis, aut Theſſala tempe.
Sunt quibus vnum opus eſt, intactæ Palladis vrbem
Carmine perpetuo celebrare: &
Vndique decerptam fronti præponere oliuam.
Plurimus in Iunonis honorem
Aptum dicet equis Argos, diteſq́. Mycenas.
Me nec tám patiens Lacedæmon,
Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opimæ,
Quam domus Albuneæ reſonantis,
Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & vda
Mobilibus pomaria riuis.
Albus vt obſcuro deterget nubila cœlo
Sæpe notus: neque parturit imbreis
Perpetuos: ſic tu ſapiens finire memento
Triſtitiam, vitæq́. labores
Molli Plance mero: ſeu te fulgentia ſignis
Caſtra tenent: ſeu denſa tenebit
Tiburis vmbra tui: Teucer Salamina, patremq́.
Cum fugeret: tamen vda lyæo
Tempora populea fertur vinxiſſe corona,
Sic triſteis affatur amicos.
Quò nos cunque feret melior fortuna parente
Ibimus ò ſocij, comiteſque.
Nil deſperandum Teucro duce, & auſpice Teucro.
Certus enim promiſit Apollo,
Ambiguam tellure noua Salamina futuram.
O fortes, peioraq́. paſſi
Mecum ſæpe viri, nunc vino pellite curas:
Cras ingens iterabimus æquor.

LAVDABVNT &c.) Ode vij. Plancum virum conſularem alloquitur laudans, præponenſq́. Tyburis amœnitatem cunctis locis amœnis, atq́. poſt ea q̃ vti Notus ſæpe nubila pellit, neque imbres parturit ſemper, ſic ſapiens ipſe finire debet triſtitiam, vitęque labores conuiuijs & molli mero, ſiue in caſtris erit, ſiue in denſa ſui Tyburis vmbra Teucri ANT

inde

inde exemplū af[illegible]ert,qui licet patriam,patremque fugeret, genio
tamen vacabat, [illegible]ultis amicos hortans, vt vino pellerent curas.
*Rhodos* [Claram Rho[illegible]on) Est Rhodos in Lycia insula,vt Mela scr. Sol.
addit q̄ nunq̄ iam cœlum ita nubilum, est vt in Sole Rhodos nō
sit. Strab.lib.xiiij. docet q̄ Rhodorum vrbs portubus, & vijs, &
mœnibus c[illegible]teraq; fabrica tantum alias excellit vt nullum ei æ-
*Mityle-ne.* qualem ne dum præstantiorem proferre valeamus.[Mitylenem)
Est Mity[illegible]oe in Lesbo insula oppidum, vt docet Mela. Inde ve-
*Alcæus* ro (vt a[illegible]ant) oriundi fuere Alcæus,& Sappho lyrici vates,ac Pit
*Sappho* tacus v[illegible]us ex septem sapiētibus. [Ephesum) Erat Ephesus in A-
*Pittacus* sia Ior[illegible]um regia clarissima quidem,ut Str. lib. xiiij. scr. Erat ibi
*Ephesus.* Dian[illegible] templum pulcherrimum. de quo Plin.lib.xxxj.cap.v. Iu-
stinu[illegible] lib.ij. scr. Amazones in Asia Ephesum condidisse. [Bima-
*Corintus* ris [illegible]orinthi)Ephyre antea postea Corinthus appellata est. Co-
lor[illegible]a colli applicata medio interuallo qd' Isthmi appellauimus,
in[illegible]uit Plin.lib.iiij.de Peloponneso loquens. De Corintho etiā
S[illegible]r.plurima lib.viij.meminit,atque inter alia q̄ ciuitas ipsa Co-
r[illegible]nthiorum amplissima usque fuit,& opulentissima,seu viros in
[illegible]numerabiles ad ciuile regimen peritissimos, siue eximias opifi-
cum artes animo vertis. Erantq. in ea plurima opera ære labo-
rata. Bimaris autem Corinthi ait,quoniam Isthmos Pelopōnesi
promōtorium,vbi sita est,ab altero latere Ionium, ab altero Æ-
*Isthmus.* geum mare habet,de quo etiam Solin.cap.vij. Isthmos autem di-
*Bacchus.* citur terra angusta inter duo maria. [Baccho Thebas) Thebæ
*Thebæ.* vrbs Bœotiæ,nec cedentes Athenis claritate,duorum numinum
*Hercu-les* Liberi atque Herculi (vt volunt) patria. Auctor Plin.libro iiij.
Diod. vero lib. j. sic ait: Qui Deum hunc tradunt Thebis Bœo-
riæ ex Semele & Ioue fuisse genitum,aberrare videntur. Orpheū
enim cum ad Ægyptios trāsisset,percepissetq. ab eis sacra, & my
steria Diooysia,esset autem amicus Thebanis, à quibus plurimo
in honore habebatur,retulisse ad eos tradunt huius Dei originē.
*Delphi.* [Delphos) Erant Delphi in Parnasso monte Phocidis clarissima
vrbs & celebris prop[illegible] Apollinis Pythij templum, & oraculum
vetustate insigne [illegible]o Str. lib.j. Iust. vero xliiij. sic ait:
*Apollinis Delphici templum* Templum autem [illegible] Delphici. positum est in monte Par
nasso in rupe vnd[illegible]ti, ibi & ciuitatem hominum fre-
quentia fecit,qu[illegible]ne maiestatis vndique concurrentes
in eo saxo cons[illegible] ua templum,& ciuitatem non muri,
sed præcipitia, ne[illegible]factа, sed naturalia præsidia defendunt
prorsus,vt incertum sit vtrum munimentum loci, an Dei maie-
stas plus hic admirationis habeat. Media saxi rupes in formam
theatri. quamobrem & hominum clamor, & si quando accidit,
turbarum sonus personantibus,& resonantibus inter se rupibus
*Tempe.* multiplex auditur.[Thessala tempe.) Loca amœna à cœli tempe
ramento dicta sunt tempe,uti Lact.lib.j.inquit. Sunt autem pro-
prie loca in Thessalia quinque millium passuum longitudine, &
ferme sex latitudine vltra vsum hominis attollentibus se dextra,
læuaq. leniter connexis iugis, intus sua luce viridante allabitur
Peneus, qui inter Ossam & Olympum nemorosa conualle de-
fluit,vt Plin.lib.iiij. edocuit. Intactæ Palladis vrbem. Iust.lib.ij.
*Amphi-cteon rex Athena.* scr.quod Amphictiõ qui post Græcum regem Athenarum re-
gnauit: primus Mineruæ urbem sacra ait, & nomen ciuitati A-
thenas dedit. Vtq. alij dicunt, Minerua ipsa ab græcis Athena di
citur. Referunt etiam poëtæ litem fuisse inter Neptunum & Mi
neruam de impositione nominis Athenarum, quod quidem la-
tius lib.j.Georg.iam diximus. Carmine perpetuo,iugi & conti-
nuo nunquam intermisso. Celebrare, Cic.pro L.Flacco ait: At
sunt Athenienses,vnde humanitas,doctrina,religio,fruges,iura,
leges ortæ,atque in omnes terras distributę putantur. Iust.etiam
lib.ij. sic ait: Primi Athenienses lanificij,& olei,& vini vsum do-
cuere,arare quoque & serere frumenta glande vescentibus mon
strauere,literæ certe,ac facūdia,& hic ciuilis disciplinæ ordo vel-
uti templum Athenas habet. Vndique decerptam,ex quocunque
loco,non solum inde,vbi Athenienses legebant,cum victores o-
lea coronabantur. Plin.enim lib.xv.scribit,q̄ Athenę victores o-
lea coronabant. Poetæ vero (vt dicit Hor.) scribentes de Athe-
*Athena-rum lau des.* narum laudibus olea se coronabant decerpta vndique utputa si
Romæ composuissent,opus Romæ oleam decerpebant. Videtur
etiam sic posse intelligi,& forte melius, ut dicat illos præponere
oliuam vndique decerptam fronti .i. ad frontem victorum in lu
dis Atheniensibus,per quod quidem ostendit poëtas ipsos oliuā
*Olea vi-ctorum Athenis.* .i. Athenienses ludos præponere omnibus alijs. Nam Athenæ
victores olea coronabant,vt Plin. scr. [Vndique) Ex quocunque
Atheniensi certamine decerptam ad frontes victorum. [Pluri-
mus) Adde scriptor. [Dicit) Describit. [Aptum equis Argos)
*Argos.* Plin.lib.iiij. de Achaia loquens ait. Inter amnes Inachum,& E-
*Hippiū.* rasinum esse Argos Hippium cognominatum. Str.lib.viij.etiam
de Achaia loquens scribit,q̄ Argos,& Mycenæ vrbs ambæ prin- *Mycena*
cipatu eminentes, minus stadijs quinquaginta inter se distitmæ *Iunonis*
erant. Et dicatum Iunonis templum iuxta Mycena ambabus *templum*
fuisse cōmune, in quo Polycleti simulacra artis laude omnium
præstantissima,sumptu,& magnitudine Phidiæ sane imaginibus
cedentia. Argos quidem a primordio magis ac magis extitit po
tentia primarium,subinde Mycenę ampliora susceperunt incre-
menta, posteriori tempore eas Argiui solo æquatas deleuerunt
adeo, vt ætate Strab. Mycenæi oppidi ne vestigium quidem repe
riretur. Hom. vocat Argos interdum priscum,alias Iasium, E- *Argi plu*
questre quandoque uel Pelasgicum vel equorum alumnum. Co *res*
gnominationem igitur per epitheta distinguit. Equestre vero,&
equorum alumnum communi quadam proprietate dicit. Hæc *Pelopōne*
ex Strabone,qui etiam addit, q̄ Peloponnesos per multos prius *sus*
annos Argos uocata est,eaq. tempestate Argos Achaicum nomi *Lacedæ-*
nari cœptum. Per Argos denique hic Hor. Agamemnonis præ- *mon*
lia intelligit. [Patiens Lacedæmon) Ea vrbs est in Laconia etiā *Sparta*
Sparta appellata. Cuius Iust.lib.iij.meminit. Hom.lib.ij.Iliad.di *Lycurgi*
uersas esse vrbes ostendit. Lycurgi præterea leges (vt Cic. lib.ij. *leges.*
Tusc.edocet) Laboribus erudiebant iuuentutem venando, cur- *Spartæ*
rendo,esuriendo,sitiendo,algendo,æstuando. Spartæ uero pueri *pueri.*
ad aram sic uerberibus accipiebantur, vt multus è visceribus san
guis exiret, nonnunquam etiam ad necem, quorum non modo
nemo exclamabat vnquam, sed ne ingemebat quidam. Hæc ex
illo. Propter id igitur patiens ait Hor.& si in cunctis agendis pa
tientissimi erant,vt large in Lycurgi uita à Plut.ostenditur.[La-
rissæ campas opimæ.) Str.lib.ix.vbi de Thessalia loquitur,scr. La
rissam vrbem esse iuxta Peneum fluuium. est & alia,vt inquit,in
Creta ciuitas à qua subiectus,campus Larissius uocatur, Larissa
quoque Osse locus est quæ pensilis,aut obliqua dicitur a pleris- *Larissa.*
que. est & in Peloponneso Argiuorum arx Larissa. Eleorū quo- *Larissus*
que agrum Dimamq. disterminans Larissus fluuius est. est & in *fluuius*
Asia Larissa Phriconia. In agro item Attico Larissa est. Tralli- *Albunea*
bus quoque est vicus. Plura etiam Str.in dicto volumine.[Albu-
neæ resonantis) De hac poëta lib.vij.ita scr. At rex solicitus mō-
stris oracula Fauni Fatidici genitoris adit,lucosq. sub alta
Consulit Albunea,nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat,
sæuamq. exhalat opaca Mephitim,vbi quidem Seru.ait,vnum es
se fontis nomen & siluæ, asseritq. in Tyburtinis esse altissimis
montibus,esse uero dictam ab aquæ qualitate. Acron dicit non
accepisse ab Albunea nympha,cui nemus consecratum est. Por-
phyrio etiam scr. Albuneam Deam in regione Tyburtina fontis
præsidem. Strab.lib.v. refert,in planicie Tyburtina fluere. quas *Albula*
nuncupabant Albulas aquas frigidas multis è fontibus edentes *aqua*
varios ad morbos salutares. Lact præterea lib. j. cap. vj. scr. de-
cimam Sybillam Tyburtem nomine Albuneam,quæ Tyburi co
litur ut Dea iuxta ripas amnis Anienis,cuius in gurgite simula-
crum inuentum esse dicitur, tenens in manu librum. [Præceps
Anio) In Romæ conspectu Tybur quidem Herculeum est,& Ca *Tybur.*
taracta .i. descensus,q̃ facit Anio, vbi nauigabilis esse incipit, cū *Anio.*
è sublimi profundam in vallem præceps defertur, & per urbi ipsi
vicina nemora. Hoc ex loco mira fructuum abundantia prætee
lapidis effossiones qui Tyburtinus dicitur,in hāc planicie Anio
fluit quousque Tyberim intret,hæc ex Strab.lib.v. Qui Anio ex
Alba decurrens præter Latinam Marsorum vrbem, & propin-
quum illi campum per Tybur.descendit in Tyberim,vt idem ait,
Plin. item lib.iij. scribit quod Anio in monte Trebianorum or-
tus,lacus tris amœnitate nobiles,qui nomen dedere Sublaqueo *Subla-queum.*
defert in Tyberim. [Tyburti lucus) Sextius Græcus historicus
lib.vj. antiquitatum scribit, q̄ Cathyllus Amphiarai filius post
prodigialem patris interitum apud Thebas, iussu Oeclei aui sui
cum omni fœtu,& sacris missus tris liberos in Italia procreauit.
Tyburtum,Coracem,& Cathyllū, qui depulsis ex oppido haud *Tyburt9*
lōge ab Roma posito veteribus Sicanis,ab nomine Tyburti ma- *Corax.*
ximi natorum filij oppidum vocauerunt Virg. etiam lib. vij. ait, *Catyllus*
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem. Solinus quoque
de hoc meminit fm Sextium, qui quidem vltra prædicta: Non
deiunt,inquit,qui dicant singulum fratrem ciuitatem singulam
condidisse. Testis est mons qui adhuc Cathyllus dicitur, & Co
ra oppidum inter Volscos.[Albus notus) Permutant duo uenti
naturam. Cum sic Auster Africæ serenus,Aquilo nobilis,ut in-
quit Plin.lib.ij. Vbi etiam ait, q̄ Auster Italiæ humidus est &c.vo
τίς,inquit Gell.humor dicitur, hinc notus Auster dictus. [Molli
mero) Dulci,suauiq. vino. [Teucer Salamina,patremq.) Post fi
nem Troiani belli Teucer morte Aiacis fratris inuisus patri Ta
lamoni,cum non reciperetur in regnum Cyprum concessit,atq.
ibi urbem nomine antiquo patriæ Salamina condidit. Auctor est

Iust. lib. vlt. Altera autem Salamin Atticæ regioni adiacet insula quidem stadiorum lxx. in longum porrecta ue (vt alij asserunt) lxxx. Scribit hæc Strab. lib. ix. [Cum fugeret) .i. quamuis nam sequitur tamen. Sæpe autem cum pro quamuis reperitur. Cic. ad Cælium epistola vltima, lib. ij. Quæ cum essent incerta, existimaui tamen faciendum esse &c. [Lyæo) Lyæus Bacchi nomen ab λύω, quod est soluo, eo quod mentem & membra vinum dissoluat, vnde sequitur paralysis. Populea corona populeam posuit coronam proptet animi fortitudinẽ, hæc.n. arbos in tutela Herculis est, imitabatur ergo herculem qui ad inferos pergens eadem fronde se coronauit. [O socij comitesq́) Socius par est, Comes vero minor quippe qui sequitur, & ducem habet. Vtq. Victorinus lib. j. Rhe. vet. inquit: Socius est, qui nobis aliquo pacto ad aliquid agendum coniungitur, Amicus vero est, qui mihi vsu vitæ similis, pio ac fideli amore coniungitur. [Auspice Teucro) Id est auspicij docto, per quod futura nosse poterat. [Ambiguam) Dubiam, vel duplicem, propter alteram Atticæ adiacentem. [Certus Apollo) Non fallax, sed veridicus. [Nunc vino pellite curas:) Plin. etiam lib. xiiij. scr. nimio potu gigni ferè rerum omnium obliuionem, mortemq́. memoriç, furoremq́. etiã. [Iterabimus) Repetemus.

ACR. LAudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen) Metrum heroicum. Primus versus Hexameter est, sequens vero tetrameter est, qui & Phaliscus appellatur, eo quod ex quatuor pedibus vltimis constat versus heroici. Numatium Plancum alloquitur, consularem virum Tybure oriũdum, in cuius gratiam dicit, cum diuersis poëtis studium sit diuersas insulas oppidaque certorum numinum gratia celebrare carminibus, sibi Tybur esse laudandum, cuius voluptate capiatur, vel amœnitate, sed Albuneæ nymphæ eiusdem nemoris vicini, ac Tyburis, de quo Virg. Lucosq. sub alta Consulit Albunea. Tybur autem Tyburtus condidit, a quo nomen ciuitati est, hic fuit filius Cathylli filij Amphiarai. Vt Cathyllusq. acerq. Curax, sed hac Ode Plancum hortatur, vt curas voluptatibus relaxet exẽplo Teucri Telamonij. Claram Rhodo, aut Mitylenen, maritimæ Græciæ ciuitates sunt. [Bimaris ue Corinthi Mœnia) Quia & Ionio, & Ægæo mari abluitur. [Vel Baccho Thebas,) Ordo est: Vel Thebas insignes Baccho, vel Delphos insignes Apolline. sic enim apud Thebas Dionysius, sicut Delphis Apollo, colitur a quibus honorem patriæ sortiũtur. [Thessala tempe.) Amœnitates Thessaliæ. Tempe enim tribus casibus declinatur: nominatiuo, vocatiuo, & accusatiuo. [Sunt quibus vnum opus est) Ac si diceret, vnum studium est laudibus dicendis operam dare certos, & exinde glotiam quærere laudando tantum Athenas. quas vocauit vrbem Mineruæ, velut proprium ciuitatis nomẽ. [Carmine perpetuo) Aut vno metro, aut non aliorum laudibus mixtis. [Vndique decerptam) Ex omnibus collectam, ordo est. Præponere fronti oliuam vndique decerpram. [Aptum dicit equis Argos) Aptum autem equis Argos genere neutro absolute dicit. [Ditesq. Mycenas) Hoc est sicut Athenas in Mineruæ honorem, ita Argos & Mycenas laudari in honorem Iunonis. [Nec tam p.) Quia in agoneis verberibus immobiles cædebantur. [Lacedæmon) Post matricidium Orestes cum fureret, adijt oraculum de sanitate oraculum respondit, sic eum posse sanari, si Dianæ Scythicæ de Taurica simulacrum auferret, profectus itaque est, ibi erat soror eius sacerdos, quæ aduenas immolabat, agnouit fratrem, pepercit illi, interrogauitq́. cur venisset, ille indicauit abstulerunt idem simulacrum, simul soror secuta est, delati sunt ad Italiam & collocauerunt in nemore Aricino simulacrum, & cõsecrauerunt nemus. post hæc Italis immite numen visum est, & asperum: miseruntq́. ad Orientem simulacrum quod Lacedæmonij susceperunt. Et ne aut crudelitatem, aut sacrilegium facerent, statuerunt hi, vt iuuenis aras ascenderet, & super imponeret manus, & tandiu loris cæderetur ab alio iuuene, quandiu sanguis de vibicibus in ara remaneret, & satisfaceret numini, inde ergo patiens Lacedæmon. [Nec tam Larissæ) Larissa ciuitas Thessaliæ, à qua & Achilles Larissæus dictus est. Virg. Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles. [Percussit) Nimia delectatione animum ferijt. [Quam domus) Albuneæ, delectabile nemus est consecratum Albuneæ nymphæ, à qua & nomen accepit. [Et præceps Anio) Aut per deuexa cadens, aut rapidus. [Tyburti lucus) Silua iuxta ciuitatem eiusdem nominis. [Mobilibus) Discurrentibus. [Detergit nubila cœlo) Purum aërem facit, quem Græci Leuconotum appellant, id est serenum. Ordo est. Sæpe albus Notus detergit nubila obscuro cœlo. [Plance) Vocatiuus proprij nominis. [Molli mero) Aut leui, aut suaui. nam vino in obliuionem veniunt curæ, & tristitiæ fugantur. [Seu te fulgentia signis) Ac si diceret, Seu signis militaribus, seu bellis miscearis. [Seu densa tenebit) Seu sis domi. [Salamina) Ciuitas Telamonis, hic filijs suis Teucro, & Aiaci ad Troianum bellum proficiscentibus, legem posuit, vt alter sine altero non rediret. Aiace itaque se perimente, quòd per dolum Vlyssis iudicio armorum victus sit cum ipse corpus Achillis liberasset. Teucer memor imperij paterni, patrem, & patriam fugiens, responso Apollinis, cum socijs alibi condidit ciuitatem. Hunc fugientem, dicit hortando comites suos ad pocula consulatum, & vino tristitiam mitigasse. [Tamen vda lyæo) Madida vino. [O socij) Ordo est. O socij, ò comites, ibimus quocunque feret nos fortuna, melior parente. [Auspice) Fautore, vel sponsore. [Apollo) Apollinem dicit, cuius responsa, vel promissa sequebatur. [Certus) Non fallax, veridicus. [Ambiguam) Duplicem, vel quòd vna in Cypro, altera in Thracia regione esse dicitur, vel quòd vna pulsus est: alteram condidit. Virg. similiter ambiguam duplicem posuit: Agnouit prolem ambiguam, geminosq́. parentes. [Noua,) Id est incognita, peregrina. [Peioraq́ passi.) Virg. O passi grauiora. [Iterabimus) .i. iterum nauigabimus.

LAudabunt alij claram Rhodon) Hac Ode Numatium Plancum consularem alloquitur, quia indicat se præcipue Tyburtina regione delectari, omnibusq́. eam sua sententia præponendam affirmat. [Claram Rhodon) Propterea claram, quòd soli sit opposita dicit, de qua & Lucilius sic ait. Rhodos Carpathium in pelagus inclinat apertum. [Bimaris ue Corinthi) Bimarem Corinthum appellat, quòd Isthmo opposita Ionio, & Ægeo sinu abluitur. [Aptum dicit equis) Homericum, sic enim de hoc ille. ἄργος ἱππόβοτον. [Me nec tam patiens Lacedæmon, Quam domus Albuneæ) Albuneam deam in regione Tyburtina fontis præsidem. & Virg. testis est, qui in septimo ait: Lucosq. sub alta. Consulit Albunea nemorum, quæ maxima. [Tyburti lucus) Tyburtus conditor Tyburis est, cuius frater Cathyllus, & Corax quorum Virg. meminit, Cathyllusq. acerq. Corax argiua iuuentus. [Vda Mobilibus pomaria riuis) Irrigua intelligi vult. [Albus vt obscuro detergit nubila cœlo, Sæpe Notus) Hanc Oden quidam p[illegible]m esse, sed eadem est. Nam & hic Plancum alloquitur, in [illegible] honore & superiore parte Tybur laudauit. Plancus en[illegible]yburti fuit oriundus. Album autem Notum dixit, vt græci λευκόνοτον, quod serenum faciat. [Vda Lyæo Tempora) ὑπαλλαγὴ, ipsum .n. vnum Lyæo intelligi oportet .i. vino. [Populea fertur) Bene non quã liber, sed populeam coronam propter fortitudinem animi. Nã hæc arbor in tutela Herculis. [Ambiguam Salamina) Nunc duplicem intelligamus, quoniam alteram Teucer in Cypro insula condidit, patria a Telamone patre eiectus. [O fortes, peioraq́. passi) Vt Virg. O passi grauiora dabit Deus. [Nunc vino pellite curas: Cras ingens iterabimus æquor.) Quidam stulte ab itinere verbum fictum putant, sed nequaquam sic accipiendum cum simplicior elocutio magis rationem habeat. Teucer mari venerat, quia à patria eiectus est errans. [Ingens iterabimus) Vt iterent nauigationem socios hortatur.

LAudabunt alij) Hoc carmine celebrat poëta Tybur (si nõ fallor) vt se gratum Mecœnati ostendat, abs quo illic locum amœnissimum dono acceperat, in quo cũ musis suis iucunde & quiete tunc viuebat vnde omnibus locis laudatis ipsum præfert. Hortatur autem Plancum amicum, ut exemplo suo exemplo naturæ, & Teucri aliquando curas, & solicitudines deponat, & vino ampliter indulgeat. Exemplo suo, quia se Tybur diligere & laudare non ob aliam causam, quam quòd ibi tranquille & secure viuat. Exemplo naturæ, quia non semper nubilosum est cœlum, sed interdum sudum, & serenum. Exemplo Teucri, qui in tristissimo exilio etiam curas mero leuabat. Ordo est, Alij, scilicet scriptores laudabunt Rhodon insulam Lyciæ, claram quia illic nunquam cœlum nubilum est. Phanum autem Phœbi clarissimum est, & vrbs ipsa portubus, & ceteris ædificijs incomparabilis, aut Mitylenen oppidum Lesbi, Alcæi & Sapphus patriam. Aut Ephesum Asiæ vrbem ab Amazonibus conditam, ubi clarissimum Dianæ templum, aut Mœnia Corinthi bimaris .i. inter mare Ionium & Ægæum sitæ, à quibus alluitur: vnde propter Emporium opulentissima olim fuit prius Ephyre dicta. vel laudabunt Thebas in Bœotia insignes Baccho, q illic genitus est ex Semele. vel Delphos vrbem in Parnasso, insignes Apolline, qui illic clarissima reddidit oracula, aut Tempe Thessalia .i. Thessalica, loca vsque adeo amœna, vt cetera omnia singulariter amœna tempe dicantur. Sunt .s. poëtæ, quibus est vnum opus, .i. sola cura & ASCL.

studium

studiū ac operatio, celebrare carmine perpetuo .i. nulla alia materia inrercito, vrbem Palladis intactæ .i. semper virginis videlicet Athenas a Pallade, quæ ἀθηνα, dicitur, dictas, & præponere .s. alijs arboribus, fronti .i. ad ornamentum frontis victricis (hic ordo placet Bonfini adnot. vij.) oliuam .s. paciferam decerptam vndiq. .i. ex quouis loco, aut quouis pacto. i. sunt pacis & literati ocij vsq. adeo studiosi, vt nihil aliud celebrent quā Athenas q bus pp literarum studia, Pallas oliuifera præcipue placuit. Non .n. sine pace vigere possunt literæ, & ideo vnice laudant Athenas. [Plurimus in Iunonis &c.) Prosequitur alia loca celebria, vt illis omnibus vnum præferat Tybur, quia victoris pretium ex victo dependet. Est ergo ordo. Plurimus .s. scriptor, dicit .i. describit & laudat, sicut in principio epistola℞. Prima dicte mihi summa dicende Camœna Mœcenas, Argos .s. Hippium, quod est inter Inachum & Erasinum amnes, vnde addit, Aptum equis, & dicit Mycenas vrbem etiam in Achaia stadijs minus quinquaginta ab Argis distantem, dites, quia opulenta admodum fuit, dicit autem in honorem Iunonis, quæ ab Argis præcipue culta, eos etiā plurimum dilexerat. Vnde Æneid. i. Veterisq. memor Saturnia belli. Prima qđ ad Troiam pro caris gesserat Argis. Laudabunt ergo dicta loca alij, verum nec Lacedæmon vrbs Lacedæmoniorum, qui Laconica regione diu rerū potiti sunt & legibus & imperio clarissima, patiens .s. laborum etiam legibus Lycurgi id curantibus, nec campus Larissæ vrbis Thessaliæ patriæ Achillis, opimæ .i. pinguis, & fœcundæ percussit .i. affecit me amore sui tam .i. tantum, q̄ .i. quantum, domus Albuneæ .s. nymphæ aut fontis in Albunea silua, resonantis .s. dum per siluas, & fontes deriuatur. Est aūt non longe Tybure. Et Anio .s. fluuius, præceps .i. præcipitaoter, & cum dulci murmure se in Tyberim illic pręcipitans. Facit autem in genitiuo huius Anienis, sed antiquus nominatiuus erat Anien. ac lucus Tyburti .i. iuxta Tyburtum, seu Tybur, oppidum non longe a Roma abs Tybur. conditum, & pomaria vda .i. irrigua, riuis mobilius .i. in diuersas partes ductilibus. [Albus vt obscuro) Facit quod dixi. quia .n. in superioribus (vt iam vidimus) præ ceteris locis amœnis Tybur, propter amœnum secessum extulit, cohortatur Plancum, vt frontem exporrigat, & curas mero demat, secutus naturam, & principem virum. vnde dicit. Vt .i. quemadmodum, Notus ventus ex natura humidus, qui & auster dicitur. albus .i. sublustris faciens nubes minus densas, quia densæ nigræ sunt, detergit .i. fugando amouet sæpe cœlo obscuro .s. prius, q̄ flare incipiat nubila .i. nubes, neque parturit imbres perpetuos .i. continue durantes sic tu Plance sapiens, vel memento sapiens .i. vt sapientē decet, finire tristitiam & labores vitæ, molli .i. maturo, & non nimis vehementi mero, seu castra fulgentia tenent te seu densa vmbra Tyburis tui .i. patriæ tuæ, tenebit te .s. peracta militia, hoc est tam nunc quando in castris degis q̄ postmodum dum domi ocia læta duces. Id aūt in castris faciendum docet exemplo Teucri, dicens, Teucer, cum .i. q̄uis fugeret Salamina .s. patriam suam, hoc est vrbem Talamonis patris sui (Declinatur aūt hæc Salamin, vel Salamis, huius Salaminos &c. accusatiuo hanc Salamina) & patrem .s. Telamonem filiū Æaci, qui eum ex Hisione Priami sorore genuit. multum aūt est, quod dicit fugeret, sicut in Buc. Mar. Nos patriam fugimus, &c. quamuis aūt fugeret, tñ fertur vinxisse .i. ligasse corona populea .i. ex populo facta, qua & Hercules coronatus inferos perijt, tempora .s. capitis sui, vda .i. vaporata, Lyæo .i. Baccho, hoc est vino curas soluente, Affatus amicos .s. comites & socios fugæ, tristes .s. propter exilium eius, sic .i. in hæc verba. O socij, & ò comites, nos ibimus quocunque (est aūt Tmesis .i. incisio dictionis quæ ab imperitis Temesis dicitur) fortuna melior parente .s. Telamone qui nobis, quibus fortuna belli pepercit, exitium minatur, feret .i. trahet nos. Maro, Quo fata trahunt, retrahuntque sequamur. Nil desperandum est sup. vobis Teu hoc est me. (Sed moris est, vbi quis se laudare vult, potius nomen proprium, quam pronomen ponere, presertim cum illustre sit, vt Æneid. v. Quæ munera Niso Digna dabis, primam merui, qui laude coronam) duce .i. vos ducentē, & Teucro auspice .i. auspicij docto, & peritos & ita ad pfectionē, cohortante. em̄, p quia, Apollo certus .i. infallibilis, & qui certo scit. Sed non voluit aperte locum designare, ne diligentiam inquirendi auferat. Non enim licet nobis omnia scire, vt Æn. iij. Prohibet, nam cetera parce Scire Helenum, fariq́ue iubet Saturnia Iuno. & iō Apollo licet certus, secundùm Ethnicos, fallacie Dæmoniorum deceptos, dubie tñ sæpe respondit, quod ne faceret peccatur Aeneas ibidem dicens, Da pater augurīū, atque animis illabere nostris promisit ergo certus, & est antithetō certus & ambiguum, Salamina ambiguam .i. incertam mihi futuram, tellure noua .i. in qua prius non fuit Salamin, hæc autem erat Cyprus, O viri fortes & passi peiora, sicut Æneid. j. O passi grauiora dabit Deus his quoque finem. Passi dicit mecum, ne se expertem laboris innuat, pellite nunc curas vino, quia nos iterabimus .i. iterum nauigabimus cras, ingens æquor .i. mare.

Bonfinus.

SVnt, quibus vnum opus est intactę Palladis vrbem Carmine perpetuo celebrare &. [Vndique decerptam fronti pponere oliuam) Dicam & hoc loco qui mihi placeat ordo, cum suus cuique sit palatus, contra aliorum non solum ordinem, sed & sententiam. Is igitur talis est, sunt .s. aliqui, quibus est vnum opus celebrare perpetuo carmine vrbem intactæ Palladis, & præponere alijs .s. arboribus & rebus, oliuam vndique decerptam .i. oliuę laudes vndique collectas, fronti .i. ad frontis decus & honorem, ea enim victores coronabantur. Nam esto vt frontem pro capite accipiamus, & possit pars pro toto accipi, imponere, tñ vel apponere dicemus coronam, non præponere, vt alij voluerunt. MATT. Bonfinus.

LEgimus quippe pauperculam quandam interrogatam qd nam marito durata dotis foret, respondisse. Paruam pudicitiam. Altera, vero cum quæreretur ex ea, an cum viro coisset: Minime, inqt, sed ille mecum. Quædam porrò cū fuisset clam cōpressa, fœtumq. perdidisset sic nulla emissa voce se cōstantem ac tolerantem pstitit, vt eliso conceptu rejectoq., parentes aliosq. latuerit proximos, quippe dolo℞ magnitudinem, quibus (vt assolet) lancinabatur subinde conuellebatur quæ, vicit ignominiæ timor. Tantū erat vel in muliebri ingenio tolerantiæ robur, vt non immerito videatur Horatius cecinisse Carminum primo. [Me nec tam patiens Lacedæmon, Nec tam latisse percussit campus opimæ) Nam, vt inquit Aemylius Probus, Lacedæmonio℞ moribus summa virtus in patientia statuebatur. Seneca scribit, Lacedæmonios consuesse libero℞ suo℞ indolem experiri publice verberibus admotis, illos subinde adhorrando, vt flagellorum ictus fortiter perferrent: item laceros, ac femianimes, rogando, vt perseueranter vulnera præberent vulneribus. Quam rem copiosius exequitur Lucianus in sermone qui est de gymnasijs, & significat Thebaidos iiij. Papinius. COEL. RHOD.

*Et oliuiferi Eurotæ*
*Duræ manus.*

Exposuit & Lactantius grammaticus, gentis in eo crudelitate taxata. Laconibus hoc item fuit peculiare, omnia impensius cælare. Proprerea id innuens historia quinta Thucydides: τὸ κρυπτόν, inquit, ἠγνοεῖτο. cum Lacedæmonijs loqueretur. Apud eundem obseruatum quoque. Nomos dici polemicos cātilenas Lacedæmonijs in hostibus congrediendis concini suetas. De gymnopœdijs, quas nudi certantes concelebrabant ijdem mentio Thucydidi etiam fit, περάσαντες, inquit, τὰς γυμνοπαιδίας.

## AD LYDIAM.

**Riualem suum Sibarim oblique notat qui sic deperiret Lydiam vt se neque disco, neque iaculis, non equis, non armis, non natando exerceret, sed apud eam velut Achilles inter Lycomedis virgines latitaret.**

*Ode VIII. Dicolos distrophos. Primus quisque versus est Aristophanius Dimeter Acatalectus, constans è Choriambo, & Bacchio, siue Amphimacro, hoc modo.*

*Lȳdĭă dīc -uu- pĕr ōmnēs u--*

*Secundus autem quisque est Choriambicus Alcaicus Tetrameter Acatalectus, constans ex Epitrito secundo, duobus Choriambis, & Bacchio, siue Amphibracho, hoc modo.*

*Tē dĕōs ō-u-- rō Sȳbărīm -uu- cūr prŏpĕrēs -uu- ămān-dō u--*

-uu- u--

-u-- -uu- -uu- u--



LYDIA dic per omneis
Te deos oro: Sybarin cur properes amando
Perdere: cur apricum
Oderit campum patiens pulueris; atque solis.

Cur

Cur neque militaris
Inter æquales * equitet: gallica nec lupatis
* Temperet ora frænis.
Cur timet flauum Tiberim tangere: cur oliuum
Sanguine viperino
Cautius vitat: neque iam liuida gestat armis
Brachia, sæpe disco,
Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito.
Quid latet, vt marinæ
Filium dicunt Thetidis sub lacrymosa Troiæ
Funera: ne virilis
Cultus in cædem, & lycias proriperet cateruas.

** equitat* ** Temperat*

ANTO. LYDIA dic &c.) Octaua Ode in Lydiam meretricem scribitur. Sybaris.n.eius amore,officia omnia,quæ prius obire solebat,reliquerat, latens apud eam, vti Achilles olim inter filias Lycomedis,latuisse fertur,matre iubente, ne videlicet virilis habitus eum in Troiam duceret. De quo late Papinius. Id aũt latere apud Lydiam,& consueta officia reliquisse,in riualem quoque dici existimemus. [Lydia) Meretricis *Lydia* hic nomen ab Lydia regione,quæ & Mœonia dr̃ sumptum est autem Lydia anoexa Phrygiæ,vt Str.lib.13.edocet. [Sybarin) Iuuenis hic nomen non ab re positum. *Sybarim* Nam Sybaritæ delitijs, & luxuria defluxerunt,vt patebit,& συβάρις Græce,Latine tacitus, & delicatus dicitur. Alibi tamen fluuis est,qui veterem separat Campaniam. Cui. flutio proprium illud inesse traditur, vt in eius aqua demissa virgulta saxificentur,forma tamen, colorec̨. seruato. Auctor est Str.lib.5.Plin.vero lib 3.dicit: Inter duos amnes, Cratin,& Sybarin vrbem fuisse,eodem nomine. sic etiam Strab. lib.6.ait addens ꝙ ea ciuitas tanta excellentia, & felicitate excreuerat, vt quaternas proximas rexerit gentes & quinque ac viginti vrbes, suo subdiderit imperio. Totam autem felicitatem intra dies lxx. *Crotoniatæ.* Crotoniatæ illis interceperunt adeo delitijs, & luxuria intemperantes defluebant. Vrbe enim potiti,inducto fluuio,cuncta demerserunt. *Sybaris fluuius.* Qui de Sybari biberint sternutamentis agitari constat. *Crati* Cratis autem homines in eo lotos, Cæsarie candidos,& flauos efficit,ac, multis medetur morbis. [Amando *Amando* perdere.) Per antiphrasin est,nam qui amat,vel qui amatur,fauere debet,non obesse. Præterea. amando hic potest actiue & passiue accipi ita vt Lydia amet Sybarin,vel vt ametur à Sybari. [Apricum) Soli expositum. [Patiens pulueris) Atque Solis, cum assuetus sit pati, & puluerem & Solem. [Cur neque militaris) *Iuuenũ exercitia in equis* Iuuenum exercitia narrat. Nam vt Vegetius scribit iuniores in equis ligneis exercebantur,tantaq. cura erat vt non solum à dextris,sed etiam à sinistris partibus,& insilire & desilire discerent, euaginatos etiam gladios vel contos tenentes. [Gallica ora)Gal *Gallica ora* licorum equorum. Str.lib.4.ait ita. Vniuersa vero natio,quam hæc ætas Gallicam, vel Gallaticam nominat: martis studio, & animorum ardet impetu,conserendæ pugnæ alacritate impigra. Et paullo inferius sic: Ephorus tam late Galliæ magnitudinem excedre tradit, vt quam nunc vocamus Iberiam: plurima illiur spatia,Gallis usque Cades attribuat. *Gallitia equi* Iustinus autem lib.ult.scribit,ꝙ tanti in Gallitia ac Lusitania,&tam pernices uisuntur equi ut non immerito uento ipso concepti uideantur Plin.etiam lib. *Asturia* 8.de equis scr. ꝙ in Hispania Gallica gens, & Asturia est equini generis &c. [Lupatis frænis).i.asperis à lupinis dentibus, qui *Lupus lupatum frenum* inæquales sunt ut inquit Seruius. Lupus autem & lupatum frænum dicitur. Ouid. in Trist. Et placido duros accipit ore lupos. Et Mar. Mordent aurea, ꝙ lupata cerui. [Tyberim tangere).i. *Natandi vsus* natare. Natandi usum, inquit Veg. æstiuis mensibus omnis æqualiter debet tyro condiscere. Non enim pontibus semper flu *Olei natura* mina transeuntur, ideoq̨. Rom.ueteres campum Martium uicinum Tyberi delegerunt, in quo iuuentus post exercitium armo *Græcorũ vitia.* rum sudorem, puluеremq̨. dilueret. [Cur oliuum) Olei natura tepefacere corpus,& contra algores munire. Vsum eius ad luxuriam inuenere Græci uitiorum omnium genitores in Gymnasijs publicando. Auctor est Plin.lib.15.Vtq̨. Liuius docet. Hannibalis milites pugnaturi ad Trebiam oleo mollierunt artus, per manipulos misso ab ipso.s. Hannibale. hic autem de cæromate intelligitur, de quo Sat. 13. in Iuuen. iam diximus. Armis.i. assula {Disco) Graui lapide,& rotundo, qui exercitij causa,corporis, ad auras proijciebatur. Vegetius ait, ad lapides uero uel manibus,vel fundis iaciendos, exerceri diligenter conuenit iuniores. Dr̃ aũt discus à Δισκεῖν iacere. [Iaculo) Tyrones iacula *Discus* *Iaculo* aduersus palum,tanq̃ aduersus homines iaciebant. Armorum doctor attendebat,vt magnis viribus & destinato iactu, hastile torquerent,vt vel in palum, vel iuxta dirigerent missile. Quod idẽ Vegetius edocet. [Filium Thetidis) In mari Aegæo vna Cycladum est Scyros longitudinis.xxv. millium passuum, antea Phœnice appellata,vt Pli.lib.iiij.ait. In ea vero Lycomedes rex erat. apud eum itaq. (nam filias habebat) Achillem puellari habitu Thetis deposuit, Audierat enim à Proteo vate apud Troiam periturum Achillem,hinc marer eum cælare Achiuos (vt diximus) voluit, ab Vlysse tandem recognitus est, & ad Troiam ductus. [Sub).i. ante.Virg.in Geor. Sub lucem exportant calathis, pro ante lucẽ.[Lycias cateruas)Lyciorum rex Sarpedon Iouis filius Troianis fauit vbi à Patroclo occisus est.Horat. Lycios pro Troianis oĩbus,illorumq̨ue socijs posuit. de Sarpedonis morte lib. xvj. Ilia late habetur. [Protiperet) Traheret ipsum Achillem.

ACR. LYdia dic per omnes)Metrum Choriãbicum,quod constat ex Choriãbo & Bacchio ita,Lydia dic per oẽs. Secundus ex Epitrito secũdo, & duobus Coriambis & Bacchio ita. Te deos oro Sybàrim,cur ꝓperas,amãdo.[Lydia dic per oẽs) In Lydiam dicit vulgaris formæ mulierem,& sibi aliquando dilectæ, cur ita Sybarim diligit iuuenem vt eum ab omnibus officijs amore sui desistere fecerit, intermissa etiam exercitationem campestri,& sic apud eum lateat, sic vt apud virgines Lycomedis Achillem ferunt. quod per histeron proteron in riualem dicit. ordo est. [Lydia dic oro.) Hoc est interrogo, per omnes deos cur properas amando perdere. [Perdere)κατ᾽ ἀντίφρασιν declamat.[Amãdo perdere) Amore perdere vnde est, Vt vidi,vt perij. [Apricum) Amœnum,voluptuosum. [Patiens) Cum possit iam ferre militares labores. [Flauum) Turbidum. [Tyberim tangere) Natare,ꝙ adolescentibus inter summa erat virtutum exercitationis studia. [Cur oliuum Sanguine viperino Cautio vitat,) Dicit cur non exercet palestram,quam tractantes oleo vngebantur? magis vitat oleum,q̃ sanguinem viperinum venenosum.[Liuida Brachia) Assiduo vsu & pondere armorum.[Disco,) Discus genus ludi est,certi ponderis dicit Discum, quo iuuenes in agone contendebant. fortior est iudicandus, qui vltra designati spatij finem,eum iecisset,ita vt missilibus certabatur ordo est. Neq. iam nobilis gestat liuida brachia armis,sępe expedito Disco,trãs finem sæpe iaculo trans finem. [Filium dicunt) Latuisse subaudis. Achillem dicunt à Thetide absconditum metu belli Troiani. [Ne virilis cultus) Lycij populi fuerunt Troianis ferentes auxilium. Vnde est,Vnam quæ Lycios,fidumq̨ue vehebat Oronten. [Proriperet)Raptim vel incaute iret.

POR. LYdia dic per oẽs Te deos oro)Hęc Lydia amica,fuit Sybaris noĩe adolescentis,cui imputat ꝙ amore sui implicitum residem fecerit,exercitationum cãpestrium. Cur apricum Oderit campum cum patiens pulueris, atque Solis sit aut fuerit. [Gallica nec lupatis temperet ora frænis,) Gallica ora, pro gallicoꝝ ora equorum. Lupata autem fræna sunt aspera. de quibus & Virg. sic ait, Et duris parere lupatis. [Cur ti.flau. Tyb.tan.) Qui in campo Martio exercebantur, & natabant post exercitũ, quia & hoc videtur necessarium militiæ esse. [Sæpe disco, Sæpe trans finem iaculo nobilis) Ad excipiendum trans finem expedito nobilis sæpe iaculo. dicit autem eum gloriose & discum & iaculum misisse. Quid latet, vt marinæ Filium dicunt Thetidis σύλληψις,quia ex eo quod latet,latuisse accipiendum est.[Lycias pror.cat.) Manifeste hic,Lycias pro Troianis posuit.

ASCEN. LYdia &c.) Obiurgat meretricem perdentẽ Sybarim amando,nõ sine amara irrisione pueri eã ita perdite redamãtis, vt oẽ studium militare ꝑꝑ eam prætermittat,& cũ ea delitescat eam fouens. Ordo autem est,Lydia dic, quod quia imperiosum,& odiosum est. vt in Buco.Dic mihi Damœta &c. mitigat dicens,Dic oro te per omnes deos,cur properas.i.festinas.s. ante ætatem Veneri maturam,perdere i.destruere.amando.i.per amorem,aut quia nimis ipsum amas,quod signanter & diserte dictum,quia meretrices, quos amant, maxime perdunt. illis.n. oblectatæ,cogunt eos sibi morem gerere, Sybarim puerum illũ tacitum,& ita minus repugnantem,& tractabilem, ac delicatum vnde nomen impositum à re ipsa. Et dic cur oderit campum apricum.i.Soli expositum,patiens.i.cum sit patiens pulueris, atq. solis. Et dic cur neq.militaris.i.cum sit militaris, equita .s. amplius inter æquales.i.coæuos suos, nec temperat .i. domitat, & regit, ora gallica.i.equorum gallicorum,frænis lupatis, à lupinis dentibus, ad quorum similitudinem facta sunt,sic dictis. Et cur timet tangere Tyberim flauum (Vnde Albula prius dicebatur).i.

cur

cur non audet amplius natare,& cur vitat olinum.i.oleum, quo vnctus tutius natet, & luctetur cautius sanguine vipetino i.qui vitare debeat sanguinem venenosissimi serpentis, qualis est vipera. Nec gestat iam.i amplius, brachia liuida.i.plumbei coloris, in armis.i.quem colorem inducunt arma,existens nobilis.i.insignis & multis notus,disco, & iaculo expedito.i.expedito iacto, aut iaculato,trans finem i.metam iuuenibus constitutam,vt discum,aut vectem projciendo,vires exerceant.[Quid).i.ad quid, latet.s.Sybaris apud te, vt.i.quemadmodū : dicunt (quod & Stat. postea in Achill.dixit) filium Thetidis marinæ.s.Deæ Achillem super, latuisse in aula Lycomedis regis Scyri : vbi ex Deidamia eius filia Pyrrhum genuit,sub.i.paullo ante,tempora, cum tempora renderent in funera lacrymosa Troię.i.ante excidium Troianum,dicunt inquam latuisse. ne cultus.i.vestitus virilis proripetet ipsum in cædem,& Lycias cateruas,pro eo quod est,in cædem Lyciarum cateruatum,quæ Troianis suppetias tulerant duce Oronte, & Sarpedone.

MATT. Bonfinis. LYdia dic per omnes Te deos oro, Sybarim cur properas amādo Perdere,) Exponit Mancin.amando actiue hic, & passiue posse accipi.i.dum amas, vel amaris. Landinum (vt arbitror) in expositionibus imitatus,cum pro more suo exponit, hoc est aut illud. Ego vero ita sentio, vt quicunque eiusdem Ode verba recte pensitauerit & intellexerit, amando sit actiue omnino accepturus,nullo autem modo passiue, & Lydiam ipsam vehementi prosecutam amore Sybarim intelligat, fuisseq. illum perditurā ob id ipsum, ꝙ eum apud se retineret ad explendam libidinem suam,non ꝙ Sybaris illa amori aduersaretur vt nostræ tempestatis scorta faciunt,quæ quantum ad amorem pertinet & libidinē, adolescentes & iuuenes exquirunt pulcherrimos & Veneris potētissimos,ac simplices & tyrones,vt facilius irretire illos queāt. Quod vbi sunt suis blanditijs & illecebris consecutæ, eousque miseros apud se captiuos retinent, donec penitus iuuentæ illoꝝ florem,& omnem succum emunxerint,& expresserint, ac postea emittunt pallidos,macilentos,effœtos,enerues molles,&omnis denique virtutis & fortitudinis expertes. Sed,si quos ex eo genere fortiuntur,præter formam etiam diuites, post exactam adolescentiam, patrimonijs quoque exhaustos,vel,si id puduerit,furatum demum se perditum ire compellunt. Et propterea dixit Horat. Perdere amando, quod potius dicendum fuerat odio habendo. Id autem apertissime demonstrant vltimi Odes, quos subijciam, versus.

*Quid latet, vt marina*
*Filium dicunt Thetydis sub lacrymosa Troia.*
*Funera? ne virilis*
*Cultus in cædem, & Lycias proriperet cateruas.*

## AD THALIARCHVM, QVEM HORTATVR AD HILARIOREM VITAM.

*Ode IX. Tricolos tetrastrophos. Primi quique duo Versus sunt Dactylici Alcaici Acatalecti, qui constant ex Penthemimere Iambica, id est ex Iambo vel Spondeo, Iambo, & syllaba, quæ dicitur cæsura, deinde è duobus Dactylis, vel vltimo Amphimacro, hoc modo.*

*Vĭdēs ◡– ŭt āl ◡– tā –ſtēt nĭuĕ –◡◡ cāndĭdŭm –◡◡*
*Sŏrā ◡– ctē, nēc ◡– iām – sūſtĭnĕ –◡◡ ānt ŏnŭs –◡◡*

*Tertius autem quisque est Iambicus Archilochius Dimeter Hypercatalectus constans quatuor pedibus primo & tertio Iambo, vel Spondeo, secundo & quarto Iambo duntaxat. deinde, superest syllaba, hoc modo.*

*Sȳluæ –– lăbō ◡– rāntēs –– gĕlū ◡– quĕ ◡*

*Quartus autem quisque est Dactylicus Alcaicus Acatalectus, constans ex Dimetro Heroico, & Dimetro Trochaico, id est è duobus Dactylis, & duobus Trochæis, vel vltimo Spondeo, hoc modo.*

*Flūmĭnă –◡◡ cōnſtĭtĕ –◡◡ rīnt ă –◡ cūtō ––*

◡– ◡– – –◡◡ –◡◡
◡– ◡– – –◡◡ –◡◡
–– ◡– –– ◡– ◡
–◡◡ –◡◡ –◡ ––



VIDES, vt alta stet niue candidum
Soracte : nec iam sustineant onus
Siluæ laborantes, geluque * — * Vide Ann. Fr.Rob. super isto loco.
Flumina constiterint acuto?
Dissolue frigus, ligna super foco
Large reponens : atque benignius
Deprome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum dyota.
Permitte diuis cetera. qui simul
Strauere ventos æquore feruido
Deprœliantes : nec cupressi,
Nec veteres agitantur orni.
Quid sit futurum cras, fuge quærere : &
Quem fors dierum cunque dabit, lucro
Appone : nec dulceis amores
Sperne puer : neque tu choreas :
Donec virenti canities abest
Morosa. nunc & campus, & areæ,
Lenesq. sub noctem susurri,
Composita repetantur hora.
Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ risus ab angulo :
Pignusq. direptum lacertis,
Aut digito male pertinaci.



ANTO. VIDES vt alta) Nona Ode Thaliarchum pueꝝ ad voluptatem,lætioremque vitam hortatur. Dicit enim cum maxima vigeant frigora, lignis foco repositis dissoluenda sibi merumque optimum exhibendo, crastina curet minime, nec item dulces spernat amores, aut choreas dum iuueni sibi canities abest,Qui vero dicunt poetam hic loqui ex Epicuri sententia,minime veri esse videntur. *Epicuri voluptas* Epicurus.n. epistola Herodoto missa hæc ait,Cū itaq. dicamus voluptatē finem esse,nō luxuriosoꝝ voluptates, eas ue q̄ in gustu sunt positæ, vt quidam ignorantes,aut ab nr̄a sn̄ia dissentientes, aut male accipientes, arbitrantur,sed nō dolore corpore, animoq. tranquillum esse,& perturbatione vacare dicimus,non.n. cōuiuia & comessationes non pueroꝝ,mulierumq. congressus non piscium vsus,& ceterorum, quæ affert preciosior mensa,suaue gignit vitā,verum tō sobria, causasq. perscrutans,cur quæq. vel eligenda, vel fugienda sunt, opinionesq. expellens, per quas animos vt plurimū occupat tumultus. Horū oium initiū,maximumq. bonū prudentia est. Hæc ille. *Taliarc. Thalia Archos* Thaliarchus aūt nomen est à poëta fictū. Nam dici pōt conuiuij,seu festiuitatis princeps,θαλία nanq dicitur cōuiuium, fertum festiuitas,ἀρχὸς princeps.[Stet).i.cōsistat,plenū esse hic non conuenit,nam alta niue candidum dicit.[Soracte)Ser. Sol.ꝙ per *Phalisci. Hyrpi Soracte* paucæ familiæ erant in agro Phaliscoꝝ, quos Hyrpos vocabant qui sacrificiū annuum ad montē Soracte faciebant,idq. operātes gesticulationibus religiosi impune insultabant ardentibus lignorū struibus,in honorē diuinæ rei flammis parcentibus Strab.etiā lib.v.ostendit, Soracte in Phaliscis esse iuxta Flaminiam viā,Sub *Vrbs Feronia* quo monte(vt ait)vrbs erat Feronia,quo nomine, & Dea quædam nuncupabatur,quā finitimi miro dignabantur honore, quo in loco ipsius templum erat mirificum sacri genus habens Nam qui eius numine afflabantur,nudis pedibus prunas, & copiosum cinerem inambulabāt nulla læsione sub hoc Dæmone, id autem quotannis celebrabatur. Horat. uero hic in Sabinia Soracte esse ostendit,uel potius prope,nam prope est,ut uidimus. Dictaq. ab urbe Roma,millibus pas.ultra xx. Dr̄ aūt Soracte(ut puto)a σωρεία, quod est congeries. Vel à σωρὸς quod est aceruus, cumulusue. est enim mons altissimus. [Gelu acuto) Acutum dixit,quoniam gelu ipsum acutum sit aqua paulatim stillante, uel acutum ait,quoniam suo innato frigore tum tangitur,pungere uidetur, atque urere. [Dyota) Putandi uasculum à δύο, quod est duo,& ὦτα,plurali numero aures,quasi duas aures.i.ansas habens.[Cetera) .i. omnes alias curas. Tu uero uoluptati incumbe, & quietæ uitæ, futurorum minime solicitus. Dij .n. post aduersa per seipsos quietem tribuunt hominibus,& iucunda,hinc ait. [Qui simul Strauere &c.) Strauere,quiescere,fecere, atque subsidere.

[Fer

*Orni.* *Ornio.* [Feruido) Æstuanti. [Orni) Arbores sunt albo cortice graciles, & altæ dictæ (vt puto) ab ὀρνύω, qđ est insurgo, incito, promoueo, itaque si nec orni, nec etiã cupressi graciles quoque & altæ stratis ventis agitantur, quod de arboribus erit classis, & robustis? [Fuge quærere) Hoc ad animi pertinet tranquillitatem, ex qua summa voluptas redundat. [Lucro appone) Quia mors imminet, vnde dic quoque accidere potest. [Quemcunque) Vel bonum vel malum. [Virenti) Tibi iuueni. [Canities morosa) Se-*Senectus* nectus difficilis, & querula, hinc Iuuen. ait. Vsque adeo grauis uxo-*Morosi* ri, natisq. sibiq;. Vt captatori moueat fastidia Cosso. Morosi aũt (vt Porph. inquit) dñr multorum morum inter se contrariorum. *Canicies* Canities vero generatur (vt edocet Philosophus) ex putredine. Cum itaque in senectute desit calor naturalis, qui causa est digestionis, necessario pilorum materia non bene digesta putrescit, hinc postea senes canescunt. Macr. etiam lib. vij. scr. Canitiem ex nimio humore fieri, quod phlegma vocatur. Nam ideo albi sunt cani, quia colorem humoris, quo nutriuntur, imitantur. *Area* [Campus) Martius .s. vbi iuniores exercebantur, vt superiori *Campus* Ode ostendimus. [Areæ) Plateæ, nam loca in vrbe pura areæ dicuntur, ut Varro ait, ad similitudinem areæ vbi frumenta secta teruntur, & arescunt. Festus etiam Pomp. inquit, ꝙ area proprie dicitur locus vacuus, quasi exaruerit, nec possit quicquam generare. Aduerte tamen campos ampliores esse, areas vero minores, hinc poëta simul coniunxit. [Lenes) Voluptuosi, suaues, dulces, gratissimi. [Sub noctem) Per noctem. [Composita hora) Constituta tibi ab amica. [Susurri) Confabulationes. Catull. Verbosa gaudet Venus loquela. [Nunc & latentis) Ordo est. Et nunc repetatur gratus risus proditor puellæ latentis ab angulo, cum .n. risus auditur puellam latere ostendit, quod quidã ad voluptatem, & lusum fieri solet, hinc illud est in Buc. Malo me Galatea petit lasciua puella, Et fugit ad salices, & se cupit ante videri. [Pignusque direptum lacertis) Hic locus per antiphrasim intellectus à quibusdam fuit, debemus .n. intelligere pignus direptum à puella è lacertis amatoris, & annulum a digito eiusdẽ. Sic nanque coguntur amatores repetendi gratia, quod reliquerant vi fere ablatum, puellas reuisere. Nam iccirco illæ id fece-*Armilla.* rant. [Pignus direptum lacertis,) Armillas intelligit direptas e *Armi.* brachijs amatoris a puella, nam (vt Festus edocet) Armillas ab ar-*Arma* mo (quib. viri militares ab imperatorib. donari) dictas esse existimant, ꝙ antiqui humeros cũ brachijs vocabant armos, vnde arma ab his dependentia sunt vocata. [Aut dig.) Annulũ hic intelligit, direptũ ẽt à puella ex digito ipsius amatoris. [Male pt.) Ficte, & debiliter tenaci. nã fingũt se amatores retinere, qđ optane sibi adimi à puellis, & illud est, quo iustiores habebãt redeũdi cãs.

*ACR.* VIdes vt alta stet niue candidum) Metrum duobus versib. Alcaicũ, quod constat ex Penthemimeri iãbica & cæsura, & duobus Dactylis ita, Vides vt alta stet niue candidum. Tertius dimeter iãbicus Hypercatalecticus .i. ex duob. Dijambis vel ex quatuor iãbis, & cæsura ita, Siluæ, labo, rantes, gelu, que. Quartus Pindaricus ex duobus Dactylis, & duobus Trocheis, ita Flumina, consti, te, rint a, cuto. Inter Pherecratium, & Pindaricum hoc interest. Pherecratium constat ex Spondeo, Dactylo, & Spondeo. Pindaricum est duob. Dactylis & duobus Trochæis. [Vides vt alta stet) .i. cooperiatur, vt Stant lumina flãmæ, & iam puluere cœlum Stare vident. [Candidum) Candidum niuibus. [Soracte) Mons Apuliæ in quo Apollo colebatur, vt, Summæ deum sancti custos Soractis Apollo. [Siluæ laborantes) Ponderis magnitudine. [Flumina constiterint acuto) Nimietate frigoris etiam flumina concreta à cursu suo stetisse dicit. [Super foco) Vt, Multa super P. r. s. h. m. & alibi, Gemina super arbore sidunt. [Large) Abundanter, copiose pro foci magnitudine. [Benignius) Remissius solito. [Deprome) Hauri, propina. [Quadrimum) .i. quatuor annis inueteratum. [O Thaliarche) Nomẽ eius ad quem loquitur. [Dyota) Vinarium vas .i. magarum duas habens ansas. [Permitte diuis cetera) Omnes solicitudines ordinationi numinum debere committi dicit. [Qui simul) Dixit in momento omnia tranquillantes. [Strauere) Placidum fecere. Virg. Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen abesset. [Aequore feruido) Concitato mari propter ventos preliantes. [Nec veteres agitantur orni) Nec commouentur sedato fluctu ventoꝝ. [Quem sors dierum) Euentus dierum lucrare, & memor mortis citæ, nec lætitiam, nec amores omitte. Ordo est. Quemcunque dierum dabit sors appone lucro. & fuge quærere quid sit cras futurum. [Fuge quærere) In vituperationem Mathesis dictum, ꝙ magis cruciat expectatione, & quæsitione futuroꝝ. [Appone) patienter fer & habe pro lucro quẽcunque dierum siue bonum, siue malum dabit sors. [Neque tu choreas) Choreæ à choro dictæ, ꝙ iunctis manibus saltetur. [Virenti) Tibi .s. iuueni, & adhuc viridis ætatis homini. [Morosa campus) Quòd morosum tarda deliberatione faciat [Campus & areæ) Planus ad ludum locus, & repetantur ab inferioribus subaudis. [Lenesq.) Voluptuosi. [Susurri) Confabulationes. Ordo est. Nunc & gratus risus proditor puellæ latentis ab intimo, angulo repetatur abs te. [Latentis) Virg. Et fugit ad salices, & se cupit ante videri. [Proditor) Manifestator. Virg. Tectusq. recusat Prodere voce sua quẽquam, aut opponere morti. [Gratus puellæ) Puellam sibi gratã dicit, quæ sæpe meretricio ritu manibus ludit amatoris. hanc aũt eem dicit impetendam. [Pignusq. direptum lacertis) Pignus est, aut Armilla de brachio aut annulus de digitu datus causa veniendi ad constitutum locum & subdole. Nam fingunt se retinere quod volunt sibi adimi, vt habeant iustam causam veniendi. [Male pertinaci) Male in tenendo perseuerante.

VIdes vt alta stet niue candidũ Soracte) Thaliarchum ad lætiorẽ vitam hortatur, vt lusibus adolescentiæ, quandiu ętas pmittit vtatur. Notandum aũt quod neutro gñe Soracte dixerit, cũ vulgo Sorax dicatur. Est aũt hinc mons in Phaliscis. [Stet) Autem plenũ sit signat. vt Ennius: Stant puluere campi. & Virg. Iam puluere cœlũ. Stare vides. & in Buc. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. [Flumina constiterint acuto) Vitrum ad sensum frigoris pertinet, quod velut vitrum pungit, an quod frigus velut vitrum acutum sit. [Super foco) Super focum videtur dicere debuisse, sed frequens in hanc figuram. Horat. vt, Districtus ensis, cui super impia ceruice pendet. [Atque benignius Deprome quadrimum Sabina O Thaliarche merum dyota.) Dyotam amphoram dicit, ꝙ ansæ eius velut aures sint, ergo græca appellatione hoc dicitur. [Quem sors dierum cunque dabit, lucro Appone,) Ordo est. Quemcunque dierum sors dabit lucro Appone, per quod dicit vnũquenque diem vitæ nostræ nos de lucro computare debere, eo ꝙ mors quotidie possit accidere [Nec dulceis amores Sperne puer,) Pro dum puer es noli spernere. [Donec virẽti canities abest Morosa) .i. senectus difficilis, nam morosi dñr multoꝝ moꝝ inter se cõtrarioꝝ. [Composita) Pro constituta. [Nunc & latentis proditor intimo Gratus puellæ risus ab angulo,) Gratus dicit, sic .n. puellæ solent verecundiam sexus cum libidine miscentes abscondere sequentibus amatoribus, & rursus vt inueniantur, risu se prodere. Tale illud Virg. Et fugie ad salices & se cupit ante videri. [Male pertinaci.) Belle male pertinaci, quia fingunt se retinere, quod volunt sibi adimi, vt iustas habeant causas per quas veniant.

VIdes vt alta) Ex asperitate hyemis monet Thaliarchum quasi principẽ festiuitatis, & conuiuioꝝ, vt igni, & vino frigus & curas ꝓpellat, vt Mancin. latius exeqtur. Ordo est. O Thaliarche tu vides, vt .i. qualiter, Soracte mõs ille in Phaliscis Apollini sacer, stet .i. rigeat, Soracte inquã candidum .i. albicans alta .i. densa niue, nec .i. & non, hoc est vides vt siluæ laborantes .s. onere niuium, nõ sustineant iã .i. amplius onus .i. pondus niuium, quia aut rumpuntur, aut declinantur in terram, & vides vt flumina constiterint .i. constricta sint, & impedita à cursu, seu fluxu, gelu acuto .i. aspero, qđ in glaciem conuertit aquas. [Et ideo dissolue frigus reponens) .i. iteꝝ, atq. iteꝝ ponẽs large ligna sup foco .i. loco q̃ ignẽ fouet, & deprome benignius .i. indulgentius, & abundantius (sicut cõtra maligne fit qđ parce & ab nõ fauente) meꝝ quadrimũ .i. quatuor annoꝝ, dyota .i. amphora binas aures hñte, Sabina .i. q̃ in Sabinis recõdita est, aut q̃ Sabinũ vinũ continet, & pmitte diuis, cetera .i. regimẽ mundi, & auræ tẽperiẽ, q. s. diui, simul .i. statim vt strauere .i. sedauerũt, vẽtos dep̃liãtes .s. prius, æquore feruido .i. freto, aut feruido .i. æstuoso, & multũ cõmoto, nec cupressi, nec orni ueteres agitanẽ .i. nulla fit amplius cõmotio, ad quoꝝ exẽplũ tacite ĩnuit ẽt mẽtis agitationes sedãdas esse. [Quid sit futuꝝ) Proseqtur eãdẽ materiã. Quia .n. solicitudo reꝝ futuraꝝ pñtiũ demit voluptatẽ, dicit, fuge q̃rere .i. disq̃rere qd sit futuꝝ cras, & appone lucro .i. deputato de lucro quẽcunq. dieꝝ sors, aut sors dabit. Nec .i. & nõ, & puer .i. cũ sis adhuc puer, nõ sperne amores dulces .s. ętati puerili iã pubescẽti, neq. tu q̃ habilis, & ꝑitus es saltandi, sperne choreas donec canities .i. senectus, morosa .i. difficilis, & in nulla re cõtenta, abest tibi virẽti, & cãpus .s. Martius, in quo exercebanẽ iuuenes Rom. & areæ .i. alia loca exercitij in vrbe, q̃ minora sunt quã cãpus q. dictus ꝙ capiat ample, & susurri .i. confabulationes cũ amica, lenes .i. suaues sine rixa. repetantur, sub noctẽ .i. paullo ante noctẽ, hora cõposita .i. ad hoc cõstituta. Posset forte ĩtelligi de susurris, hoc est murmure fluuiorũ quorum auditus, & prospectus sub noctem gratus. & iucundus est, sed quod sequitur, amicæ congruit. Risus puellæ .i. datus à puella ab angulo, proditor ipsius puellæ latentis, gra-

eus,

tus .ſ. tibi, repetatur, ſup. nunc .i. compoſita hora .ſ. ante noctem, aut interdiu, & pignus direptum .ſ. a puella, vt ſit occaſio redeūdi, lacertus .i. ab humeris tuis hoc eſt armillæ, aut à digito tuo male .i. non ſatis, pertinaci .i. annulum nō ſemper tenenti, ſed per diſſimulationem dimittenti vt repeti poſſit, repetatur hunc.

MATT. *Bonfinis.* DIſſolue frigus ligna ſuper foco &c.) Exponit Acron, & id quidē (vt reor) non recte, benignum .i. remiſſius cum liberalius & abūdantius exponi debeat, nō remiſſius & parcius, q maxime abhorret a mente & voluntate auctoris, ſi verba cetera penſes, & recte intelligas Dicimus .n. aliquē relaxare animum cum libere alicui rei indulget, remittere vero, cum volumus affectum animi huic contrarium oſtendere.

## IN MERCVRIVM.

*Hymnus ab Alcæo mutuo ſumptus, quo laudat Mercurium, à genere, ab eloquentia, & ſermonis, muſica, palæſtra, & furti inuentione.*

*Ode X. Dicolos Tetraſtrophos: Vt, Iam ſatis terris niuis.*

–∪–––∪∪–∪–∪
–∪––∪∪–∪–∪
–∪–––∪∪–∪–∪
–∪∪––



MERCVRI facunde, nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti catus, & decoræ
More palæſtræ:
Te canam magni Iouis, & deorum,
Nuncium, curuæq. lyræ parentem,
Callidum quicquid placuit iocoſo
Condere furto.
Te, boueis olim niſi reddidiſſes
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret: viduus pharetra,
Riſit Apollo.
Quin & Atreidas duce te ſuperbos
Ilio diues Priamus relicto,
Theſſalosq. igneis, & iniqua Troiæ
Caſtra fefellit.
Tu pias lætis animas reponis
Sedibus: virgaq. leuem coërces
Aurea turbam, ſuperis deorum
Gratus, & imis.

ANTO.



MERCVRI facunde &c.) Decima Ode Mercurium laudat ab genere, ab eloquentia, ab officio, ab inuentis, ab actu, à potentia. Eſt autem hymnus ab Alcæo ſumptus, vt ſcribit Porphyrio Volunt præterea Mercurium repertorem rerū plurimarum, quibus vitæ hominum conſuleretur, fuiſſe hunc enim primum & verba in ordinem redegiſſe, & multis indidiſſe rebus nomina, fuiſſe quoque literarum inuentorem aiunt; inſtituiſſeque quo honore, quibúsue ſacris colerentur dij. In primis obſeruator aſtrorum curſus fuit, & vocum harmonias adinuenit. Palæſtræ, numerorumque & ad corpora curanda medicinæ artis, lyræ inſuper ex neruis trium chordarum, inſtar trium anni temporum, repertorem tradunt. Tris enim inſtituit voces, acutam, grauem, & mediam. Acutam ab æſtate, Grauem ab hyeme, Mediam à vere ſumens, hic & Græcos docuit verborum interpretatione. Vnde & ipſe Hermes .i. interpres appellatur, hæc omnia ex lib. j. Diod. Qui etiam lib. vj. ſic ait: Tribuuntur præterea Mercurio præconia, diffidia, ac fœdera quæ in bellis fiunt: præcones quoque adijciuntur qui internuncij, eſſe ſolent ob eamq. rem ab hoſte tuti. Vnde & ipſum communem vtriuſque dicunt, cum ambobus vtilitatis communis, ac paeis mutuæ interpres exiſtat. Menſuram inſuper, ac pondus & mercaturæ quæſtum repetiſſe affirmant occulteque inuicem peculandi modum. Præco etiam deorum traditur, nunciuſque optimus, quoniam mandata diligenter perficiat. Vnde & interpretis nomen aſſumpſit, non q nominum, aut orationis (vt quidam tradunt) fuerit inuentor, ſed quia diligentius quam ceteri mandata referat. Palæſtram eum introduxiſſe, & ex teſtudinis forma lyram adinueniſſe aiunt Hæc ille.

*Mercurij inuenta. Rerū nomina. Literarum inuentor. Deorum cultus. Aſtrorū curſus. Medicina. Lira inuentor. Hermes. Menſura pondus. Mercatura.*

[Mercuri) Hic vocandi caſus media correpta profertur, eſt n. Trochæos, deinde Spondeus ſequitur, de huiuſmodi autem vocatiuis latinis meminit Gell. lib. ij. cap. xxiiij. meminit item Priſc lib. vij. Cic. præterea in libro de Nat. deo. ſcribit fuiſſe quinque Mercurios. Tertium tamen Ioue tertio natum & Maia. Ex quo & Penelope Pana natū ferunt. Quartum vero argentum inueniſſe, & Argum interemiſſe dicūt ob eamque cauſam Ægypto præfuiſſe, atque Ægyptijs leges, & literas tradidiſſe. Macr. lib. j. Sat. docet. optimæ Argum pro cœlo accipi, & Mercurium pro Sole. Cui Mercurio Tetrachordium ſcribit attribui, quippe ſignificat is numeros, vel totidem plagas mundi vel quatuor vices temporum, quibus annus includitur. Vel q duobus æquinoctis, duobusque ſolſtitijs zodiaci ratio diſtincta eſt. Vt lyra Apollinis chordarum vij. tot cœleſtium ſphærarum motus præſtat intelligi, quibus Solem moderatorem naturæ conſtituit. [Voce formaſti) Cic. in lib de Nat deo. Sic tam vero domina rerum (vt vos ſoletis dicere) eloquendi vis, quam eſt præclara, quamque diuina, quæ primū efficit, vt ea quæ ignoramus diſcere, & ea quæ ſcimus alios docere poſſimus, deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac conſolamus afflictos, hac dicimus perterritos ab timore, hac geſtientes comprimimus, hac cupiditates, iracundiaſque reſtinguimus, hæc nos iuris, legum vrbium ſocietate deuinxit, hæc ab vita immani, & fera ſegreganit. [Catus) Acutus proprie dicitur (teſte Varr.) non ſapiens. Catus ingenioſus, inquit Seru. lib j. Æn. & Tull. lib. j. de Leg. ait, Quis igitur prudentem, & (vt ita dicam) catum, nō ex ipſius habitu, ſed ex aliqua re externa iudicaret? [Palæſtræ) Palæſtra dicitur ludus, & locus πάλη, lucta παλαίω, luctor. παλαιστής, luctator. [Iocoſo furto) Non auaritiæ cauſa commiſſo, verum iocando, ludēdo ue. [Te, boueis) Ordo eſt, Apollo dum minaci voce terret te puerum niſi reddidiſſes boueis olim per dolū amotas, viduus pharetra riſit. [Te, boueis) Quo tēpore paſtor Apollo Admeti regis pauit armenta, dum amori vacabat demulceturque fiſtula, eius boueis incuſtoditas Mercur. in ſiluis abſcondit. Id autem ſolus Battus paſtor, & ſenex aduerterat, itaque ſibi ſilentij gratia vaccam donauit hinc ille, inquit, Tutus eas lapis iſte prius tua furta loquetur. Simulauit Mercurius abire. Mox redijt verſa figura cum voce, petijtque a Batto vt ei aperiret, an boueis aliquas vidiſſet, nam & vaccam, & Taurum tribueret ipſi, inquit ille, Sub illis montibus errant, riſit Mercurius dicens, Me perfide mihi prodis? hinc periurum in ſilicem vertit, qui nunc quoq. dicitur Index, hæc lib. ij. Met. Addunt alij Apollinem, vbi omnia prædicta cognouit, ſumpto arcu voluiſſe Mercurium ſagittis offendere, ille tamen caſtu clam pharetram ei abſtulerat, qua recognita, riſit Apollo, cum prius iraſceretur. [Quin & Atridas) Lib. ll. vltimo lōgo carmine ſcribitur ab Homero, Irim ab Ioue miſſam Priamo ſignificaſſe, Achillem cum donis peteret ſolo comitatus auriga, nec formidaret, Mercurius .n. ducturus erat eum incolumen in illius tentoria. Itaque ſumpto curru, & ideo auriga iter arripuit, occurritque ſibi Mercurius ilico, dicens ſe Achillis, aurigam eſſe tunc per aperta vagantem. Inde Priami currum, aſcendit, immiſſoque ſomno caſtrorum cuſtodibus. Græciſque omnibus inſcijs ad Achillē peruenit Priamus nulli viſus, abs quo Hectoris recepto cadauere, muneribus prius exhibitis, eodem Mercurio duce in Troiam reuerſus eſt [Theſſalos ignes) Et per hos cuſtodes intelligit, qui ante Achillis clauſum tentorium erant Achille cœnanre, dum Mercurio duce aperta ianua ingreſſus eſt Priamus. Homerus .n. lib. Iliad vltimo inducit Archillem inter alia hæc Priamo dixiſſe.

*Mercurius deorum interpres. Mercurij quinque. Pana. Argus. Lyra Apollinis. Catus. Palæſtra. Pale. Boues Apollinis. Mercurius abegit Battus. Index. Iris ad Priamū qui adit Achillem. Mercurius Priami ductor ad Achellem.*

*Te quoque neſcio quis Deus huc comitetur euntem:*
*Quandoquidem iuuenile etiam ſi robur ineſſet:*
*Nec quiſquam auderet, nec ſe committeret hoſti,*
*Ingrediens furtim reſerato cardine noſtras Decepto cuſtode fores.*

[Tu pias lætis) Ordo eſt. Tu gratus ſuperis, & imis deorum aurea virga pias aias lætis ſedib. reponis, & leuem turbam coërces. [Lætis ſedib) Campis Elyſijs. [Leuem) Vanam, & delinquentē. [Coërces) In tartaro. ſ. [Virga aurea) Vir. lib. iiij. de Merc. inquit.

*Tum virgam capit hac animas ille euocat orco*
*Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit.*
*Dat ſomnos adimitq;, & lumina morte reſignat.*
*Illa fretus agit ventos, & turbida tranat Nubila.*

*Mercurij virga*

Homerus item lib. Iliad. vltimo ait, Tum virgam capit, hac oculos

oculos Deus excitat ipse,Hac dulces suadet somnos, & lumina claudit.Macr.lib.j.Sat. scr. Caduceum duobus draconib. ornatū fuisse,mare & fœmina in nodum obligatis inuicem parte media voluminis sui.Mart.ēt lib.vij. sic ait, Cyllenes cœliq́ue decus facunde minister,Curea cui torto virga dracone viret.

*Caducei Dracões*

ACR. MErcuri facunde nepos Atlantis,)Metrum Sapphicū hēdecasyllabum.[Mercuri facūde)Mercuriū laudat ab arte,ut idē ad IuliumFloℝ,Seu ciuica iura.Rñdere paras, seu condis amabile carmen,Prima feres ederæ victricis præmia, & à gñe,vt Virg. Tanti talem genuere parētes.[Qui feros catus) Qui incompositos mores hominum tua eloquentia ab ipso exordio domuisti.[Voce)Eloquio,rōne. [More palæstræ) Exercitatione eloquentiæ, siue quia ab ipso dicitur inuentum exercitium huius certaminis. Hinc Virg. Et crines flauos, & membra decora iuuentæ. [Nuncium)Interpretem. Sic Virg. de eodem, Nunc ēt interpres diuum Ioue missus ab ipso, Testor vtrunque caput,celeres mandata per auras Detulit.[Lyræ parentem) Ipse .n. dicitur lyræ inuentor, & Apollo Caducei. [Callidum)Ingeniosum,doctum. [Iocoso furto) Dulci. vt Vulcani Martisque dolos, & dulcia furta. Iocosum autem furtum vocauit artem præstigiatorum, quam ipse inuenit. Præstigiator vero dicitur ab eo ꝙ præstringit aciem oculorum,& mire moderatur diceodo Iocoso,ac si diceret,non illo quod ad auaritiam, & fraudem spectat. [Te boues olim) Sensus iste est. Abegisti boues Apollini pascenti pecus Admeti regis & cum tibi minaretur sagitta, nisi eas reddidisses,volenti telum proferre, pharetram præstigiatam ademisti. Ordo est, Nisi reddidisses olim boues amotas per dolum, Apollo viduus pharetra,dum terret puerum minaci voce, risit te. [Quin & Atridas) Ordo est. Quin & diues Priamus relicto Ilio te duce fefellit superbos Atridas. [Ilio diues Priamus relicto) Priamus, duce Mercurio, iuit ad Achillem relicto Ilio, & petiuit corpus Hectoris filij sui. Hinc Virg. Exanimumq́. auro corpus vendebat Achilles. [Tu pias lætis animas reponis Sedibus,virgaque) Virg. Tum virgam capit, hac animas ille euocat orco Pallēteis,alias sub tristia tartara mittit, Virgam autem dicit Caduceum quod primo Apollo habuit,& donauit Mercurio lyra sibi tradita.Huius autem virgæ hæc ratio est, Mercurius & orationes Deus dicitur,& interpres deorum, unde virga bellantes diuidit.i.bellum, nam bellantes interpretum oratione sedantur,vnde,ſm Liuium Legati pacis Caduceatores dñr, & græce Hermes dicitur ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας,sicut contra per fœciales bella sumebantur. [Leuem) Vanam,peccatricem.

POR. MErcuri facunde nepos Atlātis) Hymnus in Mercurium ab Alcæo lyrico poëta.Faciundum aūt Mercuriū dixit, q̃ orationis inuentor. Nepotem Atlantis,q̃ Maiæ filius.Maia aūt vna ex Atlantibus.[Voce formasti) Notū est Mercurium inuētorem existimari sermonis,palestræ,lyræ,& furtoℝ. [Magni Iouis,& deorum,Nuncium) Σχῆμα λέξεως, hoc & Virg. Amphitryoniadæ magno,diuisque ferebat. [Iocoso furto) Bene iocoso. Non.n.illo quod ad auaritiæ fraudem spectat. Deinde docet quid sit iocoso furto aliter. [Boues olim nisi reddidisses amotas, per dolum te puerum Apollo dum minaci voce terret,pharetra viduus risi)Fabula hæc autem ab Alcæo facta, & iterum Mercurius icciteo traditur furandi repertor, quia oratio, cuius inuentor est,animos ad audiendum fallit. [Viduus pharetra Risit Apollo) Belle uiduus pharetra pro viduatus pharetra .i. priuatus. [Ilio diues Priamus relicto) Diues Priamus opportune nunc dicitur,ꝙ tantum .s. auri habuerit, ꝙ filij corpus redemit, Mercurio autem duce dicitur ad Achillem venisse, qui custodib. somnum misit,vel ꝙ aurum sub tutela sit Mercurij. [Iniqua Troiæ) Pro eo quod est inimica. [Thessalos ignes)Cum ad Achillem venit propter Hectoris corpus redimendum. [Lętis sedibus) Elysijs campis. [Aurea virga,) Id est caduceo.

ASCEN. MErcuri facunde)Disertissime accumulat laudes Mercurij,nec imerito,est.n.Deus facundiæ,& eloquētiæ,oīsq́. solertiæ,& lyrici est describere laudes deoℝ,vt diximus ex auctore nr̃o de Arte,Musa dedit fidibus diuos, puerosq́. deorum. Primū ergo laudat eum à facunda sapientia, & canendi peritia, quæ duo poëta lyrico summæ sunt necessaria, tum à vafritate. & ingenioso furto lyricis puellarum dolos describere volentibus nun minus scitu necessarijs, ꝙ autem eloquentia feros cultus hominum reformet,attestatur etiam poëta in Arte dicēs, Siluestres homines sacer, interpresque deorum, Cædibus victu fœdo deterruit Orpheus: Dictus ob hoc lenire tygres, rabidosq́. leones.Et Cic. in princ. Rhet. ueterum docet quid valeat coniunctæ sapientia. Ordo est. O Mercuri facunde .i. Deus naturalis eloquētiæ,nepos Atlantis, quia ex Maia eius filia genite, qui catus.i.acutus,& ingeniosus, formasti feros cultus hominū recentium.i.recenter productorum, voce, & more decore palæstræ.i.exercitatione,quam inuenisti. Ego canam te nuncium Iouis magni.i.egregij,& deorum.s.aliorum,& parentem.i.inuentorem,lyræ curuæ in formam testudinis factæ,& callidum condere .i.abscondere,furto iocoso.i.non auaro,nec animo detinendi quicquid placuit.s.condere,vt sequentia probant. [Te boues) Prosequitur (vt dixi) reliquas Mercuri laudes. Ordo est. Apollo dū terret te puerum.i.eum formam pueri.s.bubulci induisses, voce minaci.i.minanti te transfigere iaculis, nisi reddidisses boues.i. vaccas eius amotas olim.s.cum priuatus diuinitate armentum Admeti regis pauit per dolum.i.per fraudem,sicut putauit,quod non putasset, nisi diuinitatem amisisset viduus.i.spoliatus à te pharetra.i.cum sensisset te sibi interea dum tibi minabatur, etiā pharetram cum sagittis sublegisse,risit, propter iocundum & argutum furtum tuum. Quin.i.quinimmo, insuper: Priamus diues,vt qui ingens pondus auri cum Polydoro deposuerat,& pro redemptione Hectoris extincti secum attulerat,vnde illud primi Æn. Exanimumq́. auro corpus uendebat Achilles: Fefellit quia latuit,te duce relicto Ilio.i.dum tuo ductu Ilium reliquit, fefellit,dico Atridas.s. Agamemnonem & Menelaum,& ignes Thessalos.i.excubias Thessalorum, & castra inimica Troiæ per quæ transiuit. Tu gratus & superis & imis deorum reponis lætis sedibus.s.Elysijs,pias animas,& coërces à pijs sedibus uirga aurea, id est caduceo,turbam leuem.i.inconstantem, & quæ fidem Deo promissam non seruauit.

## AD LEVCONOEN.

*Philosophica sententia,ne sapiens de futuris anxius à Mathematicis [illegible]deat, cum solius Dei sit præside futura.*

*Ode XI. Monocolos. Sunt enim omnes versus Choriambici Alcaici Pentametri Acatalecti, qui constant è Spondeo,tribus Choriambis,& Pyrrhichio, vel Iambo,hoc modo.*

*Tū nĕ -- quæsīĕrīs -uu- scīrĕ nĕfās -uu- quēm mĭhĭ quem -uu- tĭbĭ uu*
*Fīnēm -- dī dĕdĕrīnt -uu- Leūcŏnŏē -uu- nēc Băbўlō-uu- nĭōs u-*

-- -uu- -uu- -uu- uu
-- -uu- -uu- -uu- u-

TV ne quæsieris, (scire nefas) quem mihi, quem tibi
Finem Di dederint * Leuconoë: nec Babylonios
Tentaris numeros, vt melius quicquid erit pati?
Seu plures hyemes, seu tribuit Iupiter vltimam:
Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum, sapias: vina liques: & spatio breui
Spem longam reseces. dum loquimur, fugerit inuida
Aetas. carpe diem, quamminimum credula postero.

TV ne &c.) Vndecima Ode Leuconoën admonet, ultimum uitæ finem scire non quærat, consulebat enim illa Mathematicos: Hortatur postea præsentis diei lætitiam carpere, postero nanque credendum minime. [Nefas scite,) Scilicet est. Deus enim futura solus uult nosse, utq́. legitur in libro de Natura Deorum. Nihil tam irridebat Epicurus, quam prædictionem rerum futurarum. Multa tamen cernunt Aruspices: multa Augures prouident: multa oraculis declarantur: multa uaticinationibus, multa somnijs: multa portentis. [Leuconoë) Nomen est à Poëta fictum, fuerat enim Orchami Regis filia pulcherrima quidem, & hinc à Phœbo stuprata, de qua libro quarto Metaphorice Naso meminit, diciturque ob λευκή, id est alba, & θέω, curro. Leucotea uero

*Ino. Matuta. Chaldæi Babylon Numerorũ repertor Mercurius Epigenes astrorũ peritus. Tyrrhenũ mare*

vero filia Cadmi fuit, aliter Ino dicta, ab Homero, ponitur pro Aurora. dicitur .n. quasi Albunea, seu Alba Dea. *ista* nanq. dea est. Matuta etiam a Latinis dicitur, vt scribit Cic. lib. i. Tuscul. [Babylonios numeros) Cic. lib. j. de Diuin. scribit, ꝙ in Syria Chaldæi cognitione astrorum, solertiaque ingeniorum antecellant. Babylon autem (vt Solin. scribit) quondam Chaldæorum caput extitit. [Numeros) Calculationes ipsas astrologorum. Diod. lib. j. scribit. Mercurium fuisse numerorum repertorem. Plin lib. viij. inquit, quod Epigenes apud Babylonios septingentorum viginti annorum obseruationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docebat. [Pati) Adde possis. [Hyemes). i. annos per synecdochen. [Quæ). s. hyems vltima. [Nunc debilitat &c.) Per quod intelligendum quo tempore hæc Ode scribebatur, fuisse hyemem asperam quidem, nam ea mare concitabatur. [Pumicibus) Spongiosis, & aridis scopulis. [Debilitat) Dum .s. ibi illiditur. [Tyrrhenum) Mare Tyrrhenium radens ad Austrũ versus. Tyrrhenum vocatur, auctore etiam Dionysio. Nos Tuscum, Graij Tyrrhenum perhibent, inquit Mela. At Solinus scribit à mari Ligustico ad Siciliam Tuscum esse, quod Græci Ionium, vel Tyrrhenum, Itali inferum vocant. Tyrrheni autem dicti sunt à Tyrrheno Lydiæ rege. Et Diod. lib. vj. scribit quod Tyrrheni fortitudine egregij magno potiri imperio, ciuitates condidere plures, atque opulentas Classe quoque potentes, cum diutius mari imperitassent, Italum peragus Tyrrhenum à se denominarunt Pedestri, quoque exercitu præualidi tubam primi adinuenerunt. [Sapias) Pro, si sapias, ita Prisc. exponit lib. xviij. de constructione Subiunctiui & Mart. lib. xj. inquit, Non puto si sapiam. [Spatio breue) Ob breue spatium. [Liques) Liquare est dissoluere, & liquidum facere, hinc liques futuri Optatiui, potando autem vina liquantur. [Inuida) Non .n. vult esse quod nos sumus. [Diem) Præsentem, scilicet.

ACR. TV ne quæsieris, scite nefas, quem mihi, quem tibi) Metrũ Coriambicom Hexadecasyllabũ, quod constat ex Spõdeo, tribus Choriambicis, & Pyrrhichio, siue Iambo ita, Tu ne quæsieris, scite nefas, quem mihi, quẽ tibi. Siue aliter metrum est Phaleutium, quos scanditur ita, Tu ne quęsieris, catalecton, scite nefas, catalecton, quem mihi, quem catalecton tibi. [Nec Babylonios Tentaris) Vt qui conantur comprehendere finem vitæ suæ numeris. [Seu plures hyemes) Synecdochicos à parte torũ, tempus enim pro anno intelligitur, & est sensus, Licet cognoueris quę res cõmoueat mare, necesse est vt bibendo reseces curam. [Sapias) Deest si. [Liques con.) Potando profetas. [Breui). s. propter breue spatium. [Carpe diem) Fruere præsenti die nihil credens postero. [Quam minimum) Penè nihil significat.

POR. TV ne quæsieris Leuconoe) Leuconoën alloqtur, quæ solicita de vita sua Mathematicos consulebas. Suadet aũt omissa cura futuroꝝ vnumquenque diem de lucro computãs læta exigat. [Babylonios numeros) Mathematicos intellige. Babylonij enim astrologiam inuenisse traduntur, per quã Genesis colligitur. [Et spatio breui Spem longam reseces) Grate .i. cum spatium vitæ breue sit, noli in longum spes tuas porrigere. [Vt melius quicquid erit pati,) Nunc videtur alter sensus incipere, vt sic claudatur, Vt melius possis pati quicquid erit. Ergo subaudiendum hic verbum extrinsecus quod est possis. [Sapias liques vina) Sapias pro, si sapias veterum consuetudine dictum. [Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare Tyrrhenum,) Suauiter dictum, quia illisi fluctus in saxa debiles redduntur, hoc est vires amittunt. [Carpe diem, quam minimum credula postero.) Metaphorice primo quoque, inquit, die fruere. Translatio aũt à pomis sumpta est, quæ. s. ideo carpimus, vt fruamur.

ASCEN. TV ne quæsieris,) Argumentum huius Odes a Mancinello diligenter explicatur. Verum quantum ad intentionem, vr̃ velle cohortari ad tranquillitatem animi, sine qua nulla voluptas nullaque beatitudo contingere potest, ideoq́ue congrue fictum nomen eius ad quam scribitur. Nã Leuconoë .i. alba currensque puella à Phœbo corrupta fingitur, quod nimia indagatione syderum quorum sol princeps est, seipsam confecit. Vnde ordo est. O Leuconoë, tu ne quæsieris .i. caue disquiras, & inuestiges nimium, quem finem, scilicet dierum Dij dederint mihi, & quẽ tibi, quia nefas sup. est scire, & ita non expedit disquirere. Reuera noluit Deus diem extremum sciri, vt semper parati simus. Vnde dicit Dominus in Euangelio, Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam, nec tentaris .n. neque tentaueris, numeros Babylonios .i. supputationes astrologicas à Babylonijs potissimum excogitatas, vt supp. possis, aut si melius pati, quidquid erit. s. patiendum, seu Iuppiter tribuit tibi plures hyemes, id est annos, seu tribuit tibi vltimam. s. hyemem hanc, quæ nunc debilitat. i. fatigat: mare Tyrrhenum, pumicibus. i. spongiosis scopulis oppositis. i. in littore positis, ne terras obruat sapias. i. si sapias: liques i. coles, & dissoluas, vina. s. promendo, & reseces. i. amputes: spatio breui s. dierum, longam spem. Nam ætas inuida fugerit dum loquimur, & ideo carpe. i carptim absume: diem. s. præsentem, q̃ minimum. i. in valde parua parte credula. i. confisa: postero. i. sequenti die. Quia forte nulla secutura est, vnde in quarto huius, Quis scit, an adijciant hodiernæ crastina vitæ tempora Dij superi?

## DE LAVDIBVS DEORVM ET HOMINVM.

*Hac Ode Pindarum imitatus est, in qua miro artificio insinuat se in laudes Augusti dum dubitat quid potißimum dicat, & quid primum, atque ita obiter celebrato Ioue, Pallade, Libero patre, Diana, & ceteris dijs paulatim ad Heroës, Romanorum duces, postremo ad Augustum descendit.*

*Ode XII. Dicolos, Tetrastrophos, Vt:*

*Iam satis terris niuis, atque dira.*

-U---UU-U--
-U---UU--U--
-U---UU-U-U
-UU--



VEM virum, aut heroa, lyra, vel acri
Tibia sumis celebrare Clio?
Quem deum? cuius recinet iocosa
Nomen imago,
Aut in vmbrosis Heliconis oris,
Aut super Pindo, gelidoue in Hæmo?
Vnde vocalem temere insecutæ
Orphea siluæ,
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapsus, celeresq́. ventos,
Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
Quid prius dicam solitis parentum
Laudibus? qui res hominum, ac deorum,
Qui mare, & terras, varijsq́. mundum
Temperat horis?
Vnde nil maius generatur ipso:
Nec viget quicquam simile, aut secundum.
Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores.
Prœlijs audax neque te silebo
Liber: & sæuis inimica virgo
Belluis: nec te metuende certa
Phœbe sagitta.
Dicam & Alciden, puerosq́. Ledæ,
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem: quorum simul alba nautis
Stella refulsit:
Defluit saxis agitatus humor:
Concidunt venti: fugiuntq́. nubes:
Et minax (sic di voluere) ponto
Vnda recumbit.
Romulum post hos prius, an quietum
Pompili regnum memorem, an superbos
Tarquini fasceis, dubito, an Catonis
Nobile letum.

Regu

Regulum, & Scauros, animæq́ magnæ
Prodigum Paullum ſuperante Pœno,
Gratus inſigni referam camœna,
Fabriciumq́.

Hunc, & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum
Sæua paupertas, & auitus apto
Cum lare fundus.

Creſcit occulto velut arbor æuo
Fama Marcelli. micat inter omneis
Iulium ſidus, velut inter igneis
Luna minores.

Gentis humanæ pater, atque cuſtos
Orte Saturno, tibi cura magni
Cæſaris fatis data: tu ſecundo
Cæſare regnes.

Ille ſeu Parthos latio imminenteis
Egerit iuſto domitos triumpho;
Siue ſubiectos orientis oris
Seras, & Indos:

Te minor lætum reget æquus orbem:
Tu graui curru quaties olympum:
Tu parum caſtis inimica mittes
Fulmina lucis.

ANTO. QVEM virum &c.) Duodecima Ode inſinuatione vtitur, quo ad Cæſaris Auguſti laudes deueniat, itaque Clio Muſam alloquitur, dicens. [Quem viꝝ, aut heroa,) Quem Deum celebrare incipiet, aut lyra, aut tibia? Cuiuſque nomẽ retinet Echo, aut in Helicone, aut ſuper Pindo, aut in Æmo? vbi quidẽ Orpheo canente ſiluæ, & arbores ſequebantur cum flumina, & uenti celeres ſiſtebãtur. Dumq́ue dubitare uꝛ̃ quid prius laudet, Iouem celebrare incipit, inde Pallada, Liberũ, Dianam, Phœbum, Herculem, Caſtorem, & Pollucem, inde Heroas, Romulum, Põpilium, Tarquinium, Catonem, Regulum, Scauros, Paullũ Aemylium Fabritium, Curium, Camillum Marcellũ, Iulium ſidus. Tandem Aug. Cæſaris laudes præponit oĩbus. Nam ſecundum ab Ioue uult eſſe in terris. [Heroa) D. Auguſtinus copioſiſſime docens, q̃d ſint Heroës, lib. x. de Ciuit. Dei. his uerbis, Nomen Heroum a Iunone dr̃ tractum, ꝙ Græce Iuno Hera appellatur, & ideo, neſcio q̃s filius eius ſm̃ Græcorum fabulas Heros fuit nuncupatus, hoc uidelicet myſticum ſignificante fabula, ꝙ aër Iunoni deputatur. Vbi volunt Heroas cum dæmonibus habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Idem in vij. Inter lunæ gyrum, nimboꝝ, ac uentorum cacumina aërias eſſe animas, ſed eas animo, nõ oculis videri, & uocari Heroas, & Lares, & Genios. Trimegiſtius quoque auctor eſt,

*Heroas* Heroas habitare inter aëris puriſſimam partẽ ſupra nos, & terrã, ubi nullus eſt nebulis locus. [Acri tibia) .i. altiſſima & graue ſonanti. eſt. n. materia grandior & ſublimis. [Clio) Muſaꝝ una eſt, *Clio* *Cleos* Græce ſic ſcribitur κλειὼ, nam κλέος, eſt gloria, quæ quidem ex rebus geſtis poëtaꝝ carmine relatis oritur, de qua Diod. lib. v. [Recinet) Reſonabit, remittet, reboabit. [Iocoſa imago) .i. Echo, quę

*Echo* uoces noſtras imitari uidetur. eſt. n. Echo uox aëris, uel ſonus in *Imago* ſilua, uel in cauernis reſonans. Dicitur autem imago quaſi imi*Helicon*rago, ut ſcribit Porphyrio. [Heliconis) In Aonia Bœotiæ parte mons eſt Helicon Phocidi affinis, ex Aquilonis partib. Non procul á Parnaſſo diſtans, qui in Phocide eſt. Parnaſſo æmulus eſt, & altitudine & circuitu. Vterque. n. niuib. pulſatur, & rupes amborum ſaxea eſt, hoc autem in loco eſt conſecrata muſis ſedes, fons quem Caballinus, & Libethridum ſpelunca Nympharum auctor eſt Strabo lib vj. Scribit autem Lyſimachus Helicona, &

*Cytherõ* Cytherona denominatos ab Cytherone & Helicone fratrib. qui *Pindus* illic ſingulari pugnarunt certamine. [Pindo) Pindus Theſſaliæ mons eſt, ut ſcribit Solinus, ex eius uertice (ut Str. lib. vj. refert) *Inachus* Inachus amnis defluit. [Gelido Aemo) Aemus Thraciæ mõs eſt, *Aemus.* cuius excelſitas ſex millia paſſum continet, uaſto iugo procumbens in pontum, ut Plin. oſtendit, de quo etiam lib. j. Faſt. habetur. Et quicunque tuas accolit Aemenius. [Temere) Inordinate, confuſe. [Vocalem) Canorum, ſummæ, item perfectæ ſuauisq́ue uocis. [Orphea) Orpheus Trax gñe filius Oeagri, doctrina, melodiaq́., ac poëſi exceſſit omneis quorum extet memoria. *Orpheus* Etenim poëma mirandum edidit, & ſuauitate cantus feras etiam ad ſe audiendum alliciebat, Diod. lib 5. id ſcribit. [Arte materna) .i. muſica. fuit enim filius Calliopes. Virg. in Buc.

*Orphi Calliopea, Lino formoſus Apollo.*

[Auritas quercus) Audiendi ſenſus habentes. Auritus (vt Feſtus *Auritus* inquit) a magnis auribus dicitur, vt ſunt aſinorum, & leporum: alias ab audiendi facultate. [Quid prius dicã) Senſus eſt: Quidnam prius ego dicam, cum ſolitus laudibus parentum. i. maiorum? [Qui rex) Illum ſup. dicam qui eſt rex? Sunt qui legunt: Res hoium &c. [Varijs horis). i. die, ac nocte vel varijs tpibus. Vere, Aeſtate, Autumno, Hyeme: per quæ omnia temperatur annus. [Vnde) A quo rege. [Viget) Floret, valet conſiſtit. [Pallas) *Pallas* Virtus, & ſapientia. dicitur autem á πάλλω, quod eſt vibro, moueo. Bellona. n. dicitur haſta vtens: eadem, & Minerua, eſt. putantq́. aërem nominatum Palladem, ac Iouis filiam dici. & virginem fuiſſe, qm̃ & non corrumpatur, & ſublimiorem locũ teneat, quapropter ex vertice Iouis dicitur nata. id Diod. lib. j. aſſerit. Vtq́. Cic. in lib. de Nat. Deorum oſtendit, Mineruam principem, & inuentricem belli ferunt. atq́. idem Cic. Mineruam dictam, quia minuit, aut quia minatur. Macr. lib j. Sat. ſcribit quod Porph. teſtatur. Mineruam eſſe virtutem Solis, quæ humanis mentibus prudentiam ſubminiſtrat. Nam ideo hæc Dea Iouis capite generata memoratur. i. de ſumma ætheris parte genita, vnde origo Solis eſt Diod. lib. 6. docet Palladi olearum, oleiq́ educendi in inuentionem tribuiſſe antiquos. Nam ante huius Deæ ortum erat hęc arbor cum alijs ſiluestribus immiſta, olei vſus abderat cum eſſet ignota. Addunt ipſi quoque veſtium apparatum & ædificandi artem, prærerea volunt in ceteris artibus hominibus profuiſſe. Nam & tibiam, eiusq́. cantum & plurima inſtrumenta ad varia opificia adinuenit. [Liber) Scribit Diod. lib. 5. *Dionyſ. Bacc.* Dionyſium orbem ferè deambulantem, multas regiones reddidiſſe domeſticas, ac propterea maximis apud omnes honoribus celebratum. Vini, vineæ æque extitiſſe auctorem. Exercitũ quoque ſecum non tantum virorum, ſed etiam mulierum circunducens. nefarios homines, atque iniquos merita mulctauit pœna. In Bœotia vixit, in Indiam cum exercitu tranſcendens triennio poſt multis cum ſpolijs in Bœotiam redijt. [Primus omnium triumphauit) Elephanto Indico vectus. Bœotij, ceteriq́. Græci, Thraces quoque in memoriam Indicæ expeditionis ſacra Trie*Trieterica ſacra*terica ſibi inſtituerunt. Vnde & in multis Græcis vrbibus triennio Bacchides mulieres conueniebant, apud quas de more virgines Thyrſum ferebant in honorem Dei Bacchantes. Suſtulit, & omnes impios, qui in orbe erant, ſed maxime Pentheum, ac Lycurgum, hæc ex Diod. Macrob. autem lib. j. Sat. ſcribit, Ariſt. dicere Apollinem, & Liberum patrem vnum eundemq́. Deum *Apollo Liber.* eſſe. Vtq́. Næuius ait: Liber Sol ab Romanis appellatur: ꝙ Liber, & vagus eſt. Sunt vero qui dicant, Bacchum appellari Liberum patrem, quia hominib. libertatem videatur inferre. Nam etiam Serui ebrietate durante, arbitrantur ſe fregiſſe vincula ſeruitutis. liberat præterea ab curis, & in agendi ſecuriores facit. Scribit quoque idem Macrob. dictn libro, quod calor vini, cuius *Vini calor* Liber pater auctor eſt, ſæpe homines ad furorem bellicum vſq. propellit. [Virgo) Diana intelligitur, quam & Lunam eãdem eſ*Diana Luna*ſe putans. dicta vero eſt Diana, quia noctu quaſi diem efficeret, vt ſcribit Cic. in lib. de Nat. deorum. Diod. autem lib. vj. do*Dictynna*cet, Dictynnam in Creta, genitam ex Ioue & Charmide retia ad *Retia.* venandum inueniſſe, ex quo & dictynna eſt cognominata. Conſuetudine Dianæ vtebatur, quod cauſam præbuit, vt quidam dictynnam. Dianamq́. eandem eſſe exiſtimarent. [Phœbe) Scribit *Apollo aureus & gratia* Macr. lib. j. Sat. arcum & ſagiltis Apollinis ſimulacra decorari, vt per ſagittas intelligatur vis emiſſu radiorum. Manu tamen dextera Gratias geſtare, arcum uero cum ſagittas ſiniſtra, ꝙ ad noxam ſit pigrior, & ſalutem dextera manus promptior largiatur. *Hercules* [Alcidem) Hercules (vt oſtendit Diod lib. v.) antea Alcæus voca*Hercules Alcæus*batur, occiſis autem duobus draconibus (quos Iuno ad eum miſerat) Heracleum dixere, qm̃ Iunonis opere gloriam eſſet ade*Hercules Alcides*ptus. ſuccendente tempore duodecim labores executus eſt, quos ei Euryſtheus Mycenarum rex iuſſerat. De quibus quidem late Sat. j. Iuuen. Iam diximus. Fuerat item Alcæus Amphytrionis pater, vt oſtendit Euripides, á quo Alcides Hercules ipſe dicitur. [Puerosq́ue Lędæ) Caſtor, & Pollux intelliguntur. Fuit autem *Caſtor, Pollux.* Caſtor equorum domitor, Pollux vero pugil, hinc ait Hom. lib. iij. Iliad. Caſtor equum domitor, Polluxq́ue in cæſtibus audax, Scribit autem Plin. lib. ij. ꝙ fulgurum effigies quædam, & antennis

nis nauigantium, alijsque nauium partibus ceu vocali quodam sonu insiltebant, vt volucres sedem ex sede mutantes, graues cũ solitariæ veniebant, mergentesque nauigia, & si in carinæ imadecidissent exurentes, geminæ autem salutares, & prosperi cursus prænuncię, quarum aduentu fugari diram illam, ac minacem, appellatamque Helenam ferunt, & ob id polluci, & Castori id numen assignant, eosque in mari deos inuocant, hominum quoque capita vespertinis horis magno præsagio consulgebant. hæc ex illo. Diximus & plura Ode tertia. [Sic Dij voluere) .s. Castor & Pollux. [Romulũ) Fuit is decimusseptimus ab Aenea ducens originem, Vir bellicis rebus grauis, ac strenuus, & ad constituendum ciuitatis statum optimum prudentissimus fuisse perhibetur. Vrbis autem fundamenta iecit duodeuiginti natus annos ix. Calend. Maij, horam post secundam ante tertiam. Regnauit ann. xxxvij. De Cecinnensibus egit primum triumphum capta eorum vrbe, & Acrone rege propria manu obtruncato. Rursum de Antennatibus triumphauit. de Veientib. tertio. Apud Capreæ paludem Non. Quintilib. apparere desit, annum vitæ agens lv. Numa Pompilius eum postea, vt naturam superantem mortalem templi adornatione, & anniuersarijs sacrificijs Quirinum vocatum statuit honorari. Dionysius, & Solin. auctores. [Pompili) Numa Pompilius, Curibus Sabinis habitabat vir consultissimus omnis diuini, atque humani iuris. Itaque ab Romanis patribus accitus rex creatus est, summaque omnium pace regnauit ann. xliij. auctor est Liu. [Superbos Tarquinis fasceis) .s. Tarquinius priscus Romanorum rex, quintus de Sabinis triũphauit, omne nomen Latinum domuit, regnauit ann. xxxviij. Iam octogenarius interfectus est dolo, ab filijs Anci Martij. Ei autem regnanti Etrusci attulerunt insignia, quib. ipsi reges suos adornabant, Coronam, videlicet auream, sceptrumque habens super caput Aquilam. Tunicam purpuream cum signis aureis, & amictum purpureum fimbriatum. Tulerunt etiam ei duodecim illas secures sumptas ex vrbib. singulis singulas, quas cum virgarum fasce lictores ante regem ferebant. itaque lictores vij. cum securibus, ac virgis, & ius dicenti ei astabant, & eunrem præcedebant. Auctor est Dion. [Superbos fasceis). i. nobiles, & insigneis. [Catonis nobile letum) M. Cato Iunior Vticæ præsidij causa præerat. vt scribit Hirc lib. v. de bel. Afr. Sed cum aduerteret Vticenses se Cæsari dedere velle, & eis persuadere nulla ratione quiret, vt secum oppidum defenderent, ipse omnibus rebus diligentissime constitutis, liberis suis L. Cæsari, qui tum ei Proquæstor fuerat commendatis & sine suspicione vultus, atque sermone, quo superiore tempore vsus fuerat, cum dormitum isset ferrum intro clam in cubiculum tulit, atque ita se traiecit. Qui dum anima nondum expirata concidisset, impetu facto in cubiculum ex suspicione, Medicus, familiaresque continere, atque vulnus obligare cœperunt, ipse suis manibus vulnus crudelissime diuellit, atque animo præsenti interemit. hæc ex Hircio Appi. autem lib. ij. & Plut. dicunt Catonem bis perlegisse librum Platonis, qui de anima inscribitur. deinde obdormisse. postea vero se sub pectore impresso ense vulnerauit circa Gallicinium. Effluentibus itaque visceribus, cum strepitus insecutus. esset, Medicus accurrens illæsa viscera, & vulnus colligauit. Cato deinde proprijs manibus viscera lacerans, expirauit, anno ætatis 48. Cognita inde Catonis morte, dixisse dicitur Cæsar. inuideo morti tuo Cato, nam & tu gloriæ meæ pro salute tua inuidisti. Scribit etiam de morte Catonis ipse Florus: Seneca item epist. 24. [Nobile letum) Valerius etiam lib. 3. de fortitudine: hanc Catonis mortem laudat. Cic. item lib. j. Off. secutus Stoicorum dogma laudat mortem Catonis seueri, grauis, atque perfecti Stoici. Stoici enim rigida disciplina formari mortem paratam habebant. Verum peripateeicorum sententia vituperatus est Cato, timidusq. potius appellandus, q̃ fortis, cum sibi mortẽ conscierit, vt incommodum aliquod euitaret. D. quoque Augustinus hanc ipsam mortem vituperat. Philosophus item lib. 3. Ech. sic ait: mortem autem sibi consciscere ob fugiendam paupertarem aut amorem, aut molestum aliquod, non fortis est hominis, sed potius timidi. Est enim mollitudinis laboriosa fugere. Atque non quia res est honesta appetit mortem, sed quia malum fugit. Et lib. 5. Nemo vero sponte iniuriam patitur. Atqui seipsum occidit sponte id, quod lex non permittit, contra legem efficit rectam: iniuriam ergo facit. Sed cui nam quæso? an ciuitati? non sibijpsi, nam sua patitur sponte. Quaptopter, & ciuitas mulctat, vt ciuitati iniuriam facientem. [Regulum) M. Attilius Regulus Romanæ classis imperator, primo Punico bello nauibus quinquaginta supra trecẽtas in Lybiam delatus est, à quo vrbes ferè ducentæ in deditionem redactæ sunt, quæ Carthaginensium odio ad eum defecerunt. Carthaginenses postea Xantippum Lacedæmonium ducem sibi fecere. Itaque multi Romanorum cæsi, & capti sunt cum quibus etiam Attilius imperator qui postea cauea clauis circũuallata inclusus extinctus est. hæc ex Lybico libro Appiani. Meminit etiam Plin. de Viris illustrib. Multa etiam Polyb. lib. j. Cic. autem lib. ij. de Finib. scribit: Regulum Vigilijs & famæ cruciatum, video etiam Gell. lib. vj. cap. iiij. & Sil. lib. vj. [Scauros) Scauri patritij fuerunt, quorum, M. Aemylius Scaurus eloquentiæ consultus ex ea gloriam peperit. de quo late Plin. de Viris illustrib. Salust. etiam in Iugur. sic ait. Sed ex omnibus maxime Aemylius Scaurus homo nobilis, impiger factiosus, auidus potentiæ honoris, diuitiarum, ceterum calli de vitia sua occultans. Meminit etiam de hoc viro Val. lib. iij. de fiducia sui. [Paullum) L. Aemylius Paullus, M. Terent. Var. collega, secundo bello Pun. fuit, quo tempore pugnatum est apud Cannas cõtra Hannibalem, vbi primo statim prœlio funda grauiter ictus fuerat, tamen & occurrit sæpe cum consertis Hannibali, & aliquot locis prœlium restituit protegentibus eum equitib. Romanis. reliquit postremo equum, quoniam sibi vires deficiebant ad eum regendum. Cumq. Cn. Lentulus Trib. militum prætervehens equo sedentem, in saxo cruore oppletum consulẽ vidisset, L. Aemyli, inquit, quem vnum insontem culpæ cladis hodiernæ Dij respicere debent, cape hunc equum dum, & tibi viriũ aliquid superest. Comes ego te tollere possum, ac protegere, ne funestam hanc pugnam morte consulis feceris etiam sine hoc, lacrymarum satis, luctusq. est. Ad ea consul: Tu quidem Cn. Corneli macte virtute esto, sed caue frustra miserando exiguum tempus è manibus hostium euadendi absumas. Abi, & nume in hac strage meorum patere expirare. hæc & plura exigentem, prius turba fugientium ciuium deinde hostes oppressere consulẽ ignorantes, quis esset obrueruntq. telis: Lentulum in tumulum arripuit equus &c. Hæc ex Liu. lib. ij. tertiæ Decadis. [Prodigum) Prodigere est consumere, vnde, & prodigus fit. Auctor est Festus. [Camœna) Camœnæ Musæ, a carminibus sunt dictæ, vel q canũt antiquorum laudes, vel q sint, castæ mentis præsides, vt Fest. ait. [Fabricium) Fabricius Licinius honoribus & auctoritate, omni ciue temporibus suis maior, censu par vnicuique pauperrimo, qui à Sannitib. quos vniuersos in clientelam habebat, decẽ æris, & quinque pondo argenti, totidemq. seruos sibi missos in Sannium remisit continentiæ suæ beneficio sine pecunia prædiues, sine vsu familiæ abunde comitatus, quia locupletem illum faciebat, non multa possidere, sed modica desiderare. Hæc Valerius scribit lib. iiij. de Continentia. [Curium) M. Curius Sannitum legatis agresti se in scamno assidentem foco, ac ligneo catino cœnantem spectandum præbuit, ille Sannitum diuitias contempsit, Sannites eius paupertatem mirati sunt, nam cum ad eũ magnum auri pondus publice missum attulissent, benignis verbis inuitatus, vt eo vti vellet, vultum risu soluit, protinusq. superuacuæ, inquit, ne dicam ineptæ largitionis ministri, Narrate Sannitibus M. Curium male locupletibus imperare, q̃ ipsum fieri locupletem, atque istud vt pretiosum, ita malo omnium excogitatum munus refertote & mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi posse. Valer. lib. iiij. de Continentia ita scribit. [Camillum) Furius Camillus sua iustitia, Phaliscos in ditionem accepit. Veios hyeme obsidione domuit, deq. his triumphauit, damnatus postea q prædam inique diuisisset. Ardeam concessit. Mox cum Galli Senones relictis ob sterilitatem agris suis Romanorum exercitum apud Aliám fluuium occidissent, victores vrbem intrarunt. Tunc Camillus absens dictator dictus. collectis reliquijs Gallos improuisos occidit, Populum R. migrare Veios volenrem retinuit, sic & oppidum ciuibus & ciues oppido reddidit. Auctor Plin. de viris illustrib. [Sæua paupertas) Liuius etiam in præfatione ait, Quanto rerum minus tanto minus cupiditatis erat. Nuper diuitiæ auaritiam, & abundantes voluptates desiderium per luxum, atque libidinem pereundi, perdendiq. omnia inuexere. [Auitus) Per hoc maiorum suorum parsimonia contentos ostendit. [Cum lare). i. domo. [Apto fundus) Hoc est non egregia, & superba domo. Ouid. lib. j. de Trist. Quæ nostro frustra iũcta fuere Lari. Idem lib. j de Am. Dij tibi dent, nullosq. Lares, inopemq. senectam. Et longas hyemes, perpetuamq. sitim. Lares etiam Dij compitales dicuntur. Suet. in Aug. Compitales Lares ornare bis in anno instituit vernis florib. & æstiuis. [Occulto) Occulte procedenti. [Marcelli) M. Marcellus Gallorum ducem apud Padum ingenti exercitu stipatum, cum paucis equitibus inuasit, quem protinus obtruncatum armis exuit, eaq. Ioui Feretrio dicauit. Id scribit Val. lib. iij. de Fortitudine. Addit Plin. q Syracusas per treis annos expugnauit quinquies

*Margin notes (left column):* Romulus. Romæ natalis. Romuli Anni 5. Quirin⁹. Numa Pōpilius. Tarquinius Pris. Sceptrũ regale. Secures. Lictores. Fasces. Catonis mors. Attilius. Regulus.

*Margin notes (right column):* Xantippus. Scauri. Paullus Aemyl. Prodigere. Camœnæ. Fabriti⁹. Curius. Camillus. Diuitiæ. Lar. Lares. Marcellus.

consul insidijs Hannibalis deceptus,& occisus est. vtque Liuius lib.iij. de secundo bello Punico ostendit, sæpius Hannibalem ab Nola,& ab Cumis in fugam verterat, multis hostibus occisis. [Iulium sydus) Iulius Cæsar in Deorum numerum relatus est,non ore modo decernentium, sed & persuasione vulgi, si quidé ludis quos primo consecratos ei hæres Augustus edebat,stella crinita per septem continuos dies fulsit exoriens circa horam xj. Creditumque est,animã esse Cæsaris in cœlum recepti, & hac causa simulacro eius in vertice edebatur stella. Suet. ita scribit. [Igneis) .i.stellas.Cic. lib.v.de Rep. Hisque animus datus est, ex illis sempiternis ignibus,quæ sydera,& stellas vocatis. Et paullo inferius ait,Erant aũt hæ stellæ, quas nunquam ex hoc loco vidimus, & hæ magnitudines omnium,quas esse nunquam suspicati sumus. Ex quibus erat ea minima, quæ vltima ab cœlo, citima à terris luce lucebat aliena.Stellatum aũt globi terræ magnitudinem facile vincebant. Horat.aũt dicens,Velut inter igneis Luna minores,locutus est vulgari opinione. [Genti humanæ pater,atq. custos) Iupiter Saturni filius excessit fortitudine, & ceteris virtutibus oẽs. Accepto enim post Saturnum regno maxima, plurimaque,contulit ad hominum vitam. Primus omnium iustitiam docuit mutuo seruare inter mortales, omni vi atque iniuria remotis. Postea vero ꝙ in cœlum delatus est, memoria nõis eius animis hominum adeo infixa permansit,vt omnium quæ in cœlo fierent,velut imbrium,tonitruum, fulminum, ceterorumque huiusmodi potens,existimaretur. Itaque, ꝙ vitæ causa hominibus esse videretur, cum fructus terræ ad maturitatem perduceret, Iouem dixere,patrem vero, tum quia singulorum susceperit summa cum beneuolentia curã, tum quia tãquam dux hominib. extiterit recte viuendi. Imperator, ac rex ob imperij amplitudinem consultor,ac prouidus propter consulendi prudentiam appellatus est. hæc ex Diod.lib.vij. [Cæsaris) Augusti.s. [Secundo Cæsare) Secundo a te.s. Nam tu in cœlis ille in terris regnat.

*Iulij sydus. Iul. Cæs. Iones.i. stellæ. Luna Stellæ Iupiter pater Iupiter rex.*

*Parthi* [Parthos) Parthorum imperium orientis erat, vt Iust. late vij. lib. ostendit. Augusto Cæsari Parthi, & Armeniam vendicanti facile cesserũt & signa militaria,quæ M. Crasso & M. Antonio ademerant,reposcenti reddiderunt,obsidesq. insuper obtulerunt. Auctor est Tranquillus.de quo ẽt latius ante diximus. [Latio imminenteis) Quomodo Parthi Latio,hoc est,ipsi Italię & Romanis imminerent videto Appianũ in libro Parthico, ibi.n.clarissime hæc scribuntur. [Iusto triumpho) Iustum nanque erat vt signa militaria Crasso adempta reciperentur. Vtq. Tranquillus scribit: Augustus nulli genti sine iustis & necessarijs causis bellum intulit. *Seres* [Seras) Seres (vt scribit Plin lib.6) regionem inhabitãt, quæ spectat æstiuum Orientem,& primi sunt hominum, qui noscantur lanificio siluarum nobiles perfugam aqua depectentes frondium canitiem. *India* [Indis) India,& maxima est,& ad Oriẽtem exposita. Vt Str.lib.xv.ostendit: Fauonij vero spiritu saluberrima est,bis in anno æstatem habet,bis legit fruges. vti Solinus asserit. Dion. scribit: Indiam in ipsis Oceani labris sitam ad Oriẽtem,regionem sanè iucundissimam [Tu graui curru)Sensus est, Siue Augustus domuerit Parthos, seu Seres, & Indos, Ioue minor æquus orbem terrarum reget. Non enim propter hanc gloriam se Ioui æquaret. Itaque ipse Iupiter Olympum reget, & fulmina in lucos pollutos iacet. Nam secundum Pontificum, & Haruspicum documenta polluti luci fulminibus tangebantur. [Quoties Olympum) secundum vulgarem opinionem loqtur. Nam reuera si in nube luctetur flatus,aut vapor,tonitrua eduntur si erumpit ardens, fulmina, si longiore tractu nitatur, fulgetra,ijs finditur nubes, illis perrumpitur. Auctor Plin.lib.ij.

ACR. QVem Virum heroa lyra vel acri) Metrum Sapphicum Hendecasyllabum. In hac Ode velut præpositio est cuiusdam incerti carminis. Nam dubitat qd primum vel quid potissimum dicat,vtrum deorum cœlestium laudes,an Romanorum, & fortium ducum,omnes tamen laudat, cum se fingit ancipitem per oratoriã paralipsim, verum maiori intentione in Augusti laudes contendit,quem secundum á Ioue vult esse in terris. [Quem virum) De viuis iam Semideis. [Aut heroa) De mortuis. Ordo est, Clio quem virum,aut quem heroa sumis celebrare tibia,aut acri lyra, id est graue sonanti. [Quem Deum? cuius recinet iocosa) Ordo est. Quem Deum sumis celebrare? cuius iocosa imago recinet nomen. Aut in vmbrosis oris Heliconis,aut super Pindo, vel in gelido Aemo,vnde siluæ temere sunt secutæ vocalem Orphea morantem rapidos lapsus fluminum materna arte,& celeres ventos blandum ducere,auritas quercus canoris fidibus. iocosa aũt imago bene dixit,quæ voces nostras imitari videatur. [Vnde vocalem) Vocales omnes dicuntur summæ vocis. [Arte materna) Musica.s.nam filius Calliopes dicitur. [Auritas) Sensum audiendi habentes. [Ducere) Ad se ducere,oblectare. [Quid prius dicam) Illum, scilicet qui temperat res hominum ac deorum, aut quas ego soleo dicere laudes,vel quas omnes. [Temperat.) Distinguit vel diuidit,vel regit. [Horis) A quibus velut temperatur annus per Ver, Æstatem, Autumnum, & Hyemem, tra it, enim temperat á Lyra. [Vnde) Ex illo, qui cunctat temperat, vel a quo. vt Virg. Vnde genus ducis, & genus vnde Latinum. [Nec viget quicquam) q.d. Iouem super omnia sine comparatione. [Aut secundum) Secundùm Aruspicum dicta,vel disputationes,qui Iouem primam,secundam, & tertiam partem cœli solũ volunt in fulminibus tenere. [Proximos illi tamen occupauit) Proximam Iouis honori Mineruam dicit, hoc est virtutem, & sapientiam Deo vicinam. vnde nulla quæstio est cur supra dixerit, Nil Ioui simile,aut secundum & in sequenti Mineruam posuerit. [Prœlijs audax) Nimia enim vini potatio litem generat, & audaciam. [Virgo) Dianam studiosam venandi dicit. [Neque te silebo.) A superioribus. [Metuende certa Phœbe sagitta.) Apollinem dicit sagitta metuendum propter Amphionem, qui cum filijs peremptus est, nam Apollini,& Dianæ certæ, & ineuitabiles ad feriendum sunt sagittæ, vtpote numinis. sicut est, Nec dextræ erranti Deus absuit. [Puerosq. Ledæ,) Castorem & Pollucem Ledæ filios. [Amatorem equorum Castorem.) Dixit,vt est. Talis Amiclæi domitus,Pollucis habentis Pollucem vero pugnis,non bellis valentem, ab eo, ꝙ pugil fuerit,ergo pugnos dixit,vt Terentius, pugnos in ventrem ingere. [Hunc equis) .i.equestri prœlio. [Alba) Serena,signum geminorum,nam frequentius dum oritur, tempestas facit. sed hic prosperum posuit. [Defluit saxis agitatus humor.) Laus stellæ à tempore. Nam Verno tempore nascitur, quo & niues resoluuntur. Virg Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur. [Agitatus.) Solutus. [Concidunt venti.) Fugantur,vt est. Et hyberni parcebant flatibus Euri. [Fugiunt nubes.) Fugantur. [Voluere Dij) Vel pueri Ledæ. [Recumbit) Sternitur quod vento rumuerat. [Romulum post hos) Ordo est,Dubito an prius memorem post hos Romulum, an quietum regnum Pompili an superbos fasces Tarquinij,an nobile letum Catonis. hos autem Romanos duces & nobiles prætereundo cõmemorat, vt Augustum cunctis præferat.Nam Romulus vrbis Romæ conditor est. Numa Pompilius à Curibus Sabinis,ad regnum vocatus est sacrorum inuentor. Tarquinius quoque rex virtute magnus, sed hic Priscum posuit,non superbum. Nam fasces nobiles dixit. Cato dum mortuo Pomp. apud Vticam obsideretur amore libertatis manu sua se peremit. Vnde & Vticensis vocatus est. Regulus autem cum Afros vicisset,ab eisdem cum paucis captus est, quem cum Carthaginenses Romam pro cõmutatione captiuorum misissent,acquiescentes Romanos suo consilio reuocauit, hunc Pœni,dum sacramenti memor reuertisset.sectis palpebris, vigilijs necauerunt. Paullus, & Terentius Varro consules aduersum Hannibalem missi sunt.hi apud Cannas Apuliæ vicum, grandi exercitus R.clade superati sunt. Paullus pòstquam tantã vitio collegæ suorum vidit stragem,se perimendum hostibus dedit. Fabritius quoque magnis præmijs à rege Pyrrho tentatus, cum nimis pauper censu esset corrumpi non potuit, de quo Lucan.Quo te Fabritius regno quo uendidit auro. Cuius paupertate clarus,de agro ad cõsulatum reuocatus est,& qui nunquam totundit Cæsarem,propter iniuriam præturæ.Camillus de exilio reuersus uictores Gallos urbe pepulit, & ad internecionem cecidit,victorq. sua sponte in exilium redijt. [Pomphili regnum) Magna enim pax fuit eius temporis. [Superbos Fasces) Aut nobiles,aut reuera superbos. [Regulum) Referam inquit, insigni camœna Regulum. [Et Scauros) Nobiles Romanos,qui & censores,& consules fuerunt. [Prodigum) Contemptorem vitæ. [Gratus) Aut delectabilis, aut libens, aut gratiam meritis debens. [Hunc) Ordo est Hunc,& Curium incõptis capillis, & Camillum vtile bello tulit sæua paupertas, & auitus fundus cum apto lare.i conueniens fundus,& domus tenuitati. [Incomptis) impexis. [Vtilem bello tulit) Vt Lucan. Fœcunda uirorum paupertas. [Sæua magna) Sæuus ubi Æacidæ telo iacet Hector. [Crescit occulto uelut arbor æuo.) Incrementa arboris, nisi posteaꝗ creuerint, non uidentur. [Fama Marcelli) Marcellum Octauiæ dicit filium sororis Augusti, qui puer mortuus est. de quo Virg. Si qua fata aspera rũpas,tu Marcellus eris. aut illum Marcellum cõmemorat,qui primus Hannibalem apud Nolam, ciuitatẽ in fugam cõpulit,& ab eo postea occisus est. [Iulium sydus) Vt Virg. Ecce Dionei P. Cæs. [Velut inter) Pulchra comparatio. [Gentis humanæ pater atque custos) Apostrophe ad Iouem. est autem periphrasis. [Fatis) Per fata. [Tu secundo) .i. sit

secundus

secundus à te.s.vt tu in cœlo,ille in terris regnet. [Ille seu Parthos Latio immunentes) Parthi in Latium nec venerunt,nec tentauerunt venire,sed quia dilatatum est imperium Rom. Latium vocauit,quia subditione latuerat, vt Virg. Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.i.à ditione Romana. [Egerit) Sub egerit. [Domitos) Subiugatos. [Seres & Indos) Subaudi a superiorib. regnus secundus à Cæsare. [Aequus) Iustus. Ordo est. Ille æquus minor te reget latum orbem. [Tu graui) Ordo est. Tu quaties Olympum graui curru, tu mittes inimica fulmina parum castis lucis. [Quaties) Honore numinum sueris. [Parum castis) Pollutis s̃m pontificum documenta & haruspicum, qui dicunt nunquam fieri fulmina nisi locis pollutione aliqua alienis.

POR. QVem Viꝝ,aut heroa,lyra, vel acri Tibia sumis celebrare Clio?) Hæc à Pindaro sumpsit. Cōtinet aūt hæc Ode laudes deoꝝ, ac principium Rom. [Iocosa nomen imago) Et hoc q̃a velut ludens respōdet. Imago dr̃ quasi imitago. Heliconis, Helicon aūt mōs Bœotiæ musis sacer. [Pindo) Pindus Thessaliæ mons. Lucan. Pindus agens gemitus. [Vnde vocalem temere insecutæ Orphea siluæ) Quid est temere? vtrum inordinate & passim, atque confuse, an vero sine cunctatione & facile? [Arte materna).i.musica. Orpheus.n. Calliopes musæ filius. [Blandum & auritas fidibus canoris Ducere quercus) Blandum ducere sua figura dixit, vt, Callidum quicquid placuit iocoso condere furto. [Auritas quercus) Audenter dictum. Relatum autem ad id, quod cantu mulcetur. [Quid prius dicam solitis parentum) Solitis laudibus. vtrum mihi solitis, an vulgo. [Vnde nil maius) Vnde aut ad Iouem, aut ad mundum refertur. vnde autem ita positum. vt, Genus vnde Latinum, pro ex quo. [Neque te silebo Liber) Attende ꝙ promittit se dicturum de his, non tamen dicit. [Puerosque Ledæ) Græca consuetudine pueros pro filiis, Castorem, & Pollucem significat. [Alba nautis Stella refulsit) Nūc candida & benigna, vt econtrario illud dicitur, Nigro cum lacte venenum. [Defluit saxis agitatus humor) Saxis litorosis.s.quę fundantur.i.fluctibus se in ea illidentib. [Et minax, ꝙ sic voluere ponto) Quòd sic voluere, pro cum voluere. [Recumbit) Ausem pro eo ꝙ quieta sit dictum. [An superbos Tarquini fasces) Dubium est, an si quidem superbos fasces dixit, Tarquini supbi intelligamus. Tarquinius.n. Superbus dignus nō est, cui laudes inter deos & hos, quos principes nominabat, dicantur. Superbos ergo magnificos intelligamus, vt Tarquini Prisci fasces dicat, non Superbi. [An Catonis Nobile letum) Eius qui se Vticæ interemit. [Animæque magnæ) Aemylium Paullum dicit, qui victus ab Hannibale apud Cannas Apuliæ virū vitio collegæ Varronis maluit perire, q̃ ex eo fugere. ergo prodigum contemptorem intelligendum. prodigi.n. dicuntur proprie qui bona sua à se disperdunt, quasi porro ea ab se agentes. [Fabritium) Licinium.s. [Apto cum lare fundus, & apto lare & conueniente grasus fundus intelligendus. [Fama Marcelli) Claud. Marcellum Octauiæ Augusti sororis filium. Cuius interitum Virg. in vij. lib. deflet. [Occulto æuo) Occultum autem æuum, occulte procedens. [Iulium sidus) C. Cæsaris stellam dicit. [Gentis humanæ pater, atque custos) Quasi occultus sensus. hoc autem dicit magis, vt neminem secundū abs te velis esse, q̃ Cæsarem. [Ille seu Partos Latio) Grata conceptione loquitur. Nam dum rationem indutit pro incolumitate, atque imperio Augusti, mire illi honorem indulget, dicens. Siue Parthos domuerit, siue Seres, atque Indos, nihilominus tibi Olympi regnum tonitruare, atque fulminare permittet. [Graui curru quaties Olympum,) Hoc secundùm vulgarem opinionem dicitur.

ASCEN. QVem Viꝝ &c.) Perinde atq. musico furore se raptū sentiat, & instigatum ad alicuius laudes celebrādas, quærit à Musa, quem Virū, aut Heroa, aut Deum sumat celebrare. Hi tres.n. sunt laudandi, sed mirandum est ingenium poëtæ, q̃ ad vires suas respiciēs ab infimis proponit. Nā viri minores sunt heroibus, q̃ quasi Semidei sunt, & Heroës dijs immortalib. Veꝝ in prosequendo respicit ad merita dicendorum, nam à summis dijs auspicatus per eos ad diuos ex hominibus factos, ad heroas & principes viros ad Augustum vsque progreditur. Ordo autem est. O Clio quem Virum, aut heroa sumis.i. assumis celebrare lyra, uel acri.i.acuta tibia. Quem Deum.s.sumis, cuius.s.viri Herois, aus Dei. Nomen imago iocosa.i. Echo referens cantū Musarum laudatorum noīa repetentium, cecinit aut in oris.i. nemoribus, vmbrosis.i.opacis, Heliconis.s.montis Phocidis Apollini & Musis sacri, aut super Pindo monte Thessaliæ, dicit autem antique sicut Maro, Fronde super viridi, aut in Aemo monte Thraciæ, unde.i.de quo monte, siluæ sunt insecutæ temere.i. sine ordine, Orphea vocalem.i. voce canentem & plectro, & morantem.i.retinentem, arte materna.s.Calliopes musę, hoc est musica, rapidos cursus fluminum & celeres ventos, blandū.i. & blande potentem, ducere fidibus.i.chordis canoris, quercus auritas, quia auribus dulcedinem captantes. [Quid dicam prius solitis laudibus).i.s̃m solitas laudes parentum.i. maiorum, q̃ sup. eum.s. Iouem, qui rex sup. est hominum, ac deorum qui temperat mare & terras & mundum.i.ornatum vniuersum, varijs horis. Sed in quodam lib. legi, Qui res hominum, ac deorum, vt referatur ad illud Temperat. vt sit ordo, Qui temperat res hominum, ac deorum, & mare, & terra &c. Vnde.i.à quo, nil generatur maius ipso. quod de Deo uero conceditur, nec viget quicq̃ simile, aut secundū.i. proximum ei, quod negatur in Deo patre qui filium æqualem sibi genuit, tamē Pallas.i. Dea sapientiæ occupauit honores proximos illi. Neque ò Liber audax prœlijs apud Indos gestis, silebo te. & nec te ò virgo.s.Diana inimica, belluis.i.feris, nec te Phœbe metuende sagitta, quàm iratus promis. Ditā &c. prosequitur reliquos, dicens: Ego dicam.i.canam & laudabo, &.i.etiam, Alciden.i. Herculem Alcæi nepotem, & pueros.i filios, Ledæ.s.Castorem & Pollucem geminos, hunc.i.alteꝝ eoꝝ.s.Castorem, nobilem.i.magnæ famæ & claꝝ, superare equis.s.domandis, & illum.s.Pollucem, nobilem superare.i.excellere, pugnis.i.arte pugillandi, quorum.s.fratrum geminoꝝ, simul.i.dum simul, stella refulsit.i.resplenduit, alba.i.lucida (vt prius: Sic fratres Helenæ lucida sidera) aut fauorabilis, nautis.i.nauigantibus humor.s.vndaꝝ maris, agitatus.i.cōmotus vi ventoꝝ. [Defluit).i.deorsum fluit, saxis.i.de scopulis, & venti concidunt.i.simul cadunt, & nubes fugiunt.s.à mari, & vnda minax.i.prius minans submersionem recumbit.i.resīdit, ponto.i.mari. Sic Dij voluere; hoc est cur id fiat nescitur, nisi ꝙ Dij ita voluere, vt dum geminæ faces Geminoꝝ nautis appareant, tranquilla sint omnia. Sunt & qui legant, ꝙ sic voluere. Ego dubito an memorem post hos.s. deos & diuos, atque Heroas Græcos, prius.s.q̃ alios, Romulum.s.regem & patrem Romani imperij, an regnum Pompili.s.Numæ, quietum.i pacificum, cum ille religioni deditissimus, Iani tēplum sub perpetua pace clauserit. An memorem.i.recitem, superbos.i.magnificos fasces.i.insignia regalia Tarquini, pro Tarquinij.s.Prisci non Superbi cognominati, an nobile letum.i.necem, quam sibi ipse consciuit, Catonis.s.Vticensis. Boosinis, quia Tarquinius Superbus illaudabilis videtur, intelligit de fascibus Bruti illi ademptis, cui non refragor, putem tñ sententiam superiorem non pœnitendam. Videre licet Bonfinis annor.xiij. s̃m quam ordo est. An memorem fasces superbos i.nobiles, & quibus Brutus primus consul quodammodo superbe, quia sine collega vsus est, Tarquini.i.ademptos Tarquinio Superbo, & filijs eius ꝑp vim illatam Lucretiæ. Ego gratus.s.virtuti rantoꝝ virorum, vnde imperium Rom. aut partum, aut illustratum est referam.i.recensebo, insigni camœna.i.carmine, Regulum.s.M.Attilium, & Scauros.s.patritios viros, & Paullum.s.L.Aemylium, ꝓdigum magnæ animæ, quam pro Rep. deuouit, Pœno.s.Hannibale, superante.s.apud Cānas, q;, pro &, Fabritium.s.Licinium. Hunc & incomptis, prosequitur reliquoꝝ Romanoꝝ laudes, vt ad Augusti præconia tandem perueniat, dicens: Paupertas sæua.i.valde magna, vel sæua quæ non miseratur egenos. Nam q̃ paupertatis amatores sunt, credunt eam non esse malam, nec habere causam miserationis, & fundus auitus.i.ab auis iuste obtentus, nec auctus, cum lare.i.domo & familiari ire, apto.s.tali fundo, tulit hunc.s.Fabritiem iam dictum, & Curium.s.Marcum, capillis incomptis, quia in agro vixit, aut quia intonsi erant Prisci Romani, vtilem bello.i.ad bellum, & tulit Camillum.s.Furium alterū quasi Romulum & vrbis conditorem. [Fama Marcelli).s.Marci.cresci velut arbor, æuo occulto.i.imperceptibiliter transeunte, quia nobis dormientibus crescunt arbores, crescit aūt fama claroꝝ viroꝝ post mortem, quæ viuis, inuidia deterebatur. Sidus Iulium.i. quod visum est, cum Augustus ludos funebres illi ageret aut splendor gloriæ eius, micat.i.rutilat & splendet, inter omnes ignes.s.cœlestes, quę stellę sunt, hoc est inter omnes omnium laudes, velut Luna micat inter ignes minores, quia à Sole offuscat̄. O pater, atque custos gentis humanæ.i.humani generis, hoc est: O tu Iupiter conditor & conseruator naturæ humanæ, orte.i.ꝓgenite Saturno. à quo etiam Latini reges originem traxerunt, quia Fauni picus pater Saturni erat filius, dicente Marone Aen. vij. Fauno Picus pater, isq́. parentem Te Saturne refert, tu sanguinis vltimus auctor. Meminit ergo hic Saturni, quia hic Iulius ex Aenea & Lauinia, Latini filia originem traxit. cura magni Cæsaris.s. Augusti, est tibi data, satis.i.æterna prouidentia, tu regnes.s.in cœlis, Cæsare existente secundo.i.tibi proximo, vt qui regnet in terris. vnde addit. [Ille).s.Cæs.Augustus, seu ege-

Bonfinius. rit i. (vt Bonfinis sentit) rexerit à Ventidio Basso prædomitos, aut egerit.i.in Basso triumphans impulerit suo auspicio, licet Antonij collegæ sui iussu Victos Parthos. Mihi autem placet, vt sit sensus, ille.s. Augustus, siue egerit.i.impulerit ad reddenda signa Roma. Parthos imminenteis Latio.i.qui post mortem M.Crassi ablatis signis irruissent in Latium, nisi Augustus fuisset. vnde addit, Domitos iusto triumpho, quia materia iusti triumphi, est taleis domare, seu egerit.i.coegerit expetere pacem, & amicitiá Rom. Seras & Indos subiectos.i.domitos, oris.i.in oris Orientis.i.Orientalibus, aut subiectos.i.additos oris orientis. Legunt Seres, sed quia corripitur, videtur legendum Seras. accusatiuus enim tertiç non corripitur nisi in as, siue ergo Parthorum, seu In-

Bonfinius. dorum sit domitor, ipse æquus i.iustus reget, aut (vt Bonfini placet) regat orbem latum, existens minor te, quia tu quaties.i.concuties, aut tu quatias.i.concutias, graui curru, per quem, s͠m vulgi opinionem, tonitrua citat. vnde, & Salmoneus volens imitari Iouis fulmina, curru inuehebatur. vnde dicitur Æn.vj.

*Vidi, & crudeles dantem Salmonea pœnas:*
*Dum flammas Iouis, & sonitus imitatur Olympi.*
*Quat uor hic inuectus equis & lampada quassans,*
*Per Graium populos, mediæq; per Elidis vrbem*
*Ibat ouans, diuumq; sibi poscebat honores,*
*Demens qui nymbos, & non imitabile fulmen*
*Aere, & cornipedum cursu simularat equorum, &c.*

[Tu quaties ergo curru graui Olympum) i.cœlum, hoc est aërem, & tu mittes, aut mittas, fulmina inimica lucis.i.siluis sacratis, sed parum castis, & ita polllutis, ac violatis. Lucis autem.i.in lucos. Sunt qui legant terris.i.in terras.

MATT. Bonfinius. DIcam & Alciden, puerosq. Ledæ, Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem, quorum simul alba nautis Sidera fulgent: Defluit saxis agitatus humor, Concidunt venti fugiuntq. nubes, Et minax, q͂ sic voluere ponto Vnda recumbit.) Acron & Landinus intelligunt hæc dicta de tempore Veris, quo Castoris & Pollucis sidera oriuntur, Mihi vero, vt hoc displicet maxime, ita illud probatur vt intelligamus defluere saxis agitatum humorem, ventos concidere nubes fugere, & vndam ponto recumbere, non veris tempore, sed quoties benigna illorum sidera nautis tempestate iactatis apparent, & saxa præterea pro scopulis, non pro montibus accipiamus, vt aliqui voluere. [Romulum post hos prius, an quietum Pompili regnum memorem, an superbos Tarquini fasces dubito an Catonis Nobile letum.) Dicant alij, quas volunt, ineptias de fascibus Tarquini Prisci regis Romanorum. Equidem pro re certissima teneo Horatium nihil minus, quàm de eo hac Ode nobilitando, ac laudando cogitasse, cui satis fuerat duos primos reges laudasse. Verum fasces superbos.i.nobiles posuisse pro Iunij Bruti consulatu, quem silentio præterisse ingratum videri potuisset & impium. Dixit autem Tarquini fasces, quia Tarquinio illos ademerat. Cui quidem sententiæ meæ astipulari visus est. Virg. in vj. Æn. cum dixit.

*Animamq; superbam*
*Vltoris Bruti, fascesq; videre receptos.*

Qui quidem ob id quoque videri poterant superbi & nobiles, q͂ auctore Liuio solus illos Brutos habuit concedente collega, cum non posset vterque consul habere, ne duplicatus terror videretur, & ex vno rege duo creati, qui regia haberent insignia. [Ille, seu Parthos Latio imminenteis Egerit iusto domitos triumpho, Siue subiectos Orientis oris Seras, & Indos, Te minor latum reget æquus orbem, Tu graui curru quaties Olympum, Tu parum castis inimica mittes Fulmina lucis.) In his versibus duo sunt, quæ annotatione digna iudicauimus. Alterum, quòd cum exposuerint alij egerit.i.subegerint, facere non possumus, quin affirmemus id nobis minime probari, quandoquidem ad declarandum illos fuisse subiectos satis fuerat dixisse, Iusto domitos triumpho, cum presertim non Augustus, sed Ventidius Bassus Asculanus conterraneus meus, eos subegerit, & de illis domitis, ac subactis triumphauerit, & idipsum non Augusti, sed Antonij iussu, vt Plutarchus in Antonio refert. Verum, quoniam de Parthis Tranquillus in Augusto hæc refert, Parthi quoque & Armeniam vendicanti facile cesserunt, & signa militaria, quæ M. Crasso, & M.Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidesq. insuper obtulerunt, denique pluribus quõdam de regno concertantibus non nisi ab ipso electum comprobauerunt. Exponendum arbitror egerit.i. retexerit, & a Ventidio domitos sub imperio tanquam pastor oues habuerit, nisi velis intelligere Augustũ ipsum fecisse, quod Antonij collegæ iussu factum est, & tunc magis placebit exponi egerit.i.ante currum, dum Ventidius triumpharet, duxerit. Alterum uero, quod annotandum duxerim, hoc est, ut regat, quatias, & mittas, pro reget, quaties & mittes (ut alij uoluerunt) legamus & reponamus. Erit autem ordo: ille.s. Augustus te minor, æquus regat latum orbem, tu graui curru quatias. Olympum, tu mittas inimica fulmina parum castis lucis, siue terris (ut alij legunt) seu egerit.s. Augustus: Parthos imminentes Latio domitos iusto triumpho, siue.s.egerit Seras, & Indos subiectos oris orientis.

## AD LYDIAM AMICAM SVAM.

*Telephum riualem in odium vocare conatur apud amicam dum vehementer se Zelotypia commoueri dicit, cum in illum magis affecta videatur, aut alieni amoris vestigium deprehenderit, adeo vt ne a lacrymis quidem possit temperare felices quos mors sola à mutuo amore dirimit.*

*Ode XIII. Dicolos, Distrophos: Vt,*

*Sic te diua potens Cypri.*

∴ – – –∪∪ –∪–
– – –∪∪– –∪∪– ∪–

CVM tu Lydia Telephi
Ceruicem roseam, cerea Telephi
Laudas brachia: væ, meum
Feruens difficili bile tumet iecur.
Tunc nec meus mihi. nec color
Certa sede manet: humor & in genas
Furtim labitur, arguens,
Quàm lentis penitus * macerer ignibus. * Vat ab
Vror, seu tibi candidos
Turparunt humeros immodicæ mero
Rixæ: siue puer furens
Impressit memorem dente labris notam.
Non, si me satis audias,
Speres perpetuum, dulcia barbare
Lædentem oscula, quæ Venus
Quinta parte sui nectaris imbuit.
Felices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Diuulsus querimonijs,
Suprema citius soluet amor die.

CVM tu &c.) xiij. Oden ad Lydiam amicam poëra scribit, ubi dolet riualem Telephum sibi ab illa præponi. dicit.n. Cum Lydia Telephi aut collum, aut brachia laudat, eius iecur ita feruescere, seq. nec mentem, nec colorem habere, lacrymari etiam cogi, & zelotypia uri. Appellat inde feliceis quorum amor non malis querimonijs, sed sola amor te dissoluitur. [Cum tu Lydia Telephi) Ode est dicolos distrophos: Primus .n. uersus Glyconicus est. de quo tertia Ode. Secundus uero asclepiadeus. de quo Ode j. [Ceruicem roseã,) Pulchrum collum. Virg. lib.ij. ANTO

*Ergo age care pater ceruici imponere nostræ.*

[Cerea) Mollia. molles carne aptos mente dicimus, inquit philosophus. [Telephi) Dolorem auget hæc repetitio. [Væ,) Væ, hic interiectio est. itaque cum æ, diphthongo uæ scribitur, ut differat à coniunctione ue, quæ sine diphthongo exaratur. Dicit autem uæ populo, & populum: ut, Caper inquit. Est autem dolentis interiectio, teste etiam Diomede. [Bile) Est bilis proprie fellis humor qui iecori adhæret. aliter cholera dicitur, quæ est calida, & sicca. ab ipso .n. epare ad fel transmittitur, ex qua ira mouetur, hic cholerici facilius irascuntur propter humoris tenuitatem. hic & Iuuen. ait. Va, Bilis Iecori Cholera.

*Quid referam quanta sic:um iecur ardeat ira.*

Χολὴ aut Græce, Latine fel, & bilis. [Difficili) Aspera, dura. [Certa sede) Dolore summo & timore mens ipsa, & color propriam sedem relinquunt. Natura.n.(vt scribit Macrob.lib.vij.) cum q̄d de extrinsecus contingentibus metuit altum tota demergitur, sicut nos quoq. cum timemus latebras, & loca nos occultãtia quęrimus. Ergo tota descendens vt lateat, trahit secum sanguinem, quo velut curru semper vehitur, hoc demerso humor dilutior cuti remanet, & inde palescit.

*Timẽtes curru pallent. Timentes cur tremunt.*

Ideo timentes tremunt, quia virtus animæ introrsum fugiens neruos relinquit, q̄bus tenebatur fortitudo membroꝝ, & inde saltu timoris agitantur. [Genas) Genæ palpebræ dicuntur, vel hæ partes quæ sunt sub oculis, vel vbi barba primum oritur. Auctor est Fest. Ennius aũt de dormiente, Imprimitque genæ genã. Plin.lib.xj.c.xij.ait. Infra oculos malæ hoĩ tantum, quas prisci genas vocabant, Pudoris hæc sedes, ibi maxime ostenditur rubor.

*Genæ. Malæ. palpebræ.*

paullo aũt superius ostendit genus palpebrarum sedes. ait.n.sic, Palpebræ in genis homini vtrique mulieribus ẽt infectæ quotidie, tanta est decoris affectatio, vt tingantur oculi quoque. postea inquit, Defluere eas haud merito Venere abundantibus tradunt. [In genas) In palpebrarum sedes. [Furtim) Clam, me inaduertente. [Arguens,) Ostendens. Virg. lib.iiij. Degeneres animos timor arguit. [Lentis) Diuturnis, tacitis occulte sæuientibus. Virg.lib.iiij. Et tacitum viuit sub pectore vulnus. Item, Et cæco carpitur igni [Vror) Zelotypia ostendit se cruciari. [Furens) Amoris causa. [Memorem notam).i. diuturnam & longam. [Non si me) Ordo est, Si me satis audias, si mihi obtemperes, non speres perpetuum amatorem. [Barbare).i. sęue lædentem dulcia oscula.

*Veneris quinta pars. Nectar*

[Quinta parte).i.coitu. Sunt.n. partes Veneris quinque, Visus, & alloquium, tactus post oscula factum. [Nectaris) Gratiæ dulcedinis, suauitatis. Nectar (vt inquit Fest.) proprie est deorum potio. significat autem immortalitatem, νε n.priuationem significat κτείνω, occido. [Imbuit) Perfudit, infecit, repleuit. [Felices) Appellat eos feliceis, quoꝝ amor non malis querimonijs, sed morte sola dissoluitur. est autem ordo. Feliceis sunt ter, & amplius illi quos irrupta copulat tenet, nec amor diuulsus malis querimonijs soluet eos citius suprema

*Copula*

die [Ter & amplius,) Ac si diceret, Terque, quaterq̧. [Copula) Amoris, & gratiæ coniunctio. Est & etiam copula funiculus, quo venatorij canes retinentur. Ouid.lib. vj. Trist.

*Vtq; canem pauidæ nactum vestigia ceruæ*
*Latrantem frustra copula dura tenet.*

ACR. CVm tu Lydia Telephi) Ad Lydiam meretricem erotice, Dicolos, Distrophos. Metrũ primo versu Glyconicũ, secundo Asclepiadeũ. [Ceruicẽ roseam,) Pulchrã, vt Virg. Rosea ceruice refulsit. [Cerea) Aut mollia aut cerę similia. [Vę,) Interiectio dolentis est. [Difficili bile) Hoc epitheton iracũdiæ est, quia implacabilis sit. Bile aũt iracundia, vt Iuuen. Atq. oculis bilem substringit opertis. Plaut. in Amphit. Atra bili percita est. [Tunc nec mens mihi, nec color Certa sede manent,) Voluor varijs cogitationibus, & color in diuersa mutatur. [Humor, & in genas Furtim labitur,) Secretæ lacrymæ amoris nimietatem p̄dentes. [Arguens) Demonstrans, vt illud, Degeneres animos timor arguit. [Macerer) Consumar, vt est mollis flãma medullas. [Penitus) Interius. [Vror seu tibi cãdidos) Aspectu crucior, quoties aut vino per rixam, aut libidine certe amoris alterius in corpore tuo signa conspexero. Ordo est, Vror seu tibi immodicæ rixæ turbarunt candidos humeros mero, seu puer furens impressit memorẽ notam labris dente, Immodicæ, immensæ. Furens, impatientia amoris.s.memorem notam, per q̄d amoris recordatio seruaretur. Nõ si me satis. Ordo est, Si me satis audias, nõ speres perpetuum lædentem barbare dulcia oscula. Aliter ordo hic est, Nõ speres si me audias amatoribus dulcedinem esse perpetuam. [Cãdidos Turparunt humeros) Liuore reddiderunt deformes. [Speres perpetuum) Illum qui dulcia lædit oscula. [Quinta parta sui nectaris imbuit.) Luxuria sui amoris impleuit. [Felices ter & amplius,) Multoties s̄m illud. O terque, quaterque beati. [Quos irrupta tenet copula,) Copula proprie dicitur cuiuslibet rei duplex numerus. Vnde tractum est, vt & matrimonium copula diceretur. [Nec malis) Ordo est, nec amor diuulsus malis querimonis soluet citius suprema die.i. quorum amor ante diem mortis iurgijs, & litibus non soluitur, debent felices vocari.

POR. CVm tu Lydia Telephi Ceruicem Laudas) Ad Lydiam amicã suam hoc scribit, á qua riualem suum Telephum laudari moleste ferre testatur. [Iecur) Pro corde, ἀφελῶς i. simpliciter. [Difficili bile) Non quam difficilem concipio, sed dura, & cruciabili, vnde etiam difficiles homines dr̄t, qui duri, & inexorabiles sunt. [Humor, & in genas) Decore dictum, quam humor genarũ, hoc est lacrymarum. [Concremer) Cõuincat interiora pectoris mei amore flagrare. [Lentis) Lentis aũt ignib. diserte, quasi occulte sæuientibus. Quale illud Virg Et tacitum viuit sub pectore vulnus. [Impressit memorem dente notam) Grate memorem notã dente pressit, q̄m doloris memoriam cõem morsus facit eius qui momorderit. [Non, si me satis audias, Speres perpetuum dulcia barbare) Ordo est. Non speres perpetuum, si me satis audias, & subaudiendum extrinsecus amatorem. [Quę Venus Quinta parte sui nectaris imbuit) Eleganter, quia in quinque partes amoris fructus esse partitus dr̄, visu, alloquio, tactu, osculo, concubitu, vnde & Terent. illud, Tamen extrema linea amare, haud nihil est. [Felices ter & amplius, Quos irrupta tenet copula, nec malis Diuulsus querimonijs, Suprema citius soluet amor die,) Sensus, Satis feliceis existimo eos, quorum inter se amor ita consentit, vt non ante vltimum vitæ diem resoluatur. Attende elocutionem. Citius suprema die, quod signat ante diem supremum. [Quos irrupta tenet copula) Allegorice dicitur, signat autem eos, qui amoris vinculo inter se constricti sint, vt nunq̄ discerni possint.

CVm tu Lydia) Graphice admodum describit in se zelũ & affectionẽ misere amantium, nihil.n.tã illis dolet, q̄ riualẽ ab amicis laudari. Puellis aũt summopere dolet aliam puellã nominari. vt in Eun. probè narrat Terentianus Gnato, admonens, vt si q̄n Thais Phædriam, ille ecõtrario Pamphilam, ad quam aĩum adiecisse putabat, cantatum p̄uocet. Ex eodem aũt stomacho docet Telephũ nimis lasciuũ, & ardentem amatorem nõ fore constantem, cũ nulli amores sint vere dulces, nisi p̄petui. Hęc aũt non in odium Telephi dicta vn̄r. Erat.n. iuuenis doctus, & poëticæ studiosus, verum poëta lubẽter iocatur cum eo. Ordo est. O Lydia cũ tu laudes roseam ceruicẽ.i.fragrantem, aut formosam, Telephi.s.amatoris tui, & brachia cerea i.teretia, & ita facta. vt ex cera ficta putes, væ s.mihi, quia meum iecur, in quo est amoris vis, feruẽs.i.excandescẽs, bile.i.cholera, difficili.i aspera, & difficili ad sedandum [Tumet Tunc nec mens, nec color manet mihi certa sede) Quia trepidat, pectus, & color est in facie varius, vt irascentibus solet. Et humor.s.lacrymarum, labitur.i.oboritur, furti.i.clanculum q̄a nitor occultare dolorẽ, aut furtim, quia priusq̄ animaduerto me lacrymare, labit̄ dico in genas.i.sinus oculoꝝ, arguens.i.argumento ipsius rei approbans, quam.i. quantum lentis.i.diuturnis, quia quod cito fit, cito perit, contra, quod lente fit, tarde absumi solet, ignibus.i.amorib9, aut flãmis amoꝝ ego macerer.i.absumar, penitus.i.intrinsecus. Ego vror.s. ira, & indignatione, seu rixæ.s. Telephi, immodicæ mero.i.p̄p merum ab eo potum, turparunt.i maculauerũt tibi, repeti potest mero, vt intelligatur puer potus eius humerus conspuere, humeros candidos.s.anteq̄ deturpẽtur, siue puer.s. Telephus, furens.s.amore, impressit dente sup.suo, labris sup.tuis, notam.i.maculam, aut liuorẽ memorem.i.ad sui memoriam, vnde Tibul. Tũ succos, herbasq. dedi, q̄s liuor abiret. Quem facit impresso mutua dẽte Venus. O Lydia si audias me satis.i.si velis mihi credere, tu non speres perpetuum, sup. fore amatorem, lædentẽ barbare.i.more barbaroꝝ, & rusticoꝝ, oscula.s.tua dulcia, quæ.s.oscula. Venus imbuit.i.perfudit, quinta parte sui nectaris.i.gratiæ, & dulcedinis.i. quæ t̄m voluptatis afferant deosculanti, quantum quinta linea Veneris, hoc est coitus cum alijs, felices sup.sunt ter & amplius.i. consumatissime, quos copula.i.copulatio & coniunctio, irrupta .i.non interrupta tenet, nec.i.& non, & sup.quos, amor nõ diuulsus.i.vi dissolutus, querimonijs malis.i.perniciosis, quia sunt, nõ perniciosæ, de quibus Comicus, Amantium iræ, redintegratio amoris est, non soluet.i.disiunget, citius suprema die.i.ante mortem, vnde Comicus. Hanc nisi mors mihi adimat nemo. Vult autem tacite dicere secum perpetuos fore amores, qui cum Telepho improbo & nimis ardenti puero cito dissoluentur.

ASCEN.

## IN BRVTVM.

*Sub nauis allegoria deterret M. Brutum poëta, qui sub eo militauerat apud Philippos, vbi fusus cum exercitu Brutus ab Augusto, bellum instaurare parabat, iam viribus attritus, & Collega Cassio extincto: quare non tutum iterum belli euentum experiri si maxime possit.*

*Ode XIIII. Tricolos, Tetrastrophos, Vt: Quis multa gracilis te puer in rosa.*

---UU--UU-U-

---UU--UU-U-

---UU-UU

---UU-UU

NAVIS referent in mare te noui
Fluctus.o quid agis? fortiter occupa
Portum, non ne vides, vt
Nudum remigio latus?
Et malus celeri saucius Africo,
Antennæq. gemant? ac sine funibus
Vix durare carinæ
Possent imperiosius
Æquor? non tibi sunt integra lintea:
Non dij: quos iterum pressa voces malo.
Quamuis pontica pinus,
Siluæ filia nobilis,
Iactes & genus, & nomen inutile.
Nil pictis timidus nauita puppibus
Fidit. tu nisi ventis
Debes ludibrium, caue.
Nuper solicitum quæ mihi tædium,
Nunc desiderium, curaque non leuis,
Interfusa nitenteis
Vites æquora cycladas.

ANTO. O NAVIS &c.) Quartadecima Ode nauim alloquitur, hortans illam ne iterum æstuosum mare ingrediatur, sed portum fortiter occupet, cum eius latus remigio careat. malus, & antennæ ventis concussæ fuerint, funesq. desint, nec vela integra maneant. Nec Dij sint, quos iterum naufraga inuocet. Et quamuis nobilissima sit, & picta, non propterea timidus nauta sibi confidet, aut tempestatem euadere poterit. Itaque cauendum monet ne ventis ludus fiat, & inter Cycladas, scopulosaq; freta incidat. *allegoria* Reuera tñ (vt scribit Fab. lib. viij. per allegoriã .i. inuersionem, qua aliud verbis, aliud sensu ostenditur, P. R. alloquitur, ne iterum bella ciuilia sequatur, sed pacem totis viribus habere contendat. Porphyrionis autem sententia verior esse videtur, vt. s. ad M. Brutum loquatur, qui apud Philippos Macedoniæ vrbem contra Augustum, & M. Antonium pugnans sinistrũ *Cassius Brutus* cornu, cui præerat Cassius. amiserat, direptis etiam castris, propter quod Cassius, sibijpsi mortem consciuerat. Ipse tñ Brutus videbatur rursus instruere se ad pugnam. Itaque merito poeta per allegoriam metuere, pro eo se testatur, qui, & sub ipso militauerat. Inde tamen ex prœlio Philippico fatigatus receptus ab Augusto veniam meruit, auxilio Mœcenatis. Qui vero de Sext. Pompeio intellexerunt, non recte quidem, nam sub Bruto Tribunus militum fuerat poeta, hinc ait: Nuper solicitum quæ mihi tedium &c. De hoc etiam videto lib. ij. Ode autem vij. [O nauis) Per allegoriam (vt diximus) P. R. intelligit, vel potius M. *Brutus August.ᵉ M. Ant. Cassius* Brutum. [In mare) In prœlium & cladẽ [Noui Fluctus) Noui bellorum ciuilium impetus. Apud Philippos Macedoniæ vrbẽ Cæsar Augustus, & eius collega M. Antonius contra Brutum, & Cassium pugnarunt. Brutus Augusti absentis ob valetudinem sinistram aciem occupatis etiam castris, loco mouerat. Antonius altera ex parte deuicto Cassio, admirabili audacia hostium castra prædabatur. Cassius castris exutus, cum nec vlterius ad exercitum redire posset, Philipporum colem propere ascendit, eminus quæ gesta erant inspecturus, propter puluerem castra duntaxat ab hostibus capta esse discernebat, Pindarum itaque scutiferum eius ensem exerere, & necem accellerare imperat. Cunctante Pindaro, superueniens quidam Brutum altera ex parte victoria potitum hostium castra depredari nunciat. Quo audito, Castius hoc solum rñdit. Vicisse nos illi victoriam dicito oẽm. Deinde ad Pindaꝝ conuersus. Quid cunctatis, inquit? cur me à turpitudine ista non eximis? Pindarus igitur herũ suum iugulum vltro *Cassij mors.* præbentem neci tradidit. Brutus cognita Cassij nece, multis lacrymis, vt optimum Romanoꝝ, lamentatus est, & simul beatũ testatus est ab curis, cogitationibus liberatum. Orta luce Brutus prouocatus quidem in aciem milites eduxit contra hostes, illi re*Brutus ad milites* trocessere. Brutus in concionem postea vocato exercitu milites suos laudauit. Nã pridie hostium castra dissipauerunt. Arguit tñ eos, q̃ non penitus fuerint insecuti hostes, sed potius ad prædam conuersi essent. Deinde hortatus est, ne in hosteis irruerent, qm̃ fames, & inopia pro eis in illos militabant, itaque facile infirmioribus & fame enectis, cum opus esset, occurrere poterant. Cæsar ẽt, & Anton. exercitum congregarunt. Ant. oẽs hortatus est, vt in hostes pugnam cauere volentes in montibus manendo proditent. Qua de re postridie copias iteꝝ in bellũ mouit. Brutus tñ inſti milites vi potius, q̃ ducis opinione occurrerunt. Brutus tñ insigni præuectus, equo singulas percurrebat acies breuib. hortando verbis. Cædes hinc inde horrida facta est, tandẽ Bruti milites fugam arripuere. Brutos non paucis stipatus ad montes ꝑcurrit, quasi ea nocte reuocaturus exercitũ, aut mare versus, iter assumpturus. Per nox itaq. cũ reliquis in armis consistit. Ea tñ nocte Anton. vt Brutũ a fuga cohiberet, armatus ꝑstitit. Brutus aĩaduersis hostiũ insidijs, desperatoq. suoꝝ militũ virtute, & audacia, vnum ex domesticis Stratonẽ noĩe, necẽ accellerare iussit, itaque latus illi ense aperuit, neque auertẽte se Bruto, neque impellẽte, hoc pacto Crassius & Brutus obierunt. Hæc oĩa ex lib. iiij. App. Quæ quidem vltra meæ consuetæ breuitatis morem, latius explicui, vt illoꝝ bella & mores hoc in loco agnoscerentur. [O qd agis) Interiectio est exclamantis, vel admiratis, ac si cœpisset ingredi mare ipm. [Occupa) Retine, ac posside. Si. n. milites suos pugnare cupientes Brutus, fortiter continuisse, vti optabat, nec clade accepisset, nec cædam. [Portũ) .i. pacem. Sic. n. Fabius hũc locum exponit. [Nudum remigio latus) Hoc ait ꝑꝑ mortuum Cassium, qui (vt scr. App.) erat antiquior Bruto atque exprior, & austerus à natura, quapꝑ ei ex mandato parebãt milites. Brutus vero facilis erat, & clemens erga oẽs, itaque non ita sibi facile obsequebantur. [Malus saucius) .i. ipse exercitus. nam per totam Oden allegoria est, vt scr. Fab. [Celeri Africo) .i. sæuo prœlio. [Antennæ) .i. vexilla. [Sine funib.) Sine rectore, & militib. nam Cassius obierat solo Bruto duce remanente. [Carinæ) Acies, & turnæ [Impetiosius æquor) Acre prœlium. [Integra lintea) Integra agmina, & vexilla [Iterum pressa malo) Nam pridie cladem habuerat Brutus Cassij sinistro cornu dissipato a M. Antonio. Dij tñ fauisse ei visi sunt, qm̃ Augusti castra dissipauerat, postea vero nullam præbuere opem, nam clade affectus) vti ostẽdimus) ab amico cædem orauit. Plut. ait in vita Bruti, Deus, & mutare, & abducere cuncta, quæ velit. potens Bruto fortunam hanc lætam abstulit, de victoria in Augustum intelligens. Et paulo supius Cassius Bruto dixerat, q̃ vellẽ ò Brute hoc esset vt non solũ armis, equis, nauib. sed Deoꝝ suffragijs fideremus qui optimoꝝ opeꝝ, ac sanctissimoꝝ duces sunt. [Quamuis pontica pinus) .i. quamuis tibi sit exercitus ponticus. s. Asianus, vel Ponticum auxilium. Scribit. n. Appianus, q̃ Brutus, & Cassius lõge superiores fuerant equitatu, & classe, rum socijs belli regib. nationibusq. ad Medos vsque & Parthos. Multaque, ex Asia per vim abstulerant, rapuerantque. [Siluæ filia nobilis) Marci n. Bruti ꝓgenitor fuerat Iunius Brutus, qui Tarquinius euerterat. Mater vero Seruilia Catonius Vticensis soror. Ipse bonaꝝ artium disciplina, & philosophiæ studijs imbutus erat. Philosophos Græcos ferme oẽs attigerat, nec vllius ipsoꝝ disciplinæ, vel expers, vel ignarus fuit. Auctor est Plut [Nil pictis) Sensus est, q̃ nihil in bello prosunt ornamenta nobilitatis, sed arma, & exercitus. [Timidus) Perpetuum nautaꝝ epitheton. [Tu nisi) Ordo est, Tu caue nisi debes ludibrium ventis. i. nisi velis ventis esse ludus, qđ fit cum huc illuc nauis trahitur a tempestate [Ludibrium) Dicitũ res digna ludo, & contemptu. [Nuper sollicitum) Hic locus ostendit Horatium Bruti partes secutum. [Quæ nauis) .i. tu Brutus. [Nuper) Paullo ante, cum. s. fuit Tribunus tuus. [Mihi) Aderas. [Sollicitum tædium) Hoc ait, quia Bruti Tribunus militum fuerat. Vnde Sat. vj. inquit, Quem rodunt omnes libertino patre natum, Nunc quia sim tibi Mœcenas conuictor, at olim Quod mihi pareret legio Romana Tribuno. [Nunc desiderium) Plutar. scribit de Bruto sic. Brutum ferunt virtutib. suis à plerisque amatum, ab amicis desideratum, præterea admiratum ab optimis. [Intersusa) Ordo est, Vites æquora susa inter nitenteis cycladas. i. vites bella periculosissima ꝑꝑ strennos duces, quibus tu cares ò Brute. Maria aũt angustiora periculosiora sunt. Inde freta dñt, quia semper ferueant. i. inquieta sint. [Nitenteis) .i. spumosas ob multos scopulos. [Cycladas) Insulas in mari Ægæo sic dictas, quia in orbem iacent contra Delõ. Auctor est Str. lib. x & Plin lib iiij. Præterea non sine causa cycladas posuit potiusq̃ alia maris loca periculosa. Brutus. n. & Castius apud Philippos Macedoniæ vrbem victi fuerãt Macedonia aũt ab Oriente Ægæo pelago terminatur, vt Ptol. scribit lib. iij. Ergo ꝑpterea cycladas potiusquam alia loca dixit vitandas.

*Margin notes (right column):* Brutus fuga — Brutus mors — Dij pro illa — Brutus clemens — Bruti genus — Bruti doctrina — Ludibrium. — Horat. — Tribun. — Bruti laus — Freta — Cyclades

ACR. O Nauis referent in mare te noui) In nauim. de Bruto reparante bellum ciuile ad Remp. Tricolos Tetrastrophos Metrum duobus versib. Asclepiadeum. Tertius Pherecratius. Quartus

tus Glyconicus, qui Tripodia dactylica dicitur. [O nauis) Per allegoriam. Ode ista bellum sigñat ciuile in qua quidam volunt ꝙ moneat remp. Certum tñ est, ꝙ Sex. Pompeium filium Pōpei moneat, qui posteaq̃ fœdus cum Triumuiris fecit, bellum ciuile denuo repatare voluit. Secundùm aũt ciuile bellum inter Augustum Cæsarem, & Cassium, & Brutum fuit, qui fuerũt C. Cæsaris interfectores, sub quibus Horat. militauit. Metaphorã aũt sumpsit à naui. ex cuius armamentis, & milites, & diuersas voluit administrationes intelligi. [Fluctus) Fluctus bellum ciuile vocauit. [Portum) Pacem, vt Terent. In portu nauigo. [Nudum latus) Nudatũ ex amissione exercitus. [Et malus celeri saucius Africo) Malum saucium, graue bellum intelligi voluit, per ventum tempestuosum, vt, Creber procellis Africus. Malum autem summitatem arboris dixit, vt, Iubet ocius oẽs Attolli malos. sed arbor fœminini est, poma vero neutri, vt, Aurea mala decẽ. [Gemant) Fragore scissionis. [Ac sine funib.) Aut sine administrationibus intelligendum, aut sine impensis, & pecunia. [Imperiosius) .i. violẽtum, & cuius nimietati obsisti non possit. [Non tibi sunt integra Lintea) .i. integer cursus sine exercitu vel auxilijs. Lintea vero vela dixit, vt ni teneant cursus, certum est dare lintea retro. [Non dij) In hoc. n. Deos vult iratos intelligi, quia denuo de bello ciuili cogitetur. [Iteꝶ pressa voces malo) Sicut à C. Cæsate oppressa malis rogauit. [Quamuis Pontica pinus) Ac si diceret, Magnæ originis, & nobilitatis, sed per Metaphoram, aut Remp. alloquitur, aut Cassium, & Pompeium, cuius pater de Mithridate Pontico triumphauit. [Nil pictis) Dicit stẽmata, & diuitias necessitati vltimæ non prodesse. [Tu nisi) .i. ne victus turpitudini, ludibrioque subiaceas. Ordo est, Tu nisi caue pro caueas, debes ludibrium ventis. i. eris exercitium ventoꝶ. [Nuper sollicitum quæ mihi tædium) Se posuit pro naui, siue rep. q̃ sollicitudinem ex suis malis induxerit, ne iteꝶ sicut sub Cæsare trepidaret. [Intersusa nitenteis) Absolute locutus est, ac si diceret, Vites æquora fusa inter nitenteis cycladas .i. longe apparentes, vt inter iniqua loca, & tẽpestuosa vada te custodias, & sis alienus à belli cõsilijs. Virg. de eisdẽ insulis, Sparsasq. ꝑ æquor cycladas.

POR. O Nauis referẽt in mare te noui Fluctus.) Hac Ode ad M. Brutũ loquitur, q. apud Philippos Macedoniæ vrbem, ab Augusto fusus, videbat̃ rursus instruere se ad pugnã. Merito aũt. poëta per allegoriã meminere ꝓ eo testatur, qm̃ sub ipso militauerat, qui tñ ex prœlio Philippico fatigatus, receptus ab Augusto veniã ab eo meruit. [Nõne vides, vt Nudũ remigio latus?) Manifestæ allegoriæ, ꝑ quas signat ex parte iam debilitatũ exercitum Bruti, & vires partium eius imminutas. [Vix durate carinæ Possint impiosius Æquor?) Mira figura dr̃, pro sustinere vim æquoris. Imperiosius aũt translatiue, ꝓ sæuius. [Quos iterum pressa voces malo.) Amphibolos. [Quamuis pontica pinus,) Hæc ad nobilitatem Bruti referuntur. [Siluæ filia nobilis,) An tu nobilis ἀμφιβολογία, ꝑ casus. [Nil pictis timidus nauita puppib. Fidit.) ἀλληγορικῶς ait nihil ꝓdesse in bello ornamenta nobilitatis. [Nuꝑ solicitũ quæ mihi tædium, Nunc desideriũ, curaq. nõ leuis,) Ecce hic manifeste ostendit se poëta partiũ Bruti fuisse, quaꝶ affectione sese teneri ostendit, ꝑꝑ istius Bruti miseratio nem. [Intersusa nitenteis Vites æquora cycladas. Hic sensus per se accipiendus, & subaudiendus, hic suadeo vites æquora inter cycladas nitenteis fusa. Sed hoc per allegoriam intelligendum. Maria tamen, angustiora periculosiora sunt. Nam inde freta dicuntur, quia semper ferueant .i. inquieta sint per hoc ergo suadet Bruto, ne se arctioribus periculis commutat.

ASCEN. O Nauis &c.) Per allegoriam sumptã à naui quæ tempesta te cõcussa temere, priusq̃ instaurata fuerit, mare ingreditur, q. n adeo vt Publius in Mimis ait, Improbe Neptunũ accusat, qui iteꝶ naufragium facit, hortatur M. Brutum ab Aug. in Philippis deuictum, aut (vt Bonf. annorauit) Sex. Pompeium. Cn. Pompeij à Cæsare deuicti in Phillippis filium, vt à diluuio, & turbine belloꝶ absistat, nec nominis, aut gñis sui splendorib. confidat, cum, & pictæ submergantur naues. Principium autem mihi vim hr̃e vr̃, si sub forma interrogandi, ex admiratione legatur sic. [O nauis referent te noui fluctus in mare) .i. ò Brute, aut Sex te, trahent ne te noui tumultus in discrimen belli? O quid agis, q. d. incõsulte agis, & ideo occupa portum fortiter .i. strenue, & celeriter, priusquam te tempestas .i. belli diluuium obruat. [Nonne vides) Vt .i. qualiter, latus. s. tuum, est nudum remigin. i. defensore, & præsidio. [Et vt malus) .i. arbor velifera, hoc est robur virium tuaꝝ, saucius .i. læsus, Africo .s. vento impetuoso, hnc est agitatione ventoꝶ, hoc est turbine bellico, sup. gemat. [Et vt antennæ) .i. vela minora, quæ sunt quasi cornua mali a latere eius posita. vñ Maro, Cornua velataꝶ obuertimus antẽnatũ.

Bonfinii. [Gemant) .s. pnndere, & vi ventoꝶ. [Ac vides ne, vt carina) .i. alui nauis, sine funibus .i. ruptis rudẽtibus, & funibus, vix .i. cũ summa difficultate, possint durare .i. sustẽtare, æquor imperiosius .i. violẽtius, & superbius, q̃ par sit, aut ferre possint? [Vide inq̃ qd agis) Quia lintea .i. vela linea, nõ sunt tibi ò Brute integra, nec dij sunt integri. quia. n. semel tibi pepercerunt, indignabuntur si iterum à te in consimili periculo inuocentur, tunc. n. per temeritaté videbere facere, quod prius per ignorantiam. [Respicit aũt) Quod dixit illud Publij: Improbe Neptunũ &c. aut si ad Sex. Põpeium loqtur respicit, ꝙ & ipse in Africa deuictus fuerat, quos. i. deos, voces .i. inuoces iterum, ꝓssa malo .i. periculo submergẽdi. [Quãuis tu pinus põtica filia siluæ nobilis iactes) .i. iactanter ostentes, & genus .i. progeniem Brutoꝶ, q. de sanguine regio ex Iunio Bruto primo cõsule originem traxerũt [Et nomen) Quia Bruti semper habiti sunt, Romanæ libertatis maximi assertores. vnde vr̃ inductus hic M. Brutus ad libertaté vindicandam, ad q̃ eum Cic. in epist. sæpe cohortatur. [Iactes ergo genus, & nomen inutile) qa parum cõtra maiorem potentiam profuturum aut si ad Sextũ loquitur, iactes .i. arroges, iactanter tibi genus Deoꝶ. te Neptuni filium vocari iubens, vt Boofinis declarat Annot. xvj. Quod tñ ad finem ponetur. [Nuper sollicitum) Videtur magis Bruto congruere, quia Hor. creditur sub Bruto militasse, sed potuit ẽt sub Pompeio militasse, vel qui in Hispania, vel q. in Asia perijt. Sunt qui ad Pompilium applicent. [Nauta timidus) Propter freques periculũ timori assuetus nil fidit .i. confidit, puppib. pictis .i. licet pictis, & Pulchris, tu caue .i. perspice tibi, nisi debes ventis ludibrium .i. submersionem factam cum insultatione, & illusione, & tu qui sup. fuisti nuper. s. cum militarem sub, te tædium sollicitũ, quia tædebat me sollicitum de salute, incastris tuis militare, & nunc desiderium, quia desidero te absentem in gratiam Augusti redijsse, & cura non leuis, quia pro te sollicitus sum, vites .i. deuites, æquora fusa, inter cycladas .i. breues insulas maris Ægæi, & ita propter angustiam sunt maria illic periculosa, nitenteis. s. spumis ex collisione, aquarum inter scopulos .i. tu Brute deuites arma Augusti, in quæ obnitentes interiere plurimi.

ACR. O Nauis referent in mare te noui &c.) Hac Ode ꝑter illud ipsum, ꝙ in tertio versu nisi addas ne post non, quod in oĩbus quos vidi, deest exẽplarib. vt sit. Nõne vides, neque stabit versus, neq. latina erit locutio, & eiusdem sunt Odes versus nonnulli in multis lib. inuersi & perperam impressi, prout aliaꝝ multarùm, quoꝶ mensuram, quicunq. volet, paruo poterit labore assequi, & adhibita versus ipsos in ordinem ac numerum redigere. illud interim non ꝑtermittendum duxi, vt affirmem tum alijs permultis rõnibns placerem mihi Ode ipsa Sex. Põpeium signari, & non Brutum (vt Porph. & Manc. voluere) tñ ea vel maxime, quod (vt App. refert lib. v.) Sex. Pompeius Neptuni se filium vocitari passus sit, & chlamydẽ imperatoriã in Neptuni morẽ ex purpureo in cæruleũ, mutauerit colorem & ꝑꝑea Iactẽs genus & nomen inutile dixit, & alia. Quod quidem confirmat Ode ix. in Epodo carmine ipsemet Horat cum dicit, Vt nuper actus cũ fræto Neptunius Dux fugit vstis nauibus. Quo loco interpretes oẽs de Sex. Põpeio intelligunt. & solus Porphyrio dicit appellatum ducem Neptunum, qa Neptuni se filium appellari voluerat. [Nõ pictis timidus nauita puppibus. Fidit. tu nisi ventis Debes ludibriũ, caue.) Acron hos versos ita exponit. Tu nisi caue, pro caueas, debes, ludibriũ ventis quod tam absurdum videtur, q̃ quod absurdissimum, erit aũt ordo, & sensus. Tu caue, nisi debes ludibrium ventis .i. nisi ita statutum est, vt ventorum sis ludibrium.

## NEREI VATICINIVM.

*Nereum introducit, qui Paridi belli Troiani exitum vaticinaretur, imitatus Bacchilidem poëtam Lyricum qui idem argumentum tractat sub Cassandræ persona. ait enim magno suo, & suorum malo Helenam ab illo raptam. Nam præterquam quod ipse ab Aiace cæsus dabit pœnas vniuersi Græciæ proceres, Vlysses & Nestor: Teucer, Diomedes, & ceteri. Ilium etiam Priami patris regiam funditus euertent, & ad vnum omnes hostes ad internicionem delebunt.*

*Ode XV. Dicolos, Tetrastrophos, Vt:*

*Scriberis Vario fortis, & hostium.*

---UU--UU-UU

---UU--UU-UU

---UU--UU-U-

---UU-UU


Astor cũ traheret per freta nauib⁹
Idæis Helenen perfidus hoſpitam:
Ingrato celeres obruit ocio
Ventos: vt caneret fera
Nereus fata. Mala ducis aui domum,
Quam multo repetet Græcia milite,
Coniurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus,
Eheu quantus equis, quantus adeſt viris
Sudor; quanta moues funera Dardanæ
Genti. iam galeam Pallas, & Aegida,
Curruſq́., & rabiem parat.
Nequicquam Veneris præſidio ferox,
Pectes cæſariem: grataq́. fœminis
Imbelli cythara carmina diuides.
Nequicquam thalamo graueis
Haſtas, & calami ſpicula Gnoſij
Vitabis, ſtrepitumq́., & celerem ſequi
Aiacem. tamen heu ſerus adulteros
Crineis puluere collines.
Non Laertiaden, exitium tuæ
Gentis, non Pylium Neſtora reſpicis?
Vrgent impauidi te Salaminius
Teucerq́., & Sthenelus ſciens
Pugnæ, ſiue opus eſt imperitare equis,
Non auriga piger. Merionen quoque
Noſces. ecce furit te reperire atrox
Tydides melior patre.
Quem tu, ceruus vti vallis in altera
Viſum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu,
Non hoc pollicitus tuæ.
Iracunda diem proferet Ilio,
Matronyſq́. Phrygum claſſis Achillei.
Poſt certas hiemes vret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

ANTO. 
Astor) Quintadecima Ode Bacchillidem Ho
rat. imitatur, vt ſcribitur Porphyrio Nam vt ille fa
cit Caſſandram vaticinari futura Troiani belli,
quo tempore claſſis in Græciã parabatur, ita hic
Nereum inducit ventura Troianis mala prædice-
*Paris.* re. [Paſtor) Periphraſis eſt Alexandri Priami filij, qui Paris prius
appellabatur, vt Varro oſtendit. Tradunt alij Parim dictum ἀπὸ
τῶ περῆσαι i. à tranſeundo intentatam, ſ. mortem qñ expoſitus eſt,
*Alexãd.* & hoc eſt primum, & proprium eius nomen. Alexander .n. cogno
minatus eſt ab opitulatione, vt Ouid. innuit in epiſt. ad Helenã,
penè, puer cæſis abducta armenta recepi hoſtibus & cauſam no-
*Alego* minis inde tuli, ab ἀλέγω, q. ppe cognominatus quod eſt auxilior,
*Aner* & ἀνὴρ, quod eſt vir. Tull. in lib. j de Diuin. oſtendit, Grauidæ He
*Hecubæ* cubæ viſum fuiſſe in ſomnijs, parere ardẽtem facem quo ſomnio
*ſomnium* perculſus Priamus Apollinem conſuluit, doceret quid illud por
tenderet. reſpondit Apollo: Puerum, qui Priamo poſt illa tpa
naſceretur, fore exitium Troiæ, & peſtem Pergamo, ſi eum nu-
triſſet. Addunt alij Priamum. Propterea iuſſiſſe oriturum expo
ni, Hecubam vero tradidiſſe infantem quibuſdam, vt paſtoribus
regijs alendum traderent, itaque ſub ida à paſtoribus educatus
eſt, Longo poſt tpe regis filius agnitus, inter regios fratres rece
ptus eſt. Poſtea vero (quod quidem Herod. ſcr. volumine j.) ip-
ſi Alexandro cupido inceſſit vxori ſibi per rapinam è Græcia cõ-
*Rapta* parandæ, itaque Helenam rapuit. Secundo autem volumine ſcri
*Helena* bit idem, ſe à ſacerdotibus Ægyptijs intellexiſſe, Alexandrum ra
pta ex Sparta Helena, cum nauigaret domum in mari Aegæo vẽ
tis excuſſum in Aegyptum appuliſſe, vbi à ſuis ſeruis ſacerdotib.
accuſatus eſt, & Thoni præfecto littoris, quo appulerant. Tho-
nis igitur Memphim ad Protheũ miſit, hæc nunciatũ his verbis,
Venit peregrinus quidam genere Teucer, qui rem nefariam in
Græcia perpetrauit, quippe ſeducta hoſpitis vxore, q̃ ſecum du-
ces, cum multis admodum opibus ad tuam terram appulit. Vtrũ
ne ſiuimus eum abire impunem, an ea quæ attulit ſecum eripi-
mus? Ad hæc remiſit Proteus, vt ad ſe omnes ducerentur, quibus
adductis. Alexandrum acriter arguit, ꝙ hoſpitis ſui vxorem ra-
puiſſet, illiusque etiam bona. Dixitque ablata omnia cum ipſa *Helena in Troia*
Helena velle, apud ſe eſſe, vt Græco hoſpiti reſeruaret, Alexan-
dro vero tridui ſpacium duntaxat cõceſſit, vt abiret. Addit poſt-
ea idem Herod quendam ſcripſiſſe, Alexandrum a Sparta Hele-
nam ducentem triduo Ilium perueniſſe. ſecundo vento vſum
ac mari tranquillo. Sacerdotes narraſſe ſibi etiam ait Herodot.
idem, Menelaum parata claſſe Ilium petijſſe, miſiſſeque legatos *Menelaus in Troia*
vt Helenam redderent. Ilienſes vero negaſſe iureiurando ſe He
lenam habere, atque opes, de quibus arguerentur, ſed ea in Ægy
pto eſſe omnia apud Proteum regem. Græcos, eum ſe ab illis de-
rideri arbitrarentur, ita obſediſſe Ilium, donec expugnauerint.
Vrbe capta eum Helena non exiſteret, Græci ipſum Menelaum
ad Proteum miſerunt, vbi Helenam & pecunias ſuas recepit, de-
inde ad inſulas Africæ obiacentes ſe contuliſſe, nec amplius de
eo quicquam intellexiſſe. hæc ex Herod. Homer. autem ſcribit
Helenam in Troia fuiſſe. [Paſtor cum traheret) Senſus eſt, Cum
Paris Troianus raptam Helenam per freta traheret, Nereus ven
tos compreſſit, vt ſæua fata vaticinaretur, Malo ducis auſpicio.
[Traheret) Tanquam in rapinam. [Idæis) Apud Idam Phrygiæ *Ida mons*
montem fabricatis iuxta Ilium. a quo monte (vt Mela ſcribit) *Scaman-*
Scamander & Simois fluuij deſcendunt in Troadẽ. Phereclus au *der flu-*
tem celeberrimus faber à Minerua dilectus Paridis naues fabri- *Simois*
cauit, quibus Helenam rapuit. quod ample oſtendit Hom. lib. v. *fluuius*
Il. Lycophron etiam inducit Caſſandram prædicentem Paridi
huiuſmodi verba. τρὰμπις ἰσοχήσει καὶ φερεκλεῖον πόδες .i. trabs te
vehet, & Pherecleí pedes. pedes quidem ipſas nauis à Phereclo *Phereclus*
fabricatas metaphoricos intelligens. [Perfidus) Non .n. hoſpitij *nauium*
iura ſeruauit, ſed hoſpitis Menelai illo abſente vxorem rapuit. *Paridis*
[Obruit) Compreſſit, ſub antris & clauſtris poſuit, obruere .n. *faber*
eſt tegere. [Ingrato ocio) Venti n. ſæuire cupiunt. hinc Poeta di-
cit. Illi indignantes magno cum murmure montis Circũ clau-
ſtra fremunt. Et cum ventus ſit fluctus aëris, remotu motu per- *Ventus*
eunt venti. [Caneret) Prædiceret, vaticinaretur. [Fera fata) Cru
delia. [Mala aui ducis) Malo omine, malo auſpicio fers tuam do
mum illam, quam repetet multo milite Græcia &c. [Nereus) *Nereus*
fuit is Oceani & Tethyos filius teſte Heſiodo, quem omnium an
tiquiſſimum dixit Orpheus in Argonaut. Neros aũt proprie a-
qua dicitur. [Coniurata) In Bœotia Aulis eſt, lapidoſa ſane ora,
& Tanagreorum vicus. iuxta portus erat ampliſſimus. quo cir
ca Græcorum claſſem magnum in portum deſcendiſſe credidit.
Str. lib. ix. Naſo etiam lib. xiiij. Met. ait, Aulidaque Euboicam cõ
plerunt mille carinæ. Pompon. Mela etiam ſcribit. Aulidem Aga
memnoniæ, Græcorumque claſſis in Troiam coniurantium ſta-
tionem fuiſſe. Ibi .n. coniurauerunt Græci, non ante reuerti, q̃
Ilion caperetur. hinc Dido lib. iiij. Æneæ dixit, Non ego cũ Da-
nais Troianam excludere gentem Aulide iuraui. Hom. autem
latius in lib. ij. Il. ſcr. [Moues) O Paris. [Iam galeam Pallas) Scri
bit Hom. lib. v. Il. Palladem Iunonis hortatu è cœlo armatam ſe *Pallas ar-*
cum in Troianos iuiſſet, tunicam & arma indutam, quib. Iupi- *mata*
ter pater circundatur cum vult prodire in bellum, tuliſſe ẽt Ægi- *Aegida*
da humeris accõmodatam trilicem horrendam, & vndique ter-
rore redimitam, in ea robur, in ea contentio, in ea minarum vo-
ciferatio, & atrox clamor, in ea denique inerat Gorgoneum ca-
put dirum, terribile, & quo nullum vlterius nouit Iupiter mon-
ſtrum, atq. portentum. Deinde impoſuiſſe capiti, inquit, galeam *Palladis*
auream, tribuſque criſtis inſignem, ac tot capitum humanorum *galea*
capacem, quot milites centum vrbium haberent. Poſtremo ſic *Palladis*
armatam leui ſaltu in currum aſcendiſſe, ac lanceam corripuiſſe *haſta*
ingentem, validam, grauem, qua Heroum cateruas irata proſter
nere ſolet &c. Pallas autem Troianis irata eſt propter iudi-
cium Paridis, ſic & Iuno. in quo quidem Venus iudicata fue-
rat earum pulcherrima. de quo late Ouidius ſcribit in epiſtola
Paridis ad Helenam. [Aegida) De Aegide iamiam quod dicat
Hom. retulimus. nos vero in carmine de Florib. ita ſcripſimus,
Pectoris eſt Aegis proprie deſeoſio, facta Aere caput diræ me-
dio portando Meduſæ. Pellis Amaltheæ captæ, quam Iupiter
ipſe Fertur habere, Aegis proprie eſt, Lactantius inquit. [Ne-
quicquam, Veneris præſidio ferox,) Ordo eſt. Tu ferox præ-
ſidio Veneris nequicquam pectes cæſariem, & nequicquam im-
belli cythara diuides carmina grata fœminis, nequicquam tha-
lamo vitabis graues haſtas, & ſpicula Gnoſij calami, & ſtrepitum
& Aiacem celerẽ ſequi, heu puluere collines crines adulteros, tñ
ſerus

ferus. Eſt aũt ſenſus, ꝙ nec pulchritudo nec canendi ars ſibi in
bello proderit, hæ nanque delitiæ mulieribus magis conueniũt.
[Veneris ꝑſidio ferox) Melius fuiſſet, Palladis præſidio. Erat Pa-
*Venus er-* ris Veneris auxilio audax, nam illa duce è Troia in Græciã claſ-
*ga Parin* ſe iuerat. hinc ait ipſe in Epiſtola ad Helenam miſſa: Præmia ma
gna quidem, ſed non indebita poſco: Pollicita eſt Thalamo te
Cytheeea meo. Hac duce Sigæo dubias ab littoee feci, Longa
Phereclea per freta puppe vias. Illa dedit faciles auras, ventoſq.
ſecundo: In mare, nil mirum, ius habet, orta mari. Preterea ſcr.
Hom. lib. iij. Il. Paridẽ Menelao congreſſum, cum ab illo trahere
tur ꝑ humum, ab Venere è ꝑlio ſubtractum fuiſſe, reductumq. do
mũ vſque. Et lib. iiij. refert: Iouem in deoꝝ conſilio ita dixiſſe:
*Paridis* In hoc ſingulari certamine Menelai videlicet, & Paridis, Dij cœ-
*delitiæ.* lites duæ Deæ ſunt q̃ Menelao ſtudent, vna q̃ Paridi. Illę quidem
Iuno, & Mineeua, quæ (vt videtis) nõ nihil a cetu nr̃o ſemotę, ſe-
dent plenæ gaudij ex ipſo rei geſtæ ſpectaculo. hæc aũt Venus, q̃
nunc abeſt ſemper ſolicita pro Paride, quẽque nunc ab impẽden
ti mortis periculo eripuit. etenim ſine dubio penes Menelaum
victoria eſt &c. [Pectes cæſariem) Erat. n. delitijs deditus Paris
hinc eum arguit Hector lib. ij. Il. cum viſo Menelao retrius eſt pu
gnare, dicens: Haud cytharæ pulſus, Veneris nec dona iuuabũt,
Inſignes ue comæ bello congreſſus ab hoſte Pulueribus qñ me-
dijs miſceberis auris. [Diuides) Lyricenes. n. nunc voce nunc
*Gnoſij ca-* tyræ ſono vtuntur. [Thalamo) Cubili. [Calami Gnoſij) Gnoſos
*lami.* Cretæ vrbs ingens erat in plano ſita ambitum hñs xxx. ſtadioꝝ.
Ea Minoia regia fuit. Auct. Str. lib. x. Calamis autem Orientis
populi bella conficiunt, ſed in Creta præcipuus erat vſus calamo
rum pro ſpiculis, vt ſcr. Plin. lib. xvj vbi etiam ait ꝙ nullus ſagit-
*Rhen' fl.* tis aptior calamus, q̃ in Rheno Bononięſi amne, cui plurima in-
eſt medulla, pondusq. uolucre, contra flatus quoque peruicax,
hæc & Creticis cõmendatio, q̃ q̃ præferanrur Indi, quoꝝ alia q-
buſdam videtur, natura, qñ & haſtarum uicem ꝑbent, additis cu-
ſpidibus. Strepitum armorum. ſ. [Celerem Aiacem.) Duo fue-
runt Aiaces, vt oſtendit Hom. lib. xiij. Il. Oilei filius, & Telamo-
nis, quos ſimul in pugnam prodiſſe facit in lib. x. epitheris, eos di
ſtinguit. nã Oilei filium Aiacẽ celerẽ appellat, Telamonis vero
*Aiax.* Aiacẽ magnũ. lib. ẽt xiiij. Oilei filium celerrimũ oĩum appellat.
*Oileus.* Et lib. ij. inquit, Quadraginta nauium dux fuit Aiax, Oilei filius
in currendo pernix cognomine minor, quia non tantus quãtus
*Telam.* Aiax Telamonis filius erat. [Tñ ferus) Scribũt. n. perempto He
ctore ab Achille, Paridem, cum arcu, & ſagittis valeret, Achillem
*Achillis* fraude Hecubæ ad deſponſatã Polyxenã, in templum Thymbręi
*mors.* Apollinis nocte, & ſolum euocatum occidiſſe. Naſo tñ lib. iiij.
ſer. Apollinẽ hortarum fuiſſe Paridem, in ipſa pugna verſiculi, ut
Achillem ſagitris percuteret. ſicq. illum perijſſe. Et Hom. lib.
xxij. Il. morientem Hector introducit ira Achilli vaticinantem.
Vide tñ ne tibi vetus hodie uares ſim, qñ te fortem Paris, & A-
pollo ad Scæas portas interimet. Ipſe tñ Paris (vt ſcribunt alij)
à Pyrrho Achillis filio, morti tradirus eſt, ſed quia Hor. de Aiace
*Paridis* meminit, placet magis illud, ꝙ Dares ſcribit, vbi ait, pugnantem
*mors.* Alexandrum Aiacis latus vulneraſſe. Aiacem vero nunq̃ deſti-
tiſſe donec illum occideret, & ſic Aiacem celerem Oilei filiũ ac-
cipiemus [Laërtiadẽ) Laërtæ filium Vlyſſem. vnde air ipſe apud
Ouid. lib. xiij Met. Nam mihi Laërtes pater eſt, Acriſius illi, Iu-
piter huic &c. Hunc multimodũ appellat Hom. Horar. uero exi-
tium gentis Paridis appellat, qm̃ eius aſtu latens, Achilles mulie
bri habitu inter filias Lycomedis deprehenſus. & in Troiam du
ctus eſt, qui Hectorem occidit, & fratres eius plures. Præterea
continue Troianis ipſis inſidiabatue, ſuaq. eloquentia græcos
diſcedere uolentes retinuir. Vnde quicquid actum eſt poſtea in
*Vlyſſes ĩ* Troianos, Vlyſſes feciſſes videtur. Et Danais eiuſdem ſolertia ſę
*Troianos* pe ꝓfuir. Cœpit ẽt Helenum Priami filium, & vatem, Rapuit itẽ
Palladium, cæſis cuſtodibus arcis Troianæ, ſine quo Troia capi
nõ poterat. Vnde nũc Troiam vicit, cũ poſſe uinci coẽgit. Aſtya-
nacta ẽt Hectoris filium, à turri capta Troia dicit. Sed latius de
*Pylos* Vlyſſe lib. xiij. Met. hr̃. [Pylium Neſtora) Pylos. n. Neſtoris pa-
*Neſtor.* tria fuit in Laconia, mari ſuperincumbens, ut Str. ſcr. lib. viij. Fuit
aũt Hom. teſte fidiſſimus, ſolerri pectore, & conſilio potẽs. ita-
que Achiuos pugnandi artẽ edocebat, cũ ſenex eſſet, atque exper
tiſſimus. hinc ait ipſe lib. iiij. Il. Agamemnoni: Veꝝ equidem
medius populos in bella fouebo Conſilio, qui ſolus honos ſolet
eſſe ſenectæ. is autem xc. duxit naues in Troiam vt ſcrib. Hom.
*Teucer* lib. ij. Iliad. [Salaminius Teucer) De hoc uide latius Ode vij.
*Salam.* Fuit autem Teucer Telamonis filius illegitimus, ut ſcr. Hom.
Iliad. qui inter alio Troianos, occidit egregium quendam, no-
mine Imbrium, Priami generum, nam Medeſicaſtam Priami fi-
liam, notham in matrimonio habebat. auctor eſt Hom. lib. xij. Il.

[Sthelenus) Fuit is Capanei regis filius. Diomedis auriga, qui ꝓ *Sthelen'.*
Græcis in bello Troiano, plurima glorioſa peregit. Is etiam ꝑ- *Aenea e-*
cuſſo Ænea à Diomede, ingenti ſaxo, illius equos accepit, cœle- *qui*
ſti ſemine ortos, ex illis. ſ. quos Iupirer Troi dederat pretium
Ganymedis filij adempti. Hom enim lib. v. Il. introducit. Dio-
medem ita Stheleno dicentem, Si Pallas mihi palmam, de ambo
tum cæde conceſſerit, nulla in re mora ſit, quin inſiliens in Ænee
equos a curru fræna corripias, & bigam ad noſtra tentoria addu
cas. Sunt. n. ex genere equorum, quos Iupiter pro adempto Ga
nymede filio, Troi donauit, præſtantiſſimos intee omnes, qui
ſub Sole ſunt, ac ſub Aurora. Ex quibus princeps Anchiſes, fur-
tim Laomedonte inſcio ſuppoſitis equabus quatuoe ſuſtulit pul
los, apudq. ſe maiore cum cura educauit. Ex ijs duos (vt cernis)
feroces Æneæ filio ad belli præſidium contulit, atque tribuit,
quos ſi repeeimus & prædam, & egregiam ſane laudem retuleri-
mus. [Merionem) Fuit is Idomenei patruelis de quo plura dixi-
mus. Ode vj illud hic addimus, Hom. lib. vij. Iliad. inter nouem
Græcoeum fortiſſimos numerare Merionem. numerantue. n. *Meriones*
Agamemnon, Diomedes, Aiax Telamonius, Aiax, Oileus, Ido- *Græcorũ*
meneus, Meriones, Euryphylus, Thoas, Vlyſſes: [Tydides). i. *fortiſſimi*
Diomedes Tydei filius, qui ultra plurima glorioſe geſta, Vene- *nouem.*
eem in dextra, & Matrem ſub vtero percuſſit. vt late lib. v. Il. hr̃.
ꝑpea meltor patre dr̃ vnde Ode vj. ait Horat. Tydiden ſuperis
parem. Tydeus aũt etiam fortiſſimus fuit. nam ſolus occidit qn-
quaginta viros, ſibi in itinere ab Etheocle in inſidijs poſitos. qđ
ſcr. Diod. lib. v. Et latius Hom. lib. iiij. & lib. v. vbi ait, Tydeũ fuiſ-
ſe parua ſtatura, ſed bellatorem &c. [Quem, tu ceruus vti) Ordo
eſt: Quem tu mollis ſublimi anhelitu fugiens vti ceruus grami-
nis immemor, lupum fugit, in altera vallis parte uiſum. [Grami-
nis immemor) Timoris cauſa, id accidir. [Sublimi anhelitu). i. al-
to & maximo, quod quidem celeri fuga euenit. Mollis delicatus
& imbellis. [Hoc) Fugere. ſ. [Tuæ) Videlicet Helenæ. Vnde dixit
apud Ouid. Finge tñ ſi vis, ingens conſurgere bellũ. Et mihi ſunt
vires, & mea tela nocent. Nec plus Atrides animi. Menelaus ha-
bebit, Quam Paris, aut armis anreferendus erit. Pene puer cæſis,
abducta armenta recepi, Hoſtibus &c. Et apud Hom. lib. iij. incla
mabat. Quis. n. cõtendere Graiũ, Audet? & alterna Martẽ decer-
nere morte? [Iracunda claſſis Achillei) Achilles. n. diu pugnare
noluit, ob raptã ſibi Briſeida ab Agamẽnone. Tandẽ cũ ſibi ami-
ciſſimus Patroclus, ab Hectore occiſus eſſet, dolore affectus, in
ꝑlium irruit, ubi multos Troianoꝝ occidit, & Hectora, q̃ q̃dẽ ſo
lus fuerat cauſa diuturni belli. Vñ eo mortuo, facile poſtea Ilio
potiti ſunt Græci. de cuius incẽdio legito Virg. lib. ij. Æn. [Achai
cus ignis) In Achaia. n. erar Argos, & Mycenæ, vbi Agamẽnon &
Menelaus regnarunt, quoꝝ gratia tota Græcia fere in Ilium ijr.

PAſtor cũ traheret ꝑ freta nauibus) Sub ꝑſona Paridis expo *ACR.*
nit imminẽtia Ilio. hypothetice. Dicolos Tetraſtrophos.
Metrũ tribus verſibus Aſclepiadeum, quartus Glyconicus.
[Perfidus) Quia in fidẽ amici hoſpitalitatẽ violando cõmiſerit.
Ingrato aut ueneris, aut Paridi. [Obruit) Mitigauit, compreſſit.
[Caneret) Diuinaret, vt ipſa canas oro. [Aui) Pro aue poſuit. i.
malo auſpicio. ergo non mala fata ducis, ſed mala aui intelligen-
dum eſt. [Multo milite,) Multo exercitu. [Coniurara tuas) In-
ter coniurare, & cõſpirare hoc intereſt, ꝙ cõſpirare, interdum bo
noꝝ eſt coniurare maloꝝ. Apud aulidem ꝓmontorium ab oĩbus
Græcis ad excidiũ Troiæ euntibus iurarũ eſt, ꝙ vnanimiter dimi
carent. ut eſt, Non ego eũ Danais Troianã excindere gentem:
Aulide iuraui. [Nuptias) Hoc ideo dr̃, uel ꝑꝑ amantis Paridis a-
nimum, cui prædicebar, ur doleret ſi legitimam perderet. uel ex
Veneris promiſſo, quæ pro percepto malo eius iudicio, nuptias
mulieris pulchræ promiſerat. [Heu quantus) Significatio cla-
dem affuturam dolentis: vt, Heu quantæ miſeris cædes Lauren-
tibus inſtant. [Sudor) Bellicus labor. [Iam galeam Pallas) Be-
ne primum Mineruam iraſcentem poſuit adultero, utpote Dea
caſtitatis, aur certe q̃a iudicio ſuperata eſt, corrupto Paride mu-
neris ipſius præmiſſo. Ægida autem ſcutum Mineruæ dixit. Vir-
gil. in Troiæ euerſione. vt eam monſtraret inimicam ait: Iam
ſummas arces Tritonia reſpice Pallas Inſedit nymbo effulgens
& Gorgone ſæua. [Curruſq., & rabiem parat) Pro furore bel
li rapiem poſuit. [Nequicquam) Fruſtra. Ordo eſt, Nequic-
quam pectes Cæſariem præſidio ferox amoris, vel Veneris. vn-
de in exprobrationem Veneris dictum eſt: Me duce Darda-
nius Spartam expugnauit adulter: At ego tela dedi, fouiq.
cupidine bella. [Imbelli cythara) Quæ nihil bellicum ſonet,
ne aliquid proſit in bello, ſed per amatorias cantilenas uolupta-
tem fœminis præſtet. [Diuides) Nequicquam à ſuperioribus.
[Thalamo graueis Haſtas,) Graues propter diſiunctionem
copulæ.

copulæ. [Et calami spicula Gnosis) Cretensis. de canna. n. sagittæ fieri consueuerunt: vt, Perq. Ilia venit arundo. [Celerem sequi Aiacem.) Ad sequendum Aiacis victuri etiam celeritatem dedit, velut quem fugientium nullus euaderet. [Serus) Aut ad eorũ dolorem dixit, qui eius causa perierunt, aut certe quia quantum ad inertiam suam tarde perierit. [Crines puluere collines) Hoc est, procuratam capillorum pulchritudinem puluere inquinabis. vt & fœdare in puluere crines. [Non Laërtiaden,) Singulos uelut exitiales minatur duces, Vlyssem, & Nestorẽ Nelei filium. Vlysses. n. Astyanacta præcipitem muro dedit. [Te Salaminius Teucer) De Salaminia ciuitare, Telamonis, filiꝰ frater Aiacis. [Sthelenus) Filius Capanei. Bene vaticinatur, & pñ tia videre, scire facit futura. Lucan. Hunc ego fluminea deformis truncus arena, Qui iacet agnosco. [Sciens pugnæ) Doctus ad pugnandum. [Siue opus est) Etiam insignis domitor, equorũ. [Nõ auriga piger) Diomedis fuit auriga, qui corpus Patrocli, Cum Aiace, & Antilocho liberauit. [Ecce furit, te reperire atrox Tydides) Et hoc ẽt inertiæ Paridis assignat tantam esse motam, quanta eum faceret inueniri, sine certamine. n. velut imbellem esse periturum dicit. Vnde & eum, ceruo ad timoris similitudinem cõparat. [Melior patre.) Fortior, quia numina vulnerauit. Vel quia hic ad patriam victor reuersus est, ꝙ patri eius non contigerat. [Quem tu, ceruus vti) Ordo est. Quem tu mollis, fugies sublimi anhelitu, vti ceruus immemor graminis, visum lupũ in altera parte vallis, fugit. [Sublimi fugies) Hypallage figura est. pro sublimi parte corporis. i. ore edito, vel quia ipse anhelitus summa petat potius, q. ima. [Non hoc pollicitus) Vt fugeres. s. [Tuæ) Quam diligis, vt, Daphninq. tuũ tollemus ad astra. [Iracũda diem proferet Ilio,) Non tempus velut propitia, aut amico proteget, sed in paucos dies differet vindictam. Ordo est: Iracũda classis Achillei, proferet diem Ilio & matronis Phrygum. Achillei, veteres declinationes, Ista habent, Achillei, & Vlyssei. [Hyemes) Sinecdochicos, pro annis posuit, vt Virg. Ternaq. trãsierit, Rutulis hyberna subactis. nam & æstatem similiter posuit. Nam te iam septima portat. Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas.

POR. PAstor cum traheret per freta nauibus) Hac Ode Bacchilidem imitatur. nam vt ille Cassandram facit vaticinari futura belli Troiani, ita hic Proteũ. [Ingrato celeres obruit otio Ventos.) Ingratum esse otium ventis, aut quia semper feroces sunt, aut quia semper sæuire cupiunt. [Mala ducis aui domũ, Quam multo repetet Græcia) Malo auspicio ducis, ad quã repetendam omnis Græcia armabitur. [Nequicquam Veneris præsidio ferox, Pectes cæsariem: grataq. fœminis Imbelli cythara carmina diuides.) Sensus hic est. Nec pulchritudo tibi, nec scientia canendi in bello proderit. hæ delitiæ. n. mulieribus magis aptæ sunt. [Diuides,) Pro dispones. [Ecce furit reperire) Pro furit, ac per hoc discurrit, vt te reperiat. [Quem tu, ceruus vti vallis in altera Visum parte lupum) Ordo est, Quem tu fugies vti ceruus lupum in altera parte vallis visum. [Mollis) Autem imbellis, atque inermis. [Sublimi anhelitu) Per hypallagen dixit, pro sublimi parte corporis edito, quod est. s. ore. [Non hoc pollicitus tuæ.) Helenæ. [Classis Achillei.) Achillei, & Vlyssei, veteres dixerunt, ad similitudinem fortassis diei & faciei.

ASCEN. PAstor cũ traheret) Bacchilidẽ secutus inducit Nerea vaticinantẽ Paridi exitiũ, cum Helenã raptã traheret. ꝙ Bacchilides á Cassandra factũ dicit Erat aũt Cassandra filia Priami vaticinium ꝑdita, qđ ab Apolline ꝓ stupro petito, sed nõ accepto, tulerat. Affirmauerat. n. iureiurando Apollo illi se vaticinandi, aut (vt dñt) prophetandi vim daturũ, quam vt illa recepit, stuprum negauit. vnde iratus Deus, vaticinio eius fidem, & credulitatẽ abstulit. vera. n. vaticinata est, sed minus credita. vnde Maro Æn. ij. Tunc ẽt fatis aperit Cassandra futuris. Ora Dei iussu non vnquam credita Teucris. Thetis aũt mater Achillis, dicit Prothea de Helenæ raptu vaticinatũ in Achilleide his verbis: Agnosco monitus, & Protea vera locutum. Hmõi aũt carmen, & vaticinium eatenus reip. prodest, quatenus iuuenes á cõsimili temeritate arceantur. Ordo est. [Cum). i. qñ, pastor. s. Paris. de quo idẽ, Stat in dicto opere, Soluerat Oebalio classem de littore pastor. Dardanus, incautas blãde populatus Amyclas. vnde hic additur. [Perfidus) Qui contra ius hospitalitatis hospitam auexit, traheret. i. auheheret violenter ꝑ freta. i. ꝑ maria, nauibus idæis. i. in Ida silua Troiana ædificatis. [Helenam). s. Menelai cõiugem, hospitã. s. suã, abs qua absente marito hospito susceptus erat, tunc [Nereus). s. deus marinus nympharũ Nereidum pr̃ obruit. i. sopiuit ventos. i. cessare fecit ventos, otio ingrato. s. ventis, quorũ natura est agitata est. n. ventus exhalatio terrestris ꝑ aërem mota, aut ingrato Paridi celeriter ꝑdam suã auehere molienti, ut caneret fata fera. i. exitialia Paridi, & Troiæ, Principium aũt carminis est. O Pari, tu ducis domum. s. tuam, aui. i. auspicio mala. i. minanti tibi, & tuis malum hoc est exitium, ducis, inquit sup. eam, hoc est Helenam, quam Græcia coniurata. s. apud Aulidem rumpere tuas nuptias. & regnum Priami. s. patris tui, vetus. i. antiquum, & nobile reperet multo milite. i. grandi exercitu mille nauibus aduecto. Heu cõmiserantis vox quatenus sudor. i. labor cũ sudore, adest. i. paratus est, equis. i. belligeris, & quãtus sudor adest viris. [Quanta) q. d. maxima, funera. i. exitia, & mortes, moues. i. excitas genti Dardanæ. i. Dardanicæ, hoc est Troianæ, vbi Dardanus aliqñ regnauit. [Pallas). s. læsa iudicio tuo, parat, iam galeam. i. cassidem munimẽ capitis, & Ægida. i. munimen pectoris Deæ, ex pelle caprina prius factum, in quo erat caput Medusæ, & parat currus. s. bellicos, nam de curru pugnabant, & rabiem. i. furorem bellicum, qui vires iuuant. [Nequicquam &c.) Prosequitur reliquum vaticinium hoc ordine. Tu ferox. i. ferociens, & superbiens, nequicq̃. i. frustra præsidio. i. super ꝑsidium, hoc est protectionem, & tutelã Veneris, cuius uidelicet numine fretus in mercedem iudicij de aureo pomo, Helenã rapuisti, pectes. i. comes cæsariem. i. capillos diffusos ventis cæsos, & diuides. i. vicissim canẽdo, & tangendo cytharã imparties, cythara imbelli, nihil ad bellũ faciente, sed potius bellum refugiente, carmina. i. cantica, grata fœminis, quibus bella detestata sunt. [Tu vitabis nequicq̃). i. frustra, thalamo. i. tantis per dum eris in thalamo cum amica tua, hasta. s. Græcorũ, graues. s. tibi, & spicula. i. sagittas, calami. i. arundinis, Gnosij. i. Cretensis a Gnoso, seu Gnosio, oppido Cretæ, iuxta quod optimæ nascuntur sagittis arundines & frustra vita bis strepitu. s. insequentium hostium. [Et Aiacem). i. Telamonium celerem sequi rñ. s. tametsi, vitabis in thalamo iam dicta, tu collines. i. cõmaculabis, serus. i. nimis tardus pro tuis quia operæpretium fuisset ipsum incunabulis extinctum fuisse. quod & Priamus iusserat, collines dico puluere. s. Troico, dum occisus in terram cades, crines adulteros. i. comptus, quales adulteris esse solent. Pulchrum aut est, quia per quæ quis peccat, per hæc & punitur, vt adulter in capillis. [Non respicis Laërtiadẽ). i. Vlyssem exitium. i. qui causa erit exitij tuæ gentis. i. progeniei, & non respicis Nestora prudentissimum consiliarium. [Pylium). i. Pyli regẽ? [Teucer Salaminus) s. Telamonis Salaminij filius & Sthelenus Capanei regis filius, sciens. i peritus pugnæ, siue. i. vel si, vel auriga non piger. i. strenuus, si opus est imperitare equis, impauidi vrgent te. Et cu nosces. i. experire quoque Merionem patruelem. s. Idomenei. [Ecce) Quasi ex insperato, & improuiso, Tydides. s. Diomedes, melior pre. i. Tydeo, furit atrox. i. atrociter, reperire. i. ut reperiat te. Quẽ. s. Tydidem, tu mollis. i. effœminatus, fugies anhelitu sublimi. i. ex sublimi a te supinanti attracto vti. i quemadmodum ceruus immemor graminis præ timore, fugit sup lupum visum, in altera parte vallis, fugies dico, nõ pollicitus. i. qui nõ ꝓmiseras, hoc. s te fugiturum, tuæ. s. amicæ Helenæ. [Iracunda diẽ &c.) Post exitium Paridis, cõmemorat excidium Troiæ dicens. [Classis). i. manus, aut exercitus Achillei. i. Achillis (sed Græce dr̃ Achilleus, vnde ht Achilleos & Achillei, & per contractionem Achilli) iracunda. i. iracundi Achillis, ꝓferet. i. extendet & ꝓducet. [Ilio). i. Troiæ & matronis Phrygum, diẽ. s. ultimam, de qua Æn. ij. Venit summa dies, & ineluctabile tp̃s Dardaniæ, fuimus Troes, fuit Ilium, & ingẽs Gloria Teucrorũ &c. [Ignis Achaicus). i. Achiuorũ, vret i. comburet, post certas hyemes, quia post decem, quod tamen noluit dicere, domos Iliacas. i. Troianas.

## PALYNODIA AD TYNDARIDEM AMICAM.

*Recantat quæ petulantius in amicam scripserat, sed id vt ageret iracundia actum, qua nihil impotentius, atque intractabilius fatetur, imitatus est autem Sthesicorum Siculum, qui id prius de Helena fecerat. Postremo Atrei & Thyestæ exemplo iræ atrocitatem, & tyrannidem ostendit, quam in stomacho locum habere dicit.*

*Ode XVI. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Vides, Vt alta stet niue candidum.*

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ – –
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –

O matre

*flămis* (margin, to "flamma")

O MATRE pulchra filia pulchrior,
Quē criminosis cunque voles modū
Pones iambis: siue * flamma,
Siue mari libet Adriano.
Non Dindymene, non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius,
Non Liber æque: non acuta
Sic geminant Corybantes æra,
Tristes vt iræ: quas neque Noricus
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec sæuus ignis, nec tremendo
Iupiter ipse ruens tumultu.
Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam vndique
Desectam: & insani Leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.
Iræ Thyesten exitio graui
Strauere: & altis vrbibus vltimæ
Stetere causæ, cur perirent
Funditus: imprimeretq́ muris
Hostile aratrum exercitus insolens.
Compesce mentem. me quoque pectoris
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor: & in celeres iambos
Misit furentem. nunc ego mitibus
Mutare quæro tristia: dum mihi
Fiat recantatis amica
Opprobrijs: animumq́. reddas.

**ANTO.** O MATRE &c.) xvj. Ode amicam poëta alloquitur, dicēs, Siue igni, siue aqua, seu vti placuerit, iambos destruat, quos olim in eam furore ductus ediderat. Deinde ipsius furoris, & iræ effectus ostendit, nouissime vero mutando tristia, mitia se facturum fatetur, dummodo mutato carmine iambis cōtrario .i. scriptis laudibus sibi amica fiat, Imitatus autem Stesichorum lyricum poëtam Siculum est. qui vituperationem Helenæ scribens, cæcatus est postea vero responso Apollinis eiusdē laudes descripsit, quare oculorum aspectum recepit. De quo ipse Horat. etiam in Epodo penultimo meminit ibi .s. Infamis Helenæ Castor, &c. Est autem παλινῳδία .i. recantatio contrarius cantus, πάλιν .i. iterum, & recto significat ᾠδὴ cantus dicitur, fit autem cum male de quopiam scribentes. deinde rescribentes bene de eodem scribimus. [Criminosis) Probrosis, & maledicis. [Modum) Finē. [Iambis) Iambicum carmen est maledicum, ab ἰαμβίζειν quod est maledicere, vt scribit Diomedes. Eius inuentor Archilochus fuit. hinc *Iambicū carmen* Horat. in Arte inquit: Archilochū proprio rabies armauit iambo. Scripsit enim contra Lycambem socerum suum abnegata eius filia sibi ante sponsa, ἰαμβίζω (vt scribunt alij) est iniurior, vitupero, violo, castigo. [Mari Adriano.) Adriaticum mare in dextro latere Illyricos habet, in sinistro vero Italiam, cuius pars est Ionius sinus, vt docet Str. lib. iij. Quod dixerit autem Horat. *Adriaticum Adria.* hoc loco Adrianum pro Adriaticum secus est. Plin. enim lib. iij. cap. xiij. de Piceno scribens, ita inquit, Vbi nunc ager Adrianus, & Adria Colonia á mari septem millibus passuum cap. vero xvj. ab Atria Atriaticum mare appellatum scr. Str. item lib. v. vbi de Rauenna meminit, inquit, Andriam quidem inclytam ciuitatem fuisse memoriæ proditum est. A cuius nomine, & sinus appellatus est, Adriaticus. [Dindymene.) Ordo est. Non Dindymene, non incola Pythius, non Liber æque in adytis concutit mētem *Dĭdyma Pisinus,* sacerdotum. [Dindymene,) Str. lib. xiiij. scribit, Dindyma montes esse in Thessalia. In quo loco est Dindymenæ matris deum Phanū, & lib. xij. ait, ꝙ in Phrygia vrbs erat Pisinus nomine emporium regionis, habebat, & templum maximum magnæ uenerationis. Matris deum. Sacerdotes olim præpotentes quidam erant. Sacerdotium maximum habebant Romani templum celebre reddiderunt, accersita inde Deæ statua quemadmodum ea, *Sangarius* quæ Æsculapij erat, ex Epidauro. Mons quidem vrbi imminebat nomine Dindyma á quo Dindymene dicta est, prope Sangarius amnis fluit, secus quem erant antiqua Phrygum domicilia vt Myde, &c. Hæc ex illo. [Corybantes) Corybantes autem *Corybantes* (vt idem ait lib. x.) Cretæ populi Cybales ministri erant, inter quos fuisse tradunt quosdam spiritibus afflatos, & Bacchicos, cū strepitu, ac fragore cymbalisque, ac tympanis, & armis item, etiā tibijs, & vociferationibus inter sacrificandum stupefacientes, inq́ue ministrorum habitu publica modo quodam sacra facitantes. [Adytis) .i. penetralibus. Dicitur aūt adytum ab α quod *Adytum* est sine. & δύω ingredior quasi sine adyto & ingressu, non enim omnibus pater penetralū aditus. [Incola Pythius) .i. Apollo q. *Pythius* Pythius dictus est ab Pythone serpente quem occiderat. Pytho *Pytho* aūt dictus est a πύθω quod i. st putredo, vel putrefactio, qm̄ ex putredine terræ. post diluuiū generatus est. Macro. vero lib. j. Sat. fabulam ipsam aperit late. [Incola Pythius) .i. aduena. Nam Cic. in lib. de Nat. Deor de Apollinum numero sic ait, Tertius Ioue tertio natus, & Latonia, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt ad- *Delphycus Apollo* uenisse, Diodo. item lib. vj sic ait, Eodem modo plurimum temporis Apollo circa Delum ac Lyciam Delphosq́ue versatus est subiungit postea, quòd ab loco, ac gestis Delium, ac Pythium appellarunt. Herod. lib. ij. etiam ostendit, quòd Apollo Delphis morabatur his verbis. Post hæc ingentibus hostijs deum, qui est apud Delphos exorandum statuit, videlicet Crœsus. Optime igitur Pythius incola .i. habitator Delphorum .s. Vel incola .s. eorum sacerdotum, tunc. n. eos incolit, cum eius spiritu afflati sunt. *Liber Pater* [Liber) Apollinem, & Liberum patrem vnum, eundemq́ue Deū esse asseuerat Aristotelis. ait. n. in Thracia fuisse adytum, Libero consecratum, ex quo reddebantur oracula. Sed in hoc adyto vaticinabantur plurimo mero sumpto, vti apud Clarum aqua pota effabantur oracula. Item Bœotij Parnassum montem, *Parnasus* Apollini consecratum esse memorantes, simul tamen in eodem, & oraculum Delphycum, & speluncas Bacchicas, vni Deo consecratas colebant. hæc ex Macrob. lib. j. Sat. [Tristes vt iræ) Phi *Iræ vis* losophus lib. vij. Ethic. scribit, Iram corpus manifeste permutare, nonnullosq́ue in furorem, ac insaniam adigere. [Nori- *Norici* cus ensis) Norici incolæ sunt alpium, vt Plin scr. lib. iij Idem *Tonitrua Fulmina Fulgetra* quoque lib. xxxiiij. cap. xviij. scribit. In Noricis esse ferri venam laudabilis. [Tumultu,) Id est tonitrum, & fulmine. cum. n. in nube luctatur flatus, aut uapor, tonitrua eduntur. si erumpat ardens, fulmina. si longiore tractu nitatur, fulgetra, his *Prometheus* finditur nubes, illis perrumpitur. Plin. lib. ij. [Prometheus,) Is dici potest prouidens uel prudens. Id. n. Prometheus significat. προμηθέω vero prouideo, προμηθεία prouidenti seu prudentia. Eusebius aūt scribit, ꝙ anno mundi. M M M. D. X. Argis regnante Argo, s̄m quorundam opinionem, fuit Prometheus á quo homines factos esse cōmemorant, & reuera cum sapiens esset, feritatem eoꝝ, & nimiam imperitiam, ad humanitatem, & scientiam transfigurabat. Hæc ex Eusebio. Lactantius vero scribit, Prometheum primum simulacrum ex luto componere inuenisse. [Principi limo) .i. primo hoīs simulacro, ex limo facto. Vndique .i. ex cunctis ferè animalibus, hinc leonis vim stomacho apposuit á lepore timorē accepit, ab vulpe æstus, &c. [Insani leonis) Plin. aūt scribit, raro leonem placidum esse, nam crebrior eius iracundia. Vim stomacho apposuisse nostro, Claudianus de quarto consulatu Honorij. sic ait Iram sanguinei regio sub pectore, cordis, protegit iambutam flāmis, auidamq́. nocendi præcipitemq́. sui rabie succensa tumescit. [Thyestem) Iræ Atrei Thyestem strauere. *Ira locus Atreus Thyestes* Atreus. n. eius frater Thyestæ filios edendos apposuit, iratus, ꝙ ille cū vxore sua coiuisset. De quo latius in Ode vj. iam diximus, [Altis vrbib.) Vt Ilio, Thebis, Athenis, Sagūto, Carthagini. Mu- *Insolens* mātiæ &c. [Insolens) .i. impudens, & audax, qn̄ que non solens vt Marcel. scribit. Me quoq. excusat poëta seipsum, ꝙ olim iābos scripserit furore quodā in illam. [Celeres iambos) Idem in Arte *Iambus* ait. Syllaba longa breui subiecta vocatur iambus, Pes citus, vnde *Trimeter Iambi.* ēt trimetris accrescere iussit, Nomen Iambeis, cum se nos redderet ictus. Ait aūt eo loco Porphyrius, quæri solere cur trimetri appellent tragici Iambicum se nos accipiant pedes. qm̄ .s. tanta breuitas est pedū, vt iuncturæ binos cōplectant pedes. Acron vero scribit, Horatiū voluisse Iambum citū intelligere sex pedum versum. [Mitibus) Dulcibus, placidis iucundis. [Recantatis opprobrijs) In contrarium cantatis criminibus, & maledictis.

**ACR.** O Matre pulchra filia pulchrior) Tyndari satisfacit. Ode est tricolos tetrastr. Metrum duobus versibus alcaicū, quod constat ex spondeo, & iambo, & cæsura, vel iambica penthemimeri, & duobus dactylis, ita, O matre pulchra filia pulchrior, Tertius dimeter iambicus hypercatalecticus ita, Pones iambis, siue flamma, Quartus pindaricus constat ex duobus dactylis, & duobus trochæis ita, Siue mari libet Adriano. Hanc Odē in satisfactionem

nem facit amicæ suæ, quam iratus carmine læserat promittens aboleda, quę ad eam scripserat. imitatus Stesichorum poetam Siculum, qui vituperationē scribens Helenæ cęcatus est, & postea responso Apollinis laudem eius scripsit, & oculorum aspectum recepit. Cuius rei, & in Epodo idē poëta meminit: Infamis Helenæ Castor offensus, vicem fraterq. Magni Castoris, victi parce adempta vati: Reddidere lumina [O matre pulchra filia pulchrior).i.comparatione formosæ formosior. Comparatiuus.n.& superlatiuus pro positiuo proferuntur, vt Virg. Quarum quæ forma est pulcherrima Deiopeiam, & Formosi pecoris custos, formosior ipse, pro ipse formosus. [Quem cri.)Cunque Tmesis est quencúque. [Pones Iambis) Ipsi.n.aptiores iniurijs sunt, qbus eam versibus læserat. [Siue flamma) Hoc in satisfactionem pro delendo crimine dixit, illud secutus Virg. Aut Pelago Danaum insidias, suspectaque dona Præcipitare iubent subiectisque vrere flammis [Mitibus) Dulcibus, placidis, iucundis. [Recantatis opprobrijs) In contrarium cantatis criminibus, & maledictis. [Non Dindymene) A monte matrem Deum dicit. Amoris se fatetur furore peccasse, & probare vult sic iram moderationem non recipere in animis hominum, quemadmodum alieni furoris bacchantes. [Incola Pythius) A Pythone Apollo. [Non Liber æque) Liber etiā qui similiter sacerdotes suas vexat furore. [Acuta) A tinnitu, acuta autem sonora. Virg. Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto. [Corybantes) Ministri Matris deorum. [Quas neque Noricus deterret ensis) Emphrasis est in ipsis enim locis, & probatum ferrum est, & optimi gladij fiunt, & ideo ex prouincia ferrum laudatur. est autem Noricum pars Illyrici. Virg. tum sciat aëreas alpes & Norica si quis Castella in tumulis. [Nec mare naufragū) Naufragia faciens, quasi naufragum Virg. Caulonisque arces, & naufragum Scyllaceum. [Nec tremendo).i. tremore tonitrus dixit vnde est, Et mortaria corda Pergentes humilis strauit pauor, ille flagranti, Aut Athon. aut Rodopen, aut alta Ceraunia telo Deiecit. [Ruens).i.impetuose veniens. [Fertur Prometheus addere principi Limo, coactus parti) Sensus præsenti intentioni necessarijs conceptus est. Ait aūt prometheum cum limo homines fingeret iussum est omnibus animalibus particulas, prout erat eorum natura, homini apponere. Vnde vim leonis stomacho apposuisse, ideo ꝙ iracundia magis accendamur. Timorem à lepore posuit, a vulpe astutiam ceteraq. a reliquis. Ordo est, Fertur Prometheus coactus addere principi limo, particulam desectam vndique, & apposuisse nostro stomacho vim insani leonis. [Vndique desectam) Quasi ex multis hominem composuerit. [Iræ Thyesten exitio graui Strauere) Atreus & Thyestes fratres fuerunt, Thyestes vero vxorem fratris incestauit, ille filios eius patri epulandos apposuit. Quod scelus, & Sol fugisse narratur. Hinc Virg. Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab vrbe, & Statius: Et caligantes abrupto Sole Mycenas. [Stetere) Extitere vsque ad euersionem. [Hostile aratrum) Condendis atque euertendis ciuitatibus, hæc consuetudo fuit, vt aratro fierēt. vt Virgil. Interea Æneas vrbem designat aratro. Item Cicer. de euertenda in Philippicis, Vt vexillum tolleret, & aratrum circunduceret. [Insolens) Tantummodo ita commotus. [Compesce mentem) i.noli me irascendo imitari quem pœnitet. [Celeres Iambos) Epitheton est. Sic in arte Poetica de pede Iambo, Pes citus, vnde etiam trimetris accrescere iussit Nomen Iambeis. [Misit furentem) Propter iram.s. [Nunc ego mitibus) i. blandimentis mutare iracundiam cupio. [Recantis) i.meliore carmine deletis. Recantantur autem opprobria cum mutato carmine laudibus corriguntur. [Animumq. reddas,) Hoc est spem mihi redintegrandi amoris facias.

POR. O Matre pulchra filia pulchrior,) Hęc Ode [illegible] repromittit, ei in quā probrosum carmē scripserat Tyndaridi cuidā amicæ suæ.i.recantatur ea quæ dixerat. dicitq. se iracundia motum, ea scripsisse. Affirmat aūt non magis matris magnæ, aut Apollinis numine instinctos furere, quam eos q iracundia sunt incitati, adeo vt nulla vt hic furor deterreri possi. [Noricus ensis) Speciem pro genere posuit. Non n.in norico tm̄ enses fiunt, sed si dē, vt Leuis innatat alnus, Missa Pado. [Nec mare naufragum,) Vt Naufragum Scyllaceum. quòd ibi naua franguntur. [Et insani leonis Vim stomacho posuisse nostro) Belle de fabula sensus præsenti intentioni necessarius cōceptus. Ait autem Prometheum limo homines fingere iussum, & ex omnibus animalibus particulas homini apponere, vim leonis stomacho apposuisse. iccirco iracundia magis nos incendi, quàm vlla alia animalia. [Iræ Thyestem exitio graui) Iam hoc ἀπὸ παραδείγματος infert, quam sit ira atrox, & exitiosa hominibus. [Imprimeretq. muris hostile aratrum,) Hoc est, Hæc eadem ira causa fuit delendis vrbibus, vsque adeo vt ibi fuissent muri, aratrum induceren. [Me quoque pectoris, Tentauit in dulci iuuenta Feruor) Me quoque, inquit, iracundia calore iubente, magis accensa incitauit in iambos. Iambici autem versus aptissimi habentur ad maledicendum. Denique & Catullus cum maledicta minaretur, sic ait: At non effugies meos iambos. [Fias recantatis amica) Remutatis. Recantati probra dicuntur, cum contraria probris carmina fiunt in eum, coi maledixerimus.

ASCEN. O Matre pulchra &c.) Palimodia.i. recantatione, fingit se velle sibi reconciliare amicam carmine famoso læsam & ppca ira excandescentem, occasione cuius damnat iram docetq. quanta sit eius pernicies, & quæ mala irā subsecuta sint, vt verius iram, dānare, & proscribere. q̄ amicam placare velle censeatur, vtrunque tn̄ facete velle vr̄. Dicit aūt in gratiam puellæ. [O filia pulchrior) .i. formosior matre pulchra.i.tua, q̄ fortassis turpē, & turpioris filiæ matrem dixerat, tu pones.i.cōstitues, iam bis.i.iambicis carminibus, criminosis.i.criminationes, & execrationes inferentibus, quęcunque modum.i.finem durationis, hoc est exitium & exterminationem voles, seu libet sub ponere ipsis modum, flamma.i. per igne, siue mari Adriano quod sæuum est, & superum dicitur ꝙ ab Oriente Italiā alluit. Hoc est ego dedo tibi carmina mea iambica, & maledica, vt deleas, & perire facias ea, siue per ignem, siue p aquam, vt libuerit, dūmodo iram remittas, quam remittēdam docet quia Dyndimene.s.Cybele, magna Mater deum, non quatit.i. concutit, mentē sacerdotū.i. Gallorum a Gallo flumine Phrygiæ dictorum. æque i.æqualiter, aut tantum quātum faciunt iræ, adytis.i.secretis penetralibus, quæ memini, præter q̄ sacerdotibus ingredi licebat, ingressos aūt, furor diuinus corripiebat. [Et Pythius).s.Apollo Delphicus, incola i. aduena, & alūde accitus ea loca, vatesq. incolens, & Liber.i. Bacchus, qui bacchantes furore incendit. non quatit æque mentē sacerdotum, & Corybantes Cretæ populi, Cybelis ministri sacro quoque furore rapi soliti, non geminant.i.præ furore crebro percutiunt, & crepare faciunt, sic æra.i.vasa ærea, vt pelues, & tintinnabula, acuta.i.acute sonantia, vt iræ tristes sup quatiunt, & corripiunt (dicit aūt tristes, quia Amantium iræ redintegratio amoris est) quas iras, neque ensis Noricus.i durissimi ferri, qd' Noricis.i.populis illis alpinis est, aut Amazonia securis, qua Vindelicos armari dicit Ode iiij.lib.iiij nec mare naufragum, nec ignis sæuus, nec Iup. ipse qui cuncta fulmine terret, ruens.i.præcipitāter cadens tremendo tumultu.s.tonitru cum fulmine deterret.s. ab impetu, aut vindicta. [Fertur Prometeus) Docet quomodo ira tam vehemens innata sit pectoribus humanis ꝙ quia poëtice facit bene dicit Fertur. Sicut & Maro, Vt perhibent Vt fama est &c. Docet deinde exitia propter iram facta. Vnde ordo est. Prometheus, qui primum hominem ex luto finxit fertur, coactus addere.i. vt adderet, limo principi.i.primo homini ex limo formato, coactus autem erat à Pandora aut Mercurio adijsses misso, particulam desectam.i.decisam vndique.i. ab omnibus animalibus, & aliis vnde microcosmos.i paruus aut minor mundus dicitur homo, quia cum omnibus participat, & fertur coactus apposuisse stomacho nostro.i humano, vim s.iracundiæ, leonis insani.i.rabidi, & furore insanientis. Iræ.s.Atrei, strauere.i.prostrauerunt. [Thyestē fratrem eius graui exitio) Quia proprios filios illi edendos apposuit Atreus. Et iræ stetere vltimæ causæ, altis vrbibus cur perirent, scilicet.i. ob quas altæ vrbes vt Ilion, Thebæ, Corinthus, Numantia, Carthago, & similes euerterentur, & cur exercitus insolens.i.immodeste vtens victoria imprimerent muris.i ubi prius fuerant muri, quorum constructio prima fiebat, aratro, vnde destructio euersio suprema eodem fiebat aratrum hostile, quia ad euersionem ab hostibus inductum, cum prius ad constructionem ædificatores aratrum amicum induxerint. Et ideo. [O amica) Compesce mentem. Feruor pectoris.i. calida bilis stomachi mei, tentauit .i. affecit, quoque .i. ēt me, in dulci iuuenta, cum .s. amore ardens ægre ferrem, abs te excludi. Et misit me furentem in iambos celeres i. ad describendos versus iambo constantes, qui, quia pes citus est, iratis congruit, vnde (ut visum est) dicitur in Arte Archilochum proprio rabies armauit iambo, quia pes citus est. Vbi annotabis iambum trissyllabam esse, vocem tam in prosa, quam in carmine vnde peccauit q dixit. Iambo uel nulla, uel tantum tertia detur. [Ego quæro) .i. conor, nunc mutare tristia.s.dicta, aut scripta, mitibus, quia sermo mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem, dum.i.dū modo, q.d.nihil aliud quæro, quam ut fias mihi amica & hoc opprobrijs i.contumelijs in te dictis, recantatis .i. per palinodiam, seu recantationem contrarium canendo reuocatis, & destructis, & reddas mihi animum, quem læsa auertisti.

## AD TYNDARIDEM DE LAVDIBVS AGRI SABINI, ET MONTIS LVCRETILIS.

*Tyndarim puellam, quam prius iambis offenderat, inuitat ad rus suũ quod in Sabinis habebat, vt illi plenius satisfaciat. Quo autem facilius persuadeat, laudat illud ab eo quod dij eo secessu delectentur à pecudum & rerum omnium copia, ab amœnitate, & securitate qua tuta erit ab ebriosorum iuuenum petulantia, & Cypri riualis iniuria.*

### *Ode XVII. Tricolos Tetrastrophos: Vt, Vides, vt alta stet niue candidum.*

--u -- -uu -uu
--u -- -uu -uu
--u -- -u --
-uu -uu -u --



Elox amœnum sæpe Lucretilem
Mutat Lycæo Faunus: & igneam
Defendit æstatem capillis
Vsque meis, pluuiosq. ventos.
Impune tutum per nemus arbutos,
Quærunt latenteis, & thyma deuiæ
Olentis vxores mariti:
Nec virideis metuunt colubros,
Nec martialeis hœdilia lupos:
Vtcunque dulci Tydari fistula
Valles, & Vsticæ cubantis
Leuia personuere saxa.
Di me tuentur: dis pietas mea,
Et musa cordi est. hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.
*Vide an not Frã. Rob sup isto loco.* Hic in reducta valle, caniculæ *
Vitabis æstus: & fide Teia
Dices laboranteis in vno
Penelopen, vitreamq. Circen.
Hic innocentis pocula Lesbij
Duces sub vmbra: nec Semelius
Cum Marte confundet Thyoneus
Prœlia: nec metues proteruum
Suspecta Cyrum: ne male dispari
Incontinenteis inijciat manus:
Et scindat hærentem coronam
Crinibus, immeritamq. vestem.

ANTO. 

Elox &c.) xvij. Ode Tyndariden puellam inuitat in uillam, quam in Sabinis habebat laudansq. illam, dicit Faunum sæpenumero Lyceum Arcadiæ montem relinquere, petereq. amœnum Lucrenlem montem Sabinæ, & ibi suas oues passim pascentes, reddere rutas ab æstu uentis, serpenribus, ac lupis. Inde demum rerum cupiam, Tyndaris habere poterit. Nec æstum timebit Caniculæ, cantabit & lyrica carmina, sub vmbra, pocula optimi uini sumendo nec metuet Cyrum alterum eius amatorem ne sibi manus inijciar, scindat ue crinibus hærentem coronam, aut uestem. [Lucretilem) Lucretilis mons est in Sabinis, quòd est locus iste ostendit. [Lycæo) Lycæus Arcadiæ mons in quo Lycæi Iouis delubrum. auctore Plin. lib. iiij. quem quidem Iouem Lycæum aliqui Pana uolunt significari. de quo Virgil. in Buc. Pan Deus Archadiæ uenit. Item: Pan curat oues, ouiumq. magistros. Horat. igitur hoc loco Faunum Pana ipsum intelligit. [Mutat Lycæo) Hypallage est, Dicit .n. Faunum relicto Lycæu Lucretilem petere. [Defendit æstatem) .i. auertit, atque depellit. Nam (vt Gellius scribit lib. viij. cap. j.) Offendere proprie & latine significat incurrere in aliquid, & incidere. Defendere vero auertere atque depellere. hinc Quin. Claudius ait, Apinnis hostes defendebant facillime. Maro item in Buc. Solstitium pecori defendite. [Impune,) Sine aliqua pœna. [Arbutos) Maru lib. ij. Geor. ait. Post hinc digressus, subeo frondentia capris Arbuta sufficere, & fluuios præbere recentes. [Thyma) Thymi genera duo, candidũ radice lignosa, in collibus nascens quod & præfertur. Alterum nigrius, florisq. nigri Plin. auctor libr. xj. *Thymũ* [Deuiæ) Errantes, ac pascentes. [Olentis vxores mari.) Capræ periphrasis, quæ mariti hirci pessime olent, in primo aũt pede est Iambus pro Spondeo. [Martiales) Marti dicatos. [Hœdilia lupos) Pes vltimus Anapæstus. seu antidactylus est pro Dactylo, constat enim duabus syllabis breuibus, & vltima longa. [Hœdilia) Hœdorum scepta. Vtcunq. quandocunque. [Fistula) .s. Fauni .i. Panis. Virg. Pan primus calamos cera coniungere plures instituit, Pan curat oues, ouiumq. magistros. Vsticæ cubantis resupini montis Sabinæ. Hic ex Lucretile, & vallibus Vsticæ montis. *Vstica.* [Manabit) Profluet, exibit, erumpet. [Opulenta) Abundans, & diues. *Cornu copia.* [Cornu benigno,) Id est copioso & diuite allusio est ad Cornu copiæ, de quo Ouid. lib ix. Metam. scribit quod Hercules cum Acheloo in taurũ uerso pugnans, ei alterum cornu fregit *Hercules.* Naiadeš vero illud pomis, & odoro flore repletũ sacratunt Copiæ, hinc Cornu copiæ dr̃. Diod. item lib. v. scribit cum Acheloo *Achaelous.* Herculem sub tauri specie certasse. qui cũ incongressu tauri, alterum cornu fregisset, Aetolis illud (quod Amaltheæ cornu vocant) dono dedit, fructu omnium vuarum malorum, aliorumque eiusmodi pomorum, copia repletum. Poëtasque fingunt (vt idem ait) Acheloi cornu fossam à fluuio ductam, pomis vero, & malis punicis, ac racemis monstrari regionis fertilitatẽ, quã fluuij humor præstet, & agros reddat feraciores. Re .n. vera, Hercules in Calydonum gratiam, fluuium Acheloum in alium cursum diuertens plurimos agros ex aquæ irrigatione, fertiles præstitit. [Reducta) Concaua & depressa, quasi retroducta. [Caniculæ *Canicula.* æstus) Canicula dicitur minor Canis, qui Procyon dicitur quoniam ante maiorem Canem exoritur, Caniculæ exortu, inquit *Procyon.* Plin. lib. ij. accendi Solis vapores quis ignorat? cuius sideris effectus amplissimi in terra sentiunt feruent maria, exoriente eo, fluctuant in cellis vina, mouentur stagna, Canes etiam in rabiem agitantur, Columel. autem lib. xij. scribit, quod Idibus Iulijs, Procyon exoritur mane, & tempestatem significat. Postea, inquit, septimo Cal. Aug. Canicula apparet, estque caligo æstuosa. [Fide Teia) Id est, carmine lyrico, Anacreontis. Nam Anacreon, lyricus poëta fuit, ætate Pysistrati, & Pherecydis historici, Pythagoræ magistri, vt scribit Euseb. Fuit is patria Teius, qui Batyllum, puerum, Samium adamauit. Teos autem Ionum *Anacreõ* ciuitas est in peninsula sita, quæ & portum habebat. Hic est A- *Pherecides* nacreon lyricus. Item Hecateus historicus. Auctor est Str. lib. xiiij. [Fide) Fides (inquit Festus) genus cytharæ, dicta quod tantũ *Teos ciuitas Hecateus* inter se cordæ eius, quantum inter homines fides concorder, cuius diminutiuũ fidicula est. [In vno) .s. Vlysse qui ab vxore Penelope, desideratus est annos xx. & à Circe adamatus, vt Naso in re *Fides.* medio, & in Metam. docet. *Cithara.*

*Vitream, claram, pulchram.*

[Pocula Lesbij) Strabo etiam lib. xiiij. docet Lesbium vina optima ferre. Vnde & Aristoteles (vt Gell. scribit lib xij. cap. v.) an- *Aristotelis ætas* nos iam fere natus duos, & sexaginta, ægrotabs, gustato vino Rhodio, inquit. Firmum hercle vinum, & iucundum, degustato inde Lesbio ait, Vtrunque oppido bonum, sed suauius Lesbium. *Lesbium* Id autem vbi dixit, nemini fuit dubium, quin illa voce lepide, & *Theophrastus* verecunde Lesbium Theophrastum successorem sibi delegisset, non autem Menedemum Rhodium. Petierat enim eius secta- *Menedemus* torum cohors, vt ipse deligeret loci sui, & magisterij successorẽ. [Semelius) Semeles, Iouisq. filius Pacchus, de quo apud Ouid. *Thyoneus* lib. iij. Met. & Dio. lib. j. [Thyoneus) Id Bacchi nomen est, à θύω quod est impetũ facio, occido, excito, festino, sacrificio. Inde *Thye* Thyas, Thyadis Baccha. [Cum Mar.) .i. è nostris poculis nulla exorientur prœlia, quod Centauris accidit. [Proteruum) Proterui dicuntur intemperantes, & ignaui, Auct. est Tullius in lib. de Fini. [Suspecta) Solicita, non tuta. Ordo est, Nec metuens proteruum cyrum suspecta .i. solicita ne male inijciat &c. [Dispari) Tibi .i. eo inferiori viribus.

ACR. Velox amœnum sæpe Lucretilem) Ad Tyndarida parænetice. Ode Tricolos Tetrastrophos. Metrum duobus versibus Alcaicum, tertius dimeter Iambicus hypercatalecticus, quartus Pindaricus, & hanc Oden ad Tyndarida scribit Hora. cui, vt, plene satisfaciat, inuitat eã in fundũ suum, quẽ in Sabinis habebat. Dicit ergo contẽpto Lycæo monte Arcadie venisse ad Lucretilẽ montẽ Faunũ. quẽ quidam incubum vocãt, Lucretilis aũt mons est

est in Sabinis, sed hic magis Pana pro Fauno voluit intelligi, nā & capellas suas eum custodire dicit. ergo magis ille ordo esse debuit Lucretili Lyceum mutat, & est hypallage, nisi ex hoc ipso Lyceo Lucretilis comparetur, quod vtrunque sæpius cōmutet. [Defendit æstatem capillis) Remouet æstus, & frigora prohibet. [Vsque) Continue .. [Pluuiosq. ventos) Pluuiam ferentes, tempestuosos. [Impune) Sine damno. [Arbutos) Arbutum quam vulgo appellant, libentius capræ persequuntur ad pascendum, vt, Dant arbuta siluæ & alibi: Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis. [Deuiæ) Errantes pascentes, vt, Rara per incultos, errant animalia montes. [Olentis) Grauit.n. hircorum & capratum, odor: ergo olentis.i. fœtentis, vt, Allia, serpillumq́ herbas contundit olenteis. [Vxores) Acyrologia est, vt Virg. Vir gregis ipse c.d. &, Quem legere ducem, & pecori dixere maritū. [Nec metuūt) Martis dicatos tutelæ, vt Virg. Martius a.st.r.l. [Hœdilia) Septa hœdorum, per continent, id quod continetur synecdochicos. [Vtcunque) Qn̄cunque aut quotiescunque ordo est. Tyndari vtcunque personuerunt valles, & leuia saxa, cubantis. Vsticæ dulci fistula, nec metuunt virides colubros, nec hœdilia Martiales lupos. [Vsticæ) Nomen montis & vallis. Idem in Epist. de situ eiusdem vallis: Continui montes, nisi dissocientur, opoca Valle. Cubantis depressæ, vt, Megarosq́ sinus, Tapsumq́. iacentem. [Leuia) Leuigata, plana, vt, Elicit, illa cadens, raucum per leuia murmur, Saxa ciet. &, Tu tn̄ è leui rimosa cubilia, limo Vnge, fouēs circum. [Dis pietas mea, Et musa cordi est) .i. carmen meū placet dijs. [Hinc) .i. de Sabino fundo, nam loci est. [Manabit) Abundabit. [Opulenta cornu,) Metaphora cornu Fortunæ, quo dr̄ diuitias consuesse ligari. [Hic in reducta) Secreta, refrigerata, vt, Penitusq́. in valle reducta. [Caniculæ) Canicula stella est in ore canis. [Vitabis æstus) Nimios calores, vt, Findit Canis æstifer arua. [Et fide Teia) Aut chordis hoc est fidibus lyricis, aut à ciuitate Arcadiæ, Anacreontis poetæ, vt in Epodo Anacreonta Teium. [Dices) Cantabis per cytharam. [In vno) .i. amore Vlyssis. [Vitreamq. Circē,) Aut pulchram, aut procurato lucentem nitore, aut mari vicinam. [Et Lesbij) O primi vini à Lesbo insula est species pro genere. [Nec Semelius) Patronymicon est. Thyone aūt mater Semeles dicta est matris Liberi patris. Dicit ergo p vinū, rixam non futuram inter se. Thyoneus aūt filius Liberi fuit, qui in Chio insula regnauit, pater Thoātis regis, cuius filia fuit Hypsipyle, q̄ coniuratione facta aduersus, viros, sola patētem seruauit. Quam fabulam, Statius narrauit in suo carmine. [Nec proteruum Suspecta Cyrum:) Alterius amatoris vocabulum sub vituperatione memorauit. [Dispari) Tibi in amore non consentienti. [Incontinentes) Petulātes, uel ad læsionem, vel ad damna promptas, quod per amoris furorem quidam habere solent. [Hærentem coronam) Pro ornatu muliebri posuit, vt Virg. Colloq. mo. Bac. & duplicem gemmis auroq́. coronam.

POR. VElox amœnum sæpe Lucretilem) Hæc Ode ad Tyndariden scribitur, cui plene cupiens satisfacere poeta, inuitāt eam in fundum suum quem in Sabinis habebat. [Velox amœnum sæpe Lucretilē Mutat Lyceo Faunus:) Ea figura hoc dictū est, quia illud apud Virg Chaoniam p.g.m.a. sensus est aūt Relicto Lycæo monte Faunus in Lucretilē venit. Lucretilis aūt mons est in Sabinis, [Defendit æstatē) Ita dictū, vt Solstitium pecori defendite, signat aūt prohibere. [Olentis vxores mariti:) Venuste capras dicit vxores olentis mariti, quia hirci, quotum vxores sunt male olent. i. fœtent. Olentis ergo non simpliciter accipiendo, sed grauiter olentis, vt illud est: Allia, serpillumq́. herbas contundit olentes. [Nec virides metuūt colubros) Subtilis & tenuis λιτότης, cum minus dicitur plus intelligitur, ac si dicas. Nō indoctum hominem, quem velis intelligere doctissimum. [Nec martialeis hœdilia) Et hic metuunt audiendum, quia sic se habet sensus. Nec colubros metuunt hœdilia, nec lupos, quos Martiales ait, q̄ in tutela Marti sint. [Vtcūque dulci Tydari fistula) Valles, & Vsticæ cubantis leuia personuere saxa, vtcunque, pro qn̄cunque. Sensus est. Qn̄cunque cantu fistulæ, Fauni Vsticæ montis. saxa resonuerunt metu colubrarum, & luporum, capræ meæ liberantur, Faunus enim eas in honorem meum tuetur. [Vsticæ cubantis) Vstica mons in Sabinis, quem cubantem suauiter dixit ad resupinam regionem eius attendens. [Hinc tibi ad plenū, manabit opulenta copia benigno cornu.) Videlicet copioso & diuite, nam cornu videtur significare Fortunæ quod Hercules detractum Acheloo victor dicitur donasse Fortunæ, idq́. etiam vulgo Cornucopiæ dicitur. [Ruris bonorum) Id est copijs rusticis. [Et fide Teia) Dices laboranteis, Anacreon lyricus poëta Teius fuit, id est ab vrbe Teia, quam in Paphlagonia esse. Salust. indicat cum de sinu Pontico loquitur. Fides autem chordæ dicuntur vnde & fidicinas Comici dicunt citaristrias. Repromittit ergo amice in agello suo, se in eam lyricum carmen decantatur. [Laborātes in vno Penelopen vitreamq́. Circen.) In vno Vlysse. s. vtrasq. amore laborātes. [Vitream Circen.) Pa̧ decore mihi vr̄ dixisse pro candida. [Hic innocentis pocula Lesbij) Antonomasia est, nam vini dixit. i. leuis, & minime caput onerantis. Lesbij aūt vini intelligendū, è Lesbo insula. [Nec Semel eius Cū Marte cōfundet Thyoneus) Thyone Semele à Græcis dicta, vnde Thyoneus dr̄ Sensus aūt est. Nec ebrietate rixæ orientur. [Nec metus suspectat proteruum Cyrum) Videlicet hunc Cyrū amatorem Tyndaridis. Hæc ergo cum in Sabinis secum esse cœperit, non eam suspectam. futuram, ne Cyrus zelo incitatus, manus ei inferat. [Dispari) .i. amore non consentienti. s. in te.

ASCEN. VElox amœnum.) Puellā amicam in villam suā vocat poëta, qua Tyodarida vocat, non ab re. Nā Tyndaridis dicta est Helenæ, q̄ ex Ledæ Tyndari vxore est genita, mulier adeo formosa, vt (sicut attestatur in primum Ænei. Donatus) oēs formosæ ab ea dicantur Helenæ. efferrq́. oēm villæ suæ amœnitatem quo puellam alliciat Villa aūt, ne quē lateat, est in agro domus, non pagus, qd̄ Villageum, Galli vocant. Ordo est. [Faunus) Deus siluester, & Pan ēt dictus, velox. i. celer, & citus vt sumus qn̄ à loco minus læto ad lætiorem proficiscimur. Mutat. i. cōmutat [Lycæo) .i. linquendo Lycæum montem Arcadiæ. [Sæpe,) Quia non se iam primum offendit deceptum, aut male cōmutasse. [Lucretilem) .i. vt recipiat Lucretilem montem in Sabinis amœnū. Et vbi aduenit in Lucretilē. [Defendit) .i. arcet ne offendat. [Capellis) .i. à capellis meis. [Vsq.) .i. continuo. [Æstatem) .i. æstum, & cauma. [Et ventos pluuios) Qui. s. scabiem inferant. [Vxores mariti. s. hirci olentis. i. fœtentis, deuiæ. i. de via aberrantes, vt frōdes carpant, quærunt impune. i. sine pœna, & damno ab lupis, q̄a per nemus tutum, ab effectu, quia tutos facit, aut quia a Fauno tutum redditur, arbuto. i. frondes arborum, quibus cōmode vescuntur, latentes. i. occultas, & ita nondum decerptas. & Tyma. i. herbas odoriferas. Nec hœdilia. i hœdi, metuunt colubras. i. fœmellas colubrorum virides in colore. nec lupos Martiales. i. feroces, & in tutela Martis existentes. Vtcunque dulci &c. exequitur reliquam amœnitatem Lucretilis sui, ad quem amicam allicit dicens. [O Tyndari vtcunque) .i. quandocunque velles & leuia. i. polita & non aspexa saxa. [Vsticæ) .s. montis. [Cubantis) .i. resupini, qui est in Sabinia, iuxta Lucretilem [Personuere) .i. per omnia sonitum dedere. [Dulci) Dulci. i. dulcisona. [Fistula) .s. Fauni. seu Panos, qui hic idem est. [Dij tuentur) .i. protegunt, me. [Mea pietas) .i. religio, & pius deorum cultus & Mea musa. i. cantandi vena. [Est dijs cordi) .i. secundo cor, hoc est placens ex corde [Hinc) .i. ex hac re. s. ex fauore deorum, vel ex hoc monte. Copia s. dea abundantiæ, hoc est ipsa abundantia. [Opulenta) .i. diues. [Bonorum ruris) .i. gazæ agrestis. [Manabit) .i. profluet, & distillabit tibi. [Ad plenum) .i. ad sufficientiam. [Cornu benigno) Quale erat Acheloo ab Hercule detractum. [Tu vitabis hic. i. in hoc loco. [In valle reducta) .i. inter duos colles iacente. [Aestus Caniculæ) .i. quos Sol infert dum ingressus est Caniculam, qui dies Caniculares dicuntur. [Et dices) .s. me modulante. [Fide Teia) Id est carmine lyrico Anacreontis Teij. [Penelopen) Scilicet vxorem Vlyssis, & Circen filiam Solis amatricem Vlyssis. Vitream, id est pellucidam, & claram. [Laborantes in vno) Id est, in vnius Vlyssis amore. [Tu duces) .i. ad nutum tractabis, hic sub vmbra pocula Lesbij. s. vini, innocentis. i. non vehementis, & ita non lædentis. Nam sicut Maro dicit. Vt Venus eneruat vires, sit copia vini. [Nec Thyoneus) .i. impetuosus filius, Semeleius. i. ipsius Semeles, hoc est Bacchus per quem vinum significatur confundet prœlia cū Marte. [Nec tu Suspecta) Quòd alterum ames, metues, scilicet hic Cyrum. s. amatorem tuum, & riualem meum, ne inijciat tibi dispati male. i. multum, & in malum tuum, hoc est multo imbecilliori, manus. s. suas incontinentes. s. à læsione, & scindat coronam. s. ex frondibus, hærentem crinibus tuis, & vestem immeritam. i. quæ nō scindi ob peccatum domine.

ALDVS MANV. NEc Martialeis hœdilia lupos,) Hic duo esse errores videntur in dictione hœdilia, nā & di antepenul. corripit, cum sit natura lōga, qm̄ in ille desinentia noīa, vt oliue, equile, bouile, & id genus cetera, producunt, penultimam, & a vltima producitur natura breuis. Est. n. versus Dactylus Alcmanius catalacticus, qualis ille, Vides vt alta stet niue candidum, in quo penultimus pes est Dactylus, postremus pro Dactylo, Creticus pp vltimam syllabam omni metro indifferentem, sic hœdili ⏑⏑ a lupos ⏑–. Quapropter vel aliter legendus versus est, & forte, sic. Nec martios hœdilia tum lupos, & sit ordo, Velox Faunus sæpe

mutat

mutat Lucretilem amœnum Lycæo,& vsque defendit æstatē,plu uiosq; ventos capellis meis. Impune per tutum nemus uxores mariti olentis quærunt deuiæ arbutos latentes, & thyma, tum hædilia, nec metuunt colubros viridets, nec lupos Martios, vt hic dixerit lupos Martios,vt Virg.

*Martius a stabulis rapuit lupus.* Et scandatur sic:

*Nēc Mār --tĭōs uu hǣdĭlĭā -uu- tūm lŭpōs -u-*

Vel di,antepen.κατὰ συναλοιφὴν corripitur,vt stetere, in stetērunt apud Virgilium.

*Obstupuit,stetērunt comæ.*

Et le,in tulērunt apud eundem,

*Matri longa decem tulērunt fastidia menses.*

Et à producitur,vel quarto, è septem modis communium syllabarum,qui vult correptam vocalem, cum partem terminat orationis,& est principium pedis esse communem,vt apud Virg.

*Insalidās,ĕt iamq; tremens etiam infeĉus aui.* ☙,
*Pleiadās,hyădas,claramq; Lycaonis arcton.* ☙,
*Pectoribus inhians spirantia consulit exta.*

Apud eundem. Item:

*Dum sanguis inērat, dum vis materna,*

Apud Lucanum. Sic apud Græcos Homerus.

οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπεὶ ῥηγμένοι ἐχέες ἀχεῶν. Idem,
αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ κῶν γάστεσ ἰάχειε ὄρεσ̓ τε.
ἀλλὰ πάρ᾽ ἄσπιδα παρὰ ἀνὸ ἀνέροσι πάντα φύονται.

In quibus vocales breues,& terminant dictiones,& incipiunt pedes sic, γαῖα-uu τοῖα-uu καὶ α-uu Vel quia sequitur l, liquida quæ producere inuenitur antecedentem breuem, vt apud Pers.

*Cantare credas Pegaseium melōs.*

Est .n. Scazon, in cuius sexta sede semper esse spondeus vel trochæus debet. Sic Hom. in Hymnis.

ἱμερόεν κονάβησε θεός δὲ δὴ ἠδὲ ἔπος.
μέλ◊ α dactylus uu

Sed & hæc copiose disputata sunt à nobis, lib. iiij.institutionum nostrarum.

## AD VARVM.

*Quintilium Varum poëtam hortatur vt Tyburi vites serat quod illic optimum vinum nascatur, quo animi curæ cōmodissime leniuntur, si adsit in bibendo modus. Nam quanta ex ebrietate mala proueniant, Centauri & thraces exemplo esse possunt.*

*Ode XVIII. Monocolos: Vt,*
*Tu ne quæsieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi.*

--- uu- -uu- -uu- uu

NVLLAM Vare sacra vite prius seueris arborem
Circa mite solum Tyburis. & mœnia Catili. *
Siccis omnia nam dura Deus proposuit: neque
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.
Quis post vina grauē militiam, aut pauperiē crepat?
Quis non te potius Bacche pater, teq; decens Venus?
At ne quis modici transiliat munera Liberi
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata: monet Sithonijs non leuis Euius:
Cum fas, atque nefas exiguo fine libidinum
Discernunt auidi. non ego te candide Bassareu
Inuitum quatiam: nec varijs obsita frondibus
Sub diuum rapiam. sæua tene cum Berecynthio
Cornu tympana: quæ subsequitur cæcus amor sui,
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,
Arcaniq; fides prodiga, perlucidior vitro.

Vide an not.Frā. Rob sup isto loco.

ANTO. NVLLAM Vare &c.) xviij. Ode Varo amico scribit hortans eum, vt vitem priusquam arborem seerat,& qm̄ sobrij anxietatibus,& solicitudinibus patiuntur,quæ nisi vino tolli non possunt. Monet autem modeste bibendum,exemplo Centaurum, & Lapithis,n.nimio potu certarunt cum Lapithis. Enarrat inde ebrietatis vitia, per eam nanque,illicita Venus admittitur, plus æquo quisque sese extollit,secretaq. etiam reuelantur.[Mite solum) solubile,& temperatum a calore,& frigore.[Catili) De hoc vide in Ode vij. propter carmen autem remouit,li,& corripuit mediam.Virg enim lib.vij.ait.

*Tum gemini fratres, Tyburtia mœnia linquunt,*
*Fratris Tyburti dictam cognomine gentem:*
*Catyllusq;, acerq; Corax argiua iuuentus.*

[Siccis).i.sobrijs & ieiunis,nec vino madidis,sicut ebrij sunt. Est autem ratio, cur vitem priusquam arborem serere debet, qm̄ .s. sobrij curis afficiuntur : quæ solo vino tolli possunt.hic ait superius: Et vino pellite curas. [Aliter) Quam potando, scilicet. [Quis post vina,) Quasi dicat nullus : ostendit autem quæ dura, grauia , aspera , & misera sunt fine vino : post vini pocula apparere facillima: Bacchus enim lætitiæ dator est. [Increpat)Damnat,arguit.[Quis non te potius) Quis non te supple appetat potius quam alia solicitudinem afferentia? quasi dicat quilibet. Bacch. autem,& Venus voluptatibus sunt aptiores.Venus enim vt Bacchus pellit rerum curas. [Decens) Pulchra decora & modesta,non prætereiens modum. [At ne quis modici) Temperate bibendum admonet exemplo Centaurorum, qui quidem in nuptijs Pirithoi vino calentes sponsam Hippodamē auferre tentarunt, sed à Lapithis oppressi sunt vt late ostenditur Metam. lib. xij.Lapithæ autem Thessaliæ populi in Pindo, & Othry monte bus habuere sedes,vt Plin. lib.iiij. ostendit: Centaurorum quoque natio in Thessalia fuit: dura quidem & agrestis,vt Ser lib.ix. innuit.Pirithous autem Ixionis Lapitharum regis filius fuit.[Sithonijs) .i.Thracibus , nam Thracia prius Sithon dicta fuit, vt Gell. lib. xiiij. docet Thraces autem conuiuija vacate solebant, quod Stat. Theb.lib.ij.ostendit his verbis. Lapithæ Sithon.

*Qualia per Rhodopen rapido conuiuia cœtu*
*Bystones, aut media ponunt conuallibus ossa.*

In Ode vero xxvij ait, Natis in vsum lætitiæ Scyphis Pugnare Thracum est [Euius) Bacchi nomen. Vide Statius etiam libro secundo ait:

*Et tunc forte dies noto signata tonantis*
*Fulmine, præreptis cum te tener Euhye partus*

Transmisere patri. Vtq. Acron ait,lib.ij Ode xj. Euhyus Liber dictus est eo,quod cum dij bellum gigantibus gererent, primus in leonem conuersus occidit gigantem , ex quo ita Iupiter cum laudauit Euhye,hoc est bone fili,Græce.n.εὖ nobis bene est. υἱὸς,autem filius.[Cum fas,atque nefas)Sensus est.Cum in luxu tiam proni propter ebrietatem vix decoro ab indecoro discernant,ego non irritabo,te Bacchum.i.non prætereibo bibendi modum.[Exiguo fine)Paruo discrimine. [Candide)Pulcher. [Bassareu) Bassareus Liber appellatur à vestis Baccharum genere. Vnde & ipsæ Bacchæ Bassarides appellantur: Est autem genus vestis vsque ad pedes demissæ,dictæ a Bassara loco Lydiæ, ubi fiunt tales. Auctor est Acron. [Inuitum).i.nolentem. [Bacchus .n. trahi videtur non duci,cum poculorum modus præteritur . Nec varijs obsita frondibus.[Sub diuum rapiam) .i.tua arcana ò Bacche in publicum non proferam allegorice autem dicit,ĝ ipse facitus ebrius secreta sibi commissa non aperiret. [ Obsita) .i. circundata,ac tecta .Thyrsis enim.i.hastis pampinis inuolutis utebantur in Bacchanalibus . [Sub dion rapiam) Sub dion legendū, uel sub diuum,licet in antiquissimis textibus sit sub diuum,ad sub dio dicimus non sub diuo .i. sub cœlo. Cœlum nanque Græci τὸν Δία dicunt. auctor est Ascon. super lib.iij. Verrinarum,Varro quoque id meminit. Sæua tene cū Berecynthio Cornu tympana .i. contine à me furoris incitamenta, quæ ebrietate accenduntur,de Corybantibus Cybeles sacerdotibus dictum est Ode xvj. quomodo tympanis,& cymbalis,& uocibus furorem incurrebant. [Quæ) .s. tympana .i. furoris causam sequitur cæcus amor sui, incauta bibendi cupiditas. Ebrij nanque potare non desinunt vnquam,sed magis,magisq; appetunt. [Et tollens) Et quæ subsequitur gloria plus nimio tollens uacuum uerticem. Ebrij enim se maxime laudibus extollunt. [Vacuum uerticem). Propter ebrietatem uacuum cerebro uerticem dicit. [Arcaniq;) Et quæ subsequitur fides arcani .i. secreti. [Prodiga) .i.futilis,& perfida. [Perlucidior vitro) .i.cuncta aperiens sicuti uitrum,intra quod inclusa omnia apparent & uidentur. Euheus Bassare Sub dion

ACR. NVllam Vare facta vite prius seueris arborem) Ad Quintilium Varum scribit amicum, laudans Tyburtinum vinū. Ode est monocolos. Metrum chotiambicum, ex Spondeo & tribus choriambis, & pyrthichio, siue iambo, siue est phaleucium. s ribit ad Varum fidum amicum sibi, laudans Tyburtinum vinum, & suadet, vt quia vernum compeřēs tempus est, nullam arborem prius q̃ vitem ponat. [Seueris) Posueris. [Mite solum) Fundum exculcum. [Siccis proposuit) Sobrijs, & ieiunis, vel vino abstinentibus, sine quo raro lætitia: vt, Adsit lætitiæ Bacc. dator, & bona Iuno. [Neque mordaces aliter diffugiunt solicitudines) Curæ quæ mentem mordeant, & crucient: vt, Hic, tibi sa-bor.n.quando hæc te cura remordet. [Increpar) Accusat comme morat, quæ sine vino solet. [Quis nō te).i.canet. [Bacche pater) Bacchus paret lætitiæ & auctor: vt, Munera lætitiamq̀. die. [Te decens Venus?) Decota Bacchus.n. & Venus conuiuijs aptiores sunt & voluptatibus, vt sine Cerere & Libero friget Venus. [At ne quis modici) Moderari parci, moderate vino vti. [Rixa) Nam post ebrietatem Centauri cum Lapithis pugnauere, vt Virg. Bacchus & ad culpam causas dedit, ille furentes Centauros leto domuit Rhœtumq̀., Pholumq̀.. Et magno Hyleum Lapithis cratere minantem. Cuius rixæ in bibendo memoriam habendam suadet. & monet, ne sicut fit à Scythis, & ab alijs gentibus vsque ad furorem bibatur. Ordo est: Centaurea rixa super mero.i. ꝓ mero, vt nec super ipse sua moliter laude laborem debellata cum Lapithis, monet ne quis transiliat munera modici Liberi, & Euhyus non leuis Sithonijs monet. [Sithonijs) Thracibus, vt Sithonio Aquiloni, qui pet ebrietatem etiam illicitos concubitus audent, vnde Inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit. [Non uis) Liptote, ac si diceret Grauissimus & iratus. [Fas, atque nefas) Licitum & illicitum. [Exiguo fine) Liptoterice.i. nulla differentia. [Auidi) In luxuriam. s. proni propter ebrietatem. [Non ergo te candide Bassareu) Bassareus dictus est liber pater á genere vestis Bacchatum, vnde & Bacchæ Bassarides dictæ. Pers. Bassaris & Lyncem. Bassaris.n. vestis genus est vsque ad pedes demissa, dicta a Bassara loco Lydiæ, vbi fit, tali.n & numina vti volunt. vt, Pedes vestis defluxit ad imos: Et vera incessu patuit Dea. [Inuitum quatiam).i. non plus bibam, q̃ oportet, aut certe inuitum quatiam ideo dixit, quia in sactorum renouatione cōmouebantur simulacra Virg. Qualis cōmo. ex. sa. Thyas, vbi audito stimulant trieterica Baccho Orgia. [Nec varijs) Hoc est non arcana naturæ, vel quæ celari vis, in publicum proferam, & vult per allegoriam intelligi se per vinum secreta non prodere. [Sæua tene) Reprime.i. sicut in Berecynthio monte reprimitur ebrietas per mysteria matris deum, sic & tu reprime, precatur autem Liberū, vt contineat ab eo furoris incitamenta, quæ ipsa se in insaniam accendūt [Berecynthio) Phrygio. Berecynthos.n. castellū Phrygiæ est. [Tympana) Ebrietatem, nam tympanorum strepitū pro ebrietate posuit. [Cæcus) Propter ebrietatem nescius sui, est aūt epirethon amoris perpetuum. Vt vulnus alit venis, & cæco carpitur igni, & Cæci stimulos auertere amoris. [Vacuum) Vino vanum, vel plus sibi arrogando quam oportet, vt idem alibi: Tu spem reducis mentibus anxijs Viresq̀., & addis cornua pauperi. Post te neque iratos trementi regum apices. Neque militū arma. [Prodigia) Perfida, & quæ commissum fundit arcanum. [Perlucidior) Omnia nudans, sicut in vitro omnia videntur, & subsequitur, á superioribus vbique subaudis.

POR. NVllam Vare sacra vite prius seueri arborem) Vinū laudat suadens Varo, vt in regione Tyburtina, vitem prius q̃ arborem serat. [Et mœnia Catili.) Vt supra ostēdimus Cathyllū, & Coracē fratres esse Tyburti cuius nomine Tybur cōdiderunt. [At ne q̄s modici transiliat munera Liberi,) Ne q̄s, inq̄t, immoderate bibat, exēplo sunt Lapithæ, & Centauri, qui in conuiuio Pirithoi hac ebrietate pugnam contraxerunt. [Monet Sithonijs non leuis Euius:) Sithonij Thraces sunt qui ꝑ vinolentiam inuitari ēt illicitos concubitus audent. [Non ego te candide Bassareu) A genere vestis Liber Bassareus appellatur, vnde & ipse Bacchæ Bassarides appellantur. [Nec varijs obsita frōdibus, sub dium rapiam) Non proferam in publicum mysteria tua, inquit, latentia alioquin, ac secreta, sed ꝑ allegoriam hoc videtur dicere, ea q̄ fidei meæ cōmissa sunt, nunq̄ ego ebrius factus prodā. [Sæua tene cum Berecynthio Cornu tympana) Oro, inquit, contineas á me liber furoris incitamenta, q̄ sepsa ad cupiditatē insaniendi accendunt. Et tollens vacuum plus nimio gloria eleganter, quia ex ebrietate plerique plus sibi arrogant, q̄ debent. [Vacuum ergo verticem) .i. vacuum cerebrum accipe.

ASCEN. NVllam Vare) Docet vtilitatem vini tempetate sumpti abigit .n. curas, lætificat cor hoīs, acuit ingenium, & ideo monet Varum virū doctum & amicū, nihil priusq̃ vitē iuxta Tybur serat, vel q.a immoderate sumptū, nocet, moniturus est, vt modice sumat. Ordo hic est. [O Vare nullā).i. ne ullam, ne seueris.i. nolim seras vllam arborē prius vite.i. priusq̃ vitē viniscetam circa solum mite.i. sublime & temperatū. [Tyburis) Et mœnia ꝓ Cathylli, hoc est quæ Cathyllus Tyburti frater condidit. [Quia Deus ꝓposuit siccis).i. sobrijs & abstemijs. oia dura.i. aspera, neque solicitudines mordaces.i. cor mordentes, & vrentes, vnde curæ dictę sunt, effugiunt aliter quam per vina. [Quis increpat) Aut (vt alij legunt) Increpet.i. increpādo vocat, aut dānat, post vina.i. potus, militiam, aut pauperiem grauē.i. molestam? Quis nō increpat.i. vocat, & appetit post vina potius te Bacche pr̄, & te ò Venus decens, quæ apta sunt epitheta. At ne quis, quia (vt dixi) Vinum intemperanter sumptum vires eneruat, animos obtuit, secreta ꝓdit, amicos offendit, & lites ac pugnas prouocat, monēs eius immodicitatem ꝑꝑ mala, quæ comitantur euitare dicit. At.i. sed e contrario, ne quis transiliat, quia (vt dicit Maro) Vina sitim sedant natis Venus alma creandis. Sed fines horum transiluisse nocet, munera.i. dona & inuenta, quæ non sunt munera cōmoda, nisi sint Liberi.i. vini, modici i. modice sumpti, rixa Centaurea.i. Centaurorum debellata.i. bello finita cum Lapithis.i. contra Lapithas etiam populos Thessaliæ, debellata dicit super mero.i. inter bibendum, aut ꝑꝑ vinum vnde Bacchus, & ad culpam causas dedit. Et Euius.i. bonus filius Iouis Bacchus, sic ab Ioue in bello Giganteo vocatus, qui bonus est ipso bene.i. modice vtentibus, non leuis.i. grauis & molestus, Sithonijs.i. Thracibus, quia sæpè pugnant, vnde dicturus est Natis in vsum lætitiæ scyphis pugnare, Thracum est &c. monet cum.i. quando, ipsi auidi libidinum.i. voluptatum ex vino, discernunt exiguo.i. modico, fine.i. discrimine, seu differentia, fas, atque nefas.i. quid fas, & quid nefas. O Bassareu.i. ò Bacche oblonga veste indute, candide.i. pulcher, dum temperate sumeris, ego non quatiam.i. non commouebo te inuitum, nec rapiam sub dium.i. Iouem, hoc est aërem, & in apertum: obsita.i. obuoluta & latentia varijs frondibus.s. vitis.i. non reuelabo arcana. Tene sæua tympana cum cornu Berecynthio.i. quo excitantur ad furorem Berecynthiæ Cibeles sacerdotes.i. ne prouoces me in furorem, quæ tympana & cornua, subsequitur amor sui, cæcus, quia ebrij sibi placent, & formosiores, ac potentiores, sapientioresq̀. videntur, quam sint, vnde exponit. Et pro.i. gloria tollens.i. extollens plus nimio, vertice.i. caput vacuum.s. cerebro, aut inaniter gloriosum, & fides.i. fidelitas tacendi prodigia arcani.i. quæ arcanum prodit existens perlucidior.i. transparentior, vitro.i. per cuius medium citius arcanum videtur quam res inclusa vitro, quæ non modo nō celatur, sed maior quam sit apparet.

## DE GLYCERA.

*Queritur se Veneris & Bacchi tum libertatis & otij impulsu in amorem trahi, quo occupatus non possit scribere res graues, sed amatorias duntaxat Innuit autem facile quenquem in amorem incidere, qui vino et voluptati indulgeat.*

*Ode XIX. Dicolos, Distrophos: Vt.*
*Sic te diua potens Cypri.*

-- -uu -uu
-- -uu -- uu -uu

MATER sæua cupidinum,
Thebanæq̀. iubet me Semeles puer
Et lasciua licentia
Finitis animum reddere amoribus.
Vrit me Glyceræ nitor
Splendentis Pario marmore purius:
Vrit grata proteruitas,
Et vultus nimium lubricus aspici.
In me tota ruens Venus,
Cyprum deseruit: nec patitur Scythas,
Et versis animosum equis
Parthum dicere: nec quæ nihil attinent.

Hic

Hic viuum mihi cespitem, hic
Verbenas pueri ponite, thuraq́.
Bimi cum patera meri.
Mactata veniet lenior hostia.

**ANTO.** MATER &c.) XIX. Ode poëta scribit à Venere, Baccho, & otio iterũ se cogi formosam Glycerã ad amare, quãpp Scytharum, Parthorum ue prœlia eum scribere Venus non patitur, nec ẽt illa q̃ ad voluptatem, amorem ue non pertineant, ait tandem peractis sacris Glyceram sibi leniorẽ fore [Cupidinum) Tres Cupidines Cic fuisse docet in lib. de Nat. Deor. Cupido.n. primus (vt inquit) Mercurio & Diana prima natus est. Secundus Mercurio & Venere secunda. Tertius quidem est Anteros Marte & Venere tertia. Ouid ẽt inquit lib. iiij. Fast. Alma faue dixi geminorum mater amorum. Dicunt aũt Iocum, & Cupidinem Veneris filios, hinc, matrem geminorum. Amorũ dici, vnde Horat. ait lib. j. Ode ij. Siue tu mauis Erycina ridens. Quam uolat circum Iocus & Cupido. Alter autem allicit, alter coniungit. [Thebanæq́. Semeles) Ea.n. Cadmi filia ex Ioue Bacchum tonitru mediante produxit [Lasciua licentia) Corruptiores.n. licẽtia sumus. [Glyceræ nitor) γλυκὺς & γλυκερὸς dulcis dr̃. Pario marmo. Str. lib. x. inquit, paros lapidem producit: quẽ parium appellant ad marmoreas scripturas aptissimum. Est autem Paros vna Cycladum, auctore Plin. lib. iiij. [Proteruitas) Intemperantia, & impudentia, ppea subdit: Et vultus &c. [Lubricus) Luxuriosus, & labilis ad Venerem. [Cypron) .i. relicta insula gratissima sibi solum me petijt, de Cypro aũt, late in Ode iij. [Scythas) .i. Scytharum prœlia. Scythia uero regio est ad Septentrionem [Parthum) Parthi Scytharum exules fuere regnauerunt tñ in Oriente. Cõminus in acie prœliari, aut obsessas expugnare vrbes nesciebant, pugnabantq́. aut procurrentibus equis, aut terga dantibus, sæpe etiam fugam simulantes vt incautiores aduersum vulnera in sequentes haberent, id lib xlj. Iust scr. [Attinent) Ad Venerem. s. & lusus, & voluptates. [Viuum cespitem) .i. aram ex cespite. Vult .n. dijs sacrificarem, præsertim Veneri, quò Glycera mitior sibi fiat. Est autem cespes, herba cum propria terra euulsa, hinc Naso lib. ij. Amorũ ait: Gramineus madidam cespes obũbrat humum. [Verbenas) Verbena Iouis ara vertebatur, domus purgabatur, lustrabaturq́. Serebatur autem domestica in hortis flore albo. Sacerdotes purificationibus eam adhibere cõsueuerunt plura diximus lib. iij. Georg. [Pueri) Famuli. [Bimi meri.) Id est duorum annorum. [Patera) .i. cratera. [Lenior) Mitior Glycera quam proteruam ostenderat.

Margin notes: **Semeles.** **Glyceros.** **Paros insula.** **Parthi.** **Cespes.** **Verbena**

**ACR.** MAter sæua Cupidum) Ode Dicolos Distrophos erotice ad pueros suos. Metrum primo versu Glyconicũ. Secũdo Asclepiadeum. Hac Ode renouari sibi amorem Veneris instinctu dicit, adiuuante hũc licentia & Libero Teten. Nã corruptiores sumus oẽs licentia. [Sæua) Crudelis modo, vt, Sæuus amor docuit natorũ sanguine matrem Cõmulare manus & alibi: Vi superũ sæuæ memorẽ Iunonis ob irã, & Stat maternis sæuus in armis, dicit aũt Venerẽ, vt Matris Acidaliæ. [Semeles) Semele nomen matris Dionysi. [Puer) Dionysius, qui colitur apud Thebas. [Et lasciuia licentia) Otium quod semper in lasciuiam resoluitur. [Finitis animum reddere amoribus.) Iam desertis & alienis ab animo denuo ijsdem incitari. [Glyceræ) Nomen amatæ puellæ. [Splendẽtis Pario) Parius lapis candidissimus est, vnde signa multa fiunt propterea. Niueamq́. Paron dixit Virg. &, Stabunt Parij lapides spirantia signa, & alibi: Argentum Parius ue lapis circundatur auro. [Vrit) Incendit. Virg. Carpit .n. vires, paulatim vritq́. videndo Fœmina. [Grata proteruitas,) Amantibus grata procacitas, siue impudentia, qua interdum consueuerunt cõmendari mulieres. [Lubricus) Ad libidinem procliuis. [Cyprum deseruit,) Relicta in qua Venus colitur, insula me totum occupauit. [Nec patitur Scythas,) Non finit me cantare de prœlijs, dicit autem se amore Veneris & delicijs occupatum scribere bella non posse. [Versus equis) In fugam retortis, quare fortiores dicuntur Parthi, vt, Et missam Parthi poscunt in terga sagittam. [Nec quæ nihil attinent) .i. quæ ad voluptatem nõ pertinent, nec attinent ad amorem, vt, Quin tu aliquid saltem potius quorum indiget vsus. [Hic mihi uiuum cespitem hic Verbenas pueri) Verbena aut terra virens, aut cespes ad sacrificium, bene autem verbenas, cespitem, & thus Veneri promittit, q̃ non placatur sanguine. Virg. Tum Venus, haud equidem tali me dignor honore. Et item: Centumq́ Sabæo Thure calent aræ, sertisq́. recentibus halant. Verbenas pueri ponite, herbas sacras, vt Virg. Verbenasq́. adole pingues & mascula thura. & Terent. Ex ara sume hinc verbenas tibi [Mactata veniet lenior hostia) .i. facto sacrificio mansuescet, hoc est lenior Glycera Veneri veniet quam proteruam dixerat.

**POR.** MAter sæua Cupidinum.) Hac Ode renouari sibi ait amorem instinctu Veneris, ac vini, adiuuante ẽt licẽtiæ libertate. [Vrit grata proteruitas) Dixit, quia plerũque ipsa superbia, ac fastidium mulieris magis eam amatori cõmendat. [Et vultus nimium lubricus aspici.) Mire dictum est, cuius vultus, cum aspectus est lubricos in amorem sui facit iuuenes. Nec patitur Scythas. Et versis animosum equis. [Parthum dicere) Hic ostendit se in delitijs Veneris occupatum non posse res bellicas scribere. [Nec q̃ nihil att.) Iucunde nihil ad se pertinere ait alia, nisi q̃ ad Venerem pertinent. [Mactata uenit lenior hostia) Veneri .s. mactata hostia Glycera lenior veniet, de qua bene hoc dictum est quia proteruam eam esse iandudum ostenderat.

**ASCEN.** MAter sæua Cupidinum.) Graphice significat se inuitum ad adamandum rursus impelli, illectum uidelicet, nitore Glyceræ amicæ suæ dulcis. Vnde hæc Ode in gratiã eius scribitur. Estq́ ordo. Mater Cupidinum. s. Venus, sæua. i. imperiosa, & dum vult nulli parcẽs. Vnde Papa Pius: Ah Venus ad nutum trahis omnia numina recũ. Et puer .i. filius super iuuenis .s. Bacchus, quia (vt dicit Prop.) Solis est Baccho Phœboq́ æterna iuuenta. Semeles .s. amicæ Iouis. Thebanæ. Id quidem ſm Orpheum, verum est. Nam Ægyptij Bacchum sibi vendicant, bene aũt Bacchum addit, quia sine Cerere & Baccho, friget Venus. Et contra (vt D. Hierony. dicit) Venter mero æstuans facile despumat in libidinem. Et lasciua licentia .i. petulantia carnis indomitæ: Vnde a tribus prouocatur Venus ab influẽtia Veneris, a vino. Paulus: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, & à licentia. i. indulgentia, qua carnis uoluptati inseruitur, cui continẽtia opponitur, iubet me reddere animum amoribus finitis. Nam nitor Glyceræ. i. dulcis illius puellæ, splendẽtis purius .i. nitidus, marmore Pario. i. candidissimo in Paro insula nato. quod nonnulli alabastrum putant, vrit .i. incendit me igni amoris. Et proteruitas. s. Glyceræ, quæ se non facilem nimis exhibet, ne facilitas nimia contemptum patiat, vnde additur congrue grata. i. quæ eam mihi acceptiorem facit, vrit me, & vultus eius nimium lubricus. i. difficilis præ lubricitate, aspici. i. ad aspiciendum. Quia .n. nitet, & quodam spiritu viuo præditus est. non potest uisus in eum infigi, ideoq́ lubricus est vt terra oleo, aut sanguine, aut alio pingui perfusa in quam pes fingi non potest. Venus ruens. i. impetũ faciens in me, deseruit tota .i. cum omni potestate sua, Cyprum patriam suã, Nec patitur me dicere. i. lyrico carmine describere, Scythas. s. populos bellicosos, quorũ exules Parthi sunt, & Parthum aĩosum versis equis, vnde Maro: Fidentemq́. fuga Parthũ, de quo in fine secundæ Odes dictũ est. Nec patitur me dicere q̃ nihil attinent .s. ad amores & Venerem, hoc est cogor duntaxat amatorias cantilenas dicere, quia ex abundantia cordis os loquitur. Et ideo quia vror & cogor, ò pueri. i. ministri mei, ponite hic cespitem viuum. i cum viridi herba auulsum, ponite mihi hic verbenas. i. herbas sacrificio aptas, & thura cum patera. i. patenti poculo (vulgus tarsiam vocat) meri. i. puri uini, bimi .i. duorum annorum, quia amica ueniet lenior. i. minus proterua, minusq́. difficilis, hostia mactata .i. cæsa Veneri.

**MATT. Bonfinis.** VRit me Glyc. nitor &c.) Mea quidem sententiã, q̃q̃ cæteri aliter sentiunt vult ostendere Flaccus nr̃ tantam fuisse gratiã & Venerẽ vultus Glyceræ nitoremq́. ut nemo posset firma oculorũ acie illum aspicere & intueri, sed cogeretur statim oculos demittere & illo hebetari, vt solem aspicientibus accidit, & ppea lubricum dixit vultum, in quo aspiciendo nemo posset fixam oculorum aciem tenere, quod in Augusto Cæsare contigit, vt Sueton. refert de oculorum illius splendore & acie.

## AD MECOENATEM.

*Inuitat eum ad cœnam.*

*Ode XX. Dicolos, Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-U -- -UU -U-U
-U -- -UU -U--
-U -- -UU -U --
-UU --

Horat. d Vile

VILE potabis modicis Sabinum
Cantharis: græce quod ego ipse testa
Conditum leui: datus in theatro
Cum tibi plausus
Care Mœcenas eques: vt paterni
Fluminis ripæ, simul & iocosa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.
Cæcubum, & prœlo domitam Caleno
Tu bibes vuam. mea nec Falernæ
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

ANTO. VILE potabis) XX. Ode Mœcenati secum cœna turo vile Sabinum exhibere promittit, quod græca testa condiderat. quo suauius esset, ipse tñ Mœcenas propria domo cæcubum bibet, Horatio .n. nec Falernum nec Formianum inest. [Cantharis) Ordo est. [O care Mœcenas eques.) Potabis modicis cantharis vile Sabinum, quod conditum græca testa ego ipse leui. [Cantharis) Cantharus græcum nomen poculi genus, & proprium liberi patris poculum, quem Maro Sileno assignat. auctor est Macr. lib. v. Sat. [Græca testa) .i. ampliora, quam græcam testam appellant, qm̃ Argilla (vt quidem putant) ab Argis vocata est, apud quos primum ex ea vasa confecta sunt, vel græca testa ait: qm̃ (vt Plin. lib. xxxv. scribit) in Samo plastice inuenta fuit. In quo titulo dicit etiam ꝙ fictilia dolia ad vina excogitata sunt, & ad quas ꝑꝑ quæ Numa rex septimum collegium figulorum instituit, vel græca testa ait, vt intelligas è Græcia illam venisse cum aliquo optimo vino. [Leui·) Præteritum est à lino. Leui igitur .i. picaui & inunxi. Nam (ut Plin. docet lib xiiij.) in Italia pice ac resina condiebantur musta Columella etiam libro vlt. indicat vasa fictilia pro vino seruando picata esse debere, nõ nulla tñ pura, prout conditio conditurae exegerit. Et Teren. inquit: Releui dolia, quod significat aperui, & quasi regypsaui, ut etiam Porphyrio docet. [Datus in theatro) Ostendit, quo tpe vinum illud condiderit, per quod vetus innuit esse, uile tñ, hoc est non quale Mœcenas Cæcubum, aut Calenum habebat. [Plausus) Clarissimi uiri populi plausu in theatro excipiebantur, qđ latius Ode j. ostendimus. [Paterni fluminis) .i. Tybridis Hetrusci. Mœcenas .n. ab Hetruscis regibus oriundus fuit, ut late

Tyberis. patuit Ode j. Tybris autem (vt Str. lib. v. edocet) ex Apenninis montibus effluit partimq. per ipsam excurrit Hetturiam, deinceps ipsam disterminans, primum quidem ab ea diuidit Vmbriam, postea vero Sabinos, & Latinos. [Iocosa imago) .i. Echo de qua superius ample. [Redderet) Reboaret [Vaticani Mon-

Vaticanus. tis) Vaticanus collis, inqt Fest. appellatus est, ꝙ eo potius sit populus R. uatum responso, expulsis Hetruscis. eo autem colle sita est Petri Apostoli basilica. Is denique collis non longe erat à theatro Pompeij, ut Porphyrio asserit, de Vaticano uero plura Gell. meminit lib. xv. cap. xvij. [Cæcubum) Sinui Gaietano contiguum erat Cæcubum oppidum, cui adiacebat Vrbs Fundi in Ap-

Cæcubū. pia uia, tota illa ora pcipua vina generabat. Verum Cæcubum, & Fundanū sicuti Falernū & Albanū inter nobilia noiabātur. auct. est Str. lib v. plura diximus in Epodo ix. [Prelo) Prelum ligneū

Calenū instrm̃ ad vuam pmendam. [Caleno) Str. lib. v. edocet, Calenum in Campania vrbē in primis eximiam adiunctā Casilino fuisse, inde aũt optima vina Romā aduehebantur, vt idem inquit. Sunt

Cales Calos Oenos. q̃ à Calibus Calenum dictum putent. de quibus lib. vij. Æn. poëta ait, Æquora quique Cales linquunt. Sunt qui καλὸς quod bonum signat, οἶνος uinum. [Tu bibes) Dum. s. tua in domo fueris. [Vuam.) Pro vino posuit. [Falernæ uites,) Secunda uini nobilitas Falerno agro erat, qui ager à monte Campano læua petentibus urbanam Coloniam Syllanam nuper Capuæ contributā incipit, auct. Plin. lib xiiij. [Formiani colles.) Oppidum Formiæ iu-

Formiæ. xta Caietani, antiqua fuit Lestrygonum sedes, ut scribit Plin. lib. iij. Straboq. lib. v. sic ait. Subinde Formiæ, quas condidere Laco-

Hormies nes, quas prius Hormias à stationibus .i. Hormi bonitate appellabat ὅρμος autem (ut dicunt alij) portus dicitur artificialis.

ASCEN. VIle potabis modicis Sabinum) Metrum sapphicum hendecasyllabum. Mœcenatem inuitat ad cœnam, cui mediocritatem suam excusat promittens ei vinum Sabinū non ultate vile, sed quod in amphoram græcā miserit, ut inde aliquid traheret suauitatis, eo tpe quo ille in theatro a populo laudabatur. [Vile) Aut nouum, aut certe abundans minoris pretij, vt Virg. Si vero viciamq. seres, vilemq. fasellum. Et uilibus aut onerat pomis, aut vile vinum, propterea quod ipsi vile sit, qui me liora potare consueuerat. [Potabis modicis) Ordo est: Care Mœcenas eques potabis vile Sabinum modicis cantharis, quod ego ipse leui conditum græca testa, cum datus est tibi plausus in theatro, ut ripæ Paterni fluminis simul & iocosa imago Vaticani montis redderet tibi laudes. [Modicis) Paruis, aut modum habentibus. [Cantharis) Vasis vinarijs ansas habentibus. [Leui) Aperui, protuli, vt, Releui dolia omnia. [Care Mœcenas eques:) Constat Mœcenatem in equestri dignitate mansisse sua uoluntate, dum ei facultas consulatus pateret. [Vt paterni) Paterni ideo, quia de Tuscia fuit Mœcenas. Vnde oritur Tyberis, ut Virgil. Quæ Tuscum Tyberim & Romana palatia seruas. nam & Porsenæ dicit affinis fuisse. [Redderet laudes) Per Echo. s. [Vaticani) Vaticanus mons est vicinus theat. in quo dicit per Echo auditas voces resonare, vt Virg. saxa sonant, vocisq. offensa resultat imago. [Cæcubum) Vinum Campaniæ regionis. [Et prelo) Prœlum dicitur vnde vuæ premi consueuerunt. [Mea nec Falernæ, Temperant uites) .i. non fruor vino illarum ciuitatum, neque sunt mea pocula similia. [Vites) Probati & optimi de quo Virg. Rhetica nec cellis ideo contende Falernis. [Neque Formiani) Formiæ ciuitas est, vnde est hoc deriuatum.

POR. VIle potabis modicis Sabinum) Mœcenatem ad cœnam inuitat promittens se ei vinum Sabinum exhibiturum, quod in amphoram græcam misecat, vt inde. s. aliquid adduceret suauitatis. Vile pro non uetustor uidetur dixisse. Alioquin Sabinum vinum si uetustum sit, non est uile. [Modicis) Videtur modicum pro paruo positum quod quidam negant, existimãtes modicum a modo dictum, & significationem habere eius qđ græce μέτριον dicitur. [Care Mœcenas eques:) Constat Mœcenatem in equestri dignitate sua uoluntate permansisse, cum utique facultas lati claui pateret. [Vt paterni Fluminis ripæ,) Tyberis ex Etturia uenit quem patrem Mœcenati dicit, quia inde Mœcenas fuit oriundus. [Vaticani) Vaticanum autem montem nõ longe esse à theatro Pompeij scimus, quem resonuisse simul cum ripis plausu populi dicit. [Conditum leui) Dicit hoc uinum per semetipsum inueteratum condidisse, leuisse ergo se gypso utique vult intelligi. Huic cõtrarium est Terentianum illud: Releui dolia, atque oẽs serias qđ signat aperui & quasi regypsaui. [Datus in theatro Cum tibi plausus:) Diximus & supra claros & bonæ existimationis uiros plausu populi solitos fuisse in theatro excipi, malos aũt exsibilari. [Tu bibes vuam.) Pro uino metonymia τρόπος dr̃ huic contrarium Plaut. in Trin. fecit uinum, pro vua dicens. Illud uinum priusquam coctum est pendet putidū. [Mea nec Falernæ Temperãt uites, neque Formiani Pocula colles.) Per quod signat nec Falernum, vinum se habere, quod ei in cœna exhibeat, nec Formianum.

ASCEN. VIle potabis) Inuitat Mecœnatem ad tenue vinum, quod quia aspernaturum non autumat, tacite eum à modestia & comi temperantia laudat. Ordo est. O Mœcenas care .i. mihi dilecte, eques .i. de ordine equestri, tu potabis. s. apud me, Sabinū. s. vinū vile .i. modice pretij, & inde cantharis .i. poculis illis modicis .i. non multum capacibus, quod conditum testa græca .i. vase fictili super fecem uini græci, quod preciosius & vinosius debiliori saporem & vim daret, ergo ipse, q. d non per ministrum, cui non confidebam, sed proprijs manibus, leui .i. obturaui, vt non euaporet tunc. s. cum plausus .i. applausus est tibi datus in theatro, sic sup. vt ripę fluminis paterni .i. Tyberis, qui præter Hetruriam patriam tuam labitur, sup redderent .i. referrent resonando, tibi laudes, & simul imago iocosa. s. Echo, quæ solam uocem pro imagine habet, uoce autem cantantium nihil iracundius, montis Vaticani redderet tibi laudes. [Cæcubum) Tu bibes, inquit, domi tuæ, Cæcubam sup. uinum quod nascitur iuxta Caietanum agro, & vuam domitam .i. pressam. prœlo .i. impressorio Caleno .i. apud Calenum oppidum Campaniæ, sed neque uites Falernæ .i. quæ nascuntur in Falerno monte Campaniæ Italicæ, neque colles Formiani, qui sunt iuxta Caietam, temperant mea pocula, refert singula singulis, nam pro Cæcubo negat Falernum, & pro Caleno negat Formianum.

## IN DIANAM ET APOLLINEM.

*Hymnus ad chorum virginum & puellarum, vt ludis Apollinaribus, ex instituto L. Syllæ & libris Martij vatis dedicatis Apollinis & Dianæ laudes cantant, qui precibus delinitis, famem & pestem, bellum in hostes transferant.*

*Ode XXI. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Quis multa gracilis te puer in rosa.*

–––∪∪––∪∪–∪–
–––∪∪––∪∪–∪∪
–––∪∪––
–––∪∪–∪–



IANAM teneræ dici Virgines:
Intonsum pueri dicite Cynthium,
Latonamq́. supremo
Dilectam penitus Ioui.
Vos lætam fluuijs, & nemorum coma
Quęcũq. aut gelido ꝓminet Algido,
Nigris aut Erymanthi
Siluis, aut viridis Cragi:
Vos tempe totidem tollite laudibus,
Natalemq́. mares Delon Apollinis,
Insignemq́. pharetra,
Fraternaq́. humerum lyra.
Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem,
Pestemq́., à populos, & principe Cæsare in
Persas, atque Britannos
Vestra motus aget prece.

ANTO  IANAM teneræ) Bello Punico secundo, vt Macr. lib. j. Sat. ostendit, ex libris Sibyllinis Apollini ludi primum instituti fuere, fertur autem in carminibus Martij vatis inuentum esse ita scriptum. Hosten. Romani si ex agro pellere vultis, vomicamq́., quæ gentium venit longe. Apollini censeo vouendos ludos qui quotannis communiter Apollini fiant, his ludis faciendis præsit is prætor, qui ius populo, plebique dabit summum. Decem uiri græco ritu hostis sacra faciant, hoc si recte facietis, gaudebitis semper fietq́ resp. melior, Nam is diuus extinguet per duellos uestros. Itaque decem uiris præceptum est, ut græco ritu hisce hostijs sacrum facerent Apollini, boue aurato & Capris duabus albis auratis. Latonæ boue fœmina aurata, ludos in Circo populus coronatus spectare iussus hæc ex Macro. Hac igitur Ode hortatur poëta, vt ludis Apollinaribus virgines Dianam, Apollinem pueri. Latonamq́. laudibus efferant. Apollo enim eorum precibus motus & bellum & famem & pestem, hostesq́. etiam à populo pellet. De ludis autem secularibus hic intelligere minime conuenit. est enim carmen prosusius alibi. vbi de Latona, nulla est mentio. Cui quidem in Apollinaribus, sicuti Apollini sacrum fiebat, quanquam diuersis hostis, vt ostendimus. [Dicite) Cantate, laudate. [Intonsum Cynthium) .i. Apollinem. Tibullus etiam inquit. Solis æterna est Phœbo, Bacchoq́. iuuenta Et decet intonsus crinis utrunque Deum. Est *Cynthos.* autem Cynthus mons sublimis & asper Delo vrbi imminens, *Delus* quæ insula in mari Ægæo sita vrbem habet in plano positam & Apollinis templum, atque Latonæ, quæ ibi Dianam simul, & Apollinem peperit. auctor Strab. lib. x. idem etiam lib. xiiij. de Latonæ partu optime meminit. [Supremn Ioui) .i. maximo. [Vos lætam fluuijs,) Ordo est, Vos virgines tollite laudibus nemorum comam lætam fluuijs, comam quęcunque prominet aut gelido Algido, aut nigris siluis Erymanthi, aut viridis: Gragi, id autem in Dianæ gratiam fieri vult, illa enim in siluis vagari solebat & montibus. [Lætam fluuijs,) Id est fertilem & Luxu- *Algidũ.* riantem fluuiorum humore. [Algido) Algidum oppidum erat post montes Tusculanos ad quos descendebat via Latina. Auctor est Strab. lib. v. Nunc vrbis vestigia extant, estq́ locus latrocinijs maxime infestatus. [Erymanthi) Erymanthus mons est Arcadiæ, & fluuius ab eo dimissus, quod Solinus scribit. [Nigris siluis) .i. vmbrosis. [Gragi) In Strabonis lib. xiiij. sempee est Cragus, ait enim de Lycia scribens. Deineeps est Anticragus mons erectus, in quo est Carmylesus locus in conualle ia- *Cragus,* cens. Post hunc Cragus, qui vrbem hibet eiusdem nominis, hic fabulam de Chimæræ montibus confingunt, est etiam non procul hinc conuallis quædam nomine Chimæra ab littore porrecta. Crago subiacet. Pinara vna ex maximis Lyciæ ciuitatibus, hoc in loco Pandarus colitur. [Vos Tẽpe) Ordo est. Vos mares *Pandarus* totidẽ laudibus tollite Tẽpe &c. hoc aũt in Apollinis gratiam habat. [Natalemq́. mares) Legendum est mares non matres, versus .n. nõ staret aliter, nec sensus quadraret supiori. Nã cũ virgines Dianæ loca laudarint, nunc mares .i. pueri Apollinis loca celebrant. [Tempe) De ijs videto Ode vij. [Pharetra) De hac vide superius) Fraterna lyra) Scribit Higynius, Mercuriũ cum primum *Lyra inuentio* lyrã fecisset in Cylleno monte Arcadiæ, septẽ chordas instituisse ad Atalantidum numerum, ꝙ Maia vna ex illarum numero esset, quæ Mercurij est mater. Deinde cum Apollinis boues abegisset, deprehensus ab eo, quo sibi facilius ignosceret, petenti Apollini, vt liceret sibi se dicere inuenisse lyram, cõcessit, & ab eo virgulã quandam numeri accepit. Apollo aũt lyram acceptã dicitur Orpheum docuisse & postq̃ ipse cytharam inuenerit, illi lyram concessisse. Fraterna ergo lyra, quoniam Mercurius & Apollo Iouis filij sunt. [Hic bellum) Ordo est, Hic Phœbus vestra prece motus aget à populo, & à principe Cæsare in persas, atq. Britãnos bellum lacrymosum, hic aget miseram famẽ & pestẽ. [Persas) Per- *Persia* sia tota altissimis vallatur montibus à Septentrione Mediæ hærer, vt docet Diony. Est aũt nobis regio orientalis. [Britannos) *Britãnia* Finis erat orbis ora Gallici littoris, nisi Britãnia insula nomen pene alterius orbis mereretur, octingentis & amplius millibus passuũ longa porrigitur, illic nullus anguis, auis rara, gens inhospita, & bellicosa. Hæc & plura Solin. iacet autem inter Septentrionem & occidentem auctore Plin. lib. iij.

DIanam te. dicite virgines) Ad choꝝ virginum & pueroꝝ. **ACR.** Metrum duobus versibus Asclepiadeũ. Tertio pherecratiũ. Quarto Glyconiũ. Augustus ludos seculares instituit, q.b. hymni Apollini, Dianęque dicebãtur à nobilibus, quas pueri Apollini, Dianæ vergines, hac Ode hoc ipsum docet & hortatur vt cantent. [Dicite) Cantate, vt cui nõ dictus Hylas puer & Latonia Delos. [Intonsum) Crinitum. [Cyntbium) Apollinem à Cyntho mõte Deli, in quo natus est. Virg. Cum canerẽ reges & prælia, Cynthius aurem vellit, & admonuit. [Latonã que sup.) Maximo vt Terent. Proh supreme Iupiter. Et rex ipse Iouis de gente luprema. [Penitus) Aut valde, aut familiarirer, vt Penitus genus omne perosum Fœmineũm [Vos Læ.) Ordo est, vos dicit lætam comã nemoꝝ, & quæcunque prominet fluuijs aut Algido gelido, aut nigris siluis Erymanthi montis Arcadiæ, aut nygris siluis viridis Gragi, & vos mares tollite Tempe Apollinis totidẽ laudibus, & Delon natalem Apollinis & humeꝝ insignem fraterna lyra. [Tempe) Mons & amœna Thessaliæ. [Fraternaq. hum. lyra.) Quia à Mercurio lyra inuenta est, & Apollini data ab eo, quia Apollinis frater Mercurius putatur. [Hic bellũ) Ordo est, Hic motus vestra præce à populo & principe Cæs. aget lacrymosum bellum & pestem cum misera fame in Persas, atque Britannos. [Lacrymosum) Luctuosum, vt Virg. Siue getis inferre manu lacrymabile bellum. [Aget) Auertet, aut abiget.

DIanam te dicite virgines) Dicite pro cantare positũ est, vt **POR.** Cui nõ dictus Hylas puer, & Latonia Delos. [Latonãq. supremo Dilectã penitus Ioui) Supremo pro sommo, vt supreme Iupiter à Teren. Dicitur, penitus aũt dilectam ꝑ valde dilectã, vt penitus modo non geous omne perosum Fœmineum funditus & penitus dilectam intellige. [Nigris aut Erymam. sil.) Erymanthus mons in Arcadia. Nigris autem siluis vmbrosis intelligamus. [Gragi) Gragus mons Lycie, in quo Chimæra fuisse dicitur. [Vos Tempe) Locus in Thessalia opacitate, & Peneo flumine amœnus, qui in honorem Apollinis merito laudatur, ꝙ ibi laurus plurima sit. [Fraternaque humerũ lyra) Et hic & superiore accipe insignem cythara per figurã hæc elocutio intelligenda, vt sit, Apollinẽ insignẽ humerum habentem, vt Læta comam dicitur à Virg. & multa similia. [Fraternaque lyra) Quia Mercurius lyram inuenit, qui frater Apollinis. [A populo, & principe Cæsare) Nunquid principe, ad populum referemus, vt sit, A populo principe, quia pop. Ro. princeps erat & rector omnium populorum, & recte dicitur.

DIanam &c.) Dianæ, Apollinis, & Latonẽ eoꝝ matris lau- **ASCEN.** des cauẽdas monet, dicẽs, virgines teneræ .i. adhuc incorruptæ, dicite .i. laudate, Dianã, & pueri dicite Cynthiũ .i. Apollinẽ, intonsum .i. semper crinitum, & Latonã matrẽ eoꝝ dilectã penitus Ioui supremo .i. cœlesti. [Vos Læram) Constructio dependet à superiori sic. Vos inquam teneræ Virgines, dicite in honorem Dianæ venatricis, comam nemoꝝ .i. frondem, lætam .i. gaudentẽ, aut bene nutritã fluuijs quia scriptum est, Sicut lignũ secus decursus aquaꝝ quod fructum suum dabit in tẽpore suo. Et dicite comam quæcunq. prominet, aut Algido olim oppido post montes Tusculanos gelido. vnde ab algore .i. gelu dicit aut

in nigris.i. vmbrosis, & densis siluis Erymanthi montis Arcadiæ aut in siluis Gragi, seu Cragi, montis Lyciæ, viridis.i. virescentis, multis frondibus. Vos mares.i. pueri laudantes Apollinē, tollite totidē laudibus Tempe.s. loca amœnissima Thessaliæ lauris consita, vñ & Apollini gratia, & Delon insulam in mari Ægęo, natalē Apollinis .i. in qua natus est Apollo, & sup. Apollinem insignē humerorum .i. habente humerorum insignium, pharetra, & lyra fraterna, quā a Mercurio dono accepit, hic.s. Apollo, motus vestra prece aget in Persas qui hostes Ro. Imp. & Britānos ēt hostes, aut longe positas ab imperio R. Vnde Maro in Buc. Et penitus toto diuisos orbe Britannos hodie Anglos vocant. bellum lacrymosum.s. victis, quia bellum est victoribus iucundū. Hic aget a populo R & Cęs. Aug principe.s. Romani populi, miseram famem & peste in Persas atq. Britannos, vbi tria mala semper formidata enumerat, ex ordine, quia bellum famem parit, fames pestem.

COEL. RHOD. Hierophante ex Hieronymi doctrina castrantur Athenis. Quin Romę monogamus ad sacerdotiū admittebatur flamen, iidem & flaminica. Apidis Ægyptij Tauri sacra obit semel maritus. Taceo vestales virgines Iunonis quoq. Argiuę, Mineruæ, Dianęq. deniq. Apollinis ēt. Ex quo & lyricus poeta, Dianā tenerę dicite virgines, Intōsum pueri dicite Cynthiū.

## AD ARISTIVM, INDICANS VBIQVE *tutam esse innocentiam.*

*Scribit Fusco, amico bonum virum numinis prouidentia vbique tutum esse etiam si inter res periculosissimas versetur neque alio egere admini culo quam sola innocentia, quemadmodum ipsi contigit, quem cum in silua spatiaretur, lupus inermem fugit, & contra malum, teste prouerbio, velimus mordeat.*

*Ode XXII. Dicolos, Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-υ ----υυ-υ-υ
-υ -- -υυ -υ- -
-υ -- -υυ -υ --
-υυ --

INTEGER vitæ, scelerisq. purus
Non eget Mauris iaculis, neque arcu,
Nec venenatis grauida sagittis
Fusce pharetra:
Siue per Syrteis iter æstuosas,
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum: vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.
Nanque me silua lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen: & vltra
Terminum curis vagor * expeditus: (*expeditus.*)
Fugit inermem.
Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit esculetis:
Nec iubæ tellus generat, leonum
Arida nutrix.
Pone me pigris vbi nulla campis
Arbor æstiua recreatur aura:
Quod latus mundi nebulæ, malusq.
Iupiter vrget:
Pone sub curru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata:
Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

INTEGER vitæ,) xxij. Ode Fusco amico, optimo viro, nec iaculis, nec sagittis opus esse quauis loca periculosa adeat, quod quidem exemplo sui ostendit. Dum .n. suam Lalagen cantando apud suu agellum Sabina in silua vagaretur, ingens lupus eum inermē fugit. Concludit inde se Lalagē vbicunque fuerit amaturum, vel in frigidissima Scythia, vel in feruenti Africa. [Mauris iaculis) De Mauris vide ij. Ode posuit aūt Maura iacula propter leones, qui in Mauritania sunt. [Syrtes) De ijs late in Epodo.ix. [Caucasum) Is Scythiæ mons est, dictus quasi Graucasus, hoc est, niue candidus, vt Plin. lib.vj. Hero. aūt libet etiam vj. scribit, Caucasum oium montium altissimum esse. [Inhospitalem).i. inhabitabilem propter niues, scilicet. [Hydaspes) Is fluuius est amplissimus, & ad nauigandi vsum aptissimus in India Diony. teste Strabo lib.xv. scribit, Hydaspen Crocodilos habere, & ingredi Indum fluuium. [Fabulosus Hydaspes) Sua magnitudine ab omnibus fere decantatus. [Meam canta Lalagen) Id nomen est non ab re fictum, λαλαγὴ enim vox dicitur λαλεῖ loquor. λαλιὰ loquela. λάλος loquax. λαλαγέω voco loquor cano. [Portentum) Monstrū rem præsentem, portentum futurū tempus respicit, vt scribit Nonius. [Daunia) Legendum est Daunia non Daunias, nam græce etiam Daunia dicitur, & græce Horat. pduxit a in nominatiuo, quorū plura exempla videto in nostro Versilogo. Daunia aūt (vt Str. lib. vj ostendit) Regiuncula erat iuncta Apuliæ, ait enim, q ipsi Apuli & Daunij & Peucetij eandem vsurpabant linguam. Ibi quoq. ostendit Luceriā vetus oppidum Dauniorū fuisse, vbi erat Mineruæ Phanum. Plin. autem volumine iij. hoc pacto meminit, hinc Apulia Dauniorū cognomine a Dauno, Diomedis socero Postea ait, quod annis Cerbalus Dauniorū finis, Item Dauniorum Coloniæ Lucretia Venusia, oppida Canusiū, Arpi &c. Ptol. lib. iij Apulorum Dauniorū inquit. [Militaris) Bellicosa habebat .n. viros fortes, præterea locis illis clades illa Cannensis obtigit, & multa alia pręlia prius & posterius ibidē actitata sunt. [Æsculetis) Æsculos arbor est glandifera inde Æsculetū. [Iube tellus) Fuit Iuba Mauritaniæ rex de quo late Iuuen. in fine lib.iiij. In Mauritania autē leones esse Plin. ēt docet. [Arida nutrix) Aquarum penuria sicca est Libya ibi enim multū torrida zona occupat, quare maxima mediterraneæ Libyæ pars & regio circa Oceanum deserta est, quod Str. lib.vij. edocet. [Pigris campis) .i. frigidis, intelligit aūt de regione Scythiæ habente Ripheū iugum, quæ regio assiduis obsessa niuibus, quippe casus continuarū pruinarum quiddam ibi exprimit simile pœnatum, damnata pars mūdi, & à rerū natura in nubem æternæ caliginis mersa, ipsisque prorsus Aquilonibus cōflatis rigētissima. Sola terrarū nō nouit vices tēporū Nec cœlo aliud accipit quā hyemē sempiternā, auctor est Solin. Nulla arbor recreatur æstiua aura, nā (vt dixi) semp hyems ibi est. [Quod latus mundi).i. quā mundi partē. [Vrgent).i. aggrauant. [Nebulæ & malus. [Iupiter) .i. aer caliginosus & rigentissimus. [Pone sub curru Solis) .i. sub zodiaco & torrida zona, quæ quidem æstiua inhabitalis est. [Dulce) Pro dulciter.

*Caucasum. Hydaspes. Lalage. Lalo. Lalia. Monstrum. Portentum. Daunia. Luceria. Cerbalus fluuius. Venusia. Canusiū. Arpi. Iuba. Riphei montes.*

ACR. INteger vitæ, scelerisq purus) Metrū Sapphicum hendecasyllabum tribus versibus. Quartus Adonius ad Aristiū Fuscum scribit amicū suum, indicans innocentiā semper & vbiq. tuā esse ēt inter res fæuas ac periculosas, cuius rei testimoniū documentūque ipse cœperit cū alias, tum præcipue cum in Sabinis in agello suo spatiantem se ingens lupus fugerit dubitandum iñ est verū iocularit et an vere dicatur, quia lupi singuli singulos homines inuadere cōsueuerunt. [Integer) Innocens. [Non eget Mauris).i. quibus vtuntur Mauri, est .n. primitiuum pro deriuatione. [Grauida) Plena fertilis. vt bis grauidæ pecudes bis pomis vtilis arbos. [Aestuosa) Aut procellosas, aut nimio Sole feruentes, vñ Virg. Et inhospita Syrthis. [Caucasus) Caucasus mons Scythiæ patet habitationes hominum, de quo Virg [Fabulosus Hydaspes) Aut longinquus, aut de quo multa finguntur miranda. [Lambit) Metaphora a lingua eo q lenitur fluat, & ripas suas tāquam lingua lambat. [Hydaspes) Fluuius Mediæ, siue India, Virg. Vt Medus Hydaspes. [Nanque me) Ordo est, Nanque me inermem fugit lupus in Sabina silua, dum canto meā Lalagen, & vagor vltra terminū expeditus curis. [Dum meam canto Lalagen).i dum amicæ laudibus allicior voluptate cantandi. Meam autem, quam diligo, vt Virg. Restitit, Euridicemq. suam iam luce sub ipsa Immemor heu, victusq. animi respexit. [Et ultra) Curarum terminum, progressus tanta animi securitate, at nihil timerem. [Portentum) Pro lupo posuit. [Militaris) Quia viros fortes, & aptos militiæ habuit. Virg Hæc genus acre virum. Marsos, pubemq. Sabellam. Assuetumq. malo Ligurem, Volcosq. verutos Extulit, hæc Decios, Marios magnosq. Camillos. [Daunia) Apulia dicta à Dauno rege socero Diomedis, aut à regione in qua regnauit, vnde est, Et Dauni miserere senectæ. [Aesculetis) Sicut Pinetis à Pino, sic Aesculetis dixit ab Aesculo. [Nec Iubæ tellus) Vt supra, à rege significat prouinciam. Iuba.n. rex Mau-

torum

rorum fuit quæ regio & ficca est,& leonibus abundans. Virg. in eius execrationem laudans Italiam: Ac rabidæ Tigres, & læua leonum Fœmina. Arida nutrix, siticulosa. Virg. Hinc deserta siti regio est. [Pone me pigris) Frigidis locis Scythiæ. Virg. Semper h.i.f.e.[Recreatur) Profluatur. [Quod latus) Ac si diceret, quam partem. [Malusq. Iupiter) Iouem aërem posuit, vt Virg. Iupiter & l.d.p.i. ac si diceret: Loca sine Sole. Virg. Plaga, Solis iniqua, & item: Tum Sol Pallantes haud vnq̃ discutit vmbras. [Vrget) Comprimit, vt cærulea glacie cócretæ, atque imbribus atris. [Pone sub curru) Aut in frigidis partibus Scythiæ, vel in ardentibus partibus Africæ si poneretur. [Lalagen) Se amicam suam dicit se curum omnium periculorũ bono innocentiæ posse cantare. [Nimium propinqui) Vt semper Sole rubens, & torrida semper ab igni. [Domibus negata,) Cyrenaicam dicit inhabitabilem. [Dulce ridentem) Vt Virg. Fuit aut tibi quicquam Dulce meum.

POR. INteger vitæ, scelerisq. purus,) Ad Aristium Fuscum hæc scribuntur, quibus indicat innocentiam semper & vbique tutam esse cuius, rei testimonium ipse accepit tunc cum in Sabinis in agello suo spatiantem se lupus immensæ magnitudinis fugerit. Et hæc dubito vtrum iocularitet dicãtur an vere, qm̃ lupi dñr solere singulos hoĩes inuadere. [Integer vitæ) Vt Virg. O pstans animi iuuenis. [Fusce pharetra) Grauida pharetraq. pro graui, ac per hoc plena metaphora. [Lambit Hydaspes.) Hydaspes amnis Indiæ. Fabulosus autem dictus quia India plurima genera miraculorum, & digna fabulis ferat. Lambit autem translatiue dictum est à lingua, per quod signat Hydaspen fluuium lenem leuiter sua ripas tangere. [Canto) Compono.s. librum Lucij xvj. Collyra inscribitur, eo q de Collyra amica scriptus sit. etiam nos sic plerunque loquimur [Et vltra terminum curis vagor).i. vltra terminum fundi mei procedo, locorum voluptate oblectatus. Curis autem expeditis, pro ipse curis expediturus.i. securus. [Neque militaris Daunia) Daunia Apulia dicta à Dauno rege socero Diomedis, quam militarem dixit, quia militiæ aptos uiros habet. Latis alit Æsculе. Æsculeta ab Æsculo arbore ita dñr, vt Pineta à Pino. [Nec Iube tellus.) Mauritania intelligenda à Iuba rege. [Pone me pigris) Cur pigros campos dixerit ipse ostendit subijciendo, vbi nulla arbor æstiua aura recreatur. [Quod latus mundi) Latus pro qualibet mundi parte posuit. [Malusq. Iupiter vrget.) Iouem pro tempestate ponere poëticum est. Sic & Virg. Modo Iupiter adsit. Tertia lux classem Cretæis sistet in oris. Ergo malus Iupiter, pro eo quod est iniqua tempestas. [Pones sub curru nimium propinqui Solis) In Africa.s. cui Sol propior est, q̃ ceteris terris. [Domibus negata) Quia vltimæ partes Africæ inhabitabiles sunt propter nimios calores. [Dulce ridentem) Pro dulciter ridentem. nomen pro aduerbio ponitur.

ASCEN. INteger vitæ.) Hac Ode docet poëta quantũ valeat innocẽtia & integritas vitæ exẽplum à se sumens, qui cantilenis inno-xijs intentis dum forte Lalagẽ amicam suam cantaret, in lupum ferocissimum inciderat inermis, & tñ ille cantantẽ refugit. Ordo est. Fusce integer vitæ.i. integrans aut integram faciens vitam suam (plus aũt est, q̃ integer uita, sicut maturus æui, q̃ æuo) & purus sceleris, non eget iaculis Mauris, aut Mauri.s. quibus vtuntur Mauri, è manu, hoc est eminus ea iactantes, nec arcu, nec pharetra.i. theca sagittarum, grauida.i. plena, & ita onusta, sagittis venenatis. Siue sup. sit facturus iter.i. iturus, per Syrtes æstuosas quæ sunt loca arenosa in Getulia ad torridam zonã tendentes, siue p Caucasum montẽ Scythiæ altissimum, & sane frigidum, & ita inhospitabilem i. nulli præbentem hospitium vel p ea sup. loca, q̃ lota Hydaspes fluuius Indiæ fabulosus.i. de quo multa fabulantur, lãbit.i. alluit. Nanque lupus fugit me inermẽ in silua Sabina, dũ ego canto Lalagẽ meam.s. amicã, & expeditis, aut expeditus, curis vagor ultra terminũ, lupus inq̃ exñs portentũ.i. fera malũ portẽdens, quale neque Daunia.i. pars illa Apuliæ, militaris.i. ad militiã apta, vnde Turnus fuit, alit in Æsculetis.s. siluis ubi Æsculi nascuntur, latis.i. amplis. Nec tellus Iubæ.i. Mauritania, nutrix leonum arida, q̃a aq̃s eget, cum bonæ nutrices lacte abundare debeant, & tñ feroces nutrint leones. Pone, q̃a vero id quasi dexteritate Lalages, quã tũc cantabat, accidit, dicit se vbicũque fuerit, eã amaturũ, & cantaturũ. Ordo est. Pone.i. siste & cõstitue me, vbi cãpis pigris.i. frigore pigritiẽ inducentibus, nulla arbor recreatur.i. renouatur, & fouetur, aura æstiua.i. Solis calore.i. vbi perpetuũ horret frigus ad id.s. latus mundi, qđ nebulæ.i. fœtide nubes, & Iupiter malus.i. aër corruptus & malignus, vrget.i. pmunt, pone ẽt me in terra negata domibus.i. inhabitabili, pp calorem videlicet, sub curru Solis propinqui.s. terræ, nimium ego sup. nihilominus amabo semper Lalagen amicam meam ridentem dulce, & loquentem dulce.i. dulciter.

AD CHLOEN.

*Puellam virorum contactum formidantem increpat, quæ velut hinnulus amissa matre trepidet cũ à viris nihil illi sit periculi, vtpote qui amenti non vt feræ hinnulum quærat perdere.*

*Ode XXIII. Dicolos, Tetrastrophos: Vt,*

*Quis multa gracilis te puer in rosa.*

– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ –
– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – – ∪ ∪ – –
– – – ∪ ∪ – ∪ –



VItas hinnuleo me similis Chloë,
Quærenti pauidam montibus auijs
Matrem, non sine vano
Aurarum, & siluæ metu.
Nam seu mobilibus veris inhorruit
Aduentus folijs: seu virides rubum
Dimouere lacertæ:
Et corde, & genibus tremit.
Atqui non ego te tigris vt aspera,
Getulus ue leo frangere persequor.
Tandem desine matrem
Tempestiua sequi viro.



VItas hinnuleo) Ode xxiij. Chloën puellam alloquitur. Ea.n. Horatij tactum tremebunda vitabat matrem requirens, uti hinnuleus tigridis, aut leonis morsum metuens fugit ad matrẽ. Cumq. eam non persequatur, ut tigris, vel leo hinnuleũ, desinat tandẽ iam matura viro matrem sequi, potiusq. ipsi adhæreat. [Vitas hinnuleo) Produxit aũt pp aspiratio nem sequentẽ, uel potius poëtarũ more. vt latius in nr̃o Versilogo apparet, vbi docuimus pluribus exẽplis. h. in metro vim hr̃e nullam. [Hinnuleo) Hinnuleus dimin. est ab hinnulo, bene cõueniens puellæ timorosæ. Est aũt hinnulus ceruorũ, capreolorũ, caprearũ, damarumq. filius. Plin scribit lib. viij. q equo & asina mares genitos antiq hinnulos vocabat, contraq. mulos, quos asini, & equa generarent, sic ẽt Varro dixit. [Siluæ) Hoc loco trissyllabum est. [Veris aduentus) Tunc.n. nascuntur folia & hinnuli, & lacertæ in rubris apricantur. [Atqui) Certe. [Tigris) Bestia est maculosa velocitatis tremendæ, ut Plin. scr. [Tempestiua viro) .i. nubilis & viri potens. [Frangere) .i. lacerare. ANTO.

VItas hinnuleo me similis Chloë,) Metrum duobus versibus Asclepiadeũ. & primus uersus p resolutionẽ scanditur ita. Vitas, hinnuleo, me similis, Chloë. Tertius Pherecratius. Quartus Gliconicus, qui & ipse per solutionẽ scanditur ita, Aura. & siluæ. metu. Ad Chloën iam maturam viro scribit contactum suum fugientem, cui velut suadet virorũ eam contactum non debere vitare, & comparat eã hinnulo imbelli & natura timido qđ sicut ille leonem, vel tigridẽ sic ista fugiat uiros, feras altruens insequi, vt occidant, se ad hoc velle consequi eã vt amplectatur. Sensus aũt hic est, Chloë me uitat, & timet ut hinnulus qui ceruæ matri aberrauit & ad oẽs motus auræ, vel ne moris tremit. Ordo est, Chloë vitat me similis hinnulo quærenti pauidam matrem in auijs montibus non, sine magno metu aurarũ, & silue. [Auijs) Præter viæ usum, qua fere ambulare cõsueuerũt. Virg. Auia tum resonant a.u.r.c. Nam seu mobilibus. Hypallage est pro mobilia folia inhorruerunt aduentu ueris. [Inhorruit) Conturbata est: vt, Inhorruit armos. Item, Et inhorruit vnda tenebris. [Seu virides rubũ Dimouere lacertæ:) Colorem, lacertarũ expressit epitheto, q̃ talibus locis læte esse cõsueuerũt. Virg. Nunc virides ẽt o.f.l. [Et corde, & genibus).i. animo & corpore synecdochicos. Genibus.n. capti temere consueuerunt. [Atqui non ego te) Ordo est. Atqui non prosequor ego te frangere ut aspera tigris ue Getulus leo tigris uelocissimum animal est. Tandem ad proprium desiderium retulit, vt Virg. Venisti tandem tuaq. expectata parenti. Vicit iter durum pieta. [Tempestiua) ACR.

Iam matura viro,& viri patiens & coniunctioni apta.

POR. Vitas hinnuleo me similis Chloë,) Hæc Ode in puellam refugientem tactum viri scripta est. sensus est aût Chloë me vitat,atque timet,ut hinnuleus qui matri aberrauit. [Nam seu mobilibus Veris inhoruit aduentus folijs.) Hypalla ge. pro Veris aduentu folia mota inhorruerunt .i. cõmota sunt, ac tremuerunt . [Seu virides rubum Dimouere lacertæ) Rubus species est mori agrestis. sic denique & á rusticis hodie í Italia ap pellatur. [Atqui non ego te tigris ut aspera) Sensus est,Non ita Chloe tu timere hoc debes,ut hinnuleus, quia ille periculum vi-tæ a tigride vel a leone timet,ego autem te non ea mente perse-quor,vt absumam,sed amplectar. Quare non vt ille, ita tu matrẽ adhuc debes sequi cum tu sis id ætatis, ut virum ferre possis.

ASCEN. Vitas hinnuleo) Iucunde comparat puellam meticulosam & lasciuiusculam pullo ceruino,dicens : Chloë puella vi rat (aut vt alij textus hñt, Vitas me similis hinnuleo) .i. pullo ceruino quærenti in montibus auijs.i vbi non sunt viæ,ma trem.s.ceruam pauidam,& ex natura,& ꝑꝑ absentiam puli tunc magis pauentem,non sine uano metu aurarum & siluę,quia si cõ cutitur leui aura ramus in siluis timet insidias venatoris , aut fe ræ. [Nam seu aduentus Veris).i.flatus zephyti,aut fauonij, quo flante Ver aduenit inhorruit.i.horrorem fecit,folijs.i.frondibus mobilibus.i facile se mouantibus , seu lacertæ uirides dimouere .s.a loco suo rubum .i. quoduis uirgultum,aut fruticem,hinnu-lus sup. tremit & corde & genibus , quia præ timore trepidat,& ita facit Chloë quod quasi miretur poëta ait . Atqui .i. sed,cur ò Chloë id facis ? ego non prosequor te frangere .i. ut frangam te vt tigris aspera,vt,pro vel,leo Getulus qui ferocissimus est . Et ideo tu tẽpestiua uiro.i.iam matura uiro, Iam plenis nubilis an-nis,desine tandem sequi matrem .s. tuam .

AD VIRGILIVM.

*Miro ingenio Virgilium monet,vt amici mortem æquius ferat . at .n. se non medio.riter dolere,neque dolori modum inuenire ob tanti viri ia-cturam , verum frustra desiderari quod consequi non queas Lugere autẽ supra quam satis est , non solum stultum & inutile,verũ etiam impium .*

*Ode XXIII. Dicolos , Tetrastrophos : Vt,*

*Scriberis Vario fortis , & hostium.*

– – – υυ – – υυ – υυ
– – – υυ – – υυ – υ –
– – – υυ – – υυ – υυ
– – – υυ – υυ

Q Vis desiderio sit pudor , aut modus
Tam cari capitis ? præcipe lugubres
Cantus Melpomene : cui liquidam pr̃
Vocem cum cythara dedit .
Ergo Quinctilium perpetuus sopor
Vrget ? cui pudor , & iustitiæ soror
Incorrupta fides , nudaq́. veritas ,
Quando vllum inuenient parem ?
Multis ille quidem flebilis occidit :
Nulli flebilior , quam tibi Virgili .
Tu frustra pius , heu non ita creditum ,
Poscis Quinctilium deos .
Quod si Threicio blandius Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem :
Non vanæ redeat sanguis imagini :
Quam virga semel horrida
Non lenis precibus fata * recludere , *reducere.
Nigro compulerit Mercurius gregi .
Durum , sed leuius fit patientia ,
Quicquid corrigere est nefas .

Q Vis desiderio) Vicesimaquarta Ode affatur Mel pomenem,vt præcipere & docere velit , quis pu- ANT. dor aut modus , & finis sit desiderio cari amici . Respondet musa , Obijt ergo Quintilius hone-stus,fides,& verus ante omnis,nulli flebilior , q̃ Virgilio,qui pius frustra illum deos poscit . Sed si blandius Orpheo cythara personaret,non tamen vita mortuo rediret. Concludit inde quicquid durum non licet emendare, le-uius fieri patientia . Is igitur modus musa præcipitur ,& doce-tur in Virgil. solamen . [Quis desideriu) Ordo est,O Melpome ne cui pater cum cythara dedit liquidam vocem , Præcipe lugu-bres canthus appositio,Quis pudor,aut modus sit desiderio tam cari capitis.[Desiderio).i absentiæ. quippe quæ absunt,desiderá-tur . [Pudor) Modestia & decor . Nam (vt inquit Seneca epistola centesima.) est aliquis & dolendi decor,hic sapienti seruandus est , & quemadmodum in ceteris rebus,ita & in lacrymis aliquid sat est . Imprudentium vt gaudia,sic dolores exundauere,æquo animo excipe necessaria &c. [Præcipe) Doce . [Melpomene) A Melpomene melodia dicitur,qua audientes demulceantur. hinc ait Horatius. Cui liquidam pater Vocem cum cythara dedit . [Pater) Iouis enim filiæ musæ dicuntur ab Hesiodo in Theogonia. [Ergo) Re spondet musa,Ergo,quia .s. lugubres canthus requiris . [Quin-tilium) Eusebius scribit,Quintilium Cremonensem Virgilij . & Horatij familiarem fuisse , obijsse ante Virgilij obitum annis se-nis . [Cui) Ordo est, Cui .s. [Quintilio pudor &c. quando in- Quintil. uenit vllum parem ? Nuda) Simplex,& pura. [Virgil.) Nigidius Virgil. (vt refert Gellius lib.xij.cap.xxiiij.) Valeri in casu vocandi scri-psit somno.i.acuto tono esse primam,deinde gradatim descende re,sed si quis nunc,inquit Gellius,Valerium appellans in casu vo candi secundum id præceptum Nigidij acuerit primam non abe rit quin rideatur.Priscia . etiam lib.vij.cum Gellio conuenire vi detur . [Tu frustra pius.) Ordo est, Tu frustra pius poscit deos Quintilium . [Heu non ita creditum) Ita vt.s.reposcere debeas. [Creditum).s.tibi ab illis.Dijs.n.non perpetuo liberos,aut ami-cos credunt,ac donant,hinc Seneca epistola xc. scribit Liberos , coniugem,atque patrimonium ita nos habere, debere tanq̃ non vtique semper habituri , & tanquam non futuri ob hoc miserio-res si habere desierimus.[Orpheo) De hoc late in Ode xij. dixi-mus. Maro ẽt in fine Georgicorum latissime meminit,quo mo-do Eurydicem vxorem Orpheus ab inferis sua fretus cytharare-uocare frustra tentarit. Ait aũt Ipse caua solans egrum testudine amorem, Tu dulcis coniux,te solo in littore secum, Te veniente die,te descendente canebat. Tenarias ẽt fauces alta hostia Ditis. Et caligantem nigra formidine lucũ ingressus. Manesq́. adijt re-gemq́ue tremendum,Nesciaque humani,ꝑcib.mãsuescere corda. [Moderere) Pulsando rẽperes,& gubernes.[Vanæ imagini).i.vm bre.Dido Virgiliana,Et nunc magna mei sub terras ibit mago,& Oui.de morte Drusi ad Liuiã,inquit , Supprimere iam lacrymas non est reuocabilis istis,Quem semel vmbrifera nauita lintre tu lit.[Virga)De hac vide in Ode decima.[Leuis) Mitis,placidus,fa cilis.[Fata recludere) Fatorũ statuta dissoluere.statuerãt aũt moe tuos minime posse redire ad superos Ouidius ẽt de morte Drusi ait,Non tibi nõ vllis vincere fata datur [Nigro gregi).i.vmbris. [Durum)Ordo est . Sed quicquid durũ est nefas corrigere.i. non licet emendare,leuius fit patientia. Plautus ẽt in captiuis ait,De cet id pati animo æquo,si id facietis leuior labos erit.Et in Asina ria,inquit Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonũ . Seneca item in Epistola xcix. inquit, Rectus,atque integer ani-mus praua fortunæ,& dura,atque aspera ferendi scientia mollit.

ACR. Q Vis desiderio sit pudor,aut modus) Metrũ tribus versibus A-sclepiadeũ Quartus Glyconicus. Consolatur hac Ode Vir gilium impatienter Quintilij amici sui mortem lugentem Sen-sus aũt est vel ordo, Da mihi præcepta carminis in musa quibus ostendam quis modus desiderio esse debeat carissimi sodalis aut amici Quidã aũt fratrem Virgilij hunc volunt esse.[Tam cari ca-pitis?) Tam cari amici.[Cui liquidam) Purã dulcẽ siue canoram. Virg. Tum liquidas corui presso ter gutture voces , Aut quater ingeminat.[Pater) Iupiter . Iouis.n.& Mnemosines Musæ filiæ esse dicuntur . Ordo aũt est , Melpomene , cui pater dedit liqui-dam vocem cum cythara,ꝑcipe lugubres cantus , quis pudor aut modus sit tam cari capitis.[Ergo Quintilium) Ordo est ꝑpetuus sopor vrget Quintilium cui pudor & incorrupta fides iustitiæ so ror,nudaque veritas erat,qñ ergo vllum inueniet parem?[Sopor vrget) Mors vt ferrens urget somnos & Tũ consanguineus leti sopor.[Incorrupta fides) Fides bene est appellata iustitiæ soror . [Nudaque ve.) Infucata & pura,q̃ nil occulti habeat aut egeat ar gumento.[Occidit) Mortuus est occidisse aũt magnos & proba-

tos vi-

tos viros dicebant. [Tu frustra) Irrationabiliter & sine remedio. vt, Nil iam cœlestibus vllis Debentem. [Creditum) Cōmissum, cōmendatum, ut Virg. ausus se credere cœlo. Vnde & homines animas reddidisset dijs tanq̃ quas ad hoc cœperint, vt restituerēt. [Quod si) Ordo est, ꝙ si blandius Treicio Orpheo moderere fidem auditam arboribus non redeat sanguis vanæ imagini, q̃ Mercurius non leuis recludere fata precibus semel compulerit nigro gregi horrida virga. [Blādius) Delectabilius. [Orpheo) Orpheus Thrax fuit, qui dum cātu suo, vel cythara arbores cōmoueret & sequerentur, Eurydicen tñ suam vxorem reuocare ab Inferis nō potuit. Virg. Restitit, Eurydicemq. suam.i.l.s.i. Immemor heu, victusq. animi respexit, ibi omnis Effusus labor, atque inuitis rupta tyranni Fœdera. [Fidem) Cordam. [Vanæ) Inani vmbræ mortuæ. [Sanguis) Pro vita vt Virg. Purpuream vomit ille animam. [Imagini) Modo corpori, vt Virg. in iiij. Æn. Et nunc magna mei sub terras ibit imago Et alibi vmbræ. Idem in eodē, Admonet in somnis & turbida terret imago. [Virga) Caduceo: vt, Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco pallanteis alias sub Tartara tristia mittit. [Horrida) Seuera, districta. [Recludere) Aperire. [Nigro compulerit Mercurius gregi) Vmbrarum multitudini congregauit. vt, Compuleramq. gregem Corydon & Thyrsis in vnum. [Durum) Sensus est, Durum est tanti amici mortis dolorem ferre. [Sed leuius fit) Leuigatur. Suadet patientia leuius fieri, quod corrigi non potest, vt quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est Terentius. Et vt quimus aiunt, qñ vt volumus, non licet. [Corrigere est nefas) Non est licitum corrigere. nefas enim pro illicito posuit.

POR. QVis desiderio sit pudor, aut modus Tam cari capitis) Præcipe lugubres, Hac Ode προπεμπτικόν continet & Quintilium sodalē Horatij. Sensus aūt est: Da mihi præcepta carminis musa vt ostendā quis modus desiderio esse debet carissimi amici. [Ergo Quinctiliū perpetuus sopor Vrget?) Eleganter & poëtice soporē ꝓ morte posuit. [Nudaq. veritas) Bonū epitheton, ideo, qa nihil occulti tenet, ac celat. [Qñ) Acuta priore sylla ba qñ uim interrogatiuam habet [Frustra pius) Heu frustra reposcis, inquit Quintilium, non sub hac spe illis cōmendatum, ac creditum pro cōmisso, ut supra: Nauis quæ tibi creditum debes Virgilium [Non uanæ redeat sanguis imagini) Imagini.i. vmbræ ut illud: Et nunc magna mei sub terras ibit imago. [Non lenis ꝓcibus fata recludere) Solita sibi figura dixit: vt, Callidum q̃cquid placuit ioco so Condere furto. Nigro compulerit Mercurius gregi nigro gregi pro vmbris poëtice, Durum, sed leuius fit patientia. [Quicquid corrigere est nefas) Grata sententia.

ASCEN. QVis desiderio) Virg. consolatur super morte Quintili. viri q̃dē optimi, sed irreuocabilis, & ideo aut patiēdo, aut obliuiscendo dolorē mitigandum docet, qa qd' euitari non datur, superatur patiendo. Vnde & Maro Æn.v. Superanda ōis fortuna ferendo est. Ordo aūt est. O Melpomene.i. musa amœne canens melos, cui pater.s. Iupiter, dedit cum cythara vocē liquidam i. liq̃de modulantē, ꝓcipe cantus lugubres.i. præcine, & doce quis.i. qualis pudor, aut modus.i. modestia, aut finis sit.i. esse debeat, desiderio s. Virgilij, tam cari capitis.i quod habet de tā caro & præcipuo amico uidelicet Quintilio. Rñdet musa incipiens. Næniam. seu lugubrem cantum. Ergo quæ uox dolentis & indignantis est sopor perpetuus.i. mors vrget.i præmit, Quinctilium. s. Cremonensem cōtubernalem Virgilij & Poëtæ, cui .s. Quintilio, sup.erat pudor, & fides incorrupta, appositotie soror, immo (ſm Cicer. j. offic.) fundamentum iustitiæ, & ueritas nuda.i. non fucata, nec palliata qñ inueniet parem illi? q.d. nunq̃. Ille occidit.i. extinctus est mortuus existens flebilis .i. flendus, multis bonis .s. viris, sed nulli flebilior quam tibi Virg. Tu pius .i. tametsi pius, poscis heu frustra deos Quintilium, vt.s. eum tibi reddant, quod frustra facis quia non ita creditum.i. cōmissum tibi ut ablatum á dijs repetas, aut dijs ut tibi eum reddant. Quod si moderere.i. temperes & regas canendo fidem.i. cytharam auditam arboribus, modulante.s. Orpheo & hoc facias blandius Orpheo Threicio.i. q̃ fecerat Orpheus Thracius, dum Eurydicen ab inferis reuocauit. [Sanguis non redeat imagini vanæ) .i. simulacro, an cadaueri nil præter imaginem hominis habenti, quam.s. imaginem, Mercurius non lenis, non exorabilis precibus, recludere.i. resoluere, fata.i. fatalem mortem compulerit .i. adegerit semel, gregi nigro.i. ad gregem mortuorum, seu inferorum qui nigri sunt, virga horrida.s. caduceo. de quo prius visum est. Sed quia in vitam reuocari non potest, quicquid durum.i. asperum & molestum est nefas.i. non licet corrigere.i. euitare, fit leuius.i. tolerabilius.i. per patientiam, q.d. patere quod corrigere nequis.

AD LYDIAM VETVLAM.

*Insultat meretrici, quæ cum iuuenis, ob formæ & ætatis elegantiam, in amatores esset superbissima, iam vetula. vicissim ab illis negligeretur, & puellis magis delectarentur, digna scilicet pro meritis talione, vt eadē patiantur, quæ alijs fecerant.*

*Ode XXV. Dicolos, Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-u -- -uu -u--
-u -- -uu -u--
-u -- -uu -u -u
-uu -u



PArcivs iunctas quatiunt fenestras
Ictibus crebris iuuenes proterui:
Nec tibi somnos adimunt: amatq.
Ianua limen:
Quæ prius multum facileis mouebat
Cardines. audis minus, & minus iam,
Me tuo longas pereunte nocteis
Lydia dormis.
Inuicem mœchos anus arroganteis
Flebis, in solo leuis angiportu,
Thracio bacchante magis sub inter-
Lunia vento:
Cum tibi flagrans amor, & libido,
Quæ solet matres furiare equorum:
Sæuiet circa iecur vlcerosum,
Non sine questu,
Læta quod pubes edera virenti
Gaudeat, pulla magis atque myrto:
Aridas frondeis hyemis sodali
Dedicet Hebro.



ANTO. PArcivs &c.) Ode xxv. in Lydiam meretricē rapacē scribitur, quę quondā ab iuuenibus adibatur frequentius nunc aūt rarius. quia vetula, Vtq. ipsa formæ fastu mœchos olim spreuerat, ita facta anus vicissim despicietur, flebitq. ēt quoties libidinoso amore torquebitur, non sine q̃stu, qd' iuuenes gaudeāt puellis magis, spernamq. uetulam. [Parcius) Rarius. [Ictibus) Lapidum.s. [Proterui) Intēperātes, & immodesti. [Amat limē:) Non recedit à limine. [Me tuo longas &c.) Hoc minus audiebat Lydia ꝙ quidam amatores olim dicere soliti erant. [Anus lenis) .i. contemnenda. [Arrogantes) Superbos, & indignantes te adamare [Angiportu) Angusto uico. Intelligit aūt ambitum.i. domoꝶ circuitum. in quo mœchi latere solent & imbribus, & ventis expositi. Lydia vero vicissim id patietur. [Thracio vento) .i. Borea. [Bacchante) Furente. [Interlunia) Tūc.n. tēpestates excitari solent. Plin. aūt lib. xviij. cap. xlvij. de lunari rōne, inq̃t, Quoties ab occidente Sole cernitur. prioribusq. noctis horis lucebit crescans erit, & oculis dimidiatam iudicabitur. Cū vero occidente Sole orietur ex aduerso, ita ut pariter aspiciatur, tunc erit plenilunium. Quoties ab ortu Solis orietur prioribusq. noctis horis detraheret lumen, & in diurnas extendet decrescens erit, iterumq. dimidia In coitu vero, qd' interlunium vocant, apparere desierit. [Flagrans) Ardens. [Matres equorum.) Virg. lib. iij. Georg. ait. Scilicet ante omnes furor est insignis equarum: Et mentem Venus ipsa dedit, postea, inquit. Illas ducit amor trans Gargara transq́ sonantem. Ascanium, superant montes, & flumina tranant. Plin. lib. viij. scribit ꝙ equaꝶ libido extinguitur iubа tonsa. [Iecur vlcerosum) .i. corruptū. In iecore aūt libido est vt aiunt, soletq. vbi corruptum est, vlcerosum esse, ꝙ in brutis animalibus sæpe, videre est. [Pubes) Iuuentus ipsa. [Edera virenti) Pro edera & myrto puellas, ac iuniores intelligit illæ.n. semper virent, dum iuuenes quidem sunt. [Pulla magis) .i. nouella, à pullulo. vnde & pullus equinus, pullus gallinaceus, & hmōi. Lunana tura.

[Aridas frondes) Allegoricos vetulas mulieres intelligit, quæ aridæ sunt & siccæ. [Dedicet) Deputet. [Hebro) Hebrus Thraciæ amnis est inter Æmum & Rhodopē, qui recipit in se flumina Bargum & Suemum, ut Plin. lib. iiij. ostendit.

ACR. [Parcius iunctas quatiunt fenestras) Metrum sapphicum hēdecasyllabum. Quartus adonius. In Lydiam meretricem rapacem, sed iam vetulam scribit, meritoq. ab amatoribus passuram q̄ fecerat. Sensus est: Iuuenes qui olim fenestras tuas lapidibus incessabant, ut excitata somno ijs aperires iam te negligere incipiunt & iccirco hoc rarius faciunt. [Parcius) Rarius. vt, Parcius ista viris tamen obijciendo memento. [Quatiunt) Cōcutiunt aphæresis est. [Ictibus) Lapidum. [Proterui) Insolentes, superbi. [Amatq. Ianua limē) Non recedit à limine. Hoc est semper clausula est nullo iam amatorum iuxta solitum ueniente, aperte .n. recedit a limine. [Facilis) Vncta ne resonaret assiduo vsu frequentius aperiendo. Minus & minus .i. quod olim solebant amatores sui dicere adolescentes: O Lydia pereunte me dormis, iam minus audis, dum despicieris pp senectutem, ab ipso autem dictum quod pueri aiebant. est autem ordo iam minus & minus audis. O Lydia iam dormis longas noctes metuo pereunte amore. [Inuicem) Sigillatim. modo hunc, modo illum. [Mœchos) Pro amatoribus posuit. [Leuis) Ordo est. Leuis anus flebis arrogantes mœchos inuicem in angiportu magis sub interlunia Thracio vento bacchante. [Arrogantes) Te dignantes. [Leuis) Aut contempta aut ab amatoribus uacans. [Langiportu) Angiportum alij dñt vicum sine exitu, quasi in loco deserto, & sine conuentu vbi flexura esset, alij vicum augustum & flexuosum in modū anguis, vel ipso secreto serpentibus tutū, quasi anguibus portum. [Thracio vento) Aquilone, vel Borea, vt Thraicio Aquiloni. [Bacchante) Insaniente. Vt Virg. in iiij. Æn. Sæuit inops animi totamq. incensa per vrbem Bacchatur. Magis sub interlunia tum magis flebis sub interlunia, quia tum ferè concitātur tempestates quasi tetro tpe, & in desertis locis ideo fleret vt doloris testem vitaret. [Sub) Ante, ut Virg. in iij. Georg. Sub lucē exportant calathis, addit oppida pastor. [Furiare equorum) Nouo verbo vsus, quasi in libidinis furorem vrgere. Virg. Scilicet ante omnis furor est insignis equarum. [Vlcerosum) Libidinis indignatione cōmotum, vel certe quod pro ætate appetente tanq. vlcerosum spernatur. [Non sine q̄stu) Non sine q̄rela, ut auaritiā meretrices ostenderet, nec tum quidem sine lucro, & pretio corporis. [Læta quod pubes edera uirenti Gaudeat) .i. q̄ puellas iuuenes ament, quas in edera & myrto intelligi uoluit. [Pulla) Pullam dixit, vt eius coloris puellas ostendat amari. [Aridas frōdes) .i. anus & decrepitas mulieres, & sic etiam ætate frigidas, vt Hebro glaciali sint similes, merito à iuuenibus contemnendas. [Hyemis sodali) Frigido, vt hyemis tēpore. Virg. Semper hyems, semper spirantes frigora Tauri.

POR. [Parcius iunctas quatiunt fenestras) Hæc in meretricem rapacem, sed uetulam, & merito ab amatoribus passurā quæ fecerat scripta est. Sensus aūt est, Iuuenes, q. olim frequentius tuas fenestras lapidibus incessabant, ut, excitata somno ianuas aperires, iam te negligere incipiunt, & iccirco hæc rarius faciunt. Iunctas aūt fenestras occlusas intelligendum est. [Amatq. Ianua limē) Mire, in limine ianua est, inquit .i. occlusa. Ianua .n. cum aperitur, recedit a limine. [Quæ prius multū faciles mouebat Cardines) Nō multum faciles, sed multum mouebat faciles cardines in hac re. [Audis minus & minus iam Me tuo longas pereunte noctes) Quæ olim, inquit, solebant adolescentes amatores tibi dicere. O Lydia pereunte me dormis, iam hoc minus, & minus audis dici. [Flebis in solo leuis angiportu) Leuis pro nullius ponderis posuit. dr̄ aūt pro eo quod est contemptibilis, aut ergo amoribus leuis aut amatoribus quondā tuis leuis i. cōtemptibilis. [Thracio vento) .i. Aquilone. [Quæ solet matres Furiare equorum) Furiare verbum fictum uidetur, q̄ signat cum furore concitare. Equas magis ceteris animalibus in libidinem veneream accendi. Virg. testis ita dicens: Scilicet ante oēs furor est insignis equarū. (Vlcerosum) Ex contemptu. [Læta quod pubes edera virenti Gaudeat, pulla magis atque myrto:) Per allegoriā hoc signat, iuuenculos iuniores mulierculas q̄rere. Puellam autē myrtū subcrescentē, ac p̄ hoc nouellam intelligendum. [Aridas frondes) Conueniens superiori allegoriæ, pro vetulis mulieribus dixit. [Sub interlunia) Recte, quia tunc fere concitantur tēpestates, Hebrus Thraciæ fluuius. [Hyemis sodali Dedicit Hebro) Vel quod frigidus sit Hebrus, Hyemis sodalis dicitur, uel quod partis Septentrionalis sit ubi maximum frigus est.

ASCEN. [Parcius) Pulchre minatur Lydiæ meretrici olim damnatæ superbiæ talionem. Nam quæ omnia fastidierit, nec quenquā miserata est, nunc anus ab omnibus spreta ante fores iuuenum secubabit. Ordo est, Iuuenes proterui .i. amore proteruientes & ferocientes, quatiunt parcius .i. rarius & modestius, fenestras .s. tuas Lydia, iunctas .i. clausas .i. quas olim clausas quatere solebāt crebris ictibus .i. impulsibus, sed nunc neque clausæ sunt, neque si essent clausæ, percuterentur, neque si percuterentur non tam crebris ictibus neque si tam crebris, tam ardenter, aut animose, quia parcius quod aduerbium à parce. Maro in Buc. Parcius ista viris tñ obijcienda memento, Nec iuuenes adimunt .i. demūt tibi somnos & ianua tua amat limē .i. non discedit ab eo, quia non aperitur q̄ ianua mouebatur prius .s. cum frequentes ad te uenirent iuuenes, cardines .i. postes, ad quos ianua voluitur, faciles .s. ad dimittendam ianuam & iterum recipiendam, quod non facerent nisi essent faciles. Nam faciles cito offensam remittunt. Maro, Sed faciles nymphæ risere sacello. Tu audis iam minus & minus, q. a in dies minus places, audis minus à iuuenibus dicere solitis, O Lydia dormis .i. potes ne in animum inducere ut dormias, longas noctes, quæ amantibus longæ vñr, me tuo .s. amico & amatore .i. me, qui tuus sum, pereunte .s. algore, & imbribus ante fores tuas? [Tu anus) .i. propediem futura anus, hoc est uetula, flebis inuicem .i. vicissim, sicut flere illos coëgisti, mœchos .i. adulteros, aut quoslibet tecum coire solitos arrogantes .i. superbos, & fastidiosos existens leuis .i. uaga, hunc cursitans, & obseruans an quisquam perditus intret, vt faciunt prostitutæ uetulæ, in angiportu .i. viculo, cuius non est exitus, qualem meretrices fere habitant. Flebis dicit uento Thracio .i. Borea qui frigidissimus est, bacchante .i. furente & sæuiente magis, sub .i. paullo ante, interlunia .i. tempora quæ sunt inter nouam & veterem lunam, quibus acrior ventus & libido esse solet. vnde ēt ad libidinis ardorem respexisse docet, quod sequitur. Cum .i. qñ amor & libido flagrans .i. ardens tibi, quæ .s. libido, solet furiare .i. furorē rapere, matres equorū .i. equas, vnde Georg. iij. Scilicet ante omnis furor est insignis equarum. Sæuiet tibi circa iecur vlcerosum .i. amoribus saucium. est n. sedes amorum, sæuiet dico non sine questu .i. te conquerente, q̄ pubes .i. caterua pubescētium læta .i. iocosa, gaudeat magis edera virenti .i. puellis moliter amplexantibus, atque myrto pulla .i. subnigra, vt est dum virescit, aut pulla .i. pullulante adhuc, sicut pullus equinus dicitur, & est iucunde dictum, atque dedicet .i. deputet, & consecret Hebro .i. fluuio Thraciæ, sodali hyemis .i. apud quem semper est hyems, & niuis præcipitatio, frōdes aridas .i. uetulas, ut frondes desiccatas.

## DE ÆLIO LAMIA.

*Ad Lamiam nobilissimum virum & eruditum, indicans studiosum, & bonis disciplinis excultum vacare cum multis alijs affectibus, tum maxime metu & anxietate.*

*Ode XXVI. Tricolos, Tetrastrophos: Vt,*

*Vides, vt alta stet niue candidum.*

– – ∪ – – – ∪∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪∪ – ∪∪
– – ∪ – – – ∪ – –
– – ∪ – – – ∪ – –

MVsis amicus, tristitiam, & metus
Tradam proteruis in mare Creticum
Portare ventis, quis sub arcto
Rex gelidæ metuatur oræ,
Quid Mithridatem terreat, vnice
Securus. ò quæ fontibus integris
Gaudes, apricos necte flores:
Necte meo Lamiæ coronam
Pimplea dulcis. nil sine te mei
Possunt honores. hunc fidibus nouis,
Hunc Lesbio sacrare plectro,
Teq., tuasq. decet sorores.

ANTO. MVSIS &c.) Ode xxvj. oñdit amicum musis, hoc est doctum virum, & perfectum vacare tristitia, sollicitudine, & metu hinc ipse ventis pmittit auferre à se talia, quo vacet lætitiæ & voluptati. Itaque musam orat. Lamiæ suo flores nectat & coronam, sui nanque honores absque ea nil prosunt, decetque ipsam, sororesque suas Lamiam ipsum consecrare nouis fidibus, & Lesbio plectro, hoc est lyrico versu laudare. [Musis amicus,) Ordo est, Amicus ego musis tradam proteruis ventis portare in mare Creticum tristitiam & metus, securus quis rex gelidæ oræ sub Arcto metuatur, quis vel quid vnice terreat Tyridatem. [Mare Creticum) Creta insula terminatur ab Occasu mari Adriatico, à Septentrione pelago Cretensi à Meridie Punico, ab Oriente Carpathio, auctor est Ptol. lib. iij. [Sub Arcto) In Scythia sub Septentrione. ἄρκτος.n. Vrsa dr̃. ἄρτος vero sine κ, panis. [Tyridaten) Armeniæ regem, aut Persiæ. Lamiæ viro quidem, generosissimo & perito. *Lamiarũ fam.* Lamiarum familia nobilis erat in Vrbe. intelligit aũt de Aelio Lamia. de quo etiam lib. iij. meminit latissime in Ode xvij. Fuit etiam alter Aelius Lamia eiusdem familiæ, qui Domitiani tẽpestate vixit. Cui nupta erat Domitia Logina, quam ab viro ablatam Domitianus etiam in matrimonium adduxit. Deinde Lamiam ipsum in exilium misit. De Lamijs autem plura iam diximus in Sat. iiij. Iuuen. [Pimplea).i. ò musa scribit.n. Festus, q Pipleides musæ a Pipleo fonte Macedoniæ dictæ sunt pp liquoris eius vnicam subtilitatem. *Pipleides Pimpleades* Varro etiam scribit, Pipleides & Pimpliades Libethrides, quæ & Thespiades, à terrestrib. locis cognominatas. Sunt & qui uelint hoc loco Pimplea legere. *Pimpla Pimpl.* Nam Pimplea locus est Macedoniæ musis sacer. Pimplao autem impleo significat. [Fidibus nouis) .i. nouis chordis, per quod latinas intelligit, quibus ipse Horat. tunc vtebatur græcos imitans. [Lesbio plectro).i. lyrico carmine, quali Alcæus & Sappho Lesbij sunt vsi.

ACR. MVsis amicus, tristitiam, & metus) Metrum duobus versibus Alcaicũ. Tertius Iãbicus nouenarius hypercatalecticus. Quartus Pindaricus. Hęc Ode ad Ælium Lamiã scripta est. Lamias.n. veteres nobilis dicebant familiæ, qua sigñat doctũ & perfectum virũ tristi sollicitudine, vel metu carere. [Musis amicus, tristitiam, & metus) Ordo est, Ego amicus musis securus quid terreat vnice Tyridaten, tradam tristitiam & metus proteruis ventis portare in Creticum mare, à quibus metuatur rex Gelidæ oræ sub Arcto. [Creticum) Pro quolibet mari.i. pro appellatiuo speciale. (Quid) Quæ res. [Tyridaten) Tyridates rex Armeniorum, siue Persarum fuit. [Securus) Securus amotus à cura dicitur. [O quæ fontibus integris) Ordo est. O Pimplea dulcis, quæ gaudes integris fontibus necte flores, necte coronam meo Lamiæ. [Integris) Plenis, & imminutionem nescientibus. [Pimplea) Pimpleæ musæ dictæ sunt, aut à Pimpleo fonte Macedoniæ, vel vico, aut à monte Pimpleo. Orchomeniorum, aut à veste, hoc est à Peplo. [Nil sine te) Hoc est aut quia sine musa non multum honoris vult intelligi Lamiæ carmina sua posse conferre, aut quia primus Horatius latinum carmen scripsisse dicitur. [Hunc fidibus nouis,) Chordis. vt Virg. in vj. Threicia fretus cythara, fidibusq. canoris. Ordo est. [Decet te, tuasq. s.).i. musas hũc sacrare nouis fidib. [Hunc sacr. Lesbio pl.) Lyrico carmini.

POR. MVsis amicus,) Hæc Ode ad Aelium Lamiam scripta est, qua signat doctis viris nullam hærere sollicitudinem. [In mare Creticum) Creticum mare, pro quolibet mari. ita specie pro gñe vsus est. [Quid Tyridaten) Tyridates rex Armeniorum fuit. [Pimplea dulcis,) Pipleides musæ dñr à Pimpleo fonte Macedonię [Hunc Lesbio sacrate plectro, Tęque, tuasq. decet sorores) Sic intelligendum. Et tuas sorores decet hunc Lesbio plectro consecrare. Lesbio autem propter Sappho, & Alcæum dixit.

ASCEN. MVsis) Dicit se curis vacuũ velle Lamiam celebrare, quod qa ipse satis non potest, musam vt id faciat præcatur. Ordo est. Ego amicus musis.i. dummodo sim amicus musis, tradam ventis proteruis portare in mare Creticum, qđ Cretem alluit, hoc est Adriaticum, tristitiam & metus, exñs securus, quis rex gelidæ.i. frigidæ, oræ.i. zonæ, metuatur sub Arcto.i. Vrsa, aut quis rex metuatur gelidæ oræ sub Arcto, hoc est sub polo Arctico, & quid terreat vnice.i. pręcipue, Tyridatem regem Armeniæ, aut Persię. O Pimplea.i. ò tu musa dulcis, quæ gaudes fontibus integris.i. q̃ in ptãte hẽs ad plenum dicere, necte Lamiæ.s. Ælio, meo.s. pſidio & amico, flores apricos.i. odoriferos sub Sole ortos, & coronã.s. ex eis, hoc est sertum. Mei honores, quos illi impendã, nil p sunt sine te.i. sine musa℞ inspiratione. Et iõ decet te & tuas sorores.i. reliquas musas, q̃ inter se sunt sorores, quia filiæ Iouis, celebrate hunc.s. Lamiã meũ, fidib.i. cytharis, nouis.i. pclaris, aut insolitis Rom. & plectro Lesbio i. quali vsus est Alcæus Lesbius.

MVsis amicus, tristitiam, & metus &c.) Acron & Land. legunt & interpretantur, qs pro quibus ventis, mihi vero id præter alias rõnes ea vel maximam absurdum videtur, q venti Æolum habent regem, nec alius est quærendus qui sit illis metuendus, pter proprium regem. Et propterea legendum arbitror, & interpretandum, quis rex vt. vtraque dictio nominandi sit casus, est autem ordo. Ego musis amicus securus quis rex, metuatur gelidæ oræ. vt gelidæ oræ, sit dandi casus non gignendi.i. quem regẽ gelida ora metuat & quid vnice terreat Tyridatem, tradam tristitiam & metus proteruis ventis portare.i. ad portandum in mare Creticum. In fine autem quarti versus & copulam reponendam censeo, quæ superiora sequentibus coniungat. vt sit, Rex gelidę metuatur ore. &, Quid Thyridatem terreat.

## AD SODALEIS.

*Carmen hoc, cuius argumentum ab Anacreonte sumpsit. protrepticon est docens inter pocula suauiter quidem vino vtendum & fabulis, verum temperate, ne vt inter barbaros, res exeat in rixam & contentionem. Hinc quamdifficile sit, semel meretricio amore illigatum se explicare.*

*Ode XXVII. Tricolos Tetrastrophos, Vt: Vides Vt alta stet niue candidum.*

--∪---∪∪-∪∪
∴ --∪---∪∪-∪∪
--∪---∪-∪
-∪∪-∪∪-∪--

NATIS in vsum lætitiæ scyphis
Pugnare, Thracũ est. tollite barbarũ
Morem: verecundumq. bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
Vino, & lucernis medus Acinaces
Immane quantum discrepat. impiũ
Lenite clamorem sodales:
Et cubito remanete presso.
Vultis seueri me quoque sumere
Partem falerni? dicat Opuntiæ
Frater Megillæ, qua beatus
Vulnere, qua pereat sagitta.
Cessat voluntas? non alia bibam
Mercede. quæ te cunque domat Venus,
Non erubescendis adurit
Ignibus: ingenuoq. semper
Amore peccas. quicquid habes, age
Depone tutis auribus. ah miser
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma.
Quæ saga, quis te soluere Thessalis
Magus venenis, quis poterit deus?
Vis illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimæræ.

ANTO. NATIS in vsum) Ode xxvij. Sodales hortatur ne vino rixentur, vt Thraces agunt, verum benigne, & hilare cõuiuia celebrent. Ostendit postea meretricio amore illigatũ maxime laborare, vixq., dissolui posse re vlla. Huius aũt Odes sensum ab Anacreõte poeta sumpsisse Porp. edocet. [Scyphis) *Scyphus Cantharus* Scyphus Herculis poculũ erat, ita vt Liberi pr̃is cãtharus. de quo Mac. lib. v. Sat. & nos latius in Ep. vj. [Thracum est) Thraces.n. nimio vino truces fiunt. de ijs ẽt Ode xviij. latius dictum est. [Barbarũ M.).i. sæuũ verecũdũ Bac. quo verecũde vtendũ est. [Vino, & luc.).i. à cõuiuio & lucernis, qb. in cõuiuijs vtebanẽ. Virg. lib. j. de Did. cõuiuio. Pendẽt lychni laquearib. aureis Incẽsi, & noctẽ flãmis funalia vincunt. [Medus Acin.) *Acinaces* Acinaces.n. (vt aiunt) dr̃ gladius militaris lingua Partho℞, vel Medo℞, quod etiam Porphyrio

rio innuit. hic tamen pro quocunque gladio ponitur. [Imma-
ne)Pro immaniter.i.ſæuæ & crudeliter. [Diſcrepar)Differt,diſ-
Sodales ſentit,diſcordat. [Lenite)Mitigate,placate,mulcete. [Sodales)
Dicti ſunt ſodales,quod vna ſederẽt,vt eſſent, quod Feſtus ait.
[Preſſo) Depreſſo, & demiſſo in menſa.ſ. non aũt elato ad pu-
gnam. Cubabant autem antiqui veſcentes & cœnantes. ait enim
Val. de Inſtitutis antiquis, Fœminæ cum viris cubantibus ſeden
Cubare ĩ tes cœnitabãt. M. Tull.lib.vij.epiſt. Accubueram hora noua. cum
menſa ad te hoc literarum exemplum in codicillis exaraui. Item, Inſta
Eutrapellum Citheris accubuit. [Seueri)Vetuſtiſſimi. [Opuntię
Locri Megillæ).i. Locrenſijs. Locri autem ciuitas eſt in magna Græ-
magna cia iuxta Adriaticum pelagus,vt ſcribit Ptol.lib. iij. Plin.itẽ lib.
Græcia iij. ait, quod a Locris Italiæ frons incipit magna Græcia appel-
lata Dionyſius ſcribit Locros olim in Italiam ex Attica veniſſe,
vbi ciuitatem condidere, quam ſuo nomine appellarunt Strab.
lib. vj. ſcribit Locridis oram eſſe prope Phocidem in Attica è re
Opuntij gione Eubocæ, quorum aliqui Opuntij dicebantur à ciuitate
Patrocl⁹ Metropoli, ex qua natum eſſe Patroclum teſtatur Hom. Et A-
Ozola iax Locrus Opuntiorum regnum obtinebat. Aliqui vero Ozo-
læ nominabãtur.i.odoris,mali &c. Idẽ Str.lib.ix. ait, ꝙ Ephorus
fallitur cũ dixit Locros Italos ab Opuntijs deſcendiſſe qñ è Lo
cris Chryſeum habẽtibus ſinum coloni in Italiam profecti ſunt
Euanthe ductore. Horat.tñ cum Ephoro ſentit hoc loco. [Quo
beatus Vulnere,qua peat ſagitta).i.in cuius amore feliciter ar-
deat. [Ceſſat voluntas?).i.dicere abnegat. [Quæcunque Venus)
Amoris .i.amica. [Domat te).i.iugo ſubijcit Prop.in princ. Et caput im-
ſedes poſitis preſſit amor,pedibus. Item lib.ij. Inſtat ſemper amor,ſu-
pra caput inſtat amanti. Et grauis ipſe ſup libera colla ſedet. [Nõ
erubeſcendis)Nõ pudendis & turpib. hinc ait Phædra Hippoly
to. At bñ ſucceſſit digno ꝙ adurimur igne, Peius adulterio tur-
pis adulter obeſt. Id aũt poeta dicit, quo illũ magis hortetur ma-
Ingenu⁹ niſeſtare. [Ingenuo Amore).i.libero & nobili non ſeruili. Inge-
nuus.n eſt cui ex natiuitate competit libertas, nec eſt factus li-
ber,ſed natus. de quo legito Inſtitutiones Iuſtiniani de ĩgenuis.
[Tutis)Secretis & fidis. [Ah miſer) Poſtq̃ ille amorẽ ſuum poë-
tæ manifeſtarat, Horat. eum miſerans ita erudit. [Quãta laboras
in Charybdi).i.quanto diſcrimini exponeris & rapinæ. cõparat
Saga .n.meretriciam rapinam voraci mari. [Saga)Sagæ, inq̃t Nonius
Sagax dñr fœminæ ad libidinẽ viroꝝ indagatrices, vnde ſagaces canes
dñr ferarum,vel animalium quæſitores. Lucil. Ætatem & faciem
vt Saga & bona cõciliatrix. Turpil. Non ago hæc per Sagã pre-
cio conductam vt vulgo ſolent. Acron dicit, qđ Saga eſt incanta-
trix,& malefica, dicta qđ ſatis agat. Feſtus ait, Saga quoq. dr̃ mu
Magu lier ſacroꝝ,& veri ſapiens. [Magus)μαγεία incantatio dr̃. μάγος in
cantator, ſed Perſaꝝ lingua ſapiens dr̃. Theſſalis venenis ſolue-
re, carminibus.n. & veneficis uel inferre, vel expellere hominibus
mala ſolebant. [Pegaſus) Ex Meduſæ ceruice & gutture execto
Pegaſus alatus equus proſiluit, qui longo poſt tempore cũ pota
Pyrene. ret in Pyrene fonte exñte infra verticem Acrocorinthi montis
Peloponneſi, haud affluentes aquas habenti ceterum perſpicuas
ad imum, potuitque ſuauiſſimas, à Bellerophonte deprehenſus
Heliconis fuiſſe dicitur. Vulgatum eſt etiam Caballinum in Helicone fon-
tem erupiſſe cum ſubiectam ibi rupem feriret vngula. Hæc ex
Str.lib.viij. Ouid. quoque lib.iiij. Met. ex Meduſæ cruore Pega-
Pegaſus ſum natum ſcrib Heſiod. autem in Theog. ſcr. Pegaſum dictum
Fons quod iuxta Pegas.i. fontes Oceani natus ſit. Solin. docet quod
in Aethiopia ales eſt Pegaſus. ſed hæc ales equinum nihil præter
aures habet. Plin.lib.x. ita inquit, Pegaſos equino capite volu-
Gryphes cres, & Gryphas auritos aduncitate roſtri fabuloſos reor illos
in Scythia, hos in Ethiopia Higinus ſcr. Aratum dixiſſe Pega-
ſum Neptuni, & Meduſæ Gorgonis filium eo dñt vſum eſſe Bel-
lerophontem, cum deuicit Chimæram, q̃ Heſio. in Theog. tria
habere capita dixit, vnum Leonis, aliud ipſius Chimære aliud
Draconis, quin & anterius leonem poſterius Draconem, medio
autem capram eſſe. & Ouid.lib.x. inquis. Quoque Chimæra iu-
go medijs in partibus hircum Pectus & oralex caudam ſerpen-
tis habebat. Addit vlterius Heſio. illam per ſingula capita ignem
efflare ſolitam. Sol. autem ſcribit ꝙ in lycia mons eſt Chimæra
Chimæ- nocturnis æſtib. ignem fumidum exhalans. vnde fabula triformis
ra monſtri in vulgum data eſt quod Chimærã animal putauerunt.
Chimæ- Præterea χίμαιρα capella interp̃tatur. χίμαρος vero hircus. [Tri
ros formis Chimæra).i. meretrice doloſa & fraudib. plena, vt Chimæ
Bellero- ra flãmis. de Bellerophonte aũt latius diximus in Sat. x. Iuu. La-
phon tiſſime vero Hom lib.ix. Il de Bellerophonte & Chimæra ſcrib.

A C R. NAtis in vſum lætitiæ ſcyphis) Metrum duobus verſib. Alcai-
cum. Tertius dimeter nouenarius Iambicus hypercatalecti-
cus. Quartus Pindaricus. [Natis in vſum lætitię ſcyphis) Ad hoc
ſpecialiter factis vt eſt, Animal propter conuiuia natum. [Thra-
cum)Gentẽ ſignificat, ſicut ſupra poſuit, per ebrietatem rixæ de-
ditam. [Verecundumq. Bacchum)Verecundum vel quod virgi-
neo ore fingatur, vel quod verecunde eo vti decet. [Sanguineis
prohibere rixis,) Figura noua locutus eſt, Bacchum rixis prohi-
bere cum dici potuerit à Baccho rixas prohibet. eſt enim hypal
lage, vt illud eſt. Accipe Æneam & tandem arcere periclis. [Lu-
cernis).i. conuiuijs, quæ a veſpera inchoari cõſueuerunt. [Medus
Acinacis)Gladius Perſarum, ſed hic pro quolibet poſuit. Lucan.
Decurrit Medica ſuſis. [Immane quantum) Admirando dicit.i.
valde diſcrepat, hoc eſt non conuenit, nec eſt aptus lætitiæ vini
barbarus animus. [Lenite clamorem) Rixam vel tumultum cõ-
peſcite. [Et cubito remanere preſſo) Quaſi inſurgentes ad iurgiũ
admonet, vt diſcũbant. Inter accumbere aũt & diſcumbere & re-
cũbere hoc intereſt. [Accumbere eſt deoꝝ, vt, Tu das epulis accũ Ac
bere diuum. Diſcumbere hoĩum vt diſcumberet oſtro. Recũbere re
ferarum, vt, Oſſa ſuper recubans. [Seueri) Aut vetuſtiſſimi, aut au Dij
ſteri, vt, Nec cellis ideo contende Falernis. [Me quoq. ſumere) ben
.i.ſi veſtro vultis me miſcere. conuiuio deeſt.n ſi ordo eſt. [Di- Rei
cat frater Megillæ Opuntiæ)Opuntia Locroꝝ oppidum dictum
eſt. Megillę nomen cõuiuæ, quę Opuntia oriũda erat. [Quo bea
tus Vulnere)Velut voluptuoſus poëta bene beatũ amante dixit.
[Vulnere)Pro amore poſuit, vt, Vulnus alit u. & c.c.i. [Qua per-
eat) Quam amet, vt Virg. in Buc. Vt vidi, vt perij vt me ma.ab.et.
[Ceſſat voluntas?).ſ confeſſionis, & deeſt ſi. [Non alia bibam
Mercede) Niſi dixerint, ſubde. [Quæ te cunque) Tmeſis eſt quę-
cunque Venus, aut amor aut amica. Virg. in Buc. Parta meæ Ve-
neri ſunt munera. [Non erubeſcendis) Non ignobilibus, non ve
recundis. Ignibus amoribus vt Cæco carpitur igni. [Ingenuoq.
ſemper Amore peccas) Impudendo non erubeſcendo, laudando,
electione, vel iudicio. [Quicquid habes, age) Dic. cogit illum fa
teri, quã diligat. [Depone tutis auribus).i. fidelibus depoſita ſer
uãtibus, hoc eſt ſecretum ſecure cõmitte. [Ah)Interiectio eſt do
lentis. [Miſer Quanta laboras) Oſtendit illum quaſi in aurem ſi-
bi eſſe confeſſum q̃ amaret, & cum execratione miratur, quod ſic
in procacem & rapacem, vel ſceleratam mulierẽ amor eius inci-
derit. [Charybdi) Meretricia voracitare. Terent. Nam quod nos
capere, oporter hæc intercipit vnde eã & mari cõparauit voraci.
[Quæ ſaga) Incãtatrix & malefica ab eo dicta, ꝙ ſatis agat.i. quę
carminibus vel accerſere poſſit mala hoĩbus vel pellere. Ordo
eſt, Quæ Saga Theſſalis poterit te ſoluere venenis? [Venenis,)
Herbis. Virg. in Buc. Has her. atque hæc p.m.l.u. Ipſe dedit Mœ
ris. [Pegaſus) Bellerophontis equus, cuius celeritate Chimæra
dr̃ interempta, vnde & alas habuiſſe dr̃. Virg. Alipedumq. ſuga
curſu tentauit equoꝝ. ſicut ſuperius meretricẽ mari, ita hic Chi
mæræ comparauit quaſi multiformi belluæ quæ leonis, draconis
& capræ capitibus emineret, flãmis armata ſicut meretrix dolis
& incitamentis libidinum. Multiformẽ autem voluit eam, hac
comparatione intelligi, & oĩbus corporis partibus eſſe turpem.

NAtis in vſum lætitiæ ſcyphis) Protreptice Ode hæc ad POR.
hilaritatẽ cuius ſenſus ſumptus eſt ab Anacreõte in lib.
3 [Natis in vſum lætitiæ ſcyphis Pugnare, Thracum eſt)
Natis pro factis, vt apud Lucil. Iudicis Hortẽſi eſt ad eam rẽ nata
palæſtra. [Verecundumq bacchum Sanguineis prohibere rixis)
Verecundum.i. detrectãdum ita aũt figurata elocutio eſt, vt apud
Virg. Et tandem arcere periclis. [Acinacis) Gladius Parthicus,
ſed nunc pro omni gladio poſitum eſt. [Dicat Opuntiæ) Nomẽ
huius adoleſcẽtis non dicit. Opuntia aũt oppidum Locridos eſt.
[Quo beatus Vulnere, qua pereat ſagitta) Græce dictũ beatus
pereat, ꝙ ſignat tñ. [Ceſſat voluntas?) Bibendi.ſ. quã negat ſe bi
biturũ, niſi frater Megillæ amores ſuos narrauerit. [Ah miſer q̃-
ta laboras in Charybdi) Intelligendum hic illũ in aurem Horat.
amorem ſuũ eſſe confeſſum, ita hic inq̃t. [Ah miſer Quãta labo
ras in Charybdi) Significãs illam quæ amat procaciſſimam, ſcele
ſtiſſimamq. eſſe. [Quæ ſaga) Sagæ ſunt præcantatrices, quæ vel
accerſere carminibus mala hoĩbus poſſunt vel expellere. [Vix il
ligatum te triformi) Vix te, inquit, ab hac Chimæra liberabit Pe
gaſus, ſed hoc vtique per allegoriam dictum intelligitur.

NAtis in vſum) Hac Ode, quæ de vini modeſtia inſcribit, ASCLE.
duo ad modũ graphice & argute facit. Docet.n vinum im
modice ſumptũ ad furorem & bellicum tumultũ incitare
deinde ſecreta reuelare, vſque adeo vt quæ inter bibendum dice-
re, & ſuæ fidei concedere coegerit, tacere non poſſit quod in ſe
quidem depingit, ſed in alios animaduertit. Neque vero tam in-
tendit ab amore meretricio dehortari, quam oſtendere quam nõ
cælare ſecreta poſſunt vino indulgens. Ordo eſt. [O ſodales).i.
conuiuæ, q mecum ſedetis in cõuiuio, pugnate.i. pugnas exerce-
re,

re scyphis.i.poculis quibuslibet,natis.i.institutis & inuentis, in vsum lætitiæ,quam Bacchus rite potantibus confert, vnde Æn.j. Adsit lætitiæ Bacch. dator & bona Iuno, est Thracum.i.moris Thracij,hoc est id Thraces facere solent,qui barbari sunt & insanes populi. Et ideo tollite.i.amouete á vobis, morem barbarum.i.barbarorum, & prohibete i.procul habete & arcete, rixis sanguineis.i.ad effusionem sanguinis procedere solitis Bacchum verecundum,q̃a semper,puerum &verecunde sumendum.[Quátum).i.ò quantum, vel quantum pietatis immane.i.immaniter, Acinacis Medus.i.ensis,aut mucro p̃sicus,vel quiuis alius,discrepat.i.differt, vino & lucernis quibus ad noctem potantes vtuntur. Et ideo quia plurimum discrepat, lenite.i.mitigate & sedate clamorem impium.i.ad pugnam prouocantem, & manet cubito presso.s.ad latera, & non erecta manu ad ictum. Vultis si vultis me quoque.i.etiam me, sumere partem. Falerni.s.vini ex Falerno monte Campaniæ,seueri.i.veteris,& ita seueri, quia nemini parcit,aut seueri quia seuere & modice sumendi. si inq̃ id vultis, dicat frater. Megillæ Opuntiæ Locrensis, quæ cum fratrem nō nominet meretrix videtur,quo vulnere.s.amoris, ipse beatus.i. q̃ diues est,& ita amare feliciter sibi videtur,& qua sagitta.s.Cupidinis pereat? Cessat voluntas.i.non vult ipse dicere? ego non bibam alia mercede,nisi videlicet dixerit. Et ad hoc eum indicat, blanditur,vt fit inter potandum,dicens. [Quæcunque Venus).i. amica. Est autem tmesis.i.incisio dictionis. [Quæ te cunque domat?).i subicit sibi te ipsa adurit te ignibus.i.amoribus non erubescendis.i.certo scio q̃ non nisi te dignam amas quæcunque ea est, & tu peccas semper amore ingenuo.i.qui ingenuo congruat .i.peccas quidem quia meretricem amare peccatum est (q̃ habere ethnici non satis seuere prohibebant, sed duntaxat amare) verum huiusmodi peccatū non est tam turpe vt ingenuitatem polluat, Age quicquid habes.s.amoꝝ,aut amicæ, depone.i.tanq̃ depositum concrede,auribus.s.meis,tutis.i.fidelibus, & tute rē cælaturis. Ad quæ blandimenta ille fingitur poëtæ in aurem dixisse amicam suam. Qua audita, vt ostendat poëta quam nihil cælare possunt qui potant statim exclamat. Ah miser, quem beatū iam dixerat. Quanta in Charybdi.i.voraci meretrice, in qua non minus quam in Charybdi periclitaris,laboras.i.cum labore versatis ò puer digne melior flamma.i.amore aut amica,& paulo ante dixerat, Non erubescendis &c. [Quæ Saga).i.venefica,quæ se Sagam.i sagacem & peritam dicit,& quis magus.i.sapiens incantator &veneficus,& quis Deus poterit te soluere s.vinculis amorum,venenis Thessalis.i.philtro, aut amatorio confecto ex herbis venenosis quæ in Thessalia plurimæ nascuntur. Id enim ꝓmittunt veneficę. vnde Aen.iiij.Quæ mihi reddat eum,vel eo me soluat amantē.de qua re in Pharmaceutria plura vñr. Vix Pegasus.i.equus alatus & volare solitus, in quo Bellerophon Chimæram domuit, vix.i.cū summa difficultate, expediet.i.liberabit te illigatum Chimæra aut Chimæræ.s.mōstro in Lycia, triformi.i. hñti tris formas,& totidē capita,hoc est hac meretrice,quæ Chimæræ naturā habet,est.n.serpentinis venenis,leonina feritate,& caprino fætore infecta,flāmas immundi amoris vndiq. euomēs.

ALDVS MANV. VIno, & lucernis Medus Acinacis) Qm̃ Acinaces Græce ἀκινάκης dr̃. Suid. ἀκινάκης μικρὸν δόρυ περσικὸν,non acinacis imprimendū,vt erat in exemplaribus,sed Acinaces iussimus & puto natum errorem,quia nunc Græci η,non e, longum,sed i,pronunciant,q̃q̃ & ipsi meo iudicio perperam η,enim non i,sed e,longi sonum habere debet, sed de hoc alius erat tractatus. Hinc paraclitum illos dicimus imitari, eum & nobis & Græcis paracletus dicendum sit παράκλητος enim scribit̃ Græce.

## AD ARCHITAM.

*Architam Tarentinum Geometram & Astrologum nobilissimum inducit,à nautis petentem, vt cadauer suum quod è naufragio in littus eiectum erat, sepeliant. Id enim facile & pium esse quando quidem mors omnibus est communis, heroibus & priuatis doctis pariter atque indoctis quanquam diuersa ratione,nam hoc melior doctorum conditio, quòd immortalis sit eorum fama, se vero in sinu Illyrico per tempestatem perijsse.*

*Ode XXVIII. Dicolos Distrophos: Vt,*

*Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.*

-UU---UU-UU-UU--

---UU---

TE maris &terræ,numeroq; carētis arenę
Mensorem cohibent Archita
Pulueris exigui ꝓpe litt⁹ parua Matinū
Munera: nec quicquam tibi prodest
Aërias tentasse domos, aïoq; rotūdum
Percurrisse polum morituro.
Occidit & Pelopis genitor conuiua deorum:
Tithonusq; remotus in auras.
Et Iouis arcanis Minos admissus: habentq;
Tartara Panthoiden iterum Orco
Demissum: quamuis clypeo Troiana refixo
Tempora testatus, nihil vltra
Neruos, atque cutem morti concesserat atræ,
Iudice te, non sordidus auctor
Naturæ, veriq;. Sed omneis vna manet nox:
Et calcanda semel via leti.
Dant alios Furiæ toruo spectacula Marti.
Exitio est auidis mare nautis.
Mista senum, ac iuuenum densantur funera. nullum
Sæua caput Proserpina fugit.
Me quoque deuexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit vndis.
At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ
Ossibus, & capiti inhumato
Particulam dare. sic quodcunque minabitur Eurus,
Fluctibus Hesperijs: venusinæ
Plectantur siluæ te sospite: multaq; merces,
Vnde potest, tibi defluat æquo
Ab Ioue Neptunoq; sacri custode Tarenti.
Negligis, immeritis nociturum
Postmodo te natis fraudem committere? fors &
Debita iura, vicesq́ue superbæ
Te maneant ipsum, precibus non linquar inultis:
Teq́ue piacula nulla resoluent.
Quanquam festinans: non est mora longa? licebit
Iniecto ter puluere curras.

ANTO. TE maris) Ode xxviij.ostēdit mortē cōem omnibus. Alloquens aūt philosophum Architam,dicit nil ꝓfuisse mortuo sibi Geometriam, Astrologiamque nosse. Ille aūt respondere inducitur,oibus moriendum esse doctis pariter & indoctis, vario tñ casu se vero Illyricis vndis fuisse obrutum. Itaque nautas prætereuntes orat. puluerem sibiipsi inijcere pigeat minime. [Mensorem) Geometram intelligit. Ouid. lib. j. Met. ait, Communemque prius ceu lumina Solis & auræ. Cautus humum longo signauit limite mensor. [Archita) Architas. Tarentinus & Pythagoricus nobilissimus fuit, qui Plat. cum à Dion. necandus esset, per epistolam eripuit. Est autem Admirationi summe habitus apud. Plurimos in omni virtutis genere, in Geometria autem cum primus (vt Plato in Rep. testatur) inuenit, auctor Laërtius lib.viij. [Matinum littus) Matini populi sunt in Apulia. vnde Plin. lib. iij. inquit, ex Gargano Mateolani, Nericini, Matini. [Aërias tentasse domos,) Astrologum fuisse innuit. [Polum rotundum) Cœlum ipsum posuit .n. pro toto partem per synecdochen. Poli nanque dñr duo puncta Axem terminantia. in quibus cœlum voluitur vnde dicuntur à πολέω,quod est verro, hinc & poli vertices appellantur. Virg.lib.j.Georg. Hic vertex nobis semper sublimis. [Occidit & Pelopis genitor) Architam sic respondisse per prosopopœiam poëta innuit vbi per exēpla ostēdit formosos ēt & dijs ortundos coniunctosque homines, peritos item mortem effugere non potuisse. quod in mortis solatium dicitur. [Pelopis genitor,) Id est Tantalus Phrygio rex. de quo latet in Ode vj. Diod ēt lib v. ait, Tantalus Iouis filius diuitijs & gloria insignis, in ea Asiæ p̃te,q̃ nunc Paphlagoniam vocant, habitauit, plurimum dijs ob gñis claritatem carus, postmodum felicitatem suā insolenter ferens immortaliū secreta, quæ mense cōmunionem,

Margin notes: Architas (beside "Architas. Tarentinus"); Matinū (beside "Matinum littus"); Poli (beside "Poli nanque"); Paphlagonia (beside "Paphlagoniam vocant").

nem, vsuq. deorum noueтat, palā protulit hominibus. Qua ex causa & viuus pœnam tulit, & post obitum, sm fabulas, tormentis apud inferos inter scelestos perpetuis punitur, ex eo & Pelops & Niobe orti sunt, hæc ex Diod. [Tithonus) Fuit is Laomedontis filius, qui in Asia Orientem versus vsque in Aethiopiam militās dicitur genuisse ex Ida filium nomine Memnona, qui cum Troianis præsidium tulisset, postea ab Achille est interfectus, id scribit Diod lib 5. Seru. aūt lib. 3 Georg. scr. quod Tithonus dum iuuenis esset, & forma decorus ab Aurora dilectus raptus fuit ex qua Memnonem genuit, sed tādem post longissimam, optatamq. vitam audita Memnonis filij morte in Cicadam versus dicitur a poëtis, hinc ait Horat. Longa Tithonum minuit senectus Latini quoque poetæ Memnonem Auroræ & Tithoni filium asserunt. (Remotus in auras). i. à terris in auras abijt, hoc est expirauit. [Minos) Fuit is Iouis ex Europa filius, qui leges multas Cretensibus dedit, simulans eas à se in spelunca quadam meditatas, scribit id Diod. lib vj. Plato autem in Minoë de legibus introducit Socratem dicere Homerum scripsisse Minoa in Gnoso Cretæ, vrbe ampla regnasse, nouem annos magno cum Ioue collocutum. Accedebat enim (vt idem Socrates ait) in Iouis antrū erudiendus. vnde didicit quod docuit inde ceteros, quæ ab Ioue nouem annis acceperat. Panthoidem (Pythagoram significat, qui aliqñ fuit Euphorbus Panthoi Troiani filius a Menelao interfectus. Laërtius lib. viij. scr. quod refert Heraclides Ponticus, Pythagorā de se dicere solitum, quod fuisset aliqñ Aethalides, Mercurijq. filius putatus esset, Mercuriumq monuisse illum, vt peteret, præter immortalitatem, quod vellet petisse igitur, vt viuens & vita functus omnium quæ contingerent, memoriam haberet. Itaque in vita meminisse omnium eādemq., memoriam & post mortem reseruasse, longoq. post tempore in Euphorbum venisse, atque a Menelao fuisse vulneratum. Euphorbus autem dixit se aliqñ Aetalidem fuisse atque à Mercurio pro munere hoc accepisse, vt anima illius iugi circuitione vagaretur & in quas vellet arbores, vel animantes cōmigraret. Postea vero quā Euphorbus diem obijt, migrasse in Hermotinum ipsius animam, qui & ipse cum fidem vellet facere Branchidas petijt, ingressus Apollinis phanam ostendit clypeum quem illic Menelaus affixerat, ait enim illū cum ex Troia remeasset, Apollini sacrasse scutum iam putrefactum. solamq. perdurare eburneam faciem, vbi autem & Hermotinus vita functus est, rursum in Pyrrhū Delium piscatorem migrasse, illumq omnia memorasse, vt. s primū Aethalides fuerit, postea Euphorbus, deinde Hermotinus, ac postea Pyrrhus effectus sit, ac deinceps post Pyrrhum factum esse Pythagoram omniumq. meminisse quæ prædiximus. Hæc Laërt lib. viij. Meminit etiam Naso lib. xv. Met. nam introducit Pythagoram ita dicentem. Ipse ego (nam memini) Troiani tpe belli Panthoides Euphorbus eram qui pectore quondam Cognoui clypeum læuę gestamina nostræ Nuper abanteis templo Iunonis in Argis.

*Orcus* [Orco) Orcus Pluto dicitur, ait enim in Verrinis Cic. Vt alter Orcus venisse Aetnam, & non Proserpinam, sed ipsam Cererem rapuisse videtur. Sunt & qui velint Orcum dictum ex eo, quod Dij iurabant per Stygem, est enim ὅρκος iuramentum, ὁρκόω vero voco ad iusiurandum, est Orcus apud Hom. lib. ij Il. Thessaliæ fluuius, qui Peneum olei instar supernatat, de quo Plin. lib. iiij. [Nihil vltra Neruos, atque cutem morti &c.) Sensus est, quod nerui tñ, & cutis ipsius peribant, anima tñ viuebat semper. Non sordidus auctor. Cic. lib. j. de Nat. Deor. scr de Pythagoreis, quod tm opinione, præiudicata Poterat, vt ēt sine rōne valeret auctoritas. Nā Pythagorei si qd affirmabant, in disputādo, quęrereturq. quare ita esset, rñdebant. Ipse dixit ipse aūt erat Pythag. [Sed omnes) Ouid ēt inqt in Met. Serius, aut citius sedē ꝓperamus ad vnam. Et de morte Drusi. Fata manant oēs omnis expectat auarus Portitor, & turbe vix satis vna ratis. Tendimus huc oēs, metā properamus ad vnam. Omnia sub leges mors vocat atra suas. Et de morte Tibulli: Si licet oē sacrum mors importuna prosanat, Omnibus obscura inijcit illa manus. [Dant alios) Ordo est. Furiæ dāt alios spectacula toruo Marti. i. multi furore ducti sunt ludi Marti pugnando enim pereunt. [Exitio). i. cladi, morti calamitati. [Funera). i. mortes. [Proserpina) Plutonis coniux, quā dicit fugere nullum caput, qm abscisso crine à Proserpina damnatur Orco eiusque caput, vnde Virg lib. iiij. de morte Did. ait. Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem Abstulerat, stygioq. caput damnauerat Orco. Quam fabulam abscindendi crinis (vt refert Macr. lib. 5.) Virg. induxit secutus Euripidem, qui composuit nobilissimā fabulam Alcestim. In qua in Scena Orcus inducitur gladium gestans, quo crinem abscidit Alcestidi. [Deuexi) In deuexo cœlo positi, diuidit. n. cum æquinoctialis circulus cum tauro decertante collocatum (vt scr. Higin. Orionis) de Orione multa Higinius, & Naso lib. v. Fast. de quo ait, Ceuerat immensum, comitem sibi Delia fecit. Ille Deæ cultos, ille satelles erat. Demum relatus inter sidera stellas habet decem & septem. Huius sideris incertam esse tempestatem dicunt nā sua magnitudine pluribus dieb. oritur, hinc ait poeta lib. j. Aen. Cū subito assurgens fluctu nimbosus Oriō. In vada cæca tulit. Orionis signum ab Accio Iugula appellatur. de quo plura Varro ait lib. iij. de Lingua Lat. [Illyricis) Illyris Adriatici maris latus occupat, teste Mela & Dion. Et Plin. lib. iij. inquit. Quæ pars ad mare Adriaticum spectat, appellatur Dalmatia & Illyricū. [Malignus) i. tanquam malignus. [Particulam dare) Sic ēt Palinurus Aeneæ dixit lib. vj. Aen Aut tu mihi terram Inijce, id aūt fiebat ne insepulti cadaueris anima ab Charonte expelleretur, cogereturque errare centum annos circum inferna littora. [Sic) Adiurantis est. [Eurus) Is ventus est veniens ab Oriente æquinoctiali, dictus ab ἀπὸ ἕω ῥέων. i. ab Oriēte Sole fluens, is alio ab Græcis nomine ἀπηλιώτης, ab Romanis nautis subsolanus cognominatur. Auctor est Gel lib. ij. c. xxij [Hesperijs) Italo mari. i. Tyrrheno, nā Hesperia Italia dicta est, ꝙ occasui subiecta sit, ab Hespero stella, vt refert Macr. lib. j. Saturn. [Venusinæ siluæ) Venusina colonia fuit inter Lucaniam & Apuliam Horatij patria [Plectantur) Affligantur percutiantur πλήττω. n. percutio est. [Vnde) i. a quo Ioue & Neptuno. [Tarenti) Tarentum est Calabriæ propinqua, & maritima vrbs extrema Italiæ, & Brundusium, de quo multa Str lib. v. Dion. etiam ait, Tarentini vero ad littus reiecti ibi oppidū tenent Amyclęorum olim interitu cōditum. Quibus propinqui Calabri, Iapygumque gens. Florus scr. Tarentū Calabriæ quondam, & Apuliæ, totiusque Lucaniæ caput positū in ipsis Adriatici maris faucibus, quod in omnis terras Istriam Illyrim, Epirum Achaiam, Africam, Siciliam vela mittebat. [Neptuno custode Tarenti) Putandum est Neptunum à Tarentinis cultum, cum plurimum in mari possent prætera Seruius lib. iij. Aen. asserit Tarentum à Tarra Neptuni filio ædificatum. [Negligis immeritis) Ordo est, Modo negligis committere. s. in me fraudem post te nocituram naris immeritis. Siue negligis te cōmittere. s in me fraudem post modo nociturā &c. [Vices). i. pœnæ, quę superbis dantur, vel superbæ vices. i. alternationes sæuæ. nam (vt inquit Terent.) omnium rerum vicissitudo est. [Piacula nulla) Nullæ expiationes te liberabunt ab hoc scelere, & impietate ista. [Licebit curras.) Poteris currere. [Ter iniecto p.) Impar numerus mas, & par fœmina vocatur. Item Arithmetici imparem patris, & parem matris appellatione venerantur. Auctor est Mac. lib j de Som Deus aūt impari numero gaudet, vt hr̄ ecl. viij. Maronis. Et masculum genus religioni tributum est. Vñ ait Plin. lib xij de masculo thure, sic. Quod ex eo rotunditate guttę pepēdit masculū vocamus, cū alias, non fere mas, vocetur vbi nō sit fœmina religioni tributum ne sexus alter vsurparet Hæc ille.

TE maris & terræ, numeroq. carētis arenæ,) Metrū priore versu heroicum. Secūdus heroicus tetrameter. Hæc Ode ex Prosopopœia formata est inducitur. n. corpus naufragi Architæ Tarētini ad littus expulsum conqueri de iniuria sua, & a pretereuntibus petere sepulturam. Qui Archita Pythagoricus fuit Geometriæ & Astroscopiæ peritus. Pythagorici. n. oīa numeris constare dīnt. Ad eius ergo consolationem etiam famosos & dijs ortundos, coniunctosque hoīes perijsse cōmemorat. [Numeroque carentis arenæ,) Vt est. Quē qui scire velit, Libyci velit equoris idem Discere, quam multæ Zephyro turbentur arenæ. [Mensorem) Geometram. [Cohibent) Continet. [Prope littus parua) Matinum, Matinus mons Apuliæ iuxta quem Archita sepultus est, siue (vt quidam volunt) plana Calabriæ. [Nec tibi quicq̄ prodest). i nihil tibi profuit ad mortalem conditionē per physice disciplinā rōnem cœli, & ipsas rerum perscrutatum naturas, [Occidit & Pelopis genitor conuiua deorum,) Tātalus Pelopis pr̄ epularum scelere deorum cōuiua, à qbus ꝓ funestis filij dapib. pœna percussus est Virg. in vj Lucent genialib. altis Aurea fulcra- toris, epulæq. ante ora paratæ Regifico luxu, furiarum maxima iuxta Accubat, & manib. ꝓhibet cōtingere mensas. [Tithonusque rem. in auras.) Tithonū Laomedōtis filiū Auroræ maritū in auras receptū dicit, hoc est mortuū. Virg. Tithonia flectere cōiux. [Et Iouis arcan. Minos &c.) Aut ꝙ se Minos p̄dicabat cū Ioue colloq & ex cōsiln eius cūcta agere, aut Iouis arcanis Plutonis, à quo institutus est iudex ꝓ recordatione iustitiæ, ut Virg. in vj. Quæsitor Minos vrnā mouet. [Pāthoidē iterum Orco Demissum,) Nūc Pythagorā sigñat, q p̄dicauit se apud Troiā Euphorbū. Panthoi filiū fuisse, q interfectus à Menelao iterum reuixit factus Pythagoras, idque eum cognouisse agnito Clypeio, quem templo

Euph

Euphorbus fixerit, hic ante & in Homerum dr̃ tenatus, postea in pauonem, postremo in Ennium poëtam, & ideo dicit eum neruis, atque cute mortuum, anima diu vixisse. [Iterum) Quia sæpe mortuus est transeunte anima eius in alios. [Demissum) In inferiora de superioribus dr̃, vt Virg. in ij. Æn. Demisere neci, nunc cassum lumine lugent. [Clypeo) Per clypeum. [Tempora testatus) Ordo, Testatus Troiana tp̃a refixo clypeo te iudeo nõ sordidus auctor naturæ, & veri, nihil vtra neruos, atque cutem cõcesserat atræ morti. [Nihil vltra) .i. quamuis nõ sit mortuus, nisi tm̃ neruis & cute. [Testatus) .i. recordatus Troianorum temporum refixo clypeo. [Et calcanda) Intranda vt est, Ibant obscuri sola sub nocte per vmbram & alibi, sed reuocare gradũ superasq. euadere ad auras. Hoc opus hic labor est &c. [Dant alios Furię) .i. diuersis generibus quidem, sed vna morte singulos perire. [Spectacula Marti.) Eo quod in ludum Martis per bellicum præcipitentur furorem. [Exitio est auidis mare nautis) Voras ꝙ demersos sorbeat. [Mista senum, ac iuuenum densantur funera) Multitudo morientium totius ætatis: vt, Matres atque viri, defunctaq. corpora vita, Magnanimum Heroum pueri, innuptęq. puellæ. Sæua caput. [Proserpina) Quòd oĩs suscipiat, q̃ nullus euadat, figura est Hypallage. [Fugit Proserpina) Pro fugiunt Proserpinam, vt illud. Stant & oues circum nostri nec pœnitet illas pro nos illarum nõ pœnitet. [Deuexi) In deuexa parte cœli positi. [Rapidus comes Orionis) Ortus.n. & Occasus Orionis tempestuosi sunt, ideo & comitem eius Notũ ventum dixit, vt Virg. in j. Aen. Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion In vada cæca tulit. [Deuexum) Autem in deuexa parte cœli positum, vnde Virg. Conuexa polus dũ sidera pascet. [At tu nauta) Hic quasi Architam ponit precari nautam ne remaneat insepultus, sed iam arenam iniiciat, nam & in sacris hoc genus sepulturæ tradebat̃, vt & si nõ obrueretur, manu plena ter iacta terra cadaueri pro sepultura esset, vt, Aut tu mihi terram Iniice, nãque potes. Ideo.n. & particulam arenæ dixit. Ordo est. At tu nauta ne parce malignus dare particulam vagæ arenæ ossibus, & inhumato capiti. [Sic Plectantur Venusinæ siluæ) Quodcunque minabitur Eurus Hesperijs fluctibus &c. [Venusinæ) Venusinum ciuitas, & Apuliæ confinis Lucaniæ, cuius siluas, quia immensæ sunt, pro quibuscunque posuit. Admonet ergo vt etiam si tempestas sit, quæ tales siluas flectat, ne omittat sepeliendi curam. [Multaq. merces, Vnde potest tibi defluat æquo Ab Ioue) Hoc est, Nec attentus ad lucrum omittat studium iusta soluendi. [Neptunoq. sacri custode Tarenti) Neptunus apud Tarentum deuotius colebat̃, vel quia in Neptuni tutela dicitur fuisse, seu quia Neptuni filius Palanthus apud Tarentum Herculi, & Neptuno Templa constituit, vt fortiter per fauorem Herculis faceret, per Neptunum feliciter ageret. [Negligis) Deest si. [Fraudem) Seu studio commercandi fraudem, quæ redundet in posteros capiat, seu certe inhumati piaculum eius filios lædat, & ne longum putaret etiam ipsum delicti subiturum pœnas minatur. [Committere) Scias deest. [Maneant) Expectent. [Precibus non linquar inultis) Vltionem precibus suis dandam promittit. [Teq. piacula nulla resoluent,) Hoc est nullis hostijs expiaberis. Piacula enim dicebãtur quibus facinus expiabatur admissum. [Non est mora, licebit) Vt Virgil. Hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti, vt excusationem arceat, dum ne morsum quod cœperat, ostendit. [Iniecto ter) Vt, Manes magna ter voce vocaui.

POR. TE maris & terræ, numeroq. carentis arenæ) Hæc Ode de Prosopopœia formata est, inducitur.n. corpus naufragi Architę Tarẽtini in littus expulsum conqueri de iniuria sua, & petere à prætereuntibus sepulturam. Hic aũt Archytas Pyth. fuit, q̃ merito Geometriæ peritus dr̃, quia Pyth. oĩa constare numeris credunt. [Matinus) Matinus mons, siue promõtorium est Apul. iuxta quem Architas sepultus est. [Nec prodest quicq̃) Nihil prodest tibi aduersus conditionem mortalitatis, ꝙ rationem rerum naturæ, & ipsum cœlum sis perscrutatus. [Occidit Pelopis genitor) Tantalus. s. hæc aũt ad solatium mortis dñr. [Tithonusq. remotus in auras) .i. terris excessit, ac ꝑ hoc mortuus est. [Et Iouis) Minos Cretensium rex prædicabat se cum Ioue colloqui, & consilio eius cuncta agere. [Habentq. Tartara Panthoiden) Nunc Pythagoram signat, quia prædicauit se ad Troiam Euphorbum Panthoi filium fuisse, interfectumq. a Menelao iterum reuixisse & factum Pythagoram, id cognouisse agnito clypeo, quem Euphorbus habuerat. [Nihil vltra neruos, atque cutẽ morti dare) Iudice te non sordidus auctor naturæ veriq. affirmante Pythagora non eum mentitum. Naturam rerum cuius auctor extitit. [Me quoque deuexi) Notum est Ortu, & Occasu Orionis tempestates concitari. [Notus) Notum comitem Orionis dicit, ꝙ cum Orione Ortus est. [Sæua nullum caput Proserpina fugit) Nullum Proserpina timet, ac per hoc neminem exceptum habet. [Me quoque deuexi) Deuexum Orionem dixit, vt Virg. Conuexa polus dum sidera pascet .i. in deuexo cœli positum. [At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ) Ad prætereuntes nautas Architam se conuertisse fingit. [Quodcunque minabitur Eurus Fluctibus Hesperijs, Venusinæ plectantur siluæ,) Venusia colonia inter Lucaniam & Apuliam poëtæ patria, vnde siluas Venusinas pro cuiuslibet posuit. [Plectantur) Autem luant, atque expetiantur sit. [Neptunoque sacri custode Tarenti) Custodem Tarenti Neptunum ait, quia pręcipue Neptunus ibi colitur. [Negligis in meritis nocituram) Ordo est, Negligis, fraudem cõmittere facile esse putas. Atque.n. hęc expetet in eos, qui ex te nati sunt .i. in filios tuos. [Teque piacula nulla resoluẽt) .i. nullo modo expiabis hoc scelus, ꝙ in me admitris. [Fors & Debita iura, vicesq. supbę Te maneãt ipm̃) Vices supba pœnę intelligẽdę, quas supbis factis illũ passurũ pcar̃ [Non linquar) .i. pces meę efficiẽt. vltionẽ huius rei ꝑsoluas ꝙ piaculũ ĩ me admittas.

TE maris) Facit qđ in titulo est, & à Mancin. recitatur. Est aũt fere dialogus, quia inducitur Architas rñdere, & pcari iustam sepulturam, sine qua (vt Maro ex Aegyptiorum superstitione dixit lib. vj) Centum errant annos. Ordo aũt est, O Archita, parua .i. exigua munera .i. officia funebria sine iusta sepultura. s. exigui pulueris in te coniecti, cohibent .i. cõprimunt & continet prope littus Matinum, ꝙ ad Apuliam est, te mensorẽ .i. q̃ fuisti mensor, q̃a Geometra peritissimus, maris & terræ & arenę carentis numero. s. cognoscibili nobis .i. innumerabilis, nec ꝓdest quicq̃ tibi morituro .i. cum moriturus fueris, tentasse domos aëreas .i. cœlestes, hoc est cum fueris Astrologus, domos Astroꝝ indagasse, & decurrisse, aut percurrisse, aĩo .i. cõtemplando, polum .i. per cœlum, aut axes cœli. Rñdet Architas quasi ęgre ferens, qđ sibi mors obiecta sit, cum oĩb. sit cõis dicens. [Et) .i. etiã, q. d. non ego solus, sed ẽt genitor Pelopis. s. Tantalus, conuiua .i. q̃uis conuiua deoꝝ, occidit .i. mortuus est. Et Tithonus remotus .i. sublatus ab Aurora in auras dum ab ea caperetur (qđ tam placet, q̃ qđ Bonfini, dũ in cicadã mutaretur) ẽt occidit & Minos iustissimus sapiẽtissimus rex Cretę, admissus arcanis Iouis vtpote abs quo didicerat leges & iura, ẽt occidit, & Tartara hñt Panthoidem .i. Pythagoram, q̃ se Pantoidem, hoc est Euphorbum dicebat demissum iteꝝ Orco .i. ad infernum, cum semel illuc post mortẽ Euphorbi descẽderit, q̃uis ipse testatus tp̃a Troiana .i. approbãs se fuisse tp̃e belli Troiani, clypeo. s. suo refixo .i. reuulso a postib. vbi sacratus pãdebat, nihil cõcesserat morti atrę .i. nihil in se mortale fateretur, ultra neruos atque cutẽ .i. vltra mortale corpus, quod spiritus linquẽs, ſm Pythagoram, in aliud corpus ingrediebatur. Quod & Maro in sex. post certa spatia fieri docet, exñs nõ sordidus, immo clarus auctor naturæ .i. physicę, & ueri .i. logicę, qua uerum indagatur. Summa aũt erat Pythagoræ auctoritas, ut discipuli eius ꝓ argumẽto & approbatione satis putarent Pythagoram id dixisse, aut sensisse, non sordidus ergo auctor, te iudice .i. ẽt iudicante à Horat. sed una nox aut mors, cum ille sese mortuum diceret. in concesso est, ꝙ una mors manet .i. certe expectat oẽs, & pro .i. uia leti .i. mortis est calcanda omnibus semel .i. constitutum est oĩbus semel mori. [Dant alios) Recitat uaria fata ac mortis gñа Architas ut id suum tandem casum perueniat, & sepulturã pcetur. Ordo aũt est. Furiæ. s. bellicæ, hoc est Erinnyes & iræ imoderatæ, dant alios .i. quosdã, Marti toruo i. truculento, q̃ stragæ, & sanguine oblectatur, spectacula .i. (ut dñt) recreationẽ, & gaudium ex nece eoꝝ spectãda, hoc est alij moriũtur in bello. Mare auidum .i. multũ uorax & insaturabile, est nautis .i. nauigare solitis exitio .i. ad exitium & calamitatẽ, sicque melius legitur q̃ exitium. Funera senũ & iuuenum mixta .i. cõfusa, densantur .i. multiplicantur, q̃a Proserpina. s. Plutonis uxor. nullum .i. nõ ullum, non fugit ullum caput .i. dãnat Orco quodlibet caput tam iuuenum, q̃ senum Notus .i. uentus ille humidus, qui & Auster dicitur, comes rapidus .i. celeriter rapiens, q̃cquid offendit, Orionis .i. sideris, illius nimbosi, deuexit .i. inclinati ad Occasum, quia tam in ortu q̃ in occasu tempestatem ciet, obruit quoq. .i. ẽt me undis. Illyricis .i. in mari Illyrico. At tu nauta, q̃ locũ hunc ꝑtrãsis, ne parce .i. ne parcas, malignus .i. tanq̃ malignus, dare ossib. & capiti inhumano, particulam arenę uagę .i. uentis & ęquis agitari solitæ, sic (apta precationi particula) quodcunque. s. malum, Eurus ventus ille Oriẽtalis impetuosus, minabitur. s. tibi, in fluctibus Hesperijs .i. Italicis, & sup. siluæ Venusinæ, quæ sunt iuxta Venusiam oppidum inter Lucaniam & Apuliam patriam poëtæ, plectantur .i. feriantur, & minas luant, te sospite .i. incolumi existente. Et multa merces .i. remuneratio & bonoꝝ accessio, de-

ASCEN.

fluat

fluat.i.deorsum fluat & abunde descendat tibi, vnde potest.s.defluere, quia omne bonū a Deo manat, vnde dicit ab Ioue æquo, quia nullum bonum dimittit irremuneratum. Est aūt proprium epitheton Iouis, vt Aen.vj. Aut æquus amauit Iupiter. Ideoq. ipse dicit eiusdem decimo, Rex Iupiter omnibus, idem, & a Neptuno sacro custode Tarenti, h.d. quia Tarentinus fuerat in gratiam patriæ suæ. [Negligis) Prosequitur orationē suam Archytas, qui sicut pium opus facientibus bona precatus est, ita negligentibus mala imprecatur. Ordo est, s̄m Acronem. Negligis.i. si negligis, scias sup. te cōmittere &c. s̄m Porph nihil intelligendum est, sed dicendum. Negligis modo.i.contemnis, & facile esse putas te cōmittere.s.in me, fraudem.i.defraudationem sepulturę, nocituram post te natis tuis sicut dij sacrilegium Dionysij Siculi in filium animaduertere. Auct. Valerio de neglecta religione, hoc est si ideo negligis, quia non tibi, sed natis tuis nocituram: fors.i.forte, &.i.etiam debita iura.s.talionis, & vices.i.pœnæ vicissim infligendæ, superbæ.i.graues maneant i.expectent te, ego non linquat a dijs precibus inultis.i.quas nulla vltio in te sequatur, & nulla piacula.i.nullæ expiationes, resoluent.i.liberabunt te.s.ab impietate, quanquam festinas, mora non est longa, licebit .s.tibi, vt curras puluere iniecto ter.s.in tumulum meum.

MATT. Bonfinu. O Ccidit & Pelopis genitor conuiua deorum, Tithonusq. remotus in auras) Quanquam nullus interpres hac de re faciat mentionem, ego tamen existimo ob id Horat. scripsisse Tithonū remotum in auras, q̄ fabulantur illum in Cicadā versum.

## AD ICCIVM.

*Expostulat cum Iccio familiari suo, qui omisso philosophiæ studio, prædæ & pecuniæ inhians, militiæ se addixerat præter omnium opinionem, quippe qui pulchre iam instructus esset ad Stoicam disciplinam.*

### *Ode XXIX. Tricolos Tetrastrophos, Vt:*

*Vides vt alta stet niue candidum.*

--u·--uu-u-
--u·--uu-u-
--u·--u--
-uu-uu-u--

ICCI beatis nunc Arabum inuides
Gazis: & acrem militiam paras
Non ante deuictis Sabeæ
Regibus, horribiliq. Medo
Nectis catenas. quæ tibi virginum
Sponso necato barbara seruiet?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur vnctis,
Doctus sagittas tendere sericas
Arcu paterno? quis neget arduis
Pronos relabi posse riuos
Montibus, & Tiberim reuerti;
Cum tu coēmptos vndique nobileis
Libros Panæti, Socraticam & domum
Mutare loricis Iberis,
Pollicitus meliora; tendis?

ANTO. ICci beatis) Ode xxix. Iccium alloquitur, dicēs cum auaritiæ causa militiam parare Parthis, ac Medis. Verum quis neget flumina in fontes redire posse, hoc est contraria fieri, cum olim studiosus philosophiæ illa relicta militiam subeat? [Icci beatis nunc Arabū inuides Gazis) Gazam,
Gaza Persæ ærariū vocant vt scribit Mela. [Arabū Gazis) Arabiæ pars (vt Dion. scribit) quæ ad Orientem & Austrum spectat, rubro al-
Arabia luitur mari. Vtq. Solin. ait, Arabia sacra interpretatur, partem eius Eudemonem Græci nostri beatam nominauerunt, non fru-
Thus stra. nam præter odores, quos creat plurimos sola thus mittit in
Myrrha ijsdem saltibus myrrha prouenit. [Sabeæ Regibus) Saba regio
Saba est thurifera Arabiæ spectās ortus Solis æstiui, vt docet Plin. lib. xij. Et Str. lib. xvj. scribit, q̄ Sabæi felicem Arabiam incolunt, Sabæ
suppellectilem ex argento, & auro multam habent, vasa, lectos, tripodas, crateras cum opereulis, domosq. sumptuosas. nam & portæ, & parietes & tecta ex ebore, auro, argento, lapidibusq. in crustatis sunt distincta. [Medo) De Medis legito in Ode ij. [Nectis) Fabricas, & paras. [Quæ tibi virginum) Ordo est. Quæ virginum necato sponso tibi seruiet? [Barbara) Est enim barbara poetæ responsio. [Ex aula) Regia.s. vbi regi seruierit. [Doctus) Responsio est. [Sericas sagittas) Seres (vt scribit Plin. lib. v. cap. Seres
xvij) regionem inhabitant, quæ spectat æstiuum Orientem, lanificio siluarū nobiles. At latius lib. ij. Georg. iam diximus. [Quis neget) Sensus est, Quis neget contraria fieri posse cum tu olim philosophiæ deditus militiæ subeas relicta illa? [Pronos) Decliues ab arduis montibus. [Panæti) Fuit Panætius Stoicus, & Panæt.
præceptor Scipionis Africani, & Lælij, genere Rhodius, vt Porphyrio scribit, eundem vero Cic. imitatus est in Officijs. [O Socraticam domum) Appositio est. Socrates autem (vt scribit Laer Socrates
tius lib. 2.) ea potius inquirenda hortabatur, quæ mores instruerent, & quor̄ vsus nobis domi esset necessarius. De Socrate aūt plura diximus in Iuuen. Sat. ij. [Loricis Hiberis) Græci eandem Hiberia
Hiberiam, & Hispaniam nominabant, sic etiam Romani. Auctor Hispania
est Str. lib. vij. Ptol. item lib. ij. sic ait, Hispaniæ, quæ apud Græcos Hiberia dicitur, tres sunt regiones, Betica, Lusitania, ac Taraconensis. [Loricis Hiberis) Iust. lib. vlt. de Hispania loquens, ait, q̄ Galatiæ regio, tum æris, tum plumbi vbertima, auro quoque Galatia
ditissima est, præcipua ijs ferri materia, sed aqua ipsa ferro violētior, quippe temperamento eius acrius, redditur ferrum. Nec vllum apud eos telum probatur, quod non, aut Bilbili fluuio, aut Chalybe tingatur. Vnde etiam Chalybes fluuij huius finitimi Chalybes
appellati, ferroq., ceteros præstare dicuntur, hæc inde. [Loricis) Lorica dicta, q̄ è loris, & corio crudo pectoralia faciebant, post- Lorica
ea succuderunt Galli è ferro sub id vocabulum, ex annulis ferream tunicam. Auctor est Varro.

ICci beatis nunc Arabum inuides) Metrum duobus versibus, A C R.
Alcaicum. Tertius Nouenarius, Iambicus, hypercatalecticus. Quartus Pindaricus Ad Iccium scribit, quē miratur philosophiæ intermisso studio, repente se ad militarem vitam contulisse, cupiditate diuitiarum. nam idem Iccius Panætij Socratici philosophi, bibliothecam emerat, cuius lectione, ad philosophandum fuerat deductus. [Inuides Gazis) Aemulus es, vt Pares diuitias, vt cupiendo diuitias. [Gazis,) Pro diuitijs ponit, vt Virg. Arma virum tabulæq., & Troia gaza per vndas. in j. Æn. & in v Et gaza lætus agresti. [Et acrem militiam paras) .i. fortem, duram, acerbam. [Non ante deuictis Sabeæ Regibus,) Admonet pericula per quæ, ad diuitias gerentes bella perueniunt.i. cū non sint adhuc debellati, tu nectis iam cathenas. [Horribilique Medo) Fortu crudeli. [Nectis cathenas,) Aut illigas regibus victis cathenas, aut fabricas, mutuis n. nexib. fiunt cathenæ. [Sponso necato) i. nisi prius occiso sponso, in seruitium captiua nō venit. [Puer) Regis filius, qui captus pocula ministraret. [Sericas) Deriuatiuum est ab eo q̄ Seres vocantur. Serica .n. gens est, Parthis vicina, sagittandi arte famosa, à qua & Sericum uocatur. [Quis neget) .i. quis rerum naturam neget posse mutari? cum tu studia in contraria verteris, contra hoīum opinionem. [Pronos) Procliues, nam proni dīi riui de montibus effluentes, qui impetuose fluunt. [Et Tyberim reuerti) Vt Virg. Reuocatq. pedē Tyberinus ab alto. [Vndique nobiles Panæti,) Panætius Stoicus philosophus fuit p̄ceptor Scipionis Afric. & Lælij, Rhodius natione. Ordo est. Quis neget, relabi posse riuos pronos, arduis montibus & Tyberim posse reuerti, cū vel tu pollicitus meliora, mutare contendis loricis Hiberis, vndique coemptos nobilis libros Panæti, Socraticam, & domum. [Socraticam domum) Sectam, siue libros. [Loricis Hiberis) Optimæ.n. fortes Hispaniæ loricæ sunt. [Pollicitus meliora. [Studia) .s. professionem suam poēta philosophiam vult intelligi: Elocutio uero nota est.

ICci beatis nunc Arabum inuides Gazis;) Hanc Oden ad Iccium scribit, quem miratur, intermisso philosophiæ studio, P O R.
repente se ad militare studium contulisse, per quod uidetur concupiscere diuitias Arabum. [Inuides Gazis) .i. æmularis Arabas in diuitijs habendis, ac per hoc diuitias concupiscis. [Et acrē militiam paras Non ante deuictis Sabeæ Regibus,) Datiui casus est, hoc est illis paras militiam quod est aduersus illos. [Nectis cathenas) Non vincis, sed fabricas intelligendum, proprie dictum, cathenæ n. ipsæ nexibus quibusdam constant. [Quæ tibi virginum sponso necato barbara) Scilicet à te necato, scilicet sponso. [Puer quis ex aula) Regius puer qui in aula seruierit. [Sagittas sericas,) Id est Parthicas à gente Serum,

qui

qui partem orbis terræ Orienti subiectam tenent. [Quis negat arduis pronos relabi posse riuos Montibus? & Tyberim reuerti?) [illegible]. Sensus est, Quis non credat rerum naturam posse mutari vt flumina in montes reuertantur, vnde alioquin descendunt, cum tu vitæ studia in contrarium verteris, qđ nemo spetauerat posse fieri? Tale est illud Virgilianum, Iungentur iam gryphes equis, æuoque sequenti Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. [Cum tu coëmptos vndique nobile Libros Panæti) Panætius Stoicus fuit Præceptor Scipionis Africani & Lœlij, genere Rhodius. [Loricis Hiberis) κατ' ἐξοχὴν dixit, quia optimæ sunt Hispanæ loricæ. [Socraticam domum) Vt si diceret, Socraticæ scholæ disciplinam. [Temnis) Pro contemnis. Ordo est autem Socraticam domum mutare loricis Hibericis temnis pollicitus meliora. Meliora autē absolute dictum, aut studia subaudiendum. studia poëta ſm suam opinionem philosophiam vult intelligi. Nota autem figura elocutionis est, quæ dicunt philosophiam militia mutare, hoc est philosophia dimissa, militiam sumere. vt, Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

ASCEN. ICci)) Iccium amicum & virū literarū amice arguit in constantiæ, imprudentiæ, atque auaritiæ, ꝙ relicta philosophia, lucri gratia, animos ad bella conlecerit. Vnde dicit, O Icci, tu inuides nunc, scilicet mutato animo, gazis .i. diuitijs, & thesauris, Arabum beatis .i. beatorum, hoc est amplis, & paras .i. intendis, & disponis, militiam acrem .i. strenuam, & nectis .s. animo, & opinione præuia, regibus Sabeæ .i. regionis illius thuriferæ in Arabia, non deuictis ante .i. prius a Romanis, & Medo horribili, qui exercitum Romanum fudit, & Crasso interempto signa abstulit. nam quia contermini sunt, Parthos & Medos pro eisdem sæpe ponit, cathenas .i. vincula. Quæ virginum sup. putas in animo, seruiet tibi sponso .s. eius, necato .s. abs te? Respondet poëta, Barbara .i. quæcunque, ea sit profecto barbata sit. Et qs puer, ex aula .s. regum captorum, vnctis capillis .i. habens vnctos capillos more patriæ suæ, statuetur ad cyathos .i. erit tibi pincerna? Respondit poëta inuens non molles illic esse, nec delicatos Ganymedi similes. Statuetur sup puer doctus tendere .i. ad auriculas vsque trahere, aut emittere, arcu paterno, quia & pater eius sagittandi peritus fuerit, sagittas sericas .i. quibus Seres vti solēt. Quis neget riuos pronos, id est occiduos & decliues, posse relabi .i. tanto impetu ac si labantur referri montibus arduis .i. ad arduos montes? Noue autem dicit relabi montibus. Nam lapsus videtur deorsum debere fieri. Vnde est illud, Labere nympha polo. quomodo ergo relabentur ascendendo? Profecto argute dictum est. Nam labi est quidem cadere sine difficultate, vt rex à sublimi descendens, sed quia riui fere ab altiore labuntur, vult eos relapsuros dum recurrent contra naturam. Vnde sensus est, Quis non putet naturam posse mutari, si vir olim prudēs, & philosophiæ studiosissimus sic mutatus sit, vt pro libris arma tractet? Et est similis sententia fere in Bucol. vbi dicitur, Mopso Nysa datur, quid non speremus amantes? Iungentur iam gryphes equis, æuoque sequenti Cum canibus timidi veniēt ad pocula damæ .i. natura mutabit animalium. sed plus est quod hic dicit, Naturam aquarum mutari posse. Sed ad ordinem reuertamur. Et quis neget Tyberim reuerti .s. amari Tyrrheno ad ortum sum, cum tu ò Icci tendis .i. paras & intendis, mutare loricis Hiberis .i. accipiēdo loricas Hiberas .i. armaturas, quibus Hiberi populi Hispaniæ bellicosi vtuntur, derelinquere (nam qui cōmutat) vnum derelinquit, & aliud accipit. Vnde venditio atq. emptio priscorum ante vsum pecuniæ erat cōmutatio quædam. Libros nobileis Panæti, pro Panætij, Stoici diligentissimi & doctissimi, qui de philosophia morali plurima scripsit. Vnde eum Cic. in Off. sæpe imitatur, sæpeque citat, coëmptos .i. simul emptos, vndique .i. à quouis, qui eos venales habuit, Vbi graphice depingit naturam inconstantium. Nam nimis vehementes in vtranque sunt partem, dum .n. studio intendere parant, omnis libros emunt, quasi si fieri posset simul euoluere vellent, dum vero à studio remittuntur, penitus deserunt. Et pro .i. domum Socraticam .i. totam philosophiam moralem, quam Socrates primus docuit, & quam à cœlo in terras deuocauit, nihil tñ scripsit. verum quia ab eo hausta est fere philosophia moralis, dicit in Arte, Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere cartæ. Tendis, aut temnis, dito mutare. pollicitus .s. tuis meliora, quia melius est literis, quàm armis ob auaritiam vacare.

## AD VENEREM.

*Scribit hanc Oden velut epigramma, quoddam in sacellum quod Veneri Glycera amica dedicabat.*

*Ode XXX. Dicolos, Tetrastrophos, Vt:*

*Iam satis terris niuis, atque dira.*

-υ---υυ-υ-υ
-υ---υυ-υ-υ
-υ---υυ-υ-υ
-υυ-υ



VENVS regina Gnidi, Paphiq́.,
Sperne dilectam Cypron: & vocantis
Ture te multo Glyceræ decoram
Transfer in ædem.
Feruidus tecum puer, & solutis
Gratiæ zonis, properentq́. Nymphæ,
Et parum comis sine te Iuuentas,
Mercuriusq́..



ANTO. VENVS regina) Ode xxx. hortatur Venerem, vt relicta Cypro se in ædem Glyceræ transferat (de qua superius ait: Vrit me Glyceræ nitor) secumq́. ducat Cupidinem, Gratias, & Nymphas Iuuentā, atque Mercurium. est autem ædis dedicatio. [Gnidi) Gnidus in Caria vrbs, quæ portus duos habuit. *Gnidus* *Eudoxus* Inde memorabiles viri oriundi, primum Eudoxus mathematicus Platonis sodalis, postea Agatarchis Peripateticus vir historicus, ætate Strab. Theopompus diuo Cæsari familiaris, & q apud eum maxime poterat, item Artemidorus eius filius, hinc etiam Ctesias fuit, qui Xerxem meditatus est, & res Syriacas, & Persicas conscripsit. Auctor est Str. lib. xiiij. *Agatarchus* *Theopompus* *Ctesias* [Paphiq́.) Paphos Cypri vrbs portum habebat, & templa optime structa, vt Str. lib. xv. Plin. autem lib. ij. ait ita Celebre phanū habet Veneris Paphos, in cuius quadam area non pluuit. *Paphos* [Cypron) De hac latius in Ode j. & iij. [Aedem decoram) Aedes dicta ab aditu, quod plano pede adibant, vt Varro docet. *Aedes* Aedem autem numero singulari, de templo tantum dicimus plurali vero & de domibus & de templo. Seru. lib ij. Aen. [Solutis zonis) Gratiæ enim nudæ, & propterea discincte incedūt de quibus multa in Ode iiij. [Feruidus) Habet enim faces Cupido, hinc amoris feruorem infert. [Zonis) ζώνη circulus dr̄, ζωνίον cingulum, ζωννύσκω & ζωννύω cingo. *Zone* *Zonyo* *Zonysco* [Comis) Hilaris elegans, benigna, facilis, suauis. [Sine te) sine elegantia, & venustate. Venus enim omnium elegantiarum domina esse dicatur, vt Porphyrio quoque narrat, & Venustum (vt scribit Fab. lib. vj.) apparet esse id, quod cum gratia quadam, & Venere dicitur. *Venustū* *Iuuenta* *Iuuentus* *Iuuentas* [Iuuentas) Iuuenta ætas ipsa. Iuuentus adolescentia, & Iuuenum multitudo, Iuuentas, dea est ipsa, auctor est Ser. & Acr. Virg. lib. ij. Lumenq́. Iuuentæ. Hor. hic. Et parum comis sine te Iuuentas, hoc est ipsum numen. Virg. Tum mihi primegenas vestibat flore iuuentus .i. adolescētia. [Mercuriusq́.) Is enim mercaturæ quæstum repperit, verbaq́. primus in ordinē redegit, de quo plura legito in Ode x. Eloquentia autem Veneri grata est. vnde Catul. ait.

*Verbosa gaudet Venus loquela.*

Ouid. item lib. j. de Arte,

*Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses.*
*Et tamen æquoreas torsit amore deas.*

ACR. O Venus regina Gnidi, Paphiq́.) Metrum Sapphicum hendecasyllabum. Quartus Adonius. [O Venus) Quasi epigrāma, hoc est in dedicationem Veneris scriptum quam ipse cōsecrarat. [Gnidi) Vrbs est Chariæ. Paphos vero vrbs Cypri insulæ, vtraque Venerem præcipue colens, precarut enim vt desertis velut proprijs ciuitatibus adsit ædibus consecratis. Incertum autem vtrum Glycera amica sit, an ancilla. [Et solutis Gratiæ zonis,) Vel liberæ, vel nudæ, quòd non cingantur, & bene nudæ & solutis zonis Gratiæ finguntur, quia amicorum animi soluti secum, & nudi esse debent. [Et parum comis sine te Iuuentas,) Hoc est minus elegans Iuuentas sine venustate, hoc est sine te. Sciendum est tamen Venerem non tantum concubitus, sed etiam omnium elegantiarum esse dominam. Aliud tamen est Iuuentas, aliud Iuuenta, aliud Iuuentus, Iuuenta ætas putatur. Iuuentas ipsum numen. Iuuentus adolescentia. [Mercuriusque) Per Mercurium quæ-

stum

ſtum vult accipi tanquam ſine venuſtate nec lucrum ſit.

POR. O Venus regina Gnidi, Paphique, Sperne) Quaſi epigrāma eſt hoc in dedicationem Veneris ſcriptum, quam ipſe cōſecrauit. Gnidos aūt vrbs Cariæ. Paphos aūt vrbs inſulæ Cypri, vtraque Venerem, præcipue colens. [Feruidus tecū puer) .i. Cupido, ꝙ feruorem amoris inferat. [Et ſolutis Gratiæ zonis,) Quia Gratiæ nudæ, & ſine nodis finguntur, quia amici animos ſolutos, ac nudos inter ſe hēre debēt. [Et parum comis ſine te). ſ. minus elegans. [Sine te). i. ſine venuſtate. Scire aūt debemus Venerem non tm̄ concubitus, verumetiam, dn̄am eſſe oium elegantiarum, ſic alibi ipſe, Ordinis hæc virtus erit & Venus.

ASCEN. O Venus) Vt complaceat Glyceræ amicæ ſuæ, vocat Venerem, cum comitatu eius in ædem ab ea dedicatam, dicēs. [O Venus regina Gnidi,) Vrbis in Caria. [Et Paphi,) Vrbis in Cypro. [Sperne) i minus ama. [Cypron) .i. patriam tuā. [Dilectam) .ſ. prius, &. [Transfer te in ędem). i. ſacellum. [Decoram Glyceræ). ſ puellæ. [Vocantis te multo ture Et puer feruidus). ſ. Cupido. [Et Gratię). i. Carites. [Zonis ſolutis). i. hn̄tes zonas ſolutas. [Et Nymphę). ſ. reliquæ. [Et Iuuentas). ſ. Dea. [Parū comis) .i. elegans. Et ſuauis parum ſine te, Et Mercurius Deus facundiæ, quæ ad amorem facit, Properent tecum.

## QVID PETENDVM, AD APPOLLINEM.

*Docet quid ipſe & vir frugi ab Apolline petat, cui templum dedicauerat Auguſtus in Palatio nimirum bonam mentem, & integram corporis valetudinem: cum lata, & facili ſenectute non ambitioſa illa ampla latifundia, armentorum greges ebur & eiuſmodi.*

*Ode XXXI. Tricolos, Tetraſtrophos, Vt: Vides, Vt alta ſtet niue candidum.*

--v---vv-vv
--v---vv-vv
--v---v--
-vv-vv-v--

QVID dedicatum poſcit Apollinem
Vates? quid orat, de patera nouum
Fundens liquorem? non opimas
Sardiniæ ſegetes feracis?
Non æſtuoſæ grata Calabriæ
Armenta: non aurū, aut ebur Indicū:
Non rura, quæ Lyris quieta
Mordet aqua, taciturnus amnis.
Premant Calena falce, quibus dedit
Fortuna, vitem: diues & aureis
Mercator exſiccet culullis
Vina Syra reparata merce.
Dis carus ipſis: quippe ter, & quater
Anno reuiſens æquor Atlanticum
Impune. me paſcunt oliuæ:
Me cichorea, leuesq́. maluæ.
Frui paratis & valido mihi
Latoe dones, & precor integra
Cum mente, nec turpem ſenectam
Degere, nec cythara carentem.

ANTO. QVIO dedicatum) Ode xxxj. ſcribit Horat. ab Apolline nuperrime dedicato ſe minime petiturū, quæ ad auaritiam attinent, vti feraces ſegetes, armenta, aurum, ebur, rura & ſimilia. erat enim paruo contentus, & iam paratis, petit autem corporis valetudinem, cum ſana mente vſque ad ſenectutem lyrico ſtudio non cariturum. [Dedicatum) Apollinem

Apollinis templum Suet. ſcribit: Auguſtum extruxiſſe templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus, quam fulmine ictam deſiderari Deo aruſpices pronunciarent, addiditq́., & porticum bibliotheca latina græcaq́.. [Nouum Liquorem?) Cum noua dedicatio eſſet, nouo mero ſacrificare volebat, decebatque etiam. [Non) Supp. erat [Opimæ) Fertilis. [Sardiniæ ſegetes feraces) Sardiniam inſulam amplectitur ab Oriente Tyrrhenum pelagus, ab Meridie Africum, ab Occidente Sardoum a Septentrione mare, quod inter ipſam, & Cirnum circunfunditur, auctor Ptol. lib. iij Dionyſ. autem ſcribit Cyrnum & Sardiniam ſoli hubertate, & naſcentiū copia ſpectatiſſimas. Melam etiam ait, ꝙ a barbaris colitur. Sardinia fertilis, & ſoli, quam cœli melioris, atque vt fœcunda, ita pene peſtilens. Et Stra. item lib. v. ait, ꝙ Sardiniæ magna pars agrum habet rebus, omnibus felicem. præcipue tritico, diſtat à Corſica ſtadijs lx. Lyris is fluuius eſt, qui Soram interfluit, Fregellas affluit, atque Mynturnas, vrbē prope Sinueſſam labiturq́. ſuperne de Apenninis collibus, & Agro Veſtino præter Fregellas plura. Str. lib. v. & Plin lib. iij. [Premant) Amputent. [Calena falce) De Caleno videto in Ode xx. [Aureis culullis). i pocu- Sardinia

Lyris

Cululli

lis, proprie autem cululi, ſeu culullæ calices, quidam erant fictiles, quibus Pontifices, Virgineſque Veſtales in ſacris vtebantur auctores ſunt Acron, & Porphyrio. [Reparata) Commutata. [Syra merce) In Syria. n. oium fere abundantia eſt, vnde Diony. ſic ait. at vniuerſa Syria omni prorſus hubertate, referta eſt, & ad alenda pecora paſcuis, & frugibus copioſa. Plin. aūt lib. v. ſcr. ꝙ Syria quondam terrarum maxima, & plurib. diſtincta nominibus, pars. n. eius, Palæſtina vocabatur, qua contingit Arabas, pars Iudæa, pars Damaſcena, pars Meſopotamia, pars Babylonia, & Str. lib. xvj. ait, & Syris mercatores eſſe Phœnices, Syriaq́. ipſa Occidentem verſus Ægyptio pelago terminatur. [Æquor Atlanticum) Oceanus Atlanticus dicitur à monte Atlante, de quo Poeta lib. iiij. ait, Oceani finem iuxta, Solem q́ue cadentem, Vltimus Aethiopum locus eſt, vbi cœlifer Atlas Axem numero torquet, ſtellis ardentibus aptum. [Cicorea) Cicoreum refrigerat, iocinori, & renib. & ſtomacho prodeſt, auct. ex Plin. lib. xx. [Maluæ) Malua græce μαλαχὴ dicitur, ab emolliendo ventre, vt innuit Plin. lib. xx. Præterea μαλακύω, mollio ſignificat. μαλακὸς, mollis dicitur. [Paratis) .i. illis quæ omnibus in promptu ſunt vel quæ iam paraui. [Latoe). i. Apollo Latonæ fili, λητῶ. n. Latona dicitur. [Integra cum mente) Iuuen. etiam Sat. x. inquit. Orandum eſt, vt ſit mens ſana in corpore ſano. Quo in loco ſuper hac re plura iam diximus, non negligenda [Nec turpem) .i. deformem, de qua lege Iuuen. Sat. x. [Nec cythara carentem) .i. lyrico ſtudio & lætitia. Syria

Atlas

Cicoreū.

Malua

Malacos

Malacus.

ACR. QVid dedicatū poſcit Apollinem) Metrū duobus verſibus Alcaicū. Tertius Dimeter. Iambicus nouenarius, hypercatalecticus. Quartus Pindaricus. Apollinis tēplum in pallatio dedicauit Auguſtus, ſed Apollinē pro templo, poſuit metonymice, & ſignat modeſtiam votorꝫ ſuorum, negans ſe ab Apolline, quæ ad cupiditatem, aut auaritiam ſpectent, petere, ſed bonam mentem, bonaque corporis vſque ad ſenectutem precari, cum lyrico ſtudio putatur, tamen diuerſe Horat Apollinem dedicaſſe ad quem hæc ſcribit. [De patera) Calice, vt hic laticia qualem pateris libamus, & auro. [Nouum Fundens liquorem?) Aut non vetus, vt deos non exquiſitis muneribus placari monſtraret, aut certe per quod noua inſtaurabatur precatio. nam & ipſum morem ſacrificandi oſtendit, vt ipſa tenens dextra paterā pulcherrima Dido. [Non æſtuoſæ) Aeſtuoſa. n. regio eſt, aptior pecori, vt, Calidi lucent buceta Matini. [Aut ebur Indicum) Indis. n. ebur eſt abunde, vt Virg. India mittit ebur molles ſua thura Sabæi. [Lyris) Fluuius Campaniæ eſt interfluens vrbem Minturnenſium. Virg. Et vmbroſæ lyris per regna maricæ. [Taciturnus) Lenis altus, magnus. Vnde Virg de Tyberis altitudine. Et tacita r. t. ſ. u. [Premant) .i reprimant putando vitem. [Calena falce) Cales oppidū eſt in agro Sidicino, vbi optima vina, vt Falerna naſcuntur. [Diues) Ordo eſt, Et diues mercator carus ipſis dijs quippe ter & quater anno impune reuiſens Atlanticum mare, exſiccet vina aureis culullis reparata Syra merce. [Culullis) Poculis proprie autem cululli calices dicuntur fictiles, quibus Pontifices, Virgineſque Veſtales vtebantur, hic autem pro vrceolis & conchis poſuit. [Syra reparata merce) Syram mercē pro pretioſa poſuit, qua venditoris vina à negociatoribus comparentur. [Dijs carus ipſis) Quaſi in hoc dijs velut per inuidiam gratos mercatores dicit, ꝙ, & proſpere & frequentibus nauigant. Aequor Atlanticum, aut pro quocunque poſuit mari. aut Oceanum, vbi, & mons Atlas eſſe perhibetur. Virg. in iiij. Oceani finem iuxta, Solemque cadentem, Vltimus Aethiopum locus eſt, vbi maximus Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. [Cicorea) Herba multis & tenuibus radicibus. quas Virg. intyba nominauit in iiij. Georg, Strymoniæque grues, & amaris intyba fibris. [Frui paratis) Aut quæ ego parauerim,

grues,& amatis intyba fibris. [Frui paratis) Aut quæ ego parauerim,aut quæ in promptu sunt omnibus. Ordo est. Latoë precor dones mihi valido frui paratis, ac cum integra mente, nec degere turpem senectam, nec carentem cythara, vt sit mens sana in corpore sano. [At)Sed,vt saltem. Virg.in j. Aen. At sperate d. m. f. atque ne.[Degere)Deducere,vt Virg.in iiij. Aen.Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ.

POR. QVid dedicatum poscit Apollinem)Apollinis templũ in palatio Augustus dedicauit,ergo dedicatum non a se dicit poëta,sed q̃ alioquin dedicatus est, ipsum autem,ait, dedicatum Apollinem pro templo eius. [Non opimæ Sardiniæ segetes feraces)Negat se poëta,ab Apolline ea petere,quæ ad auaritiam spectant,verum potius bonam mentem, bonamq́. corporis vsq. ad vltimam senectam valetudinem. [Non rura, quæ lyris quieta Mordet aqua) Lyris fluuius est in Campania interfluens vrbem Minturnensium. hic autem lenissime labitur, quem ideo taciturnum dixit. [Premant Calena falce, quibus dedit Fortuna,vitem,)Cales oppidum in agro Sidicino est, in illa autem regione vina Falerna nascuntur, ergo hoc ait, possideant preciosos fundos,quibus fortuna concessit. [Diues & aureis Mercator exsiccet culullis)Pro poculis.dixit,proprie autẽ cululli calices sunt, quidam fictiles,quibus pontifices, Virginesque Vestales, in sacris vtuntur. [Vina Syra reparata merce) Quasi cõmutata uina Syra merce,Syram autem mercem preciosissimam accipe, quæ .s.in purpura,& pipere & vnguentis,alijsque similibus esse solet. [Quippe ter,& quater Anno reuisens æquor) Hoc, quasi argumenti loco positum,ad probandum,quam carus dijs sit hic mercator. [Me cichorea,leuesq́. maluæ) Cichorea,intyba rustica. Maluæ autem corpori leues intelligendæ. [Frui paratis)Aut ijs, quæ ego paraui, aut quæ parata sunt.i.in promptu sunt omnibus. [Latoë dones,) Latoe ab eo,quod est lato, figuratum.

ASCEN. QVid dedicatum &c.) Vt ostendat quid vota virilia à mulieribus distent post vota Glyceræ Venerẽ vocantis, affert sua q̃bus Apollinem vocat dicens. [O Latoe).i.Apollo,q̃d sup putas,vates sup.tuus poscit,hoc est ego posco (vbi ex more pro prima,& iterũ pro secunda persona,tertiam ponit.) [Apollinem)Hoc est te.[Dedicatum).i.consecratum in sacello. &.[Quid orat,vates? Fundens nouũ liquorem).i.multum. [De patera).i.poculo parẽte.[Non) sup. poscit.[Segetes) i.terras & herbas.[Feraces).s.frumenti.[Sardiniæ opimæ).i.quales sunt in Sardinia opima.i.pingui.[Non poscit)Etiã armenta. [Grata).i. vtilia. [Calabriæ).s regionis Italiæ. [Aestuosæ) Et ita ibi lanas molles ferunt pecudes,pro quibus armenta dixit,aut certi, & boues teneram carnem. [Non sup.poscit aurum,aut ebur Indicũ) .i.quod fit ex elephanto Indico. [Non etiã rura).s.fertilia.[Quę Lyris)Fluuius Italiæ iuxta Sinuessam,appositorie.[Amnis taciturnus).i.leni fluens agmine.& ita p̃p renauigationem vtilis est. [Mordet aqua quieta).i.parum fluente.[Illi)Sup quibus. [Fortuna dedit Premant).i.putent,& secent vitem.[Falce Calena).i. iuxta Cales oppidum,aut Calenum agrum,q.d.id mihi non posco. [Et Mercator).i.negociator diues.[Exsiccet).i.ebibat vina. [Culullis).i.poculis.[Aureis) i.ex auro.[Vina,dico,reparata).i. comparata.[Merce Syra).i.ex Syria,quam saluam aduexit.[Exsiccet,dico existẽs,carus ipsis Dijs,quippe).i.vtpote. [Reuisens) .i.iterum,atque iterum visitans. [Ter, & quater Anno).i.spatio vnius anni. [Impune).i.sine pœna & damno. [Mare Atlanticũ) .i.in Mauritaniam tendens.[Exsiccet,inquir,Mercator,quia Oliuæ pascunt me,& cichorea,& maluæ leues).i.ventrem leuantes, & mollientes.Et ideo posco.[O Latoë dones).i.concedas.[Mihi valido).i.incolumi & valenti.[Frui pararis).i.iam partis. [At) .i.sed. [Precor dones Cum menre integra Degere, nec senectam turpem, nec carentem cythara).i.musicæ vacantem.

## AD LYRAM.

*Orat lyram ne sibi desit pro viribus satagenti,ut carmen quod condit, posteritati probetur,laudatq; eam ab amœnitate & vtilitate,quæ Deorũ & fortium virorum animos exhilarat.*

*Ode XXXII. Dicolos Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-U---UU-U--
-U---UU-U-U
-U---UU-U--
-UU-U

POSCIMVS si qd vacui sub vmbra,
Lusimus tecũ: quod & hunc in annum
Viuat, & pluris: age dic Latinum
Barbite carmen,
Lesbio primum modulate ciui:
Qui ferox bello, tamen inter arma,
Siue iactatam religarat vdo
Littore nauim:
Liberum, & musas, Veneremq́., & illi
Semper hærentem puerum canebat:
Et Lycum nigris oculis, nigroq́.
Crine decorum.
O decus Phœbi, dapibus supremi
Grata testudo Iouis, ò laborum
Dulce lenimen, mihi cunque salue
Rite vocanti.

ANTO. POSCIMVS si quid) Ode xxxij. à Barbito.i.sua cythara,poscit, vt quicquid secum luserit, diutius viuat,hortaturq., dicat latinum carmen, & canere perseueret, eius deinde laudes enumerat, dicit enim Alcæum Barbito cecinisse,Liberum,Musas, Venerem,Cupidinem,& Lycum puerum sibi dilectum dicit etiã esse Phœbi,decus,& gratum summi Iouis dapibus dulceq. sibi laborum lenimen. Est aũt ordo. O Barbite, si quid nos vacui sub vmbra lusimus tecum, poscimus quod,& viuat hunc in annum, & plures, age dic latinum carmen modulate primum Lesbio ciui. Legitur etiam poscimur. Tunc talis erit ordo. O Barbite primum modulate Lesbio ciui poscimur,si quid vacui sub vmbra lusimus tecum,age dic latinum carmen, quod viuat. & hunc annum,& plures. [Vacui) Curis liberi, nam vacuæ carmina mentis opus. [Lusimus) Est.n.poëtarum ludus scribere carmina vere (Ludere) cundeq́. sua carmina lusus vocat. Ludere denique,dr̃ versibus scribere,sed non ferè nisi opuscula,qualia sunt epigrãmata,& hęc opuscula dñr lusus. [Hunc in annum) In eius finem. [Barbite) De hoc legito latius in Ode j. [Lesbio ciui).i.Alcæo, quem Horat. imitatus est,de quo plura in Ode j [Modulate) Decantate.[Qui ferox bello) Alcæus.n.Mytilenæus militiam exercuit, nam diu (Alcæus) inter Mytilenæos,& Athenienses pugnatum est demum vincentibus Atheniensibus in quodam prœlio, Alcęus fugę se mandãs, euasit,sed armis eius potiti sunt Athenienses, quæ apud templũ Mineruæ suspenderunt,hanc rem Alcæus carmini mandatam in Mytilene reposuit,indicans Menalippo sodali suam calamitatẽ, scribit ea Herod.lib.5. [Liberum,& musas,) Ferunt Dionysium (Dionysi⁹) semele natum,delitijs deditum molli corpore,ac præ ceteris decoro,voluptatibus insuper venereis indulgẽtem.in exercitu mulierum copiam circunduxisse armatam hastis Thyrso inuolutis. (Musæ cũ Dionysio) Tradunt,& musas virgines cũ eo profectas apprime eruditas, ijs rum p̃p cantus suauitatem tum quia doctæ saltare, bonisq́. artibus erudite erant, Deus ille oblectabatur. Scribit ea Diod. lib.iv. [O decus Phœbi) Mercurius lyram inuenit in Cylleno mõte Ar- (Lyræ repertor.) cadiæ septem cordarum,quam deinde Apollini concessit, habita ab eo virgula quadam. Postquam vero Apollo cytharam reperit, Orpheo lyram concessit.Hig.in his auctor est. Quæ quidem superius quoque iam diximus Diod. etiam docet lib.ix.quomodo Apollo cum alijs dijs celebrauit nuptias Cadmi, & Hermiones, vbi Mercurius vsus est lyra, Apollo cythara, Musæ tibijs. Et inferius subdit, q̃ Apollinem cytharæ, eiusque musicæ inuentorem ferunt. [Testudo).i.chelys, hoc est cythara. χέλυς.n.testudo dici- (Chelys) tur,cuius neruis sonantibus Apollo, vel Mercurius cytharam,dicitur inuenisse. ita Lact.lib.j. The. scribit. [O laborum) Ordo est. Salue ò dulce laborum lenimen mihi cunque.i.quandocunque rite vocanti. [Rite) .i. apto loco,& tempore.

ACR. POscimus si quid vacui sub vmbra) Metrum Sapphicum hendecasyllabum. Quartus Adonius hac Ode lyram suam alloquitur,vt adsit, & canere non desistat. Poscebatur enim dicta sua edere. Lusimus scripsimus. vt Virg.in Buc.Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Ludum.n. poëtæ carmina sua velut pro verecundia dicere consueuerunt [Viuat) Victura pro perpetuis posuit, vt Virg. Nulla dies vnquam memori vox eximet æuo. [Latinum) Facile intellectui. [Lesbio primum modulate ciui,) Alcæum dixit qui fuit de Lesbo insula hic etiam res belli-

eas aduerſus tyrannos geſſit, & Pittacum Mitylenæum victum expulit. [Siue iactatam) Qui ſeu in tempeſtatibus, ſeu in bellis conſtitutis cytharæ ſolatium non amiſit. [Liberum, & Muſas,) Liber.n.& cantilenam ſuadet, & voluptatem. [Et Lycum nigris oculis, nigroque Crine decorum.) Pulchrum .n. hunc puerum Lycum, Alcæus dilexit. Pulchritudo.n.puerorum, ſæpe nigris decoratur oculis. [O decus Phœbi) Lyram dicit eſſe Apollinis decus. [Supremi) Summi. vt, Proh ſupreme Iupiter. omni.n. lætitia Iouis epulum celebratur. [Dulce lenimen) Malorum enim lenimen eſt cythara cantus, & ſibi, quandocunque profuturum exoptat. [Cunque) Quandocunque.

POR. Poſcimus ſi quid vacui ſub vmbra, Luſimus tecū,) Hac Ode lyrā ſuam alloquitur Horat. vt ſibi adſit, & canere perſeueret. [Si q̄d vacui ſub vmbra, Luſimus tecum) Sic poetæ ſere verecundiæ carmina ſua luſus vocant. Vacui autem pluralis numeri eſt, caſus nominatiui, & eſt ſenſus. Nos vacui .i. à negotijs liberi, ſi quid luſimus, exigitur a nobis, vt canamus. [Quod, & hunc in annum Viuat, & plureis) Optat carmini, vt perpetuo floreat, ca.n. ſcripta quæ ſine virtute ſunt temporalia ſolent eſſe. [Age dic latinum Barbite carmen,) Barbiton organi genus eſt, ſed nunc pro lyra poſuit. [Lesbio primum modulate ciui,) Leſbium ciuem Alcæum dicit. hic autem, etiam res bellicas aduerſus tyrānos geſſit [Siue iactatam religaret vdo Littore nauim) Hoc ideo dr̄, quia in nauigationibus hic poeta cum bellicas res ageret, ſæpe tempeſtatib. vexatus eſt. [Et Lycum nigris oculis) Hunc Lycum puer, Alcæus dilexit. [O decus Phœbi) Lyrā dicit decus Phœbi. [Mihi cūque ſalue Rite vocanti) Cunque, pro q̄ncunque poſitum eſt vt ſit, O dulce lenimē mihi q̄ncunque te rite vocāti.

ASCEN. Poſcimus) Hac Ode Barbiton.i. plectrum ſuum alloquitur, cui, q̄a per proſopopœiam perſonam dat, ēt genus mutat, q̄a maſculino affatur, dicens. [O Barbite modulate) .i. temperate ad modulos. [Primum ciui Lesbio) .i. ab Alcæo, quem imitamur. [Nos poſcimus) .i. exquirimus. [Nos vacui) .ſ. curis, & ceteris negotijs. [Luſimus quid) .i. aliquid tecum ſub vmbra .ſ. Tyburtina, vt alibi dicit. [Quod viuat) .i. extet, & .i. etiam. [In hunc annum) .i. ad hæc vſque tp̄a. Et in plures annos) .i. vltra victurum eſt. [Nos poſcimus inquam, age) Quæ adhortandi vox. [Dic carmen latinum) Cum prius dixeris græcum. [Sub Alcæo) Qui q̄q̄ ſup. ferox bello, quia ēt bellator fuerat, tn̄ canebat, ſiue ſup. inter arma, ſiue religarat ſup. in littore vdo .i. humido, p̄ptee eiectam nauem [Nauem iactatam) .ſ. ab vndis, quia debellatus, & naufragium paſſus, ad littus deuenerat, hoc eſt ſiue iam arma tractabat, ſiue victus nauem reparabat, vtrunque .n. in Odis ſuis deſcripſit, canebat dico. [Liberum, & Muſas, & Venerem, & puerum) .ſ. Cupidinem, aut Iocum, hærētem .i. adhærentem ſemper illi .ſ. Veneri. [Et canebat Lycum) .ſ. puerum quem amauit. Decorū nigris oculis, & nigro crine. [O teſtudo decus Phœbi) .i. qua Phœbus decoratur, geſtat n. eam, & ò teſtudo grata dapibus ſupremi .i. ſummi, hoc eſt cœleſtis Iouis, adhibetur.n. cōuiuijs Deorum. [O dulce lenimen laborum, ſalue mihi vocanti) .i. ſaluus dicaris a me uocante te. [Cunque) .i. q̄ncunque. [Rite) .i. decenter.

## AD ALBIVM TIBVLLVM POETAM.

*Conſolatur Tibullum poëtam ſuo, & aliorum exemplo qui ægre ferebat, ſe ab amica contemni docens id cum multis eſſe commune Venere ita volente: ſibiq; idem accidiſſe, vt cōtempta nobiliore, libertinæ adhæſerit.*

*Ode XXXIII. Tricolos Tetraſtrophos, vt: Scriberis Vario fortis, & hoſtium.*

-‑‑UU‑‑UU‑UU
‑‑‑UU‑‑UU‑UU
‑‑‑UU‑‑UU‑UU
‑‑‑UU‑UU

ALBI ne doleas plus nimio memor
Immitis Glyceræ: neu miſerabileis
Decantes elegos: cur tibi iunior
Læſa præniteat fide.
Inſignem tenui fronte Lycorida,
Cyri torret amor: Cyrus in aſperā
Declinat Pholoën. ſed prius Appulis
Iungentur capreæ lupis:
Quàm turpi Pholoë peccet adultero.
Sic viſum Veneri: cui placet impares
Formas, atque animos, ſub iuga ahenea
Sæuo mittere cum ioco.
Ipſum me melior cum peteret Venus:
Grata detinuit compede Myrtale
Libertina, fretis acrior Adriæ
Curuantis calabros ſinus.

ALBI ne doleas) Trigeſimatertia Ode Albiū Tibullum hortatur, ne doleat, quod ab immiti Glycera ſpernitur, ſic enim Veneri viſum, cui quidem placet, & formas & animos impares ſub iuga mittere cum ſæuo Ioco. Hinc pulchra Lycoris Cyrum adamans, ab illo ſpernitur, ille vero ab aſperi Pholoe. ſibimet etiam accidiſſe ait idem nam cum à pulcherrima appeteretur, potius libertinæ Myrtalæ inhæſit, quæ certe acerrima erat. Aliorum itaque exemplo, Albium amicæ deſpectum, ſolari contendit. Glyricæ) De hac iterum in Ode xix. [Elegos miſerabiles) Elegum metrum binis verſibus conſtat, hexametro heroico, ſubiuncto quinario, quod & Diom. ſcribit, ἐλεαίρω, & ἐλεέω, miſereor dicit, ἔλεγος, dicitur luctus, ἐλεγεῖος, verſus ad mœſtitiam, ſolent.n. elegis verſibus miſerabiles hominum ærumnę amorumque labores deſcribi [Iunior) .i. adoleſcentior. intelligitur autem hic eius riualis. [Præniteat tibi) .i. magis te niteat, ac placeat Glyceræ. [Inſignem tenui) Aliorum exemplo, ſolamē ei afferre nititur. [Tenui fronte) .i. parua fronte, p̄ quod puellam oſtendit, & magis amandam. [Iungentur capreæ lupis) Maro item in Buc. ecl. viij. ait, Mopſo Nyſa datur, quid non ſperemus amantes? Iungentur iam gryphes equis æuoq; ſequenti cum canibus timidi venient ad pocula damę. [Turpi adultero) Hinc Phædra Hyppolito ſcribit. At bene ſucceſſit, digno quod adurimur igne, Peius adulterio turpis adulter obeſt. [Ahenea iuga) .i. dura, & aſpera, ac ponderoſa. Ahenea autem eſt hic, quadriſyllabum, propter carmen, vt ibi in lib. j. Met. Tertia poſt illas ſucceſſit ahenea proles, & propterea interponenda eſt inter a, & e, litera h [Melior Venus) .i. amica puella. [Compede) .i. amoris vinculo, retulit autem ab Myrtales conditionem, erat .n. Libertina. [Libertina) Quint. lib. vij. ait, Seruus cum manu mittitur Libertinus. Addictus recepta libertate eſt ingenuus. Ad ſeruos nulla lex pertinet. Addictus legem habet. Suet. vero in Claudio, inquit, Ignarus tp̄ibus Appij, & deinceps aliquandiu Libertinos dictos non ipſos, qui manumitterentur, ſed ingenuos ex ijs procreatos. [Fretis) Æſtibus. [Adriæ Curuanti, Calabros ſinus,) Mare Tyrrhenum cum iam ad Iapygiam vſque reclinat, atque inde in Boream verſus dilatat ſeſe, Adriatici confeſtim nomen ſortitur. auctor eſt Dionyſius.

ANTO | Elegum metrum | Eleos | Elegus | Ahenus

ACR. ALbi ne doleas plus nimio memor) Metrū tribus verſib. Aſclepiadeū, Quartus Glyconicus. Albiū Tibullum alloquitur elegorum poetam consolans eum exēplo alioꝝ, & hortatur, vt ſit fortiori aio in contemptu, quem indigne a Glycera muliere patitur, & commemorat Lycordia, quæ ſimiliter à Cyro contemnatur. rurſus Cyrus Pholoen diligat, & ab ea ſpernatur, ſicut Albius à Glycera [Neu miſerabiles) Neu q̄a ipſi elegi, hoc eſt carmen eius contemptum miſerabile ſit, ſeu q̄a miſerabilia elegis ſcribantur. [Læſa fide) Quia perfida extiterat amatori. [Tenui) Anguſta, & parua, ſicuti pulchræ hr̄e conſueuerunt. [Appulis iungentur capreæ lupis) Aut quia maioris ibi formæ eſſe dn̄r, vt, Iungentur iam Gryphes equis. [Sic viſum Veneri,) Quotieſcunq; ratio non apparet, hic viſum interponitur, vt Virg. Poſtquam res Aſiæ Priamiq; euertere gētem Immeritam, viſum ſuperis. [Sub iuga ahenea) Sub durum, ac difficilem amorem. [Sæuo mittere cum ioco) Sæuo aut quia nonnunquam in diuerſum amorem animi diuiduntur, aut quia Cupido ſibi ludos de hominibus exhibet, aut certe q̄ in amorem per iocum venit. [Ipſum me) Dicit ſe amore amicæ ab vxoris coniunctione reuocatum, cuius ita litibus, vel amaritudine vexetur, quemadmodum Calabriæ littora maris Adriatici tempeſtatibus. Virg. Et littore curuo. [Grata detinuit compede) Compedem ſingulari numero, contra veterum poſuit conſuetudinē. [Myrtale) Nomen concubinæ. [Curuantis) Cōmouentis, vel erigentis præ nimio æſtu.

POR. ALbi ne doleas plus nimio memor Immitis) Albium Tibullum alloquitur elegorum poëtam. Hortatur autem eum, vt

sit fortiori animo, in contemptu, quem indigne à Glyceta muliere patitur, quam ideo imitem vocat. [Neu miserabileis Decantes elegos,) Proprie elegiorum versus aptissimi sunt fletibus quos ideo miserabileis dixit, Nam & nomen ipsum elegiorum παρὰ τὸ ἒ ἒ, quæ est vox lamentantium, dictum putant. [Cur tibi iunior Læsa præniteat) Fide apud Glyceram s. præniteat, quæ fidem hoc faciendo læserit. [Insignem tenui fronte Lycorida, Cyri torret amor, Cyrus in asperam Declinat Pholoën) Tenui fronte pro angusta, & pusilla posuit. frons aût minor pulchriorem facit mulierem. & ideo insignem tenui fronte accipe, hoc est in hac re insignem. [Sed prius Appulis Iungentur capreæ lupis,) Hoc est prius lupi concumbent cum capreis. [Sic visum Veneri, cui placet impates Formas, atque animos, sub iuga ahenea Sæuo mittere cum ioco.) Sub iuga mittit. sed ordo est. Sic visum Veneri, cum sæuo ioco. i. Veneri, & amori sic placuit, quem amorem sæuum iocum dixit. non ineleganti conceptione, iuga autem ahenea durum, ac difficilem amorem vult intelligi, hoc Veneri, inquit placuit, ut quæ amantur, non consentiant amatoribus, sed in alios ipsæ amores declinent. [Grata detinuit compede Myrtale) Cōpedem gratum amorem signat. Et uideamus ne non simpliciter compedem hic dixerit, sed referens ad conditionem Libertinæ Myrtales. Attendendum aût compedem singulari numero eum dixisse, quod non facile apud ueteres inuenitur. [Adriæ) Per hoc Adriaticū sinum intellige, quod mare, & Calabriā alluit.

ASCEN. Albi ne doleas) Hac Ode Albium Tibullum elegiacorum tersissimum iucunde monet temperate dolore de incōstantia Glyceræ, qñquidem, ita placitum est Veneri quę impares formas, uinculis amorum nectit. quod & suo exemplo cōprobat. Ordo est. [O Albi). s. Tibulle, aut moneo precor. [Ne doleas plus nimio). i longe plus, q̄ par sit. [Memor Glyceræ, immitis) Quæ te inclemēter post habuit. [Neu). i. néue. [Decantes elegos miserabileis). i. miseros q̄stus tuos cōtinenteis, uersus elegiacos, utpote cur iunior. s. quam tu præniteat. i. pulchrior, & nitentior uisus sit Glyceræ. [Fide læsa). i. uiolata. [Amor Cyri) Nō satis formosi. [Torret Lycorida). s. puellam, aut meretricem. [Insignem tenui fronte). i. iuuenculam formosam, & Cyrus declinat à Lycoride formosiore, & amatrice, in Pholoën puellam asperam. s. Cyro, quem aspernatur. Sed capreæ iungentur prius lupis Appulis, q̄ Pholoë peccet. s. consentiendo turpi adultero. s. Cyro. [Sic uisum). i. placitum est Veneri. [Cui placet mittere formas, atque animos impares, sub iuga ahenea). i. fortia, & diu duratura uincula. [Cum). i. comitante. [Ioco). s. filio suo. [Sæuo) Quia, Quisquis amores. Aut metuet dulces, aut experietur amaros. Est enim sæuus Iocus, quem tantus dolor sequitur. [Cum melior Venus). i. amica aptior. [Peteret me ipsum Myrtale Libertina). i. Libertinæ conditionis, & ita non ingenua, & acrior fretis Adriæ. i. Adriatici maris. [Curuantis). s. alluendo. [Sinus Calabros). i. littus Calabriæ continuit me cōpede grata). i. iugo amorum, quod captus libenter tuli. soli n. peccatorum uinculis irretiti libenter seruiturem turpissimam seruiunt.

## DE DEI POTENTIA, ET FORTVNAE.

*Testatur se in impietatem lapsum, cum nimium ex Epicureorum decreto superstitionem vitat, Illi enim deos humana curare negant, post hac resipiscere velle, & ijs accedere, qui Dei prouidentia omnia administrari putant.*

*Ode XXXIIII. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Vides, Vt alta stet niue candidum.*

--∪---∪∪-∪-
--∪---∪∪-∪-
--∪---∪-∪
-∪∪-∪∪-∪--



Arcvs Deorum cultor, & infrequēs,
Insanientis dum sapientiæ
Consultus erro: nunc retrorsum
Vela dare, atque iterare cursus
Cogor relictor. nanque Diespiter
Igni corusco nubila diuidens,
Plerunque per purum tonantes
Egit equos, volucremq́. currum:
Quo bruta tellus, & vaga flumina,
Quo Styx, & inuisi horrida Tænari
Sedes, Atlanteusq́. finis
Concutitur. valet ima summis
Mutare, & insignem attenuat deus,
Obscura promens. hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit: hic posuisse gaudet.



ANTO. Arcvs deorum) Trigesimaquarta Ode scribit ꝙ dum sectaretur Epicuream sectam parcus, & infrequens deorum cultor euaserat. Nūc vero se cogi ait, relicta repetere. Deus. n. mutare potest ima summis insignem attenuare, obscurorum educere propterea que, fortunam hunc eleuare, illum deprimere. Epicurus autem (vt Cic. scribit in lib. de finib. bonorum, & malorum) ex animis hominum extraxit radicitus religionem, cum Dijs immortalibus, & opem, & gratiam sustulit, ita fit, vt non modo homines à Dijs, sed ipsi Dij inter se ab alijs, alij negligantur. Stoici vero optime dicebant, Deorum prouidentia mundum administrari & regi. Secundùm igitur Stoicos poëta credit Deos curare mortalia, ab illisque hominum vitæ consuli & prouideri, itaque ad illorum cultum redire cogitur. Est aūt ordo. Ego parcus & infrequens Deorum cultor, dum consultus insanientis sapientiæ erro, nunc cogor &c. [Insanientis sapiētiæ). i. Epicureæ philosophiæ, & sectæ. Est. n. philosophia studium sapientiæ, vt Cic. docet lib. j. Tusc. [Consultus) Scius, peritus. [Diespiter) Olim Iupiter dictus est, vt dies parer. vt scribit Macr. lib. j. Sat. meminit, & Gell. [Igni corusco nubila diuidens,) Si in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua redduntur, si erumpat ardens, fulmina, si longiore tractu nitatur, fulgetra, ijs funditur nubes, illis perrumpitur. Plin. auct lib. ij. [Per purum tonantes). i. serenum. Fulminum autem plura gña traduntur, quæ sicca veniunt, non adurunt, sed dissipant. Quæ humida, non vrunt, sed infuscant. Tertium est, quod clarum vocant, mirificæ naturæ, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis, nullo alio vestigio relicto aurum, & æs, & argentum liquatur intus. sacculis ipsis nullo modo ambustis, ac ne confuso quidē signo ceræ. Martia princeps Romanorum icta grauida, partu exanimato ipsa citra vllum incommodum vixit. In Catilianis prodigijs. M. Herēnius sereno die fulmine ictus est. auct. est Plin. lib. ij. [Per purum tonantes) Iuuen. item in Sat. xiij. de impijs, & sceleratis trepidantibus inquit, Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulmina pallent. Cum tonat, exanimes primo quoque murmure cœli, postea subdit. Cura grauiore timetur proxima tēpestas velut hæc dilata sereno. [Bruta tellus) Sine sensu quanto magis igitur homines concuti debent? [Styx) Str. lib. ix. de Arcadia inquit, Apud Pheneum sane Stygis aquæ stant. sic. n. vocant letalis aquæ stillicidium quam sacram hominū facit opinio poëtæ, tamen fabulose describunt inferorum paludem στυγνὸς autem tristis dicitur, στυγέω vero odi, timeo. [Tænari sedes). i. inferi. Tænarus. n. Laconiæ promontorium est aduersum Africæ, ripa erecta est, sacram Neptuni ædem constructam continens in luco, propinquaque spelunca est, perquam Cerberum ab inferis superius reductam ab Hercule fabulæ, canunt. id Solin. Scribit & Str. lib. viij. Scribit item & Seneca in Hercule. [Atlāteus finis) In Occidente est Atlas mons, de quo latius in Ode xxxj. [Attenuar) Propter scelera. s. [Obscura promens). i. humilia eleuans, ob virturem. s. [Hinc apicem) Ordo est. Fortuna rapax cum acuto stridore sustulit hinc apicem, hic gaudet posuisse. i. summos infimos reddit, & contra. Fortuna. n. immeritos auget honoribus, Fortuna innocuos cladibus afficit, vt Maro dixit. [Apicem) Summum honorem, & dignitatem. [Acuto) Flebili, sonoro, luctuoso.

*Epicuri religio* · *Philosophia* · *Diespiter* · *Tonitrua* · *Fulmina* · *Fulgetra* · *Fulminū genera* · *Martia fulminata* · *M. Herēnius*

ACR. Parcus Deorum cultor, & infrequens,) Metrum duob. versibus Alcaicū. Tertius Dimeter Iambicus, nouenarius, hypercatalecticus. Quartus Pindaricus. Hac Ode signat pœnitere se, q dum Epicuream sectam sequeretur, Dijs irreligiosus extiterit. [Parcus deorum cultor,) Minus colens. [Insanientis) Res sacrilegas suadentis. Epicurei. n. oīa affirmant causari, neç Deos humana curare. Aduersus quam sectā, vel ꝑsuasionē. Virg. Nec curare Deum credis mortalia quenq̄. hoc ergo & ipse inculcat. Stoici. n. & Platonici, & esse Deū & humana curare confirmāt, & ideo insanientis sapiētiæ, hoc est Epicureæ. Item Virg. sm superiorem suasionē. Scilicet ijs superis, labor est, ea cura quietos Sollicitat.

[Consultus) Doctus, peritus. Iurisconsulti periti esse dñr. [Vela dare) Metaphora est a nauigatione, eo, q contempta Epicureoꝶ disputatione reuetri se ad credendū, asserat Deos curare mortalia, vt, M.r.c.e.est dare lintea re. [Diespiter) Diei pater. [Igni corusco) Hoc est q nub.lo cœlo tonare, vel coruscare cōsueuit, sereno aūt tonet, vt est, Intonuere poli, & crebris micat ignib.æther. [Volucremq. currum) Vulgi opinione, Plerūque sensus poëtę cōcipiunt, vt hic de curribus dictū, pro Olympi strepitu. [Bruta) Si ne sensu, tarda, vel stolida, quod terræ epitheton est. [Tęnari) Tę naros promontorium Laconiæ, per quod descensus esse ad inferos fertur, vt Virg. Tænarias ẽt fauces alta hostia Ditis. [Atlanteus) Atlas n.mōs est. qui in vltimo Oceani fine porrigitur. [Valet ima summis Mutare,) Hoc est potest hoīum Deus mutare fortunas. [Obscura) Ignobilia i. viles personas ad honorem ducens denuo. [Apicem) Summitatem potestatis. [Rapax) Mutabilis, vt Terent. O Fortuna nunq̄ es perpetuo bona, vt ordo est, Fortuna rapax, hinc sustulit apicem cum acuto stridore, hic gaudet posuisse. [Acuto) Luctuoso illis, quos ediderit, siue sonoro, vt, Non acuta sic geminant Corybantes æra. i. hunc eleuat, hunc deijcit mutata uice, vnum exaltans, alterum deponens.

POR. PArcus Deorum cultor,) Hac Ode scribit se pœnitentiam agere, q Epicuream sectam secutus religiosus extiterit. [Sapientiæ Consultus iterate cursus Cogor relictus.) Non instaurare, sed ad eosdem redire. [Nanque Diespiter Igne corusco nubila diuidens) Sensus est, Iupiter, qui non nisi nubilo tonare solet. [Per purum) .i. per serenum nouit. [Plerunque per purum tonantes Egit æquos volucremque currum,) Ex vulgari opinione, plerunque poetæ sensus concipiūt, velut, hic vbi dñr tonitrua strepitus esse currus, & quadrigarum Iouis. [Bruta tellus) Bruti graues, & tardi dicuntur, quod terræ perpetuum est. [Tænari sedes) Inferi intelligendum, quia per Tęnarum Laconiæ promōtorium descensus ad inferos fertur. [Valet ima summis Mutare,) Vt si diceret, Potest ex minimo potentem, ex potente infimum reddere. [Hinc apicem rapax Fortuna cum stridore acuto Sustulit,) Cum stridore acuto, hoc est cum fletibus, & lamentatione, sed non sua, verum eorum quibus apicem. i. dignitatem aufert. [Hic apicem rapax Fortuna posuisse gaudet) Apicem pro honoris sublimitate posuit. Sensus est autem Fortuna res humanas plerunque mutat, & ab alio ad alium opes & dignitatem transfert. [Et insignem attenuat Deus Obscura promens). i. qui insignis fuerit attenuatur, claritate mali, quę adeo produntur ob fortunam, quæ Antij præcipue colitur.

ASCEN. PArcus Deorum cultor, &c.) Sãcte damnat sacrilegam Epicuri hæresin, quæ radicitus ex animis hominum religionē extraxit, vt Mancin. recitat. Ordo igitur est. [Ego parcus) .i. modicus, quantū ad quantitatem affectionis. [Et infrequens) .i. rarus, cultor. i. venerator Deoꝶ. [Dum ego consultus). i. peritus. [Sapientiæ). s. Epicureæ. [Insanientis). i. ad insaniam ducentis, sicut dī, q prudentia huius seculi, stultitia est apud Deū. [Erro). i erronea opinione ducor. [Nunc Cogor). s. a veritate cognita ex Stoicoꝶ secta. [Dare vela retrorsum). i. dediscere quod didici, & doctrinam in quam ꝓcessi reuocare, & ita quasi de nouo ad initiū discendi redire. [Atque iterare). i. interato facere. [Cursus relictos). i. redeūdo ad terminū, vnde excurri, q tota erraui via, cogor vbi redierim, quasi nihil profectus sim, nouos facere cursus, quos prius reliqueram. & est metaphora a nauigante, q si malis ventis flatim, vt soluit nauim impulsus est, cogitur ad portum redire, atque relictos instituere cursus. [Cogor, dicit, nāque Diespiter). i. Dei pater Iuppiter. [Diuidens). i. dissecans. [Nubila). i. nubes. [Igni corusco). i. fulgure. [Egit plerunque). i. frequenter. [Equos tonantes). i. tonitrua excitantes. [Et currū volucrem) .i. velocem cuius rotis ferratis putatur à vulgo tonitru excitari. [Per puꝶ) i. fudū, ac serenum tempus, qn̄ non naturale, sed a Deo curante mortalia, in vindictā alicuius missum, probatur fulmen. [Quo). s. curru. [Tellus bruta). i. sine sensu, & rōne. [Concutitur). s. tremore. [Et vaga flumina, Cōcutitur.) Sup. [Quo Styx). i. lacus infernales. [Et horrida sedes Tænari) Promontorij illius in Laconia, ꝑ quod descensus ad Inferos dī. [Et ita inuisi) Quia nemo libenter visit, aut videt [Et finis). i. terminus mundi, Occidentē versus s. [Atlanteus) Hoc est maris Atalantici. [Concutitur. & quia deus valet mutare ima summis). i. vt faciat de imis summa, & de summis ima. Vnde diua Virgo, Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. qđ vt alia ecclesiastica subinde cito, nō quod ea viderit poeta, sed vt ostendā ethnica sæpe catholicis congruere, nā Ethnicis eatenus fidē habeo, quatenus catholicis fulciuntur. [Et deus attenuat). i. diminuit, & deponit. [Insignem). i. perspicuū, ac potentem virum. [Promens). i. in lucem & claritatem proferēs. [Obscura). i. eos q prius erant obscuri, quia de stercore erigens pauperem, eligit elisos, & soluit compeditos. [Fortuna rapax) Quæ tn̄ nihil facit nisi permittente deo, aut ita nobis ignorātibus ordinante, alter n. non videretur huic loco cō gruere. Nam Epicureos damnat, qui in fortunæ casibus oia ponunt. nisi dicamus more poëtico ipm̄ hæreses miscere, sicut Maro facit, vbi dicit, Fortuna omnipotēs, & ineluctabile fatum. aut (vt dixi) Fortuna. i. potentia Dei, non ꝑuisa nobis. [Rapax Sustulit). i clam abstulit. [Hinc). i. ab hoc loco, aut capite. [Apicem). i. summū honorem. [Et gaudet posuisse hic), i. in alterius capite.

## AD FORTVNAM.

*Augustum Cæsarem profecturum in Britannia fortunæ, quæ Antij religiosissimo colebatur, cuiusque numen omnes agnoscunt, ac reuerentur barbarissimæ & ferocissimæ gentes.*

*Ode XXXV. Dicolos Tetrastrophos: Vt, Præcedens.*

- - ∪ - - - ∪∪ - ∪∪
- - ∪ - - - ∪∪ ∪ -
- - ∪ - - - ∪ - -
- ∪∪ - ∪∪ - ∪ - -

O DIVA, gratum quæ regis Antium:
Præsens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel superbos
Vertera funeribus triumphos:
Te pauper ambit sollicita prece
Ruris colonus: te dominā æquoris,
Quicunque Bithyna lacessit
Carpathium pelagus carina.
Te Dacus asper, te profugi Scythæ,
Vrbesq., gentesq., & Latium ferox.
Regumq. matres barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni:
Iniurioso ne pede proruas
Stantem columnam: neu populus frequens
Ad arma cessantes, ad arma
Concitet: imperiumq. frangat.
Te semper anteit sæua necessitas,
Clauos trabaleis, & cuneos manu
Gestans ahena: nec seuerus
Vncus abest, liquidumq. plumbum.
Te spes, & albo rara fides colit
Velata panno: nec comitem abnegat:
Vtcunque mutata potenteis
Veste domos inimica linquis.
At vulgus infidum, & meretrix retro
Periura cedit. diffugiunt cadis
Cum fece siccitatis amici,
Ferre iugum pariter dolosi.
Serues iturum Cæsarem in vltimos
Orbis Britannos, & iuuenum recens
Examen Eois timendum
Partibus, Oceanoq. rubro.
Eheu cicatricum, & sceleris pudet,
Fratrumq. quid nos dura refugimus
Aetas? quid intactum nefasti
Liquimus? vnde manus iuuentus
Metu deorum continuit? quibus
Pepercitaris? ò vtinam noua
Incude diffingas retusum in
Massagetas, Arabasq. ferrum.

*ANTO.* O DIVA,) Ode xxxv. Fortunæ potentiam fcribit,
illamque à cunctis timeri oftendit. Augullum de-
inde Cæfarem in Britannos euntem eidem com-
mendat, orat.n. vt illum cum toto exercitu feruet
deuictis hoftibus. [Antium gratum,) Erat Antium
*Antium* maritima Latinorum vrbs, nunc diruta penitus.
Diftant aũt eius veftigia octo ftadijs a Neptuno oppido, quod &
nos vidimus. erat etiam ibi portus mirandus quidem. Nam ag-
gere cinctus in ipfo adhuc mari confpicitur. Str. aũt fcribit lib.v.
Tempeftate fua in ea vrbe. magnificas fuiffe ædes ædificatas. prin
*Fortuna* cipes.n. illic fæpius ocio vacabant. Erat ibidem & Fortunæ tem-
plum, quod & Flaccus ipfe hoc loco oftendit. [Præfens) Para-
ta, potens. Vnde Sal. ita in Catil. Sed profecto Fortuna in o-
mni re dominatur. Seneca vero epift. xcix. ait ita, Errant.n. qui
aut boni aliquid nobis, aut mali iudicant tribuere Fortunam.
*Animus* Valentior.n. omni Fortuna animus eft, & in vtranque partem
ipfe res fuas ducet, beatæque ac miferæ vitæ fibi caufa eft. At Na
fo lib. vlt. Trift. inquit, Rara quidem eft virtus, quam non For-
*Fortuna* tuna gubernat: Quæ maneat ftabili, cum fugit illa pede. De
Fortuna denuo multa iam diximus in fine Satyrę decimæ Iuuen.
[Tollere) Ad honorem & diuitias. vnde Iuuen. inquit, Si For-
tuna volet, fies de rhetore conful. Si volet hæc eadem, fies de con
fule rhetor. Et Hircius lib. iiij. de bello Alex. ait, Fortuna ple-
runque eos, quos plurimis beneficijs ornauit, ad duriorem ca-
*Bithyni* fum referuat. [Ambit) Circunuenit, orat. [Bithyna carina) Bi-
thyni funt Afię populi iuxta Phryges, & Myfios. vt Str. ait lib.
xij. [Laceffit) Inftigat, prouocat, frequenter lacerat nauigando.
*Carpathos* [Carpathium pelagus) Eft Carpathos infula excelfa, à qua pela-
go quoque nomen inditum eft, vt fcribit Str. lib. xj. de Sporadib.
*Carpatiũ mare* Plin. autem lib v. fcribit, Carpathum vnam effe de infulis Rho-
diorum. [Dacus afper,) Diuidũtur Daci à Germanis Danubio,
*Daci* vt fcribit Tacit. de eifdem vero latius Str. lib. vij. [Profugi Scy
*Parthi* thæ).i. Parthi nam ij fuerunt Scytharum exules, quod ẽt ipforum
vocabulo manifeftatur. Scythico.n. fermone exules Parthi dñr.
*Latiũ duplex* auctor eft Iuft. lib. xlj. [Latium ferox) Vnde Anchifæ vmbra dor
mienti Æneæ in Sicilia lib. v. Æn. ait, Gens dura, atque afpera
cultu Debellanda tibi Latio eft. Plin. aũt lib. iij. fcribit, ꝙ Latium
antiquum à Tyberi Cyrceos vfque feruatum eft millium paf-
fuum l. longitudine, tam tenues primordio Imperij fuere radi-
*Minturna* ces. Poftea Latini nomen proceffit ad Lyrim amnem, qui Min-
turnas diuidit. Sinueffa autem extrema vrbs eft in adiecto Latio
*Sinueffa* [Purpurei) Purpurati. [Stantem columnam) Metaphora eft. in-
telligit n. regni robur. Cuius præfidia (vt inquit Sal.) Non exer-
citus, neque thefauri funt, veꝵ amici. [Populus frequens) Stipa-
tus, & collectus. [Ceffantes) Defides, & nihil agentes. [Cõcitet)
vt Iunius Brutus egit contra Tarquinios, vt item M. Brutus con
tra Iulium Cæfarem. [Anteit) Nunc diffyllabum eft. Sæua ne-
ceffitas).i. dura. vult aũt poëta Fortunam in omnibus domina-
ri, vnde quæ ipfa voluerit, neceffario fiunt. Acron legit Serua ne-
ceffitas, tñ & fæua, & ferua hic conuenit. Melius aũt fæua. intelli
git.n. poëta fati neceffitatẽ, cui Fortuna fubiacet. hinc ait Mani-
lius aftronomus, Hoc nifi fata darent, nunquam Fortuna tulif-
fes. [Trabaleis) Ingenteis & longos vti trabes. hæc aũt omnia
tormentoꝵ genera erant. [Cuneos) Intelligit ferrea fruftula, q-
bus conftringuntur compedes & manicæ. [Manu ahenea).i. du-
ra & firma. Ahenea aũt trifyllabum eft. nea.n. vnius eft fyllabæ
hoc in loco põt & ahena legi. [Vncus) Curuũ ferrum, quo rei &
infelices trahebantur. vnde Iuuen. Sat. x. ait, Seianus ducitur vn
co Spectandus. [Liquidumq. plumbum) Nocentes.n. liquefa-
cto plumbo quandoque plectebantur. [Fides albo Velata pan-
*Fides* no,) Fides eft firma opinio, vt docet Cic. in Partit. Et Sen. Epift.
lxxxix. inquit, Fides fanctiffimum humani pectoris bonum eft,
nulla neceffitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præ-
mio. Vre, inquit, occide, non prodam. Liuius præterea lib j. fcr.
Numam Pompilium Fidei folenne inftituiffe, ad quod facrariũ
Flamines bigis curru arcuato vehi iuffit, manuq. ad digitos vfq;
inuoluta rem diuinam facere. fignificantes Fidem iutandam. fe-
demq. eius etiam in dextris facratam effe. [Nec comitem abne-
gat,) Dicit.n. Ouid. lib. ij. de Ponto, Et cum Fortuna ftatq., ca-
ditq. Fides. [At vulgus infidum) Oftendit fuperius Fidem fequi
*Amicitia vulgi* Fortunam quocunque mutata ierit. Vulgus autem, & meretrix
& infidi amici mutatam Fortunam diffugiunt. Vnde Ouid. inqt
lib. 2. de Ponto, Turpe quidem dictu, fed fi modo vera fatemur,
Vulgus amicitias vtilitate probat. Et lib j. Trift. Donec eris fe-
lix multos numerabis amicos, Tempora fi fuerint nubila, folus
eris. Item eodem in lib. inquit, Horrea formicæ tendunt ad
inania nunquam, Ibit ad amiffas nullus amicus opes. Vtq. co-
mes radios per Solis euntibus vmbra eft, Cum latet hic preffus
nubibus, illa fugit. Mobile fic fequitur Fortunæ lumina vulgus,
Quæ fimul inducta nube teguntur, abit. [Cadis) Vafis quibus vi-
na conduntur. Virg. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Ace-
ftes. [Serues iturum) Longum eft hyperbaton. tendit.n. illuc
vfque, O diua gratum, quæ regis Antium Serues &c. [Examẽ)
Militum agmen. Metaphora.n. eft ab apibus, quarum hij relin-
quentes alueos examen colligunt, & alio fe recipiunt. [Eois ti-
mendum Partibus,) Orientalibus populis, vt Medis, Pathis,
Perfis, Arabibus, Indis. [Oceanoq. rubro) Ex mari Eoo, vnde
Sol oritur, quod Indicum vocant, quod Rubrum mare, fiue Ae-
thiopicum appellant, ad Auftrum verfus effunditur, ex ea maxi-
me parte, qua vafta quædam folitudo, & inhabitabilis terræ pla-
ga confpicitur, ardentibus femper caloribus exufta. Auctor eft
Dionyfius. Pliniusq. lib vj. cap. xxvij ait, ꝙ Perfæ Rubrum mare
femper accoluere, pp quod is finus Perficus vocatur. Solin. aũt
cap. xlij. fcribit, Rubrum mare in duos finus fcindi. Quorum qui *Rubrum*
ab Oriẽte eft, Perficus appellatur, quem quidem habitauere Per *mare*
fidis populi. Ex aduerfo vero vnde Arabia eft, alter Arabicus vo- *Perfa*
catur. [Eheu cicatricum) Deteftatur poëta bella ciuilia, quibus
quidem omne nefas cõmiferant, fpreto deorum metu, fuorumq.
pietate, caritateq́ patriæ, quæ omnibus maxima effe debet, quod
& Cic. meminit. [Cicatricum) Quas.f. bella ciuilia dederant.
Cicatrix aũt dicitur liuor, & obductio vulneris, fic dicta ꝙ occæ- *Cicatrix*
cet vulnus. [Sceleris) Quod in patriam Romani milites egerãt.
[Fratrumq́) Scribit n. App. lib. ij. fub Cæfare & Pompeio mili-
taffe in Pharfalia ad fimile bellorum facinus, qui eiufdem effent
ciuitatis ciues, fimul cognati, amicique, nonnulli fratres. [Quid
refugimus) q.d. nihil. [Nos) Appofitio. [Dura ætas).i. ferrea, ait
.n Ouid. lib. j. Met. Aurea prima fata eft ætas, poftea inquit Sub- *Aetate*
ijtq́ue argentea proles, Auro deterior, fuluo, pretiofior ære, *quatuor*
Tertia poft illas fucceffit ahenea proles, Sæuior ingenijs, & ad
horrida promptior arma, Non fcelerata tamẽ, de duro eft vltima
ferro. Protinus irrupit venæ peioris in æuum Omne nefas, fu-
gere pudor, verumq́ue, fidesq́ue, In quorum fubiere locum frau-
desq́ue, doliq́ue, Infidiæq́ue, & vis & amor fceleratus habendi.
Viuitur ex rapto, non hofpes ab hofpite tutus, Non focer à ge-
nero, fratrum quoque gratia rara eft. Victa iacet pietas &c.
[Intactum) Intentatum. [Nefafti) Nefarij, fcelerati. [Vnde) A
quo loco, vel à quo homine, q.d. à nullo. [O vtinam) Optat Ho-
ratius fortunam noua incude reficere in Maffageras & Arabas
ferrum bellis ciuilib. retufum. [Diffingas) Reficias, reformes tu
Fortuna. [Retufum) Repercuffum, & hebetatum. [Maffagetas)
Maffagetæ populi funt in Scythia ad Orientẽ verfus, trans Ara- *Maffagetæ.*
xem, quorum ftudium eft, vt continuo fagittandi vfu conteran-
tur, infeftiffimi admodum hofpitibus, neque cum vicinis popu-
lis ullam feruare diutius amicitiam, neque fidem poffunt, fru-
menti ac vini vfum prorfus ignorant. bibunt.n. lac cum equo-
rum admixtum fanguine, vt Dionyfius fcribit. Meminit item
multa Herod. lib. iij. & Str. lib. xj.

O Diua, gratum quæ regis Antium,) Metrum duob. verfi- *ACR.*
bus Alcaicũ. Tertius dimeter nouenarius Iãbicus hyper
catalecticus. Quartus Pindaricus. Hæc Ode ad Fortunã
fcripta eft, cui Cæfaris aduerfum Britannos profectionẽ cõmen
dat. [O Diua, gratũ) Zeugma ab inferiori, ferues iturum Cęfarẽ.
[Antium) Apud Antium aũt eft Fortunæ templũ famofiffimum,
multoꝵ ẽt principium donis ornatum. vnde ẽt ciuitas Fortunæ
ipfius tutela dicta eft. [Præfens) Parata, potens mutare ftatus ho
minum. [Vertere) Conuertere, mutare. vt, Multos mutata reui
fens Lufit, & in folido rurfus Fortuna locauit. [Ambit) Rogat,
fupplica. [Te dominam æquoris) Fortuna.n. & æquori dñatur,
ita vt à nauigantibus inuocetur. [Bithyna) Species pro genere,
vt, Innatat alnus Miffa Pado. [Carpathium pelagus) Carpathiũ
mare inter Ægyptum & Rhodum ab infula Carpatho illic pofi-
ta. [Dacus afper) Gens iuxta Iftrum fluuium degens afpera bel
lis. Virg. Et coniurato d.d. ab Ift. [Profugi Scythæ) Ab orbe fe
pofiti, & in mundi extrema parte conftituti. [Ferox) Victorio-
fum. Virg. Gens d. atque a.c. d. tibi Latio eft. [Regumq́ue ma-
tres) In omnibus fubaudiendum eft metuunt, vel metui, iuxta
menfuram quantitatis. [Matres) Proprie timere filijs matrum
eft. [Purpurei) Purpureum eft quod totum ex purpurea eft. [In-
iuriofo) Iniufto, vt, Vbi cum Turni iniuria matre. Poteft autem
Fortuna & contra iuftitiam graffari. Terent. Id laudi ducis, quod
tu nunc fecifti inopia, iniurium eft. [Imperiumq́ue frangat) Aut
quia imperium femper fragile putatur, aut quia magnę res de-
teriaratę fractę dicuntur, vt Virg. Fractę vires. & alibi, Fracti bel-
lo fatisq́ue repulfi Ductores. [Te femper anteit fęua neceffitas)

Præcedit quasi necessitas comes & ministra Fortunæ. ideo sæ-ua quia aut imperio Fortunæ obediat, aut quia non suæ potesta-tis est, quia subiacet necessitati. non ergo ipsa serua, sed quæ ser-uire compellit. [Trabales clauos) Species tormentorum. [Ahe-na) Forti. vt Ærea puppis. [Seuetus Vncus) Quo puniebantur damnati. vt Iuuen. Seianus ducitur vnco. & Cic. Vncus impactus fugitiuo illi, qui C. Marij nomen inuaserat. [Liquidumq. plum-bum) Nam resoluto plumbo rei puniti cõsueuerunt. [Te spes) Quæ sola sperando meliora durat. Virg. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. [Rara fides) Quæ à paucis coli-tur. [Velata panno) Posset videri vili verbo vsus panno, nisi hoc sermone intelligi voluisset à pauperibus magis coli Fidem, aut certe, quia albo panno caput velabant Fidei sacrificantes. siue pp ipsam fidem, ꝙ pura est, & alba. vel ꝙ à senibus ēt maturius cola-tur, vt Virg. Cana fides & u.r.c.f.q. Seu quia honesti, dum fidem colunt, pauperes sunt. & quæ est odiosa perfidiæ, vt Iuuen. Cri-minibus debent hortos prætoria. [Nec comitem) Abscedens enim Fortuna ēt Fidem secum aufert, vt Iuuen. Quantũ quisque sua nũmoꝝ seruat in arca, Tantũ habet & Fidei. Ordo est, Nec abnegat comitem, vtcũque inimica linquis potentes domos mu tata veste. [Vtcunque) Quotiescũque. [Mutata veste) Aut luctu, aut pauperie. [At vulgus infidum) Vulgus & meretrix Fortunã tristem amicoꝝ non sequuntur vt prosperam. quod ideo dicit, quia Fortunæ euentum subire se plerunque homines vulgates negant. Iuuen. Sed quid Turba tremens sequitur Fortunam vt semper, & odit Damnatos. [Diffugiunt cadis Cum fece sicca-tis amici) Per allegoriam ostendit eos, qui nolunt amicorum ne cessitati coniungi. vt, Omnes me noti, atque amici deserunt. [Serues iturum) Per hyperbaton sensui superiori respondit. O diua gratum quæ regis Antium. [Et iuuenum recens Examen) Collectum. omnibus enim militibus per ciuilia bella consum-ptis ab Augusto nouus fuerat collectus exercitus, quem bene examen vocauit. [Eois timendum Partibus, Oceanoq. rubro) Vtrique orbi metuendum dixit exercitum. nam in Eoo Orien-tem posuit, in Oceano rubro Occidentem, vt Virg. Et duo rap-pta manu diuerso ex hoste trophea, Bisq. triumphatas vtroque à littore gentes. [Eheu cicatricum, sic enim bellorum ciuilium pu dendæ cicatrices sunt, quemadmodum gloriosæ in bellis exter-nis. [Fratrumq., quos in bello ciuili vulnerauimus. vt, Ille lo-cus fratres habuit. [Dura) Aspera, infeliciter nata, aut dura, sine misericordia. [Nefasti) Nefarij. [Vnde manum). i. non solum à parentum cæde, sed nec à numinum violatione temperatum est, vt Lucanus, Numina miscebunt castrensis flamma monetæ. Qui bus pepercit aris? hoc est, quæ non spoliauit templa deoꝝ, aut polluit cæde, vt Lucan. Stat cruor in templis. [O vtinam noua Incude diffingas) Vtinam noua incude, noua instaurentur tela iu stis hostibus experienda, nec ciuilis sanguinis polluta piaculo, quæ victoriam mereantur, & nomine careant infelicitatis, vt est, Ipsorum clypeos & non felicia tela. [Diffingas) Confusum re-formes. nam & sicut fingere formare dicitur, sic & diffingere est quassatum reformare. [Retusum) Ciuilibus bellis hebetatum.

POR. O Diua, gratum quæ regis Antium,) Hæc Ode ad Fortunã potentẽ scripta est, cui Cæsaris profectionem cõmendat. [Gratũ quæ regis Antium,) Hoc ideo, quia Antij Fortu-na potẽtissimi numinis habetur, adeo vt multis preciosissimisq. donis priuatoꝝ & Imperatoꝝ templum ibi eius refertũ sit. [Præ-sens vel immo tollere de gradu) Præsens ita dictum vt præsentia dñr numina Deoꝝ, quæ se, potentiamq. suam manifeste osten-dunt. [Vertere funeribus triumphos,) Vertere pro eo quod est conuertere, & mutare positum est [Te dominam æquoris,) Hoc aũt recte dr̃, qm̃ Fortuna & semper, & vbique metuẽda est. [Qui cunque Bithyna lacessit Carpathium pelagus carina) Bithyna ait, vt solent poëtæ speciem pro genere ponere. qualia sunt illa Virgilij. Leuis innata alnus Missa Pado, pro quolibet flumine. &, Illam ducit amor trans Gargara, transq. sonantem Ascaniũ, pro quolibet monte. [Profugi Scythæ) Manifestum est cum ꝓ-fugos dixerit, ꝙ, scilicet fugiendo prœliarentur. [Et purpurei metuunt Tyranni) Pro purpurati. purpureum aliud est si pro-prietatem attendis. nam sic dicitur purpureum, ut lapideum, igneum, hoc est ꝙ purpura iñ constant. [Stantem columnam) Pro incolumitatem dignitatis, & totius domus intellige. [Ne populus frequens Ad arma cessanteis, ad arma Concitet,) Bene tumultum vulgarem expressit repetendo. [Te semper anteit sæ-ua necessitas) Nec n. est suæ potestatis, qui necessitati subiectus est. [Clauos trabaleis, & cuneos manu) Eleganti conceptione hæc instrumenta Fortunæ accommodat. s. quibus torquet, & co-git, implicatque res humanas. [Te spes, & albo rara fides) Bono epitheto, raram fidem appellat, quia à paucis colitur. Et albo au-tem rara fides colit velata panno, posset videri loedide dixisse pã-no, nisi vellet hac conceptione intelligi a pauperibus magis coli fidem. Albo aũt dixit pp honestatem fidelitatis. Aut nunquid albo panno fides velata dicitur, ꝙ qui fidem colunt honesti ha-beantur, sed pauperes fiunt? qm̃ acquisitio magis perfidia proue nit. [Nec comitem abnegat, Vtcunque mutata potentes Veste domos inimica linquis) Non spernit te, inquit, ò Fortuna fides, cum liquis potentiorum limina, vel cum relinquis diuites. per hoc aũt vr̃ sigñare eos, qui ex dignitate honoris, aut diuitiatum ceciderit, nec fidem apud eos remanere. i. fidem quoque amittere & hoc quoq. dupliciter intellige, vt, Fides illis nec habeatur nec seruetur [At vulgus infidum, & meretrix retro Periura cedit. dif-fugiunt cadis Cum fece siccatis amici,) Hæc eleganter dicuntur, quia Fortunæ euentum, subire cum amico vulgares homines no lunt. [Ferre iugum pariter dolosi.) ἀλληγορικῶς ostendit necessita ti amicorum nolle coniunctos esse. [Serues iturum Cæsarem in vltimos Orbis Britannos,) Cæsarem Augustum dicit hic. ini-tium huius coniungendum sic, O Diua, gratum quę regis Antiũ, Serues iturum Cæsarem iuuenem. [Examen) Ab apibus factum, pro multitudine militum posuit. [Timendum) Cuius exercitus timetur in Occasu & Oriente. [Oceano rubro) Hoc est Rubro mari, quod est in Oriente. [Eheu cicatricum, & sceleris pudet) Huius. s. sceleris, quod bello ciuili in nos admisimus. [Quid nos dura refugimus Ætas?) Suauiter figurauit nos ætas. [Quid intactum nefasti liquimus) Nefastos, pro nefarijs posuit. [O vtinam noua Incude diffingas retusum in Massagetas, Arabasque fer-rum) ἀμφίβολον. Non. n. retusum in Massagetas accipiendum, sed in Massagetas diffingas. sensus enim, Vt ferrum quod retudimus in corporibus nostrorum bello ciuili diffingas. i. refabrices ad-uersus barbaros. Massagetæ autem gens Thraciæ.

O Diua, gratum) Quia (vt dixi) Poëtaꝝ est varias hereses & sectas sequi, ideo qa Stoice prouidentiæ diuinæ in supe-riori Ode plurima cõcessit, nunc quasi Fortunam recon-ciliaturus eam plurima posse fatetur, precaturque vt Cæsarem in Britannos itiꝝ seruet. Vnde constructio dependet vsque ad illũ locum Serues iturum, ante quem ordo suspensus est hmõi. [O diua. s. Fortuna. [Quæ regis Antium,) Oppidum maritimum. [Gratum) s. tibi. i. aut beneficia recognoscens quia egregiam ti-bi construxit ædem, aut acceptum tibi, quia illi libenter præli-des. [Existens præsens). i. potens sine cunctatione quasi in rem pñtem & pñtibus viribus. [Vel tollere). i. erigere. [Aut eripere de immo gradu). i. mortis & conditionis. [Corpus mortale). i. nos mortales. [Vel vertere funeribus. i. conuertere in funera. [Super bos triumphos). i. eos qui superbe triumpharant. [Pauper col. ruris ambit). i more ambientium, & magistratum petentium sup pliciter orat sollicita prece, te dominam ruris. [Et quicunque la-cessit). i. sulcat, & pertransit carina Bithyna. i. naue ex Bithynia. i. nauta, & negociator. [Pelagus Carpathium). i. mare iuxta Car pathon insulam Rhodiorum. [Ambit sollicita prece, Te dñam æquoris Dacus asper). i. licet asper. [Et Scythæ profugi). i. qui non hñt certas domos, aut Parthos Scytharũ exules dicit. [Et vr bes, & gentes, & Latium). i. etiam Latiũ ferox, quia bellicosum. vnde Maro, Gens aspera cultu Debellanda tibi est Latio. [Et matres regum barbaroꝝ, & tyranni). i reges aut violenti, aut ēt pij. [Purpurei). i. purpurati, seu purpura decorati. [Metuunt te) Dixit autem, etiam pij quia omnes reges olim tyranni sunt di-cti. Vnde Latinus de pio Ænea eius amicitiam experiens, Pars mihi pacis erat dextram tetigisse tyranni. [Metuunt) Dico. [Ne proruas). i. porro in terram deuoluas [Pede iniurioso). i. super-bo. [Columnam). i potentatum. [Stantem). s. illis. [Et ne popu-lus frequens Concitet). i. prouocet. s. clamando ad arma, ad ar-ma sumenda. s. contra tyrannos, & reges. [Cessantes). i. resides, & pigros. [Et frangat imperium. s. tyrannorum. [Sæua necessi-tas). i. fatalis. [Anteit) i. præcedit semper te quia fata plus pñt q̃ fortuna, ante eunt. sed tñ coniuncta, sicut apud Virg. lib. viij. Fortuna oipotens, & ineluctabile fatũ. Quia q̃ fata. i. à Deo con-stituta sunt, nobis causas ignorantib. fortuita vñr vñ dcm̃ est, fa-ta via inuenient. [Anteit ergo gestans manu ahena). i. durissima [Clauos trabaleis). i. vectes tortorios. sunt aũt pedicæ ligneæ, quib. alligantur torquẽdi, dicti clauia cõpingendo. [Trabaleis,) Quia trabium instar, aut quia illis cõnectendis sufficiãt. [Et ge-stans cuneos) Quibus arctiores fiunt elauati. [Nec vncus seue-rus). s. quo ad suppliciũ trahebantur damnati, vt pro vel. [Liqui-dum plumbũ) Quod infunditur torquendis. [Abest,) Hoc est te-cũ sunt oĩa tormentoꝝ gña. [Spes colit te) Quia q̃ sperantur, for tuita sunt, cum ēt q̃ possidentur, incerta sint & fides rata, qa pau- ASCEN.

ci

ei sunt fideles. [Velata panno albo) Qui pauperum est vestitus, pauperes aût fere fidem seruant, quia nihil habent in quo fallant, etiam colit te, quia si fides dicta est, vt fiat quod dictum est.i.promissum, certe fortuitum est id præstare. [Nec).i. & non. [Et fides non abnegat comitem, Vtcunque).i.qualitercunque, aut qñcunque. [Tu inimica) s.effecta. [Veste mutata) Quia videtur Fortuna læta aliter indui, q̃ inimica [Linquis domos potentes) .i. potentium. [At).i.sed. [Vulgus infidum, & meretrix Periura cedit retro).i.retrorsum.s.cum Fortuna abeunte, quia. [Amici dolosi) .i.non fidi. [Ferre pariter iugum).i. aduersitatis, sicut gauisi sunt de bonis & lætis. [Diffugiunt cum cadis siccatis fece).i.vt primû

*Bonfinis.* vasa vinaria ad fecem vsque exhausta sunt. Bonfinis legit, Et vulgus, quod non sequar. [Serues iturum) Hucusque (vt dixi) Dilata est cõstructio. Nam ordo est. [O diua, quæ regis Antium &c.) [Serues).i.conserues precor. [Cęsarem).s.Augustum. [Iturum) .i. qui ire parat. [In Britannos,) Quos Anglos vocamus, vltimos orbis. immo (s̃m Virg.) extra orbem positos. dicit.n.in Buc. Et penitus toto diuisos orbe Britannos. At in Aen. dixit, Extremos hominum Morinos, quos Teruanos uulgus vocat. [Et serues recens Examen).i. nouam fœturam more apum primo educendorum. [Iuuenum).i.tyronum. [Timendum).i.formidandû. [Partibus Eois).i.Orientalib. [Et Oceano rubro. Eheu pudet,) .s.me. [Cicatricum).s.susceptarum in bello ciuili. [Et sceleris) Quod in patriam Romani milites egerant. [Et fratrum.) Vel conciuium, vel reuera fratrum in bello ciuili discordiû. [Quid) .s.sceleris. [Nos Aetas dura) Quia ferrea. [Refugimus?) q.d. nihil. [Quid nos nefasti).i.nefarij. [Liquimus intactû) .i. inuiolatum?) q. d. nihil. [Vnde).i.à quo. [Continuit iuuentus manus Metu deorum?) q. d. a nullo. [Quibus aris Pepercit?) q.d. nullis. [O vtinam Fortuna diffingas).i.reformes, reficias, acuas. [Noua Incude in Massagetis).i.Scythas. [Et Arabas ferrû retusum).i.hebetatum.s. in cæde ciuili, hoc est vt arma ciuium cęde obtusa in hostes acuantur.

*MATT. Bonfinis.* VTcunque mutata potenteis &c.) In his versibus, Et, pro At, reponendum censeo, vt sit. [Et vulgus, & meretrix) Nam vnius periodi sunt carmina, nec latina loquendi ratio amat eo in loco At poni, in quo. Et geminatum quamaptissime ponetur. [O vtinam noua &c.) In his versibus interpretandis dicit Land. Thamyrim reginam Cyri caput in vtrem auro liquefacto, seu fuso repletum mersisse, & ad id citat Herodotum. Is autem sanguine repletum fuisse dicit non auro.

## IN HONOREM POMPONII NVMIDÆ.

*Amicitiam suam erga Numidam testatur, pro cuius salute dijs sacrificium vouerat dicens: eo reuerso incolumi ex Hispania se velle vota persoluere, ac festum diem agere conuiuia celebrare, genio & voluptatibus operam dare.*

*Ode XXXVI. Dicolos Distrophos: Vt, Sic te diua potens Cypri.*

-- -υυ-υυ ∴
---υυ--υυ-υ-



T ture, & fidibus iuuat
 Placare, & vituli sanguine debito
Custodes Numidæ deos:
 Qui nûc Hesperia sospes ab vltima
Caris multa sodalibus,
 Nulli plura tamen diuidit oscula,
Quam dulci Lamiæ, memor
 Arctæ non alio rege puertiæ,
Mutatæq. simul togæ,
 Cressa ne careat pulchra dies nota: ∴
Neu promptæ modus amphoræ,
 Neu morem in salium sit requies pedum:
Neu multi Damalis meri
 Bassum Threicia vincat Amystide:
Neu desint epulis rosæ: ∴
 Neu viuax apium, neu breue lilium.
Omnes in Damalim putres.
 Deponent oculos: nec Damalis nouo
Diuelletur adultero,
 Lasciuis ederis ambitiosior.



T ture,) Trigesimasexta Ode scribit sacrificandum esse, Dijsq. agẽdas gratias obseruatum ab eis Pomponium Numidam. nuper enim ab Hispania sospes redierat. Hortatur inde vt diem læti & hilares celebrent genio operam tribuentes. Est enim metrum primo versu Glyconico. de quo in Ode iij. Secundo versu Asclepiadeo. [Fidibus) In sacris enim fidicines etiam adhibẽtur. [Iuuat) Delectat me. [Placare) Tunc enim placantur Dij cum vota eis persoluuntur. [Debito) Ex voto.s. [Hesperia vltima) Epitheton discretiuum. Hesperia.n.Italia dr̃ à rege Hespero. dr̃ etiam Hispania Hesperia ab Hespero stella Occidentali. nam Venus, qñ Solem antecedit, quamuis subsequi videatur post Occasum Solis in Occidente apparet, & Hesperus appellatur, & ab hoc Hispania, quia Occidentalis plaga sit, Hesperia dr̃, sed appellatur vltima, Italia vero magna. [Sospes) Saluus dicitur auctore Festo. Sospes item incolumis fortasse a verbo græco σώζειν. [Diuidit) Vt multis sufficiant. [Lamiæ) De Aelio Lamia dicit. de quo etiam superius in Ode xxvj [Non alio rege) Per id ostendit eos æqueuos fuisse. eodẽ enim rectore, & alumno, seu præceptore fuerant pueri, & toga mutarant. Nec pro rege patronus est accipiendus. qũo.n.diceret, Mutatę simul togæ? De Domino, seu patrono Lamia intelligere non conuenit, nam Lamia puer vt ille erat, vt hic ostenditur. Præterea libera toga solis liberis dabatur. [Puertiæ) Pro pueritiæ per syncopen. [Mutatæ togæ) Primis annis adolescentiæ, quę anno xiiij. incipit, pueri nobiles apud Romanos deponẽtes prætextam sumebant virilem togam cum solennitate in templis oblati, & in forum deducebantur, vnde dicit Seneca, Tenes memoria quod gaudium senseris, cum prætexta posita sumpsisti virilem togam, & in forũ deductus es. Sunt & qui scribant, liberam togam adolescentibus in festis liberalibus exhibere solitos, ad significationẽ liberioris vitæ in futurum concesse. [Memor actæ puertiæ, Mutatæq. togæ) Scribitur à Cicerone, q̃ Scipio nihil difficilius esse dicebant, q̃ amicitiam vsque ad extremum vitæ diem permanere, mutari etiam mentes hominum sæpe dicebat. Et q̃ summi puerorum amores sæpe vna cum prętexta & toga deponerentur. Horum autem omnium Numida memoriam retinebat. Cressa nota. Plin. lib. vij. de gentium felicitate sic ait, Vana mortalitas & ad conscribendam seipsam ingeniosa computat more Thraciæ gentis, quæ calculos colore distincto pro experimento cuiusque diei in vrnam condit, ac supremo die separatos dinumerat, atque ita de vnoquoque pronunciat. Horatius tñ hic Cretensibus quoque eandem consuetudinem ascribit fuisse. [Promptæ) Apertæ, exhibitæ, & paratæ, latæq. in conuiuium. [Amphoræ,) Vinario vasi. [Neu modus).s.fit, per quod hortatur largius bibẽdum. [Neu morem) Ordo est. Neu sit requies pedum in morẽ Salium. [Salium) Salios duodecim Marti gradiuo Numa Pompilius legit, tunicæq. pictæ insigne dedit, & super tunicam æneû pectori regmen, cœlestiaq. arma, quæ ancilia appellantur ferre, ac per vrbem ire, canentes carmina cum tripudijs, solenniq́ saltu iussit. Auctor est Liuius. Virg. quoque de hoc, Lanigerosq. apices, & lapsa ancilia cœlo, vbi posuit ancilia pro ancile. nam vnum de cœlo prolapsum est. hinc etiam Ouid. late meminit lib. iij. Fast. Atque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est. Quemq́ue notes oculis angulus omnis abest. Alij tñ dicunt, ancile quasi ἀμφιχεῖλον.i.vndique labrum hñs. [Damalis) Mulier vinosa & temulenta Numidæ amica. Hinc dicit poëta illam relicto Basso eius veteri amico interesse debere conuiuio Numidæ noui amici, & cum eo certare bibendo. [Threicia Amystide) Amystis potio quædam erat apud Thraras, & ideo Amystis dicta, quia certa mensura clausis oculis potabatur, vel erat poculi species, quod vno ictu hauriebant. Auctores sunt Acron & Porphyrio. [Rosæ) Valer. lib. ij. de ciuitate Spartana loquens scribit, Primos Ionas vnguenti, coronarumq́ue in conuiuio dandarum, & secundæ mensæ ponendæ consuetudinem haud parua luxuriæ irritamenta reperisse. [Viuax apium) Honos apio in Achaia erat coronare uictores sacri certaminis Nemeæ, ut scribit Plin. lib. xix. Et lib. xx. ait, Suauiores aquas potui incoctum apium præstare, & q̃ ex aqua coctum, potumq. renibus medetur. Viuax autem apium, inquit, quoniam diu virescit, nec aret, vt alia multa olera. [Omnes in Damalim) Sensus est, q̃ effecti omnes

Margin notes (right column): *ANTO.* — *Sospes* — *Prætexta* — *Toga libera, uirilis* — *Calculi dierum* — *Salij* — *Amystis* — *Corona in conuiuio* — *Mensa secunda* — *Vnguenta* — *Apium*

ebrij, Damalim aspicient Veneris gratia, sicuti Centauri fecerunt in Pyrithoi nuptijs. Damalis autem soli Numidæ inhærebit. [Putres oculos) Vino graues, & infectos, & languidos, aut pu tres nimio amore. [Diuelletur) s. ab ipso Numida per nouũ adulterum, sicuti, nec diuisa fuit Hippodame a Pyrithoo per Centaurum. [Ambitiosior) Magis ambiens suis lacertis. i. quæ magis amplexabitur, & amplectatur q̃ edere amplectentur arbores, vnde est illud Brachia non ederæ non vincant oscula conchæ.

ACR. ET ture, & fidibus iuuat) Metrũ primo versu Glyconicum secundo Asclepiadeũ. In honorẽ Pomponij Numidę hanc Oden scribit, pro cuius salute ex Hispania reuersi vota persoluit, lętitiamq́ cõuiuioꝝ per sacrificia se exhibere cõmemorat. [Et ture, & fidib. iuuat) Fidicines. n. sacrificijs adhiberi consueuerunt, vt Virgil. Inflauit cum pinguis ebur Tirrhenus ad aras. [Placare Deos Custodes) Hic non irata, aut mitigare, aut reconciliare numina parat, sed aut grates referre, aut vota persoluere, propitij. n. Dei reduxerunt Numidam sospitem. [Et vituli sanguine debito) .i. votis peractis. debetur enim hostia cum votis susceptis promittitur. [Qui nunc Hesperia) Hispaniam dixit. Hesperia aut, ab Hespero dicta, quasi in Occidentali plaga. Ordo est. Qui nũc sospes reuersus ab vltima Hesperia, diuidit multa oscula caris sodalib. nulli tñ diuidit plura, q̃ dulci Lamiæ, memor simul mutatæ togæ. [Diuidit oscula) Tanquam quæ multis data sufficerent. Quæ consuetudo est amicorum, dum de longinquo tardius reuertuntur [Non alio rege) Regem autem diuitem posuit, aut patronum. Iuuen. Optima siluaꝝ interea pelagiq. vorabit Rex hoꝝ. [Puertiæ) Pro pueritiæ per syncopam dixit, & significauit Numidã, Lamia patrono vsum a pueritia vsq. ad virilem ætatẽ vñ ait Rege, vel qđ eum Lamiam rexerit. Peractæ aũt pueritiæ ait, quia deposita prætexta accipiebant adolescentes togam virilem. Qua cõmemoratione vult videri per hoc qđ simul togas mutauerint, ætatis æqualitatẽ augere amicitiam. vnde & Virg. Mea quem spatijs propioribus ætas. [Cressa) Cretensi. Cretensibus .n. mos erat dies lætos albis calculis, nigros contrarios numerare. ex lectoꝝ dieꝝ numero, vna & tp̃s metiri, malos .n. in annoꝝ numeꝝ non ducebant. [Neu promptæ modus amphoræ i. prolatum uinum expendatur cõtinuata lætitia. [Neu morem in Salium) Salij sacerdotes Martis, & Herculis dicebantur, qui sacra saltib. celebrabant. vt tum Salij ad cantus. Nam ꝓprie Salij a saliendo dicti sunt [Neu multi Damalis meri) Ebriosam mulierem dicit q̃ a Numida amabatur. vnde hic sensus est, Cum Numida certamen bibẽdi sit Damali nouo amico, non cum Basso. [Amystide) Amystis (vt quidam putant) potionis genus apud Thracas. Ideo Amystis dicta, ꝙ clausis oculis potabatur vno ductu. Alij Amystim gemmam volunt, quæ pñti vsu Amethistus dr̃. Clausa. n poculis ebrietatem ꝓhibere credebatur nam & apium si Manditur aduersus ebrietatem putatur prodesse. [Neu viuax apium) Diu viriditatem retinens, cuius pene folium non deficit viriditate. [Neu breue lilium,) Breue ad tp̃s retulit [Putres) Nimio potu marcentes, & libidine resolutos. [Lasciuis) In aduersa discurrentibus, & vagis. [Ambitiosior) Q̃in ambituꝰ & concupiscentia amplexu facili se ita illiget, vt ederæ consueuerunt.

POR. ET ture, & fidelibus iuuat Placare, & vituli sanguine debito) Hãc Oden scribit in honorem Pomponij noĩe Numidæ ꝓ cuius salute reuersi ex Mauritania, vota soluere æquũ esse dicit. [Et ture, & fidibus iuuat Placare,) Fidicinas hodie quoq. Romæ ad sacrifica adhiberi sicut tibicines, nemo est q nesciat [Iuuat Placare, Custodes Numidæ Deos,) Placare pro eo, qđ est, gratiam referre, intelligendum. non vt placati irati dñr, cum. n. Numidam dicat sospite redisse, apparet eum Deos propitios, & ante sacrifi ia habuisse. Custodes aũt pro conseruatorib. accipiamus. [Qui nunc Hesperia sospes ab vltima) Numida hic ex Mauritania, in qua militauerat, reuersus est. Ergo Hesperiã nunc occiduam partem intellige, non vt Hesperia á Virg. Italia dr̃. [Nulli plura tñ diuidit oscula, Quam dulci Lamiæ,) h. d. quod Numida, quamuis amplecteretur & oscularetur oẽs sodales, & amicos suos, nullum tñ osculatur plus, quam Lamiam. s. Aelium, de quo supra dictum est, Necte meo Lamiæ coronam. [Arctæ non alio rege puertię,) Puertia, pro pueritia, per syncopen dixit, Signat aũt Pomponium hunc Numidam a pueritia Lamia patrono vsum [Mutatęque simul togę.) Prętextam vtiq. togę mutatę, qua in deposita, virilis accipitur. Per hoc signat eos pariter adoleuisse. [Cressa ne careat pulchra dies nota,) Album calculum Cressam notam dicit. Quia Cretensibus mos erat, lętos dies calculis albis, quos in pharetras mittebant, notare, tristes autem nigris, per hoc ergo dicit poëta lętum diem exigendum. Neu prompta modus amphorę, Neu morem in salium sit requies pedum) Per quod signat, & largius bibendum, & saltandũ. Salij aũt sacerdotes Martis, hodieq. tripudiare in sacrificijs Martis dñr. vnde, Et Salij a Saliendo. i. a saltando dicti. Ordo est aut. Neu sit requies pedum Salium more. [Neu multi Damalis meri Bassum Threicia vincat Amystide) Amystis (vt quidam aiunt) potio quædam est apud Thracas. Alij poculi speciem esse aiunt, eo ꝙ necesse sit, vno ductu potionem, haurire. Sensus aũt est, Damalis, quæ multi meri est i. ebriosa, non vincat Bassum in potando, ideo Bassus quoque multum potat [Neu breue lilium) Quod breuis temporis est, hoc est cito deflorescit. [Putres oculos) Vino putres intellige. videmus enim ex vino oculos quasi languidos fieri. [Nec Damalis nouo Diuelletur adultero,) sensus est, Nec nouus adulter. i. amator, Damalim auellet, a pristino suo amatore. [Lasciuis ederis ambitiosior) Ambitiosa, ab ambitu lacertorum. i. amplexu, Damalis dicta est, quæ ob hoc ederæ comparata est, quia, & illa solet arbores ambire. i. circundare. ederas autem, lasciuas dixit, quia quasi ludentes vagæ serpunt.

ASCEN. ET ture, & fidibus) Argm̃ per Mancin. pater, vult. n. ob amici felicẽ reditum, post rem diuinam dandum esse epulũ, quod lautum quidem, & opipatum vult, sed sine litibꝰ, & zelotypia. Videtur aũt Lamiam alloqui. vt sit ordo. [O Lamia iuuat. i. delectat, & prosit. [Placare) i. placidos, & (vt dñt) contentos facere, q a dum dijs vouemus non sunt placati, donec reddiderimus vota. [Et). i. simul. [Ture, & fidibus) i. hymnis, & canticis ad lyram dicendis. [Et sanguine vituli debito). s. ex voto. [Deos custodes Numidæ). s. amici nostri [Qui nunc) Subaudi reuersus. [Sospes). i. incolumis. [Ab vltima Hesperia). i. vltima parte Hispaniæ. [Diuidit Caris sodalibus multa oscula) Vt de more faciunt Itali, dum post longam peregrinationem, ad suos se recipiunt, tñ nulli diuidit plura, quam Lamiæ. s. Aelio, dulci. s. amico & sodali. [Existens memor puertiæ) Pro pueritiæ. [Actę) i. trãsactæ. [Non alio rege). i. sub eodem rege, seu rectore, hoc est sub eodem pædagogo. [Et memor togæ mutatæ simul) Quòd vno die togam virilem sumpserit cum Aelio Lamia. Et ideo. [Ne dies pulchra). i. festiua. [Careat nota Cressa) i. Cretensi, quia in Creta est multum cretæ. i. terræ albæ. vnde sicut carbonem pro nigredine, sic cretam pro albedine ponunt poëtæ. Non ergo intelligamus Cretẽsium esse morem, lapillos candidos in vas conijciendi diebus lætis, sed diem lætum posse notari creta. i colore candido. [Non modus). i. mensura. [Sit amphoræ). i. vasi vinario capaci. [Promptæ). i. depromptæ. [Neu). i néue. [Requies vlla sit pedum in morem salium). i. quin saltent, vt Salij, dum ancilia ferunt. Et potest esse salium, pro saliorum, aut adiectiue dictum. [Neu multi) Vult, vt Damalis bibax, & lasciua mulier amica quondam Numidæ, adsit quidam, sed sine suspicione zelotypiæ, quam ne iniciat, monet, vt non alteri adbibat, licet alij eam lasciuius inspiciant. Ordo est. [Neu Damalis amica Numidæ) Mulier sup. [Multi meri) s. capax. [Vincat). i. superare cõtendat. Bassum amatorem suum absente Numida [Amystide). i. poculo vno haustu, & clausis oculis siccando [Threicia). i. quo Thraces vti solent. [Neu rosæ desint). i. vt adsint epulis. [Nec apium viuax). i. diu virens, aut virere faciens. nam Est apium dictum, quod apex hoc ferre solebat victoris, veterum fieret dum more triumphus. [Neu lilium breue) Quantum ad tempus. i. breuiter decisutum sup. desit. Et omnes deponant, aut deponent [Oculos putres). i corruptos. [In Damalim). i. eam lasciue respiciant. [Nec Damalis Diuelletur a Numida nouo adultero). i. per nouũ adulterum, existens. [Ambitiosior) .i. arctius ambiens, & complectens Numidam. [Ederis lasciuis) .i. quam faciant ederæ lasciuæ truncum aut murum cui adhærent.

## AD SODALES.

*Gratulatur Augusto reuerentia victoria Actiaca, quàm superato Antonio & Cleopatra nauali pugna reportauerat, ait n. genio esse indulgendum, propulsato periculo quod imperio Rom. imminebat. Antonius n. non contemnendis viribus pro summa Imperij decernere parabat superior futurus, si celeritate vsus ineptijs & delitijs vxoris non indulsisset.*

### *Ode XXXVII. Tricolos Tetrastrophos, Vt: Vides, Vt alta stet niue candidum.*

--u---uu-u-
--u---uu-uu
--u---uu-u
-uu-uu-u--

Nunc

*Vide an not Frā. Rob sup isto loco.*



VNC est bibendū nūc pede libero
Pulsanda tellus: nunc saliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus sodales.
Antehac nefas depromere cæcubum
Cellis auitis: dum Capitolio
Regina dementeis ruinas,
Funus & imperio parabat,
Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum: quidlibet impotens
Sperare, fortunaq. dulci
Ebria. sed minuit furorem
Vix vna sospes nauis ab ignibus:
Mentemq. lymphatam Mareotico
Redegit in veros timores
Cæsar, ab Italia volantem
Remis adurgens: accipiter velut
Molleis columbas, aut leporem citus
Venator in campis niualis
Aemoniæ: daret vt catenis
Fatale monstrum. quæ generosius
Petire quærens, nec muliebriter
Expauit ensem: nec latenteis
Classe cita reparauit oras.
Ausa & iacentem visere regiam
Vultu sereno fortis, & asperas
Tractare serpenteis: vt atrum
Corpore combiberet venenum;
Deliberata morte ferocior:
Sæuis Liburnis scilicet inuidens
Priuata deduci superbo
Non humilis mulier triumpho.

ANTO.



VNC est bibendum:) xxxvij. Ode sodales hortatur ad lætitiam & voluptatē ob victoriam quidem, ab Augusto habitam contra Antonium, & Cleopatram, quæ ruinas, & funus Rom. Imperio parabat. [Pede libero) .i. solutiori, & lasciuienti. [Saliaribus dapibus) .i. copiosis & solēnibus. nā saliares sacerdotales cœnæ erant, quas Salij faciebant amplissimi apparatus. vnde Plin lib. xxj. c. iij. de coronis scribens, ait Sutiles. Saliorum factis inuenimus & solēnes cœnas. Apul. item lib. iiij. sic vt equus quidem meus tanta copia & quidem solus potitus Saliares se cœnasse cœnas crederet. [Puluinar deorum) Puluinaria dicebantur, aut lecti deorum, aut tabulata in quibus stabant numina, vt euidentiora essent Acron ita scribit Seru. etiā lib iij. Georg ait, quod puluinaria sunt proprie lectuli, qui sterni in quibusdam templis consueuerant. [Regina) Cleopatra .s. de qua latius quomodo fugerit diximus in Epodo ix. Est aūt ordo: Dum Regina impotens sperare quidlibet. & ebria dulci fortuna cum grege turpium virorum contaminato, morbo parabat Capitolio dementes, ruinas, & funus .i. exitium imperio. [Dementeis ruinas,) Pro ipsa demens. [Contaminato) Corrupto. [Morbo) Castratione. [Turpium virorum:) .i. Spadonum qui Cleopatram sequebantur, de quibus late in Epodo ix. [Impotens) Valde potens. Virg. item lib. j. Georg. Nunquam imprudentibus imber obfuit .i. ualde prudentibus. Cic quoque lib. v. Tusc. Qui nihil metuant, nil agant, nil concupiscant, nulla impotentia efferantur .i. valida potentia. [Ebria) Elata, & imprudenti felicitate, vt ebrij uino. [Vix vita sospes nauis) Quo pacto euaserit Cleopatra, videto latius in Epodo ix. [Ab ignibus) Multæ enim Antonij naues vstæ, multæ submersæ, multæ captæ sunt, de quibus ample legito in Epodo ix [Lymphatam mentem) .i. cōmotam insania, & vesanam. Varro. n. scribit, quod in Græcia cōmota mente, quos Lympholeptos appellant, Lymphatos dixerunt nostri. [Mareotico) Vino .s. a Mareotide palude Ægypti, vbi optimum vinum hinc ait poëta lib. ij. Georg Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ. [In veros timores) Quia vere time bat ipsum Augustum sine spe, quod eum suis illecebris corrumpere posset, ut alios fecerat .s. Iul. Cæsarem, & M. Antonium. [Adurgens) Prosequens [Velut) .s. adurget. [Accipiter) Auis est quæ solo raptu viuit. [Molles columbas) Imbelles & mites: Aut molles dixit quia ad capiendum faciles sunt, vt Virg. Quam facile accipiter saxo sacer ab alto. Consequitur pennis sublimē in nube columbam. [Citus venator) .i. celer, & velox in prosequendo feras, & repete à superioribus, adurget. [Hæmoniæ) .i. Thessaliæ. nam Thessalia ipsa priori seculo Pyrrhæ ab Deucalionis vxore Pyrrha nominabatur, & Hæmonia ab Hæmone, à cuius filio Thessalo Thessalia vocata est. Pluta Strabo lib. ix. [Hæmoniæ) Hic fiat colon. nam superiori sententiæ conuenit, non sequenti. Fatale fatis ei seruatum, vel fatale .i. mortiferum. [Nec latenteis Classe cita reparauit oras) Sensus est ꝙ Cleopatra apud Actium victa in patriam, fuga, delata est noluit. n. veloci classe extremas Ægypti oras adire, illasq. sibi munire, quo tutior esset Plutarchus autem in Antonij vita scribit, quod vbi in Alexandriam appulit Cleopatra, inter rubrum & Ægyptium, mare transferre classem instituit in Arabicum sinum, & cum auro, & argento, & magna suorum manu in ignotas sedes cōmigrare, fugiens, bellum, ac seruitutem. Sed cum primas naues per terrā, delatas Arabes igne corrupissent & Antonius tunc etiam in legionibus, quas apud Actium reliquerat spem haberet, & incolumes esse putaret frustra tamen destitit Cleopatra ab inceptu, & portus, ac littora custodire contendit, vacans cum Antonio uti prius luxuriæ, & lautiæ, ac sumptui. Interea ob Augustum in vrbem reuocatum ab Agrippa, quia res vrbanæ præsentiam suā desiderare videbantur, facta est dilatio belli. Demum exercitum in Alexandriam adduxit. Antonius aūt suis militibus destitutus, & proditus, cum accepisset Cleopatram (licet falso) sibi mortem consciuisse, gladio sibi uētrem percussit, seq. in lecto posuit. Deinde ad Cleopatram deductus est adhuc viuens, cui multa pixit, inde sumpto vino expirauit. Post hæc misit Augustus Proculeiū, vt Cleopatram uiuam adduceret, quo eius pecunijs cōgestis potiretur, & in triumpho etiam duceretur. Illa tamen cōtendit gladio quo accincta erat se ipsam necare. Proculeius vero ademit libi, febre postea oppressa est nimio planctu. Qua de re eam adijt Augustus, promittens quam plurima vti ipsa optabat, & hoc ne se occideret. Attamen ne in triumpho deduceretur, clam Augusto sibi mortem consciuit, aspidis morsu in brachio recepto. Accurrens autem Augustus inuenit eam mortuā aureo in lecto iacentem regio more ornatam, quā postea magnifice, ac rege vna cum Antonio sepeliri iussit. [Iacentem regiam) .i. territam & mœstam Alexandriam. [Fortis) Magnanima. [Asperas serpentes) Quia solo visu perterrefaciunt homines, & ipsa interresacta ita stabat [Deliberata morte) .i. ubi mori decreuit [Ferocior sæuis Liburnis) App. lib. ij. scribit: Illyriorum gentem Liburnos esse, de quibus multa in j. Epodo. Liburni autem (vt etiam Porph. scribit) dicuntur ad mortem esse paratissimi. [Scilicet inuidens) Sensus est, quo Cleopatra se occidit inuidēs Augusto, ne ipsa regina priuata .s. regno .i. captiua, & serua deducetur in triumpho superbo .i. glorioso, ob eam deductam.

*Puluinar*

*Lymphati*

*Lympholepti*

*Mareotis*

*Hæmōia*

*Thessal.*

*Cleopat.*

*August⁹. Cleopatra mors*

*Liburni.*

ACR.

NVnc est bibendum, nunc pede libero) Metrum duobus versibus Alcaicum. Tertius Dimeter nouenarius iambicus hypercatalect. Quartus pindaricus. Post ciuile bellū primum imperium Rom. inter tres diuisum est, ita ut Antonius Orientem, Augustus, Gallias, Vrbē Lepidus obtineret. Ant. Augusti sororem habuit vxorem, qua spreta, amore ductus, Cleopatræ Ptolemæi sorori coniunctus est. Qua indignatione Augustus aduersus Antonium, & Cleopatram bellum gessit, apud Actium promontorium Epiri & præfecto classis Agrippa, superauit Antonio prœlio nauali. Quo victo & Alexandriam cœpit Hac ergo, Ode lætitiam suā signāt ob victoriam Augusti. [Pede libero) Aut a periculis, aut a fuga securo, aut lasciuienti. [Pulsanda tellus) Pedum plausu ferenda. [Nunc saliaribus) Saliares cœnæ, quas Salij faciebant, dicuntur amplissimi appararus fuisse, vnde & in prouerbio erat, Saliares cœnas dicere opiparas & copiosas. Ordo est. Nunc est tps ornare puluinar deorum, Saliaribus dapibus. Puluinaria dicebantur, aut lecti deorum, aut tabulata, in qbus stabant numina, vt eminentiora viderentur. Erat pro est. [Dapibus sodales) Post saltationem. n. hostijs epulabantur, ut Lucos vocat hostia pinguis in altos. [Cellis auitis:) Antiquis cellis vinarijs .i vinū auitū. [Dū Capitolio rc. Cleo.) Vt est, Terruit illa suo, si fas, Capitolia sistro. Ordo est. Dū regina impotēs sperare quodlibet, & ebria dulci fortuna parabat funus, & demētes ruinas Capitolio, & imperio cū grege turpium viroꝝ contaminato morbo. [Turpiū) Eunuchoꝝ, quos satellites habuit Cleopatra

aut

aut malæ vitæ, aut æratoꝝ [Ebria) Elusa fortunæ successu, & ob hoc demens, inconsulta, improuida, sicut ebrij esse solent. [Vix vna sospes naues ab ignibus : ) Aut nauis, qua fugit Cleopatra, aut ꝑ allegoriam ostendit Cleopatrã primũ Iulium Cæs. corporis sui illecebris cœpisse, ſm Antonium, Augustũ deinde tẽtasse, sed eum eius vitasse cõplexus ideo vna sospes nauis ab ignibus. [Lymphatã) Ebrietate insanã [Mareotico) In Ægypto Mareotis palus est, iuxta quã vinum optimũ nascitur, ꝙ ex eius vocabulo Mareoticum appellatur, vt supra : Et Mareotides albæ, & Mareotica fumant. [Volantem) Vt illius fugæ celeritatem ostenderet. [in veros timores) Non fictos. [Volantem) Aut fugientẽ, vt pedibus timor addidit alas, aut nauigantem, vt, Pelagoq. volamus. Ordo est. Cæsar adurgens sup. illam volantem ab Italia, velut Accipiter vrget molles columbas, aut citus Venator vrget leporem, vt fatale monstrũ daret cathenis in campis niualis Hæmoniæ, sup. a superiore minuit furorem &c. Molles aut ꝑꝑ teneris vires, aut certe captu faciles, vt Virg. Quam facile. Accipiter saxo facer ales ab alto consequitur pẽnis, sublimẽ in nube colũbam. [Niualis) Frigidæ, & niuosæ. [Hæmoniæ) Thraciæ ab Hæmo, mõte ibi.n pugnatum est. Virg. O qui me gelidis in vallibus Hæmi sistit. [Fatale monstrum) Aut turpe dixit, vnde, & prostantes fatales dñi, vt est, Romam non casta malo, aut velut monstrũ satis sibi reseruatum, aut fato Romanis subiectũ. [Generosius) .i. maiore, quã sexus exigebat animositate. [Nec latenteis Classe cita reparauit oras) Fines regni latentes .i. non colligit denuo exercitum, ex intimis regni partibus. Perditis n rebus Cleopatra, dum omnis in eius auxilium Ægyptus conspiraret, ne ante reparato bello ad inferiora descendens, & genti suæ exsisteret grauis, aut occasionem gloriosæ mortis effugeret contẽpsit amorẽ, vel deuotionem suoꝝ Quod Virg. regioni dans in fluminis appellatione retulit. Nilum auxilia offerentẽ, vt est, Pandentemq. sinus, & tota veste vocantem Cœruleũ in gremium lacrymosaq. flumina victos. [Ausa, & iacentẽ visere regiam) i. regnũ suũ desperatum, & deiectum. Vultu. s. in territo & veluti læto, ut spem vultu simulat, ꝑmit altum corde dolorem. [Fortis) Quæ habebat ex desperatione virtutem. Et asperas tractare serpenteis, vt atrũ. Corpore combiberet venenum Cleopatra metu capta, ne duceretur in triumphum, corpori suo serpentes apposuit, quorũ interiret veneno, vt, Necdum ẽt geminos a tergo respicit angue. [Deliberata) Aut pro adhuc in cogitatione, & tractatu habita posuit, aut ꝑ iam statuta morte, ut decreuitq. mori. [Ferocior, prõptior sæuis Liburnis fuit ad mortem) Illi n. libenter moriuntur, aut sæuis sibi, per quos victa est, aut sæuis fortibus, vt Sæua paupertas, vt Sæuus Hector. Sæuumq. tridentem, aut quia Liburnorum gens ad moriendum prompta dr̃, quibus illa ferocior fuit. Virg. Regna Liburnorum, & f. f. t. [Scilicet inuidens) Ordo est. Scilicet non humilis mulier inuidens, priuata deduci superbo triumpho, inuidens Aug ne captiuitas sua illi speciosiorem faceret triumphum. Nam & Liuius refert, & Cleopatram cum de industria ab Augusto capta indulgentius tractaretur, dicere solitam. Non triumphabor. [Deduci) Subtrahi.

POR. NVnc est bibendum,) Hac Ode lætitiam profitetur suam poëta ob victoriam Actiacam Augusti, qua M. Ant. apud Actium ꝓmõtorium nauali ꝓlio superauit, ac deinde Alexandriã cœpit. [Nũc pede libero Pulsanda tellus) .i. libere tripudiandũ est, ac ꝑ hoc ludendum. [Nũc Saliaribus Ornare Puluinar deoꝝ tps erit dapibus sodales) Sacerdotales cœnę, quas Salij faciunt dñt esse amplissimi apparatus. Vnde in prouerbio. Saliares cœnas dicere opiparas, ac copiosas. [Ante hac nefas depromere Cæcubum Cellis auitis) Per cellas auitas, vinum vetustũ signat. [Funus, & imperio parabat) Funus pro exitio positũ est. Imperio aũt vtique Romano intelligendum. [Contaminato cũ grege) .i. cum grege spadonum, quos Cleopatra satellites, & cubicularios habebat. [Quos modo turpes dixit, quia fere, ij effœminati sunt. Fortunaq. dulci) Hoc est fortunæ successu demens & inconsulta. [Sed minuit furorem vix vna sospes nauis ab ignibus) Vna nauis, qua. s. effugit victa ab Augusto, secundũ vnam nauem dictum accipe. [Mentemq lymphatam Mareotico Redegit in ue'o timores) Mareotis paulus esse dicitur in Ægypto, vnde vinum Mareoticum. Dicit ergo lymphatam mentem Mareotico ex ebrietate vesanam accipi [In campis niualis Hæmoniæ) Hæmonia dicitur ab Hæmone monte, quem niualem merito appellauit, quia est frigidissimus. [Daret, ut cathenis Fatale monstrum) A fato sibi seruatum, aut detestabile. Aut dictum hoc accipiamus, quasi decreto nobis fatoꝝ obiectum. [Nec muliebriter. Expauit ensem) Non tanquam ense perierit Cleopatra, sed signat eam tam præstantem animi fuisse, vt ensem quoque non timuerit. [Nec latentes Classe cita reparauit oras,) Hoc est. Nec fugit in latenteis. i. intimas Aegypti regiones, vt vires inde repararet. [Fortis & asperas tractare serpenteis, vt atrum corpore combiberet venenum) Hoc ideo dicitur quia serpentem sibi apposuit, cuius morsu perijt. [Deliberata morte, ferocior sæuis Liburnis) Deliberata, verũ pro cognita positum est, an vero de qua pleique deliberant. i. dubitant ? vt sit hoc perpetuum epitheton mortis. Signat autem in ipsius mortis significatione constantissimum fuisse. Liburni gens ferox, Illyrici ad moriendum apparatissima. [Scilicet inuidens priuata deduci superbo Non humilis mulier triumpho) Inuidens. s. Augusto, ne captiuitas sua illi gloriosiorem, honestioremq. triumphum faceret ornatu. Nã & Titus Liuius refert, illa cum de industria, ab Augusto in captiuitate indulgentius tractaretur. identidem dicere solitam fuisse, id est non triumphabor ab alio οὐθριαμβεύσομαι.

ASCEN. NVnc est bibendum) Epulum cum victima celebrandũ monet, sodales, ob victoriã Augusti cõtra Antoniũ, & Cleopatrã in bello actiaco, meminit aũt potius Cleopatię, q̃ Antonij ꝙ hic Romanus, illa barbara sit, quodq. hic illius auspicijs. & militibus rem male gesserit. Verum, quia (vt dicit Maro Aeneid. ij.) Nullum memorabile nomen. Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem Extinxisse nefas &c. ideo inducit Cleopatram virili animo bellantem, & victam sibi mortem consciscentem. Et quia id præter naturã muliebrem facit, monstrum vocat, vt in processu patebit. Ordo autem hic est. [O so.) .i. ò socij mensæ, quibuscum nesci, & conuiuere solitus sum. [Nunc est) .s. nobis, & omnibus Romanis, bibendum .s. ad voluptatem (nam ad necessitatem semper bibendum est.) Notum autem est gerundium in dum, & eius gerundiua nomina cum verbo est importare quandam necessitatem, aut decentiam, vt ita faciendum fuit. i. ita oportuit factum. Mos gerendus est Thaidi. i. decet morem gerere, &c. & vtrunque etiam hic, nam bibendum est gerundium pulsanda gerundiuum nomen. Tellus pulsanda nunc quod emphrasim per exclusionem habet, quia non prius pulsanda est in quam. [Pede libero). s. à curis, & solicitudinibus, hoc est nunc liberius saltandum, & tripudiandum est, & tempus erit nunc ornare. [Puluinar). i. Tabulas, aut potius lectulos deorum qui in epulo & viscerationibus sterni solebant, quasi & dij ipsi accumberent. nam in lectis olim faciebant conuiuia, vnde & triclinium dictũ est. hinc enim ait poëta noster primo sermonum. Sæpe tribus videas lectis cœnare quaternos. vbi autem hic dicitur. Tempus est ornare puluinar orator diceret ornandi puluinaris. [Dapibus saliaribus) .i. opiparis, & sumptuosis, quales sunt Saliares. Nam sicut regiũ & regale differunt, vt quicquid regis sit, regium dicatur regale autem regis magnificẽtia dignum siue eius, siue alterius sit, sic Saliũ, & Saliare. nam Saliũ est Saliorum. Saliare, Salijs dignum veteri ergo de more sacerdotes, & rebus sacris dediti mensis pinguioribus indulserunt. Vnde bene dicit dapibus, nam & dapes volunt esse deorum, aut solemniores escas. Addit quare dixerat. Nunc, quia ante hac. i. ante huius tempus, nefas supple fuit depromere, id est promendo extrahere. [Cellis auitis) Id est in quibus aui vinum condiderant, & ita fane vetustum significat quod in pretio summo erat quod etiam à patria laudat, addens. [Cæcubum) Supple vinum, natum in Cæcubo monte Campaniæ. Ante dico erat nefas. dum Regina. s. Cleopatra regina Ægypti. [Impotens) i. valde potens. vt Mancinellus asserit. vel reuera impotens .i. per impotentiam animi, quia non poterat continere aium à speranda re illicita & quam assequi non posset. Vnde sicut (quod recte docet in Enchiridio diuus Augustinus) Deus, & sancti in cœlo, q peccare non possunt. non sunt dicendi ob id impotentiores, sed multo potentiores, sic qui appetitum suũ ab illicitis arcere nequeunt, non potentes, sed impotentes dicendi sunt, id vitium impotentia merito vocatur. [Regina ergo impotens) .i. per impotentiam abstinendi à negatis, coacta sperare quidlibet, id est quamlibet rem tam concessam, quam non concessam Nec legendum est quodlibet, nam quodlibet est adiectiuum, nec stat sine substantiuo, quidlibet autem substantiue ponitur, & per se plenum est. [Et Ebria) Docet quo modo impotens effecta es, quia effecta ebria, id est rationis expers, fortuna dulci, quia (vt dicit Maro) Aspirat primo fortuna labori, & sic quoque Cleopatræ euenerat quæ primo vicerat, & quia Antonio trium viro nupserat sperabat posse imperium Romanum assequi. [Cum grege turpium virorum) Scilicet Spadonum contaminato, id est qui grex erat contaminatus morbo .s. castratione. dicuntur enim Spadones à verbo greco σπάω, quod est euello, ob testiculos euulsos. Parabat Capitolio. i. Arci Romanæ. [Ruinas dementes). i. dementer conceptas

& parabat

& patabat imperio.ſ.Rom.[Funus).i.exitium quia actū fuiſſe de imperio R. ſi ipſa uoti compos fuiſſet,ttaduxiſſet.n. reꝶ ſummā ad Ægyptios. In quo ēt poëta callide attruit iuſtam Auguſti cauſam,qui pro Rom.imperio bellabat. Ebria etgo fuit, ſed. [Vix vna nauis).ſ. in qua ipſa euaſit ſoſpes.i.incolumis.[Ab ignibus) .ſ. immiſſis à Romanis. [Minuit) .ſ. Cleopattæ furorem, inelt dementiam,& temeritatem,quia oculos, quos læta fortuna etipuit aduerſa reſtituit & tedegit mentem.ſ.Cleopatræ. [Lymphatam).i.furore,& ebrietate pcitam. [Mareotico).ſ.vino,quod in Mateotide palude Ægypti naſcitut, hoc eſt confidentia, quam prius ex læto ſucceſſu in Ægyptijs ſuis habebat, in timores ueros,qm̃ vana fuetat confidentia. Poteſt & huic fini eſſe alius ordo,vt iam dicam. Cæſar ab Italia (tecitat quanto impetu Cæſar Cleopattam) vt eam caperet inſecutus ſit & quanta animoſitate illa in fugam coacta, cum non eſſet ſpes reparandi exercitus,ne in ttiumphum ducetetut,adhibitis ſetpentibus ſibi mortem conſciuetit,quod(vt dixi)in laudem vetgit Auguſt. Nam laus victoris ex pretio dependet victi.Patum.n.fuiſſet mulierem muliebtitet agentem viciſſe,vnde ironicos dicit Iuno ad venerē Æn. lib. iiij.Egregiam veto laudem,& ſpolia ampla teſertis. Tuq́. puetq́. tuus,magnum,& memorabile numen.Vna dolo diuum,ſi fœmina victa duorum,dicit ergo Cæſar adurgēs ſup. erat remis.ſ.ſuis .ſ.illam vnam nauim Cleopattæ(volantem) .i.celeriter aufugientem ab Italia,cum prius etiam Capitolio ruinas paraſſet, aut q̃a non eſt verbum,conſtruamus cum ſuperiotibus ſic.Et Cæſat adutgens remis illam vnam nauem Cleopattæ volantem ab Italia, redegit mentem Cleopatræ lymphatam.i.inebriatam. [Mareotico).ſ.vino in veros timores. Adurgens dicit uelut. [Accipiter) .i.auis illa prædattix ſup.adurget. [Columbas mol.) .i.imbelles, & mittes.[Ac vel. ue. ci.) i.celer adurget ſup. leporem in campis Hæmoniæ .i. Theſſaliæ. [Niualis) .i. niuibus conſperſæ,cum eſ fugere non poteſt, adurgens dico, vt datet cathenis .i. vinculis. [Monſtrum fa.) .i. mulierem, quod monſtri ſimile eſt, plus quā viriles animos habentem. [Sed fatis) .i. morti deſtinatam. Et quia emphaticos monſtrum pro monſtruoſa muliere poſuit, teſert non ad vocem, ſed ad rem, dicens. [Quæ) .ſ. mulier monſtruoſa. [Quære nos) .i. intendeus perire generoſius .ſ. quam mulieri competat, nec expauit muliebritet .i. more mulierum, vnde dictum eſt. Bellaq́. mattibus deteſtata enſem.i. mucronem nec repatauit cita .i. veloci claſſe .i. & non tepetiuit ad reparandum exercitum. [Oras) .i. extremas partes regni latentes .i. in quibus latete potuiſſet. [Auſa viſere) .i. ire viſum aut videre. [Vultu ſe.) .i. impetterrito, & .i. ſimul regiam, aulam iacentem .i. concuſſam ex re male geſta, & .i. ſimul, ipſa fortis .i. animoſa auſa eſt tractare ſerpentes aſpetas .i. aſpides uenenoſas. [Vt combiberet) .i. continetet,& imbiberet. Corpore.ſ.ſuo. [Venenum atrum) i. atram mortem inducturum, exiſtens motte deliberata .i. poſtquam deliberauerat,& decteuetat moti. [Fetociot Liburnis) .ſ. populis Illytiæ. [Sæuis) .ſ. in ſe quia ad mortem paratiſſimis. [Scilicet) .i. ſcire licet,cur id fecerit. [Quia inuidens mulier non humilis) .i. regalibus natalibus natæ,deduci priuata .ſ. tegno ſuo. [Supetbo) .i. pompoſo, & magnifico triumpho .ſ. Cæſaris Auguſti, vbi acquiſitus eſt, color eſt antitheſi .i. contra poſitione,nam humilis,& ſuperbus antitheta ſunt.Dicitur.n.humile ab humo,quaſi humi ſerpens ſuperbum,à ſupra, quaſi ſublime. Etat autem muliet non humilis,quantum ad genus, & animos humiliata tamen pet fottunam,quia victa.

## AD PVERVM.

*Ad miniſtrum ſuum, cui ſcribit ſe non delectari exquiſito apparatu, ſed parabili,frugaliq́; vita.*

### *Ode XXXVIII. Tricolos Tetraſtrophos, Vt:*

*Iam ſatis terris niuis, atque dira.*

-∪ -- -∪∪ -∪--
-∪ -- -∪∪ -∪-
-∪ -- -∪∪ -∪ -∪
-∪∪-∪

PErsicos odi puer apparatus:
Diſplicent nexæ philyra coronæ:
Mitte ſectari, roſa quo locorum
Sera moretur.
Simplici myrto nihil allabores
Sedulus curo. neque te miniſtrum
Dedecet myrtus, neque me ſub arcta
Vite bibentem.

**ANTO.** PErsicos odi puet apparatus:) Ttigeſimaoctaua, & vltimi huius primis uoluminis Ode. Suo puero ſcribens,odiſſe ait perſicos, & ampliſſimos appatatus. Itaq́. medioctia ſibi ad uoluptatem patanda monet. Perſicos odi puer apparatus.[Perſicos apparatus:) Viuo Perſæ magnopere tempetant, tñ cuiuſque generis uoluptatibus,quas audierint,ſtui ſtudent. Quod Herodotus lib.j. ſcribit. [Diſplicent nexæ philyra cotonæ:) Philyta caſus eſt ablatiui,vnde Ouid. ēt lib. v. Faſt. ait, Ebrius incinctus philyra conuiua capillos Saltat. Plin. autem lib. xvj. de Tilia, inquit, intet corticem, & lignum tenues tunicas eſſe multiplici membrana,è quibus vincula Tiliæ vocantur Tenuiſſime earum philyræ coronarum Lemniſcis celebres antiquorum honote. Feſtus vero ſcribit,Lemniſcos falſciolas fuiſſe dependentes ex coronis. Plin. lib xxj. cap.iij. ſic ait, Craſſus diues primus argento,auroq́. ſolia imitatus ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerunt quoque, & Lēniſci, quos adijci ipſarum coronarum honos erat propter Hetruſcas,quibus iungi niſi autei nō debebant, puri diu fuete ij,cælate eos primus inſtituit P. Claudius pulcher, bracteasq́ etiam philyræ dedit hæc ille. [Philyta) .i. Tiliæ libro & mēbranula.[Sera) Tarda.[Moretur) Moram trahat vltra alias. Plinius lib. xxj. ſcribit,ꝙ roſa Catthagine. Hiſpaniæ, hyeme quoque tota precox eſt. Precox item Campana,ſera Mileſia, nouiſſime tamen deſinit Præneſtina. [Simplici myrto) .i. cui nil aliud addatur. Eſt autem ordo. [Sedulus ego curo nihil allabores) .i. laborando addas ſimplici myrto.[Sedulus) Sine dolo,& ſimplex. [Sub arcta vite bibentem.) Pampinis denſa, & vmbtoſa, quod quidem in æſtu pergratum eſt.

**ACR.** PErſicos odi puer apparatus:) Puerum ſuum alloq̃tut,& elegantē miniſtrū,quē ſibi mediocria habet parare, negans ad voluptatē opus eſſe magnifico apparatu,& opimo. Perſæ aūt ob nimias diuirias, in ſumptuoſiſſimis delitijs degete dñr. [Philyra)Phylō Græce ſolium dr̃,hic etgo coronā de folijs factā poſuit,vt quia ipſæ ptioſiores ſunt. [Mitte ſectati,) Vetat puerū roſas quæ iam peracto vere inueniri ſolent,ſtudioſe quærere. [Sera) Tarda: vt, Æſtatem increpitans ſeram. [Simplici) Singulari, cui nihil aliud adiungitur. [Neque te miniſtrum Dedecet myrtus) .i. tametſi myrto Præter roſam vteris,non te dedecet, q̃a nō faciet te gratiæ minoris. [Sub arcta Vite) Sub humilitate.

**POR.** PErſicos odi puer apparatus:) Ad puerum ſuum de hilaritate loquirur,negans ad voluptatem opus eſſe magno apparatu. Perſæ aūt reges ob nimias diuitias in ſumptuoſiſſimis delitijs vitam agere dñr. [Diſplicēt nexæ philyra coronę:) Hoc eſt diſplicēt coronæ operoſius factæ mitte ſectari, roſa quo locoꝶ. [Sera moretur.) Vetat pueꝶ magnopere roſas ſibi q̃rere,quæ ſolēt iam præterito Veris tpe ex frigoribus afferri. [Simplici myrto nihil allabores)Senſus. Nihil allabores myrto applicare.Simplex.n myrtus delectat, nec in hac re uolo ſedulus ſis .i. curioſus,vt plus q̃ myrto coroneris.Ordo eſt autem.[Nihil curo).i.non curo,ac per hoc nolo,ut plus quā &c.[Neque ſub arcta Vite bibentem.)Arctam vitem ſpiſſem,ae per hoc vmbtoſam accipe. Plaut.in Aul.Myrto etiam fœm. gen. dixit,& centro.Fœminino ſic,Emyrteta proſiluit &c. Hæc myrtus Veneris eſt, hæc myrteta nomen ſignificar.

**ASCEN.** PErſicos odi)Hac Ode huius libri vltima modeſte cōmemorat poëta parſimoniam ſuam, ſignificans ſe amate cœnam parabilem ſine magno apparatu idq́. ex profeſſione Epicuri,qui cum voluptatem potiſſimum animi,ſummum bonum cenſeret,nec eam aſſequi poſſet,niſi qui modicis contentus ſit,nō.n. cui uis contingere poteſt terum effluentia, ſæpe ad parſimoniā, & ut apud Senec. legitut, parcos hottulos, inuitauit ſectatores ſuos. Ordo igitur eſt. [O puer) .i. miniſter. [Ego odi) .i. odio proſequor. [Apparatus Perſicos) .i. nimis lautos & ſumptuoſos, quales habent Perſæ, vnguento, & reliquo apparatu nimis indulgentes & coronæ .ſ. ex roſis, hoc eſt ſerta. [Nexæ)

Id eſt

Id est connexe filis. [Philyra) .i. ad philyram, hoc est circulum factum ex libro seu cortice interiore. Tiliæ displicent sup. mihi q.d. Contentus sum simplici frōde, & ideo. [Mitte).i. omitte, aut dimitte. [Sectari).i. disquirere. [Quo locoꝝ).i. in quo loco. [Rosa moretur) .i. permaneat anteq̃ defluat. [Sera) .i. tarda, vt. s. fa- ciunt delicati, qui rosas cum apud se defecerint, ex alienis locis comparant. [Ego curo) .i. volo vt tu sedulus .i. quamuis sis sedulus .i. seorsum a dolo, hoc est diligenter seruiens. [Nihil allabores).i. nihil per laborem adijcias. [Myrto simplici) .i. puræ, & in permixte, quia neque myrtus dedecet te ministrum, i. cum sis minister, neque dedecet me bibentem .i. cum bibere patem, nō sub lacunari aureo, sed sub uite etiam arcta .i. non sane ampla.

# Q. HORATII FLACCI CARMINVM LIBER II.

## AD ASINIVM POLLIONEM.

*Deterret Asinium Pollionem, virum vndecunque eruditissimum & ornatissimum a scribenda historia belli ciuilis inter Cæsarem, & Pompeium, quod id adhuc minus tutum esset, laudatq; eum à pietate & prudentia, à dignitate, quod de Dalmatis triumpharit, ab eloquentia, quod ita scribat, vt geri videatur, non narrari, & ob oculos poni. hinc belli ciuilis calamitatem deflet, quo Romani se mutuo conficiunt, Denique musam monet, vt à cantu lugubri temperet & nænia, cuius inuentor fuit Simonides Ceus.*

*Ode I. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Vides, Vt alta stet niue candidum.*

--u-- -uu-uu
--u-- -uu-u-
--u---u-u
-uu-uu-u-u

MOTVM ex Metello consule
 ciuicum,
Belliq. causas, & vitia, & mo
 dos,
Ludumq. Fortunæ, & grauesq.
Principū amicitias, & arma
Nondum expiatis vncta cruo
 ribus,
Periculosæ plenum opus aleæ,
Tractas: & incedis per igneis
 Suppositos cineri doloso.
Paullum seueræ musa tragœdiæ
 Desit theatris: mox, vbi publicas
 Res ordinaris, grande munus
 Cecropio repetes cothurno,
Insigne mœstis præsidium reis,
 Et consulenti Pollio curiæ:
Cui laurus æternos honores
 Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuum
 Perstringis aureis: iam litui strepunt:
 Iam fulgor armorum fugaces
 Terret equos, equitumq. vultus.
Audire magnos iam uideor duces
 Non indecoro puluere sordidos:
 Et cuncta terrarum subacta,
 Præter atrocem animum Catonis.
Iuno, & deorum quisquis, amicior
 Afris, inulta cesserat impotens
 Tellure: victorum nepotes
 Rettulit inferias Iugurthæ.
Quis non Latino sanguine pinguior
 Campus sepulcris impia prœlia
 Testatur? auditumq. Medis
 Hesperiæ sonitum ruinæ?
Quis gurges? aut quæ flumina lugubris
 Ignara belli? quod mare Dauniæ
 Non decolorauere cædes?
 Quæ caret ora cruore nostro?
Sed ne relictis musa procax iocis
 Cææ retractes munera næniæ:
 Mecum Dionæo sub antro
 Quære modos leuiore plectro.

MOTVM ex Metello) Hac prima Ode secundi voluminis hortatur poeta Asinium Pollionem tragœdiarum scriptorem, dum ciuilium bellorum Cæsaris & Magni Pompeij historiam conficit, seuere tragœdiæ musam quiescere sinat. Ordinatis .n. publicis rebus, poterit tragœdiæ munus repetere. Laudat inde Asinium ipsum a pietate, à prudentia, a dignitate, & honore, ab eloquentię viribus. Ostendit postea bellorum ciuilium calamitatem, dicit enim Romano sanguine totum pene terrarum orbē repletum, postremo eius musam hortatur, vt relicto lugubri cantu, secum leuiora quærat, qualia sane lyricos versus decuerint. [Motum ex Metello consule ciuicum,) Ordo est. O Pollio, appositio insigne præsidium mœstis reis, & consulenti curiæ, cui laurus triumpho Dalmatico peperit æternos honores, tracta motum ciuicū ex Metello consule belliq. causas &c. [Motum ciuicum) .i. tumultum, & cōmotionem ciuilem, cum s. Q. Metello, L. Afranio consulibus nimia Pompeij potentia ciuibus mouit inuidiam, ita, ut Pompeium detractarent, presertim Metellus ob minutum Cretæ triumphum, & Cato, qui aduersus potentes semper obliquus. detrectabant Pompeium, actisq; obstrepebant, hinc dolor Pompeium ad præsidia dignitati paranda impulit, quare orbis imperium societate trium principium occupatum est. Nam Galliam Cæsar inuasit: Crassus Asiam: Pompeius Hispaniam, quæ dominatio decem annos traxit, vt latius Lucius Florus edocuit, & libro ij. Appian. & Plutarc. in Cæs. [Belliq. causas) Crassi morte apud Parthos, & morte Iuliæ, Cæsaris filiæ, quæ nupta Pompeio erat, statim emulatio erupit. Nam Pompeio suspectæ Cæsaris opes, & Cæsari Pompeiana dignitas grauis. Ergo Lētulo Marcelloq; cōsulibus rupta prima cōiurationis fide, de successore Cæsaris senatus .i. Pōpeius agitabat. Nec ille annuebat,

ANTO. Ciuiles belli motum.

Ciuilis belli causa.

nuebat, nisi pximis comitijs absenti sibi ratio sui consulatus haberetur, quem decẽ tribus fauente Pompeio nuper decreuerant. Sed dissimulante eodẽ negabatur, nisi veniret, & peteretur maiorum more. Ille contra flagitabat decreta, ac nisi in fide permanerent, nõ se remittere exercitum. Ergo, ut in hostem decretũ est. His Cæsar agitatus statuit præmia armorum armis defendere, prima ciuilis belli arena. Italia fuit &c. hæc & plura. L. Florus & alij supradicti. [Et vitia,) Cæsar. n. ne ferebat parem, nec Pompeius superiorem, vt Florus scr. [Modos) .i. quibus modis bellũ ge- *Ciuilis belli modus.* stum est inter Cæs. & Pompeium, prima. n. ciuilis belli arena Italia fuit cuius arces, leuibus præsidijs Pompeius insiderat, sed oĩa subito Cæsaris impetu oppressa sunt prima Arimini signa cecinerunt, tum pulsus Etruria Libo, Vmbria Thermus, Domitius Corfinio, senatus ab vrbe Põpeius Brundusio, vrbẽ Cæsar pene *Cæsar in vrbem.* vacuam metu ingressus consulẽ seipse fecit. Æratiũ quoque spoliauit. Pulso fugatoq. Põpeio maluit prius ordinare puincias, quam ipsam sequi. Demũ in cãpis Philippicis Thessaliæ deuictus Põpeius, fugit in Ægyptũ, vbi sub oculis suę vxoris, liberorumq. gladio trucidatus est. Hæc & plura L. Florus. [Ludumq. Fortunæ,) Fortunæ ludus, est imos attollere, summos deprimere, ꝙ ipsi Pompeio, & socijs quoque euenit. [Principum) Cæsaris & Põpeij. [Graues amicitias) .i. noxias, fuerant. n. affines, & vna orbis imperiũ sibijpsis cũ Crasso diuiserant. [Nondũ vncta) Solent. n. arma vngi finito bello, ad fugandã æruginẽ. Per id, aũt ostendit ciuile bellũ, nõ penitus exhaustũ [Expiatis) Purgatis, & lotis cruoribus. [Opus) Appositio est. [Periculosæ plenum aleæ) .i. periculosi ludi, intulit quippe periculum patriæ, ac ciuibus fere cũctis. Vel periculosæ aleæ, inquit, qm̃ scriptori periculum inferret uera dicenti, quibus offenderentur adhuc viuentes, inde ait. [Et incedis p ignes &c.) .i. per odia belli ciuilis sub specie pacis latẽtia. [Seueræ tragœdiæ) .i. tristis, & grauis. Tragœdia quippe est heroicæ Fortunæ inaduersis cõprehensio, dicta a τράγος & ᾠδὴ, quia olim auctoribus tragicus Tragus .i. hircus pmium cantus pponebatur, q liberalibus die festo, Libero pr̃i immolabatur, nam (ut Var. inquit,) depascit virem, hinc, & Horat. in Arte scr. Carmine *Tragus.* q tragico vilẽ certauit ob hircũ. Alij putant à fece, quã Græcorũ quidã τρύγος appellant. Tragœdiam nominarã mutatis lr̃is, quasi *Tryx* Trygadiam, qm̃ olim nondum psonis à Thespide repertis, tales fabulas peruncti ora fecibus agitabant, vnde Horat. Ignotũ tragicæ genus inuenisse camœnæ. Dr̃ & plaustris vexisse poëmata Thespis. Quæ canerẽt, agerẽtq. peruncti fecibus ora. Post hũc *Aeschylus* psonæ, pallæq. repertor honestæ. Æschylus, & modicis instrauit pulpita tignis. Edocuit magnumq. loqui, nitiq. cothurno. Ceterum comœdia à tragœdia differt, nam in tragœdia introducuntur duces heroës, reges, in comœdia vero humiles, atque priuatæ personæ. In illa luctus, exilia, cedes. In hac amores, & virginũ raptus. In illa itẽ rebus exitus tristis, tristitia nanque tragœdiæ pprium. Est. n tragœdia miseriarũ comprehensio hęc oĩa, ex Diomede accepimus. [Res publicas) .i. publicarũ rerũ historiam. [Cecropio cothurno) .i. Atheniẽsi à Cecrope rege. nã (vt ostẽdit Horat. in Arte, & Porph) Thespis gñe Athen. primũ tragœdias scripsit, ad quas agẽdas plaustro circa ciuitates agebar̃. Post hũc Æschylus, ẽt Atheniensis primus tragœdijs personam, & pallã, & cothurnos dedit, vt patuit p Horat. [insigne p̃sidium) Eũ causas actitasse innuit. [Consulenti) .s. te p quod eius prudentiam indicat, & sapientiã. [Cui laurus) Quo pacto triũphãtes Romani duces lauro coronarentur, & aurato curru p vrbem in Capitolium veherentur latissime, videto in Epodo ix. [Dalmatico triũpho) *As. Pollio* Asin Pollio orator fuit, & consularis, qui de Dalmatis triumphauit, octuagesimoq. ætatis suæ anno in uilla Tusculana obijt, vt tradit Eus. [Iam nunc minaci) Vult Pollionẽ historiam optima eloquentia confecisse, ita ꝙ oĩa fieri potius, q̃ scribi viderentur. [Perstringis) .i. obtũdis [Litui) De lituo late in Ode j. [Subacta) A Cæsare s. Catonis de hoc in Ode xij. superius. [Iuno, & deorũ) Ordo est. Iuno, & quisqs deorum amicior Afris impotens cesserat inulta tellure Rettulit inferias Iugurthæ nepotes victorum. Est aũt sensus, ꝙ Iuno, & Dij, q Afros tutari frustra voluerant victorũ Ro. nepotes in Afrorũ vltionẽ traxere. [Rettulit inferias) *Inferiæ* Inferiæ sunt sacra mortuorũ, quæ inferis soluuntur, similiter lib. xj. Æn. ait Maro de Ænea in funere Pallantis, Vinxerat, & post terga manus, quos mitteret vmbris Inferias cæso sparsuros sanguine flammam. [Iugurthæ) Hunc pro cunctis Africæ imperatoribus posuit. fuit. n. Iugurtha rex Numidarũ, cum quo populus R. bellum gessit magnum & atrox. Vir erat impigri, & acris ingenij, tandem à Boccho Maurorũ rege, & pacis auctore insidijs captus est, & vinctus Syllæ traditus, & ab eo ad Mariũ deductus quẽ vinctũ in triumpho Marius dixit, de quo latius in Epodo ix.

[Quis non Latino) Ordo est. Qui campus pinguior Latino sanguine. i. propter Latinum sanguinem sepulcris non testatur impia prœlia & Hesperię ruinę sonitum auditum Medis. [Auditum Medis) Vbiq. sed enim ciuilium bellorum tumultus auditi sunt propter varia varijs locis habita prœlia. [Gurges) .i. mare, per tapinosin. i humiliationẽ. [Ignara) .s. fuerunt. Cæsar enim in Hispania cum legatis Cn. Pompeij Petreio, & Afranio pugnauit, quos ad deditionem siti coëgit. In Illyrico mari tribunus Vulteius cum magna manu cecidit, contra quem Octauius Libo pugnauit Pompeij legatus in Africa vero Curio perijt missus a Cæsare. Pugnatum est in Epyro apud Dyrrachium, contra Pompeium tãdem in Thessalia, qui victus in Aegyptum fugit, vbi obtrũcatus est. Postea ibidem Cæsar contra Pompeij percussores acriter pugnans, illos debellauit. In Africa deinde contra Cæsarem pugnarunt, Scipio, qui fugiens occisus fuit ab hoste. Petreius *Iubæ mors* etiam & Iuba rex Mauritaniæ victi fugerant. Iuba in sua regia magnifice epulatus. Petreium orauit cædem, ille regi obsecu- *Petrei mors* tus est, postea sibi ipsi Cato vbi id accepit (nã Vticam seruabat) *Catonis mors* sibi mortem consciuit. In ipso Oceani hostio Varus, Diusq. legati conflixerant, sed Oceanus vtranque classem naufragio perdidit. In Hispania apud Mundam pugnando fugientem Cneum Pompeium Cæsonius apud Lauronem oppidum consecutus interfecit. Cæsar in patriam victor inuectus est, postea contra Sextum Pompeium sæpius Augustus pugnauit, & vicit. De ijs autem omnibus L. Florus auctor est. [Dauniæ cædes) .i. Italiæ per synecdochen. De Daunia vero videto lib. j. in Ode xxij. [Sed ne relictis) Ad musam poëta se vertit, quæ relictis iocis seria, grauia & lugubria cecinerat præsenti Ode, hortaturque illam secum quærere leuiora, qualia videlicet lyricis conueniunt versibus. [Procax) .i. petulans, immoderata, impudens, importuna. [Cææ næniæ) Cæa (teste Plin. lib. iiij.) insula est in mari Aegæo, quæ tamẽ *Cæa* Cæos à Græcis dicitur. Strabo etiam lib. x. scribit, Cæon vnam *Caos* è Cycladibus esse quæ cum quaternas contineret vrbes, Tetrapolis vocitata est, Duæ suo tempore erant Carthea. s. & ea quam Iulidem appellant. Ex Iulide Simonides condendorum auctor *Simonides* carminum duxit originem. Item Erasistratus medicus insignis, & Aristo peripateticus. [Cææ næniæ) Id ait, qm̃ Simonides Ly- *Aristo* ricus poëta ex Cæa oriundus primus næniam instituit. i. carmen *Nænia* lugubre, quod mortuis dicebatur, & planctus optime descripsit. Auctores Acron & Porphyrio. Tullius ẽt lib. ij. de legibus scribit, ꝙ nænia proprie cantus est lugubris, & laus in funere honoratorum virorum. Diomedes quoque ait. Id carmen quod cum lamentatione extremum, atque vltimum mortuo accingitur, Nenia dr̃. Declinatur aũt hæc nænia næniæ, vt musa musæ, vti hoc loco. Item in numero plurali hæc nænia næniorum, vt lib. vj. Fast. Nęniaque in volucres falsa figurat anus. [Modos) Versus & modulationes. [Leuiore) .i. lyrico non tragico, vel heroico. [Dionæo antro) .i. Venereo. Dione siquidem Veneris tertiæ mater fuisse dicitur ex Ioue, vt scribit Tullius in lib. de nat. Deorum.

*ACR.* Motum ex Metello ad Asinium Pollionem scribit consularem virum rhetoricæ, & poëticæ disciplinæ peritũ, scribendarum etiam Tragœdiarum studio doctum, vt quis ciuilis belli historiam inter Pompeium, & Cæsarem gesti scribere cœperit, sciret rem inchoasse periculosam, & in ipsa admonitione bellorum ciuilium calamitate refertam, à Lentuli Marcelli consulatu cœptam, quam altius repetit .i. à Marcello Celere, & Afranio consulibus. [Ex Metello) Ideo quia fuit Syllæ collega. [Ciuicum) Pro ciuile, sicut hosticum pro hostile veteres dixerunt. [Bellique causas) Eo ꝙ Cæsari negatus triumphus bellũ fecerit. [Ludũq. Fortunæ) Quæ ludibrio habet res humanas. Grauesq. principũ amicitias, quia nec perpetuæ fuerant, & Reip. graues. vt Lucan. Tempus ad Augusti man. c. d. Paxq. fuit non sponte ducum. Crassus enim amicitiarum fœdus ad tempus tenebat, quo mortuo Antonius Augustus, & Lepidus factus Põpeio imperatore, collisi sunt. Graues autem perniciosas, aut insidas. [Nondum expiatis vncta cruoribus) .i. de quibus nondum lori cruores sint, quo velut expiarentur delicto, vult ergo intelligi adhuc in manibus esse arma ciuilia, nec sicut solebant peracto bello vncta reposita. [Periculosæ) Periculum inferentis. [Aleæ) In militia igitur, alea ludebatur, ne exercitus otio torperet, ꝙ autem periculosæ addit, fraudem, & liuorem ludo illo prodeuntem respexit. [Cineri doloso) Allegoricos dixit, sicut ignẽ cinere opertum, ita adhuc odia belli ciuilis sub specie pacis latere, nec tutum esse per historiæ veritatẽ cum offendimus amicos, qui ea gesserunt. [Paullum seuere Musa Tragœdiæ Desit Theatris) Vt deposito tragico stylo Pollio cautius cœpta describeret, vno enim tempore Tragœdiam, & historiam scribebat

id est

id eſt non cantetur in theatris edita à te tragœdia, dum occupa-ris hiſtoria, actus publicos referendo. [Cecropio) Athenienſi. Theſpis.n.apud Athenas, primus tragœdię frequentius dixit vſu cothurnorum, vt ſola Sophocleo tuo carmina digna cothurno. [Præſidium) Fuit.n. & cauſidicus Pollio, & defenſione reis fre-quenter impedit. [Et conſulenti) Hoc eſt curiæ experẽti à te das conſilium. [Cui laurus æternos) Laurũ hic pro uictoria poſuit. Salonas.n. Pollio Dalmatarum cœperat ciuitatem, vnde, & ſuũ filium, eo ꝙ natus ibi erat, Salonium appellauit. [Cui laurus) Vt poetæ conuenit. Nam & carmina faciebat. Virg. Pollio, & ipſe facit noua carmina. [Iam nunc minaci) Laus relatoris, tanquam hæc ipſa quæ ſcriberet, ita cõmendare, vt ſe auditor crederet in-tereſſe, vt Virg. Tũ Phaetontiades muſco, circundat amaræ Cor ticis. [Fugaces) Aut veloces aut ſplendorem paſcentes armoꝝ. [Equitum vultus) Vt ẽt homines terreret fulgor exercitus. [Au-dire magnos) Videtur mihi, vt audiam, aut ipſos cõcionantes du ces, aut referentem de ducibus Pollionem. [Non indecoro) Glo rioſo puluere bellico ſordentes. [Atrocem) Conſtantem. Por-tius.n. Cato apud Vticam elegit potius interire, quam in ho-ſtium poteſtatem venire. [Iuno, & deorum) Ordo eſt: Iuno & quiſquis deorum amicior Afris impotẽs ceſſerat inulta tellure, retulit inferias Iugurthæ nepotes victorum.ſ. Romanorum, qui Carthaginem vicerant. [Et deorum quiſquis,) Tanquam ciuilia bella, quæ poſtea geſta ſunt in Africa ad vindictam Africæ ſupera tæ, Iunonis ira, vel deorum fecerat cõmoueri [Iugurthæ) Hanni balem intelligi uoluit in cõmemoratione Iugurthæ, aut certe, quia in Africa tpe ciuilis belli multi Pompeiani occiſi ſunt. [Quis non latino ſanguine pinguior) Quis non Romanorum ſanguinem vel ſepulcris cãpus repletus? Lucan. Totoq. ex or-te vincente perit. [Auditumq. Medis) Pro cladis magnitudine di cit ciuilia bella etiam Perſis audita. Virg. Europæ at Af. con-curreret orbis: Audijt & ſi quem tellus extrema refuſo Summo uet Oceano. [Qui gurges) Tapinoſis eſt. Gurgitem.n. pro ma ri poſuit, ut apparent rari nantes in gurgite vaſto. [Quod mare Daunio) Apuliæ a Dauno, ſed per Apuliam omnis Italia acci-pienda eſt, in qua ſanguis Romanorum fuſus eſt, uel quia p A-driaticum mare de Brunduſio Cæſar profectus eſt, Pompeium ſe quens. Luc. Brunduſium decimis iubet hanc attingere caſtris. [Non decolorauere cædes) A proprio colore mutauere. Lucan. Tum primum rubuit ciuili ſanguine Nereus. [Quæ caret ora) Pars regionis, aut terræ. [Sed ne relictis Muſa procax iocis) .i. ne cum lyrico carmini aptiores ſint ioci, improbe faciat Muſa ſi lugubria miſceat. Ordo eſt. Sed tu Muſax procax ne relictis io cis retractes munera næniæ Cææ, quære mecum ſub Dioneo an tro modos leuiore plectro. [Næniæ) Nænia carmen lugubre, qđ mortuis dicebatur, quod nunc Græce epitaphion appellatur, qđ Simonides Græcus poeta lyricus primus inſtituit a Cæa inſula oriundus, vnde & Cææ, næniæ poſuit, de qua Virg. Cui pinguia Cææ. & Ouid. Cingitur Æn. inſula Cæa mari.

POR. MOtum ex Metello conſule ciuicum,) Hæc Ode ad Aſi-nium Poll. conſularem virum, & triumphalem ſcripta eſt, qua hortatur eum, ut omiſſo tragœdiaꝝ ſcribendaꝝ ſtudio inchoatũ hiſtoriæ opus conſumet. Ac perinde, περίφρασι, id eſt in tranſlatione belloꝝ ciuilium. Pollio hiſtoriam belli ciui lis a conſulatu Lentuli, & Mameti cœpti altius repetit.i. Metel lo Celere, & a L. Afranio conſulibus. Attende aũt, non ciuile, ſed ciuicum dixiſſe antiqua figura, illi n.ciuica hoſtica, deinde ci-uilia & hoſtilia dicebant. Denoĩationes aũt hæ fere liberæ ſunt apud doctos & motũ pro bello poſuit. [Ludumq. Fortunæ) Hoc eſt q̇ res humanas ludibrio habet. [Et arma Nondũ expiatis) .i. loti cruores ſint, ergo intelligi vult pene adhuc in manibus eſſe arma ciuilia. Solent aũt vngi arma, cũ poſt bellum tranſactũ re-ponenda ſunt. Ordo ergo eſt: Nondũ expiatis cruoribus peri-culoſæ plenũ opus, aleæ tractas, & incedis per ignes ſuppoſitos cineri doloſo. Allegoricos aũt adhuc odia belli ciuilis, ſub ſpecie pacis oſtendit, nec tutum eſſe hæc ſcribere. [Paullũ ſeueræ muſa tragœdiæ Deſit theatris:) Qm̃, inquit, hęc ſcribere deſtinaſti par ce tãtiſper tragico ſtylo. Seuerã aũt tragœdiam merito dicit, ꝙ triſtia fere ſint argumenta tragœdiaꝝ. [Mox, vbi publicas) .i. hi-ſtorias, q̃ publicas res continent [Ordinare) .i. deſcripſeris. [In-ſigne mœſtis p̃ſidium reis,) Per qđ ſignat, & fortiſſime eum cau-ſas reoꝝ, in iudicijs defendere, & p̃terea prudentiſſima conſilia in ſenatu dare. [Cui laurus æternos honores) Ideo hoc dr̃, quia Pollio Salona vrbe ex Dalmatis capta triũphauit. [Grãde munus Cecropio reperes cothurno,) Cecropio cothurno, inquit, quia apud Athenienſes primũ eſt ſcripta, atque acta tragœdia Theſpi inuẽtore eius, atque actore. [Iam nũc minaci murmure cornuũ)

Iam uideor uidere, & audire ea quæ hiſtoria refert, per quod ſi-gnat vi eloquentiæ Pollionem omnia fere ante oculos in rela-tione pugnarum inducere. [Fugaces Terret equos,) Pro ueloci bus accipe, & in ſermone hodieq. fugã, pro uelocitate dicimus, cum de equis loq̃mur. [Audire magnos iam videor duces) Ambi guũ, verũ .n. ipſos duces concionãtis audire, ſe dicat, an Pollio-nem de ducibus nartantẽ incertum eſt. [Non indecoro puluere ſordidos) Specioſe ac decenter interdictũ: Puluere non indeco-ro ſordidos, quaſi puluere bellico pulueratos. [Præter atrocem animũ Catonis.) M. Portium Catonẽ ſignat q. Vticæ maluit ſe interficere, imminente Cæſare q̃ in poteſtatem eius venire. [Iu-no, & deorum quiſquis, amicior Afris,) Senſus eſt: Iuno & qui-cunque alij dij Carthaginenſibus fuerant, vltionem vaſtæ Africæ ex poſteris eoꝝ, qui eã vaſtauerũt, nunc receperunt. [Impotẽs) Autem, non potens. Id.n. ad uictos ſine virtute intelligendum. [Rettulit inferias Iugurthæ) Nunc latius intelligit omnibus. [Quis non Latino ſanguine pinguior Campus) Campus nul-lus eſt qui non ſepulcris Romanoꝝ bella ciuilia fuiſſe, & ſangui-ne Romano pinguem factum, ſe oſtendat. Auditumq. Medis He ſperiæ ſonitum ruinæ, de ſuperiore oſtendit, ſic.n. intelligendũ: Quis non campus ſepulcris teſtatur impia prœlia, ſonitumq. He ſperiæ, quem etiam Medi audiuerunt. Sonitum autẽ ruinę Me-dos audiſſe .i. per orbem tranſiſſe, per hyperbolen intelligendũ. Cuius ſenſus ex ſubiectis magis illuſtratur, ꝙ dixerit. [Quis gur ges? aut quæ flumina lugubris Ignara belli? quod mare Dau-niæ Non decolorauere cædes?) Daunia a Dauno rege Apulię, ac per hoc Italiæ, ac deinde Romanæ intelligendum. [Sed ne re-lictis muſa procax iocis Cææ retractes munera næniæ:) Nęnia lugubre carmen eſt, quod in mortuos cantatur. Simonides autẽ rex Cæa inſula lyricus poeta, θρήνους .i. planctus optime deſcri-pſit. Inde Cæam næniam appellauit, ſenſus eſt aũt, Cum lyrico carmini aptiores ioci ſint, procaciter egeris ò Muſa, ſi lugubria potius Dionæo modulata plectro fueris, q̃ venerea, quæ leuio-ribus modulis aptantur.

MOtum ex Metello) Secundũ librum, ab altiore auſpica-tus exordio, admonet Aſinium Poll. (de quo eſt illud in Buc. Maronianis: Pollio, & ipſe facit noua carmina) occulere ad tp̃s tragœdiam, quam doctiſſime ſcripſit de belloꝝ ciuilium miſero exitu, eo ꝙ nondum ſopita eſſent. Ordo aũt eſt longe petendus ſic. O Pollio.ſ. Aſini, inſigne præſidium.i defen-ſor, reis mœſtus.ſ criminis accuſatis, & curiæ.i. ſenatui, conſulen ti.i. conſilium petenti.i. tam in priuatis, q̃ publicis cauſis, cui lau rus.i. victoria lauro donata, peperit æternos honores triumpho Dalmatico.i. quem duxiſti deuictis Dalmatis, tu tractas motũ.i. tumultum, ciuicum.i. ciuilem, ex Metello conſule.i. ſumens ini-tium ex conſulatu Q. Metelli, & L. Afranij, aut (vt cum Bonfine altius repetamus.) Q. Metelli, & M. Syllani tp̃e belli Iugurthi-ni, & cauſas belli.i. ambitionem, vnde addit, & pro.i. uitia, & mo-dos, quia ẽt in iuſto bello ſæpe modus bellandi uitium affert, & ludum Fortunæ, quæ nunc hos, nunc illos extulit, & amicitias.i. conſpirationes, principium.ſ. triumuirum, graues.ſ. reip. quæ p eas extincta eſt. Aut amicitias Cæſaris, & Pompeij, graues quia in ſummũ odium excreuerunt. Et tractas arma nondum uncta, cruoribus excipiatis.i. purgando deleris, aut nondum exequijs eorum perſolutis, & ita tractas opus plenum aleæ periculoſæ.i. euentus dubij, & formidandi, ſi mutetur victoria, & incedis.i. in-grederis, per ignes ſuppoſitos cineri doloſo.i. ſub quo latet peri-culum ſummum, & ideo muſa.i. decantatio, tragœdiæ ſeueræ, q̂ eſt de rebus ſeueris, & triſtibus, deſit paullum.i. ad modicum tẽ-poris, theatris.i. publicis ſpectaculis, tu repetes cothurno Cecro pio.i. alto ſtylo ab Athenienſibus primum inſtituto, munus grã-de.i. arduum.ſ. ſcribendæ tragœdiæ, mox vbi ordinaris.i. ordi-naueris reſpublicas. Vt vero artificium Pollionis cõmender, ad-dit. Tu perſtringis.i. ſtrictim penetras, iam nunc.i. interdum, au res.ſ. audientium tragœdiam tuam, minaci murmure, id eſt ſo-nitu, cornuum.ſ. bellicorum, & litui, id eſt turbæ clariſonæ, & ineutue iam ſtrepunt, iam fulgor armorum terret equos fuga-ces, & vultus equitum.i. omnia ad viuum exprimis. [Nam ego videor audire iam) Id eſt interdum. [Duces magnos) Vt Cæſa-rem, & Pompeium. [Sordidos,) Id eſt ſordidatos. [Puluere non indecoro) Scilicet quia non dedecus, ſed decus afferent. [Et cuncta terrarum) Id eſt cuncta, quæ in terris ſunt. [Subacta) Id eſt ſubiugata. [Præter atrocem animum Catonis) Scilicet Vticenſis. Iuno & deorum, innuit deorum ira quaſi in ultionem Pœnorum, ſeu Carthaginenſium tantam cladem Romanis im-miſſam, tantumq. furorem, vt ſe mutuis armis conficerent. Or-do eſt. [Iuno & quiſquis) .i. quicunque deorum. [Amicior)

Scilicet

Scilicet q̃ Iuno. [Afris).i. Africanis populis, & præcipue Carthaginem colentibus. Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam. Posthabita coluisse Samo. Cesserat.i. discesserat ab Afris. [Impotens).s. vlcisci. [Et ita tellure inulta).i. nulla sumpta vindicta de nece Afrorum, & deuastatione terraꝝ, euersioneq. Carthaginis, quia dij Romanoꝝ erant potentiores. [Rettulit).i. effeci. [Nepotes).i. posteros. [Victoꝝ).i. eoꝝ, qui Afros vicerant. [Inferias) .i. victimas inferēdas. [Inferis).i. manibus. [Iugurthe).i. illius & cuiuslibet alterius imperatoris Africæ. [Quis campus) Nō sup. effectus pinguior.s. quā prius erat. [Sanguine Latino).i. p sanguinem Latinum, hoc est Latinoꝝ, & reliquoꝝ Italoꝝ effusum. [Testatur).i. probat. [Sepulcris).i. per sepulcra & monumēta Romanoꝝ. [Prœlia) Sup. esse, impia? aut quis non testatur.i. detestatur. [Prœlia impia sepulcris).i. ostentando sepulcra, q.d. nullus non, hoc est quilibet testatur, & qlibet est pinguior. [Et sonitum).i. sonoꝝ casum. [Ruinæ).i. cladis. [Hesperiæ).i. magnæ, hoc est Italię. [Auditū Medis).i. ab inimicis Rom. Imperio. [Qui).i. quis gurges sup. est ignarus belli lugubris? q.d. nullus. [Aut quæ flumina) sup. sunt ignara belli lugubris.i. lugēdi? q. d. nulla, vt Æn. j. Quę regio in terris nr̃i non plena laboris. [Quod mare non decolorauere) In deteriorem colorē, vtpote sanguineū non vertere. [Cædes Daunię).i. Daunioꝝ.i. Apuleoꝝ & reliquoꝝ Italoꝝ, sed Dauniæ, quā prius militarē dixit, libenter meminit. [Quæ ora).i. regio. [Caret nr̃o).i. Romano cruore? q. d. nulla. [Sed ne ò musa).s. lyrica. [Procax).i. nimis audiosa, vltra q̃ licet petulans. [Retractes munera).i. officia & partes. [Næniæ).i. lugubris cantilenæ. [Cææ).i. q̃ Simonides lyricus ex Cæa oriundus primus, aut præcipue scripsit.i. ne penitus lugubres cātus iteres. [Relictis iocis).i. ociosis Odis. [Quære mecum sub antro Dionæo).i. Venereo, vbi tractari debent amores & res lætæ. [Modos).i. numeros versus. [Plectro leuiore).i. faciliore, & minus rigido, minusq. tristi. [Hoc autem propter decorum carminis dicit, ne argumentum incongruum sumpsisse videatur.

MATT. Bonfinus. MOtum ex Metello consule ciuicum Belliq. causas & vitia modos &c.) Oēs, qui hactenus hanc Oden interpretati sunt mea quidem sententia, seorsum à veritate & auctoris mente iuerunt, cum Marcelli consulis collega qs fuerit exprimere voluerunt & quod belloꝝ ciuilium principium. Nam alij alium tradiderunt, nec veritatem sunt assecuti. Quod equidē non satis admirari possum, cum id apertissime Sal. non ignobilis alioqui reꝝ scriptor in Iugurtha tradiderit, cuius hęc sunt verba: Post Auli fœdus, exercitusq., nr̃i fugā fœdā Q. Metellus & M. Syllanus consules designati, puinciam inter se partiuerant, Metello Numidia obuenit. In eā igitur (vt idem auct. est Sal.) Metellus, pfectus, exercitu, ad pristinā ac veterem militaris disciplinæ normā redacto, Romanam rē contra Iugurtham, pspere gessit, cui, cum finē bello impositurus videretur, C. Marius ab eo Romā missus ab alia negotia cōsul factus successit, illiusq bene gestaꝝ reꝝ gloriam sibi vendicauit, q Metellus iniquissimo tulit animo, & graues ob id cum Mario inimicitias exercuit. Sed eandem Marius reꝝ vicissitudinem expertus est. Nam cum Syllā in ea puincia quæstorē habuisset, finemq. bello eius potissime opera imposuisset, triumphauit quidem ipse de Iugurtha eius tamē triumphi gloria Syllæ, q Iugurtham captiuū ad Marium adduxerat P. R. tribuit, qua ex re ciuilia inter eos bella, & postea inter Cæs. & Pomp. & alias gesta sunt, sed ea initium Metello traxere & ppea dixit Horat. Motum ex Metello consule ciuicum. Sed quantum ad Landinum pertinet, parum is proxima annotatione mihi admirationis, attulisset, vbi cum viris eruditissimis in cōmunem errorem lapsus est, nisi & in alium maiorē, ac sibi pprium & peculiarem decidisset. Affirmat .n. & id quidem longa verboꝝ pompa, Horatium uelle hac Ode Pollionem á describenda historia deterrere & dehortari, quod longe alienum esse á mente auctoris ex eius ipsius, quos subijciam, versibus liquet.

*Paullum seueræ musa tragœdiæ*
*Absit theatris, mox vbi publi as*
*Res ordinaris grande munus*
*Cecropio repetes cothurno.*

## AD CRISPVM SALVSTIVM.

*Ostendit auaros & sordidos homines, obscuros & ignobiles esse & cōtra liberalium famam, exemplo Proculei viri in fratres pijssimi nunquam interire. Postremo ex comparatione hydropis colligit eam diuitem, non qui multis late imperat, sed animo & cupiditatibus, alioquin habendi sitim extingui, nisi ille extinguantur.*

*Ode II. Dicolos, Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque diræ.*

‒∪‒‒‒∪∪‒∪‒‒
‒∪‒‒‒∪∪‒∪‒‒
‒∪‒‒‒∪∪‒∪‒‒
‒∪∪‒‒

NVLLVS argento color est auaris
Abditæ terris inimice lamnæ
Crispe Salusti: nisi temperato
Splendeat vsu.
Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni.
Illum aget penna haud metuente solui
Fama superstes.
Latius regnes auidum domando
Spiritum: quàm si Libyam remotis
Gadibus iungas: & uterque Pœnus
Seruiat vni.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops:
Nec sitim pellit: nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore langor.
Redditum Cyri solio Phraaten
Dissidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus: populumq. falsis
Dedocet vti.
Vocibus, regnum, & diadema tutum
Deferens vni, propriamq. laurum:
Quisquis ingenteis oculo irretorto.
Spectat aceruos.

ANTO. NVLLVS argento) Salustium poëta à liberalitate temperantia celebrat, dicens latenti pecuniæ nullū esse splendore honorem ue aliquem, nisi qs ea temperate vtatur. Affert ad id Proculei exemplū, qui erga fratres fuit liberalissimus, vnde dicit illū perpetua fama notū fore, asserit item late regnare illū solum quicunque cupiditates, seq. ipsum domuerit, facit deinceps cōparationē ab hydropico, ad auarum, sicut .n. hydrops bibendo plus sitit, ita nunq̃ satiatur habendi sitis, & postremo, inquit, q sapiens non appellat beatum illum, qui diues, aut rex fuerit, sed qui sine rerum cupiditate, & auaritia vixerit. Nam (vt Cic inquit) animus tuus oportet se iudicet diuitē, non hoim sermo, neque possessiones. [Nullus argēto) Ordo est. O Crispe Salusti, inimice lānæ, nullus color est argento abdito terris auaris, nisi &c. Est aūt sensus q latenti pecuniæ nullus inest color .i. splendor, & honor, nisi temperate & modeste in vsu fuerit. [Auaris terris) Auaræ terræ dr̃, qm̃ bona multa in eis latent, & celantur, vt thesauri & hmōi. [Inimice) Vocatiuus casus est, mice .n. trochæus est. [Lamnæ) Et lamna & lamina indifferenter dicitur. Lamnæ .i. latæ massæ argenteæ, quæ ipsa pecunia est. Erat autem Salust. pecuniæ inimicus, qm̃ non terris, uti auari solent, cœlabat, sed impendebat potius necessarijs rebus & opportunis, modeste quidem, & temperate. [Temperato vsu) Non parco, uel prodigo. Prodigus .n (vt lib. ij. Ethic. ait philosophus) in erogādo exuperat, in capiendo deficit. At illiberalis, atque auarus in capiendo exuperat, in erogando deficit, vnde exuperatio, & defectio, bonum ipsum corrumpunt, mediocritas vero conseruat. [Proculeius) Fuit is Romanus eques, & Augusti amicissimus, de quo Plut. scribit in Antonij vita, dicit .n. q Antonius paullo ante q̃ expiraret, admonuit reginam Cleopatram, ut sibi, ac rebus suis consuleret, & maxime omnium, qui cum Cæsare Aug. erant Proculeio se crederet. Mortuo Ant. Augustus Proculeium misit, ut curaret Cleopatram viuam, in eius pṫātem habere posse. Demum cum illa arrepto ense uoluisset sibijpsi mortem inferre, Proculeius ensem è manibus ademit. Acron prætera, & Porphyr. dicunt, hunc Proculeium ita piū ērga fratres suos Scipionem

nem & Murenā fuisse,ut spoliatis fratribus bello ciuili patrimo-
niū suū ex integro diuideret, qđ cū eis ante quoque diuiserat.
[Ager).i.ducet ꝑ ora virum.[Penna metuente solui).i.alijs sem-
per volantibus ne ab aliquo soluantur.Fama aūt quonam pa-
cto pēnas habeat,legito lib Æn.iiij. Maro. [Auidum domando
Spiritum) Difficilius .n. est (vt etiam Heraclito placet) voluptati
repugnare,quam iræ,vt philosophus lib.ij.Et hic,inquit . Et Sal.
in Iug.ait: Sed dux,atque imperator vitæ mortalium animus est.
Valerius quoque lib.iiij.inquit,ꝙ animi moderatio,mentes no-
stras impotentiæ,& temeritatis incursu transuersas, ferri nō pa-
titur,quo euenit vt reprehensionis morsu sit uacua.[Auidum pe-
Libya. cuniæ).s.iubet.n.auaritiam fugari.[Libyam) Libya Africæ regio
est . Ægypto contermina . vt Plin.lib.vj [Gadibus) In ipso capi-
Gades. te Bethicæ,ab hostio freti,Gades insula est,longa passuum milli-
bus lxxv. Lata autem est passuum millibus xij. quæ tribus milli-
bus abest a continente habebat oppidum ciuium Rom. quod ap
pellabatur Augustana, vrbs Iulia , sed ab eo latere quo Hispaniā
spectat,insula est in longum . C C M. passuum,xl. millium lata.
Erytrea. In qua prius oppidum Gadium fuit dictum Erythrea , qm̄ Tyrij
ab origine eorum orti ab Erythreo mari ferebantur. In hac Ge-
Geriones ryonem habitasse existimatur, cuius armenta Hercules abduxe-
rit . auctor est Plin.lib.iiij.cap xxiij.de insulis in Oceano.[Vter-
que Pœnus) Gaditanus.i.& Carthaginensis . Pœni .n. Carthi-
ginem condiderunt,& urbem in Gadibus, quam Erythream ap-
pellarunt,quod iam superius dictum est.[Vni) .i tibi ipsi. [Cre-
Auari- scit) Auaro hydropa comparat,nam (vt Iuuen. ait) Crescit amor
tia sitis. nummi,quantum ipsa pecunia crescit. Ouid. itē lib.j Fast. Cre
uerunt & opes,& opum furiosa cupido. Et cum possideant plu-
rima,plura petunt. Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda.
Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ. [Indulgens) .i. conce-
dens. [Dirus) .i.deorum ira missus,est .n. morborum fere pessi-
Hydrops mus . [Hydrops) Intercus dicitur proprie aqua,quam Græci ὕ-
δερμα vocant . ut scribit Prisc. lib. vj. Cato autem quasi adiecti-
uo eo est vsus,dicens : Intercutibus stupris obstinatus pro inte-
stinis,vt sit secundū eum hic & hæc & hoc intercus .i. qui , uel q̄
vel quod intra cutem est , hydrops aūt quid sit , proprie , uideto
Cyrus. Celsum lib iij [Cyri solio) Fuit Cyrus Persarum rex, qui sub-
egit Asiam & vniuersum Orientem in potestatem redegit re-
gnauit annis xxx. continuo successu totius temporis admirabi-
liter insignis,cui tandem ab hostibus Scythis trucidato, cum du-
Cābyses. centis millibus Persarum,successit filius Cambyses,qui imperio
Phraates patris Ægyptum adiecit . Scribit ea Iust. lib. j. Phraaten fuit is
Parthorum rex Herodæ filius,qui trucidato patre, regnum occu
pauit contra quem sæpe M. Antonius pugnauit,vt testatur Plut.
scribit etiam App. in lib. Mithridatico . Acron autem scribit,
aliquos dicere Phraatę ab Antonio ademptum fuisse imperium,
& per Augustum postea restitutum. Quod autem fuerit Cyri fi-
lius (vt idem ait) minime verum est . nam Cambyses Cyri filius
fuit (vt diximus) & qui sibi in regno successit . [Redditum Cyri
solio) Fuit Cyrus Persarū rex,regnauitq́ an. xxx (vt diximus)
subacta Asia,& vniuerso Oriente . Ergo Parthis regnauit . Sen-
sus autem est,ꝙ virtus & sapientia,quæ á plebe discordat , tollit
te numero beatorum Phraaten restitutum regno Persarum,hoc
est : Sapiens non appellat beatum,& regem illum,qui regnū ha-
bet , sed qui sine inuidia & sine cupiditate pecuniarum , aceruos
spectat . Vnde optime, inquit ille : Diligite denarium, sed parce
dilige formam . [Redditum Cyri) Ordo est . Virtus .i. pruden-
tia & sapientia,dissidens plebi,eximit è numero beatum, ꝓ bea-
torum . Phraaten,redditum Cyri solio . è quo.s. eiectus fuerat .
Et dedocet ipsa uirtus .i. dissuadet populum , uti falsis nomini-
bus,deferens regnum , & diadema tutum , & propriam laurum,
vni.i.soli illi,quisquis oculo irretorto, spectat ingentes aceruos.
[Populumq́. falsis) .i. dissuadet populo beatum dicere eum,qui
diues est,non sapiens. Tunc igitur falsis uocibus,populus utitur,
cum beatos appellat diuites, & reges, quibus auaritia inest spre-
ta virtute.i.temperantia,& liberalitate Vnde optime Horat idē
j. epistola inquit . Ad summā sapiens vno minor est Ioue , diues,
liber,honoratus,pulcher rex denique regum . Val. lib vij. cap.ij.
ait : Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam
quisnam esset beatus : Nemo,inquit,ex his quos tu felices existi
mas,sed eum in eo numero reperies , qui á te ex miseris consta-
re creditur,non erit ille diuitijs,& honoribus abundans, sed auc
exigui ruris , aut nō ambitiosæ doctrinæ fidelis, ac pertinax cul-
tor in secessu,quam in fronte beatior. [Diadema tutū).i.regiam
Diadē. coronam ἀπὸ τοῦ δέω .n. nobis est corono,uel circunligo . [Propri-
amq́ laurum.) Pro laurea.i propria gloria,quæ non alioꝝ virtu
te acquiritur,sed sua,& ꝓpria vnicuique. [Oculo irretorto).i.sine
cupiditate,& sine inuidia.Inuidus enim nusquam recta acie spe-
ctat,nisi ubi ęrūnæ fuerint,tunc enim lętatur maxime . Vnde lib.
ij. Met.Naso ait de ipsa Inuidia , Pallor in ore sedet , macies in
corpore toto , Nusquam recta acies , liuent rubigine dentes,Ri
sus abest,nisi quem visi faceres dolores &c.

NVllus argento color est auaris.) Auare n.terræ dicuntur
cū id in se recipiunt,quod non ampliato reddūt fœnore. ACI
Salustiū Crispum alloquitur,historiographum, equitem
Romanum,Augusti amicū liberalitatem,& magnificentiā animi
sui describēs.Argētum aūt,pro pecunia,abdita in thesauris dixit.
Sensus autem hic est, Diuitiarum splendorem, nullum esse , nisi
honeste in vsu fuerit , auaris aūt recondendo crescit sola cupidi-
tas,vt Iuue.Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.
Vn̄ & hydropici morbo comparauit hoc vitiu,ꝙ nimierate sitis ,
& potus desiderio crescente ægritudine,vel vterus augetur.[Ini-
micæ lam.) Lamnam pro infabricata,& rudi materia,argenti po
suit,quæ obscuratur ab auaris cælata , & vult intelligi Salustium
non occultare diuitias . [ Temperato) Moderato vsu, ne crederc
tur prohibendo auaritiam,suadere luxuriā. [Viuet extento Pro
cul.æ.) In perpetuū.vt Viuusq́. per ora feretur Proculeium equi
tem Ro laudat amicū Augusti,qui pius sic erga fratres suos Sci-
pionem & Murenam fuit,vt spoliatis bello ciuili, patrimonium
suum ex integro diuideret,quod cū eis iam ante diuiserat.[Ani-
mi paterni) Qui paternum fratribus impēderit amorem . [Aget)
Ducet per notitias omnium. [Fama sup.) Quibus boni facti fa-
ma perpetua sit,nec penna eius , hoc est volatus ad posteros sol-
ui possit.Volare .n. famā,& Virg ponit. Fama volat pulsum re-
gnis cessisse paternis,Idomenea ducē.[Latius re.auid.dom. Spi-
ritum.) Latius,inqt,regnes cupiditatem vincendo,quā si per vni-
uersum orbem,possessiones extendas. [Gadibus iun.) Gades au-
tem oppidum est in Hispania á pœnis conditū, aut quia in parte
Africæ ponitur,quicquid freto, aut Gadibus separatur , ideoque
vtrunque Pœnum dixit , locis diuisum, vel certe , quia Cartha-
go,& in Hispania est,quam Spartaciam vocant. [Vterq. Pœ.) .i.
Orientis,& Occidentis Africanus . [Indulgens) Impendens . vt,
Indulgent vino & vertūt crateras ahenos . [Dirus hy.) Hydrops
subcutaneus est morbus de vitio vesicæ natus, cum anhelitu fœti
do,& inflatione turgente.Est aūt hydropico proprium, vt quan-
to amplius biberit,tanto amplius sitiat . [Dirus) Peruitiolus .
[Albo) Pallenti vt Persius, Turgidus hic epulis, atque albo ven-
tre lauatur Diffusus n.humor,oē inficit corpus . Sensus ergo est,
ac si diceret . sicut sitis,nisi ægritudine victa non tollitur,ita aua-
ritia,& cupiditas nō satiatur nisi ante aīo in sanitatē continentiæ
reuocato . [Redditū Cy.so. Phr.) Cyrus qui primus regnauit in
Perside,Phraates rex Persarum Cyri filius hic a parentibus desti
tutus,regno pulsus est,& à Bragmanis philosophis Indorum su-
sceptus,& educatus est . Postea regno redditus , magno iustitiæ,
& continētiæ documēto,gessit imperiū. Alij dicūt ei ab Antonio
ademptū imperium,& per Augustū postea restitutū. vult ergo o-
stendere, nō sicut vulgus putat beatā vitam regnum , aut diuitias
facere,sed sapientiā.[Dissidens u ) Discrepās,nec habens aliquid
cum insipiētibus,& plebe cōe.Ordo est.[Virtus b ).i.sapientia,
q̄ non est apud plebē . [Dissidēs) Numero plebis,eximit Phraatē
red.sol.Cyri,regnum,& tutū diadema differens vni, & propriam
laurum,dedocetque populū vti falsis vocibus,quisquis .s. spectat
ingentes aceruos irretorto oculo . Nā quasi supiora exponendo
h.d [Eximit) Effert.[Dedocet) Dedocere cupit,deuescit, aut dis-
suadet populū,beatū dicere eū,qui diuitijs vtatur,aut certe loqui
falsum propter hoc ꝙ factione eiectus, Phraates regno sit.[Pro-
priamq. l.) Pro laurea,hoc est speciali gloria, quæ nō virtuti ex-
ercitus,sed prudentis cōtinentiæ debetur perpetua. [Irretorto)
Irreflexo á iustitia,vel á continentia oculo ad cupiditatem. [A-
ceruos) Pecuniæ cumulos.Virg. Ac velut ingentem formicæ far
ris aceruum,Cum populat .

NVllus argento color est auaris.) Hac Ode Salust. Crispū POR-
equitē Rom. Augusti amicū,alloquit, qua liberalitate &
magnificētiā animi eius descripsit. [Argentū a.) Pro pe-
cunia recōdita i thesauris dixit. & sensus est, Diuitiaꝝ splēdor nul
lus est,nisi honesta rōne fuerit in vsu . [Inimicæ l.) Lānā ꝓ rudi,
& infabricata materia posuit, ꝓ qđ signat nō libenter hre abscō-
ditas & sine vsu diuitias.[Viuet extēto ꝓculeius æuo) Proculeius
eques Romanus amicus Augusti rarissimæ pietatis erga fratres
suos,Scipionē,& Murenā fuit,adeo, vt bona sua cū his eq̃s parti
bus diuiserit,quia illi bello ciuili,erant spoliati. [Viuet extento
Proculeius eques) Ecce,inquit,Proculeius, q liberalis in fratres
suos fuit,æternā sibi per hanc pietatē,memoriam parauit, & per
omne æuum fama eius extenta est,per quam semper volat. Illum
aget

aget ſolui metuente pęna Fama ſuperſtes) Sic intulit fama ſuperſtes poëta, quaſi fama illum agat pęna ſua, quæ ab vllo non ſoluitur, nam ſemper volat [Latius regnes auidu domando Spiritũ) Latius, inqt, poſſideas, auaritiá animi compeſcens q̃ ſi ꝑ cõtinuationẽ in Hiſpaniam á Lybia poſſeſſiones extendas. [Gadibus iũgas Gades) Oppidum in Hiſpania a pœnis conditũ. [Vterq. Pœnus) Ergo, inqt, quia Carthagine ſicut Gades pœni condiderunt. [Et aquoſus al. Cor. lan.) Bella conceptinne aquoſus languor ὑδρωψ dr̃, Album aĩt corpus pro pallido dictum eſt. [Redditum Cyri ſolio Phraaten) Phraates, inqt, qui in regnum Perſarum reſtitutus eſt, non in numero beatoꝶ, ſicut vulgus putat. Nec.n. regnum aut diuitiæ beatos facit. [Cyri ſolio) Regno Perſaꝶ a rege Cyro, qui in Perſide regnauit. [Diſſidens plebis numero beatum Eximit vir.) Ordo eſt. Phraaten eximit numero beatoꝶ virtus, q̃ plebis numero diſſidet, hoc eſt quæ virtus .i. ſapientia, non eſt apud plebẽ [Populumq. falſis Dedocet vti) Dedocet ꝓ dedocere cubit.i. diſſuadere populo beatum dicere eum, qui regnũ, & diuitias poſſideat, quia falſo hoc dicitur, ſolummodo illum, & diuitem, & regẽ & ſecurum eſſe affirmans, qui diuitijs alienis non inuideat, nec eas concupiſcat. [Propriamque laurum) Laurum pro laurea per hoc gloriam intelligimus, propriam autem perpetuam. [Oculo irretorto) Hoc eſt oculo non inuidenti.

ASCEN. NVllus argento.) Graphice admodũ & per quam moraliter ſcribẽs ad Saluſtium, quem minime auaꝶ fuiſſe conſtat, dicit oẽm argenti pulchritudinem in vſu temperato eſſe, nihilq. ad famá claram, efficacius liberalitate cũ animi continẽtia, & temperantia, quá deinceps laudat. Ordo eſt. O Criſpe Saluſti inimice.i.q inimicaris. [Lamnæ).i. laminæ argenteæ, aut aureæ, q.i pecuniam, vt expendatur q̃ vt condatur mauis. [Nullus color).i. nullus decor eſt. [Argẽto abdito).i. abſcõdito. [Terris auaris).i. amore auroꝶ, theſauꝶ occultantibus. [Niſi ſplendeat vſu temperato).i. per temperantiam ſemoto ab auaritia, & prodigalitate, q.i vtraque vitioſa eſt. [Viuet extento Proculeius) Exẽplo Proculei ꝓbat liberalitatis ſplendorẽ & gloriam, ſubiuncturus tẽperantiæ cõtra auaritiam laudẽ, ac dicens. [Proculeius) Ciuis ille Romanis, beneficus & liberalis. [Notus).i. cognitus, in.i erga, fratres.ſ. ſuos. [Animi paterni) i. affectionis paternę, q.i patrimonij portionem iteꝶ illis, tanq̃ filijs ſuis condiuiſit. [Viuet æuo extento).i. producto. ſ. in æternum. [Quia fama ſuperſtes).i. ſemper ſtans, vbi mortales ceciderint. [Ager).i. vehet [Illum).ſ. Proculeium in ore hoium. [Penna) i. alis. [Metuente ſolui) i. ſemper duraturis. & quæ non diſſoluentur, vt alæ Icari, aut etiam auium mortalium. [Tu regnes).i. quilibet regnet. [Latius).i. diffuſius, aut magnificentius. [Domando Spiritum) i. animum. [Auidum).i. auarum, quam ſi iungas.ſ. imperando. [Libyam Gadib.).i. vltimæ parti Hiſpaniæ Bethicæ, in qua ẽt Tyri Erythrei apud Erythreũ mare oriundi, coloniam habuere. & ita. [Vterq. Pœnum).ſ. tam Libycus, q̃ Gaditanus, ſeruiat tibi vni. Vt vero latius cõmendet virtutem temperantiæ, damnat vitium ei oppoſitum, dicens. [Hydrops) i. hydropicus.i. intercute laborans. [Dirus).i. execrabilis, & quaſi Deoꝶ ira laborans. [Creſcit) .i. magis inflatur. [Indulgens ſibi).i. ſequens appetitum ſuum, q.a quanto plus potat, tanto plus ſitit, & quanto plus potat, & ita & morbum, & appetitum auget. vnde addit. [Nec pellit ſitim).i. appetitum bibendi. [Niſi cauſa morbi).i. aqua intercus fugerit .i. abierit venis. [Et langor aquoſus).i. aquæ plenus, fugerit ſup. [A corpore albo) i. aquis ſic diſtenta cute, vt alba videatur, q.d. per ſimilitudinem ſic. Nec auarum impleri pecunia, nec beatum reddi, niſi auaritiam expulerit. [Virtus deſidens).i. diſſentiens. [Plebi).i. opinioni. [Eximit numero beatum).i. beatoꝶ. [Phraaten) Parthorum regem filium Horodis, qui patrem ſuum trucidauerat, redditum, id eſt reſtitutum poſt mortem patris. [Solio Cyri).i regno Perſarum, in quo Cyrus maxime claruit, hoc eſt omnis populus prædicat Phraaten beatum, quòd regnum Perſarum, in quod pater per parricidum venerat, aſſecutus ſit, præter opinionem multorum, verum virtus diſſidet.i. non aſſentitur populo, quia vult nihil eſſe vtile, quod non idem honeſtum, neminemq. beatum, niſi qui bonus ſit, & ſapiens. Vnde poëta noſter in Epiſt. Néue putes alium ſapiente, bonoq̃ beatum. [Et virtus dedocet populum vti) i. docet populum ne amplius vtatur. [Vocibus).i. ſermonibus falſis. [Deferens).i. attribuens, regnum & diadema.i. inſigne regum præcipue Perſarum. [Tutum).i. ſine periculo poſſidendum. [Et laurum).i. lauream, [Propriam).i. debitam. [Vni).i. ſoli illi, quiſquis.i. quicunque. [Spectat ingentes aceruos).ſ. auri & argenti, aut aliarum rerum, oculo irretorto.i. non retracto ex obliquo, per auaritiam. Nam per tranſeuntes rem placidam, retorquemus oculos in eam. Cælius antiquarum lectionum lib iij.c.vj in fine, legit Phraotẽ & beatoꝶ, vt abſumatur ſyllaba vltima à vocali ſequenti, dicẽs ſic, Quia vero de Phraote facta nobis mentio eſt, dignum perpenſione videri põt, ecquid Phraotẽ illum ſignificarit Horat. Car.ij. Redditum Cyri ſolio beatorum &c. qñ illius reſtitutionem in principatum abs quo pr̃ fuiſſet excuſſus, & viri præter ſingulares animi dotes frugalitatemq. ac in primis liberalitatẽ, copioſe exequitur Philoſt. lib ij. verum diſcrepant nonnihil tpa &c. ſm cuius verba non vr̃ eximendus, ſed adſcribendus numero beaturum. Quo circa Bonfinis ſic ordinem, & ſenſum colligit. [Virtus diſſidens pl.).i. a plebe diſſentiens. [Eximit Phraaten) Seu Phraoten. [Beatum).i qui vere beatus eſt [Redditum ſolio Cyri) Eximit inquam numero .i. grege, hoc eſt egregium cenſet & minime in ordinem redigit Phraaten. Quia tamen veriſimile eſt talem à populo cenſeri beatum, & virtutem prædicat poëta diſſidere à populo, ego non abijciam ordinem, & ſenſum à me excogitatum.

QVia vero de Phraote facta nobis mentio eſt, dignum perpenſione videri poteſt, ecquid Phraoten illum ſignificarit Horat. Carm.ij. Redditum Cyri ſolio Phraoten. Diſſidens plebi, numero beatorum Eximit virtus. Qñ illius reſtitutionem in principatum abs, quo pater fuiſſet excuſſus, & viri præterea ſingulares animi dotes, frugalitatemq. ac in primis liberalitatem copioſe exequitur Philoſt. lib. ij. verum diſcrepant nonnih Iı pa, quæ in digitos mittere, nunc minus vacat, iudicabunt volentes, qñ interpretum cura non ſatis conſtat ſibi. Phraaten Parthorum regem legimus apud T. Liuium lib lix. cum quo ab Antiocho Syriæ rege ſit bellatum Gracchanis temporibus. COEL. RHOD.

NVllus argẽto color eſt auaris &c.) exponit hoc loco Lãd. noſter explodendas penitus ineptias & ridicula, prout alijs per multis, quos emendare vniuerſos viri eſſet nimium ocioſi. Exponit inquam Nullus color eſt auaris.i. nimium cupidis inimicæ lamnæ, ita ut colorem non ad argentum (ut debet) ſed ad auaros iubeat referri, quod puerile admodum videtur, & inimice gignendi affirmet eſſe caſus non vocandi. quod ſi fiat, verſus non ſtabit, quippe qui in ſede penult. ſpondeum habebit pro trocheo. Sed omiſſis hominis nugis erit ſenſus & ordo. O Criſpe Saluſti inimice lamnæ.i. liberalis & ſpernens argẽtum nullus color eſt argento abdito auaris terris, niſi ſplendeat temperato vſu. Dixit autem auaris terris, ob id, quod terræ reconditos habent theſauros & occultos. [Redditum Cyri ſolio Phraaten &c.) Quanquam hoc in loco variæ ſunt opiniones, & multi inter alia exponunt virtus beatum, pro beatoꝶ, ac ita ordinant, Virtus diſſidens plebi eximit Phraaten redditum ſolio Cyri numero beatum pro beatorum & non patitur eſſe in numero eorum, quo plebs beatos appellat, tamen id non procedere & conuenire ex ipſius auctoris quæ ſequuntur verbis liquebat. Populusq. ſalus Dedocet vti. Nam Phraatis exemplo diſcit populus recta ſentire, & appellare beatos, non diuites auaros (vt conſueuit) ſed homines liberales & virtute præditos. Et propterea mihi probatur, vt beatum accuſandi ſit caſus ſingularis numeri. & ſit ordo: Virtus diſſidens plebi.i à plebe diſſentiens, eximit Phraaten beatum redditum ſolio Cyri numero .i. e numero & grege, q.d. facit illum egregium & ſingularem, nec patitur eſſe in numero.i. in turba & multitudine, & grege. MATT. *Bonfinus.*

## AD Q. DELIVM.

*Ode Paranetica ad Q. Delium amicum, qua monet, vt vtraque fortuna moderate vtatur, rebus lætis non efferatur, aduerſis non deijciatur, ſed mediocritatem, & æquabilitatem quandam ſeruet interim certus de morte vtcunque vixerit, rem familiarem extruxerit vndecunque natus ſit, atque ob id hilaris viuat dum per ætatem, & facultatem licet.*

### *Ode III. Tricolos, Tetraſtrophos: Vt,*

### *Vides vt alta ſtet niue candidum.*

--u---uu-u-

--u---uu-u-

--u---u-u-

-uu-uu-u--

Æ Q V A M memento rebus in arduis
Seruare mentem. non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia, moriture Deli,
Seu mœstus omni tempore vixeris;
Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni:
Quà pinus ingens, albaq. populus
Vmbram hospitalem consociare amant
Ramis: * & obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo:
Huc vina, & vnguenta, & nimium breuis
Flores amœnæ ferre iube rosæ:
Dum res, & ætas, & sororum
Fila trium patiuntur atra.
Cedes coemptis saltibus, & domo,
Villaq flauus quam Tyberis lauit:
Cedes: & extructis in altum
Diuitijs potietur heres.
Diues ne, prisco natus ab Inacho
Nil interest. an pauper, & infima
De gente sub * dio moreris
Victima nil miserantis Orci.
Omnes eodem cogimur. omnium
Versatur vrna serius, ocyus *
Sors exitura: & nos in æternum
Exilium impositura cymbæ.

Vide an not Frā. Bob sup isto loco.

ANTO.

Æ Q V A M memento) Hac Ode Delium hortatur ad fortitudinem & tēperantiam, vt ita in aduersis, cum prosperis sibi temperet eademq mente & vultu consistat Hinc optime seu Nemo desperet melior lapsis. Nemo confidat nimium secundis. Cumq moriturus sit, ei consulit, vt lætiori vitæ incumbat, dum res, & ætas, Parcæq etiam sinūt. Cedet q. relictis agris, domo, & villa Nec aliquid interest diues ne ac nobilis, an pauper, & infimus natus fuerit, omnes quippe serius aut citius Charontis Cymbam adhibimus. [Æquam memento) Ordo est: Memento rebus in arduis .i. aduersis. [Seruare mentem æquam) .i. eandem & immutabilem. [Non secus in bonis) .i. prosperis, seruare temperatam ab insolenti lætitia. O Deli moriture. [Ab insolenti temperatam Lætitia,) Cic. lib j. Off. docet quò fortis aīus, & magnus maxime cernitur, si nulli neque homini, neque perturbationi animi, nec fortunę succumbat. In temperantia quoque (vt idem ait) verecundia, & quasi quidam ornatus vitæ, omnisq sedatio perturbationum animi & rerū modus cernitur. Et lib. iiij. Tusc inqt. Quemadmodum tēperantia sedat appetitiones efficitq vt hæ rectæ rationi pareant sic huic inimica intemperantia oēm animi statum inflammat, conturbat, incitat. [Insolenti Lætitia,) Immoderata, vel nimia. Cic. enim lib. iiij. Tusc. ait: Atque, vt confidere decet, timere non decet, sic quidem gaudere decet, lætari non decet. Prius etiam dixerat, nam cum ratione animus mouetur, placide atque constanter, tum illud gaudium dr. Cum aūt & inaniter & effuse animus exultat, tum illa lætitia gestientis vel nimia dici potest, quam ita diffiniunt, sine rōne animi elationem, habet. n profusam hilaritatem [Seu mœstus vixeris) Sensus est, q vel mœstus, vel lætus vixeris, moriturus es oino. [Seu te) Ordo est: Seu interiore nota Falerni, bearis te reclinatum in remoto gramine, per dies festos. [Interiore nota Falerni) i secretiore vini optimi cado signato, quo videlicet tpe, quibusue consulibus illud seruatum fuerit [Hospitali) Hospitio aptam. [Trepidare) .i. festinare. [Dum res) .i. ipsa rerū copia & patrimonium [Sororum trium) Parcas intelligit, de q. bus late in carmine de Floribus diximus, & alibi. hæ aūt dīr habere manibus candida fila & nigra. Candida felicitatem, nigra vero infelicitatem significant. Papin. Iamq dies aderat Parcarum conditus albo Vellere. Ouid. item in Ibin: Dixerat, ac Clotho iussit promissa valere: Neuit & infesta stamina pulla

Tēperantia

Intemperantia.

Gaudere

Lætari

Gaudiū.

Lætitia,

Parcarū stamina.

manu. [Cedes) Migrabis, inquit, a tuis bonis. [Fila atra) Quę .s. mortis admonent, & minant, ideo atra inqt. [Diues ne prisco) Ordo est nil, interest an diues natus. s fueris a prisco Inacho, an pauper, & de gente infima [Moreris) .i. habites. [Sub dio) .i. sub aere, & sine domo. [Victima) .s. eris nil miserantis Orci. [Prisco Inacho) Inachus apud Argo primus regnauit annis quinquaginta, regnante apud Hebræos Iacob, Isaac filio. Anno mundi MMM, CCXL. Auctor est Euseb. [Omnes eodem) Ouid. quoque in Met, inquit, Setius aut citius sedem properamus ad vnam. [Omnium versatur vrna) Ordo est, In vrna versatur oīum sors, serius ocyus exitura, ex impositura nos cymbę in ęternū exiliū [In ęter.) Vltima syllaba abūdat. ergo cū seq. dictione alterius versus scandet.

Æquam memento) .i. ęqualem, immutabilē, habens semper moderationis propositum. i. in aduersis talis sis qualis in prosperi. [Insolenti) Immoderate lętam siue consuetam. moriendum. n. est, seu tenax. seu largus vixeris. [Reclinatum) In bibēdo resupinum, & soluto a curis animo, te beatum feceris. [Interiore) Nota Falerni, in interiore enim vina reseruanda reponuntur, quibus ad vetustatis indicium & tempus conditum ascribitur. [Quo pinus ingens) Quę magnitudine sua, amœnitatem potantibus pręstat. [Albaque populus) Interiora. n populi folia, alba sunt. vt Bicolor cum populus vmbra. [Vmbra hospitalem) Refugium pp ęstū generaliter præstantem. [Consociare) Condensare, & opacam facere. [Trepidare) Festinare. vt Ne trepidate viri [Huc) .i. ad nemora, & pinus instrumenta conuiuij, & voluptatum parentur. [Breuis) Genitiuus est breuis autem cito transeuntis, & temporalis vt ipse superius, Et breue lilium. [Dum res, & ætas) Patrimonium, & iuuenta apta lætitiæ. [Fila trium) Quæ mortem admoneant, & minentur. Ideo & atra. Virg. Extremaque fila. laus heroicæ legis [Cedes coemptis saltibus & domo) Oibus diuitij, & amœnitate, nisi in vsu sint carendum morte dicit. vt Iuuen dum tū a figulis munitam intrauerit vrbem, Sarcophago contentus erit. Et Terent. Dum vixit bene dixit. [Extructis) Compositis. vt Qui forte tapetibus altis Extructus. [In altum) Mare iactis opibus extructis in altum ædificijs potietur. hæc est conclusio sensus. Cum diuitijs vsus nō fueris, tuis relictis heredes vtentur. [Diues ne prisco natus ob Inacho) Nihil interest post mortē, vtrum diues sis, & generosus, an pauper, & humilis genere. Inachum aūt pro nobilitate generis posuit Rex. n Argiuorū Inachus, nobilissimus fuit à quo & fluuius, quia in ipso mortuus est, nomen accepit. vnde & Virg p no bilitate, Et Turno si prima domus repetat, origo. Inachus, Acrisiusque pater. & Iuue De quocunque voles proauū tibi sumito. [Sub dio moreris) Supra n. inter diuitias, & domum dixerat, ideo hic sub dio posuit pauperis mansionem. [Nil miserantis Orci) Implacabilis. Virg. ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes. [Cogimur) Compellimur. Tytire coge pecus. [Versatur vrna) Aut ibi fatum, & conditio vitæ versatur, aut vrna vbi cineres colligebantur. vt Luca. Nim qui plenas plāgemus ad vrnas, Hic ait poeticæ per vrnam quasi sorte ad mortem ductos, rapi dixit. vt Virg. Quæsitor Minos vrnam mouet. [Sors) Ideo sortem, qa vrnam dixerat. Ordo est, Sors omnium exitura serius, vel ocyus, vt nos impositura Cymbæ, in æternum exilium versatur, in vrna. [Impositura Cymbæ) Videlicet impositura est nos. vt in æternum dirigat exilium. [Cymbæ) Naui Charontis.

Æquam memento rebus in arduis, Seruare mentē) Hæc Ode ad Q. Delium scripta est de animi æquitate, subitis bonis non esse gaudendū, nec malis desperandū sed medium tenorē sequendum. [Moriture Deli, Seu mœstus oī tempore vixeris. Seu te in remoto gramine per dies festos reclinatum beatis) In hoc causam ostendit, cur æquo animo viuēdum sit, qm .s moriendum est, Et si lasciuus & largus vixeris. [Seu in remoto gramine) Hoc est in successu nemoris. Reclinatum aūt .i. resupinum, recumbētem, vt solent qui securiores & soluto animo hoc faciunt [Interiora nota Falerni) Hoc est vetustiore, qm interiores lagenæ solent esse, quæ prius stipatæ sunt. [Quo obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo) Subaudiendū, si ea non vtimur. & est totū aduerbialiter dictū [Huc vina, & unguenta, & nimium breuis Flores fere iube rosæ) i. ubi hospitalem cōsociant pinus, & populi, & ubi Lympha fugax obliquo laborat, trepidare riuo [Dum res, & ætas, & sororum Fila trium patiuntur atra) Hoc est, dum est, & unde & dum p ætatē hæc decet facere, & dum fata permittunt viuere q atra fili mortuoꝝ tractant. [Et sororum fila trium patiuntur atra) Dum fila atra soroꝝ patiuntur inquit, p eo quod est, dum ipsæ sorores patiuntur, hoc est parcæ, quorū fila sunt atra. [Et extructis in altū Diuitijs potietur heres) Hoc est quas tu in altū extruxeris, ac p hoc magnas, amplasq feceris.

[Diues

[Diues ne prisco natus ab Inacho) Vtrū diues, inq̃t, & generosus sis, an pauper, & ignobilis, nihil interest. [Sub dio moreris) Sub cœlo agas, ac ꝑ hoc viuas. [Oium versatur vrna) Poëtice hoc qua si sorte .s. ducti ad mortem. [Impositura Cymbæ) .s. qua Charon vmbras sepultorum per Acherontem in vlteriora Inferorum .s. transfert, & hoc poëtice.

ASCEN. AEquam memento) Vt temperantiam, & liberalitatē Dellio amico persuadeat, memoriā facit fragilitatis vitæ humanæ, admonēs, vt dū licet, fruatur rebus lætis, quas hæredi ꝓpe diē relinquere cogetur, cū mors memini parcat. Ordo est. [Deli moriture memēto seruare in rebus arduis). i. difficilib⁹, & aduersis. [Mentē ęquā). i. nō nimis dimissam, nec cōcussam, sed æqualē, & memēto nō secus. i. cōsimiliter, seruare in rebus bonis .i. lætis. [Mentē temperatā). i. moderatā. [Ab insolenti) i. nimis immodica, & diffusa lætitia Deli dico. [Moriture). i. q moriturus es, seu vixeris mœstus oī tpe. [Seu bearis) i. btm feceris (ſm Epicuꝝ.) [Te reclinatū in gramine remoto). s. à populo. [Per dies festos). i. in qbus à negotio publico cessandū est. bearis dico. [Nota). i. signo. [Falerni). s. vini. [Interiore) . i. recōditi vini, in intima parte cellæ vinariæ. [Aut nota iteriore). i. bibēdo vsque ad signū, qđ est in interiore parte pateræ. [Iube ferre huc). i. hunc in locū. [Quo). s. loco, pinus ingēs. [Et populus alba). s. in folijs interioribus. [Amāt consociare). i. socialiter efficere. [Ramis) . i. ꝑ ramos suos. [Vmbrā hospitalē). i. potantū ad tp̄s hospitium ꝓbiturā. [Et lympha). i. aqua. [Fugax). i. assidue dilabēs. [Laborat). i. conatur. [Trepidare). i. murmur, vt ī trepidatione fit, excitare. [Riuo obliquo) . i. obliquas ripas, q̄ saxosæ sunt, ꝑcutiente, Iube dico ferre huc vina, & vnguēta, & flores rosæ amœnæ. [Nimiū breues) . i. nimis parū duraturos. vñ in opusculo de rosa dicit Maro, Quā longa vna dies, ætas tā lōga rosaꝝ est, Quas pubescētes &c. [Dū). i. donec, hoc est tātisper. [Dū res). i. facultas, & ætas. [Et fila) . i. stamina. [Sororꝝ trium) i. Parcaꝝ, hoc est dispositiones fatales vitæ humanæ. [Atra). i. nociua dū rūpuntur. [Patiuntur) . i. tibi ꝑmittunt, q̄a tu. [Cedes) . i. discedes. s. a saltibus. [Coēptis) . i. quos simul emisti. [Et domo, & villa). i. domo in agro. [Quā Tyberis flauus). i. subalbis aq̄s. [Lauit). i. alluit, & cedes, &. i. simul. [Ædibus vrbanis extructis in altū) Quia heres potierur diuitijs à te partis. [Nihil interest ne). i. an, tu diues natus. i. ꝓgenitus. [Ab Inacho prisco). i. antiq̄ssimo rege Argiuoꝝ. i generosissimus an ditissimus, & an pauper natus de gente infima. [Moreris) . i. habites, aut maneas remoratus à morte. [Sub dio) . i. Ioue, hoc est sub cœlo. [Exñs victima Orci). i. iferi, seu Plutonis nil miserātis. [Nos cogimur). i. impellimur oēs. [Eodē). i. ad eundē exitū. [Sors oīm versatur) s. in vrna fatali [Exitura serius ocyus). i forte serius, & forte ocyus. Vñ prudēter fingūt poëtæ vitas hoium esse in vrna fatali eaq. versata exire, & inde fieri, ut iuuenes moriantur, nō minus q̄ senes, vt nos admoneant cū Euāgelio, Vigilate vtique q̄a nescitis diē neque horā, & tñ vbi semel mortui sumus, nō est pœnitētiæ locus. vnde addit. [Sors exitura & impositura cymbæ) .s. Charontis. [In exilium æternū). i. vnde nunq̄ redituri sumus.

## AD XANTHIAM PHOCEVM.

*Probat ducnm exemplo, Phoceo Xanthia ignominiosum nō esse, si Phyllidis ancillæ sua amore capiatur, nam & Achilles Briseida, Agamemnō, Cassandram, Aiax, Tecmessam, puellas captiuas adamarunt, Phyllida autem ingenuus moribus, regium quiddam præ se ferre neque ignobilē esse, neque se hoc ex affectu dicere, qui iam quadragenarius ab amore alienissimus sit.*

*Ode IIII. Dicolos, Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque dira.*

-U---UU---
-U---UU-U--
-U---UU-U--
-UU--



NE sit ancillæ tibi amor pudori
Xanthia phocen. prius insolentem
Serua Briseis niueo colore
Mouit Achillem.
Mouit Aiacem Telamone natum
Forma captiuæ dominum Tecmessæ.
Arsit Atrides medio in triumpho
Virgine rapta:
Barbaræ postquam cecidere turmæ
Thessalo victore: & ademptus Hector,
Tradidit fessis leuiora tolli
Pergama Graijs.
Nescias, an te generum beati
Phyllidis flauæ decorent parentes.
Regium certe genus, & penateis
Mœret iniquos.
Crede non illam tibi de scelesta
Plebe delectam: neque sic fidelem,
Sic lucro aduersam, potuisse nasci
Matre pudenda.
Brachia, & vultum, teretesq́. suras
Integer laudo. fuge suspicari,
Cuius octauum trepidauit ætas
Claudere lustrum.



NE sit ancillæ) Erat Phoceo Phyllis ancilla quā certe amore prosequebatur. ait poëta id ipsi nulli esse dedecori. Achilles .n. Briseida, Aiax, Tecmessam, Agamemnon Cassandram, captiuas etiam, & ancillas adamarunt. Probat inde Phyllida, quoque regium genus, vt illas habuisse, moribus, & forma nobilem, quæ omnia decori amatoribus potius, quam dedecori possunt accedere. [Xanthiæ) . i. Troianæ, seu Phrygiæ ac Barbaræ. Sed sunt, qui legunt: Xanthia Phoceu. [Insolentem) Superbum iracundum, arrogantem. de moribus autem Achillis, dictum est latius lib. j ibi: Pelidæ stomachum. Refert etiam plura Homerus lib. xxiiij. Iliad. [Serua Briseis) Ea quidem ab Achille rapta fuit ex Lyrnesso, regia Minetis. Ex Theba vero Ectionis patria Andromaches capta fuit Cryseis, quæ sane Agamemnoni contigit. Ambæ autem hę vrbes in eo campo erant, qui postea Thebanus campus est appellatus, is ꝑꝑ fertilitatē prius à Mysis ac Lydis postea ab græcis infestatus est. Erat autem in Cilicia, nam Cilices in duos diuisi erant principatus, alterum Ectionis, alterum Minetis. Erantq́ ista oppida Lesbo opposita, quibus omnibus Priamus imperabat. quod Achillis verba manifeste declarant vbi ait, Ante tuas noramus opes spatiosaq́. regna: Quæ felix pariter Lesbos complectitur, & quæ Comprendit Phrygiæ tellus, ac Hellespontus. Tunc quidem hæc erant, postea variæ mutationes sunt consecutæ. Tota aūt ora sub Troianis in nouem principatus diuisa erat. & sub Priamo in bello Troiano constituta, & Troia appellata. hæc omnia ex Strab. lib. xiij. [Tecmessæ) De hac itē Ouid. lib. iij. de Arte meminit, his verbis: Odimus & mœstas, Tecmessam diligat Aiax: Nos hilarē populum, fœmina læta capit &c. [Atrides) . i. Agamemnon, cui diruto Ilio Cassandra virgo & Priami filia, forte obrigit. quæ etiam sibi quæ facta seruarentur à coniuge prædixit, quod Sen. in Tragœdia Agamemnonis, testatur latissime [Medio in triumpho) . i. in ipsa victoria. [Barbaræ). i. Troianæ. [Thessalo victore). i. Achille. Is. n. Thessalus fuit Virg. Nec Larisseus Achilles Larissa, & Phthia egregia erant oppida in Thessalia, ut scribit Sol. [Et adēptus Hector) Ordo est. Et Hector ademptus tradidit. Pergama leuiora tolli à fessis Graijs. Vnde & Maro ait: Decimum quos distulit Hector in annum. [Nescias, an) Potuisset Phoceus rñdere poëtæ: Non mirum esse, ꝙ Achilles Briseida, Tecmessam Aiax Agamemnon Cassandram captiuas, & ancillas arserint. illæ .n. regū filiæ fuerant, suam vero Phyllida humilem esse. hinc ait poëta: Illam mœrere regium genus, moresq́. generosos habere, vt similem illis ostendat. [Beati) . i. diuites uti fuere prædictarum parentes. [Penates) Ij, sunt omnes dij, qui domi coluntur. Et Seruius inquit lib. ij. Æn. quod etiam Tullius pro Sylla ostendere videtur his verbis: Quamobrem vos dij patrij ac penates, quī huic vrbi, atque huic imperio præsidetis, &c. Macr. etiam lib. ij. Sat. docet penates esse, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Esse autem medium Ethera Iouem, Iunonem vero imum aëra cū terra, & Mineruam summum ætheris cacumen. [Lucro aduersam)

ANTO.

Priami regna.

Id est ab lucro abhorrentem, non.n. donis ad libidinem allici po terat. [Pudenda).i. turpissima. [Teretes) Non crassas, verum in longitudine rotundas hinc laudabiles. [Integer) Non corruptus libidine aliqua Potuisset Phoceus poetæ dicere. Tu meam Phyllida ardes hinc eam laudas. Poëta igitur tacitæ obiectioni ita respondit. Suspicari de illo .s. me ipso. [Trepidauit) .i. festinauit. [Octauum lustrum) .i. quinquennium, hoc est annos xl. quos quidem, ab amore alienos esse decet.

ACR. NE sit ancillæ tibi amor pudori) Asserit hac Ode ancillæ amorem dño erubescendú non esse, & ducum ponit exépla, quibus turpitudini darú nó sit in amoré trahi forma captiuarum. [Insolentem) Factorum suorum & victoriæ superbia elatú. vt ipse superius, Exercitus insolens. [Serua Briseis) Ancilla. vt, Olli serua datur operum haud ignara Mineruæ. [Niueo colore) Digna amoris pulchritudine. vt, Et erat tum dignus amari. [Mouit Aiacem Telamone) Innata n. uoluptate animus mouetur, & propterea motus libidinis est. [Telamone) Ideo Telamone natú, quia fuit alius Oilei, de quo Virg Et furias Aiacis Oilei. [Forma specialiter forma) Pro pulchritudine ponitur: vt, Fortunæ conscia coniux. [Medio in triumpho) Aut in medio belli tpe, aut in medio ipso bello vacuú illi fuisse ét in periculis amare quod tñ potuit cum animus spe triumphi ad alium amoré incendi non posset. [Virgine rapta) Aut Briseiden dicit, aut Chryseiden sacerdotis filiam, sed magis Cassandra intelligitur, quæ habuit forte Agamemnonem dñm. [Thessalo victore) Potuit intelligi Pyrrho q excidio interfuit Troiæ, sed q a subdidit, Ademptus Hector Achillem significat fuisse. [Fessis) .s. bello longo veluti morte Hectoris Troia sit tradita. [Leuiora) Imbecilliora. vt Decimum quos distulit Hector in annum. [Beati) Beatos nobiles dixit, neque enim beati esse poterant, quorum erat filia captiua. [Phyllidis flauæ) Phyllis enim capta fuit. [Mœret) Quod nihil ei profuerit, vt seruitutem vitaret, tristis recordatione sui generis, vt. Qualis populea mœret Philumela sub vmbra. [Auersam) Abhorrentem fraudem, & pecuniam. vt Auersa Deæ mens, & diua solo fixos oculos auersa tenebat, vt parentum merita, ex habitu & moribus colligat. vt Virg Quam sese ore ferens, quam forti pectore, & armis. [Pudenda) Erubescenda. [Integer) Castus, & quia aut securus pulchritudinem laudat corporis, quia animi ante laudauit, aut certe de quo iam etiam ætas nihil obscœnum faceret suspicari. [Cuius octauum) xl. annos dixit. quadragenarium enim voluit significare. vt Virg. Veniet lustris labentibus ætas. [Trepidauit) Festinauit. vt ne trepidate viri.

POR. NE sit ancillæ tibi amor pudori) Ad Xanthium Phoceú hæc Ode dr̃ de amore Phyllidis, non esse dño ancillæ affectum erubescendum. [Prius insolentem Serua Briseis niueo colore mouit Achillem) Insolentem hic superbum arrogantē, accipe, alioqui insolés crudelis dr̃, superbiæ aút Achillis. Virg quoque meminit cú de Pyrrho filio eius loquitur ita, Stirpis Achilleæ fastus. [Atrit Atrides) Medio in triúpho. [Virgine rapta) Mediu in triumpho .i. in ipsa victoria capta Troia q̃sita. [Barbaræ postq̃ cecidere turmæ Thessalo victore:) Poterat accipi Neoptolemus, q interfuit excidio Troiæ: Sed cú subijciat. Et ademptus Hector, ad Achillem reuocauit oém excidij Troiæ casum. [Leuiora tolli Pergama Graijs) Leuiora .s. facta Pergama .i. imbecilliora extincto Hectore. [Nescias ante generú beati, Phyllidis flauæ decorent parentes) Posse aút fieri ait, quod & hæc regij generis sit. vnde intelligere debemus Phyllidem captiuam esse, sic.n. se hñt, & hæc quæ subijciuntur, Regium certe genus, & penates. [Brachia, & vultum, teretesq́. suras) Eleganter cú puellæ pulchritudinem laudaret, ne suspectus haberetur in amorem eius, adiecit. Integer laudo, fuge suspicari. Cuius octauú trepidauit ætas, Claudere lustrum. [Ætas) Quadraginta ætatis annos se excessisse ostendit. Octo.n lustra octo quinquennia xl. annos se claudunt. Quæ ætas videtur iam amori esse aliena.

ASCEN. NE sit ancillæ) Cómendat Phoceo amico Phyllida ancillã eiusq. amorem, cuius ne eum pudeat exéplis, pbat ancillas ét principibus viris dilectas fuisse & si Phoceus dicat eas pgenie regali ortas, dicit Phyllidos mores ingenuos, & lepidum corpus, argumento esse illam non illiberalibus ortam paré tibus. At ne eius amore captum suspicetur, dicit se integrú & incorruptú laudare, nec amoribus irretitum cú sit quadragenarius atque ita frigidus in Venerem senior. Ordo aút est. O Phoceo Xanthia al qd textus hñt Xanthiæ ancillæ .i. Troianæ. ne amor ancillæ sit tibi pudori. Briseis ancilla, & amica Achillis. [Sæua) .i. imperiosa ad nutum suum hoiem regens. alij legunt, serua. [Mouit) .i. affecit amore sui. [Colore niueo) .i. pp nitorem formæ. [Achillem prius insolenté) Sed eius amore domitú. aut dicamus, Mouit prius Achillem insolenté .i. quãuis insolentem, & arrogantem, atque indomitú. [Forma) .i. species, & formositas Tecmessæ captiuæ, mouit Aiacé natú Telamone, qui tñ fortior, quá Oileo natus dr̃ [Dñm) .i. quamuis dñm suum. [Atrides) .i. Agamemnon. [Arsit) .s. incendio amoris impatientis. [In medio triumpho) .i. in ipsa victoria. [Et hoc virgine) .s. Cassandra rapta. [Postq̃ turmæ barbaræ) .i. barbarorum, qui Troianis auxilio venerant, qđ potius dicam, quam vt de ipsis Troianis intelligam, pp Romanorum originem. [Cecidere) .i. fusæ, & stratæ sunt. [Thessalos) .s. Achille victore. [Et Hector ademptus) .i. ablatus opera Achillis, a quo interfectus erat. [Tradidit) .s. per suam absentiam. [Pergama) .i. mœnia Troiana. [Tolli) .i. diripi. [Leniora) .i. leuis & faciliter. [Graijs fessis) .s. decennali bellu. Vnde Æn. ij. Fracti bello fatisq. repulsi Ductores Danaum, tot iam labentibus annis. [Tu nescias) .i. nescire possis cognitis motibus, & suspirijs eius an parétes. [Phyllidis flauæ) .i. flaui coloris, saltem in capillis. [Beati) .i. diuites & potentes. [Decorent) .i. illustrent & ornent. [Te generum) .s. suum, quia filię maritum. [Certe ipsa mœret) .i. tacite deflet genus regium, vnde se ortam dicit, & penates iniquos, uel impares dijs victorum vel inultos, quod familiam suam non seruauerint. Crede illam delectam tibi non de scelesta plebe, neque sic fidelem tibi, & sic auersam .i. alienam a lucro potuisse nasci matre pudenda .i. turp Vnde dicit Iuuen. Sat. vj. Scilicet expectas ut tradat mater honestos: Aut alios mores, quá quos habet. utile porro Filiolam turpi uetulæ producere turpem. Ego laudo. [Integer) .i. incorruptus a more eius. [Brachia, & vultum, & suras) .i. posteriores partes crurum, teretes .i. cum longitudine rotundas. [Fuge suspicari) .i. habere suspicionem .s. de illo, hoc est de me uetulo, vtpote cuius ętas trepidauit .i. festinauit. [Claudere) .i. perficere. [Octauum lustrum) .i. quadragesimú annum [Xáthia Phoceum) Mancinellus Xanthiæ in genitiuo casu legit, exponitque Troianæ. At Porph. ad Xanthiam Phoceum hanc Oden scriptã testatur. Ideoq́ Xanthia vocatiui casus existimandum. Nam & proprium ancillæ huius nomen. Phyllis subiungitur. Verum pusillum hoc, ac vix annotatione dignum. [Cuius octauú trepidauit ætas Claudere lustrum) Lustrum pro spatio quinque annorum dixit, sed improprie, vt vulgus. Ná proprie ea voce vsus est Ode xiiij lib. iiij. Carm. Fortuna lustro prospera tertio. Rursus improprie Ode j. lib. iiij. Carm.

## REVOCANDAM ESSE MENTEM,

*à desiderio virginis immaturæ.*

*Dehortatur seipsum ne Lalagen puellam viro nondum maturam, contingat, comparatq; eam iuuencæ & vuæ acerbæ honesta allegoria, tusibus quam Veneri aptiorem significans, breui futurum, vt illa grandior et maturior vltro virum appetat.*

*Ode V. Dicolos, Tetrastrophos: Vt, Vides, vt alta stet niue candidum.*

——UU——UU-UU
——UU—-UU-UU
—-UU———U-U
-U-UU-U-U



ONDVM subacta ferre iugum valet
Ceruice: nondum munia comparis
Aequare: nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
Circa virenteis est animus tuæ
Campos iuuencæ, nunc fluuijs graué
Solantis æstum, nunc in vdo
Ludere cum vitulis salicto
Prægestientis. tolle cupidinem
Immitis vuæ: iam tibi liuidos
Distinguet autumnus racemos
Purpureo varius colore.
Iam te sequetur. currit enim ferox
Aetas: & illi, quos tibi dempserit,

Apponet annos. iam proterua
Fronte petet Lalage maritum,
Dilecta, quantum non Pholoë fugax,
Non Chloris, albo sic humero nitens,
Vt pura nocturno renidet
Luna mari, Gnidius ue Gyges:
Quem si puellarum insereres choro:
Mire sagaceis falleret hospites,
Discrimen obscurum, solutis
Crinibus, ambiguoq. vultu.

ANTO. ONDVM subacta) Sectāti Lalagē puellā pulcherrimam sub innubilem, viruq. immaturam. Horat. scribit illam iuuencæ comparans nondum valenti Venerij tauri sufferre pondus. Consulit igitur illius citam adolescentiam, expectare velit. Tunc.n. proterua impudentiq. fronte virum vltro appetet. Crederem attñ sibi ipsi potius id dicere. Superius.n. de Lalage inquit, ꝙ vbicunque fuerint, illam semp amabit. [Nondū subacta) Ode est similis nonæ libri j. Est aūt ordo. Animus tuæ iuuencæ est circa virenteis cāpos nūc solantis grauem æstuum fluuijs, nūc ꝑgestientis ludere, cum vitulis in vdo salicto, nondum valet subacta ceruicem ferre iugum, nōdum valet æquare munia cōparis, nec valet tolerare pondus tauri ruentis in Venerē. [Subacta) .i. supposita, vel attrita. [Iugum) Allegoricos coniugium accipit. [Valet) Tua ipsa iuuenca. [Munia) Officia Venerea. [Cōparis) .i. viri, sibi adhærentis. [Tauri) Viri, ꝑstat.n. in allegoria. [Iuuencæ) .i. puellæ. [Solantis) Refrigerantis & recreantis. [Cū vitulis) .i. cū pueris. [Prægestientis) Desiderantis & exultātis. [Immitis vuæ) .i. immaturæ puellæ. [Distinguet) Diuidet, variabit. [Autūnus) Ab augeo dr̃, ꝙ tūc maxime augeantur hoīum opes coactis agroꝝ fructib⁹, vt Festus ait. Incipit aūt vij. idus Sextilis, habetq. dies xcj auctor est Varro lib. j. de Re rust. [Racemos) Est racemus botryonis pars. vt Seru. docet lib. iij. Georg. [Purpureo colore) .i. nigranti rosæ similis. Plin. enim lib. ix. scribit, ꝙ purpurę pisces florem illum tingendis expetitum vestibus, in medijs hñt faucibus. Liquoris hic minimi est in candida vena, vnde ꝓciosus ille bibitur, nigrantis rosæ colore sublucens, reliquum corpus sterile. [Ferox) Robustior. [Ætas) Adolescentia [Proterua) Impudēti. [Dilecta) Ab omnibus. s. tm̄ [Pholoë) De hac lib j. Ode vero 33. etiam dicit. Cyrus in asperā. Declinat Pholoën, sed prius Appulis iungentur capræ lupis. Quam turpi Pholoë peccet adultero. [Chloris) Formosæ puellæ nomen, chloros aūt viridis dr̃. [Gnidius ue Gyges,) Gnidium appellat, qm̄ in Gnido vrbe Cariæ colebatur. Venus, quæ omnium elegantiarum dña esse dr̃. Meminit Tull. lib iij. Off. de altero Gyge, qui annuli cuiusdam beneficio, stuprum intulit reginæ Lydoꝝ, eaq. adiutrice, regē dñm interemit & rex effectus est Lydiæ. [Sagaces) Sagire est acute sentire, inde sagaces dicti canes. is igitur q ante sagit, q̃ oblata res est dr̃ pręsagire. i. futura ante sentire. Auct. est Cic. lib. j de Diu. Et Fest. inquit, Sagax acutus. & solers. i. in oī re prudens. Hospites peregrinos, quibus. s. antea non cognitus esset. [Discrimē obscurū) .i. incognita dr̃ia. Virg. lib. vj. Vel quo discrimine ripas, Hæ linquūt. [Solutis Crinib.) Intōsi crines, & ambiguus Gygis vultus obscurum discrimen reddebāt. [Ambiguo) An. s. puellæ, an pueri esset.

ACR. NOndum subacta ferre iugum valet) Incertum est quem alloquatur hac Ode, vtrum amicoꝝ aliquem, an seipsum ait tñ vt reuocet intemperatā mentē a cupiditate, & á desiderio Virginis immaturæ, quam cōparat ꝑ allegoriam iuuencæ & a translatione incipit, dicendo iugum eā coniunctionis ferre non posse, nec tauri tolerare pondus, ut designatione pecudis inhabilē mōstret uiro, significans eam. ita nullo adhuc calore ætatis solicitari, vt soli esset ludo dedita. [Nondum tua iuuenca valet ferre iugum subacta Ceruice) .i. domita ceruice. Iugum dr̃ quo iumenta iunguntur. Item summa montium iuga appellarunt. Virg. Dū iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit. [Munia obsequia lege debita) Quod vult intelligi de implendo vxoris officio, Æquare pari affectu ferre, vt, Æquatq. Sicheus amorem. [Circa virenteis) Circa ludos tm̄, non adhuc nubilē compensare sapit ætatem. [Solantis) Recreantis, vt Virg. Pasiphaë niuei solatur amore iuuenci. Ordo est, Nunc est aius tuæ iuuencę solantis, grauem æstum fluuius circa virenteis campus, nunc est animus tuæ iuuencæ ludere cum vitulis in vdo salicto. [Prægestientis) Propetātis, crescentis. [Immitis vuæ) Quia oēs vuæ donec sunt liuidæ, semꝑ non sunt maturæ, sed autumnus distinguet, dum incipient maturescere. [Distinguet autumnus) Per autumni tempus vindemiæ ad colligendum aptæ, per translationem maturitatem expectandam demonstrat ætatis. [Iam te sequetur) Non est longum expectare aptam puellæ ætatem ad consentiendum faciliorem. [Curret enim ferox ætas) Adulescentia aūt prona & labilis in multis, ideo ferox dixit, aut quæ ferre valet virum. [Apponet annos) Pro viribus & ætatis flore dixit annos, quia iam per senium minuerentur, illi augerentur. [Pholoë fugax) Nomina pro exēplo posuit, quæ dum ante viros vitassent, postea obscœnaꝝ vitam elegere mulierum. [Vt pura) Hñs in sereno integrū lumen. vt Virg. Splēdet tremulo sub lumine pōtus. [Gnidius ue Gyges) Nomē pueri pulchri, de Gnido insula, Veneri dedicata. vt ipse superius. O Venus regina Gnidi Paphiq. huius pueri formā laudat i carmine suo. [Fallere h.) Aduenas, q a sexū ex similitudine nō nossent.

POR. NOndum subacta ferre iugum valet Ceruice.) Hac Ode allegoricos cum eo agit, qui inhabilem adhuc uiro puellam ꝑsequitur, quæ lusus magis, quam rerum venereaꝝ cupida sit. [Nōdum munia comparis Æquare:) Eleganter, q a de iugo serendo loquitur, qđ de coniugio intelligi vult. [Nunc fluuijs grauē Solantis æstum) Quod sigñat refrigerantis, Solari æstum pro refrigerare gratissime dr̃. [Nunc in vdo Ludere cum vitulis) Dicēdo vitulis intelligi vult cum pueris. [Tolle cupidinem immitis vuę) Transit in allegoriam immaturæ vuæ, comparans viriditatē adhuc puellæ virginitati. [Distinguet autūnos racemos) Hoc est nīgrorem maturitatis variabit. videmus. n. racemos cum primum nigrescere incipiunt. non oēs simul ac vuas colorari. Currit n. ferox Ætas & illi, quos tibi dempserit. [Apponet annos) Hic ꝑ viribus ac flore ætatis accipe. Sic. n se habet sensus. Quantum tibi vrgente, iuuentute iam virium decerpserit, tm̄ nunc illi cura maxima florescenti accedet. [Non Pholoe fugax) Quæ viros fugeret [Albo sic humero nitens) Pro candido. [Dilecta) Quantum non Pholoe fugax. [Non Chloris) Dilecta generaliter accipe, à quocunque qui eam viderit dilecta, & vtique ꝑꝑ pulchritudinē, quam in eo prædicat præferendo Chloridi & Pholoë, quas æque pulcherrimas fuisse intelligendum. [Gnidiusq. Gyges) De huius pueri pulchritudine, etiam Ouid. locutus est. Mire sagaces falleret hospites. [Discrimen obscurum, solutis Crinibus ambiguoq. vultu) Suauiter hic hospites pro ignotis dicit, hoc est qui ipsum puerum nō nossent. Sic. n. falli possint obscuro sexus discrimine, & ambiguo vultu. [Sagaceis) Quamuis sagaces. [Discrimen obscurum, solutis Crinibus ambiguoq vultu.) Obscurum discrimen sexus s. obscurabat autem per crines solutos.

ASCEN. NOndum subacta ferre iugū) Hac Ode disertissima poeta noliter amicum, quem (quia inhonestum est) non nominat, moneat desinat puellas immaturas sectari, dicens per allegoriam [Iuuenca tua) .i puella, quam sectaris. [Nondum valet ferre iugum) .i. pondus virile. [Ceruice nondum subacta) .i. nondum domita (bis. n. dicetur nondum) hoc est natura nudum ad Venerem apta. [Nondum valet æquare) .i. ex æquo præstare. [Munia) .i. officia. [Comparis) .s. tauri, hoc est viri. [Nec valet tolerare pondus tauri ruentis in Venerem) .i. viri volentis coire, hoc est tuum imperium. [Circa virenteis) Persistit in allegoria & metaphora ab iuuenca sumpta, dicens. [Animus tuæ iuuencæ) i. iuuenculæ, q̃ sectaris, est circa campos virenteis, hoc est cum puellis æqualibus versari cupit iuuencæ dico. [Solantis nunc) .i. aliqñ. [Fluuijs) .i. aquis fluentibus. [Æstum grauē) .i dulcibus colloquijs æqualiū, Puellares curas. [Et Prægestientis) .i. nimis cupientis. [Nunc) .i. aliqñ. [Ludere cum vitulis) .i coæuis pueris. [Non cum tau.) .i. viro impetuoso. [In salicto) .i. in loco vbi salices crescunt. [Vdo) .i. aquoso, quia is fere humidus, & aquosus est. [Tolle) .i. amoue. [Cupidinem) .i. appetitum, aut cupiditatem. [Vuæ) .i. puellæ. & est alia metaphora. [Immitis) .i nondum maturæ. [Iam) .i. ꝓpediem, quia cito maturescūt puellæ. [Autumnus varius) .i. afferēs varias vuas maturas. [Distinguet) .i. discernet tibi. [Racemos liuidos) i. vuas adhuc liuentes, & plumbeum colorem hñtes. i. nōdū plene maturas. [Colore purpureo) .i. a Vere maturis, hoc est si paullum expectare poteris, quæ nunc est liuida vua fiet purpurea. i. iuuencula vix pubescere incipiens, Viri potens fiet. Ipsa q̃ re fugit modo sequetur te iam. s. matura viro. [Enim) Pro quia. [Ætas ferox) .i. robusta & animosa, aut q̃ tunc erit indomita sub primo furore amorum. [Curret) .i. festinanter adueniet. Et apponet illi annos. s. aduenientes, & ad Venerem aptos, quos dempserit tibi, quia ad medium vsque ætatis dñr anni venire, & apponi, & post medium recedere, & demi. Vnde dicit in Arte, Multa ferunt anni venientes cōmoda secum: Multa recedentes adimūt. [Iam Lalage) Exponit allegoriam. i. iuuencula quam tu sectaris.

[Petet maritum).i.cōmercium viri,fronte proterua, aut qa matri neganti inimica,aut quia ob formositatē superba. [Dilecta) .s.ab omnibus tm̄.[Quantum).s.non est dilecta. [Pholoë puella illa fugax).s.ab amatoribus,qui nimis frequentes sunt,& nitens vt Luna renitet.i.resplendet pura,mari nocturno.i.dum effunditur p mare rpe nocturno,sic. [Vt Chloris non est nitens).i.plusquam Chloris formosa illa puella est nitens albo humero,& nitens.[Vt Gyges puer Gnidius).i.venereus,aut venustus,vt quem Venus regina Gnidi omnibus gratijs decorarit,quem puerū. [Si tu insereres choro puellarū Discri men obscurū) .i.differentia difficilis cognitu. [Crinibus solutis,& vultu ambiguo) .i.dubio,an maris,an fœmellæ. [Falleret hospites) .i. aduenas,qui eū in forma,& vestitu virili non nouerāt. [Mire).i.licet mire. [Sagaceis) .i.rem latentem sagientes, & quadam sagacitate olfacientes.

DOCT. interpr. NOndum subacta) De puella nondum viro matura loquitur; indicans,vnde ducta sit metaphora. Nimirum a iuuenco cui nondum suppetunt vires,vt inducendo aratro pares operis vires sustinear. Nam & coitus duorum ex æquo negocium est,itridēs vt in iugo,vnde dictum etiam coniugium.

## AD SEPTIMIVM.

*Septimium veri amici exemplar proponit, qui amici causa nullum laborem & periculum suscipere recusaret hortaturq; vt Tybur aut Tarentum vrbes amœnissimas secum deligat, vbi senectam exigat. nam ea regio præterquam quod sit saluberrima, melle, oleo, vino, & omnium rerum feracissima est.*

*Ode VI. Dicolos, Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-υ --- -υυ -υ -υ
-υ --- -υυ -υ -υ
-υ --- -υυ -υ -υ
-υυ-υ

SEPTIMI Gades aditure mecum, &
Cantabrum indoctū iuga ferre nr̄a, &
Barbaras Syrteis, vbi Maura semper
Aestuat vnda:
Tibur Argeo positum colono
Sit meæ sedes vtinam senectæ:
Sit modus lasso maris, & viarum,
Militiæq́.
Vnde si Parcæ prohibent iniquæ:
Dulce pellitis ouibus Galesi
Flumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
Ille terrarum mihi præter omneis
Angulus ridet: vbi non Hymetto
Mella decedunt, viridiq́. certat
Bacca Venafro:
Ver vbi longum, tepidasq́. præbet
Iupiter brumas: & amicus Aulon,
Fertili Baccho minimum Falernis
Inuidet vuis.
Ille te mecum locus, & beatæ
Postulant arces: ibi tu calentem
Debita sparges lacryma fauillam
Vatis amici.

ANTO. SEPTIMI Gades) Hac Ode Septimio amicissimo suo poëta scribens, ait secum in vltimas etiā, & aspertimas orbis horas iturum esse, qđ maximā eius beneuolētiam arguit. optat inde vt tybur senectæ sedes haberi possit, quod si Parcæ non dederint, petet inquit. Tarētum cuius quidem regio sibi præter omnes arridet, Abundat .n. melle, vino, oleo, & temperie summa. Hortatur, itaque Septimium velit eo secum pergere vbi defuncto sibi valeat debitas emittere lacrymas. [Septimi Gades aditure mecum,) Ode est similis secundæ libri primi. [Gades) Insulas Bethicæ oppositas in Oceano, de quibus late superius Ode ij. huius voluminis. [Cantabrum) Cantabri populi sunt in Hispania Taraconensi ad Oceanum, vt docet Ptol. lib.ij. Eos aūt, & vicinas illis gentes, quæ latrocinia retinebāt Augustus oppressit, vt scribit Str. lib.iij. Suet. etiam de August. ait: Externa bella duo omnino per se gessit, Dalmaticum adolescēs adhuc, & Antonio deuicto: Cantabricum paullo item inferius ait: Domuit autem partim ductu, partim auspicijs suis Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam &c. [Indoctum iuga ferre nr̄a) Quo tempore id poëta scripsit. Cantabri ab Romanis subacti nō fuerant quod Augustus postea egit, vt diximus, vel indoctum ait .i. non assuetum nam paullo ante victus fuerat Cantaber ab ipso Augusto. [Barbaras) i.sæuas. [Syrtes) Sunt duo sinus in extrema Africa eas inaccessas vadosum, ac reciprocum mare efficit, ita incertis motibus nunc in breuia rescindit dorsuosa nunc & æstibus inundatur inquietis. latius tm̄ video in Epodo ix. [Maura vnda) Mauri terminantur Oceano Occidentali. vt scrib. Ptol. lib. iiij. de quibus plura lib. vlt. Str. [Tybur) De eo late superius Ode septima lib. j. [Sit modus) Ordo est, Lasso mihi sit modus .i. finis maris viarum & militiæ. [Vnde) A quo Tybure. [Parcæ) Chloto, Lachesis, Atropos. [Pellitis ouibus Galesi) Galesus (vt dixit Liuius lib. v. de ij. bel. Pun.) Calabriæ flumen est Tarento proximum per quinque millia passuum. Et Plin. lib. viij. scribit, Tarentinas oues fuluas esse & suæ pulliginis. [Phalanto) Hoc duce Lacones Tarentum Apollinis oraculo condiderūt. de quo multa Str. lib. vj. & nos latius Ode xxviij. lib. j. [Hymetto) Hymettus mons est nobilis in Attica, qui mel gignit optimum, vt Strab. ait lib. x. qui etiam lib. vj. scribit: Tarentinam oram fructum bonitate præcellentem. nam & mel eius & vellera vehementer laudantur. [Decedunt) Procedunt. [Venafro viridi) .i. oleo Venafrano. nam laudes habet olei totus Venafranus ager maxime planis finitimus aruis. Auctor est Str. lib. v. de Campania loquens. [Aulon,) Locus est contra Tarentinam regionem, ferax optimi vini, vt Porphyr. inquit, Acron vero dicit esse montem Calabriæ. Montem esse comparatione Falerni crediderim. Est autem ordo. Et Aulon fertilis amicus Baccho. [Falernis vuis) Falerno agro secunda vini, nobilitas erat non longe à Capua, de quo plura Plin. lib. xiiij. cap. ix. [Debita lacryma) .i. merita, & amica. [Fauillam) Poëta lib. vj. de Miseni cadauer ait, Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit, Relliquias vino, & bibulam lauere fauillam, Ossaq́. lecta cado, texit Chorineus aheno. Sappho item ait: Sex mihi natales ierant, cum lecta parenteis: Ante diem lacrymas ossa bibere meas. Optat ergo Horat. vt ei Septimius funus celebret, his in locis amœnis.

SEptimi) Septimum equitem R. amicum & cōmilitonem suum ac Ode alloquitur, cui se tanta gratiæ necessitudine fatetur astrictum, vt si velit, ad vltimas mundi nationes ire se cum eo promittat posse. Hortatur tm̄ vt loca gratissima sibi eligat Tyburis, & Tarenti, quorum & amœnitatem laudat. [Gades) Insulæ sunt Hispaniæ, in vltimam partem Oceani. [Cantabrum) Cantabri gens Hispaniæ, siue Galliæ, necdum a Roma victa. de qua Lucan. Si tibi durus Iber, vel si tibi terga dedisset Cantaber hanc Augustus postea superauit. [Barbaras) Inhospitales propter incertum maris. [Syrtes) Loca sunt habitatione remota. Virg. ACR.

*Et Numidæ inferni cingunt, & in hospita Syrtis.* [Vbi Maura semper) Propter Africanam addidit Maura, quia vtraque Lybia dicitur. [Sit modus) Modum finem dixit laborum, vt eadem domo & senectam ageret, & vitam finiret. [Galesi) Galesus fluuius est iuxta Tarentum, vbi pro pasture copia, vel dulcedine, maiores ouibus lanæ sunt, de quo Virg. Qua niger humectat flauentia culta Galesus. [Vnde) A quo .i. a Tybure. [Regnata) Participium est sine verbi substantia, vt Virgil. Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo. [Phalanto) Phalantus Lacedæmonius fuit, eiectus patria, ac culpa, quòd abscentibus Lacedęmonijs, filiæ eorum ex fetuis grauidate ediderant. postea reuersi patres tali culpa genitos expulerunt, quorum dux Phalātus fuit, qui Tarentinam condidit ciuitatem, vt fertur octauus ab Hercule. [Ille terrarum) Ordo est. Ille Angulus ridet mihi, præter omnes supple angulos terrarum, pro loco autem angulum posuit. [Ridet) Lætus est, vt Virg. Mistaq́. ridenti colocasia fundet acantho. &, Omnia nunc rident. [Vbi non Hymetto) Hymettus mons est Atticæ regionis, mille abundans, laudat autem Apuliam, & Calabriam, prouincias in qua & Tarentum situm est,

est, cuius se amœnitate, & delitijs delectari dicit. [Nam & melle, & oliuetis præcellunt) Hyemes quoque apriciores hñt. [Venafrum ciuitas Samni, oleis abundans. [Et amicus Aulum Fertili Bacco minimum Falernis Inuidet vuis) Hoc est, non impar vuis Falernis. Inuidere .n. sibimet solent impares in virtute hic Aulon mons est Calabriæ & quia impar nõ est, ideo dixit non inuidere. [Ille te mecum) Eleganter se cum Septimio in laudatis locis optat viuere, & eum habere superstitem defunctoque sibi, iusta persoluere. [Arces) Virg. Aulonisque arces, & naufragum Syllaceum. [Ibi cu calentẽ) Ordo est. ibi sparges tu calentem fauillã, vatis amici, debita lacryma.i. naturali aut debita pp amicitiam. Antiquorum.n. mos erat, mortuorum cadauera concremare, ideo defuncti fauillam dixit. vt est, Bibulam lauere fauillam.

POR. SEptimi Gades aditurae mecum) Hac Ode Septimum equitem Romanum cõmilitonem suum alloquitur, qua testatur gratissima sibi loca esse Tyburi, & Tarenti. [Cantabrum indoctum iugo ferre nostra) Apparet Cantabros quæ est gens Hispaniæ siue Galliæ, illo adhuc tempore indomitos fuisse cum dicit, Cantabrũ indoctum iuga ferre nostra. [Septimi Gades aditurum mecum) Gades oppidum à pœnis conditum, vt supra ostendimus. [Vbi Maura semper Æstuat vnda) Maura hic pro Africa dicitur, quos.s. tam Africa, ἁπλῶς quam Mauritaniæ generaliter Lybia dicitur. [Tybur Argæo positum colono) Supra ostendimus Tybur oppidum à Tribus fratribus conditũ esse, Tyburto, Cathyllo, Cora, quos genere Argiuos esse etiam Virg. testis est, qui ait, Cathyllusque, acerque Coras Argiua iuuentus. ergo Argeo pro Argiuo antique dicitur. [Sit modus lasso maris & viarum Militiæque) Modum nunc pro fine dixit, Optat ergo sibi post laborem maris & viarum & militiæ in reliqua ætate Tyburis secessum. [Dulce pellitis oui Galesi Flumen) Galesus fluuius est Tarentinorum. Pellitas aũt oues dixit, ꝙ Tarentinæ oues pellibus teguntur. De fertilitate aũt, & mœnitate Tarentini agri, & Virg. in Georg. iiij. significar, & sic Titurius ait. Tarentinorũ hortorum qui geris odores, cum vellet intelligi florum. [Et regnata petã Laconi Rura Phalanto) Phalantus Lacedæmonius fuit, quo Auctore, & principe Partheniæ Spartiani Tarentum condiderunt. [Vbi non Hymetto Mella decedunt) Hymettos mons est Atticæ, vbi optimum mel nascitur. [Decedunt ergo econtrario cedunt cõpositum, pro simplici .i. cedunt. Sensus aũt est. Vbi mel nascitur, q̃d ab Attico nõ vincatur. [Viridique certat Bacca Venafro) Græca figura, dictum est, Illi certat, pro cum illo certat. Baca aũt, pro oliua dixit. videtur ergo significare Tarentino agro, tale oleum nasci, quale fit Venafrum. [Et amicus Aulon fertili Baccho) Aulon locus est contra Tarentinam regionẽ ferax boni uini. [Minimum Falernis Inuidet vuis) Pro non inuidet, quia s. non fit ibi deterius vinum, quam in Falerno agro, inuidet.n. tm̃, qui inferior est. [Ibi tu calentem. Debita sparges lacryma fauillam Vatis amici) Legitur etiam Vatis Horat.

ASCEN. SEptimi Gades) Septimum amicum, de quo confidit, quod secum in remotissimas, & difficillimas oras proficisci velit præcatur, vt secum Tybur petat. aut si id non detur, Tarentum oppida amœnissima, in quibus vbi reliquum ætatis degerit poëta, rogat vt ab eo optata donetur sepultura. Ordo est. [O Septimi ami. aditure mecum) i. qui adire mecum velis, si opus sit. vnde hic qualitatem non tempus notat, Gades .i. insulam illam in vltimis Hispaniæ oris. [Et Cantabrum) .s. populum Hispaniæ. [Indoctum) .i. adhuc insuetum. Ferre .i. pati nostra iuga .i. imperia dura. [Et Syrtes Barbaras) .i. Barbarorum. [Vbi vnda Maura) .i. Mauritanica, æstuat semper. [Vtinam Tybur positũ) .i. conditum, a colono Argeo .i. Argiuo .s. Tyburto. [Sit sedes meæ sen.) Quasi dicat non te vocẽ ad Hispanos, aut Mauros. [Et sit mo.) .i. finis maris .i. nauigationis. [Et viarum) .i. itinerum. [Et militiæ) .i. belli. [Mihi lasso) .i. fatigato. [Vnde) .i. à quo .s. Tybure. [Si Parcæ iniquæ) .i. non fauorabiles Deæ. [Prohibent) .i. arcent me. [Ego pe flumen Galesi) Illius fluuij iuxta Tarentum. [Dulce ouibus pellitis) .i. pelles eximias habentibus, quas Romanicas vulgus vocat. [Et petam rura regnata) .i. recta. [Phalanto) .s. duci Laconi .i. Laconico. [Ille angulus ridet) .i. amœnus videtur mihi. [Præter) .i. supra omnes .s. angulos terrarum. [Vbi mel. nõ decedunt) .i. non deorsum cedunt, tanquam inferioris dignitatis. [Hymeto) .i. melli Hymetio. [Et Bacca) .s. oliuæ. [Certat) .i. contendit de dignitate. [Venafro) .s. monti. [Viridi .s. oleis. [Ver vbi) Ordo est, Vbi .i. in quo angulo Tarentino. [Ver) .i. Verna temperies est supple, longum i. diu. [Et Iupiter) .i. aër. [Præbet brumas) .i. brumales dies. [Tepidas) .i. minus frigidos. [Et Aulõ) Locus ille Tarentinus. [Fertilis) .i. fœcundus. [Et amicus) .i. Fauorabilis, aut dilectus Baccho. [Inuidet minimum) i. valde parum, quia parum vincitur. [Vuis Falernis) .i. in Falerno mõte Cãpaniæ nasci solitis. [O Septimi) Ille locus. [Et beatæ arces) Subaudi illæ .s. iam dictæ. [Postulant te mecũ tu sparges ibi) .i. in illis montibus. [Fauillã) .i. flãmulam reliquam, dum cadauer vretur. [Amici vatis) .i. hoc est meum, qui tibi amicus sum. [Calentẽ) .i. recentet vitã sparges, dicit lacryma debita, pro officio amicitiæ.

## AD POMPEIVM VARVM.

*Pompeio Varo commilitonem gratulatur, qui cum M. Bruti, & Caßij partes secutus fuisset, apud Philippos fuso exercitu euaserit secum non sine Mercurij numine, dicitq; ob amicum patriæ restitutum post iterum expertum periculum, vota merito dijs soluenda, & liberiore computatiuncula sese inuitandum.*

### *Ode VII. Tricolos Tetrastrophos: Vt, Vides vt alta stet niue candidum.*

--u---uu-uu
--u---uu-uu
--u---u-u
-uu-uu-u--



O SAEPE mecum tempus in vltimum
Deducte Bruto militiæ dulce,
Quis te redonauit quiritem
Dis patrijs, Italoq. cœlo,
Pompei meorum prime sodalium?
Cum quo morantẽ sæpe diem mero
Fregi, coronatus niteneis
Molobathro. Syrio capillos.
Tecum Philippos, & celerem fugam
Sensi relicta non bene parmula
Cum fracta virtus: & minaces
Turpe solum tetigere mento.
Sed me per hosteis Mercurius celer
Denso pauentem sustulit aëre:
Te rursus in bellum resorbens
Vnda fretis tulit æstuosis.
Ergo obligatam redde Ioui dapem:
Longaq. fessum militia latus
Depone sub lauru mea: nec
Parce cadis tibi destinatis.
Obliuioso leuia Massico
Ciboria exple: funde capacibus
Vnguenta de conchis. quis vdo
Deproperare apio coronas,
Curat ue myrto? quem Venus arbitrum
Dicet bibendi? non ego sanius
Bacchabor Edonis. recepto
Dulce mihi furere est amico.



O SAEPE mecum) Pompeius, seu Pompilius familiaris, & cõmilito, Bruti & Cassij partes cum ipso poëta contra Augustum secutus fuerat, habita clade, victore Augusto, apud Philippos, euasit poëta Mercurio duce, ut scribit Pompeius vero iterum bella subijt tandẽ redditus patriæ hinc ipsum hortatur, ad debita vota Ioui soluẽda, hortatur item, vt secum liberius conuiuium ineat. Nã recepto amico bacchari, & furere sibi dulce erat. O Pompei primæ meorum sodalium, sæpe mecum in vltimum tempus deductæ, Bruto militiæ duce, quis dijs patrijs, & Italo cœlo redonauit te Quiritem? Cum quo sæpe mero fregi diẽ morantẽ, coronatus capillos nitẽtes Syrio Malobathro. [In vltimũ tps) In vltimam vitæ metam, quæ bello terminari solet, q̃ plurimis. [Bruto misetiæ dulce,) De non late lib. j in Ode xiiij. legito. [Quiritem) De Quiritibus vide in Ode j. [Pompei meo- ANTO.

rum prime sodalium) Vel Pompili meum prime sodalium, quod non placet. Pompei.n. hic Spōdeus est, Inde sequitur Iambus, & Cæsura. Si aūt Pōpili meum leges, erit Trochæus secundo loco, extra carminis vsum. [Diem mo.) i. æstiuū, longum & tarde euntē [Mero fregi) i. conuiuijs, non. n. mane & vesperi tm̄, sed meridie, quoque conuiuabantur. [Malobathro Syrio) Malobathrum vnguēti spēm esse, Porph scr. Pli. vero lib. xiij. cap. j. de generibus vnguentoꝝ hic ait, Singuli quoque succi nobilia vnguenta faciūt in primis Malobathron, postea Iris Illirica & Gyzicena amaracus. Et lib. xij. ita, inqr, At & Malobathron Syria, arborem folio cōuoluto, arido colore, ex quo exprimit̄ oleū ad vnguenta, fertiliore eiusdē Ægypto, laudatius ex India venit. [Philippos) Philippi ciuitas est in Macedonia, quæ datos. n. decebat̄, Crenida antē Dati nomen appellata, fonte quippe plurimi circa collem habueris scaturiunt aquis. Eum locum Philippus vallo sepsit, & à se Philippos nuncupauit. Condita est. n. ciuitas in prupto quodam colle. Apud Philippos, demum & Cassius, & Brutus pugnantes contra Augustum & Antonium victi, sibijpsis mortem consciuere, de quibus omnibus videto Appianū lib. iiij. Et nos latius diximus in Ode. xiiij libri primi. [Relicta nō bene.) Fugientes. n. proiecerant arma. [Parmula) i. scuto. [Virtus) Non Bruti, & Cassij, & ceterorum. [Mento) Barba & facie, cum strati sunt. [Turpe) i. cruentum. [Mercurius celer) Hoc ait, qm̄ poetæ Mercurio quoque subesse dicuntur. Vel ꝙ furto quodam celeri fuga inde euasit. Mercurius. n. occulte speculandi modum inuenisse dicitur. [Denso aëre) i. nube. [Te rursus) Ordo est: Te rursus in bellum tulit vnde resorbens. [Fretis æstuosis) i. mentis furore. [Obligatam dapem) Voto debitum conuiuiū. [Sub lauru mea) Intelligendum apud poëtæ domum laurum fuisse, siue in hortis domui vicinis. [Tibi destinatis) i. deputatis. [Obliuioso) Rerū obliuionem præstāte, id. n. ebrietas agit. [Massica) Plin. lib. xiiij. de vinis generosis Italiæ, inquit, Certant Massica eque ex monte Gaurano Puteolos, Baiasq. prospectantia. [Leuia) Polita, & aglypha. i. non sculpta. [Ciboria) i. pocula. nam proprie sunt folia colocasiæ, in quorum similitudinem pocula facta eodem, nomine appellantur. Auctor est Porph. Plin. aūt lib. xxj. scribit, quod in Ægypto nobilissima est colocasia, quam è Nilo metūt. Thyrsum autem cum folijs latissimis, etiam si arboreis compatentur, ad similitudinem eorum quæ personata in nostris amnibus vocamus. Adeo quæ Nili sui dotibus gaudent. vt implexis colocasie folijs in variam speciem vasorum portare gratissimum habeant ferebatur hæc in Italia suo tpe. [Exple) Bibendo euacua. [Capacibus) Amplis. [Conchis) Piscium testis, in quibus vnguenta asseruabantur [Voguēta) Vnguentoꝝ voluptas a nostris quoque inter laudatissima, atque etiam honestissima vitæ bona admissa est, inquit Plin lib. xiij. Nam Persarum gentis. & Parthorum vnguenta errant. [Deproperare) s. nobis. i. valde properare. [Vdo apio) Quod humidis gaudet, siue vdo apio, inquit, pp vina, & vnguenta, de apio aūt latius supra. [Venus) Taloꝝ iactum significat. Talus. n sex laterum erat, in quibus canis afferebat iacturam. erat. n. vnius puncti ut scribit Pollux, Venus. & Senio lucrum. Persius: Quid dexter Senio ferret, Scire. n. in voto, damnosa Canicula quantum raderet. August. prærerea scribit, Talis iactis, ut quisque Canem aut Senionem amiserat, in singulos talos singulos denarios conferebat in medium quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat. Propert. item ait, Me quoque per talos Venerem quærente secundos, Semper damnosi subsiluere Canes. Sunt qui dicant, ꝙ omnes talorum casus pro consuetudine ludentium assumptorum, erant quinque & triginta, quorū quidam a dijs alij ab heroibus, alij a claris hominibus, aut meretricibus, nomen accipiebant. Qui iactus sex continebat, Senio dicebatur, qui uero vnum, Canis. Acron autem scribit, ꝙ Veneris iactus in talis habebat tricenarium numerum. [Arbitrium) i. dominum, de quo latius Ode iij. lib. j [Ædonis) Trissyllabum hic legendum est, ut constet carmen. [Item Bacchabor) Non Bacchor, primus. n. pes debet esse spondeus, non trochæus. Sunt. n. Ædonij Thraciæ populi accolentes Hebrū fluuium, ut scr. Plin. lib. iiij Quod aūt Thraces nimio bacchentur, Ode xxvij. lib. j. ostēdit his uerbis, Natis in usum lętitiæ scyphis pugnare Thracū est.

ACR. O Sæpe mecum tp̄s in ultimum) Ad Pōpeium Varum scribit gaudens ob eius in patriam reditum, quem cōmilitonem sibi in castris Bruti & Cassij fuisse cōmemorat, & bellis ciuilis euasisse pericula Augusto uictore, qua gratia liberiꝰ se conuiuium exhibere ꝓmittit. Ordo est. O Pōpei primæ meorum sodalium, sæpe deducte mecum in ultimum tempus, Bruto duce militiæ quis redonauit Quiritē te dis patrijs & Italo cœlo? [Redonauit) Reddit, redire fecit in patriam. [Quiritē) Romanū.

Notandum tñ, quia singularē numerum posuit, cum plurali numero dicatur. [Italoq. cœlo) Cœlum pro Itala regione posuit, vt idem alibi,) Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt. [Morantem) Pro longo dixit, hoc est æstiuo, qui quasi cum mota spacium suum decurrat. [Mero) Datiuus vel ablatiuus accipitur. [Fregi) Aut consumpsi, aut diuisi, vt a sexta hora significet sæpe epulatos. [Malobathro Sy.) Malobathrum genus vnguenti est. [Philippos) Macedoniæ campos, aut ciuitas vbi ab Augusto Brutus victus occubuit, vnde & Lucan. Video iam Phœbe Philippos. [Parmula) Scuto. [Non bene) Non bene aūt, quia arma in fugam versi proiecerant. [Et minaces) Cassium & Brutum significat, qui se de virtute iactare consueuerant, aut ceteri milites eorum. [Turpe solum) Aut cruētum, aut quo prostrati turpiter precarentur. [Sed me per hostes Mercurius) Iucunde se dixit à Mercurio liberatum vel ꝙ furtim fugisset & celerem ostenderet fugam, vel ꝙ poëtæ ad Mercurium pertinere dñt. Aëre nebula. vt nube caua eripiā, ꝑ hoc, & fugæ latebras turiores ōndit. [Resorbens) Metaphora a Carybdi, qua. n. impetu quodā significet mentis, & furore correptum, ad Bruti partes reuersum. [Ergo obligatam redde Ioui dapem) Promissum ac debitum redde conuiuium & sciendum dapē singulari numero declinatū. [Sub lauru mea) Vt est illud Virg. Hic tñ hac mecum poteris requiescere nocte, uel certe sub Augu. uictoria, aut tanq̃ poeta inuitat amicū sub suo carmine. [Nec parce cadis tibi destinatis) Vasis uinarijs, ad eius quasi reditū reseruatis, vt vina bonus q̃ deinde cadis onerarat Acestes. [Obliuioso) hoc est vino, quo curę pellunt, & labor in obliuionē uenit. [Massico) Pro campano posuit. [Ciboria exple) Aut Alexandrina poma, q̄ hñt similia colocasijs folia, in quorum similitudinem facta poculis eodem noie appellantur, aut certe pro cibo posuit, tanq̃ cibum poculis compensaret. [Funde capacibus) Largius utere odoribus. [Conchis) Echinis concharum. [Quis udo) Interrogatiuum est, sed cum exortatione dicitur. [Vdo apio) Viridi, uel quod in locis aquosis nascitur. Corona. n. Apij ebrietatem prohibere dicitur, ut est, Floribus, atque apioerines ornatus amaro [Deproperare) Festinanter afferre. [Quem Ve.) Archiposiam significat, & tesserarum iactu datum in bibendo primatum. Veneris autem iactus latissimus dicebatur, qui habebat, & tricenarium numerum. [Aedonis) Thracibus Bacchis. [Furere) Aut certe saltare, aut ebrium esse.

O Sæpe mecum tp̄s in vltimū Deducte Bru. mt. duce) Hanc Odē ad Pōpeium sodalē scribit, qua gratulat̄ ei, ꝙ restitutus sit in patriā, & testat̄ cōmilitonē sibi fuisse in castris. M. Bruti. [Quis te redonauit Quiritem) Quiritē ciuem Romanum sign̄at. Attende singulari numero dictum, quod non facile apud veteres inuenies. [Cum quo morātē sæpe mero Fregi) Morantem pro longo posuit vt quasi cum mora spatiū suum decurrat. Fregi aūt diem, vr̄, pro eo quod est diuisi dixisse, vt à sexta hora significet se sæpe epulatos. Mero āt siue datiuo casu, siue ablatiuo accipias habebit suam rōnem. Sensus aūt est, illa re fregi diē, aut illi rei fregi. [Malobathro) Malobathrum vnguenti speciem esse scimus. [Tecum Philippos) Philippi est oppidū in Macedonia vbi Brutus perijt. [Cum fracta vir.) Qua virtute se Cassius, & Brutus præcipue iactabant. [Et minaces Turpe solū tetigere mento) Turpe solum, aut cruore turpiter fœdatum, vt sanguine fœdantē quos ipse sacrauerat ignes, aut nomen est loco aduerbij positū. [Turpe solum tetigere) Pro turpiter tetigere, Sed me per hosteis Mercurius celer Denso pauentē sustulit aëre) Sæpe ostendit Hor. se in Bruti partibus militasse. Iucūde aūt à Mercurio se sublatum de illa cæde dicit, significans clam & quasi furto quodā se inde fugisse. Per celerem ergo Mercurium, celeritatē fugæ, per id, qđ ait denso aëre, latebras ipsius fugæ intelligi vult. [Te rursus in bellum resor. Vnda fretu æstuosis) Allegoricos signat Pompeiū post fugam illam impetu quodā mentis perisse rursum partes Bruti. [Obligatā) Promissam, ac debitam. [Obliuioso Massico) Massico vino obliuiones curaꝝ ac solicitudinem faciente, vel afferēte. [Ciboria exple) Ciboria proprie sunt folia colocasioꝝ, in quoꝝ similitudinem pocula facta eodem nomine appellātur. [Quis vdo Deproperare apio coronas, Curuátue myrto?) Quis interrogatiue cum quodam hortamento dicitur. Vdo aūt apio pro viridi, vel quod in aqua nascitur. Deproperare autem valde properare signat. [Quem Venus arbitrum dicet bibendi) Archiposiam. i. inchoationem bibendi in conuiuio talorum iactu sortiri solebant. Venereus autem iactus in talis summum numerum habet. i. tricenarium. [Non ego sanius Bacchabor Edonis.) Aedonij Thraces sunt quos solet ebrietas fortiores reddere. [Recepto Dulce mihi furere est amico) Percipiendum extrinsecus etiam, vt sit. Etiam furere Dulce mihi est, recepto amico. POR.

ASCEN. O Sæpe mecum) Pompeio veteri amico congratulatur, quod iactus gratiâ Augusti, ciuitati restitutus sit, monetq. diffusius vino indulgeat, suo exemplo, qui ad ebrietatem vsque poturus est, dulce existimans furere amico recepto. Ordo est. [O Pompei prime).i.qui primus es, meorum sodalium.i.amicorum. [O deducte mecum sæpe in.) i.vsque ad vltimū tempus.i.donec Brutus victus erat. [Bruto existente duce).i.ductore. [Militię).i. qui militasti mecum sub Bruto, tantisper dum ille ducatum præstiterit. [Quis).s.Deorum, aut amicorum, q.d. quisquis est optimus est. [Redonauit).i.restituit & iterū donauit. [Dijs patrijs) Hoc est Romanis penatibus. [Et cœlo Italo).i.Italæ regioni. [Te quiritem).i.Romanum militem. [O Pompei inq. prime).i.præcipue sodalium. [Cum quo).i.cuius societate ego coronatus capillos .i.hn̄s capillos coronatos. [Nitentes).i.perfusos. [Malobathro) .i.vnguento illo. [Syrio).i.ex Syria. [Fregi).i.transegi. [Mero) .i.bibendo. [Diem morantem).i.æstiuum, & ita nimis longum, nisi mero fractus fuisset. [Ego sensi tecum Philippos) Locum illum Macedoniæ, vbi Cassius & Brutus pugnantes contra Augustum, & Antonium, victi sunt, sicut Pompeius prius victus fuerat à Cæsare, unde dicit Virg.j.Georg. Romanas acies iterum videre Philippi. Nec fuit indignum superis bis sanguine nostro Æmathiam, & latos Aemi pinguescere campos. [Et sensi celerem) .i.præcipitem fugam, & hoc. [Parmula).i.breui scuto. [Relicta) .i.abiecto. [Non bene) i.non deceret. quia contra disciplinam militarem. [Cum virtus).s.Bruti, fracta sup.est. [Et minaces).i. illi qui minabantur prius Augustum expellere. [Tetigere mento).s.oppetendo. [Solum turpe).i.sanguine fœdatum. [Sed Mercurius).i.subductio quædam mercurialis, aut blande preces. [Celer).i cito auxilio veniens. [Sustulit me denso aëre).s.circumseptum, ita vt non viderer. [Per hostes).s.medios. Alludit aūt ad Priamum a Mercurio per medios hostes ad tentoria Achillis productum sustulit dicit me pauentem. [Sed vnda).s.bellorum, vnde & Virgilius, pro bello sæpe diluuium ponit. [Resorbens te rursus in bellum) i.impetus & furor animi trahens te iterum in bellū. [Tulit).i abstulit te. [Fretis) i procellis a feruore dictis vnde addidit æstuosis. [Ergo quia sospes rediisti. [Redde Ioui).s.libera voti tuo. [Dapem).i.epulum [Obligatam).i.ad quod dandū ex voto ei obligaris. [Et depone,) Hoc est repone, seu reclina, & laxa. [Sub lauru mea).i.quæ domi meæ est. [Latus fessum).i.fatigatum, longa militia, quia non destitit cum Horatio, vt iam visum est. [Nec parce).i.ampliter indulge. [Cadis).i.vasis vinatis, vt Aeneid.j. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes, Littore, Trinacrio &c. Accipitur aūt continens pro contento, cadis pro vino, quod in eis asseruatum est, vnde addit. [Destinatis).i. deputatis, & additis animo. [Tibi).i.ad tuam voluptatem, aut ad reditum repositis, & seruatis. [Obliuioso) Prosequitur reliquā partem conuiuij, dicens. [Exple) i.sicca & ebibe. [Ciboria) i. pocula, a ciborijs colocasiæ folijs dicta. [Leuia).i.non aspera. [Massico).s.vino. [Obliuioso) i.curarum obliuionem inducente. [Funde) i.effunde vnguenta. [De conchis).i.concharum testis, capacibus. Deinde conuersus ad pueros suos dicit. [Quis curat deproperare) i.properanter facere coronas. [Apio vdo).i.viridi & irriguo q. ablatiuus regitur virtute præpositionis [De verbo iunctæ) Ve pro vel. [Myrto).i.fronde, aut ramo Myrti? [Quē dicet Venus).i.iactus ille dexter talorum. [Arbitrum).i.regem & iudicem bibendi. [Ego Bacchabor).i.furore corripiar, Baccho indulgens. [Non sanius Aedonis) Pro Aedonijs.i.æque insane vt faciunt Aedonij Thraciæ populi bibacissimi. [Quia dulce est mihi furere amico).s.Pompeio. recepto.s.ex periculis.

## IN BARINEN MERETRICEM.

*Destomachatur in Barinan periuram meretricem, quod promissam sibi noctem non seruarit, doletq; quod ex periurijs quotidie magis ac magis enitescat vt flagitijs dij fauere videantur, & ad perfidiam conniuere.: cū non solum ab illa non plectatur, sed crescat etiam & felicius ei succedant omnia.*

*Ode VIII. Dicolos Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-U---UU-U--
-U---UU-U--
-U---UU-U--
-UU--



LLA si iuris tibi peierati
Pœna Barine nocuisset vnquam:
Dente si nigro fieres, vel vno
Turpior vngui:
Crederem. sed tu, simul obligasti
Perfidum votis caput: enitescis
Pulchrior multo: iuuenumq. prodis
Publica cura.
Expedit matris cineres opertos
Fallere, & toto taciturna noctis
Signa cum cœlo, gelidaq. diuos
Morte carentes.
Ridet hoc inquam Venus ipsa: rident
Simplices nymphæ, ferus & Cupido,
Semper ardentes acuens sagittas
Cote cruenta.
Adde, quòd pubes tibi crescit omnis:
Seruitus crescit noua: nec priores
Impiæ tectum dominæ relinquunt,
Sæpe minati.
Te suis matres metuunt iuuencis:
Te senes parci: miseræque nuper
Virgines nuptæ, tua ne retardet
Aura maritos.



LLA si iuris,) Hac Ode Barinen meretricem periuram poëta alloquitur, non.n. vota persoluerat, nec pacta sibi seruauerat. Dicit autem. Si pœna aliqua, vel etiam minima propter ipsa periuria afficeretur crederet deos esse, vel illos curare mortalia. At vbi periurijs pulchrior efficitur, maternos cineres, & signa cum toto cœlo, deosque ipsos expedit fallere. Quippe periuria omnia Venus Nymphæ & Cupido rident, hinc & ei amatorum numerus passim affluit. [Iuris peier.) i. iuramenti, & iurisiurandi tibi corrupti, nec seruati. Vnde Cic.lib. iij. Offic. sic ait, Non.n. falsum iurare, peierare est, sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur more nostro, id non facere periurium est. Scite.n. Euripides Iuraui lingua mētem iniuratam gero. [Barine) Id nomen Græcum. est βαρύνω enim grauo significat. βαρὺς autem grauis dicitur. Poterit igitur Barine latine dici grauis, vel molesta. [Turpior vno vngui).i.minima etiam pœna lueres periurium. Crederem sup.deos esse, vel curare mortalia. [Prodis) Exis. [Publica cura) Omnes.n.te appetunt. [Expedit matris) Iurauerat illa per hæc omnia poëtæ obsequi velle. [Expedit) Vtile est. [Taciturna signa noctis).i.& Lunā & sidera interdiu latētia, quæ noctis signa dn̄t, qm̄ in ea apparēt, interdiu autem tacere dn̄r, cum non appareant, vnde & Luna silens, vel tacita dicitur, cum non luceat. Vel dicas taciturna signa noctis, pro taciturnæ noctis, nox .n. tacita dicitur, quia tunc omnia pene tacere solent hinc Ouid. lib. j. Trist. inquit. Iamq. quiescebant voces hominumq., canumq. Lunaq. nocturnos alta tegebat equos. Quod autem per sidera etiam iurarēt lib. xij. Æn. Maro ostendit his verbis. Hæc eadem Ænea terram, mare, sidera iuro. [Signa) .i. sidera, nam (vt Varro scribit lib.iij.) Signa dn̄r eadem, & sidera. Signa quod aliquid significent, vt Libra, æquinoctium. Sidera quæ insidunt atque ita significant aliquid in terris perurendo, aliudue. [Venus ipsa) Quæ.s.amantibus facilis est. [Semper ardentes acuens sagittas) Propertius item ait de Cupidine. Et merito amatis manus est armata sagittis. Et pharetra ex humero Cnosia vtroque iacet. Ante ferit, qm̄ tuti quam cernimus hostem. Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit. Ardentes autem sagittas dixit Horatius, propter faces, quas etiam cum sagittis habet, exuri autem & immensa solicitudine amatorum corda ardere videntur. [Cote cruenta) Dum .n. cruentæ sagittæ ibi acuuntur, cruenta fit cos. Multi aūt amoris impatientia sibijpsis mortem consciuere. [Pubes) Adolescentia. [Sæpe minatam) Ostendit quantum ab amatoribus diligeretur, nam cum eis etiam minax esset, & aspetrima, attamen eam relinquere non poterant. Textus aliqui etiam minati hn̄t, quod placet, est enim sensus, quod quamuis sæpe minati essent Barynæ,

rynæ, tamen eam relinquere non valebant. [Iuuencis).i.adolescentibus. [Senes parci) Auari & tenaces, metuebant ergo diuitijs suis potissimum. [Aura).i splendor, & nitor.

ACR. VLla si iuris tibi peierati) Scenicum principium in Barynen meretricem, intelligitur.n. per hanc inuectionem aliquos præcessisse sermones, quibus noctem sibi eadem Baryna iureiurando promiserit, de hinc postq̃ fefellit, cum in hæc verba velut amantem erupisse, vt.n. dr̃ iuris iurati, ita posuit iuris peierati q̃ nulla fallens pœna perculsa fit. [Dente si nigro) Maior pœna est meretrici si ob culpã corporis deformitate puniat. [Crederem) Aut tibi subaudiatur iuranti, aut deos vindices esse periurij. [Simul) Postq̃. [Obligasti) Deuouisti, non implendo promissa, ecõtrario enim solui vota dñr. [Pulchrior) Auctio est data auctioni. [Iuuenumq. prodis) Amatorum multitudinem significat, dicens eam periuris fieri pulchriorem. [Expedit) Propè est, vt putem dũ videam non puniri periuria, in contrarium religionis, ac pietatis verti tõnem, hanc enim vult videri sacrilegio promeritam deorum fauorem. [Taciturna noctis) Obscuræ, siue secretæ & silentis, vt Virg. Tacitæ per amica silentia, Lunæ & sidera cuncta noctat, tacito labentia cœlo, ac si diceret, Fas & omnem mundi maiestatẽ in sacramento vocate. [Rident sim.) Simplices enim aut perfidiæ amoris cum risu indulgentes, aut q̃a Nymphę ad ignoscendum faciles sunt vt Et quo, sed faciles Nymphę risere, sacello, comites enim Veneris sunt, ad quam pertinent meretrices. [Simplices Nym.).i. non iracundæ, sed exorabiles. [Ferus & Cup.) Numẽ Cupidinis demonstrauit immite, & implacabile, & quod ignoscere nesciret, nisi voluntatem Veneris, & iudicium sequeretur, vt Virg. Iamq. ibat dicto parens, & dona Cupido. [Semper ardentes ac.) Aut semper ardentes, aut acũens semper. [Cote cruenta) Non in cote cruenta, sed in qua acuit, vt occidat, immoderatus enim amor, maturat exitiũ & declinatur hæc eos, huius cotis. [Adde) Adiunge his, quæ tibi creuerunt ex periurio. [Tibi crescit) Tuæ prostitutioni.i. subinde crescentes amatores. [Seruitus crescit noua) Semper adiunguntur tibi noui, nec priores relinquunt te, quãuis relicturos minentur. [Tectum) Lupanar. [Sæpe minaci) Vim amoris expssit vt q̃ a seruis fieri consueuit, hoc amatoribus non liceat dum contempti se deserturos minentur & sic noui veniant, vt non abscedant priores. [Iuuencis) Filijs iuuenibus, metaphora à tauris, vt supra, Nec tauri ruentis in Venerem tolerate pondus. [Te senes parci) Propter dilacerationem patrimonij, quæ meretricũ incitamentis sępe contingit. [Misereq. nuper) Timore repudij. Maior enim in recẽti charitate dolor est solicitati cõiugis, maior vis meretricis animum affectione occupatũ vicisse. [Aura) Aut facilitas qua in amorẽ trahuntur, aut vnguentorum odor, vt ipse superius, Auræ fallacis.

POR. VLla si iuris tibi peierati Pœna Barine) Scenicum principium intelligendũ.n. aliquos sermones præcessisse, q̃bus Baryna hęc noctem iureiurando interposito promiserit. Deinde postq̃ fefellerit, tum in hæc verba hunc erupisse. [Dente si nigro fieres, vel vno) Subaudiendum extrinsecus saltem leuissimam pœnam ob periurium sensisses [Sed tu, simul obligasti) Ac periurio te deuouisti. [Enitescis Pulchrior multo,) Adeo multo pulchrior es post periuria vt iuuenes te vniuersi diligant. [Ergo iuuenum publica cura) Pro oium iuuenum dictum est, apud Salustium Publicani miserorum causam. [Expedit matris cineres opertos Fallere,) Sensus est. Cũ hoc videatur, propè est, vt putem rõnem pietatis, ac religionum in cõtrarium esse versam, vt q̃ impij, atque irreligiosi sint magis deos promereantur. [Gelidaq́ diuos Morte carentes.) Et hic & in eo, q̃ ante hunc sensus est per zeugma.i. in coniunctione ex superiore accipiendum, expedit fallere. Ridet hoc inq̃ Venus ipsa, rident Simplices Nymphæ, ferus & Cupido) Ridet periurium suum Venus, quæ.s. amantibus facilis est [Rident Nymphæ) Sic illud dr̃, Sed faciles Nymphæ risere sacello [Semper ardentes acuens sagittas Cote cruenta) Nimium ἀμφίβολον, vtrũ semper ardentes intelligendũ an semper acuens. Eleganti aũt conceptione de amore dr̃, & ardentes sagittas, & semper acuens cruenta cote. [Nec priores Impiæ tectum dñæ relinquunt, Sæpe minati) Hoc ostendit, ẽt illis amatoribus gratã esse quibus fuerit iniuriosa. [Te suis matris metuunt iu.) Iuuenci ergo non tñ boues dñr, sed hoies, quamuis in vsu sit, vt non nisi p diminutionem iuuenculos dicamus. [Tua ne retardet au.) Amoris aura, q̃ ad te eos fert, sed vtiq. hoc p allegoriam dr̃.

ASCEN. VLla si iuris) Barynes meretricis speciẽ mire, sed more amatorum, extollit, q̃ñ quidem ẽt periurio, & forma, & fauor illi accedat, vñ & Iupiter, Amasij poetæ testimonio, periuria ridet amantum, Id aũt fictum est, quia meretrices multũ expetitę, cogũtur multis noctem pmittere, & ita multos fallere, & quia Nitimur in vetitum semper, cupimusq́. negata, ideo pulchriores vñr, vbi peierarint. In vsu ait non est periuro sed periurus & periurium ex vsu dicuntur. Ordo est. [O Baryne grauis) Et Pumposa meretrix. [Si vlla) i. quæuis vna, q.d. vel minima. [Pœna iuris).s. iurandi. [Peierati).i. periurio violati. [Nocuisset tibi vnq̃).i. quouis tpe, q.d vel semel. [Et si fieres turpior vel).i saltem. [Vno dente nigro).i. denigrato. [Vel vno vngui nigro) i. denigrato. [Ego crederem).i. fidẽ haberem, q̃ dij curarent mortalia aut q̃ punirent periuria, & cetera scelera, sed tu. [Simul).i. statim, vel in eodem instanti. [Dum obligasti).i. obnoxium fecisti, votis.s. dijs promissis. [Caput tuum perfidum).i. periurio violatum. [Enitescis).i. manifeste appares. [Pulchrior multo).s. quã prius. [Et prodis).i. procedis.s. è domo, aut templo. [Publica cura).i. solicitudo iuuenum.i. oẽs iuuenes tui amore solicitantur, ob speciem tuam. [Expedit).i. expediens, & vtile tibi est. [Fallere).s. periuria, quia pulchrior efficeris. [Cineres matris opertos).i. sepulcros, per quos iurare vt per eem carissimam soles, vnde Ascanius Æneid.ix. Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat. Et fallere signa taciturna noctis.i. tacite labentia. [Cœlo toto).i. quæ in toto sunt cœlo, & diuos qui in cœlo sunt. [Carentes morte gelida).s. ab effectu i deos immortales, vbi tria cõmemorat, inferos, superos, & sidera pro intermedijs. Inquam i. volo dicere, q̃ ipsa Venus dea amorum. [Ridet hoc).s. periurium tuum. [Et Nymphæ).s Deæ. [Simplices).i. faciles, & exorabiles non pensitantes grauitatem periurij. [Et Cupido ferus).s. in amatores, acuens semper cote cruenta (quia finis multorum mors est). [Sagittas).s amatorum. [Ardentes).i. faces, ridenthoc. [Adde, q̃ pubes) Dicit quod cum formæ accessione, fit etiam amatorum numerus copiosior, quod (vt dixi) in gratiam Barynes dicit. Nam nihil mulieribus gratius, quam q̃ pulchræ, & multis dilectæ prædicantur. Ordo est. [Adde) s. superioribus, vtpote quod formosior & dijs charior prodis. [Quod omnis pubes) i. multitudo pubescentium, quæ adhuc ignara doli, & rerum imperita est. [Crescit).i. Accrescit tibi, & . [Quod ser.no.).i. multitudo amatorum, qui tibi serui sunt. [Crescit tibi) Nec priores s. serui, seu amatores. [Sæpe minati).s. te derelinquere. [Relinquunt tectum dñæ impiæ).i. tuum, quę ipsis impia & crudelis, atque inhumana es dña & ita propter impietatem tuam minati sunt te derelinquere, sed forma & amoribus irretiti, q̃ minantur efficere nequeunt. [Matres metuunt te suis iuuencis).i. filijs adolescentibus, aut iuuenibus, ne perperdant te aut q̃a mulieres potius optãt vt filij à multis expectant, sicut apud Pers. Sat.ij Hunc optent generũ rex & regina puellæ. Hunc rapiant, dicamus iuuencis.i iuuẽculis filiabus, ne minus formosæ pcos, aut maritos nõ inueniant. Et senes parci metuunt te, aut pp filios, quos in te perditum iri verentur, aut pp filias, quibus vtpote minus formosis & minus amatis ob id grandiorem dotem parare debent, & virgines.i. iuuenculæ adhuc ætate vigentes, miseræ.i. miserandæ q̃ minus formosæ, non tñ minus Veneris appetentes spernantur, nuptæ i. marito iunctæ nuper .i. nunc parum est temporis .i. paullo ante metuunt, ne aura .i. splendor aut fauor tuus retardet.i. retineat quo minus domum redeant maritos scilicet suos.

SAepe minaci. Sic legit Porphyrio, sed legendũ potius minaci vt sit participiũ id quod & Acroni placet, vt sit ordo, nec priores amãtes.s. relinquũt tectum impiæ dñæ sæpe minaci.s. relicturos se eam, quod valde miserum, vt qđ a seruis fieri consueuit, id amatoribus non liceat, licet contẽpti deserturos se eam, q̃ amãt, sæpe minati fuerint. Expressit.n. vim amoris, vt ait Acron. Nam q̃ capti amore sunt, iniurias, contumelias, contemptus, exclusiones, & id genus cetera pertinaciter ferunt peiore conditione, q̃ serui. Adde quod eas, quarum amore capti sunt, appellant Dominas, vti serui, nam dñs, & seruus correlatiua sunt pulchræ Propertius amantium hae expressit seruitutem his versibus: ALDVS MANV.

*Tum mihi constantis deiecit lumina fastus,*
*Et caput impositis pressit amor pedibus.*

## A D V A L G I V M.

*Consolatur Valgium amicum suum, virum literatum & consularem, impatienter ferentem mortem Mystæ pueri carissimi atque omnium rerum vicissitudinem esse ait, non semper flare ventos oriri tempestates, & imbres non semper Nestorem & Priamum fleuisse filios suos extinctos, quare a fletu tandem cessandum, & Cæsaris triumphis congratulandum.*

*Ode IX. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Vides, Vt alta stet niue candidum.*

Non

--∪---∪∪-∪-
--∪---∪∪-∪∪
--∪--∪--
-∪∪-∪∪-∪--


ON semper imbres nubibus hispidos
Manant in agros: aut mare Caspiũ
Vexant inæquales procellæ
Vsque: nec Armenijs in oris
Amice Valgi stat glacies iners
Menses per omneis: aut aqlonibus
Querceta Gargani laborant:
Et folijs viduantur orni.
Tu semper vrges flebilibus modis
Mysten ademptum: nec tibi vespero
Surgente, decedunt amores,
Nec rapidum fugiente solem.
At non ter æuo functus amabilem
Plorauit omneis Antilochum senex
Annos: nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiæ sorores
Fleuere semper. desine mollium
Tandem querelarum: & potius noua
Cantemus Augusti trophæa
Cæsaris: & rigidum Niphaten,
Medumq. flumen gentibus additum
Victis, minores voluere vertices:
Intraq. præscriptum Gelonos
Exiguis equitare campis.

**ANTO.** 
ON semper) Obierat Valgio puer carissimus vn de plus æquo dolore afficiebatur, Hinc Hor. eũ solari cupiens per similitudines, inquit, non semper manare pluuias, nõ semper in mari procellas, esse non semper esse in Armenia glaciem non semper Aquilonibus vexari siluas, hoc est nõ semper in rebus esse turbationes, & aduersa ipse tñ continue sibi ademptum puerum lacrymabatur nulla quiete habita. Et cum Nestor Antilochum filium apud Troiam extinctum non omnis suæ vitæ annos plorauerit, nec etiam Troilum parentes, sororesq. fleuerint semper, debet etiã ipse multo magis abstinere a querelis, Augustiq. Cæsaris nouam Medorũ victoriam vna secum decantare. [Non semper imbres nubibus hispidos) Ode est sit̃is nonæ lib.j. *Imber* [Imbres nubibus Manant) Plin.lib.ij.scrib. ꝙ à terra caligo humida, & per vapores fumida exhalat, hinc nubes quæ in sublime egressæ in liquorem soluuntur. [Hispidos agros) Incultos & dumosos. *Caspium mare* [Manant) Prosiliunt, erumpunt, exeunt. [Mare Caspiũ) Id mare ad Septentrionem est, vt Strab. docet lib.xj. qui ẽt lib.v. ait, Mare Caspium à plerisque vocari Hircanum. [Inęquales ꝓcellæ).i. aspertimi venti, & tempestates. [Armenis in oris stat gla *Armenia* cies iners) Armenia maior est, & minor, est aũt ad Septentrionẽ, de qua legito Ptol. lib.v. & Strab. lib.xj. [Stat) Horret. [Iners) *Garganus* Inertes reddens. [Gargani) Garganus promontorium est prope Apuliam ad stadia ccc. protendens in pelagus. Orientem ꝓspectans, vt Strabo ait lib.vj. [Orni) Pro quibuscunque arboribus posuit. De ornis aũt plura legito Ode ix.lib j. [Flebilibus modis) Luctuosis versibus, & cantibus. [Vrges) Fatigas. [My- *Mystes* sten) Pueri nomen est hoc loco. μύστης aũt sacra discens dr̃, mysticus arcanus. [Vespero) Plin.lib.ij.cap.viij. de Venere ait, Præueniens quippe & ante matutinum exoriens Luciferi nomen accipit, vt sol alter, contra ab occasu refulgens nuncupatur vesper ꝓrogans lucem vicémue lunæ reddens. [Surgente).i. in occasu apparente. [Fugiente).i. mane ipso, fugere.n. videtur à Sole cum nõ appareat ille exorto. [Ter æuo functus) Periphrasis est Nesto- *Nestoris annus* ris, qui apud Ouidium, inquit, Vixit annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas multi interpretantur annos xc. inter quos etiam Acron & Eustathius cõmentator Homeri, attribuentes seculo triginta annos, is aũt in bello Troiano Antilochum filiũ amisit interfectũ ab Hectore, vt Ouid. j. Epist. narrat, aut a Memnone vt scribunt alij. Iuuen. Sat.x. de Nestoris fletu meminit, de Nesto

re etiam pluta diximus. Ode xv. lib.j. [Troilon) Is Priami filius puer Achilli congressus est, & occisus, de quo Virg. lib. j. Æn. Et Plaut. in Bacch. ait, Ilio tria fuisse audiui fata, quæ illi forent exitio, signum ex arce si perisset, alterum etiam est Troili mors, tertium cum portæ Scææ limen superum scinderetur. [Sorores) Cassandra, Polyxena, & Creusa Aeneę vxor. [Desine mollium querelarum) Per hypallagen desine molliter queri. [Trophęa) *trophæa* Tropæon græci dñt, latini vero trophęum, à τροπὴ, quod est conuersio. τροπέω verto, τροπόω in fugam verto. Qui aũt dux hostem conuerterer, trophęum merebatur, qui vero plenam victoriam consequeretur, triumphum. Sępe aũt arbor in qua hostium spolia affigebantur, trophęum dicebatur, quod late poëta ostendit in principio lib. xj. Aeneid. [Trophęa Cęs. Aug.) Scribit Suet. Par- *Augusti laus* thi quoque Augusto, & Armeniam uindicanti facile cesserunt, & signa militaria, quæ M. Crasso, & M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidesque insuper obtulerunt, Scythas quoque pellexit ad amicitiam P. R. vltro per legatos petendam. [Nyphatem) Nyphates mons est in Armenia Masio monti O- *Niphates* rientem versus imminens, ut Strab.lib.xj.docuit. Est etiam fluuius vt hic, & apud Lucan. Armeniusque tenens uoluentem saxa Nyphaten, & Iuuen. Sat.vj. Quosdam facit esse Nyphaten in populos, magnoque illic cuncta arua teneri Diluuio. [Medumq. flumen) Media (vt Str. edocet lib. xj.) Duplex est maior & minor in maiori æstatem Parthorũ reges agebant, frigida.n. est Me- *Media* dia. Media maior olim toti Asiæ dñata est. Tradũtq. Medos multarum rerũ auctores Armenijs fuisse. Est aũt Media Borealis, & Armeniæ iuncta. [Medumque flumen) Araxẽ intelligit, qui Ar- *Araxes* meniam, & Atropaciam.i. Mediam minorem terminat, & in mare Caspium egreditur. Tigris etiam labitur per Atropaciam flu- *Tigris flu.* uius celerrimus, vnde & nomẽ habet. Nam Medi sagittam tigrin vocant Auctor est Str.lib.xj. [Gentibus additum Victis, minores voluere vertices) Vult Nyphatem & Araxen, siue Tigrin cum peruenerint ad victas gentes.i. in Armeniam, & Mediam tanquã ipsi etiam victi sint, fluere lenibus, & mollioribus vndis. [Vorti- *Vortices* ces) Vorsus, & vortices dixere antiqui, quæ primo Scipio Africanus in e, literam secundam vertisse dicitur, est aũt contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur, inde ꝑ flexum capillorũ, pars summa capitis, id Fab lib.viij. docet. [Intraq præscriptum).i. constitutum terminum ab ipso Augusto ne latius vaga- *Gelon* rentur vt olim. [Gelonos) Geloni (vt Sol. scribit) populi sunt in Scythia, qui de hostium cutibus & sibi indumenta faciũt & equis suis tegmina, vtque Mela scr. Geloni vrbem ligneam habitant.

**ACR.** NOn semper imbres nubibus hisp.) Valgiũ hac Ode cõsulatem alloqiur amicum suũ, quem cõsulatur Mystis pueri sui delicati mortẽ grauiter ferentẽ indicãs mala hoĩb. non esse cõtinua [Glacies in.) Aut quæ cursum gelata nõ habet. Vt cõcrescũt subitæ currenti in flumine crustæ, aut quæ nimietate frigoris pigros efficiat vt Cõfertoq. agmine cerui Torpẽt mole noua [Querceta Gar.) Vt pineta æsculeta, sic & querceta posuit. [Et folijs vid.) Nõ semp folijs viduantur arbores, hoc est. Dũ in oĩbus sint vices tporũ, cõtinuare luctũ Valgiũ nõ debere. [Flebilibus mo.) Quia poëta erat Valgius & mœrorẽ suũ consolabat̃ luctuosis carminib. [Adẽptum) Tanq̃ mortuũ fleret solatio suo adẽptũ. [Fugiẽte) Sub Hespero, vt duo eũ tpa tenere monstraret. [Senex) Nestor, q xc. annis, hoc est tribus ætatibus vixisse firmatur, vnam.n. ætatem xxx. annos ponebant, non ergo eum dicit oĩ vita sua Antilochum suum filium fleuisse. [Nec impubem par. Tr.) Troilus Priami filius ætate impar cõgressus Achilli, de quo Virg. Parte alia fugiens amissis Troilus armis Infelix puer atq. impar cõgressus Achilli, tanq̃ nec ipse parentibus fletus sit. [Mollium) Quæ nimiũ teneri affectus sint, & desine querelarum, pro desine queri, figura hypallage. [Et potius noua cantemus Augusti trophæa) Tanq̃ si diceret. Melius remoto luctu Cæsaris facta cantemus. [Et rigidum Nyph.) Scythiæ fluuium. Plerique putant Armeniæ montem. [Medumque flumen) Poëticæ quasi & fluuius se victum sentiat, vt Et pontem indignatus Araxes, & Euphrates ibat iam mollior vndis, vnde gentes tum victas vult intelligi, q̃ circa flumina sunt. Euphratem tñ Indorũ amnem vult intelligi. Ordo est. Cantemus Medum flumẽ voluere minores vortices addictũ victis gentibus. [Intraque præscriptũ) Intra constitutum. Augustus.n. fines Gelonis statuit quos victi egredi nõ auderent sed præscriptis limitibus tenerentur, cum ante vbi libuisset, excurrerent. [Exiguis equitare campis) A Cæs. determinatis.

**POR.** NOn semp imbres nubibus) Hac Ode Valgiũ cõsularem amicũ suum solat̃ morte delicati pueri grauiter affectũt. [Nõ semper imbres nubibus hispidos manant in agros) Later sensus in hac elocutione, intelligi.n. vult, nec semper plue-

re,

re, nec semper agros hispidos esse .i. horridos, per quod intelligē-
dum aduersa hoibus non posse esse cōtinua, ac sempiterna. [Nec
Armenijs in oris Amice Valgi stat glacies iners) Nam & hic, &
in subiectis sensibus semper ex superiore zeugma intelligendū.
[Aut Aquilonibus Querceta Gargani) Garganus mōs est Apu-
lię, in quo fuit Sipōtus vrbs, & Arpi oppidū a Diomede conditū.
Querceta autem dr̄, vt pineta, & vineta, á querceis .s. arboribus.
(Orni) Mōtanæ arbores sunt. Virg. Descendere mōtibus Ornos.
(Viduantur) Priuantur. [Tu semper vrges flebilibus modis My-
sten adēptum nec tibi vespero Surgente, decedunt amores) My-
sten semper vrges .i. instanti querela quereris Vespero surgente.
(Solem) .i. Orientem, cū vesper stella, Veneris resurgit .i. occidit.
[At non ter æuo functus) Nestorem significat, q tradítur tribus
seculis vixisse. Antilochum aūt Nestoris fuisse filium notum est.
[Define mollium Tandem quer.) Define querelarum græca elo
cutione figuratum est, alio qui nos define queri dicimus. [Et rigi
dum Nyphaten) Nyphates Armeniæ mons est, in quo magna fri
gora sunt. [Medumque flumen gentibus additum victis) Vt Eu-
phratem Medo᷑ significare, quem ait gentibus victis additum es
se .i. in numerum victarum gentium accessisse, & additum victis
poeticæ, quasi sit fracta fero impetus eius postq̄ victus sit.

ASCEN. NOn sempre imbres) Argumēto Naturæ, quæ vicissitudi-
nes amat, & viro᷑ fortium, q̄ á lacrymis tēperarunt, hor
tatur Valgium poetam non vulgatē, vt super Mystæ pue-
ro defuncto lacrymis sedatis ad lætas Augusti laudes dicendas ac
cingātur dicēs, O Valgi amice. Imbres .i. pluuiæ densæ terram im
buentes, non semper manant .i. distillant, nubibus .i. ex ipsis nu-
bibus in agros hispidos .i. hirsutos, & asperos vepribus & dumis,
aut procellæ inæquales .i. vndæ maximis ventis agitatæ, ita vt
mare inæquale .i. nimis turgidum faciant, sup. non semper ve-
xant .i. molestant, & huc illuc vectant, mare Caspium, quod ad
Septentrionem vergit, vbi sæuissimi sunt venti. Nec glacies in-
ers .s. n. inertiam inducens, propter frigus, quod Maro pigrum vo-
cat, stat .i. rigescit, in oris .i. regionibus, Armenijs .i. ad Septen-
trionem vergentibus, vsque .i. continue per oēs mens, aut quer-
ceta Gargani .i. loca consita quercubus in Gargano monte Apu
lię crescentibus laborant .i. vexantur vsque per oēs menses, & or
ni .i. arbores illæ, non viduantur .i. spoliantur usque per omnes
menses, folijs .i. frondibus. Et tn̄ urges .i. premis incessanter, My
sten .s. puerum, ademptum .i. ablatum tibi per mortem, vrges dicit
modis flebilibus .i. luctuosis versibus, ut Elegijs, aut Nenijs, nec
amores .i. uehementes ardores ex amore prouenientes, decedunt
tibi .i. a te, aut in consolationem tui. Vespero surgente .i. in occa-
su apparente, nec fugiente .i. dum fugit eadem stella Veneris. quę
noctu vesper, aut Vesperus dicitur, & mane Lucifer. Solem rapi
dum .s. mox apparitutum, & secum nitorem ceterorum siderum
rapientem .i. nec vesperi nec mane. [At senex) .s. Nestor. [Fun-
ctus ter æuo) .i. tertiam agens ætatem .i. (vt quidam volunt) ter-
tium cursum Saturni, non plorauit Antilochum .s. filium suum.
amabilem .i. licet amabilem, & occisum ante Troiam, omnes an-
nos .s. vitæ suæ, nec parentes .s. Priamus, & Hecuba, aut sorores
Phrygiæ .i. Troianæ vt Cassandra, Creusa, Polixena, & ceteræ. fle
uere semper Troilon .s. filium illorum, & fratrem harum, impu-
bem .i. adhuc vix pubescentem, cum ab Achille occideretur. vn-
de Aen j Parte alia fugiens amissis Troilus armis Infelix puer,
atque impar cōgressus Achilli. Define tandem querelarum mol
lium pro eo quod est molliter conqueri, aut define cantare tro-
phæa .i. victoriam á vertendo hoste querelarum mollium .i. quæ
cum molles sint, de te tamen trophæum agunt, & cantemus no-
ua trophæa Augusti Cæsaris, & cantemus Nyphatem fluuium
Armeniæ rigidum .i. ductum ac vincendum .i. accolas Nyphatis ri
gidos, & flumen Medum .i. Medicum .s. Arazem, additum .i. quia
additum est, gentibus .s. reliquis, victis .s. ab Augusto, voluere mi-
nores vortices .i. se ob pudorem constringere, & minores facere
gyros, hoc est populos minores excursus, & cantemus in laudē
Augusti, Gelonos populos illos Scythiæ stigmata ferre solitos,
equitare campis exiguis, intra præscriptum .i. diffinitum, & assi-
gnatum, quasi ex præscripto ab Augusto locum.

## AD LYCINIVM.

*Docet Valgium Lycinium, ad beate viuendum opus esse summa animi temperantia & prudentia, vt ne quid supra conditionem nostram tentemus aut contra animi humilitate in sordes deuolaamur, tutius esse intra præscriptum vitæ finem manere deliberato animo ad omnem euentum fortunæ.*

*Ode X. Dicolos, Tetrastrophos: Vt,*
*Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-u---uu-u-u
-u---uu-u--
-u---uu-u--
-uu-u

RECTIVS viues Licini, neque altum
Semper vrgendo: neque, dū procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti; caret inuidenda
Sobrius aula.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus: & celsæ grauiore casu
Decidunt turres. feriuntq. summos
Fulmina montes.
Sperat infestis, metuit secundis
Alteram sortem bene præparatum
Pectus. informeis hyemes reducit
Iupiter: idem
Summouet. non, si male nunc: & olim
Sic erit. quondam cythara tacentem
Suscitat musam, neque semper arcum
Tendit Apollo.
Rebus angustis animosus, atque
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

RECTIVS viues) Lycinio Poëta scribit, hortans ANTO.
eum ad temperantiam, & mediocritatem, nam q
summa petunt, multis ac varijs casibus opprimun
tur, inde grauius decidunt. Qui vero infima te-
nent, ignaui semper hn̄t, & nullius sunt pretij.
Ad illud ēt exhortatur, ne .s. desperet meliora la-
psis, neue confidat nimium secundis, est .n. omnium rerum vicissi
tudo vt & Terent. scribit. [Rectius viues Licini, neque al.) Or-
do est. O Licini rectius viues, neque semper vrgendo altū, neq.
nimium premendo littus iniquum, dum cautus horrescis procel
las. [Altum) .i. pelagus, est autem hic allegoria, vult .n. intelligere
summa minime adeunda, infimaque fugienda, mediocria vero
sequenda [Procellas) Casus arduos, & pericula. [Littus in)
Propter vada, & saxa nautis periculosa, intelligit aūt sordidæ, &
humilis vitæ statū & angustias. [Auream med.) i. felicem & pul
cherrimam, vnde & Phil. lib. iiij. Pol. ait, q̄ in omni ciuitate sunt
tres species hominū, Diuites, pauperes, & mediocres, inter quos Medio
optimi sunt mediocres, q̄a medium semper est optimū. [Tutus) cres
Philos. idem lib. iiij. Polit. scribit, Mediocres ciues magis saluari,
q̄m nec insidias patiuntur, nec fraudes faciunt vt alij, quapp sine
periculo viuunt. Ibidem quoque ait, quanto magis aliq̄d accedit
ad mediū, tanto melius, quāto magis distat ab medio, tāto peius
& lib. ij. Eth. ait, q̄ exuperatio, & defectio bonum ipsum corrum
punt, mediocritas vero conseruat [Obsoleti) Inq̄nati & polluti. Obsolete
Obsolere est de vsu exire. [Sobrius) Tēperatus, moderatus, sine
ebrietate. [Inuidenda) i. pulchra, ingenti, superba, sublimi, & ex
qua inuidia oriatur. [Sæpius ventis) Per exempla ostēdit summa
oīa casibus asperis opponi. [Sæpius ventis) Ouid ēt ait. Sūma pe
tit liuor, pflant altissima venti, Sūma petunt dextra fulmina mis
sa Iouis. [Sperat ifestis,) Id q̄dē viri fortis est, vnde Phil. lib. 4 Eth.
ait, Etenim nemo tollerantior est malo᷑ hoīe forti, is aūt (vt idē
ait) hō fortis proprie dr̄, qui circa honestam mortē, & ea oīa quæ Fortis
repente eueniunt, atque afferunt ipsam, interritus est. [Alteram vir
sortē) .i. iniq̄ fortunam. [Præparatum) .i. institutum ab virtute, &
edoctū. [Informes hyemes) Turpissima tempestates, bonorum
aūt, & malo᷑ vicissitudines esse ostendit. [Olim) In futurū. [Sic
erit)

erit) Hic fit punctum. [Quondam) .i. qñque, iungitur.n. sequenti bus, posses & iungere superioribus, sed tunc in futurum significa ret, & olim in pteritum. [Apollo) Scribit Diod lib. vj. Apollinem dici cytharæ, eiusque musicæ inuentorem fuisse. Macr. aũt lib j. Sat. scribit, Arcu & sagittis Apollinis simulacra decorari, vt per sagittas intelligatur vis emissa radiorum manu, tñ dextera Gratias gestare, arcum vero cum sagittis sinistra, q ad noxam sit pigrior & salutem dextra manu promptior largiatur. Idem quoque est in Ode xij. lib. j. [Angustis) Anxijs. [Contrahes) Metaphora est. Illud aũt Senecæ, quod diximus, & hic conuenit, Nemo confidat nimium secundis nemo desperet meliora lapsus.

ACR. Rectius viues) Ad Lycinium scribit, monens periculosum esse magna tẽtare, nec rursum si periculũ timeantur inter angustias humilẽ vitam sordide continendam, & per alle goriã nauigantium mediocritatem suadet esse sequendã. Ordo est. Lycini dũ cautus horrescis pcellas rectius viues viues, neque semper vrgendo, neque nimium premẽdo iniquum littus. i. nauigãtibus periculosum [Auream) Beatam. Virg. Aurea quæ pethibent, illo sub rege fuerunt Secula. [Obsoleti) Squallidi, sordidi. [Caret inuidenda Sobrius aula) Inuidia mediocritatem carere dicit ex magnis ædibus quæ solent obrui inuidia. [Sæpius ventis agitatur ingens Pinus) Metaphora ab arboribus & ædificijs, tanq maiora, & in alto polita periculis subiacere semper, & casibus, vt Iuuen. Numerosa parabat Excelsæ turris tabulata, vnde altior esset Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ. [Feriuntque summos Fulmina montes) Acroceraunia dicit, quibus à frequenti fulmine nomen est datum. [Alteram sortem) Sortu nam bonam, aut malam. [Bene præparatum) Instructum ingenio, & forti doctrina fortunatum, præparat enim se ad temperandam felicitatem, & aduersam tenendam. [Informes) Turbidas assiduis imbribus. [Submouet) Dat d uinitatis exemplum p imitationes tempoꝝ, per quæ sperate in aduersis, & semper fortes esse debeamus. [Non si male nunc, & olim) Sic erit generalis sententiam. Non semper eandem manere fortunam. Vt Virg. Nunc olim quocunque dabunt se tempore vires & olim pro futuro tempore posuit, vt Hunc tu olim cœlo spolijs Orientis onu stum Accipies. [Neque semper arcum Tendit Apollo.) Aliud numinis posuit exemplum, quo eum dicat nõ semper bellorum tristibus occupari, sed miscere dulcia cantilenæ [Idem) Quisquis es. [Cõtrahes) Supprimes, metaphora a nauigantibus, nam sicut de incerto pelagi nautis, ita sapienti, nec in aduersis desperandũ, nec confidendum suadet in prosperis. [Appare) Obtempera.

POR. Rectius viues Licini,) Hac Ode Lycinium Valgium alloquitur monẽs periculosum esse magna tẽtare, optimũq. esse mediæ viiæ statũ [Neque altum Semper vrg.) Allegoria, qua significatur, neq. magna nimis appetenda, nec rursum dũ pericula times, inter angustias humilis, ac sordidæ vitæ conti neatis. [Littus iniquũ) Periculosum pp humilitatem vadorum, siue propter saxa, sed & hoc (vt dixi) allegoricos accipiendum. [Caret inuidenda Sobrius) .i. sapiens, q caret inuidenda aula, i. inuidiosa bonorum sublimitate. [Sæpius ventis agitatur ingens Pinus) Per hæc & quæ subiecta sunt allegoricos significat altio ra quæque hominum magis periculis esse subiecta. [Feriuntque summos Fulgura montes) Et hic & in superiori sæpius per zeugma accipiendum vt sit Sæpius feriunt. [Sperat infestis) Quod est aduersum. [Informes hyemes reducit Iupiter idem) Per hæc, vices esse bonarum & malarum rerum probare vult. [Non, si male nunc, & olim) Nunc futuri temporis est nonnunquam, hic interdum, aut nonnunquam significat. Rebus angustis animosus, atque fortis appare, hac allegoria præcipit, nec aduersis rebus despetandum esse, & secundis non nimis confidendum.

ASCEN. Rectius viues) Mediocritatẽ & temperãtiam pulchetrimã profecto virtutem tõmendas, dicit, O Lycini tu viues re ctius, neque semper vrgendo .i. premẽdo, altum. i. multũ exaltatum, & ita profundum mare, hoc est non fectando altissima quæque, neque premendo semper littus iniquum. f. nautibus, aut quia arena carinas terit, aut quia scopuli latera concutiunt, dum tu cantus .i. prouidus, horrescis nimium procellas .i. vndas procellosas, quæ in alto frequentiores sunt, q in littora, vnde in Arte, Serpit humi tutus nimium timidusque procellæ, hoc est neque humillima, quæque & abiectissima amplexando. vnde neque honor, neque res acquiritur [Auream quisquis) .i. quicun que diligit mediocritatem auream. i. optimam & pulcherrimam, is sup. tutus à periculo sublimioris conditionis, caret i. vacat, sor dibus. i. in mundicijs, tecti obsoleti .i. fere diruti, & situ ac im mundicia victi, & is sobrius. i. maioribus abstinens, & eo quod sa tis est contentus, caret aula .i. regia, hoc est domo regali, & pa- lutio sublimi, inuidenda. i. cui quilibet merito inuideat, quia sum ma petit liuor. [Pinus ingens) .i. valde excelsa, agitatur sæpius. i. valde sæpe, aut sæpius, q arbores humiles ventis. i. vi ventorum, & turres celsæ. i. sublimes, decidũt casu. i. ruina grauiore, quia res grauis quanto diutius decidit, tanto grauius conteritur. Et fulgura feriunt. i. concutiunt montes summos, non in penitus, quia sunt ad quos fulgura & venti non pertingunt, pectus vero decen ter præparatum. f. temperantia, & continentia, separat rebus infe stis. i. dum res sunt infestæ, & aduersæ, fortem alteram. i. prosperã. & metuit secundis. i. dum res sunt secundæ, & nimium prospere, sortem alteram. i. aduersam. Vnde Philippus Macedo Alexandri pater, dum vno die tris lætos nuncios accepisset, Magne, inquit, Iupiter, pro his tantis bonis modicum reponas mali, sciens prudentissimus rex, q fortuna nunquam est perpetuo bona Iupiter reducit. f. post serenitatem hyemes. i. tempestates, informes i. omnium agroꝝ speciem auferentes & contaminantes, & idem. f. Iupiter, submouet i. clanculum aufert hyemes, inducta. f. serenitate. Si male nunc est non erit sup. continue sic. i. male & i. etiã, olim. i. in futuro. Apoll suscitat f. cantu suo, quondam i. aliqñ, cytharam tacentem. i. non resonantem, neque tendit semper arcum. i. non semper infensus, & infestus est. Nam dum arcum ten dit, vltionẽ parat, dum cytharam, hilaritatem. Et ideo qa & Natu ra, & Dij Naturæ moderatores temperatã mediocritatem amãt, appare rebus angustis. i. in aduersis, & afflictis rebus. animosus atque fortis, & tu idem contrahes vento secundo. i. prospero nimium. i. dũ Fortuna nimium arridet, vela turgida. i. inflata. i. non sequeris ductum Fortunæ nimium prosperæ, ne te præcipitẽ det.

## AD Q. HYRPINVM.

*Suadet Q. Hyrpino ne se alienis negotijs inuoluat, & curis rerum futurarum, cum paucis natura sit contenta, sed potius dum adhuc iuuenes & sanus est, commode: molliterq; in ocio viuat ex insperato senectutem ad futuram, quæ voluptates omnis extinguit, somnum adimit, grauem morosamq; sibipsi est.*

*Ode XIII. Tricolos Tetrastrophos, vt: Vides vt alta stet niue candidum.*

-- u - -- uu - u -
-- u - -- uu - u -
- u - - u - -
- uu - uu - u - u

QVID bellicosus Cantaber, & Scythes
Hirpine Quinti cogitet, Adria
Diuisus obiecto, remittas
Quærere: nec trepides in vsum
Poscentis æui pauca. fugit retro
Leuis iuuentas, & decor, arida
Pellente lasciuos amores
Canitie, facilemq. somnum.
Non semper idem floribus est honos
Vernis: neque vno Luna rubens nitet
Vultu. quid æternis minorem
Consilijs animum fatigas?
Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu iacentes sic temere, & rosa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaq. nardo,
Potamus vncti? dissipat Euhyus
Curas edaceis. quis puer ocyus
Restinguet ardentis falerni
Pocula prætereunte lympha?
Quis deuium scortum eliciet domo
Lyden? eburna, dic age, cum lyra
Maturet, in comptum Lacænæ
More comam religata nodum.

Quid

**ANTO.** QVID bellicosus) Quintum Hyrpinũ aliena quæ renda minime esse admonet. Suadet ẽt victus, & gazæ eũ solicitum esse nõ debere, cum paucis Natura ipsa contenta sit. Inuitat hinc illũ ad lętiorem, cõmodioremque vitam dũ iuuenis est, supueniernãque senectus voluptatum imunis, & expers. [Quid bellicosus Cantaber, & Scythes) Ode est similis nonę. [Cantaber) De Cãtabris videto Ode vj. lib. j. [Hyrpine Q.) *Hyrpini* Hyrpini Sãnitice gentis populi, q quidem ex lupo nomẽ adepti fuerunt, q eis in deducenda Colonia dux oblatus est. Sãnites .n. lupũ vocant hyrpum, ij aũt confines Lucanis adiunguntur, quod Str. lib. vj. scribit. *Adria* [Adria ob.) Hic Adria pro mari posuit masculino gñe, non neutro, vt quidam aiunt. Luc. lib. v. Sonat Ionio vagus Adria Ponto. de mari vero Adriatico superius dictum est. [Trepides) Timeas, curiosus sis. [Poscentis pauca) Natura .n. paucis contenta est, hinc Lucan. ait. Satis est populis, fluuiusque Ceresque. [Fugit retro) Ouid. ẽt lib. iij de Arte ait. Vtendum est ętate, cito pede labitur ætas, Nec bona tam sequitur q̃ bona prima fuit. [Leuis) .i. sine pilis. [Arida can.) Macr lib. vij scribit, Caniciẽ ex nimio humore fieri, quod phlegma vocatur, nam ideo albi sunt cani, q a colorẽ humoris, quo nutriuntur, imitantur, latius in videto in Ode ix. lib. j. [Arida can.) i. sicca & macilenta senecta, defectu videlicet sanguinis hinc Iuuen. ait Sat. x. Præterea minimus gelido iam corpore sanguis Febre calet sola [Pellente lasc. am.) Cicero in Catone maiore, inq̃t, Non modo vituperatio nulla, sed ẽt summa laus senectutis est, ꝙ ea voluptates nullas magnopere desiderat, hoc quippe dixit, q a multi vituperabãt *Senum mala* senectutẽ, quod voluptatibus careret. [Facilemq. som.) i. intrẽ & quietum, nequeunt .n. Senes quiete dormire ꝑꝑ morbo℞ & molestiam, hinc ait Iuuen. Sat. x. Circũsilit agmine, facto Morbo℞ oẽ genus ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis ambos Perdidit ille oculos, & luscis inuidet, huius Palida labra cibũ capiunt digitis alienis, iuuenibus aũt facilis est somnus. [Non semper idem) Cõparat floribus adolescentiam, ac iuuentam, sicuti .n illi paruo tẽpe vigent, sic ipsi iuuenes cito desinũt senectutis aduentu. [Neque Luna nitet vno Vul.) Sic ẽt iuuenum vultus crescente ætate *Luna colores* mutatur. Lunam aũt nunc pura vr̃, nunc obscura, & nigra, nunc rubicunda. Pura serenitatẽ portendit, nigra pluuias, rubicunda uẽtos. Auct. est Plin. & Poe lib ij. Georg. [Animũ min. æt. cõ) Minorẽ animum, æternis cõsilijs ait, qm̃ vitæ breuitate æterna℞ rerum cõsultationibus expleri non põt. [Cur non sub al) Ordo est, Cur dum licet, non potamus hic temere iacentes sub alta vel *Rosa succus* platano, vel hac pinu & rosa odorati canos capillos, & vncti Assyria nardo? [Temere) Imprudenter & nullo ordine, quod voluptatis est. [Rosa od. ca.) Plin lib xiij. scrib. In vnguẽtis repertum fuisse rosæ succum, meminit item latius lib. xxj. [Odorati) Odo- *Nardus* ratos hñtes. [Assyria nar.) De vnguẽto nardino, seu foliato intelligit. de quo plura Plin lib. xiij. cap j [Assyria nardo) Foliũ nardi principale erat in vnguẽtis. Nardi aũt frutex est grauis & crassa radice, sed breui ac nigra, fragilique quamuis pingui folio, paruo, densoq̃ue Cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote nardi spicas, ac folia celebrant, laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum. auctor Plin. lib. xij. Dicitur aũt hæc nardus, vt hoc in loco, & hoc nardum, sic etiam hæc costus & hoc costum. [Euhyus) De Euhyo dictum est Ode xviij. libri primi. [Quis puer ocyus) Ac si in ipso conuiuio esset ita loquitur. [Ardentis Falerni) Optimi vini. [Prætereunte lympha) .i. riuulo ꝑter labente. [Deuium) A via remotum, non .n. prostabat. [Scor*Scorta* tum) Meretricem intelligit. Festus .n. ait, Scorta appellantur meretrices, q vt pelliculæ subigantur, Oia nanq. ex pellibus facta scortũ appellantur. [Eburna dic age) Ordo est. Age dic cũ eburna lyra matiuer more Lacænę religata nodo incomptum, appositio comam. [Maturet) Festinet, de quo verbo legito Gell. lib. ix. cap xj. [Lacænæ) i. Laconicæ mulieris, non .n. de Helena tm̃ intelligit. Vade Virg. lib j. Æn ait, Virginis os habitumq̃ue gerens & virginis arma Spartanæ, Erant nanque Spartanæ venatrices.

**ACR.** QVid bellicosus) Hac Ode Hyrpinũ alloquitur, vt omissa cura rerum publicarum, vel negotijs quæ aliena a nobis sunt, otium petat senectuti consulẽs, vt cõmodis vitæ studeat celerius fugientis. Ordo est Hyrpine Quinti remittas quærere quid cogitet bellicosus Cantaber Hispaniarum gens pugnatrix, & quid cogitet Scythes diuisus obiecto Adria. [Adria) Gens Septentrionalis mare .n prospiciens figurate Adria genere neutro ꝑtulit. [Diuisus) Intersuso mari à nobis seiunctus. Nec trepides natu ram dicit hoium, si usui sufficientia quærant, & breuitatis uitæ moram, paucis posse esse contentam .i. non timeas paucis uti, q a pauca sufficiunt in usu æui. [Fugit ret.) Ordo est. Fugit retro leuis iuuentas, & decor arida canicie pellente lasciuos amores, & facilem somnum .i. recedit, & a nobis procedente vita in senectutem, vt est, Optima quæque dies miseris mortalibus æui prima fugit. [Arida) Sicca, hoc est, Aut nihil in se impendenre per nimiam parsimoniam, vt sunt senes, aut arida minus iuuene calẽs. [Facilemq̃. somnum) Eo quod facilem somnum iuuenibus pellat senectus, vt Pendebat somno iam deteriore senectus. [Non semper idem floribus est honor) Naturalibus exemplis ꝓbat nihil esse perpetuũ. [Quid æternis minorem) Ordo est, Quid fatigas animum minorem æternis consilijs .i. q non est par æterno℞ consilio℞, non .n. semper subsistit in corpore non minorem animum ad cõsilia, sed æternis consilijs minorem voluit intelligi .i. infinitis & diuturnis. [Cur non) Ordo est. Cur non potamus dũ licet sic temere iacentes sub alta platano, vel sub hac alta pinu, & odorati canos capillos rosa, & vncti Assyria nardo? Quæ nunc Syria olim Assyria vocabatur. Notandum aũt quod nardum gñe fœminino posuerit. [Sic temere) Passim, vt hr̃et licentiam ipsa lasciuia. [Canos odorati cap.) Absoluta locutio. Canos capillos odorati, pro hñtes odoratos capillos canos. [Dissipat Euhyus) Liber pater dictus eo, quod cum dij bellum cum gigantibus gererent, primus in leonem conuersus occidit gigantẽ, ex quo facto eum Iupiter ita laudauit, Euhye, hoc est bone fili græce enim ὑὸς filius dr̃, hæc vox etiam Bacchis in sacris trahebatur. vt Virg. Euhye. [Edaces) Eo ꝙ comedant, & attenuent, & consumant. [Quis puer ocyus) Velut in ipso iam conuiuio voluit videri. [Prætereunte lympha) Decurrente fonte aqua petita tanq̃ potui leuior. vt fontes liq̃di, atque exercita flumina cursu. [Quis deuium scortum eliciet domo) Quasi inscium pluriũ viarum, & domum .i. non ad publicas discurrens per domos, quæ publicæ non oĩno prostet. Scortum aũt dictum putatur a calceamento℞ solo subiecto etiam omnibus vulgatibus. [Lyden eburna dic age cum lyra) Ordo est, Hyrpine age dic Lyden eburna lyra, vt religata comas. [Incomptum) Incompositum, more Lacænæ. [Maturet) .i. festinet. vt Maturate fugam, festinãtes enim mulieres pexum tm̃ capillum in nodum colligere consueuerunt. [Incomptum) Incõpositum in Helenæ similitudinem. [Lacęnæ) Helenæ. vt Virg. Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ.

**POR.** QVid bellicosus Cantaber, & Scythes Hyrpine Quinti cogitet Adria Diuisus obiecto) Et hic Quintũ Hyrpinum alloq̃tur hac Ode, qua continetur alijs negocijs non debere nos nimias sollicitudines adhibere, sed potius cõmodis vitę nostræ cõsulere, celerius se rapienti. [Adria Diuisus obiecto) Intersuso mari nobis remoto. [Nec trepides in vsum Poscẽtis æui pauca) Nec satis agas, vt habeas vitæ necessaria, cum pauca omnino desideret. [Fugit retro Leuis iuuentas) .i. decidit & remeat à nobis procedenti vita in senectutem. [Arida Pellente lasciuos amores Caniciæ, facilemq̃. somnum) Canicie pro senecta, quam aridam dixit, quia senes parci, ac tenaces sunt. [Non semper idẽ floribus est honos Vernis, neque vno Luna rubens nitet) Hęc ad ætatem vult referri, quia nec ipsa semper in flore iuuentæ permanet. [Quid æternis, minorem Consilijs animum fatigas) Dicere quid, inquit, animum porrigis in rerum æternarum consultationem, cum is non sufficiat breuitate vitæ. [Assyriæq̃. nardo, Potamus vncti) Ea quæ nunc Syria dicitur olim addita syllaba Assyria nominabatur. & adnotandum hic quoque nardum fœminino genere dicit sicuti supra. [Dissipat Euhyus Curas edaces) Euhyus voce bacchantium Liber pater. [Quis puer ocyus Restinguet ardentis Falerni Pocula prætereunte lympha?) Suauiter quasi in ipso iam conuiuio sit, sicut supra. Quis vdo deproperare apio Coronas curat de myrto. [Ardentis Falerni) Ardentis austerissimi, calorem corporibus & animo concitantis, & bene restinguet præiecit quia ardentis erat subiecturus. [Quis demum scortum eliciet) Belle deuium scortum Lyden ait, quæ corpore quidem quæstum faciat, sed non publice, Deuium enim est à via remotum. Ceterum scortum meretrix metaphoricos dicitur a scorto .i. a solo calceamentorum subiecto omnibus etiam vulgatibus. [Maturet incomptu Lacænæ More comam religata nodum) Gratæ, vt solent mulieres festinantes pexum tantum capillum in nodum colligere.

**ASCEN.** QVid bellicosus &c.) Argumentum per Mancinellum recitatur. Ordo est. O Quinti Hyrpine, remittas diuisus .i. quia diuisus & separatus es, Adria .i. mari Adriatico, obiecto .i. intercurrente remittas .i. non tam attente cures, quęrere .i. inquirere, quid Cantaber populus Hispaniæ bellicosus. & Scythes, id est populus Scythiæ etiam bellicosus, cogitet, id est machinetur & moliatur contra Romanum imperium. Sciemus autem feræ masculina in, a, quæ Græce in ας, desinunt,

nunt, etiam in es exire posse, vt Scytha & Scythes, planeta & planetes, cometa & cometes &c. nec trepides. i. ne anxietate concutiaris, in. i. ad vsum æui. i. vitæ, poscentis. i. exigentis, pauca, quia natura modicis contenta est, iuuentas. i. iuuenta, seu iuuenilis ætas. Est aût Iuuentas Dea ætatis, sed per metonymiam pro ætate ponitur, læuis. i. sine barba & pilis asperis, & decor. i. venustas, fugit retro. i. retrorsum, & hoc canicie arida. i. quæ fit succo exhausto, & arescente, atque in rugas contracta pelle, pellente, id est refugiente, amores lasciuos, & somnum facilem. i. profundum & hue medicamento parabilem. Non semper idem honor. i. decor, & floribus vernis. i. qui in Vere abundare solent, neque Luna rubens, nitet semper vno vultu. Quid. i. ad quid igitur fatigas consilijs æternis. i. perpetuis, aut rerum æternarum, animum minorem. i. imparem, & qui non potest sufficere, aut quia Epicurice censet eum interiturum, aut quia non potest semper illis intendi. Cur non potamus, dum. i. tantisper, dum. i. donec licet, iacentes temere. i. sine ordine, & respectu, vt ad voluptatem reconciliantes faciunt, vel sub alta platano vel sub pino hac, quę. i. nobis vicina est, & odorati capillos canos. i. habentes capillos canos odoratos. i. odore perfusos, rosa. i. propter rosam, & vncti nardo Assyria. i. vnguento ex nardo, quæ in Assyria præcipue nascitur Eubyus. i. bonus filius Iouis Bacchus lætitiæ dator, hoc est ui num, dissipat. i. dissoluit. vnde & Lyæus dicitur, & latine Liber curas edaces. i. mordaces, Quis puer restingues. i. diluet & tempe rabito, ocyus. i. celeriter, lympha. i. aqua prætereunte. i. prætersluẽte, vnde ad riuum se sedere innuit, pocula Falerni. f. uini in Campania Italica nati, ardentis. i. uehementis nimium nisi temperetur? Quis. f. puer eliciet domo, Lyden scortum deuium. i. meretriculam uagam solitam? age puer dic. sup. Lydæ maturet. i. properet uenire, cum lyra eburna i. ex ebore facta per quam significat eam psaltriam esse religata more Lacenæ. i. Spartanæ, seu Laconicæ mulieris, quæ uenatui, intendere solet, nodum incomptum, appositoriæ comam. i. hñs comam religatam, in nodum comptum. i. sine morositate factum. i. nisi potius dicamus sic, Religata comam. i. hñs comam religatam more Lacenæ, in nodum comptũ. i. in formam modi compti. & ita duæ erunt particulæ in comptum quod mihi quidem placet, licet maturare uelit. Placet & Bonfini quem nunc demum uidi, lego aût eburna, non (ut ille) eburnea. Nec omnino damno priorem expositionem, cum Lacænæ & maturanti non congruat comere nodum comæ.

MATT. Bonfini. Yden? Eburnea) Exponit Acron incomptum nodum. i. incompositum. Sunt item qui dicant & exponant, religata nodum incomptum, appositiue comam. vtraque satis quidẽ inepta & absona (vt mihi vr) expositio. Placet aût sic ordinari dic age eburnea cũ lyra Lyde religata comam. i. hñs comam religatam in nodum comptum more Lacenæ. f. mulieris maturet. f. ad me venire. Est enim mulier eo pacto religata comam plerunque gratior (vt aiunt) & magis delectans & iucunda.

GLAR. Hadria diutius obiecto) Scythẽ pro Daco posuit, & inter quem & Italiam. Hadriaticum mare interiacet. Est aût id consuetum non huic modo poëtæ sed omnibus alijs. Ita paullo superius de Gelonis etiam dixit. Acron aût ait, Hadria gens septentrionalis, mare. n. prospiciens, figurate Hadria genere neutro ꝓtulit. Quæ verba, vt puto, à nemine intelliguntur. Poterant aût corrupta videri, si non sæpius ita peccaret. in Porphyrione vero pro his verbis, intersuso mari nobis remoto. legam intersuso mari à nobis remotus, vt de Dacis loquatur, à nobis matri interluente semotis. Ideoq. minus eos timendos.

## AD MOECENATEM.

*Mæcenati se excusat quòd res grauen non attentet, sed circa iocos & nugas versetur, propter lyrici stili humilitatem, qui non conuenit rebus fortiter bello gestis, illum melius posse soluta oratione historiam de bellis Cæsaris texere, & eiusdem triumphos pro dignitate describere, se amico sua laudes malle canere.*

*Ode XII. Dicolos, Tetrastrophos: Vt, Scriberis Vario fortis, & hostium.*

---UU--UU-U-
---UU--UU-UU
---UU -UU-UU
---UU-U-

NOLIS longa feræ bella Numantiæ,
Nec dirum Hannibalem, nec Siculũ mare
Pœno purpureũ sanguine, mollibus
Aptari cytharæ modis:
Nec sæuos Lapithas, & nimium mero
Hilæum, domitosq́. Herculea manu
Telluris iuuenes, vnde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris: tuq́. pedestribus
Dices historijs prœlia Cæsaris
Mœcenas melius, ductaq́. per vias
Regum colla minantium.
Me dulcis dominæ musa Liciniæ
Cantus, me voluit dicere lucidum
Fulgenteis oculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus:
Quam nec ferre pedem dedecuit choris:
Nec certare ioco: nec dare brachia
Ludentem nitidis virginibus, sacro
Dianæ celebris die:
Num tu, quæ tenuit diues Achemenes,
Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes,
Permutare velis crine Liciniæ?
Plenas aut Arabum domos?
Dum flagrantia detorquet ad oscula
Ceruicem: aut facili sæuitia negat,
Quæ poscente magis gaudeat eripi:
Interdum rapere occupet.

ANTO. NOLIS longa) Hac Ode Mœcenatem alloqtur ostendens lyricis versibus non conuenire bella tractare, ipse tñ multo melius soluta orõne plia Cæsaris scribet quam poëta lyricis. Itaque dicit Horat. suæ puellæ laudes cum osculis, quibus, et maxime regũ opes aut permutandæ essent. [Nolis longa] Ordo est. O Mœcenas nolis aptari mollibus modis cytharæ longa bella feræ Numantiæ &c. [Feræ) Sæuissimæ. [Numantiæ) Celtiberoꝶ nobilissima ciuitas erat Numantia, quæ in bello Celtiberico, quod aduersus R. Populum gestum est virtutem propriam ostentauit. quod vicesimum perdurauit ad annũ. cõplures n. exercitus cum imperatoribus ad internitionem detracti. nouissime aût Numantini obsidione cincti diuturna patientia tolerarunt, paucis duntaxat exceptis, qui cedentes murũ dediderunt Durias aût fluuius præter Numãtiam currit. Auctor in ijs Strab lib. iij Florus vero scribit. Numantiam sine muro, sine turribus modico editam tumulo apud flumẽ Sylarã quatuor millibus. Celtiberoꝶ Romanũ exercitum ꝑ annos quatuordecim solã sustinuisse, nec sustinuisse modo, sed sæuius aliqñ pepulisse, pudendisq́. fœderibus affecisse. Demum Scipione Æmiliano duce maximo oppressa ciuitas nullũ de se gaudium hosti reliquit. Vnus. n. vidit Numantius non fuit, q in cathenis duceretur præda, vt de pauperibus nulla arma ipsi cremauerunt. Triũphus fuit tñ de nomine. hęc ex illo. Multa ẽt scribit Liu. lib. lv. lvj. lvij. Mela ꝑterea scribit, ꝙ vrbium de Mediterraneis in Tarraconensi Hispania clarissimæ fuerunt Pallãtia & Numantia. vtq́. Ptol scr. lib. ij. Occidentale latus Tarraconẽsis ab occiduo alluitur Oceano. [Dirum Hannibalẽ,) Qui annos xvj. contra Rom. pugnauit in Italia, vt scr. Liu. lib. xxx. Duxauit aût bellum ipsum Punicũ secundũ annis xviij vt scr. Florus. [Durũ) Id ait, q(vt ẽt Liu. scr.) Hãnibalis nullo labore, aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat, caloris ac frigoris patientia par, princeps ꝑlium inibat, vltimus confecto prœlio excedebar. Erat ei inhumana crudelitas, nihil veri, nihil sancti, nullius Dei metus &c. Sunt qui legant Dirũ. [Siculum mare Pœno purpureum sanguine,) Cn. Dullius, seu Duellius, tõsul in Sicilia aduersus classem. Pœnoꝶ prospere pugnauit, p̃imusq́. omnium Romanoꝶ ducum naualis victoriæ duxit triumphum, ob q̃ causam ei perpetuus honos habitus est, vt reuertenti, à cœna tibicines canerent, & funale præferretur. hæc scribit

Numantia
Bella Punicũ secũdum.
Hãnibalis mores
Duellius

scribit Liu lib. xviij. Et xix. ait, quod rebus aduersus Pœnos à pluribus ducibus gestis summã victoriæ C. Lutatius consul victa ad Ægades insulas classe Pœnorum finem bello imposuit petenti *Lutatius Bellum Punicum primum* bus Carthaginensibus pax data est. Polybius aũt lib.j scribit, Victore C. Duellio Pœnos amisisse naues Lex centũ triginta, quas in Romanos tunc duxerant. quarum dux fuerat Hannibal, qui dam quem deinde Carthaginenses cruci affixerunt. Idem quoq; inferius scribit. L. Lutarium cõsulem in Sicilia quoque pugnasse contra Carthaginenses dulce Amilcate, Carthaginensiumque naues. L vel fractas, vel submersas lxx. plenas captas fuisse, reli quas vero fugisse. fuerunt è Carthaginensibus viui capti, præter eos q in ter certandum perierant, vltra decem millia hominum. inde ab Lutatio cũ Amilcare fœdus percussum est. de quo late Polybius dicto j lib per hunc itaque modum primo bello, quod Romani aduersus Carthaginenses pro Sicilia gesserunt, finis impositus. durauit id bellum ann. xxiiij [Mollibus modis) Lyricis versibus. [Lapithas) Centaurorum pugnam intelligit in nuptijs Perithoi habitam cum Lapithis. de qua re latius legito in Ode xviij. lib. j. [Nimium mero). i superbum, iracundum, ferocum, & trucem vino [Hylæum) Centauri nomen. de quo Maro etiam *Hercules Pallenẽ Gigãtes* lib. viij. ait in Hymno Herculis, Tu nubigenas inuicte bimẽbres, Hylæumque, Pholumq; manu, tu Cressia mactas Prodigia &c. [Telluris iuuenes,) Circa insulam Pallenem gigãtibus bello cœlestes lacessentibus Hercules pro dijs pugnãs, multis ex hostibus interfectis maximã gloriam adeptus est. vt Diod lib. v scr. [Vnde). i. a quibus. est aut ordo, Vnde fulgens domus Saturni veteris cõtremuit periculum. [Fulgens domos) i Olympus & mũdus *Saturnus.* ipse. [Saturni veteres,) Is .n. prima ætate regnauit, dixeruntque a filio pulsum quod Macr. lib. j. Sat. interpretatur, nihil aliud esse, q tempora senescentiæ ab his, quæ post sunt nata depelli. is aũt est temporum auctor, deorum que princeps. vt idem ait. Virg. item lib. xij inquit, Saturnusque senex, Ianique bifrontis imago. Et lib. viij. Primus ab ethereo venit Saturnus Olympo Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis. [Ducta colllare) Captiui. n ante triumphalem currum ducebantur. [Dominæ Lyciniæ) Hæc eius amica erat. [Lucidum) Pro lucide. hinc aũt eius puellæ lau *Iocus* des orditur. [Choris) Tripudijs. [Certare ioco) Salibus. Est aũt iocus, id quod est contrarium serio. nã effringere, & terrere, & promittere interim iocus est. Fabius auct. lib. vj. [Dianæ sacro die) Lib ẽt j Ode vero xxj ait, Dianam teneræ dicite virgines. [Nũ tu) Ostendit Lyciniæ oculis & iocis non permutandas regũ *Achæmenes* diuitias. [Diues Achæmenes) Nomẽ regis Persarum, inq;, Acrõ Parthorum, inqt Porphyrio. Hero. aut lib. iij. scribit Achæmenem primum Persarum regem fuisse a quo postea oẽs reges Persæ vsque ad Darium descenderunt. Alius eodem nomine fuit Xerxis frater, vt idem ostendit Mygdonia iuncta est Phrygiæ, vt docet Plin lib v. cap xxxiij. Phrygia aũt (vt ibidem inquit) Throadi su *Priami regna* perfecta est, Priamus vero ijs regionibus imperauit. vnde Str. lib xiij scribit. Achillis verba fuisse ad Priamum huiusmodi. Ante tuas noramus opes, spatiosaque regna, Quæ felix pariter Lesbos complectitur, & quæcomprendit Phrygiæ tellus, ac Hellespontus. [Fragrantia) .i. olentia, seu flagrantia .i. ardentia. Verum que enim hic conuenit. [Aut facili sæuitia negat) Id artis est meretriciæ, quod etiam Ouid. de Arte lib. iij. sic præcipit, Quod datur ex facili longum male nutrit amorem, Miscenda est lætis rara repulsa iocis. Mart. item ait, Galla nega, satiatur amor, si gaudia torpent, Sed noli nimium Galla negare diu.

ACR. NOlis lõga feræ) Ad Mecœnatem scribit docens non conuenire historiam poëtæ, vt nec graues res carmini lyrico, sed res missas potius & iocis aptas. facta n. Cæsaris ipsum Mecœnatem melius exerciturum prosaica oratione dicit. Ordo est, Nolis aptari mollibus modis cytharæ longa bella ferè Numantiæ, nec durum Hannibalem, nec Siculum mare purpureum Pœno sanguine. [Durum Hannib.) Fortem qui summa difficultate victus sit. [Feræ Num) Propter longa bella. decimo eum anno cum Numantinis pugnatum est multa Clade Romanorum [Nec Siculum mare) Quia ibi primũ nauali certamine Romani Carthaginenses duce Lutatio, vicerant [Et nimiũ mero Hyl.) Intollerabilẽ ebrietate Hylæus Centaurus à Perithoo inuitatus ad nuptias visa puella permotus, est & dũ violentus ei esse, conatetur, à Lapithis, qui simul nuptijs intererant, prohibitus est. hinc in certamen itum est, & vsque ad pericula dimicatum, Ab Hercule sunt postea superati. de his superius etiam ipse cõmemorat, Centaurea monet cum Lapithis rixa. Virg. Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem [Telluris iuuenes) Gigantes dicit q bellum numinibus indixerunt. [Vnde) A quibus. Terent. E prędonibus, vnde emerat, se audisse aiebat. [Domus Saturni vet.) regia deorum. vt Panditur interea domus omnipotentis Olympi. [Tuq. pedestrib Dic.) Veritate orationis solutę melius q equestribus. i meretricis. [Ductaque per) Vincti n. reges in triumpho cathenati ducebantur. [Me dulcis dñæ Musa Lyc.) Lycinia aut vxor Mœcenatis, aut ipsius Horatij amica. adolescentum more, qui amaras dominas uocant. Ordo est, Dulcis Musa dominę Lycinię voluit me dicere cantus, & oculos lucide fulgentes, & pectus bene fidum. [Mutuis am.) i. alterius, iugalibus. [Lucidũ) Nomen pro aduerbio. vt Sublime volantes pro sublimiter. & Horrendum stridens, pro horrende. [Fidum) Fidele. vt Fidus Achathes It comes. [Quã nec ferre pedẽ) Quã nec saltare dedecet cum nitidis virginibus .i. non dedecuit illam iunctis brachijs nitidis virginibus saltare in sacro die celebris Dianę. Natalis .n Dianæ a virginibus celebrabatur, sic Apollinis a pueris. vt ipse superius, Dianam teneræ dicite virgines. [Num tu) Ordo est, nũquid tu permutare velis crine Lyciniæ, sup. regna vel bona, quæ tenuit diues Achæmenes, aut Mygdonias opes pingues Phrygię, aut plenas domos Arabum dum detorquet ceruicem ad flagrantia oscula, aut negat facili sæuitia, quæ magis interdu gaudet eripi sup. a poscente, interdum occupet rapere. [Achæmenes) Nomẽ regis Persarum. Luc. Achæmeneus Medica Susis. [Aut pinguis Phr.) Fertilis. vt pinguibus in terris habiles. [Mygdonias op) Mygdon rex Phrygiæ. [Plenas) Diuitiarum. i. diuites & est hic sensus, Nũ potes tu regnum, aut opes Lyciniæ amori pponere? [Detorquet) Flectit. scribit fastidiũ mulieris detorquentis se ab osculis amatoribus. i. dũ flagrantibus osculis tuis ceruicẽ detorquet auertẽs se, vt magis incitet. vt Et fugit ad salices, & se cupit ante videri Aut illud magis volẽs intelligi, q ceruicem vertat ad oscula designans, q aut facile irascat aut facile blandiatur. [Gaudeat eripi) Artẽ meretriciam designat, cum velut irata, aut negat amatori oscula, aut interdum vltro expetit, sic satisfaciens indignanti. vt Terent. Nolunt vbi velis, vbi nolis cupiunt vltro.

POR. NOlis longa ferræ bella Num.) Hac Ode ad Mecœnatẽ scribitur, qua testatur poëta non conuenire historias & graues res lyrico carmini, sed magis res iocosas. ceterũ acta Cæsaris melius ipm scribere. [Et nimium mero Hyl) Nimium pro intolerabili posuit, Hylęus vnus Centaurorum fuit. Notum est aũt prœlium, quod inter Lapithas, & Centauros in conuiuio nuptiali Perithoi, & Hippodamiæ exatsit. [Telluris iuuenes) Gigantes dicit. [Vnde periculum Fulgens con dom.) Pro à quibus. vt est illud Terẽtianum. Et prædonibus, vnde emerat, se audisse. [Tuq pedestribus Dices historijs præl. Cæs.) Hoc est soluta, & ciuili oratione. [Lucidũ Fulgenteis oc) Pro lucide fulgentis, vt Virg ait. Horrendũ stridens, pro horrẽde. [Et bene mutuis Fidu pectus am.) Ordo, Bene fidum. i. valde Fidũ. [Nec dare brachia) i. saltare. [Diues Ach.) Achæmenes rex Parthorum fuit. [Aut pinguis Phrygię Mygdonias op.) A Mygdone rege, q Phrygiam tenuit. [Permutare velis crine Lyc.) Sensus est, Nũ tu velis accipere Parthicas, aut Phrygias diuitias, vt Lyciniæ fructum amittas. [Plenas aut Arabum domos) Plenas pro opulentis dictum est. [Dum flagrantia detorquet ad oscula ceruicem) Magnifice depinxit fastidium mulieris auertentis ab eo, qui osculari se velit, quod ideo facere solent, vt irritẽt amantibus desiderium sui. Flagrantia ergo oscula maiora intelligamus, hoc est ex desiderio mulieris ardentia oscula. quæ oscula s. velit sibi à poscente, extorqueri. [Aut facili sæuitia negat) Quid est facilis sæuitia? vtrum quæ facile trascitur, an quæ facile mollitur. [Interdũ rapere occupet) Rapere occupet, irascenti amatori iam satisfacere cupiens. & totum hoc mira energia expressum est.

NOlis longa feræ) Quia lyricis versiculis non sunt scribenda Cæsaris pclara gesta, quę Mœcenas melius scribet, conuertit se ad amicæ oscula laudanda, vnde dicit. O Mœcenas, tu nobilis bella Numantiæ, vrbis illius olim in Hispania feræ. i. indomitæ, longa i. quæ diu durauere, nec Hannibalem durum (aut vitum) i. difficulter domabilem, & impium, nec mares Siculum purpureum i purpuratũ, & tinctum sanguine. Pœno. i. Pœnorum, hoc est Punico, aptari. i. vt hæc aptẽtur, mollibus modis. i. imbellibus versiculis, cytharæ i. ad cytharam, aut lyram canendis. Nec sup. velis (nã duæ aut plures negationes ad unam in principio positæ respicientes nihil efficiunt, ut nolis nec bella, nec Hannibalem, nec Lapithas aptari, nõ plus faciunt, q̃ nolis, aut bella &c.) Nec igitur velis Lapithas populos illos Thessaliæ sæuos, q i coniugem Perithoo rapere conãtes, & Hylęum Centaurum illũ nimium. i ferocientem, mero. i. pp merum nimis sumptum, unde Maro. Et magno Hylæũ cratere minantem, & iuuenes i. filios, telluris. i terrę, hoc est & alios gigantes, domitos iuxta Pallentem insulam, manu Herculea, unde. i. à quibus, fulgens domus ueteris Saturni. i. ASCEN

Olympus

Olympus & ita cœlum ipſum ſtellis ſulgens, contremuit.i.cum tremore timuit ſibi periculum, tepere aptari.i.vt aptentur mollibus modis cytharæ.[Tuque).i.inſuper tu ò Mecœnas, dices me lius.i.aptius,& doctius. Hiſtorijs pedeſtribus.i.aut ſolutus(vt Lãdinus & Mãcinellus dicunt, forte ꝙ miles pedeſtet ſolutior eſt, quam eques) aut dicamus quia in laudem Mecœnatis id dicit, ſuis,hoc eſt hiſtoricis pedibus conſtantibus. nam ſunt & orationibus & hiſtorijs ſui pedes. Dices dico melius prœlia Cæſaris .ſ. Auguſti,& colla regũ minaciũ,non tñ minanciũ, ducta.ſ. in triũpho,per vias.ſ.publicas. Muſa aũt lyrica, voluit me dicere cantus Lyciniæ dulcis dñæ.i.amicæ dulciter mihi dominantis, aut cuius dominũ (licet durum),dulce eſt amanti, & voluit me dicere oculos.ſ.Lyciniæ fulgentes lucidum.i.lucidæ. Sed in his quæ ad ſenſum pertinent, potius pronunciant poëtæ accuſatiuum, quam aduerbium in e vt toruum clamat.vitium ſonat, tranſuerſa tuentibus. Vetuſtatem ſapit. rancidum olet. &c. Et voluit me dicere pectus Lyciniæ bene fidum.i. fidele moribus mutuis, quam Lyciniam,nec dedecuit immo(per lipoten) multum decuit ferre pedem choris.i.in choreis,& tripudijs, nec dedecuit certate ioco .i. ſalibus,& facetijs nec dedecuit ludentem dare brachia, id eſt coniungi,virginibus nitidis .i. ornatis & mundis, die ſacto.i.ſolenni. Dianæ celebris.i.celebrabilis, Num.i. nunquid ò Mecœnas velis tu permutate .i. mutando accipere, pro erine.i.capillis Lyciniæ. opes.i.diuitias Perſicas quæ Achæmenes rex Perſarum diues tenuit, aut opes Mygdonias Phrygiæ pinguis .i. quæ ſunt ad eam partem Phrygiæ vbi vbertima eſt? aut plenas .i. opulentiſſimas domos Arabum ?quaſi dicat ſi te noui, minime (nam nihil ſpecioſius illius capillo,& diuitiaꝝ Mecœnas neque egẽs neq. cupidus fuit) pſertim tũc cum aut dum.i. qñ, ipſa detorquet.i.ex obliquo applicat ceruicẽ ſup.ſuã ad oſcula fragrantia.ſ.ſua .i. vt porrigat oſcula ſua fragrantia.i.bene olentia. aut ad fragrantia oſcula amatoris, aut cum negat facili.i. non dura ſæuitia .i. proteruia ſup.oſcula, quæ gaudeat magis eripi ſup.à poſcente, ꝗ̃ vltro offerre poſcentem, & tñ interdum occupat.i.præueniat, tapere.i.vt ea rapiat etiam non poſcenti, & ita graphicæ deſcri. ingenium mulierum, quæ (vt Comicus dicit) dum velis nolunt & dum nolis cupiunt vltro, quod & Mancinellus diligenter oſtendit.

Me dulcis dominæ muſa Lyciniæ.)

CLAR. CI Syllabam in maſculino antea corripuit. Rectius viues Lycinij, hic in fœminino produxit. Quod ideo admonemus, vt apparet nõ recte de hoc noie præcepiſſe, qui ſyllabarum rõnem noſtra ætate ſcripſerunt, de quibuſdam loquor, Deinde, in dulcis manifeſta amphibologia, dulcis ne muſa, an muſa dominæ dulcis, Denique an dulcis cantus, pro dulceis, vt fit ſæpe. Porro Acron Lycinia, inquit, aut vxor Mecœnatis aut ipſius Horatij amica. Mihi vero ineptum videtur de Mecœnatis vxore hoc intelligere. Quis .n. probat mulierem ita laudari?

## IN ARBOREM.

*Execratur arborem, quæ ſe, cum in agro Sabino ſpatiaretur, repente delapſa pene oppreſſerat, vituperatq; eam à conſitore quem ſceleſtiſſimum fuiſſe putat & impijſſimum, neque enim à bono viro potuiſſe ſeri tam peſtilentem arborem, additq; grauiſſimam ſententiam, neminem ſic poſſe cauere periculum, quin vbi minimum ſuſpicabatur, periculi neceſſitatem incurrat. ſe igitur tam parum à morte abfuiſſe, vt viſus ſit videre apud inferos Aeacum iudicem, Sappho & Alcæum canenteu fidibus cum omnium vmbrarum, admiratione.*

*Ode XIII. Tricolos, Tetraſtrophos: Vt, Vides vt alta ſtet niue candidum.*

--u---uu-u-
--u---uu-u-
--u---u--
-uu-uu-u--



ILLE & nefaſto te poſuit die,
Quicunque primũ: & ſacrilega manu
Produxit arbos, in nepotum
Perniciem, opprobriumq́. pagi.
Illum & parentis crediderim ſui
Fregiſſe ceruicem: & penetralia
Sparſiſſe nocturno cruore
Hoſpitis: ille venena Colchica,
Et quicquid vſquam concipitur nefas
Tractauit: agro qui ſtatuit meo
Te triſte lignum, te caducum
In domini caput immerentis.
Quid quiſque vitet, nunquam homini ſatis
Cautum eſt in horas. nauita boſphorum
Pœnus perhorreſcit: neque vltra
Cæca timet aliunde fata.
Miles ſagittas, & celerem fugam
Parthi: catenas Parthus, & Italum
Robur. ſed improuiſa leti
Vis rapuit, rapietq́. genteis.
Quàm penè furuæ regna Proſerpinæ,
Et iudicantem vidimus Aeacum,
Sedeiſq́. diſcretas piorum, &
Aeolijs fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus,
Et te ſonantem plenius aureo
Alcæe plectro dura nauis,
Dura fugæ mala, dura belli.
Vtrunque ſacro digna ſilentio
Mirantur vmbræ dicere: ſed magis
Pugnas, & exactos tyrannos
Denſum humeris bibit aure vulgus.
Quid mirum? vbi illis carminibus ſtupen.
Demittit atras bellua centiceps
Aures: & intorti capillis
Eumenidum recreantur angues.
Quin & Prometheus, & Pelopis parens
Dulci laborum decipitur ſono:
Nec curat Orion leones,
Aut timidos agitare lyncas.



ILLE & nefaſto) Oppreſſus arbore decidẽte Horatius, quæ ſuo in Pago Sabino fuerat, deteſtatur hic eius conſitorem. Oſtendit poſtea nunquam ſatis eſſe hominibus cautum ad euitanda pericula. Mors enim improuiſa rapuit rapietque gentes, ſcribit inde ſe pene inferos adijſſe, vidiſſeque ANTO. Æacum iudicantem, Sappho quoque, atque Alcæum fidibus canentes. quæ omnia maxime mirabantur vmbræ. [Ille & nefaſto) Ordo eſt, O arbos, ille quicunque primum te produxit in nepotum perniciem, opprobriumque Pagi poſuit & nefaſto die & manu ſacrilega. [Nefaſto die) Non faſto, ſed abominando. Erant autem dies Faſti quibus licebat ſine piaculo fari prætori tria verba ſolennia, Do, dico addico. Nefaſti vero, quibus ea fari ius non erat & ſi fati fuiſſent, piaculum faciebant. Auctor eſt Varro. Diximus & plura ſuperius. [Sacrilega manu).i.peſſima, ſceleratiſſima. Sacrilegus enim proprie dicitur, qui ſacra legit.i.furatur. [Perniciem) Exitium, & necem. [Opprobrium) Crimen dedecus,& infamiam, propter domini oppreſſionem arboris caſu. [Pagi) Pagus villa dicitur à πηγὴ, quod eſt fons, vt Feſtus ait. [Penetralia) Penetrale eſt proprie omnis interior pars domus vt Seru.ij. Aeneid. ait. [Venena Colchica) Verſus eſt hypermeter. ſcanditur igitur cum ſequẽti. In Ponto autem ibi Colchi ſunt prouentus eſt malorum graminum. Idem vero Epodo penult. ait, Cales venenis officina Colchicis. De quibus latius dictum eſt in Epodo 5. [Quod quiſque vitet) oſtendit nunquam ſatis cautum eſſe poſſe hominibus improuiſæ mortis ſæuiria,& ſatorum caſu imminenti. [In horas).i.hora quaque. [Boſphorum) Duplex eſt Boſphorus, Thracius & Cimmerius. eſt autem anguſtum mare quo Iò in bouem mutata enatauit conſilio Iunonis. inde ſic appellatum Dionyſius, & Mela ſcribunt. [Pœnus nauita) Hunc pro quocunque poſuit. Eſt autem ſenſus, quod multi timent loca tantum periculoſa, quibus prætetitis putant ſe tutos, ſed decipiuntur. Fata enim obſtant, & vbi non credunt,

Pagus. Penetrale. Boſphorus.

dunt,illic opprimuntur.[Quam pene furuæ)Indicat se pene in-
feros adijsse,vidisseq́ Æacum iudicantem,Sapphos & Alcæum fi
dibus canentes. [Furuæ) .i. nigræ. [Æacum)Fuit is Iouis filius,
quem apud inferos bonorum,ac malorum iudicem ferunt fabu-
læ. Hinc ait Ouid. in Ibin. Noxia mille modis lacerabitur vm-
bra,tuasq. Æacus in pœnas ingeniosus erit, Latius tamen dixi-
mus circa principium Iuuenalis.Socrates autem in Gorgia Pla-
tonis refert,Iouem hæc dixisse Plutoni. Ego igitur cõstitui iam
meos filios iudices, Duos quidem ex Asia Minoen videlicet, &
Rhadamantum,vnum vero ex Europa Æacum.Hi ergo postquã
mortui fuerint, iudicabunt in prato quodam, ibiq́. in triuio ex
quo geminæ portant viæ,altera quidem ad Tartarum, altera ve-
ro ad insulas beatorum. Et Asiaticos Radamanthus, eos vero q
ab Europa venient,Æacus iudicabit. Minoi autem id munus in-
iungam, vt ipse dijudicet,si quid ambiguum fuerit, vt iustissime
procedat iudicium,recteq́ fiat transmissio animarum. Hęc ille.
vbi etiam legitur,℘ vterque ipsorum virgam tenet,dum iudicat.
Minos autem considerans sedet solus aureum habens sceptrum.
[Sedesq. piorum)Elysium intelligit,quas beatorum insulas su-
perius appellari ostendimus.[Æolijs fidibus).i.Lesbijs,nam (vt
scribit Dionysius) Æolidum insularum rupes Lesbos est & Te-
nedos,vtq. Str.docet lib.xiij. Æolica regio ingens erat & Troiæ
adiuncta.[Popularibus).i.eiusdem populi ipsius Sapphus. ait.n.
ipsa ad Phaonem scribens, Lesbides infamem quæ me fecistis ac
mare: Desinite ad cytharas turba venire meas. De illis ergo con
querebatur,vt hic Sappho. Amauerat autem impudice,vt aiunt,
Telesippam, Megaram, Atthidem qui aliter exposuere queren-
tem,non procedit.[Alcæe)Alcæus in parte operis aureo plectro
merito donatur,quia tyrannos insectatus,multum etiam mori-
bus confert,auctor est Fab. lib.x & Plin. Sappho etiam inquit,
Nec plus Alcæus consors patriæq lyræq́. Laudis habet quam-
uis grandius ille sonet [Dura nauis) Alcæus militiam exercuit,
victus tandem aufugit amissis armis,quam rem carmini manda-
tam in Mitylene reposuit. latius tamen videto in Ode xxxij.lib.
j. [Dura nauis) Repete, dura mala nauis, dura mala fugæ, dura
mala belli. (Bibit aure) Auide audit. [Bellua centiceps) Cer-
berum intelligit. Cerberus autem dicitur quasi κρεοβόρος i.car-
nem edens,nam κρέας,caro est,βορός edax. de hoc Seneca in Her
cule furente ait, Post hæc auari Ditis apparet domus. Hic
sæuus vmbras territat stigius canis. Qui terna vasto capita cõ
cutiens sono Regum tuetur sordidum tabo caput Lambunt
colubræ viperis horrent iubæ. Longusq. torta sibilat cauda
draco. [Par ira formæ &c) Centiceps id dicit pp colubras, &
viperas caput tenentes. [Eumenidum) Eumenides per antiphra
sin appellantur tres infernæ Furiæ, Alecto, Tisiphone, & Mege-
ra. mites .n. interpretantur. de ijs vero latius lib.j. Georg.& in
carmine de Floribus. [Prometheus) De hoc late lib.j. videto.
[Pelopis parens) i.Tantalus,de quo superius multa. Et Ouid.
lib ij.de Amore inquit. Quærit aquas in aquis,& poma fugacia
capiat Tantalus,hoc illi garulla lingua dedit. [Nec curat Orõ
leones) Volunt poetæ idem studium apud Inferos quoque quẽ-
que sectari. vnde Virg. lib. vj. ait: Quæ gratia currum, Armo-
rumq́. fuit viuis, quæ cura nitentis Pascere equos eadem sequi-
tur tellure repostos. de Orione vero legito lib.j. [Lyncas) Lynx
animal est maculosum. Virg.lib. iij. Georg. Quid lynces Bacchi
variæ. in Æthiopia vulgo nascuntur vt scr. Plin. lib.viij. qui etiã
lib. xxviij.cap.xviij.inquit,Peregrinæ sunt lynces, quæ clarissime
omnium quadrupedum cernunt.

ACR. ILle & nefasto) Execratur arborem cuius casu in agro suo Sa
bino pene periclitatus est funestam eam & institutorem eius
dicens. & est ordo: Arbor ille quicunque produxit te primũ
in nepotem perniciem,& opprobrium Pagi posuit &c.[Nefasto
die & sacrilega manu in nepotum) Nepotes pro posteris posuit.
[Opprobriumq́ Pagi) Tanquam ad totius Pagi, uel totius re-
gionis pertineret infamiam,si famosus ager morte domini fuis-
set. (Fregisse) Nouo verbo execratus est parricidam. [Et pene-
trali) Domus secreta,in quibus hospes fuisset occisus, & fœdus
hospitale violatum,tanquam minus esset,si homicidium diceret
perpetratum.[Venena Colchica) Specialem prouinciam posuit
pro generali crimine. Colchos enim Scythiæ ciuitas est, ex qua
Medea fuit venenis, & magica arte potens. [Quid quisque vi-
tet) Sententia, qua dicit improuidas hominum mentes nulla Fa
tis obuiare cautela, nec metuere periculum nisi cum sit proxi-
mum,tamẽ multos improuisis opprimi periculis. [Nauita Bos-
phorum) Aut Bosphorum pro quolibet freto dixit,aut Pœnum
pro quolibet nauta. multum enim diuisus est Pœnus à Bospho-
ro: Bosphorus enim Ponti sunt fauces, vbi propter angustias
assidua naufragia fiunt. nomen autem dicitur accepisse, ℘ inde
in bouem Io mutata transierit,quasi Bosphoros. [Et celerem fu
gam) Fugientes enim Parthi sagittis vehementiores sunt.Virg.
Aut missam Parthi post terga sagittam. [Vis) Violentia, inexo-
rabilitas. dum quisque timet hoc,aut illud rapitur sæua morte.
[Quam pene furuæ regna Proserpinæ) Ac si diceret, paruo in-
tervallo remoti fuimus. Furua mystico nomine dicebatur. Pro-
serpina. aut furuæ flauæ matronymicon. vt Flaua Ceres. Alij
volunt furuæ nigræ positum. Vnde & furta putant dicta, quia
committunt in obscuro. [Et iudicantẽ vidimus Æacum) Achil-
lis auum,qui pro iustitiæ bono etiam apud inferos iudicium me-
ruisse perhibetur. vnde & Iuuen. Quas torqueat vmbras Æa.
[Sedesque discretas) Elysias. vt Virg. Sed amœna piorum con-
cilia.[Elysiumque colo)Vt ostenderet se pene Inferos imminen
te vidisse periculo.[Discretasque).i.separatas. [Aeolijs fidibus
querentem Sappho) Sappho poeta de Aeolia fuit dialecto in
carminibus suis vsa, quæ chordarum significatione commemo
rat. Quærebatur aũt Sappho de puellis suis ciuibus, ℘ non ama
rent,quem ipsa diligebat. Ordo est,Et quam pene vidimus Sap-
pho Aeolijs fidibus querentem de popularibus puellis. [Et te so
nantem plenius aureo Alcæe plectro) Alcæus nomen poetæ est
lyrici, a quo & metrum Alcaicum dictum est, ordo est, Et pene
vidimus te Alcæe plenius sonantem plectro aureo dura mala
nauis,& dura mala fugæ,& dura mala belli.[Vtrunque).i.omnia
supradicta.[Digna fugæ).i.& suæ nauigationis mala,& fugæ, &
belli audiuit enim plenius sonantem, Qui res bellicas & naui-
gationem suam scripsit dum a Pittaco Tyrãno ciuitatis suæ pul
sus esset eo ℘ Mytilenensibus amorem libertatis suaderet, quos
postea collecto exercitu superauit. [Plenius)Fortius. [Aureo)
Meliore aut aureo plectro,propter celebritatem carminis dixit.
[Vtrunque) Aut Sappho & Alcæum, aut fugam & pugnas, aut
certe carmina, quæ sic fata sunt, vt adyti alicuius putarentur di-
gna. [Densum humeris) Stipatum ad audiendum pugnas com-
positas. vt,Hæret pede pes,densusq́. viro vir. Ordo est, sed vul-
gus densum humeris magis bibit aure pugnas, & exactos tyran-
nos.[Exactos) Aut amore libertatis expulsos tyrannos, aut faci
litatem Alcæi expressit vt ille carmina dulcissima fudisse videre-
tur.[Bibit) Auide audit.[Bellua centiceps) Cerberum dixit pro
multitudine anguium,qui in capite eius eminebant. finitum nu
merum pro infinito posuit. [Vt tibi nomina mille) Ostendit au
tem non immerito populos delectatos. dum Cerberus carmi-
nis potuerit amœnitate mulceri.Recreantur,an delectantur.Nã
est animal anguis auditus capax mali & boni,vt frigidus in p.c.r.
a.[Quin & Prometheus) Prometheus raptor per ferulam ignis
diuini, vulturis pastum dum oblectatione teneretur oblitus est.
Iapetus & Tantalus pro criminibus damnati pœnarum requiem
apud Inferos habuisse carminum delectatione a poeta firmãtur.
Virg. Quin ipsæ stu.do.a.in.læ.tar.[Dulci laborum decipitur so-
no)Figura: Decipitur laborum,pro eo quod est fallitur in labo-
ribus,& sensum laboris amittit,dũ carminibus delectatur.[Nec
curat Orion leones) Orion venator fuisse narratur, Huius vm-
bram dicit venationi carmina præferre vigente ibi apud Inferos
studio,quod habuerat in vita,vt Virg. Quæ cura n. p. e. eadem se
quitur tellure repostos.[Lyncas).i.damas. vt, Quid Lynces Bac
chi variæ,& genus acre luporum.

ILle & nefasto te posuit die) Hac Ode execratur arborem in POL
Sabino agello suo,quod super deambulantem se decidit,ac pe
ne oppressit.Nefasto autem nõ fasto,& abominando.[Et sacrile
ga manu produxit arbos) Vocatiuo casu accipe arbos, hoc est ò
arbos. [Arbos) Vel quasi ad illius regionis infamiam, arborem
suum .s. dominum oppressisse. [Et penetralia sparsisse noctur-
no cruore Hospitis) Hospitis sui penetralia cruore sparsisse,hoc
est hospitem in domo sua interfecisse.[Ille & venena Colchica)
Colchica,inquit,quia Medea Colchis fuit,quam summam vene
ficam fuisse historiæ Græcorum tradunt. [In horas nauita Bos-
phorum Pœnus perhorrescit) Nauita his & quæ subiecta sunt,
significat vnumquenque hominum non fere periculum timere,
nisi cum proximus sit. veruntamen plerunque ex improuiso ma
la inopinata interuenire, atque opprimere. [In horas, nauita
Bosphorum Pœnus perhorrescit) Bosphorum, fauces sunt
Ponti maris vnde longissima Africa sit, quòd ita Pœnus nauita
eum perhorrescat hunc Bosphorum pro quolibet freto posuit.
Freta autem angusta maria & concitata sunt,omnia autem freta
à feruore dicta existimantur. [Quam pene furuæ regna Proser-
pinæ) Furua nigra significat. vnde furta putant dicta, quòd per
nigriores aëris tenebras maxime fiant. [Sedesq́. discretas pio-
rum) Discretas,i. separetas. Piorum autem Elysios campos di-
cit

cit, quos separatos aiunt à ceteris locis inferorũ. Æolus fidibus quærentem Sappho, puellis de popularibus. Æolus fidibus, inqt, quia Sappho Æolis dialecto in suis carminibus vsa est. Queritur autem Sappho de puellis ciuibus suis, ꝙ Oden non ament, quam ipsa diligebat amens. [Et te sonantem plenius aureo Alcæe plectro dura nauis) Plenius, inquit, sonantem. quia Alcæus robustior est .i. bellicas res, scripsit, & nauigationem suam, cum à tyrannis Mytilenensibus pulsus est. Aureo aũt plectro ꝑꝑ dignitatem carminis dixit. [Vtrunque sacro digna Mirantur vmbræ dicere) Vtrunque ad Sapphō & ad Alcæum refert. [Densum humeris bibit aure vulgus) Multitudinem signat vmbrarum ad audiẽdum conuenientium. Bibit autem aure, cupidissime audit signãt. [Quid mirum) Vbi illis car. sensus est nõ est mirandũ si illum vmbræ libenter audiunt, cum Cerberus & angues Eumenidum stupeant admiratione carminis illius. [Bellua centiceps) Cerberum dicit ꝑꝑ multitudinem anguium, qui ex eo emanant, cẽticeps recte dr̃ [Et Pelopis parens) Tantalus .s. [Laboꝝ decipitur sono) Audax figura laboꝝ decipitur. vult .n. intelligi, audienti illi sensum laboris auferri. [Nec curat Oriõ) Iam dicit Orionẽ vocari à ꝓprijs venãdi voluptatibus agitare ergo, ac ꝑ hoc sequi signãt.

ASCEN. ILle & nefasto) Graphice execratus arborem & eius Satorem, cuius casus ferè oppressus fuerat, docet vitæ humanæ incertitudinem, cum nemo satis circunspectus sit ad inopinata pericula, ac fata euitanda, cum parum abfuerit, quin ipse Inferos viserit vbi poëtarum cœtui additus Sapphus, atque Alcæi, qui quæ in vita cecinerũt, cum omni stupore apud Inferos iterant, cantica audiuisset, quibus ẽt damnatorum cessant tormenta, & ceteroꝝ studia, cum tñ dicat Maro in vj Quæ gratia currũ, armorumq. fuit viuis, quæ cura nitentis Pascere equos, eadem sequitur, tellure repostos. Ordo est. O arbos, ille quicunque produxit primum te in perniciem nepotum .i. post se venturorum, & in opprobriũ .i. execrationem & contumeliam, pagi .i. vici in agro posuit te & die nefasto .i. abominando, & manu sacrilega i. qua sacra surripuerat, aut violauerat. Ego crediderim illum .s. qui arbore produxit, & .i. simul fregisse ceruicem .i. collum. à parte totum, aut reuera ceruicem quasi a tergo ꝑ insidias, parentis .i. patris, aut matris, & .i simul ꝑarsisse penetralia .i. secretissima domus, cruore hospitis nocturno .i. noctu effuso. ille tractauit .s. manu sacrilega, venena Colchica .i. quæ plurima sunt apud Colchos, & vbi Medea summa venefica nata, & quicquid nefas .i. nefandum, concipitur .s. animo vsquam .i. vbi vis gentium, ille dicit qui statuit .i. plantauit te in agro meo, te lignum triste, te lignum caducum .i. quod cadere possis in caput dñi .s. tui, hoc est in caput meum, immerentis .i. q non merueram id de te, Nũquam est satis cautum .i. prospectum homini, in horas .i. per singulas horas, quod quisque vitet .i. vitare debeat, nauita Pœnus .i. Punicus, perhorrescit .i. multum horrescit, Bosphorum .i. angustum quoduis mare, vbi nauis facile in scopulos pellatur, vt in Bosphoro Thracio & Cimerio, neque timet vltra .i. præter submersionem, aut naufragium, fata cæca .i. improuisa, & quæ videri non possunt, & aliunde .s. prouenientia. Miles .s. Romanus præsertim pedes, perhorrescit sagittam Parthi, & celerem fugam .i per celerem fugam illatam, ita vt non sit facultas vlciscendi, & cõminus pugnandi. alioqui non timeret eum, sed fuga simulata illudit Parthus. vnde Maro Fidentemq. fuga Parthum. & Parthus perhorrescit solum cathenas .i. vincula, & robur Italum .i. vires Italicas, ob quas congredi non audet, sed vis .i. violentia, leti .i mortis improuisa .i inopinata, rapuit, & rapiet gentes. Quam .i. quantum pene .i. quasi vidimus .i. si arbore oppressus fuissem, vidissem, regna Proserpinæ vxoris Plutonis, furuæ .i. nigræ, & Æacum filium Iouis iudicantem .s. apud Inferos, & sedes piorum discretas .s. ab impiorum sedibus, & Sappho puellam Lesbiam, quærentem .i. conquerentem fidibus .i. cythara, Æolijs .i. Lesbica de puellis popularibus .i. eiusdem populi, hoc est etiam Lesbicis, quas impatienter amauerat in vita, & te ò Alcæe, qui etiam Lesbicus erat sonantem plenius .i. grauiore, & neruosiore carmine plectrõ aureo quo ꝑꝑ artẽ donatus erat dura mala .i. incõmoda, nauis .i. nauigationis, & dura mala fugę, q̃ turpiter cõmisisse plangit, & dura mala belli, ob quod & fugam & naufragium passus est. [Vtrunque) Ordo est vmbræ .i. manes, mirantur vtrunque .s. tam Sapphon q̃ Alcæum, dicere digna silentio .i ob quæ dum dñr, silentium fiat, sed vulgus densum humeris .i. stipatum & frequens ad humeros Alcæi miratur magis pugnas & tyrannos exactos quæ res ab Alcæo dñr. Quid mirum si vmbræ mirantur, vbi bellua centiceps .i. Cerberus habens caput centenis capitibus anguium implicitum demittit quod placari animi iudicium est aures .i. auriculas, atras quia infernales stupẽs illis carminibus? & angues intorti capillis Eumenidum .i. furiarum recreantur illis carminibus. Quin & Prometheus æterno vulture cruciatus, & parens Pelopis .i Tantalus siti & fame laborans, decipitur .i. capit obliuionẽ laborum. dulci sono, Nec Orion, licet venator, curat agitare leones, aut Lyncas timidos.

NEfasto te.) ἀποφράδες ἡμέραι .i nefasti dies olim vocabantur inauspicati, & quibus publica non licebat agere, vnde receptum vt homines inuisos ac detestandos ἀποφράδας appellarent. Apud Atticos huiusmodi dies erant septem quibus inferiæ peragebantur eoq. habebantur inauspicati. DOCT. interpr.

ACron statim ab initio ita facit ordinem, Arbor, ille quicunque produxit te primum, in nepotum perniciem, & opprobrium pagi posuit. Ego autem ita puto ordinem esse, O arbos quicunque te primum produxit, ille posuit te & sacrilega manu, & nefasto die, in nepotũ perniciem, opprobriumq. pagi, vt etiam voluntas eius mala exprimatur, quemadmodum sequentia indicant. [Nauita Bosphorum Pœnus perhorrescit) Porphyrio coniungit his verbis quod præcedit in horas, q. d. In horas, hoc est non semper, sed tum cum periculis proximis sit, hominem periculum timere. Quod autem nauitam Pœnum ait, facit propter distantiam, nam ideo Pœnus magis horrescit. Græci βόσπορον scribunt, non βόσπορον à bouis transitu, quasi tam angustum mare, & vadosum vt bos tranare queat. Vtrunque sacro digna silentio. Acronis quidam codices habent, Vtrũque .i. omnia supradicta, sed ea aut corrupta, aut assuta puto, quia paullo post, Vtrunque, inquit, aut Sappho, & Alcæum, aut fugam & pugnas, Porphyrio recte hoc, ut pleraque. GLAR.

## AD POSTVMVM.

*Commouet Postumum hominem parcum & diuitem, ne nimium intentus rei faciendæ genium suum defraudet momentaneam enim esse hanc vitam & caducam, satius esse quæsitis frui cum semel moriendum sit omnibus & dulcissima quæque relinquenda, idq. hæredi nonnunquam prodigo & ingrato, quamlibet magno labore partu.*

*Ode XIIII. Tricolos Tetrastrophos: Vt,*

*Vides Vt alta stet niue candidum.*

--υ---υυ-υυ
--υ---υυ-υυ
--υ---υ--
-υυ-υυ-υ--

HEV fugaces Postume Postume
Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis, & instanti senectæ
Afferet, indomitæq. morti.
Non si tricenis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem
Plutona tauris: qui ter amplum
Geryonen, Tityonq. tristi
Compescit vnda, scilicet omnibus,
Quicunque terræ munere vescimur,
Enauiganda, siue reges,
Siue inopes erimus coloni.
Frustra cruento Marte carebimus.
Fractisq. rauci fluctibus Adriæ.
Frustra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus austrum.
Visendus ater flumine languido
Cocytus errans, & Danai genus
Infame, damnatusq. longi
Sisyphus Aeolides laboris.
Linquenda tellus, & domus, & placens
Vxor: neque harum, quas colis arborum

Te præter inuiſas cupreſſos
Vlla breuem dominum ſequetur,
Abſumet heres cæcuba dignior
Seruata centum clauibus: & mero
Tinguet pauimentum ſuperbo
Pontificum potiore cœnis.

ANTO.  H E V fugaces) Hac Ode oſtendit amico Poſtumo iuuentam effugere, nec pieeatem aliquam futuræ ſenectæ aut imminenti motti moram afferte, non ſi Plutoni die quoque tauri tercentum mactaren-tur. (Placet autem magis vt trecenis legatur quia deber eſſe ſecundus pes iambus) vnde & regibus & inopibus adeunda eſt Charontis vnda, linquenda tellus domus & vxor hereſq. inde optimo cæcubo fruetur, & humi ſparget, p-digus, quod ipſe tantopere ſeruauerat, per quod innuit quidem poeta Poſtumium ipſum potius debere ſui bonis ſuis, quam abu-tendi heredibus relinquere. [Fugaces anni) Ouid. lib. iij. de Arte

*Aetatis fuga.* etiam ait: Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas. Nec bona tam ſequitur, quam bona prima fuit. & alibi inquit. Eunt anni more fluentis aquæ. [Nec pietas moram) Ouid. quoque de morte Tibulli lib. iiij de Amoribus ait.

*Viue tamen moriere pius, cole ſacra colentem.*
*Mors grauis à templis in caua buſta trahet.*

[Illacrymabilem) Durum, implacabilem, qui nullis etiam precibus & donis mouetur. [Ter amplum Geryonen) .i. trimembrem. Virg. lib. vj. Et forma tricorporis vmbræ, Reuera tñ tres fratres in Iberia fuerunt Chryſei filii, qui à diuitijs nomen id ttaxerat, vniuerſæ .n. Iberiæ imperabat, habebatq. tres propugnatores filios tum robore corporis, tum armis egregios exercitus prætetea cuilibet fortiſſimorum militum erat quos demũ tribus magnis exercitibus ſidentes, ſingulari prouocatione Hercules ſuſtulit, gregesq. boum ſecum abduxit Diod. id ſcr. lib. v. Finxete autem poetæ Geryonem eſſe tricorporem, illiusq. vmbram apud Inferos eſſe. Iuſtinus item lib. vltimo ſcribit, Geryonen ipſum non triplici naturæ (vt fabulis proditur) fuiſſe, ſed tres fratres tantæ concordiæ extitiſſe, vt vno animo omnes regi viderentur. Nec bellum Herculi ſua ſponte intuliſſe, ſed cum armenta ſua rapi vidiſſent, amiſſa bello repetiſſe. [Tityon) De hoc Virg. lib. vj. ait:

*Nec non & Tityon terra omni parentis alumnum*
*Cernere erat per tota nouem cui iugera corpus*
*Porrigitur, roſtroq. immanis vultur adunco:*
*Immortale iecur tondens fœcundaq; pœnis*
*Viſcera rimaturq; epulis, habitatq; ſub alto*
*Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.*

Macr. autem lib. j. de Somnio inquit, quod vulturem iecur immortale tondentem nihil aliud intelligi volunt, quam tormenta conſcientiæ obnoxii flagitio viſcera interiora rimantis, & ipſa vitalia indeſeſſa admiſſi ſceleris admonitione laniãtis, ſemperq. curas, ſi requieſcere forte tentauerint, excitantis, tanquam fibris renaſcentibus inhærendo, nec vlla ſibi miſeratione parcentis, lege hac, qua ſe iudice nemo noces abſoluitur, nec de ſe ſuam poteſt vitare ſententiam. [Triſti vnda) .i. ſtygia. Virg. lib. vj. Et nouies Styx interfuſa coërcet. [Scilicet omnibus) Naſo item de morte Tibulli. Scilicet amne lactum mors importuna prophanat, Omnibus obſcuras inijcit illa manus. [Coloni) Agricolæ, vel inquilini. [Fruſtra cruento) Oſtendit fruſtra nos abſtinere a bellis & nauigatione, fruſtra quoque timere Autumni Auſtrum peſtiferum, nam omnino. Inferos adire debemus omnes mortis neceſſitate [Auſtrum) Plin. lib. ij. ſcribit, quod humidus eſt Auſter præſertim Italiæ, ac noxius. De Autumno autem ait Naſo de Arte.

*Cum modo frigoribus premimur, modo ſoluimur æſtu.*
*Aëre non certo corpora languor habet.*

[Cocytus) Inferorum fluuius, cocytos luctus, & vlulatus dicitur, cocyto lamentor, cocyo ploro, lugeo, lamentor. Macr. autem lib. j. de Somnio ait, quod non aliud Cocytum eſſe aſſeruerunt, quam quicquid homines in luctum, lacrymaſq. compellit. [Danai genus infame) Bellides intelligit, quæ fuere L. filiæ Danai filij Belli, quæ etiam L. filios Ægypti patrueles ſuos ac viros prima coniugij nocte occiderunt, præter minorem natu Hypermneſtram, quæ Lino ſuo pepercit. de quo ample in Naſonis epiſtola habetur. ait etiam in Ibide:

*Quaque parare ſuis letum patruelibus auſa:*
*Bellides aſſidua colla premuntur aqua.*

[Siſyphus) De hoc in Metamorphoſi legitur.

*Aut petis, aut vrges ruiturum Siſyphe ſaxum.*

Per quod volunt intelligi (vt Macr. ſcribit) qui apud nos ineffica cibus, laborioſiſq. conatibus vitam trahunt. [Cupreſſos) Cupreſſi mortuorum domibus præponebãtur ideo quod hæc arbor excisa non renaſcitur, ſicut ex mortuo nihil iam ſperandum, q ob cauſam in tutela Ditis patris eſſe putabatur, vt Feſt. inquit. [Breuem) .i. breuis vitæ. [Dignior) Tu .n. illis caruiſti, tanquã dignus. [Tinguet pauimentũ) Sparget quod tu ſeruaras tantopere. [Superbo) Nobili, & optimo. [Pauimentum) Domorum ſolum. dicebantur etiam pauimenta Pœnica, hoc eſt marmore Numidico ſtrata, vt ſcribit Feſtus. Pauire vero ferire eſt, vt idem ait, De Pauimento autem plura diximus in Iuuenalem Sat. xiiij. ibi, vetere pauimentum. [Potiore) .i. meliore & digniore cœnis ſacerdotalibus quam ſpargi humi vel digniore vino quo vtebantur in cœnis pontificum. ASC.

ACR. E Heu fugaces) Præmiſſo doloris affectu ad Poſtumum queritur de vitæ breuitate, qđ nullus iuſtitia, vel pietate mortem poſſit euadere, nec imminentem horam differre, & dicit ſuperuacue timeri, quod nõ poteſt euitari. [Indomiteq. morti) Quaſi ferociſſimæ, a qua nemo exoret indulgentiam ſicut & illacrymabilem ſubiungit Plutonem. [Treceni.) Per menſes ſingulos .i. quotidie. Dixit aũt eunt pro mortalitatis colore quaſi fluunt & pereunt. [Illacrymabilem) Durum, implacabilem, qui nulla hoſtia, nec ſi diurna ſi placari poſſit, dicit tñ præſentia perticula magnopere homines vitare cupere cum nulla ratione poſſint mortem vitare. [Qui ter amplum Geryonẽ,) Hoc eſt trino corpore monſtruoſum, quem Hercules interemit. Virg. Geryone extincto Tirynthius attigit aura, & Tergemini nece Geryonis. Ordo eſt: Qui compeſcit ter amplum Geryonem, & Tityõ triſti vnda .i. inferna omnibus enauiganda, quicunque veſcimur terræ munere, ſiue erimus reges, ſiue erimus inopes coloni. [Enauiganda) .i. moriendum eſt. vt, Nauita ſed triſtis nunc hos, nunc accipit illos. [Inopes) Pauperes quaſi per opes dicit. [Coloni) Optime dixit, quaſi nil proprium habentes, ſed rpales terræ cultores. [Fruſtra cruento) Hoc eſt fruſtra vitamus pugnas & nauigationes & peſtiferum timemus Autumnum, cum neceſſe ſit omnibus mori. [Fractiſq.) Tempeſtuoſis. Virg. Quibus omnis ab alto Frãgitur, inq; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos, vnde, Et raucum ſonum fracta reddidit vnda. In ſcopulos. [Rauci) Tempeſtuoſi, ſonori, vt Virg. Tum rauca aſſiduo longe ſale ſaxa ſonabant. [Metuens Auſtrum) Auſtro .n. ſlante morbi generantur Autumno. Vnde & Iuuen. Iam letifero Autumno cedente prunis. [Viſcendus ater) .i. videbimus ergo damnatorum vmbras, quas videntes beati prætereunt, aut quibus ſcelerati iunguntur. [Languido) Triſti vel deformi, pigro. vt, Triſtiq. palus & innabilis vnda. [Cocytus errans) Flexuoſus. vt, Cocytusq. ſinu labens circufluit atro. [Infame) Famoſum a crimine. Danai .n. filiæ vna nocte iuſſu patris occiderunt maritos. Vnde Virg. Sub vna nocte iugali Cæſa manus iuuenum, vnde pro vltione crimini apud inferos vrnis fractis aquam indefeſſæ perhibentur haurire. [Damnatusq. longi Siſyphus Æolides laboris) Damnatus laboris dixit, vt damnatus capitis, vel iniuriam hac autem mãere pœna apud infetos Siſyphum dicitur, vt ſaxum contra montis verticẽ voluat quo ſemper relapſo finem nunquam mereretur laboris. de quo Virg. Saxum ingens voluunt alij. pro hoc tamen flagitio tali pœna percuſſus eſt, quia Æginam Aſopi filiam Iupiter adamauit, eamq; cuſtodiæ patris furtim ſurripuit, & factum Siſypho cõfeſſus eſt ille humana leuitate quęrenti eam patri prodidit hinc tali apud Inferos pœna damnatus eſt. [Linquenda) A morientibus .ſ. quia etiam dulces relinquunt affectus. [Neque harum,) Ordo eſt. Neque vlla arborum harum quas colis ſequetur te breuem dominum .i. parui temporis, præter inuiſas cupreſſos .i. rogis & luctibus conſecratas Virg. & ferales ante cupreſſos cõſtituunt. [Abſumet heres) Hæc cum inuectione dicuntur in eos qui nimia parſimonia cõſeruant, quæ prodigi heredes abſumũt. Iuuen. Vt locuples moriatur egens. [Tinguet pauimentum) Solum promptuarij, hoc eſt perfundet pauimentum negligens heres vino deorum conuiuijs digno. Superbo, pro ipſe ſuperbus hypallage figura.

POR. E Heu fugaces Poſtumę Poſtume Labuntur anni) Ad Poſtumũ hac Ode loquitur de celeritate currentis vitæ. [Indomitæ morti) Indomitæ quaſi ferociſſimæ, q a nemo ab ea beneuolentiam & indulgentiam exorat. [Illacrymabilẽ Plutona) Qui nunquam lacrymis placatur. [Qui ter amplum Geryonen,) Ter amplum pro trimembri dixit & accipiendum hic ex-

extrinsecus quamuis, vt fit. Quamuis ter amplum. [Quicunque terræ munere vescimur) Pro quicunque viuimus. [Frustra cruento Marte carebimus) Præsentia pericula magnopere vitare cupimus, cum nulla rõne morté effugere possimus. [Fractisq. rauci fluctibus Adriæ) Fractis ꝓ illisis dr̃. [Dãnatusq. longis Sisyphus Æolides laboris.) Damnatus laboris sic dr̃ vt capitis damnatus. [Præter inuisas cupressos) Inquit, quia funeribus cupressus adhibetur. [Breuem dñm) Breuem autem dñm.i. breuis vitæ. [Absumet hæres cæcuba dignior Seruata centum clauibus:) Hæc cum inuectione dñr corripienti eum, quod ad nimiam parsimoniam se constringat, affectans quod heres prodige sit absurus. [Et mero Tinguet pauimentum superbo Pontificum potiore cœnis) Effusurum eum passim vna significat quæ hic magnopere seruauerat reclusa. Superbo autem pauimento, pro ipse superbus.

ASCEN. Eheu fugaces) Postumum monet fragilitatis vitæ humanæ, cum tanta sit necessitas mortis, faciq. varietas, quo semel raptis omnia linquenda sunt Aptum aũt (vt in Syluis nostris diximus) est negotio nomen. Nam Postumus is appellatur, qui post pr̃is humationem & sepulturã natus est. Dicit ergo incipiens ab interiectione lamentabili, quia res oẽs, rãgit: Eheu Postume Postume anni fugaces .i. assidue fugientes, labuntur.i. præcipites eunt, nec pietas.i. pius cultus deoꝝ & parentũ (scriptũ est tñ: Honora patrem & m̃rem & eris longæuus super terram, sed non erat poëtæ notum) affert rugis & senectæ instanti .i. ꝓpe ranti & morti indomitæ.i. indomabili, quia nulli parcit, morã .i. dilationẽ. O amice non afferet morã si.i. tametsi, places.i. placere nitaris, Plutona illacrymabilem.i. nullis lacrymis mobilem, aut flexibilem, quotquot dies eunt.i. ꝑ singulos dies semel, tauris tricenis.i. tot quot sunt dies in singulis mensibus. aut, quia triceni vt triginta primam producit, legatur trecenis.i. trecẽtum tauris, qđ plus est quam si vaccis aut vitulis dicat, qui.s. Pluton, compescit.i. arcet, Geryonen regem olim Hispaniæ, ter amplum.i. licet ter amplum, hoc est tricorporem, & Tityon alumnum terræ, Per tota noue oi, cui iugera corpus. Porrigitur arcet dicit vnda tristi .s. styge.s. enauigãda.i. q̃ vnda enauigabitur (est aũt hic septimi casus) hominibus sup nobis, quicunque vescimur munere .i. alimẽ to terræ, siue erimus reges, siue erimus coloni inopes. Nos carebimus frustra.i. nequicquam Marte cruento.i. cæde per effusionẽ sanguinis, & fluctibus Adriæ.i. Adriaci maris, rauci .i. rauce sonãtis, fractis .s. vi ventoꝝ .i. frustra neque occidemur gladio, neque submergemur aq̃s, & metuemus.i. metuendo cauebimus frustra austrum.s. ventum nocentem corporibus per autumnos, q̃a Cocytus fluuius infernalis, ater.i. tenebrosus, errans.i. vage fluẽs, flumine languido.i. debili, est visendus.s. semel, & genus infame Danai.i. filiæ Danai nece patruelium maritoꝝ infames, & Sisyphus Æolides.i. Æoli filius, damnatus.s. apud inferos, pœna sup. longi labori, est visendus, & genus visendum de quo & labore eius dicit Land. sic, longi laboris, quia perpetui, immo æterni (si fabulæ credimus) & æternitate nihil longius. Sisyphus Æolides, horum siue historia, siue fabula adeo varia, ambigu aq. traditur, vt difficile sit omnia prosequi. Nam & plures Sisyphi, & ex pluribus Æolis nati vñr. Primum autem Sisyphum dñt fuisse. regnante Danao Argis. vel saltem Lynceo eius nepote, atque genero, qui illi successit. Voluntq. hunc Ephyram in Achaia condidisse, quam deinde Corinthus, Orestis filius à se Corinthum noiauit, & habuisse in vxorem septimam Athlantis filiam Meropen. de qua Ouid.

*Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit.*

Fuit & alter Sisyphus, & hic Æoli (sed alterius à superiore) filius, regnante Ægæo Athenis, qui (vt refert Lact.) In Isthmo Achaiæ habitans, prætereuntes aut saxo obruebat, aut dum ab eo iussi pedes lauarent in mare calce ictos præcipitabat. [Adduntq. suo. ar.) Dijs participem factum illa mortalibus prodidisse, & furta Iouis cum Ægina manifestasse. Quo scelere a Ioue ea pœna ad inferos detrusum, vt saxum ex ima valle subuoluens, in mõtis iugo constituere iubeatur. Verum cum ad locum, deuentum est, rursus saxum ad ima ruit. hinc Ouid.

*Aut petis, aut vrges rursurum Sisyphe saxum.*

Et Virg. subtracto nomine, Saxum ingens voluunt alij. Et apud quendam Tragicum: Tum illud ꝙ Sisyphus versat saxum sudãs nitendo, nec proficit hilum. per quam rem eos arguere poëtæ voluerunt qui perpetuis curis, ac laboribus anxij semper circa magna versantur, & summos magistratus, atque imperia per stultissimam ambitionem assequi tentãt. Et qm̃ maiora suis viribus expetunt, nunquam quod volunt assequuntur, sed oẽs eoꝝ conatus inefficaces redduntur. Sapienter ergo & hoc Lucret.

*Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est:*
*Qui petere à populo fasces, sæuasq; secures*
*Imbibit, & semper victus, tristisq; recedit.*

Et paullo infra:

*Hoc ex aduerso nixantem trudere montem*
*Saxum, quod tandem summo iam vertice rursus*
*Voluitur, & plani raptim petit æquora campi.*

Hunc volunt Vlyssis patrem fuisse, quod illi et Aiax apud Ouid. exprobrat, nec sanguine cretus Sisypho. Nam quod a Theseo interfectus sit (vt nonnulli dicunt) ꝑꝑ diuersitatem temporum quadrare, non videtur, & fortasse erit tertius Sisyphus, sed poëtarum licentia cuncta cõmiscet, atque confundit. Æolides, Æoli filius. Verum de hoc alibi. nã neque etiam Æolus vnus fuit. Linquenda tellus, aperit quo animo mortis admonuit, vt videlicet bonis fruatur, dum datur. nam omnia linquenda sunt dicens tellus.i. terra & fundus, est linquenda.s. tibi, & domus est linquẽda, & vxor placens.i. tametsi placens, est tñ linquenda, neque vlla harum arborum quas colis sequetur te breuem.i. breuis tp̃is dñm, præter cupressos inuisas.s. viuis, quia sunt indices mortis & sacerdotibus, quia sunt funestæ. Heres dignior.s. quam tu q̃te, q̃a te defuncto superstabit, aut dignior quia fruetur bonis quibus (quia tu abstines) indignum te censes absumet.i. ebibet, cæcuba.i. bona illa vina, seruata.s. à te dum viueres, centum clauibus tinguet.i. rigabit & madefaciet, mero.i. puro vino, superbo.i. nobili, & superbiente de loco & anno, quo natum est, pauimẽtum, quia tam abunde bibet, ut etiam pauimentum riget aut vomitu, aut viuo in poculis derelicto, quod euaporatum effunditur in pauimentum ab infundentibus, recens in talibus cœnis. quod tñ contra leges artis bibendi apud Romanos seruatæ erat. Nam signum acris & fortis potoris erat (auctore Plinio) nihil ad elidendum in pauimento summum, ac postremum potum ex vino reliquisse. Vide Cælium lib. iiij. cap xxvj. mero dicit potiore .i. meliore, cœnis pontificum.i. quam quo pontifices in cœnis suis, quæ semper sumptuosissimæ fuerunt (vnde nunc theologicum dicunt vinum) vsi sunt.

DOCT. interpr. Illacrymabili) Boni viri lacrymabiles, prouerb. hoc de ijs dicebatur, qui facile commouerentur ad misericordiam ac precibus flecterentur. Nam lacrymare dicuntur qui miserescũt proinde Horatius Plutonem, quod nullis precibus flectatur illacrymabilem appellat. [Pontificum) Prælautas cœnas pontificales dicimus prouerbio, & quod & Macrob. Saturn lib iij. obseruat, vbi vetustissimam quandam Pontificis cœnam describit, dicens somno appararu eam, & omnigenis lauticijs affatim instructam fuisse.

COEL. RHOD. Tinget pauimentum) Hæc Plinij verba ex xiiij. lib. c. xxij. multum locis huic Flacci loco adserunt, quem conniteres plerique transiliunt Plinij. Hæc sunt verba apud Romanos bibendi ars hisce ferè constabat legibus. Non laboasse sermone, non leuatum vomitione, sed plurimum habuisse vno potu, optima fide. [Tinget pauimentum) Non respirasse in hauriendo, neque expuisse nihilq. ad elidendum in pauimento ex vino reliquisse. Cœlius lib. iiij. cap. xxvj. lege item Bons.

GLAR. Non sit tricenis quotquot eunt dies) Acron tricenis exponit per menses singulos .i. quotidie, ad tricenos mensis dies referens, sed id inepte, cum carmen triconis nullo pacto admittat, sed trecenis pete, cuius prima est breuis quæ in tricenis longa, quemadmodum in triginta, vt testatur Laurentius Valla literarum optimarum vere princeps. [Tinguet pauimentum superbo,) Et Acron, & Porphyrio exponunt superbo, pro ipse superbus, alij pro optimo, & nobili vino, quod & mihi placet. Ceterum potatorem per hyperbolem ait ita prodigum, vt multum vini potando, quemadmodum fit apud bibones, in terram fundatur, quod ob ineptam cuiusdam annotatoris expositionem dicimus, qui in hunc poëtam adeo ineptiuit, vt indignus videatur venia.

## IN SVI SECVLI LVXVRIAM.

*Taxat seculi sui luxum, cum in hortis viuarijsq; dilatandis tum maxime edificijs quibus agri occupabantur, iam ad amœnitatem solum vtiles, contra veterum disciplinam, & frugalitatem quibus quidẽ priuatus censu erat exiguus, sed communis amplissimus.*

*Ode XV. Tricolos Tetrastrophos: Vt,*

*Vides Vt alta stet niue candidum.*

-u--- uu-uu
--u---uu-uu
--u---u--
-uu-uu-u--



Am pauca aratro iugera regiæ
Moles relinquent: vndique latius
Extenta visentur Lucrino
Stagna lacu: platanusq́. cœlebs
Euincet vlmos. tum violaria, &
Myrtus, & omnis copia narium
Spargent oliuetis odorem
Fertilibus domino priori.
Tum spissa ramis laurea feruidos
Excludet ictus. non ita Romuli
Præscriptum, & intonsi Catonis
Auspicijs, veterumq́. norma.
Priuatus illis census erat breuis:
Commune magnum: nulla decempedis
Metata priuatis, opacam
Porticus excipiebat Arcton:
Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant, oppida publico
Sumptu iubentes, & deorum
Templa nouo decorare saxo.

ANTO.



Am pauca aratro) Damnat hac Ode ædificiorum luxuriam, agri .n. illis occupati minus populo necessaria suppeditabant. Laudat inde maiorum parsimoniam. Census.n. priuatus olim breuissimus erat, res vero cōmunis ingens. [Regiæ Moles) Diuitum prætoria ruri ædificata, quæ regię videbantur .i. regum domus. [Vndique visentur) Ordo est, Vndique visentur stagna latius extēta .i. ampliora lacu Lucrino, piscinas.n. intelligit. [Lucrino lacu:) Contiguus Baijs Lucrinus adest sinus, intra quem Auernus est, vt inquit Str. lib. v. Plinius quoque lib. iij. prope Baias esse indicat lacum Lucrinum & Auernū [Platanusq.) Erant in vsu platani apud Romanos, uel in villa, vel in hortis vrbanis ad vmbras inambulationum, quem vsum docuerunt Athenæ in philosophorum ocio, platos autem latitudo dicitur, platyno dilato. plura diximus in Iuuenalem, ibi Frontonis platani. Cælebs .i. sine vitibus, per metaphoram, non iungūtur .n. platano vites, quia (vt scribit Plin.) iucunda est vmbra platani, quanquam Crassi Cœlibem aūt dictum existimant. ꝙ dignam cœlo vitam ducat, vt scribit Festus. [Vlmos euincet) Hoc est plures erunt platani voluptatis gratia consitę, quam vlmi cum vitibus. [Narium) .i. odorum. [Oliuetis) Vbi fuerant oliueta. [Fertilibus) Nunc n. sublatis inde oleis violaria, & similia ibidē conserebant ad voluptatem, & odorum gratiam. Ictus Solares radios. vel fulmina intelligit. Laurus .n. non tangitur fulmine, vt scribit Plin lib. xv. [Non ita Romuli) Ordo est Non ita pręscriptum auspicijs Romuli & intōsi Catonis, & veterum norma. [Non ita præscriptum) .i. præceptum. Romulus .n. præcepit suis agriculturam & militiam, vt late ostendit Diony. & nos multa in principio Georg. [Auspicijs) Principijs & ductu. [Intonsi Catonis) .i. rigidi, & hispidi pp seueritatem, intelligendum vero est de maiore Catone, tunc.n. meliores erant. Præterea intōsi veteres dīr, qm̄ (vt scribit Plin. lib. vij.) tonsores in Italiam ex Sicilia venere post Romam conditam anno ccccliiij. adducente P. Ticino Mena. primus omnium radi quotidie instituit Africanus. Sequens diuus Augustus cultris semper vsus est. Norma recta uiuendi regula. [Priuatus census) Res propria. [Commune) i. res communis, & publica. [Nulla decempedis) Sensus est. Nullus priuatus vir habebat porticum tantā ad Septentrionem, pro æstiuo Sole vitando, quæ etiam potuisset sufficere vmbræ Solis vicini plagæ Septentrionali, tunc .n. vmbræ sunt minime, quod Iuuen. Sat vij. innuit dicens, Parte alta longis Numidarum fulta columnis Surgat, & algentem rapiat cœnatio Solē. Id quidem priores non habebant tanti luxus. [Decempedis) Decempeda regula est, seu pertica decempedum, qua fabricæ mensura colligitur. Est autem sensus, quod antiquorum porticus nō erat tanta vt potuisset decempeda mensurari. [Metata) Mensurata. [Opacam Arcton) .i. vmbram Solis viciniori Arcto .i. Vrsæ boreali. [Fortuitum) .i. forte & case inuentumq. quocunque loco. [Spernere) Quin ibi sederent, iacerent ue. [Leges) Quæ .s. parsimoniam iubebant, luxum quoque prohibentes. [Nouo saxo) .i. externo loco adducto. Marmor.n e laconia petebatur viride, & preciosum, cunctisq hilarius, vt scr. Plin. lib. xxxvj. Ex Armenia quoque, & Ægypto vectum est marmor. Item e Numidia, Carystio, & Chio. Iuuen. quoque Sat. xiiij. inquit, Græcis longeq. petitis Marmoribus.

ACR.

Iam pauca) Antiquorum hic seueritatem, & cōtinentiam laudat & quæritur de præsentis luxuria seculi, quo tanta ædificandi inualit libido, vt ædificia latius porrigendo, vel captando amœnitatis aspectus, breui agros dicat a rationibus defuturos. [Vndique latius) Non latius extenta, sed latius visentur, tanquam non in latitudinem, sed in altitudinem potius extenderentur porrigendo fastigia, vt Lucrinus Baiarum lacus vndique conspiceretur. [Platanusq. cœlebs Euincet vlmos.) Plures erunt, inquit platani, q̄ vlmi, quæ sine fructu sunt magis ad amœnitatem deambulationis positæ, q̄ a vlmi vtiles vitibus & necessariæ sunt, hinc notat luxum præsentis tp̄is, vel ꝙ myrtus, aut violaria anteferantur oliuetis, plusquam odorum copia q̄ fructus curentur. Cęlebs aūt, vitibus vidua, ideo oliuetum dixit fertile priori dn̄o, quia pietrim solam posuerat fertilitatē placere. [Tum spissa ramis laurea) Infructuosa etiam laurus, aut ad excludendos vmbra sua Solis ardores posita, aut certa, quia ideo in viridarijs instituebatur, ꝙ feruidis ictibus fulminum credebatur esse contraria. [Excludet ictus) Contra maiorum laboriosam, frugalemq. vitā Romuli vel Catonis dicit luxum præsentem. [Præscriptum) Pręceptum a magistris ludi tractum, qui præscripta dant, quæ imitentur. [Intonsi) Intonsi autem ideo quia dicebant iniuriam Naturæ fieri, si quod tegmento capitis datum fuerat, amputetur vnde & Lucan. Intonsos rigidam in frontem descendere canos Passus est. [Norma) Normam pro recta vita posuit. Metaphora a fabris, qui normam uocant adq̄ opus dirigunt. [Cōmune magnum) Cōmunis res omnis erat illis ut in cōe bonum. [Nulla decempedis) Decempeda regula est decempedū, ad quos ab artificibus fabricę mensura colligitur .i. nulla priuata domus erat, q̄ porticum hr̄et tantæ magnitudinis vt posset sufficere vmbræ Sole vicino Septentrionali plage tunc .n. paruissimæ sunt vmbræ. Nam hyemali tp̄e latissimas ēt porticus Solis occupat radius. [Excipiebat Arcton) Quæ tanta esset porticus, vt Septentrionali plagæ sufficeret sui magnitudine, & ad hanc tm̄ pateret pro declinatione Solis & auræ exemptione, ad cœli n. clima, seu porticus veteres, seu ædificia constituebant, vnde & Iuuen. Decembri hyemale. Et algentē rapiat cœnatio Solē. [Metata) Mēsurata, disposita. nam metati dicebantur castra, magna cura ducū peritiaq. constitui, quod augmentum luxus ædificio priuato dedit. [Nec fortuitum spernere cespitem) .i. non licebat aut neglectum horrere aut rideri eum, qui super herbam recūberet, aut dormiret, p̄ quod significat simplicem ac sine ambitu vitam veteribus Romanis fuisse, nec magna cura priuatas opes curasse, dum studium omne publico ornatui impenderetur, & templis.

POR.

Iam pauca aratro iuge) Hac Ode de luxuria præsentis seculi loquitur, sensus est aūt. Tanta libido est hoc tp̄e latius porrigendi ædificia, vt breui defuturi sint agri. [Vndiq. latius Extenta visentur Lucrino Stagna lacu:) Non tm̄ altitudinem, sed etiam in latitudinem studet porrigere ædificia. Denique vndique lacus Lucrinus, prospicietur in Campania. Non aūt latius extēta stagna intelligendum, sed latius visentur. [Platanus cœlebs Euincet vlmos.) Cœlibem platanum ait eleganter qm̄ econtrario maritari arbores dīr, quibus vites iunguntur, per quod aūt significat non nisi luxuriæ & ambitiosis voluptatibus studeri. Platanus aūt in ambulacris conseritur, vnde fructus nullus est. [Copia narium) Odorem dixit. [Spargent oliuetis) Hoc est vbi oliueta fuerunt. Significat autem futurum, vt oleæ arbores vertantur ad conseruandas ibi myrtos, & violas &c. quæ sunt odori, & voluptati. [Non ita Romuli præscriptum, & intonsi Catonis Auspicijs, veterumq. norma) Præscriptum, & præceptum dicitur à magistris ludi, qui scripta pueris dant, præcipiuntq. imitari. Intonsum autem Catonem ait, quia veteres propter seueritatem hirsuti erant. [Normam) Pro regula dixit normam. [Fertilibus domino priori) Quæ olim vera sub priore domino, id est sub prioribus temporibus colebantur, & iccirco fertilia erant. [Tum spissa ramis laurea feruidos Excludet ictus.) Et laurea arbos infructuosa est, & tantum voluptuosis locis apta. [Priuatus

illis census erat breuis, Cõmune magnum) .i.familiarem rẽ angustam habebant, remp. magnam. [Nulla decempedis) Nemo, inquit, priuatam domum ædificans, decempedum porticum Septẽtrioni obiectam metabatur. Septentrioni autem obiecta porticus ætate delicatioribus grata, est quia Solẽ non contingit. [Nec fortuitum spernere cespitem Leges sinebant) Sensus, & ordo est hic. Nec sinebant leges spernere cespitem fortuitum .i. non licebat irridere eum, qui super stipulam recumberet aut dormiret, per quod significat simplicem, aut sine ambitione vitam veteribus Romanorum fuisse. [Oppida publico Sumptu iubentes, & deorum Templa nouo de saxo) Hoc est opera templorum in oppidis publico sumptu, iubentes ędificare est ergo hic figura schema quod ἀλληλὰς dicimus, vnum in duo sensus diuisit. Oppida n. & deorum templa, pro eo quod est oppidorum templa.

ASCEN. IAm pauca) Graphice sui seculi luxum in ædificijs extruendis taxat, & maiorum cõmendat continentiam & parsimoniam dicens. Moles regię .i. tam ingentes vt regiæ videantur, hoc est regales structuræ, relinquẽt iam .i. deinceps, si sic pergũt ędificare mortales vt instituerunt, pauca iugera aratro .i. arationi & aruis serendis. Stagna quæ sunt ad voluptatẽ, & munitionem ante priuatas domos ducta, uisentur .i. videbuntur vndique, extẽta latius lacu Lucrino .i. quã sit latus Lucrinus, qui tñ mari irrumpente maximus est. Et platanus arbor latis folijs, a quibus dicitur cœlebs .i. non coniuncta uitibus quia non nascuntur in platano, sed sub platano absumuntur vina, euincet .i. excedet, vlmos arbores, quibus vites quasi matrimonio cõiunguntur in Italia, tum .i. insuper, violaria .i. copia violarum, aut loca violis consita, & myrtis arbor odorifera, vt in Bucol. Maro: Et vos ò lauri carpam, & te proxima myrte. Sic positæ quoniam suaues miscetis odores, & oĩs copia .i. vis narium .i. herbarum, aut frondium odoriferarum spargent odorem oliuetis fertilibus .i. vbi erant oliueta fertilia dño prio ri, Oliueta aũt sunt vbi oliuæ nascuntur .i. oliuiferæ arbores. Tũ .i. insuper laurea sup. arbor .i. laurus, spissa ramis excludet feruidos ictus .s. Solis, quibus vuæ maturescerent, non ita pręscriptum .i. quod non ita præscriptum erat auspicijs .i. principio & ductu, Romuli, qui iussit agriculturæ, intendi, & Catonis intõsi .i. rigidi & hispidi, atque ita seueri qui de re rustica multa scripsit, & norma veterum, quid de agricultura præceperunt, & seruauerũt multa. [Priuatus illis) Ordo est. Census priuatus .i. res propria erat illis .s. veteribus, breuis .i. modica, & cõe sup bonum i. publicum, erat illis magnum, nulla porticas metata .i. mẽsurata dum fieret, decempedis .i. pertica, aut regula decempedum, priuatis .i. in priuatum vsum ad dictis, excipiebat Arcton .i. vrsam, hoc est partem Septentrionalem, a qua Sol non influit. Ventus aũt saluberrimus est, licet frigidior quapropter addit opacũ vt .s. opacitate, vmbrosarum arborum venti vis impediatur. Nec leges .s. censorum, qui delicatos & sibi indulgentes acrius notabant, sinebãt .s. homines illos tpe spernere cespitem .i. terram cum herbis & radicibus, fortuitum .i. forte inuentum dum sederet aut recubare vellent, per quo nunc secessus multo artificio extructos habent. Leges dico iubentes decorare oppida publico sumptu, & templa saxo nouo .i. externo, nec cuilibet viso.

MATT. Bonfinus. FOrtuitum spernere) Hoc loco annotandum duxi, rectã loquendi rõnem exigere (q̃q̃ alij aliter sentiunt) vt in ordinãdis versibus suppleas hoies aut aliud simile, vt sit, nec leges iubentes, sup. homines in accusandi casu, decorare oppida & templa deorum nouo saxo publico sumptu, sinebãt, sup. iterum, hoies, spernere fortuitum cespitem .i. dignum reputare in quo sederent voluptatis gratia. Alias sperni, & decorari erat dicendum.

GLAR. VNdique latius Extenta visentur Lucrino) Et Acron, & Porph. exponunt, non latius extenta, sed latius visentur: At alijs contrariũ vr̃, q̃bus lubens ego subscribo. Puto. n. poeticã esse hyperbolẽ, q. d. piscinæ latiores nunc instituuntur, quã sit lacus Lucrinus. [Tũ violaria, & Myrtus, & oĩs copia narium) Legendũ, tum violaria, myrtusq., & omnis copia narium, Alioqui trochæus fuerit primo loco, quem hoc carmen hoc certe versu non suscipit. [Nulla decẽpedis Metata priuatis, opacam Porticus excipiebat Arctõ) Dicere vult, priscis Romanis nõ fuisse, vt nostri seculi hoĩbus, porticus, q̃ Septentrioni essent expositæ atque ita solis minime obnoxij caloribus. Itaque excipiebat Arctõ, exponendũ est, exposita erat Septentrioni. Acronis uerba mirum q̃ hoc falso exponũt. Nec quisq̃ sensus ex illis elici potest. Domos aũt quæ Septentrioni ac ortui erant expositæ, nõ ob vmbram modo amabant, sed ẽt ob sanitatẽ. In Porphyrionis autem cõmentario legendum, ædificans decempedis porticum, non decempedũ. Hoc corruptum erat vel temporum iniuria, vel ab aliquo sciolo, vt fieri solet. Ideoq. annotatione dignũ in bono auctore.

## AD GROSPHBVM.

*Insectatur mortalium stultam temeritatem, qui cum omnes natura impulsu otium & tranquillitatem expetant, tamen ambitione & cupiditatibus excæcati, semet in inquietudinem præcipitant. Neque intelligunt se à dijs petere quod per se sibi si velint, præstare possint, si a curis quibus se assidue torquent temperare possint. Sapientis esse, de futuro nõ anxium esse: & tristia lætis compensare si quid aduersi acciderit, quod omnibus ferè solet vsu venire, boni consulere. cum nemo absolute beatus inueniatur.*

*Ode XVI. Tricolos, Tetrastrophos: Vt,*

*Vides, vt alta stet niue candidum.*

-U---UU-U--
-U---UU-U--
-U--UU-U--
-UU--


TIVM diuos rogat in patenti
Prensus Aegæo: simul atra nubes
Condidit Lunam: neque certa fulgent
Sidera nautis.
Otium bello furiosa Thrace,
Otium Medi pharetra decori,
Grosphe non gemmis, neque purpura venale, nec auro.
Non enim gazæ, neque consularis
Summouet lictor miseros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volanteis.
Viuitur paruo bene: cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum:
Nec leueis somnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.
Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa? quid terras alio calentes
Sole mutamus? patriæ quis exul
Se quoque fugit?
Scandit æratas vitiosa naueis
Cura: nec turmas equitum relinquit,
Ocyor ceruis, & agente nimbos
Ocyor euro.
Lætus in præsens animus, quod vltra est,
Oderit curare: & amara læto
Temperet risu. nihil est ab omni
Parte beatum.
Abstulit clarum cita mors Achillem:
Longa Tithonum minuit senectus:
Et mihi forsan, tibi quod negarit,
Porriget hora.
Te greges centum, Siculæq. circum
Mugiunt vaccæ: tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa: te bis Afro
Murice tinctæ
Vestiunt lanæ. mihi parua rura, &
Spiritum Graiæ tenuem camœnæ,
Parca non mendax dedit: & malignum
Spernere vulgus.

ANTO. OTIVM diuos) Scribitur hæc Ode ad Grosphum, dicens ocium multos temere optare a dijs, cum per seipsos habere possint, remota rerum praua cupiditate & auaritia. Vnde non diuitijs, non honoribus curæ cedunt, sed sola mentis & animi quiete, qui paruo gaudet, hinc Horat. Ipse paruo lætus, lyricis vocat ocio fruens. [Ocium diuos) Ordo est. Grosphe simul atra nubes condidit Lunam, neque fulgent nautis certa sidera, prensus in patenti Ægæo rogat otium diuos. [Otium) Vacatio est a labore, cuius contrarium est negotium. [Prensus) A tempestate deprehensus [Ægæo) Huius maris confracti exitus sparsi insulis fluctus adeo, & ipsi plerunque strident & fremunt, vt nullum aliud esse mare credatur, quod maiores efferat motus, neque periculosiores. Portenditur aūt vsque Tenedon, vbi tanquam tātæ tædeat amplitudinis in Angustum dilabitur alueū, scribit id Diony. scribit & plura Plin [Certa sidera) Siderum obseruationem in nauigando Phœnices inuenerunt, vt scribit Plin. lib. vij. [Bello furiosa Thrace,) Thraces. n. bellicosi sunt, īde Phyllis ait apud Ouid. Armiferam Thracem qui regat alter erit. Vbi etiā Ouid. si. ut Horat. hoc loco, Græcę variauit Thrace Thraces, Latine. n. Thracia dicitur. [Venale) Id proprie dicitur quod est venditioni, expositum. Vendibile vero quod facile vendi potest hic autē poeta vsus est Tmesi figura. [Consulatis licto) Dignitas consulum & huiusmodi, quæ omnia otium detegant. [Gazæ) Amplæ diuitiæ. [Consularis) Pro omni magistratu, & imperio posuit, ergo nec diuitiæ, nec imperia remouent. [Laqueata recta) Laquearibus ornata laquearia autem sunt loca ipsa quadrata in tabulatis. [Cui paternum) Sup. bene viuitur illi cui &c. [Splēdet)

Salinum Splendere videtur tanquam argentum vel aurum. [Salinum) Patella erat in qua primitiæ dijs cum sale dabantur, nunc rū pro vasculo domestico salis, dixit scribit ita Porphyrio [Timor) Vel rerum suarum, vel sui ipsius, diuitibus. n. sæpe insidiæ parātur. [Cupido sordi praua cupiditas). i. auaritia, sed præter morem genere, protulit masculino. [Iaculamur) Appetimus, metaphora est ab his, qui iaculo appetunt hostes. [Alio calentes Sole) Virg. item lib. ij. Georg. Atque alio patriam quærunt sub sole iacentem. [Mutamus) Auaritiæ causa) Se quoque) Sicut patriam. Se autem . i. seipsum, & curas suas. [Scandit æratas) Curæ. n. persequuntur quemlibet vel nauibus, vel equis fugerit nisi paruo contentus fuerit [In præsentes) In res præsentes, non in futura. [Risu) Vt illud. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. [Abstulit clarum) Per exempla nil esse beatum ab omni parte probat. Achilles. n. quamuis clarus esset, & illustris, & inclytus, tamen iuuenis obijt. Tithonus vero quamuis diutius vixerit tamen senecta oppressus est, & versus in Cicadam ante obitum. [Et mihi) Forsan, sensus est: Forsan & ego diutius te vixero, q paruo fruor & lætor, tendit autem ad illud idem. Nil esse beatum ab omni parte, potest nanque ditior citius paupere mori. [Te greges centum) Ostendit se paruo gaudentem otio frui, & lyricis operam tradere, q diuiti Grospho non accidit ob imminentes curas hinc ex diuersis fortunis diuersa fiunt ingenia, & nihil est omni parte

Quadriga beatum. [Hinnitum) Hypermeter est versus. [Quadrigis). i. ludis Circensibus. Quatuor autem equi simul iuncti quadrigæ, quasi quadriiugæ vocantur, quod scribit Gell. lib. xix. cap. viij. [Afro muricæ). i. Tyria purpura, nam apud Tyrum est purpuratum piscatus hinc Tyria purpura optima omnium perhibetur.

Murex. Auctor est Str. lib. xvj [Murice) Murex piscis est firmiori testa circundatus, ē cuius sanguine lana tingitur. de quo Plin. lib. ix.

Dibapha [Bis tincte lanæ) Dibapham purpuram intelligit. Dibapha. n. dicebatur quæ bis tincta esset magno impendio, quod Plin. lib. ix. scribit. [Spiritum tenuem) Ingenium tenue. [Graiæ Camœnæ). i. græce Musæ, in lyricis. n Græcos imitatus est, Alcæum potissimum. [Parca non mendax). i. vera & immutabilis, vult autem ex fato esse, vt paruo contentus lyrica decantaret. [Vulgus spernere). i. vulgi plausum & fauorem per quod se minime ambitiosum esse ostendit.

ACR. OTium diuos rogat) Hac Ode indicat otium nemini non gratū esse, atque optabile, asseritq. a dijs stulte homines otium pcari, cum ipsi sibi id præstare possint, si cupiditatibus modus ponatur. Nullis præterea diuitijs aut pmijs emi posse Ordo est. Grosphe simul atra nubes condidit Lunam, neque sidera fulgent certa nautis, pensus in patenti Ægæo rogat diuos otium non venale gēmis, neque auro, neque purpura. [Patenti) Lato mari & vbique diffuso sine littoris alicuius aspectu. Bene autem are ab Ægæo Thesei patre dictū. [Certa sidera) Nota, aut certa sidera, quoꝝ claritudo pernox sit ut metiro eis credatur. i. Septentrio. vnde & Locan. Miseros fallentia nautas Sidera non sequitur sed q nō mergitur Arctos. [Otii bello) Optabile ē bellicosis nationibus otium dicit. [Pharetra decori) Quia sagittarum vsu, & armoꝝ splendore decori sunt Persæ. Otium naturale animi affirmat bonum quod nullis possit diuitijs comparari. Gaza diuitiæ vt Troia gaza per vndas, hoc vero est, q non diuitias homines ab inquietudine excusent, sed quies & electa mediocritas. Ordo est. Non. n. gazæ, neque consularis lictor summouet miseros tumultus mentis, & curas volantis circu laqueata tecta. [Lictor) Lictorem pro dignitate posuit & honore, q ocia denegat. [Miseros tumultus Mentis) Non alibi grauiores curas esse, q vbi maiores sunt opes demonstrat. Volantes aūt dixit discurrentes. [Laqueata) Lacunaria, sicut Virg. Atque aium celerem nunc huc, nunc diuidit illuc: In partesq. rapit varias, perq. omnia versent: Sicut aquæ tremulū labris vbi lumen ahenis. Omnia peruolitat late loca. Summiq. ferit laquearia recti. Laquearia aūt dñr opaca cameræ in lacuos collectæ. Virg. dependet lychni laquearibus aureis. [Viuitur paruo bene:) Paupertate sola beate approbat viuere. Lucan. O vitæ tuta facultas pauperis, angust. q. lari. [Salinum) Pro quocunque vase posuit fictili mensæ pauperis. Tñ salinum est patella in qua dijs Primitiæ cum sale offerebant. [Cupido) Pro auaritia dictus, vnde & timor pro custodia cēsus. Iuuen. Misera est magni custodia census [Iaculamur) Pro appetimus, & dum breuis vita sit maior tēramus. [Quis exul se quoque fugit?) A vitijs auaritiæ suæ quis poterit fugere, qui derelinquit patriam, diuitias aūt q̄rit mutatione terrarum vt est Atque alio patriam q̄runt sub Sole iacentē. [Scandit æratas uitiosa naueis Cura:) Ostendit neque mari, neque terra, siue militia posse quenq curas fugere suas vel pctm. [Nec turmas equitum relinquit) Non deserit relictas turmas, relinquit. n. est deserit. Sensus aūt hic est. Si equo quis velit curas fugere, nō potest, qa & ceruis, & ipsis ventis sunt velociores. [Lætus in pñs) Plus pñti lætitia quam spe futuri animum iuuari dicit. i. non plus lætetur q expedit. [Et amara læto Temperet) Philosophicu pceptum ad patiētiam exhortans, vt aduersa lætitia temperentur, & non satis prosperis credatur maxime, cū varietate vitæ nec pro voluntate ad oia felicitas constet, nec sint aduersa continua. [Abstulit claru cita mors Achillē:) Ostendit reꝝ humanaꝝ diuersitatem per duo inter se contraria, exēplo eoꝝ qui sunt putati felices. Achilles vero virtute præcipuus cita morte iuuenis perijt. Tithonus maritus auroræ tarde mortuus est p damna perficientis ætatis, viuendo. n. in Cicadā conuersus est. & ideo nihil dicit esse homini certum dum illum cita mors punierit, alterum vero senē consumpserit ante vita q fatum. [Porriget hora.) Horā pro tpe posuit. i. variabilis fortuna prosperabitur mihi. [Tibi amara). i. forsan tibi mors occurrendo me ptransibit. [Te greges centū) Finito p infinito vsus est, vt, Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. [Bis Afro) Pro Tyrio, sicut Indū pro Carthaginensi. [Mihi parua, rura,) Dicit ita plerunque diuersa esse ingenia vt fortunas in diuersis studijs, vt sicut alij honoribus & diuitijs clari sunt ita hic carmine illustre mediocritatē [Camœnę,) Genitiuus singularis. [Et Spm Graiæ tenuem camœnæ,) Dedit mihi tenue ingenium Graiæ musæ. s. vt possem lyra cantare primo a Græcis inuenta. Ordo est. Et Parca non mendax dedit mihi tenue spiritū Graiæ camœnæ, & spernere malignum vulgus. [Graiæ camœnæ). i. Græce, vel quia Græci fuerunt poetę lyrici (quos Horat. imitatus est) Alcæus & Sappho, vel quia primi Græci carmina inuenisse perhibentur. [Parca non mendax) Immutabilis, vult. n. fataliter sibi hoc ingenium attributum.

OTium diuos rogat in patenti Prensus Ægæo:) Hac Ode Grosphum equitem R. alloquitur Siciliensem indicans nemini non otium gratum esse atque optabile [Otium diuos rogat in patenti Prensus Ægæo:) Dicit oēs stulte a dijs otium optare, cū ipsi illud sibi pstare possint, quippe cum nullis pmijs ematur, nō. n. inqt, diuitiæ, aut honor sunt cuiq, quo minus inqetā solicitudinis mentē patiatur [Et curas laqueata circū Tecta) Ostēdit nō alibi grauiores curas esse, quā vbi maiores opes sunt. [Cui paternū Splēdet in mēsa tenui salinū) In mēsa tenui, hoc est paupere. [Salinū) Patella in qua primitiæ Dijs cum sale dantur, sed nūc pro vasculo domestico salis dixit. Dicit aūt bene viui paupertate, qa paternā re familiari contentus victū non abhorreret. [Nec leues somnos timor, aut Cupido) Cupidinē hic nō puto pro amore posuisse, sed pro cupiditate, quare miror masculino eum gñe Cupidinē dixisse cum hac sigñatione hæc cupiditas dicatur. [Terras alio calentes Sole mutamus?) Sic & Virg. Atque alio quærunt patriam sub Sole iacentē. Patriæ quis exul. [Se quoque fugit) Sensus est. Quis se quoque. i. aut vitiū auaritię suæ, POR

ſuæ, aut impatientiam ſuam potuit fugere qui patriam reliquit? [Scandit æratas vitioſa naueis cura) Per hoc oſtendit neque mari, neque terra poſſe curas ſuas effugere. [Nec turmas equitum relinquit) .i. etiam ſi equo velis curas effugere, ſequentur illæ tñ, ſunt .n. ceruis & ipſis ventis velociores. [Lætus in præſens) Præſentibus, inquit, delectemur ac fruamur, futura non quæramus. [Et amara lento Temperet riſu) Amaritudinem vitæ hilaritate interpoſita leniat. [Nibil eſt ab omni Parte beatum) Extrinſecus hic audiendum eſt quatenus conceſſum hominibus nõ eſt, vt per omnia beati ſint. [Abſtulit clarum cita mors Achillem: Longa Tithonum) Oſtendit diuerſitatem rerum humanarũ duo inter ſe contraria ponẽs, breuem .ſ. Achillis vitam. & Tithoni vſque ad ultimam ſenectutem porrectam. [Te greges centum. Siculæq. circum. Mugiunt vaccæ) Alij, inquit, diuitias inſatiabili animo cupiunt, at mihi paupertatem cum animi ęquitate, per qđ oſtendit ſic ingenia diuerſa eſſe plerunque hominibus vt fortunas. [Thebis Afro Murice tinctæ Veſtiunt lanæ) Afrum muricem pro Tyrio, dixit, videlicet quia Tyrij in Africam tranſierũt .i. Carthaginem condiderunt. Bis tinctam autem lanam dibapham purpuram dicit, quam ſcimus eſſe pretioſiſſi.nam. [Et Spiritum Graiæ tenuem camœnæ, Parca non mendax dedit) Dedit ſpiritum tenuem .i. ſubtilem accipe. [Camœnæ Graiæ) Graiæ autem ideo dixit, quod hæc carmina ad imitationem Græcorum ſcribit. [Graiæ) Genitiuus ſingularis eſt.

ASCEN. OTium) Cõmendat verum otium, & qua via id acquiri poſſit cõmemorat. Dicens, ò Groſphe prenſus .i. is qui deprehenſus eſt à tempeſtate in Ægæo ſ. mari, patenti .i. aperto & expoſito ventis & velis, rogat diuos otium .i. ceſſationẽ ab illo negotio, ſimul .i. ſtatim vt, atra nubes condidit .i. occuluit Lunam, quia noctu magis timendum eſt, neque ſidera certa nautis .i. cognita & immobilia ferè, vt Vrſæ fulgent nautis. [Thrace) .i. Thracia furioſa .i. licet furioſa & bellicoſa, petit bello .i. dum bello premitur, otium .i. ceſſationem belli, & Medi .i. Parthi, decori .i. honeſtati pharetra, qua bene vtuntur, quia optimi ſunt ſagittarij, petunt diuo, otium non venale .i. non expoſitum à dijs venditioni, neque gẽmis, neque purpura, neq. auro .i. nullis diuitijs. Non .n. gazæ .i. theſauri & diuitię ſup. ſubmouent neque lictor cõſularis .i. miniſter ſaſces ferens ante cõſulem, ſubmouet miſeros tumultus .i. agitationes mentis, & curas uolantes circum tecta laqueata .i. laquearibus ornata .i. indiuitum maxime domibus verſari ſolitas, Viuitur bene .i. beate, paruo .i. etiam in paruo patrimonio, ab ipſo ſup. cui ſalinum .i. vaſculũ ſalis, aut pro ſacrificio, aut pro vſu priuato, paternum .i. à patre p hereditariam ſucceſſionem acquiſitum, ſplendet .i. mundũ tenetur, in menſa tenui. Nec timor .ſ. cuſtodiendæ pecuniæ, vnde Iuuen. Miſera eſt magni cuſtodia cenſus, Aut Cupido ſordidus .i. is Deus qui non amatoribus (qui plerique lauti ſunt) ſed auaris præeſt, qui oẽs ſordidi vnde licet pro cupiditate maſculino genere protulit, Acron aũt & Porphyrio notant id mire, & inuſitate factum. Sunt tñ qui legãt Sordibus, vt auſert ſordibus .i. per ſordes auaritiæ, verũ (vt dixi) ſi etiam Cupido auaritiæ intelligatur ſordidus Deus vt amoꝝ cecus, analogia pateretur vtrunque maſculino genere enunciari. Sed ad ordinem reuertamur, nec timor ergo amittendæ pecuniæ acquiſitæ, nec Cupido .i. Deus auaritiæ, ſordidus .i. immundus & minime lautus, auſert .ſ. illi qui paruo contentus eſt, & licet tm̃ ſalinum haberet, adhuc tñ ſplendidum ac mũdum teneret, leues ſomnos. Quid nos fortes .i. validi, æuo breui .i. parum durantiiaculamur .i. appetimus, ſicut qui rem, quam manu attingere nequeunt, iaculo deijcere eminus conantur, aut iactamus animo multa .i. res multas cum paucis vti detur? quid .i. ad quid, mutamus ſ. peragrando, terras calentes, alio Sole, auaritiæ cauſa? quis exul patriæ .i. exiens ſolum patriæ ſuæ, fugit .i. deuitauit quoque .i. etiam ſe .ſ. ipſum? q.d. nemo, quia, Cœlum non animũ mutãt, qui trans mare currunt. Fugit autem hoc loco (ne quis erret) eſt præteriti tp̃is, quia primam producit. Scandit, probat quod dixit neminem ſe, aut conſcientiam ſuam fugere, quia cura uitioſa ſcãdit .i. ſimul aſcendit naues æratas, & fortes, nec relinquit turmas equitum, qui tñ expeditiores ſunt, quam pedites, exiſtens ocyor ceruis, & ocyor Euro .i. vento Orientali, agitante .i. pellente nimbos .i. nubes, hoc eſt nemo tam celeri vehitur naue, aut equo vt curas effugiat, quæ ceruis & ventis perniciores ſunt & ideo animus lætus in præſens .i. in rem præſentem, oderit .i. fugerit .i. debet fugere, quod eſt vltra .ſ. præſens, hoc eſt adhuc expectandum, & temperet amara .i. res amaras, riſu lento .i. non diſſoluto, ſed tẽperato & maturo, quia nihil eſt beatum .i. bene ſe hñs, ex omni parte. Nam mors cita .i. repentina, Abſtulit Achillem clarũ .i. glorioſum, ſenectus longa minuit .i. vſque ad Cicadæ quantitatem extenuauit, Tithonum .ſ. maritum Auroræ. Hom. Il. j. dicit Thetidi oblatam eſſe cõditionem ab Ioue de filio vt aut diu & ingloriuſ, aut parum & glorioſus viuat, illamq. accepiſſe breuẽ & glorioſam vitam, cum vtranque obtinere non poſſet. [Et hora) .ſ. naſcendi, aut tp̃is conditio, porriget forſan mihi, id quod negarit tibi .ſ. longam vitam. Centum greges .ſ. ouium ſupp. ſunt circum te, & centum vaccæ. Siculæ mugiunt circum te. Equa apta quadrigis tollit tibi hinnitum (vbi quidam legunt hintum, ſed non eſt opus, quia hypermeter verſus non eſt improbandus, dummodo abundans ſyllaba per ſequẽtem vocalem abſumatur,) hoc eſt, eſt tibi bene educata, ita vt equum appetens hinniat & lanæ tinctæ bis murice Afro .i. purpura Tyria quæ bis tinctæ .i. dibapha illic ſit, veſtiunt te. Sed Parca .i. Dea fatalis ab inſtanti natiuitatis cuique officia, quantam ad inclinationem diuidens, non mendax .i. verax & (ſm Stoicos) infallibili dedit mihi parua rura, quę ideo ſe fataliter habere contendit quia illis contentus eſt, & ita ſentit ſe naturaliter ad modica natum, quia Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ, & dedit mihi tenuem .i. exilem ſpiritum .i. venam & inuentionem, aut potius ingenium, camœnæ Graię .i. ad lyricum carmen, Graijs & nondum cui quam Latinorum egregie datum, imitatur autem potiſſimum (vt dictum eſt) Alcæum, & dedit ſpernere .i. paruiſacere, vulgus malignum .i. ſermonem vulgi de me, aut non curare quæ vulgus curat.

TEnui ſalinum:) Salis nomine frugalem victum innui ex hoc Horatiano licet cognoſcere, ut taceam illius Adagij, Iuxta ſalem & caminum. Sic Doct. in Prouerb. Qui circa ſalem &c. DOCT. *interpr.*

ALio calentes) Id non diſſimile eſt huic quod Adagio circunfertur. In alio mundo, de ijs qui longe diſſident à patria. [Patriæ qs exul) Hoc in loco q̃q. alij aliter ſentiũt, tunc tñ arbitror fuiſſe Horatij ſenſum. Quis tantæ eſt demẽtiæ vt cum patriam quæſtus cauſa deſeruerit, & patriæ ſe fecerit voluntarium exulem, uelit ſeipſum quoque fugere & ea non præſtare, quæ debet ac a ſeipſo alienus eſſe? Sumus .n. a nobis alieni, & noſipſos fugimus, cum ea cupimus & q̃rimus quæ non debemus, & quæ noſtrarum non ſunt partium. Debemur autem uiuere paruo contenti, & non appetere plura, q̃ ferat mortalium cõditio. Nec leueis ſomnos timor aut cupido Sordidus auſert. MATT. *Bonfinus.*

CVpidinem hic non puto, inquit Porph. pro amore poſuiſſe, ſed pro cupiditate, quare miror maſculino eum gñe cupidinem dixiſſe, cum hac ſignatione hæc cupiditas dicatur. Hæc ille. Imo ego miror an uſquam apud Horat. aliter, q̃ genere maſc. cupidinem inuenerit. Fieri aũt poteſt, ut hoc quoque Porphyrioni aſſutum ſit, quemadmodum ſæpe alia alias. Lætus in præſens animus. Laur. Valla lib. iiij. elegantiarum exponit in præſens .i. in præſentiarum quod aduerbium nuſq̃uã apud veteres reperias, quamuis etiam Perotus, atque adeo noſtra ętas ſæpe eo utatur. Porro in cõmentario Acronis in hanc Oden, quędam ſunt plane inepta, ſed quæ ego temporum iniuria corrupta puto. Vt bis Afro pro Tyrio, ſicut Indum pro Carthaginenſi. Quis .n. vnquam Carthaginenſes Indos nominauit? quare ego Tyrium pro Indum legendum exiſtimo. Item paullo ante, Tibi amara, & quæ ſequuntur, a nemine intelliguntur. Verum hæc omnia proſequi, neſcio qd utilitatis lectori afferre queat, ideoq. iam moleſtus eſſe deſino. GLAR.

## AD MOECENATEM ÆGROTVM.

*Amicitiam ſuam & gratitudinem erga Mæcenatem teſtatur cum beneficiorum in ſe & mutuæ beneuolentiæ memor, negat ſe poſſe ſuperſtitem viuere, ſi ille prior decederet, vtpote ſui pars altera, ſic dijs viſum eſſe & fatis, nam ita vtriuſque horoſcopum conuenire, vt eodem tempore pene perierint. Illum Iouis benignitatem in theatro, ſe Fauni beneficio in agro ab arboris lapſu ſeruatum.*

*Ode XVII. Tricolos Tetraſtrophos: Vt,*

*Vides Vt alta ſtet niue candidum.*

--u---uu-u-
--u---uu-uu
--u---u-u
-uu-uu-u-u

Cur

CVr me querelis exanimas tuis?
Nec dis amicũ est, nec mihi, te prius,
Obire Mœcenas, mearum
Grande decus, columenq. rerum.
Ah te meæ si partem animæ rapit
Maturior vis: quid moror altera?
Nec carus æque, nec superstes
Integer. ille dies vtranque
Ducet ruinam: non ego perfidum
Dixi sacramentum: ibimus, ibimus,
Vtcunque præcedes, supremum
Carpere iter comites parati.
Me nec Chimæræ spiritus igneæ,
Nec si resurgat centimanus Gyges,
Diuellet vnquam. sic potenti
Iustitiæ, placitumq. Parcis.
Seu Libra, seu me Scorpius aspicit
Formidolosus, pars violentior
Natalis horæ, seu tyrannus
Hesperiæ Capricornus vndæ:
Vtrunque nostrum incredibili modo
Consentit astrum. te Iouis impio
Tutela Saturno refulgens
Eripuit: volucrisq. fati
Tardauit alas: cum populus frequens
Lætum theatris ter crepuit sonum.
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat: nisi Faunus ictum
Dextra leuasset, Mercurialium
Custos virorum. reddere victimas,
Aedemq. votiuam memento.
Nos humilem feriemus agnam.

ANTO. CVr me querelis) Dum Mœcenas acriter ægrotaret, morbi sæuitia q̃rebatur, quare Horat. longe dolebat, hinc ait se terreri, & perimi quodammodo querelis illius. Sed nec Dijs, nec sibi, gratum esse, Mœcenatem morte præire, cum rerum suarum fuerit decus, atque præsidium. Vnde iuratũ se dicit, nullo pacto velle Mœcenati superesse. Narrat inde amborum horoscopum conuenire, cum eodem pene tempore oppressi fuerint, vtq. Iouis tutela, mortem Mœcenati tardauerit, ita cum truncus sustulisset, nisi Faunus dextra leuasset ictum, hortatur demum Mœcenatem, vota persoluere, votiuam .s. ædẽ, ipse enim humilem agnam sacrificabit. [Exanimas) Terres perimis. [Querelis) Querebatur.n. Mœcenas morbi sæuitia. [Amicum) Gratum. [Columen) Præsidium. [Te meæ partem animæ) Amicus .n. est alius ipse, & æqualis ęqualem delectat, vt hr̃ in Ethicis. [Vis) Mortis violentia. [Altera) .i. ego ipse Horat. altera pars aię me .[Nec carus) Nec carus ero æque .i. ita alijs vt nunc vt tibi. [Nec ero superstes Integer.) Nam Mœcenas pars animæ deesset. [Dixi sacr̃m:) Innuit se iuratum fuisse, nolle Mœcenati superesse. [Præcedes,) Ordo est: Vtcunque præcedes, ibimus, ibimus, comites parati, carpere supremum iter. [Vtcunque præcedes,) Vel ætate, vel sorte. [Chimæræ igneæ,) Id monstrum erat triceps, per singula autem capita, ignem emittebat, latius tñ videto in Ode xxvij. lib. j. [Centimanus Gigas) i. Briareus. Virg. lib. vj. Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernæ, dixere.n. poëtæ eum habuisse centum manus, & capita quinquaginta, is idem Ægæon quoque dicitur i. terrigena. Sunt textus, qui habent Gyges, loco Gigas. [Iustitiæ) Iustum est.n. vt grati simus de nobis bene merẽtibus [Seu Libra,) Asserit poëta Mœcenatis horoscopum, conuenire cum suo seu aspexerit eum Libra, seu Scorpio, seu Capricornus. Ptolem. vero xxxij. inquit, quod si concordia duorum in re aliqua est, qđ reperitur, ex significatione illius rei, in vtriusq. natiuitate. Si ergo fuerit in loco laudabili. erit inter illos concordia bona, & qui fortior loco fuerit erit sicut agẽs & princeps, & debilior sicut patiens & subrectus. [Libra) Id signum & Taurus Veneri stellæ, complexionis temperatæ attribuuntur, eo ꝙ res oriri faciunt, vt scribit Ptol. [Scorpius) Id signum, & Aries Marti stellæ (quæ naturaliter desiccat) dantur, vt idem ait. [Capricornus) Id signum, & Aquarius, dantur Saturno stellæ, quæ naturaliter est frigida, calori q. contraria, quod idem scribit. [Formidolosus. [Formidandus. [Pars violentior Natalis horæ,) Horæ datiuus est. Pars autem violentior, de Scorpione ait, qm̃ Scorpius Marti datur, de quo Manil. lib. iiij. sic, & plura inquit Scorpius armata, violenta cuspide cauda. In bellum ardentes aios, & Martia castra. Efficit, & multo gaudentem sanguine ciuem. Nec præda, quam cæde magis &c. [Hesperiæ) Hispanæ, & occiduę. Capricornus.n. (vt scribit Hyg.) ad occasum spectat. [Tyrannus) Id ait, qm̃ (teste Col. lib. xij.) xvj. cal. Ian. Sol in Capricornum transitum facit, brumaleq. solstitium est, vt Hipparco placet, itaque tempestatem sæpe significat. Chaldęi tamen brumale solstitium obseruant, ix. cal. Ian. Occidit autem Capricornus xv. cal. Feb. quo die Sol in Aquarium transit. [Iouis Tutela) Iupiter.n. occultat impedimenta, & cum fuerit cum Mercurio, delebit infirmitates medicaminibus, vel per iussorum medicoꝝ medelas. Auctor est Ptolemæus, qui etiam dicit: Iouem, Venerem, & Lunam fortunatas esse, eo quod earum est complexio tẽperata, & quod eis multum caloris, ac humoris inest. Opera vero Saturni, ac Martis operibus prædictarum stellarum naturaliter, contraria esse, eo quod horum alter per frigiditatem intensam, & alter per siccitatem intensam, operetur. [Cum populus frequens) Conualescens Mecœnas, theatrum adierat, lætusq. populus ei plausit, tũc autem in agro suo. Horatius casu arboris oppressus est, vt inqt. [Mercurialium) .i. doctorum, scribit.n. Ptolemæus quod Mercurius habet ex homine locutionem, deliberationem, memoriã, linguam, fel, atque nares.

Libra

Taurus Scorpius Aries, Capric. Aquar.

Sol in Capricornũ

Sol in Aquariũ

ASCEN. CVr me querelis exanimas tuis?) Mœcenatem ægrum velut assidens, alloquitur, q̃rentem de periculo suo, & pro præsenti statu optantem mortem, pro cuius affectu vel amore, dicit se ei esse nolle superstitem, sed quasi quodam sacro deuinctum, sociandum morte, cui fuerat vita coniunctus. Ordo est. Mœcenas grande decus, & columẽ mearum rerum. [Cur me exanimas tuis querelis?) Nec dijs, nec mihi amicũ est te prius obire [Ah te meæ) Interiectio dolentis hoc sensu quo superius dixerat amicorum, animam in duobus corporibus constitutam. Et seruos animæ dimidium meæ, vnde & vnanimes dicti, hoc aũt dicit sine dubio, alteram partem nõ retinendam, vna pereunte, hoc est se negare superstitem. [Nec carus æque) Non ero, inquit, ita alteri futurus, sicut ipsi, nec integram vitam habiturus parte animæ iam in illo extincta. [Nec superstes Integer.) Quia tu es me dietas meæ animæ [Vtranque Ducet ruinã.) Vnius casu dicit ambos perituros. [Non ego perfidum) Falsum, tanq̃ non perfidum de ea re interposuerit, iusiurandum, qđ non ei superuiueret Ordo est. Ego non dixi perfidum sacr̃m, ibimus, ibimus parati carpere supremum iter, vtcunque præcedes. [Vtcunque p̃cedes,) Seu ętate, seu sorte præcedet in supremo mortis die, comitari se asserit Mœcenatem. [Me nec chimæræ) Nulloꝝ subiectione monstrorum societatem disiungi posse, quæ nec mortis terrore separetur. [Centimanus Gigas,) Briareus. de quo Virg. Qualis centum, cui brachia, dñt: Centenasq. manus. [Sic potenti Iustitiæ, placitum) Ac si diceret, fataliter habeo vt diuelli a te nõ possim. [Seu Libra,) Ordo est. Vtrunque nr̃m astrum consentit incredibili modo, seu aspicit me Libra, seu formidolosus Scorpius, pars violentior horæ natalis, seu aspicit me Capricornus tyrãnus Hesperiæ vndæ. Per genituræ cõmemorationem, horoscopos suos similes esse, & inter se asserit conuenire, in quibus vitæ finis apparet, vnde dicit ꝙ tempore vno, ille ægritudine, hic casu arboris, periclitarus est. [Formidolosus) Timendus, qui naturaliter formidandus sit, vt Salust. Et iam tum potentia Cn. Pompeij formidolosa erat. Violentior præ omnibus iniquior natalis, infestus enim fertur Scorpius genituræ: iuxta Mathesim, tractat genituras amboꝝ, dicens se seu horoscopum .i. horam in qua natus est, in Libram haberet, seu in Scorpionem, qui iuxta Libram est, contrarius illi. Saturnus erat, seu in Capricorno horam habuit, in illis diametres ei erat, hic quadratus, sicut & Mœcenati quem Iupiter illic positus temperauit. [Horæ) Datiuus casus est. [Seu tyrãnus Hesperiæ Capricornus vndæ:) Capricornum tyrannum dixit, ideo, quia hyemale signum est, oritur enim xiij. cal. Ianuarij, & occidit xvj. cal. Februarij, & dum Sol in Capricornum venerit, tunc generat maxime tempestate in Italia. Aut ideo posuit Hesperiæ vndæ, quia voluit intelligi occasum signi huius, magis sæuire tempestatibus, quam ortum vt Hesperiam vndam occiduam partem Oceani, & ex eo occasum eius voluisset intelligi.

Te

[Te Iouis impio Tutela) Mortem dicit submouisse Iouis beneficam, stellã maleficam respicientem Saturni. Ordo est. Te eripuit tutela Iouis, refulgens impio Saturno, & tardauit volucris alas. Fuit, cũ frequens populus ter crepuit, lætum sonũ in theatris ostendit populũ. pro grã plausum dedisse. [Cũ populus frequẽs) Ostendit populũ ꝑ gratiam Mœcenatis comperto, ꝙ euasisset ęgritudinis periculũ, in theatro cõgratulantẽ saluti eius absenti, & adhuc inualido plausum dedisse. [Me trũcus illapsus cerebro) Ad illud retulit, qđ dixit, vtriusque astrũ, certa rõne coniunctũ. [Faunus) Deus agrestium, & siluarum. [Mercurialium) Doctoꝶ, qui in tutela Mercurij sunt, Mercurius .n. deus facundiæ dictus est. [Ædemq. votiuam memento) Vt memor esset voti soluendi hortatur, quia ædem, si euasisset saluti promiserat. [Nos humilẽ feriemus agnam.) Non humilem agnam, sed humilium oblationi aptam, Mœcenatis .n. velut potentis votum, fuerat.

POR. CVr me querelis exanimas tuis?) Hæc dicit Mœcenati assidens ægroto, grauiter q̃renti de periculo salutis suæ, negatq. se velle sup̃stitẽ ei viuere mutuæ charitatis pignora cõmendans. [Amicũ) Hic ꝓ grato posuit. [Ah te meæ si partem animæ rapit Maturior vis: q̃d moror altera?) Sensus cõceptus est, ex illa amicitiæ diffinitione, q̃ dicit, Amicitiam aĩam vnã esse in duo corpora, ergo ait: Si te vis fatalis sustulerit amicũ, q̃ pars es altera aĩæ meæ, partem, q̃ apud me est, non retinebo. qđ significat non se ei superuicturũ. [Nec carus æque, nec sup̃stes) Nec charus, inq̃, alij futurus sicuti tibi sum, nec integrã vitã habiturus, parte. s. aĩæ meæ, in te extincta. [Non ego ꝑfidum Dixi sacrm̃) .i. non ꝑfidũ iusiurandũ de hac re interpositũ. [Integer) Ille dies, vtrunque nr̃m absumet [Supremũ Carpere iter comites parati) Supremũ iter, illud dicit, quo quasi ad inferos itur [Nec si resurgat centimanus Gigas, Diuellet vnq̃) A te. s. à ꝓposito, de quo nũc apud te loquor & ante iuraui. [Seu Libra, seu me Scorpius aspicit Formidolosus,) Sensus est: In quocũque signo horoscopum natiuitatis meæ constitutũ habeo, hoc intelligo tuo horoscopo conuenire, ac ꝑ hoc vnã genesim nos morum æquitate hr̃e. [Seu tyrãnus Hesperiæ Capricornus) Tyrannũ nũc ideo dixit, ꝙ hoc hyemale signũ oritur xvj cal Ian. occidit aũt xviij cal. Feb. qđ tp̃s in vndas quasi dñatur .i. sæuit. [Hesperiæ vndæ:) Quare? nisi forte vult intelligi, occasum signi huius, magis sæuire, tẽpestatibus, q̃ ortum vt Hesperiam vndã occiduã partẽ Oceani, & ex ea occasum signi huius intelligamus. [Te Iouis impio Tutela Saturno refulgẽs Eripuit:) Aiunt, Saturni stellam infestam esse hoibus: Iouis aũt econtrario saluberrimam, Saturni pericula afferre, eamq. tñ euinci supfulgente Iouis stella. ꝑ hæc signat periculo aduersæ valitudinis, nuper Mœcenatẽ liberum, cui ob hanc gratulationẽ populus in theatro plausum edidit, eodemq. similiter tp̃e, & se periclitatũ repentino arboris ictu, de quo supra locutus, ita autem idem attulit, vt illud probaret quod supra dixit. Vtrunque nostrum incredibili modo. Consentit astrum.

ASCEN. CVr me q̃relis) Argm̃ a Manc. explicatur. Ordo est. O Mœcenas grande decus, & columẽ reꝶ meaꝶ, cur exanimas .i. enecas, me tuis q̃relis, q̃rens te. s. morbo, quo laboras moriturum? [Nec amicũ) .i. fauorabile & gratũ est dijs, nec mihi, te obire prius, q̃ me. s. [Ah si vis) .i. necessitas moriendi, maturior. s. q̃ decet .i. p̃matura rapit te p̃rtẽ. s. dimidiatam aĩæ meæ [Quid) .i. ad q̃d, ego altera pars moror. s. in terris. Exñs. [Superstes) .i. superstãs, vbi tu cecideris. [Nec æque carus) .s. dijs, q̃bus carus sum ꝑp te, qui dimidium es aĩæ meæ. [Nec integer) Ablata). s. altera parte? [Ille dies). s. q̃ te rapiet duces vtranque ruinã .i. vtriusque occasum, & mortẽ. Ego .n. iurans ꝙ nollẽ tibi sup̃uenire. [Nõ dixi ꝑfidum) .i. falsum. [Sacrm̃) .i. iurm̃ per sacra. [Nos ibimus). s. tecum, ibimus inq̃. [Vtcunque) .i. qualitercunque p̃cedes parati comites .i. comitantes te in via. [Carpere). s. tecum, iter supremũ, post quod. s. non est amplius eundũ. [Nec sp̃us chimæræ igneæ) .i. tota flãma q̃ Chimæra in Lycia dr̃ euomere. [Nec Gigas,) Aut Gyges, vt alij [Centimanus) .i. Briareus, aut Ægeon, qui centum manus habuisse dr̃, prius q̃ occisus est, si .i. tametsi. [Resurgat) .s. cum manibus suis. [Diuellet me vnq̃) .s abs te. Sic .n. placitũ est iustitiæ potenti, q̃ vult ut nemo inuitus, & innocens cõtra iurm̃ faciat, vtq. qui in vita coniuncti fuere in morte non separẽtur, & placitũ est sic Parcis .i. Fatis q̃ viam semp̃ inueniunt. [Seu Libra) Hunc locũ vr̃ imitatus Persius ad Coruinum scribens ita. Non equidem hoc dubites, amboꝶ fœdere certo, Cõsentire dies & ab vno sidere duci. Nostra vel æquali suspendit tp̃a Libra, Parca tenax veri, seu nata fidelibus hora. Diuidit in geminos cõcordia Fata duoꝶ: Saturnumq. grauem nostro Ioue frangimus vna: Nescio quod, certe est, quod me tibi tẽperat astrum. Dicit ergo poëta ꝑp vnitatem animoꝝ, & studioꝶ secum Mœcenate sub eodem sidere natum & ita par esse, vt simul occumbat. Ordo est. Seu Libra, seu Scorpius formidolosus, quia Marti datur, aspicit me .i. horoscopum & domum natiuitatis meæ, existens pars violentior horæ. [Seu Capricornus tyrannus) .i. sæuus incubatur, vnde hesperiæ, quę dum Sol in Capricorno est, semper tẽpestate, aut glacie agitatur, vtrũque astrum nostrum, q̃ trium meminit, Libræ, Scorpij, & Sagittarij, credam legendũ esse, vtcunque, vt sit, Vtcunque sup. est .i. quisquis dñs erat in hora natiuitatis nostræ. [Astrum nostrum) .i. constellatio, consentit incredibili modo. [Nam tutela Iouis refulgens) i. irradians tibi eripuit te Saturno impio .i. Fato ꝑ malignitatem Saturni instanti, q; , pro &, tardauit .i. immoderata est. [Volucris alas fati) .i mortis. [Cũ populus frequens crepuit) .i applaudendo emisit, theatris ter sonũ lætũ .i. gratulabundũ [Truncus illapsus) .s. pene cerebro, sustulerat, pro sustulisset me, nisi Faunus, à fando dictus, & ita custos viroꝶ Mercurialium. [Leuasset) .i. amouisset [Dextra) s sua ictũ. [Memento ergo reddere victimas & ædem votiuam, nos feriemus agnam humilem, quia ipse humilis, minori Deo, minora dabit.

DIxi sacrm̃:) Erat amicitiæ genus apud Ægyptios laudatũ quod appellabant συναποθνησκόντων .i. commorientium. Quibus hoc necessitudinis genus placebat, in hac lege copulabantur, vt si alteri fatale quippiam accidisset, alter vtro mortis socium sese adiungeret. In tale fœdus significat Horat. se erga Mœcenatem iurasse, lege prouer Neæra & Charminoë. Vtrunque nostrum incredibili modo Consentit astrum. Ser. in j. Georg. ad illud Virg. BAP. PI.

QVa locus Erigonem inter Chelasq́ sequentes Panditur, ita ait Ægyptij xij ponunt signa Chaldæi xj. Nam Scorpium & Libram pro vno accipiunt. Chelæ .n. Scorpij faciunt Libram. Hæc ille. Ita hoc loco. Flaccus noster Libram & Scorpium pro vno horoscopo vsurpat, q̃ Scorpionem eius horoscopi violentiorem partem, Capricornũ vero alteꝶ horoscopum, ideoq. ab ipso adiectum Vtrunque quod ideo admonemus, ne quis emendet vtcunque pro vtrunque, vt quidam fecit Quod autem Acrõ, atque eum secutus Manc. horæ, dicat esse datiui casus, cum sit genitiui, lectori, iudicandum relinquo, nam ego, vt ingenue fatear horum subtilitates non intelligo sicut nec plane quæ in Acrone paullo ante præcedunt verba. GLAR.

## IN EVM QVI OBLITVS BREVIS *vita cupiditatibus & diuitijs studet.*

*Damnat in vita fastum & ambitiosum strepitum, asserens sibi non esse sumptuosas adeo pretiosam supellectilem, neque frequens satellitium, verum fortuna sua contentum fide, & ingenio mediocri præditum, nihil amplius optare. Ad bonam partem hominum, tam præpostere agere, vt sepulcro vicina, oblita mortalitatis suæ, amplas ædes extruat non sine pauperum iniuria quibus cum liberis & vxore proprijs, sedibus migrandum per vim auulsis agrorum terminis.*

*Ode XVIII. Dicolos distrophos. Primus quisque versus est Iambicus Archilochius Dimeter Acatalectus, constans Amphimacro, & duobus Iambis, vel vltimo Pyrrhichio, hoc modo.*

*Nōn ĕbūr -u- nĕqu' aū u- rĕŭm uu*

*Secundus quisque versus est Iambicus Archilochius Dimeter Acatalectus, constans è quinque Iambis & syllaba, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, hoc modo.*

*Mĕā u- rĕnī u- dĕt īn u- dŏmō u- lăcū u- nār u*

-u- u- uu

u- u- u- u- u- u

NON ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar:
Non trabes Hymettiæ
Premunt columnas vltima recisas
Africa: neque Attali
Ignotus heres regiam occupaui.
Nec laconicas mihi

Tra-

Trahũnt honestæ purpuras clientæ.
At fides, & ingeni
Benigna vena est: pauperemq́. diues
Me petit. nihil supra
Deos lacesso: nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus vnicis Sabinis.
Truditur dies die:
Nouæq́ pergunt interire Lunæ.
Tu secanda marmora
Locas sub ipsum funus: & sepulcri
Immemor, struis domos:
Marisq́. Baijs obstrepentis vrges
Summouere littora,
Parum locuples continente ripa.
Quid quod vsque proximos
Reuellis agri terminos? & vltra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In sinu ferens deos
Et vxor, & vir, sordidosq́. natos.
Nulla certior tamen
Rapacis Orci fine destinata
Aula diuitem manet
Herum. quid vltra tendit? æqua tellus
Pauperi recluditur,
Regumq. pueris: nec satelles Orci
Callidum Promethea
Reuexit auro captus. hic superbum
Tantalum, atque Tantali
Genus coërcet. hic leuare functum
Pauperem laboribus,
Vocatus, atque non vocatus audit.

ANTO. ON ebur) Ostendit hac Ode se carere superba domo, carere etiam fastu, esse tamen fidei plenũ, & ingenio præditum. Et q diues, eum pauperem adit, ipseq́. nil vlterius a Dijs poscit contentus Sabino agello, præfert itaque paupertatem suam diuitijs cunctis, in auarum inde inuehitur, qui cũ deberet potius sibi sepulcrum parare, oblitus vitę breuissimæ domos struebat amplissimas proximi agri terminos auellebat, virum & vxorem clientes suos proprio iure pellebat, Deos & natos in sinu ferentes, mors tamen omnibus æqua, cunctos attrahet, diuites simũl, & pauperes nullo discrimine, quid igitur multa prodest appetere. relinquenda sane? [Lacunar) Id laquear etiam dicitur, est autem locus quadratus in tabulatis. [Hymettiæ trabes) Lapideæ .s. marmoreæ. Est enim Hymettus Atticæ mons, nobilis, qui mel gignit optimum, effosioq́. marmorum pulcherrimorum ex ora Hymettia erat, vt Strabo docet lib. ix. Et Plin. lib. xxxvj. cap. iij. scribit L. Crassum oratorem, primum peregrini marmoris columnas habuissem in eodem atrio. Hymettias tamen, nec plures sex, aut longiores duodenum pedum. [Vltima Africa:) De Numidia intelligit, quæ pars est Lybiæ, Masinissæ clara nomine, vt scribit Plin. lib. v. in Numidia autẽ lapis erat optimus, ad columnas. Vnde Suetonius de honore Cęsari a populo collato: Postea, inquit, solidam columnam prope xx. pedum lapidis Numidici foro statuit. scripsitq́., Parenti patriæ. [Attali heres ignotus) De Attalo multa videto in Ode j. [Laconicas purpuras) Plin. lib. ix. cap. xxxv. ait: in Laconica purpuram fieri, ex purpuraq́. fasces, securesq́. Romanæ viam faciebant. Idemq́. color pro maiestate in pueritia erat, distinguebat ab equitatu curiam, Dijs aduocabatur placandis, omnemq́. vestem illuminabat in triumphali miscebatur auro. [Honestæ clientes) .i. familiarium mulieres auxiliantes matronis. [Trahunt mihi) .i. ad meum decus & ornamentum. [Supra) .i. vlterius. [Lacesso) Precando fatigo. [Potentem amicum) Mœcenatem intelligit. [Truditur dies die:) Dies diem pellit. [Nouæ Lunæ) Menses intelligit, qui etiam transeunt breui. [Pergũt interire) Decrescendo paulatim nouæ Lunę intereunt, & sic mẽses ipsi. [Tu secanda marmora) In auarum inuehitur, de secandis autem marmoribus videto Plin. lib. xxxvj. [Locas) Marmorarijs .s. & sculptoribus. [Sub ipsum funus) .i. circa vel prope mortem. [Baijs) Baiæ contiguæ sunt Lucrino sinui, ab Vlyssis socio nomine Baio sic dictæ, erant ibi calidæ aquæ, & ad voluptatem, & ad sanandos morbos accommodatissimæ, quod scribit lib. v. Strab. [Vrbes) Instans. [Summouere littora,) Multi .n. non cõtenti prætorijs, & amplis domibus, in terra manentibus, etiam in mari ædificabant, prope Baias, voluptatum gratia. [Cõtinente ripa) .i. firma ripa. [Quid quod) Addit etiam plura prędictis. [Salis) .i. saltas. [Pellitur) Auari impietatem innuit, pellentis proprio iure clientes etiam. [Paternos deos) Per id longo tempore eum agrum illius miseri clientis, & suorum parentum fuisse, indicat. [Sordidos) Eorum paupertatem indicat. [Nulla certior) Sensus est. Quamuis diues auarus, multa possideat, & sine fine exoptet, attamen ei nulla domus certior est, Plutonia domo, illic .n. morabitur in perpetuum. [Rapacis Orci) .i. Plutonis, omnes ad se rapientis. [Fine destinata) Constituta fine hominibus omnibus, illuc .n. traducimur cuncti. [Pueris) Filijs. [Satelles Orci) Charon portitor, intelligitur. [Callidum Promethea) De hoc videto in Ode iij. lib. j. Callidum autem, inquit, qm̃ Prometheus dici potest prouidens, vel prudens: Prometheo vero prouideo, de quo etiam videto in Ode xj. lib. j. [Reuexit) Stygia videlicet cymba. [Tantalum) De hoc latius supra. [Tantali Genus) Vtputa Nioben, Atreum, & Thyestem. de quibus late superius. [Hic leuare) Ordo est: Hic Charon vocatus, atque non vocatus audit, leuare pauperem, functum laboribus .i. qui laboriosam vitam habuerat. morte .n. media, pauper laboribus, & curis omnibus alleuiatur.

*Laconicas purpuras.*

NOn ebur, neque aureum) De continentia scribit, & paupertatem suam omnibus diuitijs præfert, culpans eos, q oblit breuis vitæ cupiditatibus, & diuitijs student. [Non ebur,) Pro deriuatiuo eburneum. Ordo est: Non renidet in domo mea eburneum, neque aureum lacunar. [Hymettiæ) .i. de Hymetto monte marmora excisa, quæ Thebaica dñr. [Neque Attali ignotus) Ostendere vult Romano, non iure factos, Attali heredes. [Clientes) Familiares, vicinæ, ostendit votum clientũ, quorum vxores cũ nobilibus togæ prætextæ fiunt, ad spem magistratuum gerendorum, purpuras carpentes, iuuant matronas. Vnde dicit: Dum sibi ista desunt, fide se, & ingenio diuitẽ. [Nec potentem amicum) Mœcenatem sigñat, à quo se dicit maiora non quærere, dum beatum se factum fatetur, fundo ab eo in Sabinis accepto [Truditur dies die:) Tãquam parum esset, quod dixerat diem die excludi, addidit Integri menses transiliunt, nam per nouas Lunas, recursus mensium intelligimus. [Nouęq́. pergunt interire Lunæ) Desinunt crescere, vel potius defectus pati. [Tu secanda) Ordo est, Tu parum locuples continente ripa, & immemor sepulcri locas secanda marmora. sub ipsum funus, & struis domos, & vrges summouere Baijs littora, obstrepentis maris. [Summouere littora,) Effusionem diuitum culpat, vt Salust. Qui diuitias suas profundant in extruendo mari, & montibus coæquandis. [Parum locuples) Minus diues nisi etiam alienum inuadas elementum. [Pellitur paternos In sinu ferens deos) Ordo est. Pellitur, & vir, & vxor ferens in sinu paternos deos. [Sordidosq́. natos) Acerbitatem facti euidenter expressit, dum hoĩes pauperes, ac religiosos, sedibus suis violẽter expulsos, sacra deorum penatum secum ferre cũ discedant, & nihil amplius q̃ filios suos, demonstrat, quos sordidos ad grauiorem pellentium inuidiam, dixit. [Nulla certamen) Ordo est. [Nulla aula manet diuitem herum, certior destinata fine rapaci) Orci .i nulla domus expectat diuitem dñm quæ certior sit destinata fine rapacis Orci, eaq́. vi tollitur, ac si diceret: Quamuis serius, ocyus ue cuncta fluant, sunt tñ quæ semper mansuræ referantur, ut Roma, sed nulla domus certior se credat rapiendam, & dissipandam fine rapacis Orci, q̃ quæ diuitem continet dñm, dño abstracta proximi. [Æqua tellus) Superuacue dicit minoris fortunæ hominum fines inuadi, vel diuitiarum moles cõgeri, dum par sit omnibus sepulcri mensura, vnde & Iuuen. Mors solæ, testatur hominũ corpuscula. [Pueris) Pro filijs, vt Ne pueri, ne tanta animis. [Nec satelles Orci Callidum Promethea) Ostendit nullis muneribus flectendos Manes, vt remeare possit quilibet ab inferis. [Hic leuare functum) Ordo est. Hic vocatus, atque non vocatus audit leuare pauperem, functum laboribus. [Audit.) Bene audit. quia mors, vt necessitas est, ita perpetua est requies laborum.

ACR.

NON ebur, neque aureũ Mea) Hæc Ode in incontinentiã scribi- POR

ſcribitur,ꝑ quam paupertatẽ ſuã omnibus diuitijs pfert.[Nõ tra bes Hymettiæ) Marmor Achaicũ dicit, qđ ceditur in Hymetto mõte, Atticæ regiõis.[Renidet)Fulget ſignãt.[Premũt colũnas) Numida aũt eſt Africæ pars interior.[Neq. Attali Ignotus heres regiã occupaui) Attalus rex Aſiæ Pergami regnauit,cuius hęreditatẽ P.R. cepit. Dicẽdo aũt heres occupaui,ſibi ſuſpicionem dat quaſi exiſtimãs hæreditatem vindicaſſe.[Nec laconicas mihi Trahũt honeſtæ purpuras cliẽtæ) Hoc illo ptinet,ꝙ ptextas togas cũ ſibi nobiles cõficiunt,ad ſpem magiſtratu agẽdoꝝ, votũ ſi vxoribus clientũ,ad matronã cõficientẽ cõuenire, & purpurã cũ ipſa carpere.[At fides & ingeni Benigna vena eſt)Hic locus ſimilis eſt illi Virgiliano. Si vero ingentẽ foribus domus alta ſupbis Mane ſalutantũ totis vomit ædibus.[Pauperemq́. diues Me petit)Hoc eſt gr̃a,me petit.[Nihil ſupra Deos laceſſo:)Nihil,inqt, amplius Sabinis,hoc eſt nec amplius Mœcenatẽ opto,q. me ſatis btm̃ facit donando me vno fundo Sabino, qua poſſeſſione contẽtus ſatis btm̃ me iudico. [Truditur dies die:) In eos inuehitur,q intelligunt tp̃s vitæ ſuæ velociter currere,nihilominus tñ nõ deſinũt ædificia domoꝝ ingẽtia,ac pcioſa conſtruere cũ potius debe-rẽt,ſi memores mortalitatis eſſent ſepulcra ſibi ſtruere.[Mariſq́. Baijs obſtrepẽtis vrges)Ordo ẽ. Littora maris obſtrepẽtis Baijs .i.Baianis littoribus,pſtrepẽtibus, Hic aũt corripit eos q in Cãpania affectãt mollib. in mare iactis,ptoria ſupædificere. [Quid qđ vſque pximos Reuellis agri terminos?)Accedit nũc,inqt,ad ambitionẽ tuã auaritiæ ſcelus,ꝙ vicinos tuos,ꝑ impotẽtiã agris ſuis expellis. [Pellitur paternos In ſinu ferẽs deos Et vxor natos)Hic ipſa rei acerbitas deſcripta eſt,hoies pauperes à religioſis ſedibus ſuis pulſos ,ẽt ſacra deoꝝ penatũ ſecũ ferre cũ diſcedãt,nęc aliud amplius,q̃ filios ſuos, quos ſordidos dicendo grauiorẽ miſeriã expellẽtibus facit.[Nulla certior tñ Rapacis Orci fine deſtinata Aula diuitẽ manet Heꝝ) Licet,inqt,ò diues hẽas qđ optas,ſcito tñ nihil tibi ꝓpriũ eſſe magis,q̃ mortem,illa n.q́ poſſidetur tpalia ſunt,at mors ꝑpetua eſt. [Regumq́. pueris,nec ſatelles Orci)Pueris ꝓ filijs poſitũ. Regũ aũt ſignãt oẽs & diuites & pauperes,pari mortalitatis cõditioni ſubiectos eſſe & iccirco nõ magnopere appetẽdos eſſe honores,nec diuitias.[Hic leuare functum Pauperem laboribus, Vocatus,atq. audit)Velle videtur,ꝙ vt mors neceſſitas eſt, ita tñ requies perpetua laboꝝ.

ASCEN. NOn ebur)Quia vt vulgatus,ſed nõ penitẽdus ait verſiculus : Turpe eſt doctori, cũ culpa redarguit ipm̃ : Poëta deteſtaturus alioꝝ auaritiã, & in extruẽdis ædificijs, & augẽdis fundis inexplebilitatẽ,purgat ſe,ab his vitijs, dicẽs ſe minime curioſum in ædificijs,& i eoꝝ ornatu nimis ſplẽdido, & põpoſo.In veſtitu quoq. minus delicioſum,ſed benignitate ingenij, atq. naturæ animiq́. ſatietate, & Mœcenatis bñficio ſatis ampli agelli poſſeſſione diuitẽ, neque amplius à dijs, aut ab amico flagitare.Ordo eſt.[Ebur) i.mẽſæ & parietes eburni.[Nõ renidet) .i.nõ reſplẽdet in mea dumo. [Neq. lacunar) .i. laquear .i.locus quadratus in cõnexu tabulatoꝝ q̃ ſolaria vulgus vocat , q̃ in cœnationibus inaurari ſolebant.[Renidet in domo mea) Et trabes Hymettiæ.i.marmora præ lõga ex Hymetto mõte Atticę regioni exciſa,trabis inſtar,q̃ Thebaica(ſm Acr.) dñr. [Nõ pmũt colũnas) Etiã marmoreas recⱥſas vltima Africa.vt in Numidia,neque ego heres ignotus,vt erat P. R. occupaui regiã Attali regis ditiſſimi,in cuius aula aulæa , & intertexo auro indumẽta primũ repta dñt.[Et cliẽtæ).i.pediſſequæ honeſtæ , nõ trahũt mihi purpureas Laconicas.i nõ nent lanã,vnde fiat purpura, faſcib. apta. [At).i.ſed,fides eſt mihi & benigna vena ingeni,ꝑ ingenij, & diues petit me pauperẽ.ſ.ob conſiliũ aut carmina.[Ego nihil laceſſo).i.laceſſendo peto,deos ſupra.i.vlterius nec flagito amicũ potentẽ.ſ.Mœcenatẽ largiora,exñs ſatis beatus.i.diues,vnicis .i.ſolis Sabinis.ſ.poſſeſſionib.[Truditur dies die:)Carpit alioꝝ ſtultã auaritiã,cũ ſub ipm̃ funus marmorea parẽt ædificia, & veteres cliẽtes excutiãt,paterna poſſeſſione,cũ tñ nulla certior ſit aula,q̃ Orci,ad q̃ oẽs tendimus Moris eſt poëtæ, in hoc pſertim opere, quẽ laudat noiari,& quẽ vituperat nõ expſſo noĩe,potius monere,q carpe. in quo ſe candidũ,& humanũ ſignãt.Ordo eſt.[Dies truditur).i.cõteritur,& cito trãſigitur,die.i.a die ſequẽti.[Et Lunæ nouæ pgũt interire).i.vt veteres fiant,& ita intereant nõ Lunæ,ſed(vt dñt)lunationes,hoc eſt illuminationes lunæ,& tñ ſup. tu cito morituros locas.i.ptio ſtatuto,marmorarijs tribuis.[Sub ipm̃ funus).i.paullo ante ſepulturã tuã marmora,ſecãda.i.incidẽda,polienda & ad opus aptãda,& imemor ſepulcri ſtruis domos. [Et vrges).i.inſtas vrgẽter ſummouere .i. extẽdere littora,occupãdo.ſ.vada vicina,littoribus,ædificijs littora dico maris obſtrepẽtis.i.dulce murmur excitãtis aut indignãtis ſe excludi. [Baijs) .i.ad Baias iuxta Lucrinũ ſinũ,de qbus Iuuen.Ianua Baiaꝝ eſt,& gratũ littus amœni ſeceſſus.vrges dico exiſtẽs,quantũ eſt ad opinionem tuã,paꝝ locuples,ripa continente.i.terræ adhæretẽ, niſi & mare inuadas.Quid ſup.dicã,cũ multo fœdius & iniquus ſit, ꝙ tu reuellis.i.eruis,uſque.i.ſemꝑ.[Terminos agri).i.limites pximos.i.lapides inter tuũ,& pximum agrũ poſitos, & tu auarus ſalis.i.ſaltu tranſcẽdis(eſt.n.verbum ſalio ſalis) [Vltra limites cliẽtũ).i.eoꝝ,q tuo patrocinio,& fidei ſeſe cõmiſerũt,& ita & vxor [Et vir).i.maritus. [Pellitur) .ſ.à te ferens in ſinu deos paternos .i.penates,quos lõga poſſeſſione, & obſeruãti à maiores coluerant.vnde & ipſi pij ſigñantur,qui relictis ceteris rebus,ferunt in ſinu deos paternos.[Et natos).i.liberos.[Sordidos).ſ.ob inopiã. Et tñ quamuis tam ardenter,& tã inique hic ædificia , & poſſeſſiones extendere conaris.[Nulla aula) .i. regia domus. [Manet diuitem Herum).i dñm.[Certior aula Orci).i.Plutonis.[Rapacis).i.ad ſe cunctos trahentis [Deſtinata).i.addicta cuilibet. [Fine).i.in fine dierum.[Quid tendis vltra).i.quid ſemꝑ plura q̃ris. [Tellus recluditur).i.aperitur.[Dum ſepulcrum fit æqua) Æqualis,aut æque magna,vnde de Alexandro Magno dicit Iuuen.Sat. x. Vnus Pelleo iuueni,non ſufficit orbis,Æſtuat infelix anguſto limite mundi,Vt Gyaræ clauſus ſcopulis,paruaq́. Seripho,Cum tñ a figulis munitã intrauerit vrbem . Sarcophago cõtentus erit, mors ſola fatetur , Quantula ſint hoĩum corpuſcula . Recluditur ergo æqua,quia pro modulo corporis , pauperi . [Et pueris) .i.liberis. [Regum).i.ditiſſimoꝝ.[Nec ſatelles).i.portior & miniſter.[Orci).i.Plutonis.i.Charon,reuexit.ſ.in hunc mundũ, captus.i.corruptus auro,quia vita auro redimi non poteſt.[Promethea callidum).i.tametſi callidum,vt qui Ioui ignem ſuum furatus erat. [Hic) .i. ſatelles Orci. [Coërcet) .i. cohibet ne exeat . [Tantalum ſuperbum)Quia deorum conuiuam,& genus Tantali,vt Nioben, Atreum, Thyeſtem, Pelopem, & ceteros, qui ab eo deſcenderunt. [Hic vocatus,atque non vocatus) .i.ſiue petũt diſſolui corpore mortis huius ſiue malint in miſeria manere.audit,quantum ad vtilitatem,licet non oẽs,quantum ad vota,leuare.i.liberare pauperum functum laboribus .i. munere vitæ.

VOcatus,atque) Ad prouerbium alluſit poëta, quod olim Lacedæmonijs oraculi vice datum erat. Vocatus & non vocatus deus aderit. Eius vſus erit , vbi quid ſignificabimus ẽt non accerſitum neque curatum , tñ euenturum velimus puta ſenectam,mortem,malefactorum pœnam . DOCT. interpr.

HOc genus carminis in pręſenti Ode recte Acron docuit. ꝙ ideo admonemus., ꝙ in Aldino libro hoc corruptum eſt quem noſtra ætate ferè librarij abſque iudicio libros excudentes ſecuti ſunt . Ceterum marmora ex Hymetto monte exciſa Acr. Thebaica dicta aſſerit Porphyrion Achaica. Strab. meminit eorum lib. ix. ſed abſque cognomine . GLAR.

## IN BACCHVM CARMINA IN *ſecretis nemoribus docentem.*

*Dicit ſe Bacchi numine correptum, furore quodam agitari & exclamare Eua territum dei ſpectaculo quem in ſeceſſu quodam viderat Muſas decentem, Satyros attentos auſcultare Hinc eius laudes geſtaq́; commemorat, quod Pentheum, Lycurgũ, & aduerſarios ſuos domuerit. quod mulieres capillis & manibus ſerpentes innoxia geſtant, quod in bello gigantum fortißime ſe geſſerit mutatus in leonem , quòd denique incolumis ab inferis reuerſus ſit .*

*Ode XIX. Tricolos , Tetraſtrophos : Vt, Vides, Vt alta ſtet niue candidum.*

– – ∪ – – – ∪∪ – ∪∪
– – ∪ – – – ∪∪ – ∪∪
– – ∪ – – – ∪ – ∪
– ∪∪ – ∪∪ – ∪ – –



BACCHVM in remotis carmina rupibus
Vidi docentem : credite poſteri :
Nymphaſq́. diſcenteis, & aureis
Capripedum Satyrorum acutas .
Euę recenti mens trepidat metu :
Plenoq́. Bacchi pectore turbidum

Lęta-

Lætatur. euę parce Liber,
Parce graui metuende Thyrso.
Fas peruicaceis est mihi Thyadas,
Viniq. fontem, lactis & vberes
Cantare riuos: atque truncis
Lapsa cauis iterare mella.
Fas & beatæ coniugis additum
Stellis honorem, tectaq. Penthei
Disiecta non leui ruina.
Thracis & exitium Lycurgi.
Tu flectis amneis, tu mare barbarum:
Tu separatis vuidus in iugis
Nodo coërces viperino
Bistonidum sine fraude crines:
Tu cum parentis regna per arduum
Cohors gigantum scanderet impia:
Rhetum retorsisti leonis
Vnguibus, horribiliq. mala:
Quanquam choreis aptior, & iocis,
Ludoq. dictus, non sat idoneus
Pugnæ ferebaris: sed idem
Pacis eras, mediusq. belli
Te vidit insons Cerberus aureo
Cornu decorum, leniter atterens
Caudam, & recedentis trilingui
Ore pedes, tetigitq. crura.

ANTO. BACCHVM in remotis) Fatetur Horat. in secessu vidisse Bacchum docentem carmina, Musas discẽtes, Satyros quoque attentos. inde ipsius Bacchi gesta, & laudes celebrat. Mac. aũt lib. j. Sat. scribit, Arist. multis argumẽtis asseuerare Apollinem & Liberum patrem, vnum eundemq. Deum esse. de Libero autem & Musis videto Latius in Ode xxxij. lib. j. [Nymphas) .i. Musas. [Satyroꝝ) Diod. lib. j. scribit Osirim, qui etiam *Dionysi⁹* Dionysius dictus est secum habuisse in castris, Satyros, ad cantum & animi remissionem aptos. [Satyrorum) Satyrus animal est, quod (teste Solino) de hominibus nihil aliud præfert q̃ figuram. Hieron. in vita Pauli scribit beato Antonio apparuisse homunculum aduncis naribus, & fronte cornibus aspera, cui extrema corporis in capratum pedes desinebant qui interrogatus quis esset: rñdit se mortalem esse, vnum ex accolis eremi quos delusa gentilitas Faunos, Satyrosq., & Incubos colit. [Euę) Vox græca, & bacchantium est, caretq. aspiratione, vt aiunt. [Metu) Numina .n. terrorem quendam incutiũt sui præsentia. [Plenoq. Bacchi pectore) Se afflatum diuino Bacchi spiritu, indicat. [Turbidum) Pro turbide. mens .n. trepidabat. [Parce Liber,) Tanq̃ indignus fuerit vidisse numen veniam orat. [Fas) Licet exponas: non aliter. vult .n. probare se indignum minime esse, numen vidisse, eiusq mysteria celebrare. [Peruicaces) .i. proteruas, & vagantes, ac discurrientes. [Thyadas) .i. Bacchas, thyo .n. sacrifico est, oc- *Dionysij inuenta* cido, impetum facio, excito, festino. [Viniq fontem) Scribunt Dion vitis repertorem. viniq. conficiendi rationem, & fructuum in longiorem vsum seruandoꝝ, curam, & modum docuisse, auct. est Diod. lib. vj [Lactis riuos) Scribit Acr. in speluncis Dionysio vino, melle, & lacte olim sacrificari [Iterare) Repetere. [Trũcis lapsa) Flauaq. de viridi stillabant ilice mella, inqt Ouid. [Cô- *Ariadne corona* iugis honorem,) Coronam Ariadnes intelligit, a Libero patre inter sidera collocatam, cum Ariadna Libero nuberet, hanc primum muneri accepisse à Venere scribit Hygin. cum oẽs dij in eius nuptias dona conferrent. habet autem stellas nouem in rotundo dispositas. De qua corona, latius dixi lib. j. Geor. ibi, Gnosiaq. ardentis decedat stella coronæ. [Penthei) Penthio, lugeo si- *Pentheus* gnificat, Pentheos uero luctus dr̃ inde Pentheus. fuit .n. visus a- per a matre & materteris laniatus cum Bacchi sacra prohiberet. de quo late Ouid. lib. iij. Met. Diod. lib. iiij. scribit. Dionysium sustulisse oẽs impios qui in orbe erant, sed & maxime Pentheũ, *Lycurg⁹* & Lycurgum [Thracis Lycurgi.) Is Thraciæ rex, aduertens vini causa in mores multa committi, abscindi iussit vineta, itaq. Dionysi iracundia, per furorem sua crura amputauit. vt Acron ait. Diod. vero lib. j. scribit Osirim, qui idem & Dion. per Hellespõtum in Europam transeuntem, in Thracia Lycurgum barbaroꝝ regem, sibi obsistentem, peremisse. Seruius aut abstemium fuisse asserit. Hom. vero inducit lib. vj. Il. Glauco Diomedem ita dicere quod si Deus es certiorem me fac. Nam non est mihi sententia, pugnare cum Dijs, vt Lycurgus Dryantis filius fecit, fortis alioq vir. Sed postquam cum superis contendendũ sibi putauit, nec diu postea vixit. Is .n. aliqñ apud sacrum montem Nysæ, nactus temulentas Bacchi comites, eas est insecutus, nec vt Bacchus reueritus, sed vt vaccas vrgens, prout, quãque furioso cursu assequebatur, stimulo pungebat, & omnes humi abijcere Thyrsos coẽgit. Bacchas quoque timore perterritus, immani, cum clamore vrgentem Lycurgum cum aliter vitare non posset in maritimis fluctibus se abdidit. quẽ pauidum, exanimatũ, trementẽ, nec adhuc securum, Thetys in suũ sinum recepit, Ea pp. Dij immortales in Lycurgum vehemẽter irati sunt cumq. Saturnius Iupiter, perpetua cæcitate affecit. nec ita multo post extinctus est, Dijs omnibus ipsi infensis quod mortalis cum immortalibus dimicasset. [Tu flectis amnes, tu mare barbarum:) .s. per quos terrarum populos indicat per mare aũt insulas. [Flectis) Domas. metaphora n. est tracta ab aurigis. [Barbarum) Indicum intelligit. [Vuidus) Humidus & vino madidus. [Separatis iugis) Mõtibus semotis [Sine fraude) Sine cultu & cõpositione, vel sine dolo, & sine nocumento aliquo Serpens .n. capiti circundatus, non mordebat [Nodo viperino) Sacrificabant q̃ppe Baccho, Bistonides .i. Thraces crinibus solutis angues & in capite, & in manibus gestãtes, vt Porph. scr. hoc igitur pacto intelligerẽ, coẽrces crines, nodo viperino, q̄ ille solutos crines, in capite serpente circundato cõstrin- gerent. [Bistonides) .i. Thraces mulieres. Bistonis .n. Thracia di- *Bistonides* cta est, a Bistone rege, ut scr. Lact lib ij. The. [Cohors gigantum) Osiris, qui etiam Dion. dictus est (vt scr. Diod. lib. j.) Gigãtes deuicit, cum Ioui, Osiridiq., & Dijs bellum intulissent. [Leonis Vnguibus) Acron scribit, cum Dij bellum cum gigantibus gere- *Bacchi gigantis* rent Bacchũ in Leonẽ conuersum, occidisse gigantem, qđ hoc loco, & ipse Horat. indicat [Choreis aptior,) Ferunt Dionysiũ Se- *Dionysij forma* mele natum delitijs deditum fuisse molli corpore ac præ ceteris decoro, voluptatibus insuper Venereis indulgentem, in exercitu mulieꝝ copiã circũduxisse, armatã hastis, Thyrso inuolutis. auct. est Diod. lib. v. [Pacis eras, mediusq. belli) .i. tam pacis q̃ belli potens. Macr. lib. j. Sat scr. q̄ hinc Liber pater belloꝝ potens, pbatur, q̄ eum primum ediderunt auctorem triumphi. [Insons) In- *Bacchi cornua* nocens tibi .s. [Aureo Cornu decoꝝ,) Dr̃ Dionysius pp ingenij acumen. primus boues ad iugum iunxisse eorumq. opera, frugẽ iacta semina, reddidisse, qua exere, illum cum cornibus finxerũt. qđ Diod. lib. v. edocet. Festus vero ait: Cornua Liberi patris, simulacro adduntur, qm̃ inuentorẽ vini dñt, eo quod homines nimio vino, truces fiant. [Leniter) Suauiter. [Atterens) Per humũ *Liber penetrat ad inferos.* trahens. [Te vidit insons Cerberus) Liber inferos adijt, q a impetrarat ab Ioue, ut Semelem matrem inde reduceret quam, & reduxit. auct. in hoc est Hyg.

*ASCEN.* BAcchum in remotis) Hac Ode indicat à se visum Liberum pr̃em, in secretis nemoribus carmina docentẽ & quasi perturbatus his visis, exclamat, velut pñtiam numinis sentiẽs. Euę. Ordo est. Vidi Bacchũ docentẽ carmina, in remotis rupibus, & vidi nymphas discẽtes, & acutas aures capripedũ Satyroꝝ. [Capripedũ Satyroꝝ) Panas dixit, capraꝝ pedes hñtes. [Acutas) Et ad audiendũ, & ad ipsaꝝ aurium figurã. [Credite posteri) .i. etiã vos credite, q vẽturi estis, talia dicẽti. [Nymphas) Musas. nã qdã volunt ipm Solem ipsum Apollinẽ, ipm Dionysium. nã vt illi nouẽ sacratæ sunt Musæ, ita Soli nonẽ circuli, & Dionysio similiter chorus Bacchaꝝ. Modo tñ pro Musis Nymphas. Virg. Nymphæ nr̃ amor Libethrydes, aut mihi carmen Quale meo Codro, cõcedite. [Turbidũ) Turbida mens lætatur. [Parce graui metuẽde Thyrso.) Fronde, vt velut turbatã ostenderet mentem, putat sibi infesto Thyrso, Deũ imminere. Graui aũt dixit, pernicioso, ut ipse superius, Grauesq principũ amicitias. [Fas) Non signat nunc licet, sed possibile est. vult .n. probare, se Deo nõ indignũ esse, mysterijsq. eius, q̃ ad sacra eius pertinent, sufficere cantãdis. [Peruicaces) Proteruas. pp Bacchãtium discursus & saltus. [Thyadas,) Bacchas dixit, a sacrificio velut Theadas. Theon, Græci Deũ. ira & sacrificiũ vocauere. [Atque trũcis Lapsa cauis iterare) Ex integro cãtare & repetere, uel certe manere facere, vel iteꝝ tollere. Virg. Et duræ q̃rcus sudarunt rocida roscida mella Ideo aũt sacra cõmemorat poeta, q a in spelũcis, Dionysio, vino, & melle, & lacte sacrificabatur. [Beatæ cõiugis additũ Stellis honorẽ,) Ariadnem in honorẽ Dion. cõmectorat, inter sidera collocatam, quæ

coro-

corona dicitur data ardens à Vulcano. vt, Gnosiaq. ardentis decedat stella coronæ. [Tectaq. Penthei) In quibus Pentheus captiuum Liberum patrem, vinctum recluserat, ob q̃ causam Baccharum furore discerptus est. vel certe notatur fabula eius & Agaues matris. [Thracis & exitium Lycurgi) Lycurgum Legumlator, eum videret per vini temulentiam, in mores multa cõmitti, abscindi iussit vineta, pp hoc iracunda Dionysi, per furorẽ crura sua amputauit, & ideo ad laudem numinis, posuit sumptum de inimico supplicium. [Tu flectis) Domas, siue superas, tanq̃ eorũ cursus declinans, Aut quia gentes multas subegit, & per amnes voluit intelligi terras. Aut flectis, peragytas, quia & Dionysius Nili fontem, sicut Hercules quæsiuit. Aut vero quia vino eius, immiscentur aquæ, & ad suauiorẽ vsum flectitur. [Mare barbarum) Indicum, quia Indos Dionysius superauit. Barbarum aũt pro sæuo, ac violento, pp subitas tempestates. [Separatis in iugis) Secretis ac remotis. [Vuidus) Vino madidus [Bistonidum) Bistonides Thraces sunt mulieres, quæ in Liberi patris sacris bacchari consueuerant, angues gestantes in capite. [Sine fraude) Sine compositione, qui comi non poterant, vtpote viperini. [Rhetum retorsisti) Rhetum .n. gigantem, in Leonem conuersus, occiderat Dionysius. [Te vidit insons) Non semper sed tunc insons, cũ nocere non potuit. Horribiliq. mala maxilla metuendus. vt Virg. Malæ texere l.t.d.al. [Cornu decorũ) Libero cornua nonnulli assignãt qm̃ vinolentia proteruitatem, & contumaciam, consueuit augere. [Et recedentis) Ordo est: Et tetigit pedes, & crura recedẽtis. [Trilingui ore) Dicitur.n. Dionysius, & apud inferos regnasse, vt etiam ipsi, ita vt Dianæ, triplex daretur potestas.

POR. BAcchum in remotis) Hac Ode indicat à se visum Liberũ patrem, in nemoribus carmina docentẽ, & quasi pturbatus ijs q̃ audierat, exclamat. [Et aureis Capripedum Satyrorũ acutas.) Acutas Satyrorũ aures, non ad audiendum tm̃ referendas dixit. sed etiam ad figuram eorum, nam sic uidemus Satyros fingi, oblongas aures, acutasq. habentes. [Lætatur. euæ) Metuit trepidat. [Sacræ sagittæ) Perturbatum significat. & mira energia totus hic locus explicatur. Plenoq. Bacchi pectore turbidum. [Euę recenti mens trepidat metu: Plenoq. pectore &c.) Et est bonus sensus, viso.n. Deo, quis non perturbetur, licet gaudeat? Et bene repetitum Euę, quasi incitamenta mentis, ad hanc exclamationẽ instigante. [Parce Liber, Parce graui metuende Thyrso.) Bene hæc dñr ab eo qui per ipsam mentis perturbationem, putet sibi infesto Thyrso, Deũ imminere. [Fas peruicaces est mihi Thyadas) Fas est, nunc nõ sigñat licet, sed possibile, vult.n. probare se deo non indignũ esse, mysterijs eius, cũ sufficiat cantandis his, q̃ ad sacra eius pertineãt. [Iterare mella) Ex integro cantare, ac repetere fas est. [Et beatæ coniugis additum Stellis) Ariadnes coronam sigñat, quam Liber inter sidera collocauit. Pentheũ victũ recluserat, q ob hanc causam fulmine ictus est. [Exitiũ Lycurgi) Hic ꝙ vires excidisset furore sibi a Libero iniecto, crura sibi falce amputauit. [Tu mare Barbarum) Barbarum pro sæuo, ac violento, pp subiecta tempestates dixit, flectis aũt ex superiore hic quoque audiendo. [Vuidus in iugis) Madidus.s. pp vinum. [Nodo coërces viperino Bistonidum sine fraude crines:) Bistonides Thraces sunt, q̃ in sacris Liberis pr̃is, crinibus solutis versantur angues & in capite, & in manibus gestant [Sine fraude) Aut sine noxa, aut sine iniuria intelligendum. [Tu flectis amnes) Pro eo, qd' est domas, positum est, tanq̃ decursus eorum declinet, quo velit. an quia multas terras subegit, an vero quia muneri eius miscentur, & in suauiorem vsum flectuntur? [Tu separatis vuidus in iugis) Separatis, secretis, ac remotis nunc sigñat. [Rhetũ retorsisti leonis Vnguibus, horribiliq. mala) Sic dr̃ illud apud Virg. Maculis quem Thracius albis, Portat equus, bicolor maculis. [Sed idẽ Pacis eras, mediusq. belli.) Hoc est tã belli, q̃ pacis potens. [Te vidit insons Cerberus) Nõ semper insons, sed tibi insons.i. qui nocere non potuit. [Aureo cornu decorũ) Cornua Libero patri & nonnullis alijs assignantur, qm̃ .s. vinolentia proteruitatẽ, & cõtum iciã addere solet, q̃ per cornua sigñatur. [Leniter atterẽs Caudã,) Suauiter, vt solent dñis canes facere blãdientes.

ASCEN. BAcchum) Vt Mancin. inquit, hoc carmine celebrat, forte ꝙ in eius tutela ẽt poëtæ sunt. vnde poëtico quodam furore, dum hæc scriberet, pcitus vr̃. Est aũt ordo. Ego vidi Bacchum docentem in remotis rupibus carmina, quod quia vero simile non est, addit per parenthesim. [O posteri) .i. qui post me futuri estis, credite.s. id verum esse. [Et vidi nymphas discenteis, & aureis Satyrorũ Capripedum) .i. caprinos pedes habentium. [Acutas) .i. arrectas, quo situ acutiores sunt q̃ demissæ. [Euæ) Quæ Bacchantium vox est. [Mens trepidat metu recenti,) q. d. quem paullo ante hac habuit. [Et lætatur) .i. mens. [Turbidum) .i. turbide, videlicet pectore existente pleno Bacchi. [Euę Liber) .i. Bacche pater, qui & Liber diceris. [Parce) s. mihi. Nam qui sentiunt se a numine inuadi, excutere moliuntur parce, inquit, ò tu Liber metuende. [Thyrso) .i. hasta pampinis inuoluta. [Graui) Vt quo furorem Iactum incutit. [Fas peruicaces,) Quasi Bacchi numine victus, sigñat se non indignum qui vel Bacchum viderit, aut eius præconia celebret, dicens. [Fas) Sup. est.i. (ẽm Porphyrionem, & Acronem) possibile, sed rectius Mancin. vult, vt sit licitum & permissum est mihi. [Cantare Thyadas) .i. Bacchas, hoc est Bacchi sacrificulas. [Peruicaces) .i. peruicaciter discurrentes, dum bacchantur. [Et fontem vini) A Baccho inuenti. [Et vberes riuos lactis) Quo Baccho quidam sacrificare solebant. [Atque iterare mella lapsa truncis) .s. arborum in quibus apes examina, & fauns condunt. [Cauis) .i. cauatis, quibus aut mulsum, aut sacrificium Baccho fit. [Et fas est mihi cantare honorem) .i. munus honorificum .s. coronam auream. [Coniugis) .s. Ariadnes. [Beatæ) ꝙ tali munere donata erat. [Additum stellis) .i. translatum in sidera. & fas est iterare. [Tecta Penthei) Regis Thebarum, disiecta non leui, immo grauissima ruina, quia mater eius Agaue, ipsum pro vitulo obtruncauit. [Et exitium Lycurgi) .s. regis Thracis, qui sibi crura incidit, volens uites interfecare. [Tu flectis) .i. domas. [Amnes) .i. minus atroces populos, nisi id dicit, quia vino temperantur aquæ in potum, vnde est illud Maronis, Poculaq. inuentis Acheloia miscuit vuis. [Et flectis mare barbarum) .i. barbaras nationes, Indos. [Tu vuidus) .i. vino irrigatus. [In iugis separatis) .i. solitarijs. [Coërces) .i. colligas, & irretis. [Crines Bistonidum) .i. mulierum Thraciæ. [Sine fraude) .i sine læsione [Nodo viperino) .i. viperis in nodum complicatis. [Tu retorsisti vnguibus leonis) In quem te cõuertisti in bello gigãteo. [Et horribili mala) .i. maxilla leonis. [Rhetum) .i. gigantẽ illum cum impia cohors gigantum scanderet per arduum .i per difficile iter, aut arduos montes. [Regna) .i. in regna Iouis, hoc est in cœlum, retorsisti dicit, q̃q̃ aptior choreis. [Et dictus) .i. addictus iocis, & ludo. [Ferebaris) .i. existimabaris, non sat idoneus pugnæ. Sed tu idem eras. [Medius) .i. mediator pacis & belli utrique .s. cõmodus, & vtriusque potens. [Cerberus) Canis ille infernalis. [Insons) .i. non nocens tibi. [Vidit te decorum cornu aureo) Cũ .s. ad Inferos descenderes quasi cornu illud pro aureo ramo portarit. [Atterens leuiter caudam) Vt faciunt canes blandiri uolentes. [Et tetigit ore trilingui) .i. triplici lingua lingens. [Pedes & crura) .s. tua. [Recedentis) .i. cum recederes.

## AD MOECENATEM.

*Vaticinatur carminum suorum immortalitatem, dum in cygnũ trãsformatum iri se, & per totũ orbem violaturum ostendit, neque vllã tantum desertam, tamq; incultam regionem inquam non penetrabit nominis sui memoria, quare non opus illi post mortem luctu, & eiusmodi pompis.*

### *Ode XX. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Vides, Vt alta Stet niue candidum.*

∴ ∴

--u---uu-uu
--u---uu-uu
--u---u-u
-uu-uu-u--



NON vsitata, nec tenui ferar
Penna biformis per liquidum æthera
Vates: neque in terris morabor
Longius: inuidiaq. maior
Vrbeis relinquam. non ego pauperum
Sanguis parentũ, non ego, quẽ vocas,
Dilecte Mœcenas obibo:
Nec Stygia cohibebor vnda.
Iam iam residunt cruribus asperæ
Pelles: & album mutor in alitem
Superna: nascunturq. leues
Per digitos, humerosq. plumæ.
Iam Dædaleo ocyor Icaro,

Visam

Visam gementis littora Bosphori,
Syrtesq. Getulas canorus
Ales Hyperboreosq́. campos
Me Colchus, & qui dissimulat melum
Marsæ, cohortis Dacus, & vltimi
Noscent Geloni, me peritus
Discet Iber, Rhodaniq́. potor.
Absint inani funere næniæ
Luctusq́. turpes, & querimoniæ
Compesce clamorem, ac sepulcri
Mitte superuacuos honores.

ANTO NON vsitata) Hac Ode ostendit se verti in Cygnum auem canoram, suaq. carmina, totum orbē aditura. renuit itaque nænias, & funeris laudes, superuacuosq́. sepulcri honores. eius .n. carmina, perpetuam sibi laudem, & memoriam præbebunt, hinc immortalis erit. Est autem ordo: Vates ego biformis, ferar per liquidum æthera, peana non vsitata, nec tenui. [Non vsitata penna) Non .n. volauerat prius. per id aūt, eius famam intelligit. Vel non vsitata penna .i. lyricis versibus, quibus adhuc Latini vsi non fuerant, vti & ipse. [Nec tenui penna) .i. nec tenui fama, vel nec tenui, & humili carmine. [Biformis vates:) Vel quia lyrica scripsit, & hexametra, vel quia homo erat, & nunc cygnus. [Neque in terris morabor) Hoc ait, quia dixerat: Ferat, per liquidum æthera. [Inuidiaq. maior) Semper quippe maioribus inuidetur hinc inuidi, minoris sunt conditionis. [Non ego pauperum) Ostendit se nullo pacto mortalem fore. Est autem ordo. Non obibo ego sanguis pauperum parentum. Nō obibo ego, quem tu Mœcenas vocas dilecte. potes & dilecte Mœcenas dicere. [Cohibebor) Coërcebor. vt alij quoq; nulla fama superstes. [Residunt) Herescunt. [Asperæ) Quales.s. cygnorum sunt. [Mutor in alitem) Se in cygnum mutari dicit, non ab re. bonus .n. poëta cygno canoro comparatur, sicut malus, anseri obstrepenti. [Superne) i. in parte superiori, sicut.n. crura, sic manus, & humeri, pēnis velabantur. est aūt periphrasis alarum. [Dædaleo ocyor Icaro) Hic nulla fit synalœpha. tradunt aūt fabulæ Dædalum, & Icarum fabricatis alis euolasse, Icarum cecidisse solutis alis calore Solis. de quo lege in Iuuen. Sat. j. latius. [Ocyor) Per id indicat se non casurum, vt Icarus cecidit. [Visam) Innuit se totum orbem suis carminibus aditurum. [Gementis) Insonantis, & frementis. [Bosphori) Angusti maris, apud Thraciam. lege latius Ode xiij. huius libri. Strab. lib. xij. scribit Bosphorum esse apud Byzantium, mare angustum. [Syrtes Getulas) Loca sunt periculosissima, in mari Lybico. de qui-
Getuli bus latius in Epo ' ix. Getuli autem, natio frequens, & multiplex, iuxta Lybicum mare est, vt docet Mela. [Canorus ales) Cy-
Hyperborei gnus intelligitur. [Hyperboreos campos) Hyperborei, incolūt vltra Aquilonem, teste Solino. apud eos mundi cardines esse cre-
Colchi. dunt. de quibus latius diximus lib. ij. Georg. [Colchus) Colchica regio, & Iberia, sibi coniunctæ sunt, in Ponto prouincia ad Septentrionem. de quibus Ptolemæus lib. v. [Marsæ cohortis) .i.
Daci. Itali exercitus. [Dacus) Diuiduntur Daci, à Germanis, Danubio, vt scribit Tacitus, de quibus late Strab. lib vij. [Geloni vltimi) Hi populi sunt in Scythia. de quibus latius Ode x. huius libri. [Iber
Iberia. Hispānia. peritus) Iberia, & Hispania, eadem dicitur. vt scribit Str. lib. iij. A priscis autem vocabatur Iberia, tractus vniuersus, extra Rhodanum. Iustinus item libro vlt. scribit, Hispaniam veteres ab Ibero amne, Iberiam primum, postea ab Hispalo, Hispaniam cognominauisse. Præterea Iber Iberis gentile nomen est, sint etiā Iberes gens ab Iberis profecta, qui ultra Armeniam habitant. Lucan. lib. vj. etiam ait: Sit tibi durus Iber, aut si tibi terga dedisset. Prisc. lib. vj. id scribit. de Iberia autem, iuncta Colchis,
Rhodanus multa Strab. lib xj. [Rhodaniq. potor.) Rhodanus ingens fluuius est in Gallia, apud Lugdunum vbi Arar Rhodano cōmiscetur. de quo multa Str. lib. iij. [Inani funere) Nihil mortuo profuturo [Næniæ) Est nænia cantus lugubris, & laus in funere honoratorum virorum. latius dictum est Ode j. huius libri. [Turpes) Turpitudinem inferentes. [Mitte) Dimitte. [Superuacuos honores.) Eius.n. carmina, sibi honori accedent, hinc superuacui esse videntur ei, honores sepulcri.

ACR. NOn vsitata, nec tenui ferat Penna) Allegoricos significat se in cygni figuram mutandum, & carmina sua, totū orbem impletura, vnde & se immortalem futurum promittit. auis.n. in quam se transfigurandum dicit, canora est, vt pote merito conueniat, & Apollini consecrata. Non vsitata autem, ppea, quia non vulgaria, nec cōia scripsit. Ordo est. Ego biformis vates, ferar per liquidum æthera non vsitata, nec tenui pēna. [Inuidiaq. maior) Ego qui maior sum inuidia, relinquam vrbes. Inuidia .n. maiorem se dicit, quia maioribus inuidetur. [Non ego pauperum) .i. non ero ignobilis, qui putor humilibus parentibus natus. [Non ego quem vocas) Ordo est: Mœcenas nō obibo ego quem vocas dilecte, nec cohibeor stygia vnda. Significat carmina nō obire, per quæ æternitatem ipse meteatur. [Iamiam residunt) Iam se dicit in formam cygni transire. [Syrtesq. Getulas) Libycas. Virg. Nunc promitte vires, Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus vsi. [Visam gementis littora Bosphori) Toto orbe se vulgandum promittit, vt etiam perueniat ad barbaras nationes. nam per cōmemorationem gentium, omnes terrę partes designat. [Hyperboreas campos) Thracios. Hi ultra Aquilonis flatus, Septentrioni subiacent. vt est, Quin & Hyperboreo septem subiecta trioni, Gens effrena virum. [Marsæ cohortis) Pro Italiæ militibus, dixit, vt ostenderet solos Romanos Dacis esse terrori. [Rhodaniq. potor) Hispani & Galli. [Næniæ) Carmen funebre. [Luctusq. turpes) Propter habitum lugentium dixit. [Superuacuos honores) Superuacue .n. honorari mortuos, multi dixerūt, maxime Horatius, qui immortalitatem se videri vult, per carmina consecuturum, nam & Virg. Vano & mœsti comitamur honore.

NOn vsitata, nec tenui ferar Penna) Poëtice significat se in cygni formam transiturum, & dulcedine cantus totū orbem impleturum. [Non vsitata,) Hoc est non vulgari, nec.n. vulgaria scribit. [Biformis) Biformem aūt se dicit, quod & lyrica scribat & hexametro. [Non ego paupeR Sanguis parentum,) Hoc est non ego ignobilis, quem putatis humilibus parētum natum. [Non ego, quē vocas dilecte, Mœcenas obibo) Negat se obiturum. quod p allegoriam intelligi vult carmina sua, semper floritura. [Iamiam residunt cruribus asperæ) Iam dicit se in cygnum transfigurari. [Iam Dædaleo ocyor Icaro: Visam gementis littora Bosphori) Hoc significat carmina sua, ad extrema vsque orbis terrarum, & barbaras etiam gentes, peruentura. Gementis autem Bosphori. hoc est per strepentis, ac sonantis. [Hyperboreosq. campos) Qui vltra flatus Aquilonis, Septentrioni subiacent. [Et qui dissimulat metum) Marsæ cohortis Dacus, [Italorum militum accipe) Marsi .n. Itali sunt. [Absint inani fuere næniæ) Nęniæ .n. sunt cantus funerum. [Luctusq. turpes) Turpem autem ipsum luctum ait. [Ac sepulchri Mitte superuacuos honores.) Superuacua est.n sepultura eis, qui immortalitatem videntur per carmina consequi. POR.

NOn vsitata) Bene de fiducia quadam sperans poëta, fingit se in Cygnum verti, & perpetuo volaturum, per ora virum omnibusq. mundi oris, celebrem futurum ideoq. pro eius transitu, nullum fore locum luctui, aut nænijs. Ordo est. Ego vates.i. diuinus poëta, ferar biformis i. duplici forma, vt hominis, & cygni præditus, per æthera liquidum.i. aërem purum, pēna non vsitata, nec tenui.i. nō modicis alis, hoc est egregia fama, neque morabor.i. detinebor, longius.i. diutius (a longum) in terris .i. in sepulcro & ego maior inuidia .i. per inuidiam aut certe quam sit inuidia, quia inuidiam gloriam superauero, relinquam vrbes .s. æthera petens. O Mœcenas ego quem vocas.i. vocando dicis dilecte. Vt in Euangelio: Vocatis me magister & dñe &c. non obibo sanguis.i. vt sanguis .i. progenies pauperum parentū, aut sic: Ego sanguis.i. licet sanguis pauperum parentum, quia libertino patre natus, non tamen obibo .i. interibo, nec cohibebor vnda stygia, id est apud inferos. Iamiam, id est in hac hora, pelles asperæ, quales sunt cygnorum, residunt, id est hærescunt, cruribus, scilicet meis & mutor superne in alitem album, id est cygnum: & ego ocyor, id est celerior. Icaro Dædalo, id est Dædali filio visam, id est visum ibo: iam littora Bosphori, scilicet Cimmerij, aut Thracij: gementis, scilicet fluctibus collisis in angustia, & visam existens ales canorus, quia Cygnus, Syrtes Getulas, id est quæ sunt in Getulia: & campos Hyperboreos, qui sunt vltra Aquilonem, vbi sunt mundi cardines. Colchus, id est populus Colchicæ regionis in Ponto: & Dacus populus Danubio a Germanis distinctus, qui dissimulat metum cohortis Marsæ, id est bellicosissimi populi Italię, id est qui licet timet, dissimulat tamen sæpe rebellans. vnde est illud Maronis: Et coniurato descendit Dacus ab Istro. & Geloni vltimi, scilicet in Scythia degentes. noscent me .i. carmina mea, aut me propter carmina & Iber: populus Hispaniæ, peritus, scilicet literarum & armorum, sed potius literarum, quia armorum periti poë- ASCEN.

tas

tas non legunt & potor Rhodani .i. Gallus Lugdunensis, etiam peritus literarum, quia illic solebant esse rhetorum certamina. vnde est illud Iuuen. Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad arā. Et ideo ò Mœcenas absint næniæ .i. lugubres cantus, funere inani.i.nihil defunctus (quod & Augustinus de Pompa funebri sentit) sed forte viuis qualecunque solatium allaturo, & luctus, & querimoniæ turpes .s. viris. Et ò Mœcenas compesce clamorem .s. populi, ac mitte .i. omitte, superuacuos .i. superfluos, honores sepulcri .i. ad pompam funebrem pertinentes, quia sine illis poëta se satis honoratum, & clarum futurum confidit, cum non moriturus, sed transmutandus in Cygnum sit. Et hæc in secundum Librum.

# Q. HORATII FLACCI CARMINVM LIBER III.



VARIA ESSE HOMINVM INGENIA, VARIASQVE FORTVNAS.

*Hæc Ode, quæ proœmij vice in sequentem librum esse possit sanctissimis præceptis teneram ætatem imbuit. Nam cum inquit, variæ sunt hominum conditiones, alij alijs studijs, sed omnes ad felicitatem contendant, & æqua sit omnibus mortis conditio priuati nihilo sunt feliciores satrapæ, quamlibet laute pascantur felicitatem non in eiusmodi sitam, sed in securitate & animi tranquillitate, quæ plerunque mediocrium fortunam comitatur, extremæ potentium non ita, neque prodesse, quòd in mari ædificent, quo æque ascendunt curæ, demum ait, si purpuræ & vestes splēdidæ dolores nō pellunt, nō est quòd illas velit permutare cū fundo suo Sabino.*

*Ode I. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Vides, Vt alta stet niue candidum.*

--u---uu-uu
--u---uu-uu ∴
--u---u--
-uu-uu-u--



Di profanum vulgus: & arceo.
Fauete linguis. carmina non prius
Audita, Musarum sacerdos,
Virginibus; puerisq. canto.
Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Iouis,
Clari giganteo triumpho,
Cuncta supercilio mouentis.
Est, vt viro vir latius ordinet
Arbusta sulcis: hic generosior
Descendat in campum petitor:
Moribus hic, meliorq. fama
Contendat: illi turba clientium
Sit maior. æqua lege necessitas
Sortitur insigneis, & imos:
Omne capax mouet vna nomen.
Districtus ensis cui super impia
Ceruice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborarunt saporem
Non auium, cytharæq. cantus
Somnum reducent. somnus agrestium
Lenis virorum non humileis domos
Fastidit, vmbrosamq. ripam,
Non zephyris agitata tempe.
Desiderantem quod satis est, neque
Tumultuosum sollicitat mare,
Nec sæuus arcturi cadentis
Impetus, aut orientis hœdi,
Non verberatæ grandine vineæ,
Fundusq. mendax, arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sidera, nunc hyemes iniquas.
Contracta pisces æquora sentiunt,
Iactis in altum molibus. huc frequens
Cementa demittit redemptor
Cum famulis, dominusq. terræ
Fastidiosus. sed timor, & minæ
Scandunt eodem, quo dominus: neque
Decedit ærata triremi: &
Post equitem sedet atra cura.
Quod si dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum sidere clarior
Delenit vsus, nec Falernæ
Vitis, Achæmeniumq. costum:
Cur inuidendis postibus, & nouo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur valle permutem Sabina
Diuitias operosiores?



Di profanum) Tertij voluminis hac Ode prima edocet reges dominari alijs, regibus vero Iouem cūcti ergo homines metuunt: illi reges, isti numina. ostendit postea varia esse hominum ministeria, variasq. fortunas, & gradus, vnam tamē esse mortis conditionem ostendit item diuites non ocio, non somno, frui. pauperes vero his omnibus gaudere. in auaros inde inuehitur, qui non contenti terrestribus ædificijs, in mari etiā ædificabant. Ait demum, si dolor non domibus ornatissimis, nec purpureis vestibus tollitur, non optimo vino, non odoribus summis, cur ipse velit talia exoptare? cur itē Sabinā vallē diuitijs maximis pmutare, vbi quidē securā vitā agebat? Dicit aūt se hr̄e odio indoctos, se tanq. Musa℞ sacerdos, cantaturū carmina pueris & virginibus. hinc linguis fauere debent .i. bona fari, vel silere. [Profanū).i. indoctum, & sacris Musa℞, nō initiatum, profani.n. dicebantur, sacris non initiati, qui Fanum intrare non poterant. [Fauete linguis) Fauere, inq̄t Festus, est bona fari. At veteres poëtæ pro silere, vsi sunt fauete. Erat aūt sacerdotum verbū, in sacris, quo silentium imperabatur, vt rite sacra peragerētur, nulla voce mala obstrepente, vel vt bona verba dicerent. hinc Tibullus ait: Dicamus bona verba, venit natalis ad aras. Quisquis ades lingua vir mulierq. faue. Plura tn̄ diximus ēt ex Cic. in Iuu. Sat. xij. ibi: ANTO.

Ite igitur pueri,linguis,animisq. fauentes.[Nō prius Audita,)
Quippe ipse lyrica primus Romanoꝝ scr.cōmendanda quidem.
[Musaꝝ sacerdos,) Musaꝝ ministri, sunt eruditi oēs, proprieq́.
musici. Apollinis vero sunt & isti,& vates vniuersi, vt inqt Strab.
lib.x.[Virginibus; puerisq. cantó.) Vt.s.in tenella ætate virtutis
iter arripiant.[Regū timendoꝝ)Ordo est : Imperium regum ti-
mendoꝝ est,in ꝑprios greges,imperium Iouis,est in ipsos reges.
[Gigāteo triūpho clari)Multo magis igitur timēdus est ab regi-
bus,& hominibus ipsis Macr.lib j. Sat. vbi de Hercule meminit,
Ita scribit : Gigantes aūt quid aliud fuisse credēdum est q̃ hoīum
quandā impiam gentē deos negantē,& ideo existimarā deos pel-
lere,de cœlesti sede,voluisse.[Supercilio).i.ipso nutu.Virg.lib.x.
Æn.de Ioue inqt. Annuit,& totū nutu tremefecit Olympū [Est,
vt viro vir)Ordo talis erit : Est vt vir latius, viro ordinet arbusta
sulcis,hoc est accidit vt alius alio,plura in agricultura possideat.
Varia quippe hic hoīum ministeria narrat,variasq. fortunas. A-
lius.n.agricola,alio ditior est. Alius generosus,cum ignobili, sed
bono viro,contendit de magistratu. Illiq. turba clientum maior
est. Tn̄ mors omnibus æqua est. vnde summos,& infimos attra-
hit.[Arbusta)Arbores dn̄r vitibus cōnexæ, item loca arboribus,
ac vitibus consita.[In cāpum).s.Martium tpe Comitioꝝ. [Pett
tor).s.magistratus alicuius.Contendat.s.cū illo generosiore. [Il
li) s.ditiori alicui. Aliquis n.gn̄e,aliquis virtute,aliquis gaza pol
lebat.[Necessitas).i.ipsa mors.[Oē nomen) Et insignium & in-
fimoꝝ.[Vrna)Dn̄t.n. sorte quadā mori hoies.[Districtus ensis)
Ordo est Siculæ dapes non elaborabant dulcem saporem,illi cui
sup impia ceruice pendet districtus ensis. [Districtus ensis) Allu
sio est ad exemplum illud Dionysij,Syracusanoꝝ tyrāni.Nam cū
Democl. quidam ex eius assentatoribus Democles cōmemoraret sermo-
prandiū ne copias eius,opes,maiestatem,dñatus, reꝝ abundantiam, ma-
gnificentiam ædium regiaꝝ, negaretq. vnq̃ beatiorem quenquā
fuisse : Vis ne igitur,inqt,ò Democle,qm̄ hæc te vita delectat,ip-
se eandem degustare,& fortunā experiri meam? Cum se ille cu-
pere dixisset,collocari iussit hoiem in aureo lecto,strato pulcher
rimo textili stragulo,magnificis operibus picto, abacosq. q̃ plu-
res,ornauit argento,auroq. cælato. Tum ad mensam, eximia for
ma pueros delectos,iussit consistere, eosq. ad nutum illius intuē
tis esse aderant,vnguenta coronæ,incendebantur odores. Mēsæ
conquisitissimis epulis extruebantur. Fortunatus sibi Democles
videbatur, in hoc medio apparatu, fulgentem gladium è lacuna-
ri,seta equina appensum demitti iussit,vt impenderet illius bea-
ti ceruicibus, itaque nec pulchros illos administratores aspicie-
bat,nec plenum artis argentum,nec manum porrigebat in men-
sam,iam ipsæ defluebant coronæ. Denique exorauit tyrānum,vt
abire liceret,quam beatus nollet esse. Satis ne vr̄ declarasse Dio
nysius,nihil esse ei beatū, cui semp aliqs terror impendeat? hæc
oia ex lib. vlt Tusc. quæst. Cicer. Impia ceruice .i. crudeli,& ty-
rannica,qualis fuit Dion. [Siculæ dapes) Quæ amplissimi para-
Augusti tæ fuerunt Democli.[Non auium &c.) Tranquillus de Augusto
somnus. scribit,ꝙ non amplius septem horas dormiebat, ac ne eas quidē
continuas,sed vt illo tpis spatio ter,aut quater expergisceretur,
si interruptum somnum recuperare (vt euenit) non poterat le-
ctoribus,aut fabulatoribus accersitis, resumebat, producebatq́.
vltra prima sæpe lucem. Cui tn̄ timor imminet, nullo pacto so-
mnus reducitur.[Tempe) Loca amœnissima sunt,in Thessalia ꝑ
quæ labitur Peneus fluuius,de quibus late superius. [Desideran
tem quod satis est)Ostendit mediocritate gaudentem,carere an
Arctur. xietate,timore,& cura [Arcturi cadētis) Arcturus stella est,quæ
Vrsæ cauda interpretatur. Plaut.in Rud.introducit Arcturum sic
loqui incterpui hybernum,& fluctus moui maritimos. nam Ar-
cturus signum suum omnium acerrimum vehemens suum exo-
tiens, cum occido vehementior, occidit aūt sæpius, vt ostendit
Hœdi Plin. & Col. & nos late lib. j. Georg. [Orientis hœdi,) Hœdis,
stellæ. sunt duæ stellæ. Oriuntur aūt (vt scribit Col lib.xij.) v.cal.Oct.
Fauonius fiat nōnunq̃,Auster est cum pluuia.Oriuntur item pri
die nonas Octobris.Plin.lib.xviij.scribit,hœdos oriri iij.calend.
Octob. horum exortus tempestates inducunt, ut idem inquit
lib. ij. Manilius quoque lib. j. inquit, Tum subeunt hœdi, clau-
dentes sidere pontum. Mendas non .n. fructus produxerat, vti
debebat.[Torrentia) Desiccantia. [Contracta)Ostendit cupi-
dos non contentos ædificijs terrestribus, ēt in mari ædificare,
quo ēt curæ accedunt,nisi relinquerint penitus infinitam haben-
di sitim.[Cæmenta) A cædendo cæsuræ lapidum dn̄r. sunt qui di
cant cæmenta esse ipsa fundamenta, vel res ipsas necessarias, ad
Cæmēta fabricam [Cæmenta) Lapides non magni modi quibus ædificia
consurgunt,vt inquit Nonius. [Frequens redemptur) Et dn̄s fa-
stidiosus terræ,cum famulis &c.[Frequens redemptor) .i.archi-
tectus aliquis & susceptor fabricæ. is .n. à primo tpe,videtur re-
dimere,cum aliquid ædificandum conducit.[Fastidiosus) Erat.n.
fastidio sibi in terra tm̄ hr̄e prætoria,& ædificia nisi in mari quo-
que habuisset.Potes etiam dicere,fastidiosus timor, supertoti tū
melius iungitur.[Sed timor, & minæ) Ode ēt in superiori xvj.
ait,Patriæ quis exul se quoque fugit? Scandit æratas vitiosa na-
ues Cura,nec turmas equitum relinquit, Ocyor ceruis,& agen
te nimbos Ocyor euro.[Post equitem).i.post eius terga,in cu-
nibus equi. [Quod si dolentem) Ostendit si diuitiæ multæ,non
pellunt dolores,& molestias se nolle permutare cum diuitijs, ēt
maximis Sabinam vallem, vbi quidem securam vitam agebat.
[Phrygius lapis) Plin.lib. xxxvj. sic,Phrygius lapis,gentis nomē Phryg.
habet. Est autem gleba pumicosa,vritur ante vino perfusus, fla- lapis.
turq. follibus donec rufescat, ac rursus dulci vino restinguitur,
& hoc trinis vicibus,tinguendis vestibus tm̄ vtilis. Hæc ille. Ho
ratius ergo,de hoc lapide ad tinguendas vestes intelligit, cum di
cat quoque Nec purpurarum &c.[Delinit) Placat,mitigat.[Co Costum.
stum) Radix costi, gustu feruens est, odore eximio, frutice aliat
inutili,primo statim introitu, amnis Indi,in Patale insula. Plin.
lib.xij.scr.[Achæmenium costum).i.Persicum vnguentum. Nā
(vt scribit Plin. lib.xiij.) Persarum esse debet gentis vnguentum,
sed Parthi madent eo. Achæmenes autem fuit primus Persarum
rex,vti & superius ostendimus,ex Herod. [Operosiores) .i.ma-
gna opera,& labore,acquisitas.

ODi profanum) Hæc vox in sacrificijs frequētabatur, qua ACR.
significarent, vt bona omnia hr̄entur. quod opportune
hic poēta posuit,qui sacerdotem Musaꝝ se dicturus erat
inferius vt ꝑdicendo profanos, sacroꝝ se meminisse monstraret.
Virg. Procul ò procul esse profani. Profani dicebantur,sacris nō
initiati,qui Fanum intrare non poterant. Hic tn̄ per allegoriam,
profanos imperitos dixit, qui merito doctis,exosi sunt. [Odi)
Modo præsentis est tpis,aliqn̄ tn̄ pro præterito ponitur.[Faue-
te)Siletæ modo. Sic.n.Seru.in v. Æn.exponit,vbi dicit Virg.Ore
fauete o. & c. t. r. Ore fauete,apto sermone vsus est,& sacrificio
& ludis nam in sacris taciturnitas, in ludis necessarius fauor est,
fauet aūt ore,etiam quis per taciturnitatem. Horat. Fauete lin-
guis. [Carmina non prius Audita, Musarum sacerdos,) Ordo
est : Ego sacerdos Musaꝝ, canto virginibus, & pueris, carmina
non prius audita,à Romanis.s quāuis Liuius lyrica carmina an-
te Horat. scripserit,vt illa non ad plenum,& exacte facta mōstra
ret. Canto promittit se carmen ꝑditurum quod teneras ætates
ad vtilia instituat, quibus ad vitam beatam, peruenire possint.
[Regum timendoꝝ) Ordo : Imperium regum timendoꝝ, est in
proprios greges. Imperium Iouis clari giganteo triumpho cun-
cta mouentis supercilio,est in ipsos reges,vnde & Virg. O pr,ò
hominum diuumq. æterna potestas. Vt philosophice ostendat,
neminem hoīum esse,a metu immunem, oēsq́. vindictæ numinū
subiacere.[Cuncta supercilio mouentis) Virg. Annuit & totum
nutu tremefecit Olympum.[Latius ordinet) Digerat in ordinē,
vinearum,satorem dicit.[Hic generosior Descendat)In campo
.n. Martio, Comitia erant P. R. & ibi descendebant qui honorē
petere uoluissent.[Contendat) Nōnulli aūt distinguunt, aut hic
melior fama,& moribus contendat,cum supradicto.s. qui gene-
rosior petitor descendit in campum. potest autē & sic dici, Hic
contendat .i. viuat melior fama & moribus,vt ostendat varios a-
ctus hoium,vna necessitate perire. [Necessitas) .i. mors, & per
hoc ostendit studia quidem diuersa esse hoībus,ad moꝝ & hono-
rum gradus,cōditionē tn̄ mortalitatis,vnam esse. [Omne capax
mouet vrnā nomen) Aut qa in vrna hoīum noīa. qui honores pe
tebant,mitti consueuerant, vt qui sorte egressi fuissent. de ipsis
indicaretur,aut s̄m opinionem illam vulgarem qua affirmabant
sorte singulos ad Orco ad mortem trahi. vt est : Et vana versat
in vrna. Mouet aūt.i voluit ad sortiendum Fatum. [Cui super)
Desuper. vt,Ligna super foco. & per allegoriam, significat ne-
minem delitiose & libenter viuere sub metu,& sumpsit exemplū
à Dion Siculorum tyranno magnæ sæuitiæ, cuius dum potentia
& copiæ a Diogene quodam philosopho laudarentur, quod ad
luxum ei cuncta suppeterent rogato eodem philosopho ad pran
dium,districtum gladium super ipsum tyrannus à culmine iussit
ligatum seta pendere. quo metu perculsus philosophus,regali-
bus, & apparatis copijs, vti non potuit. Tunc Dionys. timenti
respondit, Hoc modo tyrannos viuere, & intersumos appara-
tus imminentibus vrgeri periculis. [Non auium, cytharæque
cantus) Propter illos Siculorum reges, qui aut pro solicitudi-
ne,aut pro delitijs sine auium cantu, & sine cytharæ sono, dor-
mire non poterant. [Somnus agrestium Lenis uirorum) Al-
tus,quo rustici aut lassitudine laboris utuntur, aut animi securi-
tate.

tate. Virg. At secura quies, & ordo est: Lenis somnus, agrestium virorum, non fastidit humiles domos, & vmbrosam ripã, & non fastidit desiderantem, quod satis est. [Tempe) Loca nemorosa & amœna ruris. [Quod satis est) Quod sufficit ad victum, cultumq. agri, non ad ambitum diuitiarum. Hic aũt conuertenda est oratio, vt tumultuosum mare, & sæuus impetus cadentis Arcturi aut orientis Hœdi non solicitat somnum &c. similia. [Aut hœdi cadentis & orientis) Qui aut in ortu, aut in occasu faciunt tempestates. vt, Præterea tam sunt arcturi sidera nobis Hœdorumq. d.s. & l.a. Et alibi, Pluuialibus hœdis. [Fundusq. mẽdax,) Quia agricolæ spem nihil ferendo deceperit. Ordo est: Et nõ solicitat fundus mendax, arbore culpante nunc aquas, nunc sidera torrentia agros, nunc iniquas.i.nimias & graues hyemes. [Arbore) Quæ florum vbertatem non perferat ad fructum pomoꝝ, vt Virg. cum de fructifera loquitur: Quotq. in flore nouo pomis se fertilis arbos. Induerat totidem Autumno matura tenebat. [Contracta pisces æquora sentiunt,) Bene dixit pisces, non belluas, vt augeret breuitatem angustiati maris, quam exiguitas tanta sentiret. [Iactis in altum molibus.) Verbo ipso vsus est, fabricantiũ. Iaci.n.in mare moles dñr, quoties excluditur aqua. [Cementa) Fundamenta vbi ædificium consistit. [Redemptor) Fabricæ susceptor. aut certe qui redimat terras cum famulis, & easdẽ fastidit, maria struens. Ordo est. Frequens redemptor & dñs fastidiosus terræ, cum famulis demittit huc cementa. [Sed timor & minæ) Scandunt eodem ad illa retulit, quæ beatam vitam adimãt ostendens nec mari, nec terra, quenq̃ posse auaritiæ, aut animi sui vitia effugere. [Post equitem sedet, atra cura) .i. quocunque ierit auarus, siue in mare, siue in aëre, siue per terram, semper illũ sequetur atra cura. [Quod si dolentem) Superfluum dicit ambitum fabricandi, & diuitiarum appetitum, dum dolores, & mœrorem auferre non possunt. [Nec Phrygius lapis) Synadicus, in Synada.n. Phrygiæ ciuitate, marmora ipsa cæduntur. [Achęmeniumq. costum) Persicum. Achæmenij.n. persæ dicti, ab Achæmene rege, vnde costum venit. [Inuidendis postibus) Ambitiosis ianuis vt est Nec varios inhiãt pulchra testudine postes. [Sublime) Aut altum, aut marmoriꝰs ornatum intelligitur. [Moliar) Extruam vt moliriq. arcem, & manibus subuoluere saxa. [Cur valle pmutem) Si solicitudine carere non potest, nec cõmutationibus debent augeri diuitiæ. [Operosiores) Cum magnopere acquisitas, ac si diceret, laboriosiores.

POR. ODi profanum vulgus: & arceo.) Indoctos detestatur. Hęc aũt Ode multipliciter, per varios deducta est sensus. [Odi profanum) Profanum allegoricos indoctos dicit. Certe pfani. proprie dñr sacris non initiari. ergo quasi Musaꝝ profanos dixit. [Fauete linguis.) Hic mos in sacrificijs vsurpatur, & sigñat bona omina hr̃e, quod opportune hic poëta intulit, qui & profanos prædicendo, & Musarum sacerdotes subijciendo, sacrorum meminerat. [Virginibus puerisq. canto) Dicit se carmẽ prodíturum quod teneras ætates instituat, quibus ad beatam vitam peruenire possint. [Regum timendoꝝ in proprios greges,) Zeugma est, & hic imperium vt ad superiorẽ sensum referamus, quia totum tale est, Regum timendoꝝ. in proprios greges, imperium est, & per hoc ostendit neminem hominem à metu mortis immunem esse, ac per hoc, & infimos, & maximos ijsdem conditionibus subiectos esse. [Carmina non prius Audita,) Romanis vtique non prius audita, quamuis Liuius, lyrica ante Horat. scripserit. Sed vr̃ illa non Græcorum lege, ad lyricum caracterem exacta. [Est, vt viro vir latius ordinet Arbusta sulcis: &c.) Per hoc ostendit, studia quidẽ, & gradus bonoꝝ, & mores diuersa esse hominibus conditionem tñ mortalitatis, vnã esse. [Hic generosior Descẽdat in campũ petitor:) Campũ magistratuũ petendoꝝ, locum sigñat. [Æqua lege necessitas) Necessitatẽ mortẽ dixit, qa necesse sit mori. [Oẽ capax mouet vrna nomẽ.) Hæc ſm illã opinionẽ vulgatẽ dñr, qua affirmatur sorte ductus ad mortẽ ab Orco trahi. [Districtus ensis cui sup impia Ceruice pẽdet,) Per allegoriam sigñat neminẽ libẽter posse viuere sub metu, & sumpsit exẽplum Diogenẽ, sup quẽ Diony. Siciliæ tyrãnus, seta gladiũ suspẽdit, antepositis epulis, quã amplissimis, & ceteris, q̃ ad voluptatẽ aĩus aduocare pñt, p quem ostendit similiter regiam vitã splendore reꝝ suaꝝ, vti non posse, quia semp insidiaꝝ metu suspecta sit. [Non auiũ, cytharæq. cantus Somnũ reducẽt.) Hoc ideo dixit, qm̃ quidam regum Siculoꝝ, per nimias delitias ad cytharæ, & ad auium cantum dormiebãt. [Somnus agrestiũ Lenis viroꝝ nõ humileis domos Fastidit,) Ordo est: Nõ fastidit humiles domos, & ideo humiles à Nõ particula subdistinguẽdũ. [Nec sæuus arcturi cadẽtis Impetus, aut oriẽtis hœdi,) E cõtrario est antitetõ, cadẽti orientẽ opposuit, valet aũt. Arcturus occasu magis sui tẽpestates concitare. [Nõ verberatæ grandine vineæ, Fundusq.) mẽdax) Per zeugmã ex superiore, & hic accipiendum. Fundus aũt mendax, merito dr̃, qa plerunq. cultori sui spẽ fallit non pferens ad maturitatẽ fructus quos ostẽderat. [Arbore nũc aquas Culpãte, nũc torrentia, agros sidera, nũc hyemes iniquas.) Hic illud ostẽdit, quod dixerat Fundusq. mẽdax. Plerunque aũt sterilitas arboribus euenit, p nimias aquas, interdum p siccitates. aliqñ per violẽtiam frigoꝝ. [Cõtracta pisces æquora sentiũt,) Transit ad eos, q per nimiã luxuriam elaborãt sibi ædificia in mari ponere. [Sed timor, & minæ Scandũt eodem, quo dñs,) Redit ad illa, quę beatã vitam adimũt. [Neque Decedit ærata triremi, & Post equitem sedet atra cura.) Hic ostẽdit, neque terra, neque mari quenq̃ posse effugere, in sita animi vitia. [Quod si dolentẽ nec Phrygius lapis, Nec purpuraꝝ sidere clarior) Sẽsus est, Si dolorẽ corporis animiq., nulli diuitiaꝝ appatatus, excludere pñt, cur laboremus in acquirẽda re? [Phrygius lapis,) Marmor est Synadicum. Synada enim esse dr̃ ciuitas Phrygiæ. iuxta quam hoc marmor cæditur. [Nec purpuraꝝ sidere clarior) Sit. nõ enim oẽm purpurã, sidere clariorem intelligi vult. [Achæmeniumq. costum,) Odoramentum est quoddam gratissimum Achæmenij aũt, Persæ dicuntur ab Achæmene rege, qui quondam totum orbem tenuit. [Cur inuidendis postibus).i. magnificis, ac nobilibus. [Et nouo Sublime ritu moliar atrium?) Ordo est. Ritu nouo, sublime atrium, cur moliar. Sublimitatem autem, & ad multitudinem referre possumus, & magnificentiam. [Cur valle permutem Sabina Diuitias operosiores?) Cur, inquit, relicto Sabino agro sub quo securam vitam ago, contentus, appetam amplissimas domũ fundorumq. possessiones, quæ mihi oneri & molestiæ sunt?

ODi profanum vulgus) Hac j. Ode. Tertij libri profecto gratissima dicit se odio prosecutum, & a se ne contaminetur arcentem vulgus profanum, a bonis institutis abhorrens, & ita a bonis institutionibus, atque doctrinis alienum cantare virginibus, & pueris adhuc castis, carmina non prius audita, & ita dociles, beneuolos, & attentos facit. Atque incipiens pulcherrime docet verum ordinem. Nam greges i. homines gregarij, & subditi, sunt sub regibus reges, sub Ioue, & ita vt reges timendi sunt subditis ita Iupiter regibus, atque ita nullus hic, qui non subsit imperio. Nam licet alij diuitijs excellant, alij genere, alij moribus, alij patrocinio, & clientium numero, omnibus tñ indifferenter moriẽdum est, nec hic beatus quisq̃ viuit, alia quauis re, quam animi cõtinentia, & tranquillitate, quæ omnibus eã desiderantibus, acquisitu facilis est, Damnanda igitur eoꝝ demẽtia, qui largis possessionibus, obtinere sperant, cũ contra fiat. Ordo aũt est. Ego odi vulgus profanum.i. longe à phano.i. templo Musarum habẽdum, & sacrilegum, impium, & temerarium. [Et arceo).i. dimoueo a me, aut quia sciuit hoĩem facile in errorem à mala societate trahi, aut quia non vult talibus, opus suum legi. quod etiam in sermonibus asserit. & Persius in fine j. Saty. fauete ergo linguis, silentium exhibendo, aut bona comprecãdo, ego sacerdo Musarum, quia poëta vnde & Maro Me vero primum dulces ante omnia Musæ. Quarum sacra fero, ingenti percussus amore, Excipiant &c. [Canto virginibus, & pueris).s. castis, quia bonum est à primis annis ad virtutem assuescere. [Carmina non prius Audita).s. voce latina Incipiens autem dicit. [Imperium) Ordo est, Imperium regum timendoꝝ, est in proprios greges.i. subditos, imperium Iouis clari triumpho giganteo.i contra gigãtes habito, & mouentis cuncta, supercilio.s. solo nutu, & in ipsos reges. Est m̃ discrimen hominum, in rebus nihil ad beatitudinẽ facientibus. [Nam est).i. contingit, & fit, vt vir ordinet latius viro.i. quam alius vir. [Arbusta).i. arbores ad quas vites connectuntur. [Sulcis).i. in scrobibus.i. habet plures vineas in ordinem ponendas, quam alius &c. [Est).s. datum, aut contingit, vt hic descẽdat, quasi in locum periculosum (vnde eleganter vtitur ſm Vallæ sentẽtiam hoc vocabulo) in campum.s. Martium vbi fiebant Comitia ad magistratus innouandos Petitor.s. magistratus, quẽ ambientes in veste candida, petebant. [Generosior).i. nobiliore gñe, & clarioribus natalibus ortus.s. quam alius. [Et vt hic).i. alius, cõtendat.s. de magistratu obtinendo melior moribus, & fama, & vt turba clientium sit illi maior, quam alteri verum necessitas.s. moriendi, sortitur insignes, & imos.i. oẽs cuiuscunque conditionis sint, æqua.i. æquabili, lege.i. pacto & forma. Vrna.n. in qua sunt Fata, & mortes hominum, capax, quia omnia capit, mouet omne nomen & quia is cuius nomen & quia is cuius nomen post motam vrnam excipiatur vt exit moriturus est omnibus incerta est hora mortis, certa tamen mors, verum ex superioribus, neminẽ beatum viuere. probat exemplo dicens. [Dapes Simulæ).i. proposite Democli, a tyranno Siculo. [Non elaborabunt).i. toto la- ASCEN.

bore, & apparato non efficient sapotem dulcem, illi.s.Democli. [Cui ensis destrictus) i.vagino exemptus ex equina seta, pendet supet ceruice impia i.imminens ceruici impiæ, cantus auium, & cytharæ, nō reducent illi somnum.s.dulcem & ecōttatio somnus viro℞ agrestium, lenis non fastidit.i non aspernatur per saltum, [Domos humileis).i.tuguria. & casas rusticoꝝ, non fastidit ripā vmbrosam, non tempe.i.loca amœna, agitata Zephyris. Neque mare tumultuosum, nec sæuus impetus Arcturi.s.sideris in cauda Vrsæ. [Cadentis).i.occidentis. quia tunc tempestatem citat aut hœdi orientis.i.dum oritur. tunc.n.tempestuosior est, solicitat desiderantem, quod satis, est quia id sine nauigatione inuenit. [Nec vineæ verberatæ).i.decussæ, grandine & fundus mendax.i. fidem non seruans, quia plus accipiens, q̄ referens. [Nunc).i.interdum. [Arbore culpante).s.pro excusatione, aquas quæ flores corruperunt, nunc.i.interdum. [Sidera torrentia agros).i.nimiū calorem. [Nunc hyemes iniquas).i.nimis longas, aut magnas. Et tñ. [Pisces sentiunt æquora contracta).i.arctiora facta. [Molibus).i grandibus ædificijs iactis in altum.s.mare. [Redemptor) .i.cui operæ locatæ sunt, aut qui occupatam fluctibus terram & ademptam a mari ipso, redemit. [Frequens).i.multas & oīs terræ fastidiosus i.quæ in terris habet fastidiens. [Cum famulis).s. suis demittit huc.i.in dictum mare. cæmenta.i.lapidea fundamēta Sed timor, & minæ, scandunt eodem, quo dominus neque cura atra, decedit.i.cedit. De triremi.i.nam terris remotum ordinibus, agenda. Ærata.i.quamuis ærata, & fortissima, & sedet post equitem, qui tñ armatior, & tutior, est pedite. [Quod si) Ordo est, quod si nec lapis Phrygius.i.tinctura ex marmore Phrygio, nec vius purpurarum [Clarior).i.splēdidior sidere. [Delinit).i. mulcet, dolentem, nec vites Falernæ, quæ optimum ferunt vinū. [Nec costum).i.vnguentum. ex costo. [Achæmenium) i.Persicum, sup. delinit dolentem. [Cur moliar).i cum molimine extruam. [Atrium postibus inuidendis).i.sumptuosis, quibus merito inuideatur, & sublime nouo.i.insolito ritu, & cur permutem .i.permutando accipiam diuitias operosiores.i.plus opere & laboris exigentes. Valle Sabina.i.pro valle Sabina quam a Mecœnate dono acceperat, quasi dicat id nequaquam faciam.

CLAR. SOmnus agrestium Lenis viroꝝ) Ordo est, inqt, Acron, Lenis somnus agrestium viroꝝ non fastidit humiles domos, & vmbrosam ripā & non fastidit desiderantem quod satis est. Hæc ille. In quibus bene hñt præcedunt, ad quod assutum est, male habet. nam in Ode ipsa distinguēdum est ante, desiderantem, neque ea connectenda sunt superioribus, ad idem pertinet, quod paullo post subnectit idem Acron. Hic aūt conuertenda est oratio, inquit, vt tumultuosum mare, & sæuus impetus cadentis arcturi, aut orientis hœdi non solicitat somnum, & cetera similia non ad somnum hoc referendum sed ad Desiderantem. Hæc ille. at dicet aliquis, nemo in hoc Acronem sequitur. Video sed cur huius Acronis auctoritas mihi obijcitur? qui manifeste tot erroribus conuicitur, quem quidam ēt Porphyrioni pferunt, cū Acrō ex huius flosculis sertū perenne, vt ante ēt testati sumus, facere conatus sit, verū male id concinauit homo cupidus gloriæ.

MATT. Bonfinis. QVod si dolentem nec Phrygus lapis) Per Phrygium lapidem & Acron & Porphyrio Synadicum marmor intelliguut, ab vrbe Synada Phrygiæ. Cuius vrbis Str.lib.xij. meminit non ita longe a fine, meminit & Ptol. At Plin lib.xvj. cap.xix aliter de eo lapide sentire videtur, ad finem prorsus eius capitis, quod lectori indicate duntaxat volui, ac ipsum suo relinquere iudicio, vt in alijs plerisq. facimus.

## AD AMICOS.

*Ode saluberrima de educatione iuuentutis, nimirum, vt in labore, & parsimonia viuere assuescant, dum adhuc sequaces tractabilesq; sunt. In militia versetur, vitam sub dio agat, discat pro patria salute mortem contemnere. virtute nihil præstantius, ignauia nihil turpius ignobiliusq; ducat, cum scelerato autem non communicandum, ne simul cum illo pereatur: illum enim manere certum exitium.*

*Ode II. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Vides, vt alta stet niue candidum.*

--v---vv-vv
--v---vv-vv
--v---v--
-vv-vv-v--

ANGVSTAM, amici pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat: & Parthos feroceis
Vexet eques metuendus hasta:
Vitamq. sub dio, & trepidis agat
In rebus. illum ex mœnibus hosticis
Matrona bellantis tyranni
Prospiciens, & adulta virgo
Suspiret: eheu ne rudis agminum
Sponsus lacessat regius asperum
Tactu leonem: quem cruenta
Per medias rapit ira cædeis.
Dulce, & decorum est pro patria mori.
Mors & fugacem persequitur virum:
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidoq. tergo.
Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus:
Nec sumit, aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter via:
Cœtusq. vulgareis, & vdam
Spernit humum fugiente penna.
Est & fideli tuta silentio
Merces. vetabo, qui Cereris sacrum
Vulgarit arcanæ: sub ijsdem
Sit trabibus: fragilemq. mecum
Soluat faselum. sæpe diespiter
Neglectus, incesto addidit integrum.
Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

ANTO. ANGVSTAM, amici) Amico scribens, docet robustum puerum, debere acri militia, discere pauperiem pati, & hostes eques vexare, vitā sub dio agere Nam dulce est, & decorum, pro patria mori Quę mors omnes prosequitur, & fugaces, & imbelles, virtus autem honore afficitur, nec petit vnquam. Ait inde quenquam impium, secum morari nolle. Nam spretus Iupiter, sæpe scelerato, addidit etiam innocentem. Raro enim pœna scelestum deserit, quanquam sera quandoque. [Angustam, pauperiem).i.grauem, molestam, acerbam, difficilē. [Parthos feroceis) i.feroces hostes. [Sub dio,) Sub aere, sub sole, sub imbri. [Trepidis).i.periculosis & asperis. [Illū ex mœnibus hosticis) Sensus est. Illum Romanum militem bellis assuetum, & strenuum, timeat regia hostis vxor, a mœnibus eum aspiciens, timeat inq̄, ne suo viro concurrat imbelli. [Rudis agminum).i p̄liorum, militiæq.. [Leonem).i. Romanum militem strenuum. [Tactu aspeꝝ).i.dum tangitur, vel vt tangatur. Dulce & decoꝝ, edocet pulchrū esse pro patria mori, ergo pugnandū, non fugiendum est tum ēt fugientibus, mors magis instet. [Imbellis iuuentæ) i.debilis, & nō aptæ bellis [Timidoq. tergo).i.fugienti. [Virtus repulsæ) Sensus est, q̄ virtute præditus, nunquā repulsam habere potest, splendet n per se incorruptis honoribus, quos in se habet. Vnde si peteret magistratum, nec populi fauorem haberet, repulsam non habet quia omnino, dignus est magistratu ipso fungi. [Nec sumit, aut ponit) Sensus est, quod virtute præditus, non sumit, aut relinquit, magistratus arbitrio populi fauentis, vel obstantis, quoniam omnino virtute sua illud meretur exeq, nec aliquis ei auferre, potest vel dare, quòd est in ipso positum. [Virtus recludens) Ostēdit virtute præditos, humana despicere, appetereq. cœlestia, illisq. diuinos honores exhiberi, cum inter cœlicolas referantur. [Est & fideli) Ostendit virtutem ipsam, secreti, etiam tenacem esse & fidelem. [Vetabo, qui) Dicit se nolle cum sacrilego conuiuere, vel nauigare ne illius culpa, ipse quoque opprimatur à dijs. [Cereris sacrum) Arcanum. Cereris sacra mystica, erant .i. secreta, nec vulgari, licebat dicunt. n. eam

Deorum pœna

occulte

occulte consilijs vsam fuisse donec filiam reperiret. [Sub ijsdem trabibus:) Sub eodem tecto. [Diespiter) Iupiter vt diei pater, teste Macr. [Incesto addidit integrum) .s. scelerato, & criminoso, adiunxit integræ vitæ, virum, & insontem. [Raro) Ordo est, Pœna, claudo pede, raro deserit, scelestum antecedentem, nam (vt ēt lib. j. Valer. scrib.) lento gradu ad vindictam sui, diuina procedit ira, tarditatemq́. supplicij grauitate compensat. Et Iuu. Sat. xiij. Vt sit magna, tñ certe lenta ira, deoꝝ est, quæ quidem ab Hom. sumpta sunt is. n. lib. iiij. Il. ait: Cõtemni numen Olympi, Haud Impune sinunt superi, scelera impia, quanquam Distulerint culpas, hominum, grauiora morantur supplicia.

ACR. ANgustam, amici) Hanc Oden, generaliter ad amicos scribit, commonens beatiorem vitam, faciliоremq́. pauperi suadens, ita adolescentes, instituі debere, ut paupertate, & exercitio ad militiam firmentur. [Angustam,) Difficilem, arduam. Parthos species pro gñe. [Sub dio,) In campo. vt cum pr̄ in ripa, gelidiq́. sub ætheris axe. [Et trepidis) Aut in bellis in quibus semper trepidatur, aut in periculosis laboribus: Sic educatũ, inquit, adolescentẽ ita clarum esse debere, gloria bellicarum reꝝ, vt ēt mulieribus, & puellis hostium notus, sit ipsa assiduitate bellandi. [Suspiret) Cum illum prospexerit, timore suspiret, ne aut maritus eius, aut sponsus militem Romanum Prouocãs, nescius bellicæ artis, intereat. Ordo est. Prospiciẽs illum ex hosticis mœnibus, matrona bellantis tyranni & adulta virgo, suspiret: Eheu, eheu ne regius sponsus, rudis agminum, lacessat leonem asperũ tactu, quem rapit cruenta ira, per medias cædes, seruauit metaphoram, vt, quia Romanum militem leoni comparauit, adderet impetum. [Mors & fugacem persequitur virum) Contra tela furit, & fugacem, qui fugat agentis est, & non patientis ostẽdit eos magis periclitari, qui fugiunt. [Iuuentæ) Genitiuus est, ab eo. n. quod est iuuenta, iuuentæ declinatur. [Timidoq́ tergo.) Hoc est fugientium, vt est. Et in tergum fugientibus, ingerit hastas. Tergum aũt pro quibuscunque membris posuit, posterioribus, quæ vulnerari solent, his qui in p̄lio fugiunt. [Intaminatis) Incorruptis, aut sine macula repulsæ. [Secures) Pro fascibus posuit, aut pro potestate: vt, Sæuumq́. securi Aspice Torquatum. hic itaq. talis, dum in se habet honorem, nec ex populi potestate sumit, nec ab alio dignatur accipere. [Arbitrio popularis auræ.) Populi fauore, ut Luc. Popularibus auris impelli pulsuq́ sui. vt Virg. Nunc quoque iam nimium g p. a. [Recludens cœlum) Aperiens etiam cœlũ, vt, Ardens euexit, ad æthera virtus. [Negata via) Vt Virg insuetum per iter. [Cœtusq́. vulgareis,) Vilium hoĩum cõsortia. [Spernit humum) Vt Virg. Terrenisq. habebant artus, & alibi. Qua me quoque possum tollere humo. Virtus virtutem ꝑ se claram, ornare honores, nõ ornari dicit, ab honoribus. Repulsam vero habuisse dicebantur, qui honorem petentes, repudiati fuissent. Quod cũ euenisset Catoni Claro, virtutis suæ conscius, corruptum populi iudicium, contempsit, & hoc tñ iuxta Stoicoꝝ sectam, qui dñt virtutem, solam sufficere, ad beatam vitam, modo vero generaliter repulsa accipienda, virtutem infame ac sordidã, nunq̃ esse posse. [Fugiente penna.) Tanq̃ ipsius virtutis fama, terras fugiens, cœlum petat. [Est & fideli tuta silentio Merces.) Ostendit virtutem etiam secreti tenacem. [Vetabo,) Ordo est, Vetabo, sit mecum sub eisdem trabibus, & soluat mecum fragilẽ faselũ, qui vulgarit sacrum Cereris. Sacra Cereris, mystica erant, nec vulgari licebat, ꝑꝑ hoc, quod occulte consilijs vsa est, donec filiam suam reperiret. Vnde Virg. Et fida silentia sacris. Et dici secum sacrilego, nec nauigaret nec manere velle, ne inuoluatur illis periculis. [Soluat) Soluere dixit, in pelagus dimittere. Soluite velaciti. [Faselum.) Faselus velox, & oblonga nauis est, vt Virg. Et circum pictis, vehitur sua tuta faselis. [Neglectus,) Ad supplicium. [Incesti) .i. noxij. [Integrum.) Innocentem, vt integer vitæ scelerisq́. purus. [Antecedentem) Præeuntem, tanquam raro pœna deserat. [Scelestum) Et quamuis tarde, tñ puniat meritum, nec ab eo possit euadi, nec effugi. Virg. Distulit in seram cnmmissa piacula mortem.

POR. MOrs & fugacem persequitur vitum:) Hic ostendit eos maxime periclitari, qui fugiunt. [Virtus repulsæ nescia sordidæ) Hæc de Stoicoꝝ secta sunt. qui dñt uirtutem solam sufficere, ad vitã beatã. Repulsam aũt, gñaliter, accipit, ꝓ infamia ac turpitudine. Hoc. n. ait, Virtus ifamis, ac sordida, nũquam esse potest. [Nec sumit, aut ponit secures Arbitrio) i hæc ptãte ꝓpria coronatur, q̃a non alius illi auferre põt quod in ipsa positũ est. [Negata tentat iter via:) Negata. s. hominibus. His aũt intelligi vult, per virtutem acquirere posse homines, immortalitatẽ, q̃ mortali cõditione sunt. [Et fideli tuta silẽtio Merces.) Inter uirtutes. s. [Vetabo, q̃ Cereris sactũ Vulgarit arcanæ:) Absit, inq̃t, vt sub eodem tecto mecum sint, & eum his nauigem. qui linguam suam, vsque ad proditiunem mysteriotum Cereris, ꝓducunt. [Raro antecedentem scelestũ Deseruit pede pœna claudo.) Hoc proximum est illi, quod dicitur, Deos iratos, pedes lanatos habere, quia nonnunquam tarde veniunt, nocentibus, ẽm hæc ergo. Pœna pede claudo dicta est, quam raro deseruisse, ante cedentem scelestum ait, significat difficile non esse, persequi eum cui ob meritum aliquod pœna debetur.

ANgustam,) Docet quis sit ad militiam aptandus, & quibus institutionibus, quia puer robustus. Puer vt ab ineũte ætate discat, Robustus, vt inuita Minerua, non moliatur prouinciam negatam. Pro institutione aũt, propositum hr̃e debet, dulce & iucundum esse, pro patria mori, cum alioqui etiã breui moriendum sit. Itẽ nihil pulchrius esse virtute, hoc est fortitudine q̃ cedere nesciens, cœlum petit. Eius aũt, duæ sunt alæ, altera, qua fortiter agimus, altera, qua fideliter cõmissa, fidei nr̃æ, & deoꝝ arcana tacemus, quæ reuelare tm̃, nefas putat, vt nolit cũ eo mare ingredi. Ordo est. O amici puer robustibus. i. exstãtibus, & magnis membris, ac robore cum corporis, tum animi præditus. [Condiscat) s. à puero. [Pati pauperiem) i. paupertatẽ [Angustam). i. angustantem, & constringentem, sicut copiæ dilatant condiscat dicit. [Acri militia) . i. in acri militia, aut per acrem . i. strenuam militiam, vt ipse iam eques, metuendus hasta, quia eius agitandæ peritus. Vexet Parthos feroceis, quia Rõm. Imperio, inimicos, & agat vitam sub dio . i. Ioue, hoc est aere, aut cœlo, & in rebus trepidis. i. trepidare facientibus. [Matrona) i vxor matrimonio, vt mater fiat, data tyrãni. i regis inimici. [Bellantis) . s. contra Rom Imperium: [Prospiciens ex mœnibus hosticis) . i. hostilibus. [Illum). i. talem equitẽ ita à puero institutũ. [Et virgo adulta). i. iam matura viro, iam plenis nubilis annis. [Suspiret) . i. cum suspirio dicat. [Eheu ne sponsus regius) . i. cui regis filia, desponsata est. [Rudis). i. ignarus, & nondum eruditus agminum. s. instruendoꝝ, & ducendoꝝ. [Lacessat). i prouocet ad iram, & pugnã. [Leonem). i. talem eqrum, ferocientẽ in morẽ leonis. [Asperum Tactu). i. dũ tangatur. [Quẽ ira) Quæ leoni congrua [Cruẽta). i. cruorẽ effundens. [Rapit). i. fert. [Per medias cædeis) i. strages. Et si dicatur, tã audẽs cito, morietur, addit. [Dulce, & decoꝝ est pro p̃ria mori Mors ꝑsequitur &). i ẽt. [Fugacem viꝝ:) Quia qui hostem effugit, non continuo mortem effugit. [Nec mors parcit poplitibus). i. neruis post genu, qui fugientibus incidi solent. [Et tergo timido iuuentæ). i. iuuentutis. [Imbellis) Quia fugientis. [Virtus nescia repulsæ sordidæ) . i. quæ non patitur repulsam sordidam, q̃ fiat ob culpam, aut ineptitudinẽ, petitoris. [Fulget honoribus intaminatis) i. impollutis nec sumit, aut ponit . i. deponit. [Secures). i. summos fasces, in quibus erat securis. [Arbitrio). i. ad arbitriũ. [Auræ). i fauoris popularis, quia dignus cõsulatu, consularis est ẽt si repulsus. [Virtus recludẽs) . i. aperiens cœlũ. [Immeritis mori). i. dignis semꝑ viuere [Tẽtat iter via negata) . s hoi in terris degenti, & spernit pẽna fugiente, in alijs fugientibus, ꝑ æthera. [Cœtus vulgares). i. vulgarium. [Et humũ vdam) . i. cœnosam, & paludosam terram. Nec soli qui fortiter agunt, præmiabuntur, q̃a merces tuta, quia in cœlo vbi fures non demoliuntur. [Est &). i. etiam. [Silẽtio fideli) . i. de cõmissis fidei. [Ego vetabo) . i prohibebo. [Sit) . i. vt sit, vel ne sit mecum. [Sub ijsdem trabibus). i. in eadem naui. [Et soluat). s. à littore mecum. [Faselum). i nauiculam fragilem. [Is qui vulgarit). i. vulgo reuelauit. [Sacrum Cereris arcanæ) Vt Eleusinæ quæ sacra sua arcana vult teneri. [Quia diespiter). i diei pater, Iupiter cuncta vidẽs [Neglectus). s. ab incesto. [Addidit sæpe incesto). i. polluto, & nõ casto. [Integrum) . i. incorruptum, hoc est puniuit, æqualiter, sæpe bonos, cum malis, eo q̃ in vna societate, inuenit. [Pœna) i. vltio de eoꝝ. [Pede claudo.) Quia lente adueniens, hoc est licet pede claudo raro deseruit scelestum antecedentem, immo nunquam nisi ipsum sceleris pœnituerit, sed nec tunc deserit.

DOCT. interpr. DEseruit pede) Testatur Porphyrio hanc Flacci sententiã esse prouerbio affinem, quod dr̃, dij irati laneos hñt pedes. Cuius sensus est, dij tametsi nõnunquã tarde veniunt nocentibus, tñ vel inopinato de malefactis aliqñ sumunt pœnas [Mors & fugacem persequitur virum) Fugacem, inquit Acr. qui fugat, agentis est, & non patientis. Hic vide studiose Lector discrimen inter Acronem, ac Porphyr. nam quæ iam posuimus verba Acronis sunt nihil sane ad re. n. fugax . n. dr̃ non qui fugat, sed qui facile ꝑꝑ timiditatem fugit. Ad quæ continue subiungit idem Acron ostendit eos magis periclitari, qui fugiunt. Hæc verba bene habent, sed ex Porphyrione sunt subiecta, vt perspicuum euadat, qualis iudex Acr. fuerit in excutiendo Horat. qui sæpius eius commentatorem non intellexit.

## DE HONESTO VIRO.

*Ex Stoica disciplina scribit, sapientem nullis minis, nulla tyrannide ad turpitudinem cogi posse, honesto & virtute nixum, qua fretis non pauci ad cælum ascenderunt.*

*Ode III. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Vides, vt alta stet niue candidum.*

--U---UU-UU
--U---UU-UU
--U---U--
-UU-UU-U-U



VSTVM, & tenacem propositi virũ,
Non ciuium ardor praua iubentium
Non vultus instanris tyranni
Mente quatit solida: neque auster
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferienr ruinæ.
Hac arte Pollux, & vagus Hercules
Innixus, arces attigit igneas.
Quos inter augustus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.
Hac te merenrem Bacche pater tuæ
Vexere tigres, indocili iugum
Collo rrahentes. hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit,
Gratum elocuta consiliantibus
Iunone diuis. Ilion, Ilion
Fatalis, incestusq. iudex,
Et mulier peregrina vertit
In puluerem, ex quo destituit deos
Mercede pacta Laomedon: mihi
Castæq. damnatum Mineruæ
Cum populo, & duce fraudulento.
Iam nec Lacænæ splendet adulteræ,
Famosus hospes: nec Priami domus
Periura, pugnaces Achiuos
Hectoreis opibus refringit:
Nostrisq. ductum seditionibus
Bellum resedit. protinus & graueis
Iras, & inuisum nepotem,
Troica quem peperit sacerdos,
Marti redonabo. illum ego lucidas
Inire sedeis, ducere nectaris
Succos, & adscribi quietis
Ordinibus patiar deorum.
Dum longus inter sæuiat Ilion,
Romamq. pontus: qualibet exules
In parte regnanto beati.
Dum Priami, Paridisq. busto
Insultet armentum: & catulos feræ
Celent inultæ: stet Capitolium
Fulgens: triumpharisq. possit
Roma ferox dare iura Medis.
Horrenda late nomen in vltimas
Extendat oras. qua medius liquor
Secernit Europen ab Afro:
Qua tumidus rigat arua Nilus:
Aurum irrepertum, & sic melius situm,
Cum terra celat, spernere fortior,
Quàm cogere humanos in vsus,
Omne sacrum rapiente dextra.
Quicunque mundo terminus obstitit,
Hunc tangat armis, visere gestiens,
Qua parte debacchentur ignes:
Qua nebulæ, pluuijq. rores.
Sed bellicosis fata Quiritibus
Hac lege dico: ne nimium pij,
Rebusq. fidentes, auitæ
Tecta velint reparare Troiæ.
Troiæ renascens alite lugubri
Fortuna tristi clade iterabitur,
Ducente victriceis cateruas
Coniuge me Iouis, & sorore.
Ter si resurgat murus aheneus
Auctore Phœbo: ter pereat meis
Excisus Argiuis: ter vxor
Capta virum, puerosq. ploret.
Non hæc iocosæ conueniunt lyræ.
Quo Musa tendis? desine peruicax
Referre sermones deorum: &
Magna modis tenuare paruis.



VSTVM & tenacem) Hac Ode, scribit sapientẽ virum & optimum, nulla seditione, nullisque minis tyranni, non tempestatibus, non Iouis fulmine, posse a solida & integra mente concuti & moueri, si etiam mundus rueret, impauidum ruinæ ferirent. Itaque virtute, & mente inuixus, Pollux, & Hercules, cœlum ascendere, inter quos quidem ipse quoque Augustus accumbet, hac item virrute, a Tigribus vectus est Bacchus, hac inquam virtute, Romulus Marris equis, & militiæ gloria, fugit. Inferos, cœlumque ascendit, Iunone etiam permittente, dum dij consilium super, hoc agerent. Refert inde plurima, Iunonis verba, in Romuli, Romanorumque gratiam, prolata. Admonet postea Musam, vt deorum sermones, referre desinat, cum lyricis iocosa tm̃ non serio, grauiaque conueniant, hinc autem Poeta ipse longo interuallo, ad Romuli numen, descendit in Augusti laudem. [Tenacem propositi).i. constantem, & continentem. Constantia nanque in resistendo continentia vero insuperando, consistit quod philosophus lib. vij. Eth. scribit. [Ardor) Furor, seditio. [Vultus) Sæuitia. [Mente quatit solida) Concutit, mouet a mente firma, integra, & constanri. [Auster Dux turbidus Adriæ inquieti) Ode quoque tertia libri primi, de eodem ait. Nec rabiem Noti. Quo non arbiter Adriæ, Maior tollere, seu ponere vult, freta. [Impauidum ferient ruinæ) Id fortis viri, officium est vnde philosophus ait lib. iij. Ethic. Is igĩt homo fortis, proprie dicitur qui circa honestam mortem, & ea omnia, quæ repente eueniunt, atque afferunt ipsam, interitus est. [Hac arte).i. iustitia cõstantia, & fortitudine. [Hac arte).i. virtute, dicitur. n. ars ab ἀπὸ τῆς ἀρετῆς i. à virtute, vt Diom. scribit. [Pollux) De hoc lege Ode xij. lib. j. [Vagus) Orbis n. plurima loca peragrantem, monstra domando, iussus ab Eurystheo Mycenarum rege, de quo vide Epodo tertio, & Iuuen. ibi. Sed quid magis Heracleas. [Arces igneas) i sidereas. [Augustus recumbẽs) Vult Augustum quoque in deorum numero, seu nomine, haberi, loquitur autem vt ille. Tu das epulis accumbere diuum. nam homines per merita, deorum conuiuijs adhibebantur. [Hac) .s. arte, & virtute. [Te merentem) .i. pugnantem, & bene merentem de hominibus. Bacchus. n. (vt scribit Diodorus) cunctos impios sustulit. Tigres lynces, & tygres, Bacchi curum trahũt. Sed videntur Baccho assignari (teste Probo.) Vt per earum colorem, in vino, varias hominum esse mentes, intelligamus vel vt p eas sæuita demonstretur. quod quidam poti, infinitam excedunt crudelitatem. [Hac). s artẽ, & virtute. [Quirinus) Romulus, hunc autem in Augusti laudem cõmemorat. [Martis equis).i. bellãdo [Acheronta).i. Inferos ipsos, de Achetõte, legito in Ode tertia,

ANTO

Constantia

Continentia

[Gratum)

[Gratum)Pro grate.[Consiliantibus).i.consilium hñtibus,de recipiendo Romulo.[Ilion,Ilion)Hæ sunt Iunonis,Romanis conciliatæ.verba,ad deos. [Fatalis,incestusq. iudex,) De Paride loquitur, qui iudicium habuit trium dearum. de quo late in Ode xv.libri j. [Mulier pegrina).i.Helena.[Laomedũ:)Scribit Hom. lib.xxj.Il.Neptunum talia verba Apollini retulisse, Stulte quam insipiens es non ne meministi, quæ iam passi sumus apud Ilium mala? Solos nos deorum Iupiter, misit vt superbo Laomedonti in annum,promissa mercede,seruiremus, ipse imperabat. Ego Troianis vrbem latis & quam pulchris muris (ne expugnati possent)circundedi. Tu errabũdus,& camuras boues.in iugosæ Idæ, conuallibus pauisti. Sed cum venit accipiendæ mercedis tẽpus, tunc debita nos mercede fraudatos minatus dimisit Laomedon, tibi quidem,manibus,pedibusq́ ligatis ad longinquas insulas deportaturum,vtriusque aũt aures inscisurum,nos animo irato,ꝓmissa fraudati mercede,reuertimur. Hoꝶ tu nunc Troianis gratiam refers &c.Id vero fictum esse aiunt, qm̃ cum Troianoꝶ pecunia in sacro hoꝶ deoꝶ seruaretur,ab eis Laomedon petijt,redditurum se iurans vnde mœnia instaurauit, postea tñ nec reddidit,hinc datus est fabulæ locus.[Ilion,)Ordo est iudex fatalis,& incestus, & mulier peregrina, vertit in puluerem Ilion damnatũ mihi,pro a me & castæ Mineruæ,cum populo,& duce,fraudulẽto,ex quo Laomedon,pacta mercede destituit deos. [Castæ Mineruæ)Id ait,quia dixerat incestus iudex, scribit aũt Hom. lib. vlt. Il. quod Iuno & Minerua sacrũ Ilium,Priamumq́, & Troianum populum odio prosequebantur Alexandri gratia,qui deabus ad se venientibus eam prætulit, quæ miseram ipsi libidinem pollicebatur. [Duce fraudulento).i.ipso Laomedonte,qui deos fraudauerat,Neptunum .s. & Apollinem. [Iam nec Lacænæ)Ostendit Troiane omnia diruta esse,se Iunone agẽte, hinc iræ suæ satisfactum esse.[Famosus)Infamis,rapuit n.Helenam,Menelai hospitis vxorem. [Hospes) Paris ab Helena,Spartæ hospitatus, eam rapuit. [Nec Priami domus).i.familia. [Periura)Propter Laomedonta dicitur,qui Deos deceperat [Hectoreis opibus).i. auxilijs.Hector n. Troiam distulit,in decimum annum.[Ductũ) Prorogatum,fuere quippe inter deos seditiones,nã partim Troianis,partim Græcis fauere.[Resedit.)Quieuit. [Protinus) Dehinc.[Graues)Iras quibus in Romanos vsa fueram,ob Troianorum causam.[Inuisum) Mihi odiosum,q́a Troianę stirpis.[Nepotem).i.Romulum mei filij Martis filium,ex Ilia Numitoris filia. de quo plura videtu in Ode xij. lib. j. [Marti redonabo) .i. Martis gratia iras & odium in Romulum,& Romanos relinquã. [Quietis)Dij .n. nulla perturbatione afficiuntur. [Dum longus inter) Sensus est,Dummodo Roma ab Ilio distet, opposito mari,Rumani ipsi vbique regnent beati. [Sæuiat) Ne illuc Romani,redire queant,instaurareq. Ilium.[Exules)Ad Æneam,& comites retulit, à quo Romani sunt oriundi. [Regnanto) Pro regnent. [Dum Priami,) Sensus est, Dummodo Priami sepulcra, & Paridis, armenta pascendo insiliant feræq. tutæ ibidem catulos celent.i.dummodo Ilion desertum fuerit, stet Capitoliũ &c. [Busto)Sepulcro. [Insultet)Insiliat superuagetur,calcitret. Insultæ sine pœna illæse,secure,ac tutissime [Fulgens) .i.auratum. [Medis)Pro quibuscunque bellicosis,ponuntur.[Hotrẽda)Hostibus.s. [Medius liquor Secernit Europen ab Afro:) Gaditanum sinum,intelligit,nam (vt Solin. scribit) Oceanus ab occasu Solis irrumpens, læuo latere, Europam radit, Africam dextro, *Calpe* *Abyla* scissisq. Calpe,& Abyla montibus, quos dicunt columnas Herculis,inter Mauros funditur,& Hispaniam. [Tumidus rigat arua Nilus)Nilus Africam ab Æthiopia diuidens,medios Æthiopas secat, *Nil auctus* certis tñ diebus auctu magno per totam spatiatus Ægyptum,fœcundus innatat terræ. Incipit aũt crescere,Luna noua,quæcunque post Solstitium est, sensim, modiceq. Cancrum. Sole transeunte, abundantissimæ autem, Leonem, & residet in Virgine ijsdem quibus accreuit modis. In totum aũt reuocatur intra ripas,in Libra,ut tradit Herodotus centesimo die. Iustum incrementum est,cubitorum: sedecim, minores, aquæ non omnia rigant,ampliores detinent tardius recedendo,hę serendi tp̃a, absumunt solo madente, illæ non dant; sitiente,vtrunque reputat prouincia. in xij. cubitis, famem sentit, in xiij. etiam esurit, xiiij cubita hilaritatem afferunt, xv. securitatem, xvj. delitias. Auctor est Plin lib.v. cap.x. Fortior,inquit, Roma erit, spernere aurum quam appetere,& vsitare. [Irrepertum)Inefissum,per quod intelligit,Romam spreturam magnam auri copiam,erit.n. paruo contenta dicitur autem,id ꝑꝑ Curium,& Fabritium,& alios similes,de quibus lib.j. in Ode xij. [Sic melius situm) Auro enim multa scelera fiunt,hinc ait poëta lib.iij. Fas omne abrumpit,Polydorum obtruncat,& auro. Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames. Et Ouid. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Iamq. nocens ferum,ferruq. nocentius aurum. Prodierat,prodit bellũ,quod pugnat vtroque. [Oẽ sacrum rapiente dextra.) Sensus duplex. Vel ꝙ Romani sacra omnia ab externis accipient, quod fecerunt: Vel Romani spernent aurum,cuius auaritia,sacris etiam,non parcitur. [Terminus obstitit,) In quodam antiquissimo textu legimus, Extitit, vtrunque tñ placet. Est autem sensus. Vbicunque terminabitur orbis. [Mundo) .i. terrarum orbi. [Obstituit) Hoc ꝑꝑ mate ait, id .n. terræ obstat ne vlterius tendat. Hinc Ouid.inquit,Circunfluus humor. Vltima possedit,solidumq. coërcuit orbem. [Qua parte debacchentur ignes.) Lybiæ partem intelligit,quam torrida zona occupat,de qua te Str.lib. xvij. [Debacchentur) Æstuẽt, ferueant. [Qua nebulæ,pluuijq. rores.) De Riphæo iugo intelligit, ad Scythiam, vbi regio est assiduis obsessa niuibus, quippe *Riphæi* casu continuatum pruinarum,damnata pars mundi, & ab rerum natura in nubem æternæ caliginis mersa ipsisq. prorsus Aquilonibus,rigentissima.Sola terrarum non nouit vices tempoꝶ, nec de cœlo aliud accipit,quam hyemem sempiternam, hæc ex Solino. Potes quoque de Hyperboreis intelligere,ij .n. incolunt vltra Aquilonem apud quos mundi,cardines esse creduntur,vt idẽ, *Hipborei* inquit,demum Riphæo iugo non nimium distãt. [Nimium pij,) Hoc ait,quia pij erga Ilium instaurandam sibi ipsis, nocerent minimum,& Iunonis ira. [Rebus) Opibus & imperijs. [Alite lugubri)Malo omine & ĩfelici auspicio. [Tristi clade) Hoc ait qm̃ Fimbria vltro è senatu egressus,vir bellicis artibus insignis (cum rerum militarium inexpertus esset Flaccus) Collega Cinnæ in consulatu, quem Cinna duabus cum legionibus in Asiam miserat,vt Syllæ loco,hostijs iudicati,ipse Asiam inuaderet, bellumq. Mithridati inferret. Flaccum ipsum interemit,in Nicomedia vrbe itaque in puteo latente Romano consule,belliq. imperatore, cum ipse priuatus duntaxat existeret, seipsum postea exercitus imperatorem nuncupauit. Iliensibus obsessis, ab eo & ad Syllã confugientibus,Sylla suaserat vt ad Fimbriam irent dicerentq. illi hoc duntaxat, q̃ se Syllæ dedissent, quibus præceptis Fimbria *Fimbria.* eos veluti Romanorum amicus, collaudauit monuitq. vt si etiã Romanum ciuem existentem, intra vrbem reciperent per ironiã fassus Romanos,atque Ilienses inter se cognatione deuinctos esse,ita vrbem ingressus omnes sibi obuios occidit vrbem incendit, illos qui ad Syllam legati ierant varie confecit. Nullis præterea pepercit,neque ijs qui ad Palladis templum confugerant, quos cum templo simul igne cremari iussit, diiecit, & vrbis mœnia, hæc & plura App. in lib. Mithridatico. [Coniuge me Iouis,& sorore.) Cic. in lib. de Nat. Deorum sic ait. Aër autem(vt Stoici disputant) interiectus inter mare & cœlum & Iunonis nomine consecratur,quæ est soror,& coniux Iouis,quod & similitudo *Iuno soror & cõiux Iouis* est ætheris,& cum eo summa coniunctio. Effœminarunt autem, eum Iunoniq. tribuerunt,ꝙ nihil est eo mollius. Sed Iunonem ab iuuando credo eam nominatam. Hæc ille. Macr. vero lib. j. de Som. sic ait. Est autem Iuno aër, & dicitur soror, quia ijsdem seminibus,quibus cœlum,etiam aër est procreatus, coniux,quia aër subiectus est cœlo. prius autem dixerat,ꝙ Iupiter est mundi anima. [Vxor Capta) Andromachen Hectoreis vxorem intelligit,vel potius Hecubam, Priami coniugem, cum dicat pueros .i. filios Andromachæ.n. vnicus Astyanax fuerat, Hecuba vero secuta est Vlyssem,vt habetur lib xij. Met. verum in Thracia cõuersa est in canem. [Non hæc iocosæ) Musam horratur,ut seria, & deorum sermones referre desinat,cum lyricis iocosa potius,q̃ illa conueniant,nec velit magna extenuare humili carmine.i.lyrico.[Peruicax) Audax arrogans.

IVstum & tenacem) In secta Stoica hoc dicitur: Iustum virũ *ACR.* honestiq. propositi,non terreri ciuium opinionibus, vel minis exigentium,vt aliquid forte rationi contrarium fiat. Ordo est iustum virum,solida mente,& tenacem. propositi,nõ quatit ardor ciuium,iubentium praua. [Ardor praua) .i. seditio iniqua imperantium. [Vultus) Seueritas. [Instantis tyranni)Terrentis.[Mente solida:) Dicit iusti,& constantis viri, qui minis, non quatitur tyranni,aut certe mentẽ,pro consilio, intelligi uoluit, vt Virg. Hic patris Æneæ suspensam blanda vicissim Gaudia pertentat mentem. & qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem, & hoc auget per Ecbasin, & graditur à populo ad regem, à rege ad elementum, ab elemento ad Deum, a Deo ad mundum labitur.[Inquieti).s.Austro duce, vnum pendet ex altero. [Adriæ) Masculini generis est,cuius cõmotionem mare sequatur. [Si fractus illabatur orbis,) Ad Ecbasin animi constantis,retulit,vt Lucan. Siccum ruit arduus æther. [Hac arte Pollux, & vagus Hercules) Qui per omnem terram peragrauit, vt

Virg. Nec vero Alcides tm̃ telluris obiuit. [Innixus) Incumbẽs. semidei dicebantur, qui ob merita deorum adhibebantur conuiuijs, quod Horat. modo Augusto dedit, vt Virg. Tu das epulis accumbere diuum. [Purpureo) Pulchro, vt est, Roseoq́. hæc insup addit ore. [Biber) Vtcunque ad hoc meritum peruenerit, virtutis via. [Nectar) Potus numinum. [Hac) Quasi militantem collo trahi, potentiæ numinis dedit. [Collo trahentes) Potentię numinis dedit, iugo feras subdere, ideo quantum ad mortales indociles, quantum ad potentiam Dionysij, ex more doctas. [Hac) Virtute animi. [Quirinus) Quirinum siue Romulum in honorẽ Augusti laudat, & ipsum Martis filium, Deum pro virtute factũ, Acherontem mortuis deputatum, vitalise confirmat: Equos vero Martis, pro pugnandi insigne posuit. [Consiliantibus dijs) Consilium habentibus dijs, de recipiendo Romulo, in numerũ deorũ. [Ilion, Ilion) Repetitio nominis, interdũ iracundiã, interdũ laudẽ signãt, vt, Ah Corydõ, Corydõ q̃ te dementia cœpit? &, Ex illo Corydõ, Corydõ est tpe nobis. Ordo est. Fatalis & incestus iudex, & peregrina mulier vertit Ilion in puluerẽ, Ilion dãnatum mihi, & castæ Mineruæ, cum populo, & fraudulẽto duce, ex quo Laomedõ destituit deos, pacta mercede. [Fatalis) Alexander, per quẽ deleretur Iliõ, vt, Cũ fatalis equus, saltu sup ardua venit. [Et mulier pegrina) Peregrina dixit, ad exaggerationẽ, vt Virg. Fœmina q̃ nris ĩtãs in finibus vrbẽ. [Ex quo destituit deos) Laomedõ p murorũ Troiæ pfectione, nõ soluerat votũ, numinibus promissum, vt Virg. Nec dũ Laomedõteæ sentis periuria gentis. [Dãnatu) Destinandũ ad perdendũ. Virg. Hic Iuno Scæas sæuissima portas prima tenet. Bene aũt castę q a incestus iudex dixerat. [Lacenæ,) Helenæ Menelai vxoris, q Alex. pulchritudine sua, & ornatu, persuasus, rapuit Virg. At non sic Phrygius, penetrat Lacedæmona pastor. Lædeamq. Helenam Troianas vexit ad vrbes. [Famosus hospes:) Infamis, qui fidem violauerit hospiti, hospitis coniugem rapiendo. [Nec Priami domus) Domum pro genere posuit, Paris.n. Priami filius fuit Virg. Da propriã Tymbreæ domum, da mœnia fessis. [Hectoreis opibus) Vt, Decimũ quos distulit Hector in annum. Opes aũt. p auxilijs ponuntur, tanquam sint auxilio vitæ, vt Terent. Iuno Lucina, fer opem. [Nostrisq. ductum seditionibus). i. bellum quod tm̃ fuerat, vt Deorum seditionibus, hoc est discordijs, & dissensionibus decẽnium traheretur. [Resedit) Finitum est: vt, Omnisq. repente, resedit flatus. [Protinus) Dehinc, vt Virg. Mos erat Hesperio, in Latio, quem protinus vrbes Albanæ coluere sacrum. [Et inuisum nepotem) Odiosum sibi, Romulum dixit, nepos.n. Iunonis fuit, per Martẽ, quem Iouis, Iunonis filium, Homerus affirmat, per genus autem Romuli Carthago deleta est [Troica) Pro Troiana. Ilia.n. Troiana genere fuit, vt Virg. Donec regina sacerdos Marte grauis, geminam partu dabit Ilia prolem. [Marti redonabo) Quamuis sit de Troiano genere, patri suo Romulũ regnare cõcedã. [Inire sedeis,) Ædificare pmittã, inqt, vel indigetẽ heri. [Ducere) Propinare, potare. i. deorũ conuiuijs, et interesse permittam. [Quietis) Philosophi .n. hanc beatitudinem dijs dederunt, qua eos ociosos esse, & nihil curare nec alicuius rei solicitudine teneri, dicant sed mundo lege disposito, vnde Virg. Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat. [Dum lõgus inter sæuiat) Tolerabilius se ferre cõfirmat, vt longo spatio maris interiecto, Romæ teneant potius Romanorũ nepotes, quam vt illo fruãtur imperio. [Insultet armentum) Libere supuagetur, conculcet, vt, Insultare solo, & gressus glomerare superbos. Inultę, illęsæ securę Siluosis enim & desertis locis feræ catulos tutos celant, vt siluas & lustra ferarũ. [Triumphatisq́) Species participij est: vt, Quondam triumphata Lycurgo, & Bacchatamq. iugis Naxon, & Triũphata Corintho. [Dare iura Medis) Medos, hic pro omnibus gentibus posuit, ac si diceret, per triumphum subditis hostibus, leges imponat. [Qua medius liquor) Gaditanum mare dicit, inde .n. incipit Europa secerni a Lybia. [Ab Afro:) Ab Africa, synecdochicos .i. per quæ loca diuiduntur Europa, & Africa, duæ partes mundi. [Aurum irrepertum) Etiam Roma contemnet, quod multo vtilius est, omnibus hominibus, cum latet adhuc sub terra, minus.n. causas auaritiæ præstat. Fortiorem ergo dicit Romam contemnendo aurum fore, q̃ in vsus cogendo, vt, Paruoq́ potentem Fabricium. Ordo est, Fortior spernere aurum irrepertum, & sic melius situm, cum terra cœlat, q̃ cogere in vsus humanus. [Dextra raptam omne sacrum) Sacra.n. omnium gentium, rapuere Romani non modo aurum. Dextram autem, aut pro auaritia, aut pro bello posuit, vt Virg. Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames. Iuuen. Atque omni ex crimine lucrum Quæsitum. [Terminus) Finis naturæ, quo mundi spatia terminantur, ad quẽ adhuc armis dicit peruenire, ambitu gloriæ, siue auri cupidine.

[Qua parte debacchentur ignes:) Ceraumenẽ dixit inhabitabilẽ, vt Virg. Semper sole r. & t. f. ab i. in qua incendium, vt furor bacchantibus dominetur, ideoq́. dicit debacchẽtur. [Qua nebulæ, pluuijq́. rores.) Septẽtrionalẽ signãt cardinẽ, hoc est niualẽ, ut itẽ Virg. Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris. [Sed bellicosis fata (Quiritibus) Hac lege dico, constituo sancio, Romanis hoc ius Fatorũ, vt perniciosum habeant, pro se reparare Troiam. [Ne nimiũ pij) Qui velint præstare parentibus contra voluntatem Deorũ [Tristi clade iterabitur,) Hoc ideo quidã dictũ volũt, q Fimbria legatus Cinnæ, Ilium tpibus Syllanis oppugnauerit, ac diruerit, qui mox seditione militũ peremptus est. Ordo. Fortuna Troiæ renascens, lugubri alite, iterabitur tristi clade, me cõiuge, & sorore Iouis, ducente victrices cateruas. [Coniuge, & sorore.) Sic Virg Est ego quæ diuum incedo regina Iouisq.. Et soror, & coniux. [Ter si resurgat murus aheneus) Hic aut quoties reparata fuerit diruẽdam dicit, vt finitum pro infinito ponat, aut tertio Troiam signãt perijsse: Semel ab Hercule, secũdo ab Græcis pro Helena, tertio a Fimbria. [Ter vxor) Quidam Andromachẽ intelligi volunt, pp Hectorem, & Astyanacta. [Non hæc iocosæ conueniunt lyræ) .i. talia non conueniunt nostræ propositioni, a Iunonis verbis, in se poeta conuertitur. [Peruicax) Licẽtiosa, vel reprehensibilis. [Modis) Modulationibus metrorum.

IVstum, ac tenacem propositi virũ) In secta Stoica, & hoc dr̃. Iustum virum, & honesti propositi, nõ terreri ciuium opinionibus, exigentium, vt aliquid contra rõnem faciat. [Non vultus instantis tyrãni Mẽte quatit solida) .i. eum, quẽ iustũ, & tenacem ppositi ait, ergo sensus est, Sapientem virum nõ quatit. i. nõ cõturbat, minãx vultus tyrãni, ideo. s. qa solida mẽte est. i. firma & constãti. [Hac arte Pollux, & vagus Hercules) Vagus dictus est, quia orbẽ terrarũ peragrauit. [Arces igneas) .i. sidereas, ac p hoc cœlestes. [Quos inter augustus recubens) Bene, qa & ipse virtutis cultor est [Purpureo bibit ore nectar.) Purpureo ore, claro & splendido, vt Virg Lumenq. iuuentæ, Purpureum [Hac te merẽtẽ Bacche pr̃) Hac. s. virtute. [Merentẽ) Merentẽ q̃uo accipimus? verũ simpliciter dignũ, an ut mereri stipẽdia milites dicimus? [Indocili iugũ Collo trahentes.) Alioq indocili. Non vtique ẽt, sub Libero, qui eas docuerit iugum suum trahere. [Gratum elocuta consiliantibus Iunone diuis) Consiliantibus nunc in consilio agentibus, intelligendum, est aũt sensus, Iunone elocuta quæ erat cum dijs, apud quos consilio loquebatur. Gratum elocuta consiliantibus, non est alia hæc Ode, quam superior, sed illi adhæret. Quare falluntur, qui eas separãt, quippe cum manifestę hęreãt, hoc modo Hac Quirinus: Martis equis Acheronta fugit. Gratũ elocuta consiliantibus, Iunone diuis signãt hac, Romulũ in cœlum receptum, Iunone mitigata Romanis, quibus aliquãdiu pp itã, quã in Troianos habuit irata fuit. [Fatalis, incestusq. iudex,) Hæc iam Iunonis verba sunt, in cõsilio. Mihi castæq. dãna. [Mineruæ) Pro a me dãnatum Ilion .s. [Iam nec Lacænæ splẽdet adulteræ, Famosus hospes) Eleganter hæc dñr, quasi ostẽdat Iuno, se ad satisfactionem vsque vltionẽ percepisse, de Troianis. [Ducere nectaris Succos) .i. assuescere saporibus nectaris. Dum longe sit, inqt, ab Ilio Roma, in qualibet parte orbis Romani, quãtum in me est, regnent. Eleganter hic peruicacia iratæ, in Troianos deæ exprimitur [Regnanto) Pro regnent secunda pro tertia persona est, vt est illud Virg. Tertius Argolica, galea contentus abito. [Dũ Priami, Paridisq. busto Insultet armentũ.) Hoc est pascẽdo, supgrediar̃. [Et catulos feræ Celẽt inultæ:) Perite, quasi desertã esse velit Troiã. [Horrenda late nolẽt inultæ.) Nõ perpetuũ epithetõ, horrendam Romã dicit, sed Barbaris horrendam. [Qua medius liquor Secernit Europẽ ab Afro:) Gaditanũ fretũ signãt, inde .n. incipit discerni Europa a Lybia. [Qua tumidus rigat arua Nilus:) Nõ semp tumidus, sed tumidus cũ rigat [Aurũ irrepertũ, & sic melius sitũ, Cũ terra celat, spernere fortior,) Bñ aurũ vtilius ait esse prius, quã de metallis effodiatur, qm̃ effosum, cãm pstat auaritiæ, ac sceleribus. Populũ aũt R. ait cõstantissimũ aurũ contẽnere merito, qm̃ apud veteres, pauptas magis in honore erat, quã diuitiæ. [Oẽ sacrũ rapiẽre dextra.) Nõ Romanorũ .s. dextra, sed deorũ qui cogunt aurũ in vsus Romanos. extrinsecus aũt hic accipiẽda vox est & vt sit, & oẽ sacrũ rapiente dextra. [Visere gestiens, Qua parte debacchẽtur ignes:) Australẽ cardinem significat, q est torẽtissimus. [Troiæ renascẽs alite lugubri) Fortuna tristi clade iterabitur. Ordo & sensus est. Fortuna Troiæ, alite lugubri .i. malo auspicio renascens iterato excidio, cadet, hic aũt sensus inde cõceptus est, q Flauius, Fimbria, legatus, Cinnæ Iliũ tpibus Syllanis oppugnauit, ac diruit, quẽ mox seditio militum occidit. [Non hæc iocosæ conueniunt lyræ. Quo Musa tendis?) Nũc his verbis poeta ad se cõuersus, ait: Nõ se recte facere, q lyrico POL

rico carmine, cui iocosa conueniant, seueriora loquatur. [Desine peruicax Referre sermones deorum) Peruicax nunc, pro licentiore dicitur. [Et magna modis tentare paruis) Sensus est, Desine magna res, quę heroico magis carmini conueniunt, extenuare humilitate lyrici carminis.

ASCEN. IVstum & te.) Describit viri fortis virtutem, & qui vere fortes inuenti, cœlum meruerint, cōmemorat, Regulum illis annumerans, etiam Iunonis permissu, quæ in consilio deorum, pmisit, vt Romulus virtute cœlum conscenderet, & Romam construeret, Parthis, & Medis, alijsque ferre gentibus, dominaturam cui consonat illud Æn.j. Quin aspera Iuno. Quæ mare nunc, terrasque metu, cœlumque faciat. Consilia in melius referet, mecumque fouebit, Romanos rerum dños, gētemque togatam. Verum id solum recepit, ne Romani pietate moti, Ilion instaurare moliantur, quod cōmode fingitur à poëta ne aut impietati, aut ignauiæ detur Romanis, ꝙ Troiam patriam suam antiquam nō reparauerint, quod illis impietati dari posset si nollet, & ignauiæ si nequirent. Ceterum quia hæc materia altior vr̃, q̃ quæ lyræ conueniat, admonet musam sese reprimat. Ordo est. Ardor .i. ardens furor, ciuium iubentium praua .i. iniusta, quia iustis parendum est, & vultus .s. crudelis tyranni, instantis .i. vrgentis, non quatit .i. non excutit, nec dimouet, solida .i firma & integra mente, uirum iustum & tenacem propositi .i. constantem in proposito. Neque Auster dux turbidus .i. turbulentus rector, Adriæ .i. maris Adriatici, inquieti .i. cōmoti, nec magna manus Iouis fulminatis, quatit sup. eum, quia Iupiter non vult, & Adria non potest. Si orbis .i. totus globus cœli fractus illabitur s. in se, ruinæ .i. fragmenta cadentia ferient eum impauidum, forte tñ pauentē. Pollux alter Geminorum, & Hercules uagus .s. ad monstra domāda, innixus .i. stabilitus, hac arte .s. solidæ uirtutis. attigit arces igneas, id est cœlestes, inter quos .s. Pollucem & Herculem, Augustus recumbens .s. in mensa deorum, bibet (aut bibit) ore purpureo .i. purpurato, nectar .i. deorum potum. O Bacche pater, tuæ .i. tibi obsequentes peculiariter tigres, trahentes iugum collo indocili .i. indomabili ab alijs, vexere te merentiam .i. militiā agentem, aut bene merentem, hac .s. arte virtutis. Quirinus .i. Romulus, fugit equis Martis .i. bello, hac .s. arte, Acheronta .i. Infernum, & hoc Iunone elocuta gratum .i. rem gratam Marti & eius soboli, diuis consiliantibus .i. consultantibus de statu Romano. Inquit, aīt Iuno, Iudex .s. Paris, qui Veneri pomum adiudicauit, fatalis .i. exitialis, quia ita in fatis fuit, vt Roma surgat ex ruinis Troiæ, & incestus, quia libidine corruptus Veneri fauit, & mulier peregrina .s. Helena, vertit in puluerem Ilion, Ilion bis dicit ad effectum exprimendum, q. d. pulcherrimum quondā oppidum, dānatum .s. ad euersionem à Dijs, cum populo & duce fraudulento .s. Laomedonte, mihi & Mineruæ castæ .i. in vltionē meam & Mineruæ, ab eo tempore ex quo Laomedon rex Troiæ pater Priami, destituit .i defraudauit, deos .s. Neptunum & Apollinem, mercede pacta .i. pacto promissa pro instauratione murorum Troiæ. [Iam nec) Ordo est. Nec iam .i. amplius, splendet .i. splēdidus apparet, hospes formosus .s. Paris, adulteræ Lacænæ .i. Spartanæ .i. Helenæ, quæ Parin hospitio susceptum, quia tam formosum vidit, secuta est, nec domus Prima periura .i. Laomedontis periurio polluta, refringit .s. amplius, opibus .i. viribus, Hectoreis .i. ipsius Hectoris, Achiuos .i. Græcos præcipue Achiuos, pugnaces .i. bellicosos. Et iam bellum ductum .s. apud Troiam, nostris seditionibus .i. factionibus, resedit .i. quieuit, & sedatū est. Ego, q.d. iam saturata, redonabo protinus .i. oino. Marti .s. auctori Romanoꝝ, iras grauis .i. alta mente repostū odium in Troianos, & nepotem .s. Romulum inuisum. vnde in vij. Æneid. Heu stirpē insulam &c. vtpote quem sacerdos Troica .i. a Troianis oriunda, & Vestæ sacris a Troia tralatis præfecta .s. Ilia, seu Rhea Numitoris filia, peperit, Ego patiar illum .s. Romulum, inire .i. ingredi, sedes lucidas .s. deoꝝ, & ducere .s. ad os, succos nectaris .i. potus diuinos, & adscribi ordinibus deoꝝ quietis .i. æterna quiete gaudentium. Exules .s. Troiani, regnāto .i. permitto vt regnent etiam beati in qualibet parte .s. mundi, dum longus pontus .i. magnum mare, sæuiat i. ferueat, inter Ilion & Romam, dum .i. dūmodo, armentum .s. dum pascitur, insultet busto .i. sepulcro, Priami & Paridis, & dum feræ inultæ .i. non captæ nec punitæ, cœlent .i. occulant in busto illorum catulos .s. suos, stet .i. permitto vt stet. Capitolium .i. arx Romana, fulgens, & Roma ferox, quia Martia, possit dare iura Medis .i. quibuscunque bellicosis hostibus, triumphatis .i. in triumphum actis. & vt Roma horrenda extendat late nomen in vltimas oras .i. regiones, qua liquor .i. liquidus sinus, vtpote Gaditanus, medius .i. interiacens, secernit .i. distermi nat, Europem ab Afro .i. Africa. [Et qua) .s. parte, Nilus tumidus .i. inflatus, rigat arua .i. in Ægypto. Roma dicit, existēs fortior spernere .i. ad spernendum, q̃ cogere .i ad cogendum in vsus humanos (vt patet de Curio & Fabritio) & hoc dextra rapiente omne sacrum, vt a Barbaris fit, spernere dicit aurum irrepertum .i nondūm repertum, & situm .i. positum melius .i. conuenientius, sic .i. in visceribus terræ, cum .s. terra cœlat ipsum. Quicunque terminus obstitit mundo, quo minus peruius sit, hunc Roma tanget (aut tangat) gestiens visere .i. ire visum, qua parte debacchētur, id sæuiant, ignes .s. in Libya, & qua parte nebulæ & rores pluuij .s. in Riphæis iugis. Sed dico Quiritibus .i. Romanis bellicosis Fata, hac lege, ne .s. existentes nimium pij .s. in patriam antiq̃, & fidentes nimium rebus gestis .s. à se, aut secundis, velint .i. moliantur reparere tecta Troiæ auitæ, quia fortuna Troiæ renascēs .i. si renascatur, alite .i. auspicio, lugubri .i lamentoso, iterabitur .i. iterum afficietur, clade tristi, hoc me coniuge & sorore Iouis, ducente .i. reducente, cateruas victrices .s. Græcorum. [Ter si resurgat) Prosequitur sermonem Iuno dicens. [Si murus aheneus) .i. etiam aheneus. [Resurgat) .i. reparetur ter. [Phœbo auct.) .i. approbante, & auxiliante. [Ipse pereat ter) .i. toties excisus sub. ab Argiuis meis, vt Aen. j. Veterisq. memor Saturnia belli. Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis. [Et vxor) .s. Hecuba, aut Andromache capta. [Ploret ter virum) .s. occisum, vt Hecuba Priamum, & Andromache Hectorē, & pueros, vt Hecuba Hectorem, Parin, Deiphobum, Troilum, & reliquos: Andromache Astyanacta. Verum quia hæc altiora visa sunt, conuertit sermonem ad Musam, cuius inspiratione hæc cecinit, dicens. [O Musa quo tendis?) Hæc non conueniunt lyræ iocosæ .i. iocos canere solitæ. [O peruicax) .i. procax, & arrogens. [Desine referre sermones deo.) Et tenuare .i. deprimere magna, modis paruis .i. propter paruitatem modorum, hoc est cantuum lyricorum.

TRoica quem) Mea hæc est snia, vt Troiam sacerdotem, nō Troianam vt Acron interpretatur, appellauerit, sed Iliam [Quanquam à Troianis illam æque ac alios Romanos originem traxisse dicere possumus, vt Ouid. in amoribus ele. v. lib. iij. [Ilia ab Idæo Laomedonte genus) Quod Deæ Vestæ sacris præesset, ex Troia allatis. A qua Dea Vestales dictæ Virgines, & sacerdotes, quarum in numero fuit Ilia a Marte compressa. MATT. Bonfinu.

## IN CALLIOPEN.

*Hanc Oden superiore connectit, quæ sublima & deorum colloquia tractabat: hinc ad humana descendit, narratq; se olim adhuc puerum in Apulia lauro & myrto à palumbis tectum, vt à feris tutus esset, præsagiū id nimirum innuens quòd poëta, & lyricorum amorumq; scriptor aliquādo, esset futurus.*

### *Ode IIII. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Vides vt alta stet niue candidum.*

--∪---∪∪-∪∪
--∪---∪∪-∪∪
--∪---∪-∪
-∪∪-∪∪-∪--

DEscende cœlo, & dic age tibia
Regina longum Calliope melos,
Seu voce nunc mauis acuta,
Seu fidibus, citharáue Phœbi.
Auditis? an me ludit amabilis
Insania? audire, & videor pios
Errare per lucos: amœnæ,
Quos & aquæ subeunt, & auræ,
Me fabulosæ Vulture in Appulo,
Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo, fatigatumq. somno,
Fronde noua puerum palumbes
Texere: mirum quod foret omnibus:

Quicunque

Quicunque celsæ nidum Acherontiæ,
Saltusque Batinos, & aruum
Pingue tenent humilis Ferenti,
Vt tuto ab atris corpore viperis
Dormirem, & vrsis: vt premerer sacra
Lauroque, collataque myrto,
Non sine dis animosus infans.
Vester Camœnæ, vester, in arduos
Tollor Sabinos: seu mihi frigidum
Præneste, seu Tibur supinum,
Seu liquidæ placuere Baiæ.
Vestris amicum fontibus, & choris,
Non me Philippis versa acies retro,
Deuota non extinxit arbos,
Nec Sicula Palinurus vnda.
Vtcunque mecum vos eritis: libens
Insanientem nauita Bosphorum
Tentabo, & arenteis arenas
Littoris Assyrij viator.
Visam Britannos hospitibus feros,
Et lætum equino sanguine Concanum.
Visam pharetratos Gelonos,
Et Scythicum inuiolatus amnem.
Vos Cæsarem altum, militia simul
Fessas cohorteis abdidit oppidis:
Finire quærentem labores
Pierio recreatis antro.
Vos lene consilium & datis: & dato
Gaudetis almæ. scimus vt impios
Titanas, immanemque turmam
Fulmine sustulerit caduco,
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, & vrbeis, regnaque tristia:
Diuosque, mortaleisque turmas
Imperio regit vnus æquo.
Magnum illam terrorem intulerat Ioui
Fidens iuuentus, horrida brachijs,
Fratresque tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo.
Sed quid Typhoeus, & validus Mimas,
Aut quid minaci Porphyrion statu,
Quid Rhœtus, euulsisque truncis
Enceladus iaculator audax,
Contra sonantem Palladis Aegida
Possent ruentes? hinc auidus stetit
Vulcanus: hinc matrona Iuno, &
Nunquam humeris positurus arcum,
Qui rore puro Castaliæ lauit
Crineis solutos: qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalemque siluam,
Delius, & Patareus Apollo.
Vis consili expers mole ruit sua:
Vim temperatam di quoque prouehunt
In maius: ijdem odere vires
Omne nefas animo mouentes.
Testis mearum centimanus Gyges
Sententiarum notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ:
Virginea domitus sagitta.
Iniecta monstris terra dolet suis:
Mœretque partus fulmine luridum
Missos ad orcum: nec peredit
Impositam celer ignis Aetnam:
Incontinentis nec Tityi iecur
Relinquit ales, nequitiæ additus
Custos: amatorem trecentæ
Pirithoum cohibent catenæ.


ESCENDE cœlo) Qm̃ supiori Ode Horatio Musa deorũ sermones retulerat, eã pñti Ode, cœlo descẽdere hortatur, referreq. humana, potius q̃ diuina, itaq scribit se puerũ in Vulture, mõte Appulo, dormientem, à palũbibus fuisse lauro & myrto tectũ, quo esset tutior ab viperis, ferisq. oĩbus. Dicit inde, quod vbicũque fuerit musarũ erit, vel in Sabinis, vel Prenestε, vel Tybure, vel Baijs, hoc est vbicũque carminibus operã tradet. Dicit item Musarũ ope liberatum se Philippẽsi clade liberatũ, arboris casu, liberatum quoque sicula tẽpestate, apud Palinurũ Lucaniæ ꝓmontorium esse. Asserit inde Augustum Cæs. sæpe à Musis quoque recreari, Musasq. ipsas, recte cõsulere, hinc Iupiter gigãtes euicit, q̃ a nullo consilio, viribus freti, fuerant. Vis.n. cõsilij, expers sua mole ruit. Vis aũt consilij plena à dijs quoque auget, quod sanè exemplis ẽr probat, ordo. O regina Calliope, age descẽde cœlo, & nũc tibi dic longũ melos seu mauis acuta voce, seu fidibus cytharáue Phœbi. [Regina Calliope) Id ait, quia Calliope cantus suauitate, ceteras antecedit, vt Diod lib. V. edocet, potest aũt dici pulchrum carmẽ. κάλλος enim pulchritudo dr̃ ἔπη vos καλλιοπέω vetò ornate dico [Melos) τὸ μέλος μέλιος cantus dr̃. [Acuta voce). i. magna, clara, puta, secans area & auribus sedens. ea. n. perfecta vox est & plena. [Auditis) Id interrogatiue legendum. Nam cum musam è cœlo ad cantum vocasset, tanq̃ illa venerit, inquit, Poëta. Auditis? nam ipsi videbaẽ audire illius cantũ. [Me ludit) Deludũtur insani phantasmatis: poëtæ quoq. furore ducti, insaniũt, multaq. videre falso vñr, hic fingunt ẽt contraria rerum naturæ. [Amabilis Insania) Poeticus furor, oblectabarur enim furore illo, quo Musam audire videbaẽ. [Audire, & videor) Ordo est. Videor audire. s. Musam, & errare ꝑ pios lucos, quos subeũt & amœnæ aquæ, & auræ. [Me fabulosæ) Ordo est. Me puerũ ludo, & somno, fatigatum, texere palumbes, noua frõde, Vulture in Appulo, extra limẽ Apuliæ, fabulosæ nutricis, inde enim oriundus fuerat. [Fabulosæ) Blandæ, & facetæ quales esse nutrices solẽt. [Extra limen) Extra ianuã. [Apuliæ) Regionis nomen, pro nutrice posuit. [Vulture in Appulo) Est Vultur Apuliæ mõs. [Fronde no.) Viridi. [Palũbes) Quæ Veneri dicatæ sunt propter id aũt, & myrtum se de amore scripturum indicauit, per laurum vero poëtam futurum. [Celsæ Acherontiæ) Acherõtia oppidum est Lucaniæ, quam nidum appellat, quod parua sit & in summo monte constituta, sicut auium nidi in summis arboribus solent esse, quod Porph. scribit. Acron vero asserit esse in Apulia, conterminam Lucaniæ. Plin. vero lib. iij scribit, in Lucania esse Acheronta fluuium, a quo oppidani Acherontini. [Batinos saltus) Batina, oppidum est in Apulia, vt Porph. docet. Plin. lib. iij. nominat Batinum flumen, iuxta Truẽrum. [Humilis Ferenti) Ferentum oppidum in Lucania, in valle positum, ꝓpterea humile appellauit, quod & Porph scribit. Plin lib. iij. numerat Ferẽtanos inter Apuliæ populus. [Atris) Venenosis. [Vt tuto ab atris) Ordo est. Vt infans nõ sine Dijs animosus dormirem corpore tuto ab atris viperis, & vrsis, vt p̃merer. i. tegerer à sacra lauro & collata myrto. [Sine dijs) i. sine Phœbi, & Veneris: & Musarum numine. [Animosus) Animosum se dicit fuisse, qd̃ in monte illo, nõ satis tuto dormietat. [Vester) Sensus est, O Camœnæ, ego ducor in Sabinos vester, & seu placet mihi Prænelte, seu Tybur, seu Baiæ, vester ero, ꝑ quod innuit se vbicunque carminibus vacaturũ. [Liquidæ Baiæ). i. aquosæ. [Philippis versa acies retro) Philippi Macedoniæ vrbs, apud quã victus est ab Augusto & M. Ant. Brutus & Cassius, cuius Bruti Horat. tribunus erat de quo latius Ode xiiij. huius lib. j. itẽ Ode vij. lib. ij. vbi dixit à Mercutio se liberatũ hic vero ab Musa. [Deuota arbos) Scelesta, & exectabilis, de qua superius meminit. [Nec Sicula Palinurus vnda) Putandũ est, Horatium de Macedonia fugientẽ, in mari Siculo, vsque ad Palinurum ꝓmõtorium Lucaniæ, tempestatem fuisse passum. Plin. autem docet lib. iij. Palinurum Lucaniæ promontorium esse prope vrbem Veliam, quæ prius Helea dicebatur. [Vtcunque mecum) Sensus est: Quandocunque eritis mecum, sine timore æstuosum mare tentabo: & sæuissimas ANTO.

gentes ydibo inuolatus.[Insanientem) Æstuantem,de Bosphoro aut,sapetius diximus.[Arentes arenas Littoris Assyrij) In Assyria.n. regione vel vehementior Sol est. Sunt Persia iuncti Assyrij. vt Strabo lib xvj. inquit. [Britannos hospitibus feros) Hospites.n.immolabant)vt aiunt ) [Concanum) Concana,vrbs est Mediterranea Cantabrorum in Taraconensi Hispania, quod scribit Ptol. lib. ij. [Gelonos) Scythiæ populos,qui (vt diximus supra)ex hostium pellibus,sibi & equis faciunt tegmina.[Scythicũ amnem) Tanaim dicit,qui Europam ab Asia disiungit,atque ambarum fines vtrinque per labẽs in Boream versus,per Sauromatas in Scythiam vsque atque in Meotidis paludem protenditur. oritur aũt ex Indiæ montibus. Dion. scribit, & Strab. lib. xj. & lib vij.[Vos Cæs.altum) Asserit Augustum Cęsarem sæpe ab Musis quoque recreari. Musasque ipsas recte consulere. est aũt ordo. Vos recreatis antro Pierio, altum militia Cæsarem quærentem finire labores simul abdidit oppidis cohortes fessas.[Altum, m litia) Insignem & inclytum [Abdidit oppidis) Vt ibi hyemarent.[Pierio antro).i.Musico Augustus.n.Cæsar,poeticam ẽt attigit. extabat aũt, Tranquilli tpe,vnus liber,ab eo scriptus,hexametris versibus,cuius & argm̃ & titulus,erat Sicilia. Extabat alter,æque modicus, Epigrãmatum. Tragœdiam quoque Aiacis, magno impetu exorsus,non succedente stylo, aboleuit scribir,& plura Tranquillus,ipse.

*Pierus.* [Pierio antro) Musarum est Pierus mõs Thessaliæ,qui ad Macedoniam protenditur, vt scribit Plin. lib. iiij. inde Pierides musæ dñr,vt docet Festus. [Vos almæ).i sanctæ musæ.[Lene consilium).i mitre,suaue iucundum. per id aũt, sapientiam intelligit.[scimus vt impios)Exemplis ostendit,consilio res bene geri.[Titanas)Indicat vires,sine consilio vanas esse,& aduersas vti Titanibus euenit, qui viribus freti in deos insurrexerunt.[Titanas) Titani filios,& terræ, qui in deos arma sumpsere,sed mõtibus appressi sunt inde eorum sanguine,& ex terra gigantes nati,qui ẽt in deos irruere,sed victi sunt.[Qui)Ordo est,Qui vnus æquo imperio,regit &c.[Terram iner.) Desidem, immobilem.[Fidens iuuentus) Ordo est,Illa iuuentus horrida, fideos brachijs &c [Tendentes) Pro contendentes,& conantes. [Imposuisse) Pro imponere.[Minaci).i.alto, & eminenti. [Pelion Olympo ) Pelion Olympus, & Ossa sunt Thessaliæ montes. vt scribit Solin Maro.aũt lib.j. Georg.ait, Conati ter sunt imponere Pelion Ossam. Scilicet atque Ossę frondosum inuoluere Olympum. Ter pater extructos disiecit fulmine montes.

*Typhon Typhoeus.* [Sed quid Typhoeus) Ostendit vires sine consilio non prodesse. contra sapientes. de gigantibus vero latius videto Nasonem, in Metamorph. [Typhoeus)Typhon,vel Typhoeus triumsyllabarum cum eu diphtongo in fine,non aũt cum œ,diuisa,vel coniuncta,gigas fuit. de quo Seneca in Octauia inquit. Non tam ferum Typhona neglecto,Ioue irata,tellus edidit,quondam parẽs hunc dicit Lactantius Iouem prouocasse de regno,hinc ab irato

*Typhos* Ioue fulminatum. Et reste Ouid.lib.v Metam. Siciliæ suppositus est. τῦφος autem superbia dr̃. τύφω incendo. τυφόομαι inanicer iacto,superbio.

*Enceladus* [Enceladus ) Titani,& terræ filius fuit, & Ætnæ subiectus. de quo Maro lib.iij.Aen [Ruentes)Sine consilio aliquo. [Positurus arcum) Superius dictum est,Apollinem in dexrra hr̃e Gratias,in sinistra sagittas & arcum.

*Castalia fons Delphi* [Castaliæ)Castalia fons est in Parnasso,ad fines cuius fontis, Delphi vrbs locata erat,Strab tpe,vt ipse docet lib.ix. Probus vero ait,Castalium fonte esse Delphis,in Apollinis oraculo,qui abluebat ipsam Dei aram. [Crines solutos)Est.n.Crinitus Apollo. Vnde Tibullus ait,Solis æterna est Phœbo, Bacchoque iuuentus. Et decet intonsus crinis vtrunque deum. [Lycia Dumeta) Lycon Pandionis filius à se Lycios appellauit,vt scribit Str.lib.xij. [Delius) E

*Delos Cynthus* Delo,insula maris Aegei,cui imminet mons,Cynthus sublimis, & asper habebat,Delos templum Apollinis,& Latonæ, quæ ibi Dianam simul,& Apollinem peperit.auctor est Strab. lib x.

*Patara* [Pataræus) Patara ciuitas est Lyciæ,maxima quæ Portum habet, & templa plurima. quod lib.xiij.Strab.scribit. In ea (vt aiunt) sex mensibus anni,Apollinis dabantur rñsa [Vis consili experts) Id ad gigantes attinet. [Vim tẽperatam) Ad Augustum hoc refert. [Prouehunt)Contendunt a igẽt. [Centimanus gigas) Briareus .s.[Testis mearum sniarum)Quòd.s.vis consilij expers mole ruit sua.

*Orion* [Oriõ Dianæ tentator) Scribit Higinius,aliquos dicere Oriona cũ Dianæ vini voluisset afferre,ab ea sagittis esse confixũ inde ad sidera, propter venandi cõsimile studium telarum.latius tñ diximus de Orione in Ode xxviij.lib.j.[Iniecta monstris)Ordo est. Terra iniecta monstris suis. dolet.i. gigantibus ipsius terræ filijs super quos cecidere fulmine mõtes.[Nec peredit ignis Ætnam) Sensus est, quod Aetna Encelado imposita nunq̃ ab igne consumitur,vt continua Enceladus pœna,afficiatur. Ouid. lib. v. Metam dicit esse Typhoeum,sub Aetna.

*Tityus* [Incontinentis Tityi) Intemperantis. dicunt enim voluisse Latonæ vim inferre, hunc apud inferos eius iecur, assiduus vultur depascitur. de quo lite Maro lib. vj ibi, Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum.

*Pirithous.* [Pirithoum)Fuit is Ixionis filius qui cum Theseo ad inferos descendit, vt Proserpinam rapere, sed ibi detentus est. de quo vide Sen. in Trag. Herc. meminit & Diod. lib. v.

*ACR.* DEscende cœlo).i.desine loqui de ijs. Propterea dixit Descende cœlo,tanq̃ iam velit Musam trãsire a verbis Iunonis,quæ eã,uelut in cœlo habuisse ostenderat. Ordo est. [Tibia,descende de cœlo,& Calliope Regina age dic longũ melos) Melos aũt specialiter,dici volunt cantum pastoralem,est aũt indeclinabile,neutri gñis.[Acuta) Sonora liq̃da,cõueniente melodus.[Auditis?) Dũ ad solam Calliopem loqueretẽ dixit auditis? vt vos ò Calliope,precor,aspirate canenti,& quasi Deæ præsentiam se sentire ait,tanq̃ venerit inuocata,quod appellatur Entusiasmos. [An me ludit)Velut interrogãs sodales suos posuit.i. an dum spero,me audire erro,& non audio.i.decipior dulci more poetico. Ordo est Videor audire,& videor errare per pios lucos.i.videor mihi audire.s.cantus vestros tanq̃ diceret, vero audio cantus,& lucis intersum aut errore mentis imaginor, quem studio cõcepi poetico,aut certe per amœnos lucos Elisij,vere video musas errare. [Vulture)Vultur mõs Apuliæ,fabulosam vero nutricem appellauit,quod hæ ferre alũnis suis, narrare fabulas solent. Ordo est. Me puerum fatigatum somno,& ludo texere,palũbes. noua fronde,in vulture Appulo,extra limen fabulosæ Apuliæ meæ nutricis,nomen prouinciæ, pro nutricis posuit: qua inde Horat. fuit. [Fronda noua) Viridi non antiqua,nec arida,quæ odore & vmbra somnos nutriet. Sic Virgil Floribus, & dulci aspirans,cõplectitur vmbra [Acherontia) Acherontia ciuitas est Apuliæ,cõtermina Lucaniæ,quam ob hoc nidum appellauit,qa parua est, & in montis constituta summitate sicut nidi auium, in summis arboribus. [Saltusq. Batinos) Batina ciuitas est Apuliæ cõtermina Venusinæ ciuitati. huius territorium pascuis amenatur,cũ campi subiecti,siue vicini sint,qui Matini appellantur nunc abusiue.[Humilis Ferenti) Ferentum oppidũ est Apuliæ, Venusinæ ciuitati,vicinum,quod humile appellauit, qa in valle situm est,sed nunc sine habitatore est. [Premerer) Tegerer,defensarer. Sacra aũt ait, non pp solum Apollinem, sed etiã pp̃ter se,eo qꝫ paruus,extra limẽ Apuliæ expositus,lauro,& myrto,colũbis deferentibus, tectus sit,in omẽ futuri poetæ. Laurus enim dicata Apollini est, & myrtus Veneri, quæ lyræ erat,& luxurioso futura,dũ lyrico carmine,res venereas describeret.[Non sine Dijs animosus) Impauidus. vt Luxuriaq́ thoris,animosum pectus,honesti spadices. Ordo: Camœnæ ego vester infans,animosus non sine dijs vester, tollor in arduos Sabinos &c. Prodigium aũt,fauore diuinitatis,& securitatis suæ, fuisse confirmat: tanq̃ si numen sibi inesse velit intelligi vbicunque sum, inq̃t, vester sum ò Musæ cuius infantiam vos custodisse manifestum est. significans qꝫ vbique nil aliud,q̃ studia Musarum scribẽdo carmina colar,vt est,Me vero primum dulces ante oia Musæ, Quarum sacra fero,ingenti perculsus amore, Accipiant. [Supinum) Montuosum,vt Collesq. supinos. Situm aũt ciuitatis,descripsit,quia in ascensu mõtis est constituta. [Seu liq̃dæ) Aut inter aquas constitute aut delitiosæ,siue puri aëris. [Vestris amicum) Ordo est: Me amicũ vestris fontibus, & choris nõ extinxit Philippis acies versa retro,nõ deuota arbos,nec Palinurus Sicula vnda. Philippis.n.a Bruto,& Cassio dimicatũ est,in quorum parte Horat. fuit. [Palinurus)Promõtorium est Siciliæ, nõ à Palinuro Æneæ gubernatore dictum,sed ab Hannibale.vbi redeuntem se Horat. de Macedonia periclitatum dixit,qa est, & nauibus periculosus locus. [Vt.unque)Vbicũque. sæpe enim veteres,vt pro vbi ponebant, vt Virg. Labitur infelix cæsis,vt forte iuuencis. [Nauita) Nauitã hic pro nauigante posuit. [Bosphorum nauita) Sic à nata cu bouis,dictum. [Et arentes) Calentes. in Assyria enim regione Persarum vehementior est Sol: vbi & Antonius dum ad Cleoparram vult reuerti morbo exercitum perdidit. Ordo est. Et ego viator libens visam arentes arenas Assyrij littoris. & Britannos feros, hospitibus, & Concanum lætum equino sanguine. Littus etiam camporum extremitatem,veteres dicebant. Virg. Iacet ingens littore truncus. & cui littus arandum,Cuique loci leges dedimus. [Feros) Inhospitales. Britanni.n.immolare hospites dicebantẽ. [Et lætum) Concani gens Hispaniæ dicebãtur. vel (vt quidam volũt) Thraciæ,quibus dum vinũ deesset, lacte & sanguine vtebantur. de quibus ait Virg. Et lac concretum, cum sanguine potat equo. [Visam) In oĩbus subaudiendum est, vtcunque mecum eritis.[Pharetratos Gelonos) Geloni, gẽs Scythiæ,

sagittis

sagittis potens. Virg. Et gens illa quidem sumptis haud tarda pharetris. [Inuiolatus) Intactus tutione Musarum. [Amnem) Tanaim de quo Virg. Turbidus & torquens fl. h. h. [Vos Cæs. altũ) Altum, magnum, fortẽ, siue triumpho sublimem. Ordo est, Vos tecreatis Pierio antro. Cæsarem altum militia. Quætentem finire labores, simul abdidit, oppidis fessas cohortes. Fessas hic nõ lassas sed a labore quiescentes, ad hyemandum. n. de castris, ad oppida ducebatur exercitus. [Abdidit) Interius recondidit. [Finire querentẽ lab.) Necessitate bellorum ad præsens releuare. [Pierio) Musico, secreto. vt ostẽderet Cæsarem poeticæ quoque artis studiosum. [Vos lene) Per musas. i. per studium literarum, intelligi vult, mentem sapientia robotari. Lene. n. consilium, sapientiã ad philosophiæ moderationem dicit. [Scimus, vt impios Titanas) Ordo est, Scimus vt sustulerit impios Titanas, caduco fulmine & immanem turbam vnus qui temperat inertem terram & ventosum mare & q. æquo imperio regit tristia regna, & vrbes, & diuos, & mortales turbas. [Titanas) Hic per Titanas, ostendit vires sine prudẽtiam non solum vanas esse, sed ẽt aduersas sibi vnde & gigantum posuit exemplum, q. irrationabili furore, aduersus deos arma sustulerunt. [Inertem) Aut quæ eos genuerit, q. victi sunt aut quæ iacet semper, nec agitatur, aut fertur motu, vt alia elementa. vt Virg. Despiciens mare veliuolum, terrasq. iacẽtes. [Tristia) De statu suo semper sollicita. [Magnum illa terrorem, intulerat Ioui) Ordo est, Illa horrida iuuentus, fidens brachijs, & fratres tendentes, imposuisse Pelion Olympo, intulerant magnum terrorẽ, Ioui. Melius intelligitur horrida iuuentus, q̃ horrida brachijs, vt Hic & Aloidas geminos immania vidi Corpora. aut brachia, pro viribus accipiẽda sunt. [Tendentes) Contendentes, montibus montes imponere Pelio Ossam: Scilicet atque Ossæ, frondosum inuoluere Olympum [Minaci) Sublimi eminenti: vt, Mediæq. minans, illabitur vrbis. [Euulsisq. trun.) Tantæ n. erat virtutis, vt truncos arborum iaceret in hostes. [Aegida) Clypeum Mineruæ. Virg. Contra Neptunum, & Venerem, contraq. Mineruam Tela tenens. [Ruentes) Inconsiderate venientes. [Hinc). i. ex vna parte Iouis. [Auidus) Propter ignis rapacitatẽ. Virg. Illicet ignis edax, summa ad fastidia tecti voluitur. [Qui rore puro Castaliæ lauit) Castalia fons Lyciæ, vbi Apollo armentum dr̃ pauisse, siue in monte Parnasso, vt Virg. Castaliam molli diuertitur orbita cliuo cũ Parnasum significaret. Solutos aũt dixit significans studium capillorum. vt Crinem fingens. [Dumeta) Nemora, sed pp asperitatem loci, Dumeta dixit. [Delius) Delo insula, in qua natus memoratur. [Patareus) Patara ciuitas Lyciæ, in qua Apollo maxime colitur. vt Statius, Seu Lyciæ Pataræ, exercent dumeta iugis. [Vis consili expers) Ignara gñalis sñia est, nec specialiter pertinẽs ad gigantes, q̄ robur corporis, sine prudentia, periculosum sit, & inefficax. [Vis tem.) Virtutem moderatam, & ideo dicit iuuari, quod vult ad Augustum referri, q. & fortis erat & sapiens. per quę ad culmẽ peruenit imperij. (Idem Ode vj.) i. execrabiles dijs sunt vires quę oẽm iniquitatem, aĩo meditantur. [Testis) Superiorem sñiam, personarum confirmat exemplis. [Centimanus Gyges) Briareus, vt Virg. Et centum geminus Briareus. [Tentator Orion Dianę) Oriõ venator fuit q. stuprati conatus Dianã eius sagittis occisus est. [Iniecta monstris terra dolet suis) Dolet, inquit, terra q̄ ita iniecta est super gigãtes, vt eos quos filius eius uolunt suis montibus præmat. Iuuen. Vnde fit vt malim, fraterculus esse gigantum. [Mœterq. pars) Virg. Hic genus antiquum terrę Titania pubes. [Luridum) Squallidum, & in ferno colore fœdatũ. [Nec peredit Impositã celer ignus Aetnã) Montem Siciliæ, Encelado suppositum, quem ad pœnę perpetuitatem semper ardere cõmemorat. sicut & Tityi iecur, à vulture indefesso pastu, non posse consumi. ut Virg. Rostroque immanis uultur adunco, Immortale iecur tondens, fœcundaque pœnis Viscera, nec fibris requies datur ulla renatis. [Incontinentis) Libidinosi, q. Latonam uoluerit stuprare. Tityus, gigas fuit, in nouẽ terrę iugeribus cubans. sic Virg. Per tota nouem, cui iugera corpus Porrigitur. [Pirithoum cohibent) Reprimunt restringunt. Pirithous. n. conatus Proserpinam rapere, cathenis dicitur innodatus. ut Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

POR. Descende cœlo, & dic age tibia) Inuocat Musam ut se iuuet in carminibus, sed q̄ ait Descende cœlo, ad illud ptinet, q̄ uelit iã transire a Iunonis sermonibus, quos in cœlo habuisse eã ostenderat [Melos) Dulcis cantus. [Auditis?) Hic distinguendum, & pronunciandum, interrogatiua. figura dicit aut audire uocem Musę cantus aut nunq.d hoc imaginor, errore mẽtis, quẽ nimio poetico studio concepi? [Audire, & uideor p.) Hic pios dixit, pro Dijs & hoc pro Musis dictũ est. [Me fabulosę Vulture in Appulo, Altricis extra limẽ Appuliæ,) Vultur mõs in Apulia vbi dicit se poeta educatũ quam fabulosam appellauit, q̄ nutrices alũnis suis ferè fabulas narrare soleãt. [Ludo, fatigatu) Ordo est, Me puerũ fatigatum somno texere palũbes, noua fronde, in Vulture Appulo extra limẽ, Apuliæ fabulosæ nutricis, Apuliæ nomẽ pro nutricis posuit. [Quicũque celsę nidũ Acherontię) Acherõtia oppidũ est Lucaniæ quam nidũ appellat, q̄ parua est, & in summo mõte constituta, sicut nidi autũ in summis arboribus solẽt esse. [Saltusq. Batinos) Batina oppidũ est, in Appulia. [Et arvum pingue tenẽt humilis Ferẽti) Ferentum oppidũ est, & ipm in Lucania, quod ideo humile appellauit, q̄ in valle est positum. [Vt pmerer sacra Lauroq. collataq. myrto) Sacrã laurum, nõ id eo tñ dixit, q̄ sit in tutela Apollinis, sed ẽt, q̄ velit se diuinitus ea coopertũ a colũbis intelligi. [Non sine dis animosus infans) Ideo, q. a solitudinem nemoris nõ expauerat, cũ esset & solus, & infans. quod ipm prodigũ dicit diuinitatis cuiusdam, quã in se esse intelligi vult. [Vester Camœnæ, vester, i arduos Tollor Sabinos) Vbicũque inq.t, sum vester sum ò Musæ, cuius infantiam, manifestũ est, vos custodisse. p hoc aũt, significat se vbicũque fuerit, nihil aliud, q. studia musica colere. [Seu Tybur supinũ, seu liquidæ placuere Baiæ) Supinum, inq.t, Tybur ad sitũ eius mõtis aspiciẽs, nã in latere montis constitutũ est. [Vestris amicum fontibus, & chotis) Sub Bruto se militasse Horat. sæpe ostendit, & periclitatũ, cum ab Augusto partes eius fusæ sunt. Quod periculum nunc ait psidio Musarum se euasisse. [Deuota nõ extinxit arbos) Deuota nũc euitanda, ac p hoc execrabilis, & detestabilis. [Nec Sicula Palinurus vnda) Ostẽdit se etiam in mari circa Palinutũ promõtorium, periclitatum. [Vtcũque mecum vos eritis) Pro vbicũque accipe. Vt enim veteres, nonnunq. pro tali particula ponebãt. vt Virg. in V. Cæsis vt forte iuuẽcis pro vbi cæsis. & Ouid. Quaque fuit tellus illic, & põtus, vt aer. [Nauita). i. nauigãs. [Et lætũ equino sanguine Cõcanum.) Concani Hispaniæ gens, vel (vt alij dñt) Scythiæ, quos ostendit eq.no vesci sanguine, de qua Virg. sic ait: Et lac cõcretum cum sanguine potat, eq.no. [Et Scythicũ inuiolatus amnẽ.) Scythicum amnẽ, Tanaim significare vr. Inuiolatus aũt ad superiores sensus p zeugma referendum. [Vos Cæsarẽ altum, militia simul Fessas cohortes abdidit oppidis:) Etiã Cęsarem, altum, inq.t vos recreatis, cũ in hybernis cõstituit exercitũ, Per quod ẽt Cæsarem studiosum fuisse poeticæ ostẽdit. [Vos lene cõsilium & datis, & dato Gaudetis almæ) Per Musas. i. p studium literarum ad sapiẽtiam corroborari mentem, intelligi vult. Lene. n. cõsilium sapientiã dicit. [Scimus vt impios Titanas, immanemq. turmã) Hac parte, quasi ostẽdit vires sine prudẽtia non tñ vanas esse, verum ẽt sibi aduersas. p quod ꝓbat illud quod supra dixerat. Vos lene cõsilium datis, & dato gaudetis. [Fidẽs iuuentus, horrida brachijs) Ordo est. Fidẽs brachijs iuuentus horrida melius n. intelligit̃ horrida iuuẽtus, q̃ horrida brachijs. [Fratresq. tẽdentes opaco Peliõ imposuisse Olympo) Tẽdentes pro cõtendentes. de hoc aũt & Virg. sic loq.tur, Ter sunt conati, imponere Pelio Ossam: Scilicet atque Ossæ frõdosum iuoluere Olympũ. Ter pater extructos, disiecit fulmine mõtes. [Aut quid minaci Porphyriõ statu) Sic & Virg. Mediæq. minãs illabit̃ vrbi. nisi quod & in ipsa corporis altitudine minæ quędam vñt esse, atque horror. [Hinc auidus stetit Vulcanus) Auidũ Vulcanũ dixit pp ignis auiditatẽ. [Nunq. humeris positurus arcũ) Positurus, p qui nunq. ponet. [Qui rore puro castaliæ lauit Crines) Castalia fons est, in mõte Parnasso. [Natalemq. siluã) Natalem siluã nunc in qua natus est. Aliter diẽ natalẽ dicimus quo q.s natus est. [Delius, & Patareus Apollo) Delius a Delo insula dr̃. Patareus aũt, à Patara vrbe q̃ est in Lycia. [Vis cõsili expers, mole ruit sua,) Hęc est gñalis sentẽtia, & specialiter p̃terea nunc ad gigantes ptinet. [Vim tẽperatam dij quoque ꝓuehunt In maius) Hoc ad Augustũ vult referri, quẽ s. fortem intelligi vult, & doctũ p quę ad sublimitatẽ imperij, fama peruenerit. [Notus & integræ, Tentator Oriõ Dianæ) Et hic testis est, mearum sentẽtiarum, accipe Oriõ aũt Dianam stuprare cũ tentasset, sagitta eius occisus est. [Iniecta monstris terra dolet) Suis terra, inq.t, mater, dolet filios suos gigãtes montibus suis se p̃mere. [Nec peredit Impositam celer ignis Ætnam,) Ætna mõs, Encelado superpositus est, q. ait quãuis ardeat non tñ absumitur, vt semper eũ premat. [Incontinentis, nec Tityi iecur, Relinq.t ales) Incõtinentis, libidinosi, hic aũt adortus est Proserpinã, vel (vt alij aiunt) Latonã, ob quod iecur eius, semper renascẽs a vulture consumitur. [Amatorem trecẽtę Pirithoum cohibent catenæ.) Atque hic Proserpinam rapere tẽtauit. ob quod dicitur cathenis innodatus esse apud inferos.

ASCEN. Descende cœlo) Quia argm̃ diligenter a Mancinello collectũ est colligamus ordinem, qui talis est. [O Calliope regina). s. Musarum. [Age Descende cœlo) Quia sphæris

cœlestibus

cœlestibus Musæ præsidere à Platonicis dñr. vel de cœlestibus rebus, ad terrenas, & dic longum melos.i.cāticum dulce, seu mauis .i.magis vis, nunc.s.dicere. [Voce acuta) .i. clarisona, seu Fidibus .i.chordis, & cythara Phœbi.i.quam Phœbus ferre secum dr̃. [Auditis).i.an ne exauditis vota mea ò Musæ? mutat aũt numerum, quia cum Calliope princeps sit Musarum eam pro oĩbus allocutus erat, non.n.lyricis, sed heroicis præest. sic & Aen.vij. Maro, vos ò Calliope precor, aspirate canenti. An insania amabilis.i. furor poëticus, ludit me, quia videor audire.s. cantum Musarum & errare per pios lucos. [Quos subeunt).i.attingunt camœnę, & aquæ, & auræ. quod vt verosimile faciat fatale sibi dicit, quia palumbes.i.columbæ siluestres. [Texere) .i. operuerunt me puerū. [Noua fronde).s.lauri, & myrti virenti. Fatigatum ludo, & somno.i. dormiente, post ludum puerilem in Vulture monte Apulo. [Extra limen).i.in confinio Apuliæ nutricis.s.meæ. [Fabulosæ).i.garrulæ, vt solent nutrices blandæ garrire alumnis suis. Qđ .i.quæ res. Foret mirum.i.miranda oĩbus.s.populis. Quicunque tenent.i.habitant. Nidum.i.oppidulum, positum in monte, vt nidus solet in arbore, Acherontiæ, illius oppiduli. Celsæ.i.in sublimi sitæ, Et saltus Batinos .i. ad Batinam oppidulum Apuliæ. Et pingue aruum Ferenti illius oppidi, Lucaniæ. Humilis .i. indecliuo positi. foret inquam mirum. Vt.i.qualiter ego dormirem. Corpore tuto.i.defenso deorum tutela. [Ab atris).i.venenosis viperis, & vrsis. [Et vt premerer).i.operier. Sacra lauro quæ triumphanti debetur, & myrto, quæ ouanti, aut incruentæ victoriæ datur vnde significabatur futurus poeta lyricus, qui victorum laudes sine heroica grauitate dicat. Collata.i. coogesta à palumbibus aut in fasciculum colligata, existens infans animosus, non sine dijs i.deorum prouidentia. Et ideo ò Camœnæ, ego vester, qa vobis destinatus, adhuc infans. Vester.i. vestro beneficio seruatus. Tollor in Sabinos arduos, seu frigidum Præneste vrbs in Aretino monte, seu Tybur supinum.i.molle, & supinos faciens, seu Baiæ liquidæ propter balnea, placuere mihi ego sup. tollor eo vester. [Acies versa retro) .i. in fugam. [Philippis) .i. apud Philippos, in Aemathia. [Et arbos deuota).i. neci meæ destinata. [Et Palinurus) .i. promontorium ab eo dictum, non extinxit, in vnda sicula. [Me amicum) .i. fataliter destinatum, fontibus, & choris vestris. [Vtcunque mecum) Ordo est, vtcunque .i.quandocunque, ò musę vos eritis mecum. [Ego nauta).i.obiēs munus nauticum. [Tentabo libens).i.etiam voluntarius. [Bosphorum) .i. in angustiam quamuis maris boui transmeabilem, sed propter angustiam periculosam. vnde addit. [Insanientem) .i.furentem æstu. [Et ego viator) .i. incedens pedibus. [Tentabo libens arenas arentis).i.siccas. [Littoris Assyrij) Vbi propter vicinitatem, aut directum aspectum Solis, maior est æstus, & ita difficilius iter. [Visam).i.visum ibo Britannos feros .i. crudeles. Hospitibus quos tunc immolare solebant nunc etiam aduenis satis duri. Et Concanum).i. populum Concanæ ciuitatis Mediterraneæ, in Cantabria quæ est regio Hispaniæ Taraconeum. Lætum.i.gaudentem, sanguine equino, qui eius potu, more Scytharum quorundam tunc vescebatur. [Visam etiam) Repete semper, vtcunque vos mecum eritis Gelonos Scythiæ populos pharetratos, quia sagittandi peritos. vnde Parthi, qui dicuntur Scytharum exules ab illis oriundi prius dicti sunt pharetra decori, & visam amnem Scythicum.s. Tanaim, qui Europam ab Asia disiungit vos Cæsarem &c. docet deinde quid Musæ in Cæs. Augustum contulerint vtq; ue illi familiarissimæ sint dicens. [Vos recreatis).i.reficitis, & molliter souetis antro Pierio, in quo.s.genitæ estis in Thessalia, iuxta Macedoniam, hoc est vestro, seu poëtico studio, Cæsarem.s. Augustum altum .i. insignem, & sublimiter spectabilem Militia.i.arte militari simul.i.immediate, postq̃ abdidit .n. hyemare permisit. Oppidis .i. vrbibus clausis cohortes fessas militia i. longa, Cæsarem dico. Quærentem.i.intendentem finire labores .i. expuere, & abijcere fastidium ex longis laboribus belli. Vos almæ s.Musæ datis.s.omnibus, sed præcipue Cæs. Augusto, insequenti patrem adoptiuum Iulium, qui fuit vsque ad pœnitudinem clemens. consilium lene.i.lenis & humanæ vitæ. Vnde studium Musarum, vulgo studium humanitatis vocatur. [Et vos almæ).i.animorum, immo omnium rerum altrices, quia concordia (quam Musæ per lene consilium quod dant, inducunt) res paruæ crescunt, auctore Salust. [Gaudentis dato) .s.consilio, quia Musæ alios inducunt ad humanam vitam, & ipse inter se benignæ, atque humanæ sunt. Secus faciunt multi, dantes bonum consilium, & non facientes quod consulunt. dicunt enim (ait Saluator noster) & non faciunt. Scimus vt impios (vt probet pietatem) ad quam Musæ nos inuitant quia prudentiam adiunctam habet, plus posse q̃ temeratiam multorum impietatem, viribus suis fidentem, affert testimonium gigantū, qui viribus quidem præditi, sed non virtute, nec pietate, inconsulto Iouem debellare ausi, victi sunt. vnde dicit Scimus vt.i.quemadmodum is sup. videlicet Iupiter. Qui temperat.i. temperamento, quodam disponit, & transmutat. Terram inertem quia immobilem, & nihil nisi virtute cœlesti producentem, & mare ventosum.i. procellosum, & assiduis ventis agitatum aut ventos, ac nimbos procreans, & qui vnus.i. solus regit imperio æquo, quia (vt dicitur Aeneid. x.) Rex Iupiter omnibus idem. & eiusdem vj. Aut æquus amauit Iupiter. Ipse autem solus hac facit, propria quidam potestate, quia ceteri dei credebantur eius membra vnde nec Apollo quidem qui vaticinij Deus dicitur, futura scit, nisi quæ ab Ioue didicerit. vnde dicit Celeno Aen. iij. quæ Phœbo pater omnipotens, Mihi Phœbus Apollo, Prędixit vobis furiarum ego maxima pādo. Qui ergo vnus, regit imperio æquo vrbes, & regna tristia.s.inferoꝶ & diuos & turbas mortales.i.oēs viuentes. Sustulerit Titanas.i.filios Titani, & Terræ, ex quorum sanguine postq̃ montibus oppressi fuerunt oēs, nam pręter solem, qui dijs annuens, cœlum meruit, progeniti sunt gigantes impios.s.in deos pręterquam (vt dixi) Solem, appositorie. Turbam immanem.i.efferam, & crudelem volentem.s.diuinis & naturalibus legibus resistere, Illa iuuenorus.i. multitudo Titanum, adhuc iuuenum horrida.i.aspera. Fidens brachijs.i.viribus suis, quę potissimum bellatoribus in brachijs sunt. unde etiam canitur, Fecit potentiam in brachio suo, & fratres.i.reliqui gigantes ēt è terra geniti, Tendentes.i.contendentes. Imposuisse Olympo opaco .s.umbris nemoꝶ [Pelion).i.montem illum Thessaliæ, ab Olympo nō multum distantem intulerant.s. dum primum cōtra Iouē impia arma sumerent. Magnum terrorem.timuit.n.ne ab eis pelleretur.i.ne beneuolus aspectus Iouis, terrigenarum malitiam domare nequiret. [Sed qd Typhoëus) Docet uires inconsultas, nihil posse dicēs, sed qd Typhoeus, sup̃bus ille gigas, & Mimas frater eius ēt gigas ualidus.i.potēs uiribus. Aut qd Por.ēt gigas Statu minaci.i.stās minaciter, & hñs statū minacem. Et qd Rhœtus consimiliter gigas. Et Enceladus potentissimus ille gigas in Aetna sepultus. unde Aen.iij. Fama Enceladi se mustum fulmine corpus Vrgeri mole hac. Iaculator. audax truncis euulsis .i. q integras arbores cum radicibus euulsas, iaculari potuit Ruentes.i.pcipites tendentes possent contra Aegida.i monimentū pectoris Palladis.i.contra prudentiā, cuius Pallas auctor & Dea est sonantē.s.dum agitetur? q. d.nihil Vulcanus auidus.i.incēsus, ad pugnā stetit hinc.i.ab una parte Et Iuno matrona quæ etiā Vulcani mater fingitur, produxisse eū in femore suo, sine Iouis semine, quod fingitur, qa fulmen ex pingui terrestri natum, in medio infimę regionis aeris pductum partē, aëris, cui Iupiter, pēst non transcēdit. Stetit hinc.i.ex una parte & Apollo Delius.i.in Delō natus, & Patareus.i. in Patara urbe Lycię, uicissim uersare solitus. Nunq̃ positurus i.q constituit nunq̃ deponere, donec uicerit. [Arcu humeris).s.suis [Qui lauit).i.imbuit, & irrigat. Est.n. præsentis temporis, nam priorem corripit. [Puro rore Castalię) .s.fontis illius musis in Parnasso sacratissimi, riuo guttatim infuso crines.i.capillos Solutos.i.dispersos, & qui tenet dumeta Lyciæ, vnde Patareus dictus est. [Et siluam natalem).i.Cinthiam in Delo, in qua natus est, vnde & Delius dictus vis.i.fortitudo corporis expers consilij ruit.s.in interitum, sua mole. Sed dij quoq. .i.etiam dij prouehunt in maius vim temperatam.i. prudētia moderatam, Idem.s.dij Odere vires mouentes.i.agitantes aīos. Omne nefas gigas (aut Gyges) Centimanus.i.centum manus habens.s.Briareus, aut Ægeon, est testis meaꝶ sententiaꝶ, quia se prostratum inuehit. Et Orion tentator.i.sollicitator. [Dianæ integræ).i.incorruptæ domitus sagitta virginea.i.ipsius Dianæ, à qua cōfossus est, est notus testis meaꝶ sententiarum. [Terra iniecta).s.ad sepulturam, Monstris suis i.gigātibus à se productis dolet, & mœret partus.i.natos suos Missos fulmine ad Orcum.i.Infernum, seu Plut. Luridum.i.squallidum & infero colore fœdatum. Nec ignis celer.i.quamuis celer. Peredit.i.absumpsit Æetnam positam.s.Encelado præcipue. [Nec ales additus Custos) .i.obseruator, & persecutor nequitiæ.s.vultur immortale iecur tondens. reliquit iecur Tityi. qui alumnus erat terræ Incontinentis quia Iunonem de stupro interpellauit. [Et catenæ trecentæ).i.plurimæ vt sit numerus finitus pro infinito. [Cohibent).i. constringunt, & arcent, ne exeat ab inferis Pirithoum amatorē.s. Proserpinæ cuius rapiendæ gratia ad inferos descenderat.

AVdire, & videor) Latina loquendi ratio exigit vt dicamus MATT.
videor audire, videris recte sentire, & eiusmodi alia, si o- Bonfinus.
stendere velim me esse qui audiam, & te qui sentias, non autem uidetur mihi audire, uidetur tibi recte sentire.

Nam

Nam si secus fiat, verbum illud videtur vtrobique ad tertium referetur personam non ad primam & secundam. Eaque locutione ostendere erit, alium quempiam esse qui audiat & sentiat, non me ipsum & te. Eiusdem etiam naturæ est verbum dicor, & alia similia, vt diceris esse doctus, non autem, dicitur te esse doctum. Erit igitur ordo, Videor audire pios. i. Deos & Musas ipsas (Nã pro deis & musis, pios nominauit, quod sensit, & Porphyrio) errare per lucos, non autem audiri, vt Acron legit, quod voluntati auctoris aduersatur.

DOCT. interpr. CEntimanus Gyges γιγάντων ἀπονοία. i. Gygantum amentia. Dicebatur vbi quis viribus suis fretus temere, nulloque consilio res non tentandas moliretur. Tractum a notissima fabula Gygantum.

GLAR. DEscende cœlo, & dic age tibia) Encomium est musarum studijsque poëtices totam per Odem, deinde quantum ingenij viribus corporibus præpolleat (id quoque ad omnium studiorum humaniorum laudem attinet) exemplis ostenditur. Porrò de multis hac in Ode cum alijs dissentimus præcipue vero cũ Acrone. Primum quidem, cum inquit, Descende cœlo. i. Desine loqui de dijs, etiam alij exposuerunt, quanquam simpliciter de Musis intelligi potest, vt è cœlo influant. Verum cum idem ait. Tibia descende cœlo hoc, prorsus inepte ponit. Nam tibia ablatiui, est casus, Vt voce & fidibus. Nec hoc mihi placet, quod, auditis, ad Calliopem refert, cum ad sodales loqueretur vt ipse etiam Acron paullo post velut sui post oblitus, refert. Velut interrogans, inquit, sodales suos dixit, An me ludit amabilis insania? Quod vero lucos Elysij idem Acron intellexerit, sanè mihi minime verisimile videtur. Tolerabilius erat, quod Acherontiam Apuliæ ciuitatem facit, cum Porphyrion Lucaniæ dicat esse. Et Plin. Acherontem fluuium in eadem ponit Lucana. Nam Venusia in confinio erat duorum populorum. vnde & lib. ij. Sermonum ipse de se dicturus est, sequor hunc Lucanus au Appulus anceps. Nam Venusinus erat finem sub vtrunque colonus. Idem de Ferento dicimus. Porro Idem Acron vbi paullo post, inquit, Ordo, Camœnæ ego vetter infans animosus, non sine Dijs, distinguendum puto post infans, nec sequentibus coniungendum verbis. [Nec sicula Palinurus vnda) Palinurus, idem Acron, inquit, Promontorium est Siciliæ. Hoc apud neminem inuenio auctorem, sed omnes Lucaniç fatentur promontorium, quod admonendum duxi, fortasse librariorum culpa hoc irrepserit. [Vtcunque mecum vos eritis) Vtcunque pro vbicunque exponit Porphyrion ac post eum Acron. Verum exempla Virgilij, Ouidijque, vt ad rem faciant non video etiam si hanc expositione hoc in loco Horatij non reijcio. Quidam vtcunque exposuere pro quandocunque. [Et arenteis arenas Littoris Assyrij viator) Arenteis (idem, inquit, Acron) .i. calentes. In Assyria enim regione Persarum vehementior est Sol. Hæc illem Ego magis credo Assyriam pro Syria dixisse, vt sæpius alibi, nempe superioris lib Ode xj. Assyriaque nardo, quod & Acron & Porphyrion eodem loco fatentur. [Vos Cæsarem altum, militia simul Fessas) Ordo est (inquit Acron) Vos recreatis Pierio antro Cæsarem altum militia. Hæc ille. At ego malim ante militia distinguere, vt sit sensus, militia fessas, Nisi quis ita a poeta dictum putet, vt ad vtrunque referri queat, ex τῶν μέσων numero. altum militia, & fessis militia, vt quidam etiam exposuerunt, & duæ breues syllabæ in Penthemimere pro vna longa, Vos lene consilium. [Qui rore puro Castaliæ lauit Crines solutos. Castaliæ fons Lyciæ (inquit Acron) vbi Apollo armentum dicitur pauisse. Hæc ille. Quæ si ab ipso auctore scripta sunt, næ ille egregie insipiens est Quid porro ego suspicer, dicere super sedeo. Paullo post ad illud poëtæ, Vis Consilij expers mole ruit sua ex Porphyrione, ait Generalis est sententia, sed specialiter pertinens ad gigantes, vbi quidam lib. pro sed habent, nec, haud dubie librariorum errore.

## A V G V S T I   L A V D E S.

*Miro argumento Augusti laudes ingreditur. Nam ait, si Iouem credimus imperare ex persuasione & fama. multo magis Augustum regnare credere, conuenit, cuius imperium & potentiam præsentis intuemur, cuius auspicijs res Romana, & semper in maius crescit, quanquam à Crasso & eius exercitu afflicta & ignominia affecta sit, quia captiui duxerant vxores ab hostibus ea affinitate vitam suam redimentes, cum Reguli exemplo moneri debebant qui semel mori maluit & grauissimis supplicijs affici, quam vt captiui redimerentur, aut inter hostes turpiter seruirent.*

*Ode V. Tricolos, Tetrastrophos: Vt,*

*Vides vt alta stet niue candidum.*

--U---UU-UU
--U---UU-UU
-U--U--
-UU-UU-U--

COELO tonantem credidimus Iouem
Regnare. præsens diuus habebitur
Augustus, adiectis Britannis
Imperio, grauibusq. Persis.
Miles ne Crasli coniuge barbara
Turpis maritus vixit? & hostium
(Pro curia, inuersiq. mores)
Consenuit socerorum in armis,
Sub rege Medo, Marsus, & Appulus
Ancyliorum, nominis, & togæ
Oblitus, æternæq. Vestæ,
Incolumi Ioue, & vrbe Roma?
Hoc cauerat mens prouida Reguli
Dissentientis conditionibus
Fœdis, & exemplo trahenti
Perniciem veniens in æuum:
Si non periret immiserabilis
Captiua pubes. Signa ego Punicis
Affixa delubris, & arma
Militibus sine cæde, dixit,
Direpta vidi. vidi ego ciuium
Retorta tergo brachia libero,
Portasq. non clausas, & arua
Marte coli populata nostro.
Auro repensus scilicet acrior
Miles redibit? flagitio additis
Damnum neque amissos colores
Lana refert medicata fuco:
Nec vera virtus, com semel excidit,
Curat reponi deterioribus.
Si pugnat extricata densis
Cerua plagis: erit ille fortis,
Qui perfidis se credidit hostibus:
Et Marte Pœnos proteret altero,
Qui lora restrictis lacertis
Sensit iners: timuitque mortem.
Hic vnde vitam sumeret inscius,
Pacem duello miscuit. O pudor,
O magna Carthago probrosis
Altior Italiæ ruinis.
Fertur pudicæ coniugis osculum,
Paruosq. natos, vt capitis minor,
A se remouisse, & virilem
Toruus humi posuisse vultum,
Donec labanteis consilio patres
Firmaret auctor nunquam alias dato,
Interq. mœrenteis amicos
Egregius properaret exul.
Atqui sciebat, quæ sibi barbarus
Tortor pararet. non aliter tamen
Dimouit obstanteis propinquos,
Et populum reditus morantem,

Quàm si clientum longa negocia
Dijudicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

ANTO.



OELO tonantem) Hac Ode Augustũ celebrat: scribit enim hominis credere Iouem regnare cœlo, qui tonat & fulminat. Augustus vero præsens diuus habebitur sua virtute, ac potentia imperio additis Britannis & Persis. Arguit inde, & hoc in Augusti maiorem laudem Crassi milites captiui hostium puellas thalamo quoque iunxerant vitę gratia, sub regeq. Medo pugnabant Romanæ virtutis, & gloriæ penitus obliti, quod agere non debebant, sed potius pro libertate, vel honesta morte pugnare, spreto omni terrore. Quod & Regulus agendũ esse censuit, cum à Pœnis captus, & in vrbem legatus in senatu consuluit nullo pacto captiuos permutandos, aut redimendos esse nam vera virtus semel amissa non redit vnq̃: nec qui semel captus est timore mortis poterit fortis esse, iterum enim capi se sinet, ne pugnando occidatur ab hostibus. Reguli demum fortitudinem cõmendat. [Cœlo tonantem) Credidimus, inquit, Iouẽ regnare cœlo, qm̃ tonat & fulmina, sunt enim potentię maximę, & nulli nisi Deo propriæ. hinc Lucan. ait: Per fulmina tm̃ Sciret adhuc solum cœlo regnare tonantem. [Adiectis imperio Britannis) Ciuitates Germaniæ (vt scribit Liu.) cis Rhœnum, & trans Rhœnum positæ oppugnatæ sunt à Druso. pro illis igitur Britannos posuit poëta. nam iuncti sunt & vicini. [Persis) Tranquillus de Augusto sic: Parthi quoque & Armenia vindicanti facile cesserunt, & signa militaria, quæ M. Crasso, & M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidesq. insuper obtulerũt. Per Britannos aũt & Persas ab extremis orbis partibus imperio suo gentes subdidisse intelligit. [Grauibus) Molestis, & perniciosis nobis. [Miles ne Crassi) Hoc arguit, quia captiui potius viuere in seruitute maluerint, q̃ pugnando pro libertate mori est aũt ordo: An Crassi miles vixit turpis maritus Barbara coniuge & hostium .s. coniuge? Nam si barbara fuisset dũmodo non hostium decentius foret. Appian. in lib. Parthico scrib. cum Crasso ad xx. millia hominum interijsse x. millia in potestatem redacta esse. De Crasso etiam plura videto Ode ij. lib j. [Proh curia) Exclamandi interiectio atque dolendi. dolent enim poëta quod Romana curia id dedecus toleraret quæ semper ad laudem, & gloriam tenderat, id vero propter Crassum & eius comites, dr̃. [Inuersiq. mores) Hostes enim Romanis dominabantur. [Marsus & Appulus) Hos Italiæ populus, quia strenuissimi erant, pro cunctis nominat. [Anciliorũ) Rege Numa scutum è cœlo decidit, quod Ancile vocauit eo ꝙ ab omni parte recisum esset, vt scr. Ouid. lib. iij Fast. Responsum est postea ab haruspicibus, illi orbis imperium fore vbi Ancile consisteret, ne igitur ab hostibus reciperetur, vndecim similia Mamutius fabricauit, quæ in tẽplo Martis seruabantur. Duodecimq. sacerdotes à Numa instituti ea collo suspensa ferebant saltantes, canentesq. etiam. Hinc ait Ouid. dicto lib. Iam dederat Salijs à saltu nomina dicta. Armaq. & certos verba canenda modos. fuitq. reuerentiæ maximæ Saliorum collegium. hinc Africanus eorũ vnus fuit. Patritij enim erant, vt Lucan. ostendit, dicens: Quę lecta iuuentus Patritia ceruice mouet. [Anciliorũ) i. dignitatum, nam Saliorũ collegium maxime reuerentiæ erat. Vel. [Anciliorũ) i. Romani imperij: rñso enim haruspicum vbi Ancile seruaretur, orbis imperium erat. [Nominis) Famæ & gloriæ Romanæ vbique notæ. [Togæ) Erat hæc proprie Romanorum. Virg. Gentemq. togatam illi vero milites dimissa toga Parthorum vestibus vtebatur. [Æternæ Vestæ) Per hanc religionem intelligit. Vesta aũt vrbis Romæ custos erat quam virgines seruabant igne perpetuo. de qua legito Ode ij. lib. j. [Incolumi Ioue). i. Augusto, quem Ioui comparauit ibi Præsens diuus habebitur Augustus &c. [Vel incolumi Ioue) i. Capitolio Iouis sede. Vrbe Rom. pro qua potienda multi externi mortẽ etiam subierunt. [Hoc cauerat) Prouiderat, inquit, Regulus hoc, vt Romani milites captiui redemptionem sperarẽt minime, sed potius pro libertate mortem quod subirent. [Dissentientis) Discordantis. [Conditionibus fœdis) Tam turpibus & inhonestis vt .s. captiuorũ permutatio fieret, vel redimerentur, nam sub hac spe pugnantes nulli acriter agerent ne occiderẽtur. [Immiserabilis) Nõ miserabilis [Signa ego Punicis) Verba sunt Reguli apud Senatum. Nam Regulus Romanorũ imperator à Carthaginẽsibus duce Xãtippo Lacedęmonio captus est primo bello Punico apud Carthaginẽ cum quingentis. vt scrib. Pol. lib. j deinde præstito iuramento redeundi, nisi rem peregisset, ab ipsis Carthaginensibus ad Senatum R. missus est, vt captiui hinc inde permutarentur, fœdusque fieret par & æquum, nec essent Romanis inferioris. Vbi in vrbẽ aduenit Regulus, domum, vxores, & liberos videre, & alloqui noluit tanq̃ indignus, q̃a captiuus erat, dissuasitq. senatui captiuorũ permutationem vel redemptionem, nec æquas leges accipiendas contra maiorũ exempla. inde nauim ingressus ad Carthaginenses redijt a q̃bus acerrime tortus est, ad mortẽ de quo plene legito Sillium lib. xj. & Ode xij. lib. j. [Signa) Romana .s. nobis ablata militum ignauia. [Militibus) Romanis .s. [Dixit) Regulus sup. Tergo libero cum liberi essent, & securi potuissent [Vel Li.) i. nudo exutis armis, reiectoq. scuto. [Poetas non clausas.) Spreto omni nr̃o terrore tanq̃ victores. [Arua coli) Adeo tuti esse Afri vñr, ꝙ arua nr̃o prœlio vastata colũt. pec id aũt Romanorũ militum arcusat, ignauiam, ꝙ capi se ꝑmisetũt non repugnantes. [Repensus) Redemptus. Scilicet certe. loq̃tur ironice. [Flagitio) i. dedecori eorũ, quia capi se permiserunt, deberentque ꝓpria uirtute potius q̃ auro seipsos liberare. [Additis Dãnum) Persoluendo .s. pecuniam pro eorũ redemptionem, qđ facere non debetis. [Amissos colores) i. albos, & pristinos. optima est similitudo. [Medicata fuco) i. tincta infecta, & colorata, nam φῦκος fucus color dr̃, sunt & qui velint esse purpureum colorem. *Fucus* [Deterioribus) Vilibus, & illis qui olim boni deteriores effecti sunt. [Si pugnat extricata densis Cerua plagis) Sensus est, ꝙ sicut Cerua expedita & liberata retibus, & laqueis fugiendi morem non mutat, nec pugnat vnq̃, sic accidit illis q̃ semel captiui fuerint. facile .n. capi iterũ sinent non repugnando hostibus timore mortis, malunt .n. sub seruitute viuere, q̃ pugnãdo honeste mori bene aũt timidis Ceruam comparat. [Erit ille fortis) Ironice loq̃tur. [Altero) Secũdo, sequẽti. [Lora zonas) Et laqueos. [Hic) .s. miles iners. [Vnde vitam sumeret) Quo pacto euadere posset pugnando quidem viriliter euadere potuisset. [Pacem duello miscuit) i. pugna abstinuit exorta pace ab hostibus. hinc captus est, hostesque nunc pace fruuntur. victores .n. nostrorum militum ignauia. [O pudor) O dedecus. Regulus idem cum dolore exclamat. [Magna Carthago) Ea enim inclyta erat. Reguli tamen & aliorum clade altior effecta est. id vero ait Regulus, quo in captiuos senatus odium & inuidiam moueret. [Pudicæ coniugis) Apud Silum uxor Martia inquit, Quo fers gressus? non Punicus hic est Regule quẽ fugias carcer, vestigia nr̃i Castathori domus, & partiam sine crimine seruat Inuiolata larem, semel hic iterumque quid oro Pollutum est nobis &c. *Martia Reguli* [Fertur pudicæ) Poëtæ verba sunt, quibus Reguli fortitudinem celebrat. [Coniugis osculum) Martia Reguli uxor apud Sill. lib. vj. refugienti eam Regulo ait, Non ego complexus, & sanctæ fœdera tædæ, Coniugium ue peto patrios damnare penates Absiste, ac natis fas duc concedere noctem. Hos inter fletus iunctus uestigia Pœnis Limine seduxit Tyrio, quæstusque reliquit. [Capitis minor) i. stultus & insanus, vel tanq̃ seruus. nam captiuus erat. hinc timuit matronam Romanam & filios ingenuos osculo deturpare. Capitis aũt diminutio est status cõmutatio, ut qñ liber efficitur seruus. Est aũt triplex diminutio capitis maxima, media & minima. Maxima dr̃. cum ciuitas amittitur, nec libertas retinetur, cum defertur q̃s in insulam, cum seruus efficitur. *Capitis diminutio* [Humi posuisse uultum) Id egit ne illorũ aspectu, & fletu moueretur. [Virilẽ uultum) i. grauem & seuerũ, non muliebrem. [Labantes) Incertos q̃d agerent. [Alia) Alio tempore, q̃ tunc, quis .n. contra seipsum consuleret pro reip. salute egregius exul. i. inclytus & gloriosus. uoluit .n. potius egregie exul esse, q̃ turpiter redimi. [Atqui) Certe. Reguli fortitudinem cõmendat, qui ad certos cruciatus cum laude redire maluit, q̃ in patria turpiter esse, & cum infamia si captiuus redemptus esset, uel permutatus. [Barbarus tortor) De Pœna reguli uideto in Ode xij. lib. j. uideto etiam Sill. in lib. vj. [Dimouit obstantes amicos) Sill. lib. vj. ait de Regulo uolenti repetere Carthaginem post habitum consilium, Patrias properabat ad oras Prosequitur uulgus, patres, ac planctibus ingens Personat, & luctu campus reuocare libebat Interdum & iusto captum retinere dolore. Dijudicata lite finita & composita lite. [Venafranos in agros) Venafrum est Campanorum mediterranea ciuitas, vt scribit Ptol. lib. iij. ibi oleum optimum teste Str. lib. v. erant & amœna loca. *Venafrũ* [Lacedæmonium Tarentum) Duce Phalanto Larones Tarentum Apollinis oraculo condiderunt, de quo multa Strab. lib. vj. nos etiam latius Ode xviij. lib. j. *Tarentũ*

ACR.

COelo tonantem) Lucanus, Per fulmina tm̃ Sciret adhuc solum cœlo regnare tonantem, ergo si famæ, inq̃t, tm̃ magnitudine deos credimus quãto magis de Augusti diuinitate credendũ est cuius virtutẽ & potentiam nõ audiri asserit, sed uideri.

videri. Ordo est. Augustus adiectis Britannis imperio, & grauibus Persis habebitur præsens diuus. per has gentes ab vltimo occidente vsque ad Orientem cōtinuasse imperium prouincias acquirendo confirmat Augustum. [Grauibusque Persis) Pernicio sis, pro morte Crassi & cæde Romanorum. [Pro curia) Exclamatio dolentis. curiæ est, quæ tam indignum casum pertulerit. [Proh curia) Quia minuerunt famam senatus, ideo aūt dedecus Crassi cōmemorat, vt plus Augustum faciat eminere. Inuersos aūt dixit mores hostium, quia victores erant non q̄ iam non essent sub Romanorum iugo positi. [Marsus & Appulus) Cōmemorando milites Romanos significat q̄ ad bellum Persicum profecti, & cum Crasso superati vxores à victoribus susceperunt, vt victam mererentur, & velut proprijs in sedibus oēm iam ætatē agerent. hi.n.milites apud Romanos clariores erant. vt Hoc genus acre virum Marsos, pubemq́ue Sabellam. [Anciliorum nominis, & To.) Ancilia arma, Romani de cœlo meruisse. pro virtutis insigni dicebantur. & ideo hæc arma pro virtute, pro dignitate togam posuit. [Aeternæ Ve.) Aeterni ignis, qui in ara eius in defessa colebatur. vt Vos æterni ignes, & nō violabile vestrū Testor. [Incolumi Ioue, & vrbe Roma) Quasi diceret stante mūdo, aut saluo Capitolio, vel rerum natura & Romana vrbe. non .n. mirum si Roma capta & Capitolio dirupto consenescerent sub rege Medo sed incolumi Capitolio, & vrbe Roma, turpissimum est consenescere sub hostilibus armis. [Hoc cauerat mens prouida Reguli).i.hoc prouiderat ne quis vitam ex captiuitate speraret, sed potius pro libertate moreretur. Captus.n.Regulus a Pœnis imperator Rom. dum per cōmutatione captiuorum, Romam ab Afris missus fuisset, hanc sententiam in senatu dixit, ne captiui aut commutarentur, aut redderentur, & in posterum disciplina militaris tali exemplo deperiret, nec militi spes alia salutis, nisi in armis esset. Vnde milites Crassi, qui Reguli dissimiles animo erant vitam captiuitate pepigerunt. Fœdis turpibus, q̄ captiuos Afrorum pro se reddi noluisset. [Perniciem veniens in æu.) In futurorum perniciem processuram si tale duceretur exemplum Romanis non pereuntibus, qui capi poterant. [Immiserabilis) Tanq̄ non essent digni misericordia, in bello capti .i. nisi pubes captiua immiserabilis perierit, esset Pernicies veniens in æuū. [Signa ego punicis) Allocutio Reguli in Senatu de turpitudine, & inertia captiuorum. [Militibus sine cæ.di.) Vt suorum significaret ignauiam, nec eos redemptione dignos, nudatos eos sine cæde & cōmissione pugnæ dixit, armis, vt Cur ante tubam tremor occupat artus. [Libero) Aut nudo dixit, aut qui cum ingenui essent ne occiderentur seruire voluerunt, & ligati. [Portasque non clausas).i. Afros non timentes, & quasi iam victores recolentes agros, quos cum exercitu Romano ipse vastauerat? [Auro rep.) .s. acrior Miles redibit? per ironiam dicit sub hoc sensu. Ergo fortior miles ꝓcedet ad pugnam pretio redemptus, & significat non posse in acie fortiter stare militem, qui viuere redemptione didicerit. aut certe acrior ad vitia redibit.i.deterior redemptus, velut qui culpam hauserit damno. [Flagitio additis Damnum).i. & contra consuetudinem Romanam & disciplinā est, vt milites precio non virtute liberentur. [Neque amissos colores Lana refert med.fu.) Sicut fuco, inquit, lana medicata ad pristinum iam non potest colorē reuerti, ita miles vitio captiuitatis imbutus ad pristinam non pōt redire virtutem. [Nec vera virtus) Atqui ait Virg. Quondam ēt victis redit in ꝓcordia virtus. sed sententiæ non semper gn̄ales sed interdum pro negotiorum qualitate firmantur. [Nec vera virtus) Inuoluta incorrupta. [Reponi) Reddi, restitui. [Deterioribus) Deterior a bono, peior à malo dicitur. [Extricata) Expedita liberata. & est sensus. Sicut Cerua plagis erepta consuetudinem non pōt mutare fugiendi, ita & miles, qui se perfidiæ hostium commiserit, constantiam pugnandi hic non poterit. [Plagis) Retibus. plagæ aūt propriæ funes retiū sunt. [Proteret) Conteret. [Altero) Restaurato bello ad prœlium non reuertetur. Ordo est. Qui iners sensit lora strictis lacertis, & timuit mortem restrictis lacertis.i.vinciri se pertulit timore mortis, proteret pœnos altero Marte si cerua pugnet extricata densis plagis. [Hic) In bello. [Inscius) Ignarus rerum, & per hoc ignauus. qui nesciat vitam viro forti potius de armis sperandam. [Pacem duello miscuit) Qui tanq̄ in pace se hostibus credidit, dum se debuerit armis tueri. [O pudor) Romanorum. [O) Exclamatio dolentis. [O magno Carthago) Magna.n. Carthago ab accolis vocabatur. sed hic eum poeta dedecore Romanorum maiorem ait factam. [Altior Italiæ ruinis) Indignatio Romani ducis, qui non virtutibus vrbis contulit Carthaginem sed ruinis & miserijs, vt fortior crederetur non in rebus præclaris. Fertur pudicæ coniugis, ad augmentum virtutis pertinet, quod castam pro patria Regulus contempsit vxorem. Impudica enim iure potuit contemni. indecorum enim duxit matronam Romanam seruū hoc est captiuum osculo dignum putare. Neglexit etiam paruos filios, qui pro ætatis infirmitate miserationem patris mereri potuerunt. [Vt capitis minor) Vt insanus. minoratio enim cerebri Apotian infert. [Toruus) Terribilis, vt Virgil. Optima toruæ Forma bouis.i.in terram deiecto vultu: ne ad effectum aspectu traheretur. [Nunquam alias dato) Qualem sententiam nemo vnquam de se dedisset. [Egregius) Gloriosus, qui exulem se esse maluerit, q̄ infamia redimi. & est occultum antitheton. nam merentibus egregium exulem opposuit. Mirum est ergo: vt ceteris pro se mœrentibus ipse constans animo probaretur. [Atqui sciebat, quæ sibi barbarus) qui hac securitate voluntatis suæ impleto consilio rediret ad pœnam contemnens certa sibi & ꝑmissa supplicia, tanquam impetratis iniunctis negocijs, vel ad ocium reuerteretur: vel ad præmium & populum).s. Romanum, cum illi populus resisteret ad Africam properanti, tam securo & pertinaci animo ipse omnes deseruit, q̄ solet quis relictis negocijs amicorum, aut clientum litibus diffinitis ad prædia sua proficisci propter voluptates, quasi volens molestijs carere. [Venafranos) Venafrum ciuitas Campaniæ est. Vnde Venafranos. ad amœnitatis autem exemplum. delitiosas posuit ciuitates. [Lacedæmonium) A Lacedæmonijs conditum.

COelo tonantem credimus Iouem regnare) Famæ, inq̄t, de Iouis magnitudine credimus, quanto magis de Augusti credendū est, cuius virtutem & potentiam nō audimus sed videmus? [Adiectis Britānis Imperio, grauibusq́. Persis) Per has gentes ab vltima occidentis plaga vsque ad orientalem ꝑ continuationem adiunxisse imperio suo terras Augustum intelligi vult. [Miles ne Crassi coniuge barbara) Cum magnitudinem rerum gestarum Augusti cōmemorasset, indignatur eos, qui sub Crasso militauerant, oblitos Romanæ virtutis apud Parthos resedisset, turpitudinemq́. captiuitatis æquo animo ferentis. Turpis maritus vixit? & hostium. [Pro curia, inuersiq́. mores Consenuit) Sic ordinandum. Et hostium socerum in armis cōsenuit. Nam illa per exclamationem per medium: quæ est Græce ἀνὰ μέσον illata esse dicuntur, Pro curia inuersiq́. mores: Poeta autem hoc cum dixisset, ita ne hoc Romanos fecit? O mores q̄ inuersi estis, & ò curia q̄ indignas res passa es. [Sub rege Medo) Medum suo more pro Parto posuit. [Ancyliorum, nominis, & togæ Oblitus, æternæque Vestæ) Per Ancilia & Vestem sacram, ac religiones Romanas vult intelligi. Aeternam autem Vestam propter æternos, qui in ara eius coluntur ignes, dixit. [Incolumi Ioue) Mire incolumi Ioue, ac si diceret, stante mundo, incolumi rerum natura. [Hoc cauerat mens prouida Reguli.) Ne quis .s. vitam captiuitate speraret, sed potius pro libertate moreretur. [Dissentientis conditionibus Fœdis) Quod captiuos Afrorum noluit pro se reddi. [Exemplo trahenti Perniciem veniens in æuum) Perniciem hinc processuram in futurum tempus, si exemplum tale duceretur. [Si non periret immiserabilis Captiua pubes).i.si non perissent captiui quorum, nemo eorum misereri deberet. [Signa ego punicis Affixa delubris) Hæc verba sunt Reguli dissuadentis, ne permutatio captiuorum fieret. indicat autem indignatione quantum turpitudinis militibus Romanis esset: cum facile se captiuitati tradere viderentur. [Et arua Marte coli populata nostro) Vidi, inquit, pœnos agros suos colere: qui agri iam a nobis ante fuerant vastati. [Auro repēsus .s. acrior Miles redibit?) Ironia: cuius sensus valet: Fortior redibit miles ad pugnam precio redemptus quod significat non posse fortiter in acie stare militem qui didicerit victum se posse viuere. [Flagitio additis Damnum) Turpitudini, inquit, Romanæ, quæ per ignauiam militum accidit: insuper vos adiungitis damnum pecuniæ, qua eos redimere vultis. [Neque amissos colores Lana refert medicata fuco) (vt lana inquit) medicata.i.infecta: nūquam ad pristinum redit colorem ita miles imbutus vitio captiuitatis non erit fortis. [Et Marte pœnos proteret altero) i.iterum constitutus ad pugnam hostis prodierit. [Hic vnde vitam sume. inscius. Pacem duello miscuit, ò pud. O magna Carthago probrosis Altior Italiæ ruinis) Sic vocabatur Carthago magna, quam ait dedecore, & dolis Romanorum altiorem factam. [Fertur pudicæ coniugis osculum, Paruosq́. natos, vt capitis minor, A se remouisse) Affirmatur Regulus cum Romam captiuus deductus esset a pœnis, auersatus vxoris osculum. dicens Inhonestum matrone esse eum, qui sit infamiæ captiuitatis damnatus .i.seruus factus, maritum agnoscere. Bene ergo additum pudicæ coniugis, ne putaret illum ideo osculum coniugis auersatum, quod de pudicitia eius iniquus sensisset. [Donec labanteis consi

lio pa. Fir. au. nunq̃ alias da.) Generaliter accipiendum. s. qualem sententiam nemo vnquam de se tulisset. [Et virilem Toruus humi posuisse vultum) .i. ad humum vultum deiecisse. Virilem autem vultum ad virtutem animi eius, cum hoc faceret, referens dixit. [Egregius properaret exul) Hoc est gloriosus, qui se exulē maluerit esse quam cum infamia redimi. & est occultum antitheton. Mœrentibus amicis egregium exulem opposuit, quæ figura eam vim habet, vt ostendat ingens miraculum fuisse in hoc ꝙ cum amici pro eo mœsti essent ipse tamen lætus ad hostes redierit. Quam si clientum longam negocia) Cum populus, inqt, ei obsisteret, ne in Africam portaretur, non aliter eos reliquit, quā solent principes ciuitatis negotioꝝ diiudicatis litibus, vel ꝓlatis rebus ociosa mēte vrbē relinquere festinātes in p̄dia sua.

ASCEN. COelo tonantē) Quo Augusti virtutē cœli æquet Crassi & Militū eius, q̃ Barbaris sese dediderunt incusat ignauiā, ꝙ Reguli non essent virtutem secuti, q̃ Romanos deditos Carthaginensibus censuit nō redimendos, maluit quo potius in durissimum supplicium redire, q̃ tam ignauorum redemptionem admittere. Ordo est. [Nos credidimus). s. diu propter fulmina & longam persuasionem Iouem tonantem. i. tonitru potentem, Regnare cœlo, sed Augustus habebitur diuus præsens .i. adhuc inter mortales cōuersatus. [Britānis). s. extra orbē positis, hoc est Anglis, & Persis grauibus. i. molestis adiectis imperio .i. postquā illos adiecerit imperio Romano. quod nisi de vicinis intelligitur, nondum fecerat. [Miles ne) .i. an ne decuit, aut diis ita visum est, ꝙ miles Crassi i. qui sub Crasso militauerat, vixit turpis maritus. supple cum cōiuge barbara. s. Persa, aut Partha? [Et pro) Quasi dicat ò infamis curia. i. Romanoꝝ militum turmæ, & pro scribunt quidam proh, vt noscatur interiectio, mores inuersi, quia qui dominari debebant, inseruiunt etiam Barbaris, Marsus & Appulus. i. fortissimus quisque miles Italicus, oblitus Anciliorum. i. insignium Martis Auctoris sui nominis. i. famæ, & togæ. i. Vestis Romanæ, pro qua bracas ferebant apud Medos, & Vestæ. s. Deæ æternæ. i. cuius ignis ipsam signans, æternus à virginibus sacratis asseruabatur, oblitus dico, Ioue adhuc existente incolumi. i. non deuicto, nec euocato, & vrbe Romana existente incolumi adhuc consenuit. i. ad senectutem vsque libens vixit in armis socerorum hostium. i. quia hostes Romano imperio, ipsis soceri facti sunt, sub rege Medo? quasi dicat id dedecere maxime. [Hoc cauerat) Vt contra maioꝝ suorum instituta Crassum, Crassique militem fecisse probet, affert Reguli fortitudinem, q̃ tm̄ absuit, vt Barbaraꝝ amplexibus irretiretur, vt ne à coniuge quidem Romana & eadē Castissima detineri posset, quin in supplicia rediret. Ordo est. [Mens prouida). i. prudens & futura prospiciens, cauensque ne turpitudini se præbeat exemplum, Reguli. s. Marci Attili, dissentiens conditionibus. s. de permutandis captiuis a Carthaginensibus, oblatis, fœdis. i. turpibus Romano imperio, & trahentis. i. arguentis, & inferentis exemplo. i. imitatio perniciem. i. graue dedecus vsque ad interitum honestatis & forte imperij, si pubes s. Romana captiua. i. quæ pmiserat se ab hostibus capi, cum potius mori debuisset, non periret s. in manibus hostiū, immiserabilis. i. non digna miseratione, quia si illi fuissent redempti, alij forte permisissent se quoque capi ea spe, vt etiā redimerentur. Vt autem in odium captiuorum incitaret. animo senatus, recitat probra & dedecora eorundē, unde ait Poëta ipse in senatu dixit. [Ego vidi signa). i. uexilla Romana, & arma Romana direpta militibus. s. Romanis, sine cæde. i. sine effusione sanguinis, affixa delubris. i. tēplis. [Punicis). i. Carthaginensibus à Pœnis extructis [Ego vidi brachia ciuiū) (sm̄ Mācinellū, Acronem, Porphyrionem, & Landinum intelligendum esset de ciuibus Romanis, sed quia sequitur Portasq́. nō clausas &c. manifestum est de Carthaginensibus loqui presertim cūque apud Carthaginem uiderit, recitet. uult autem dicere tm̄ esse ocium Carthaginensibus, & eos tam parum formidare Romanos, ut brachijs post terga p ociū cōplicatis, incedant dicamus ergo). s. Carthaginensium, retorta. i. replicata, & reducta ad lumbos, ubi manus obscirabundi cōplicant, tergo libero. i. non timenti ne hostis instet, & uidi portas non clausas, & uidi aura populata. s. prius, nr̄o Marte. i. bello à nobis nequicquam illaro, colli. s. nūc à Carthaginensibus colonis. Et tn̄ censetis sup. talem militem reducēdum. [Scilicet). i. scire licet cur id faciatis, & est amara ironia miles repensus auro. i. redemptus auro penso. sed pulchre dicitur repensus auro quasi in statera positus sit cū auro, & non uirtus, sed moles eius appensa, redibit. s. Romam, acrior. i. magis strenuus, quam priusquam captus erat, q. d. id non esse uero simile. & ideo addidit. [Vos additis flagitio). i. peccato illoꝝ flagris digno dānum. s. auri mittendi in perniciem pubis Romanæ tracturę uidelicet inde malum exēplum. [Nec lana medicata). i. iteꝝ imbuta & tincta, suco. i. colore adulterino, & nō naturali, refert. i. reddit colores, amissos. s. naturales. i. sicut lanæ candidæ (nam lanarum, vt inquit Plin. nigræ non imbibunt colorem) possunt imbibere quemuis colorem, sed illo imbibito, non possunt retinere pristinum, sic virtus incontaminata, denigari quidem potest, sed non ad pristinum nitorem redire. vnde dicit. [Nec vera virtus cū excidis). s. animis semel, curat reponi. i. restitui, ipsis animis deterioribus. i. minus bonis, quam prius. [Si pugnat &c.) Tam videtur Regulo nō posse fieri, vt qui se capi Permiserit, fortis redeat, q̃ vt cerua semel capta & forte elapsa bellicosa fiat. Vnde ordo est. [Si cerua) Animal illud timidissimum, cuius totum p̄sidium in fuga est, extricata. i. explicata & expedita. quasi è tricis, plagis .i. retium chordis, densis. i. multiplicibus & fortibus, pugnat. i. efficitur pugnax, ille qui credidit. i. commisit, ac dedidit se hostibus perfidis. erit fortis quod vt illud nunquam eueniet. & is q̃ iners sensit lora. i. vincula, lacertis restrictis. i. vinctis, & timuit mortē, ꝓteret. i. penitus persūdabit Pœnos, Marte. i. bello altero. [Hic) .i. huiusmodi miles. inscius vnde vitam sumeret, quia fortiter pugnando non sedendo, miscuit duello pacem. i. in pugna pacem orauit. [O pudor ò Carthago magna altior). s. effecta probrosis .i. dedecorosis ruinis Italiæ, quia aliter non fuisset victrix. Regulus, inquit poëta, vt i. perinde ac si esset minor capitis. s. diminutione, quæ fiebat dū quis captus & hostium seruus efficiebatur: Non enim reputabatur amplius ciuis Romanus donec postliminio patriæ restitutus esset. [Fertur ergo vt minor capitis). s. diminutione, aut pœna mulctatus, remouisse à se osculum coniugis. s. Martiæ, pudicæ. i. tametsi pudicæ, nec ob peccatum repudiandæ, & natos. i. liberos paruos & toruus. i. truculentus, quasi taurina fronte, posuisse humi. i. in humum fixisse, vultum virilem, donec ipse auctor firmaret patres. i. senatores labentes. i. vacillantes animo & dubitantes quid nam agerent, consilio nunquam alias. i. ab alio homine, aut alio tempore dato, quia consuluerat contra salutem propriam pro salute patriæ, & ipse exul egregius properaret. i. festinaret redire ad hostes. inter amicos mœrentes i. tristes. [Atqui). i. sed quomodo id fecit. [Sciebat enim quæ). s. tormenta tortor barbarus. i. immanis & exterus pararet sibi. s. Regulo tamen. i. nihilominus, ipse dimouit amicos aut propinquos obstantes, & populum morantem. i. impedientem, & in mora retinentem. [Reditus). s. ad hostes, non aliter quàm si relinqueret longa negocia clientum. i. se colentium & fidei suæ se credentium, quæ relinquere nollent. [Nisi lite diiudicata). i. decisa per iudicium tendens. s. recreandi animi gratia in Agros Venafranos qui amœnissimi sunt & oleis consiti, aut Tarentum oppidū etiam sanè quam amœnum, vbi amœnitate cœli mollia sunt ouium vellera. [Lacedæmonium). i. a Phalanto Lacedæmonio conditum.

VEl moriendum, vel vincendum bellatori scribit exemplo M. Attilij Reguli, cuius concionantis verba hic ponit atque ipsius viri ingens Encomium. [Pro Curia, inuersiq́. mores) Inuersos autem dixit mores (idem, inquit Acron) hostium, quia victores erant, non quod iam non essent sub Romanorum iugo positi. Hæc ille. Primum haud quanquam hostium ad mores connectendum, sed ad socerorum. Deinde quæ in eiusdem commentatio sequuntur verba, à me non admodum probātur, atque adeo ea corrupta puto, Porphyrion recte hæc extulit. [Si non periret immiserabilis. Captiua pubes) Hoc genus carminis in cęsura Penthemimeri perpetuo habet longā apud hunc poëtam syllabam, idq́. studiose, immo propemodum religiose obseruasse videtur. Quare ego perirent legam. nota est figura. pars in frustra secant. [Vidi ego ciuium Retorta tergo brachia libero.) Mirum vero in Acronis Porphyrionisque commentarijs hæc verba de Romanis militibus exposita, sequentia autem de Carthaginensibus. Secutosq́. hos & Mancinellum, ac Landinum, cum totus hic locus de Carthaginensibus intelligendus, vt recte Badius in hunc poetam annotauit, quem non priuandum hac debita laude volui. [Sic pugnat extricata densis Cerua plagis) Si legerimus sic, coniungenda sunt hęc verba superioribus. Si autem, si posterioribus annectemus, In Acrone ambiguam reperias expositionem. Et paullo post. [Hic vnde vitam sumeret inscius) Idem Acron exponit. Hic in bello vt hic sit aduerbium cum videatur potius pronomen. Illud non minus ineptum, quam puerile, quod exponit. [Vt capitis minor,) Id est vt insanus. Minoratio enim cerebri ἀπορίαν facit. Quę ridicula siue Acronis, siue cuiusdam alterius ineptientis sint, non opus est reuellere, cum triplex illa capitis imminutio omnibus sit nota. GLAR.

## AD ROMANOS.

*Quantum calamitatis inuexerit contempta religio probat multis exēplis, & contra, quantum commodi innocentia & deorum cultus, Crassum enim & Labienum, Antonij legatum, cum toto exercitu deletos à Parthis refert, ob violatam religionem. Hinc a maiorum moribus iuuentutem sic g neraſſe, quod impune paſsim adulteria committantur, ex quibus nothi ignauiq; filij naſcantur, ſic nati corruptiſsime educentur. Tantum a maioribus noſtris degenerauimus, vt qui olim fortiſsimi & frugaliſsimi viri fuerint, nunc autem contra fiat.*

*Ode VI. Tricolos, Tetraſtrophos: Vt, Vides vt alta ſtet niue candidum.*

--∪---∪∪-∪-
--∪---∪∪-∪∪
--∪---∪-∪
-∪∪-∪∪-∪--

DELICTA maiorum immeritus lues
Romane: donec templa refeceris,
Aedesq; labenteis deorum, &
Fœdo nigro ſimulacra fumo.
Dis te minorem quod geris: imperas.
Hinc omne principium: huc refer
exitum.
Di multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ.
Iam bis Monæſes, & Pacori manus
Non auſpicatos contudit impetus
Noſtros: & adieciſſe prædam
Torquibus exiguis renidet.
Pene occupatam ſeditionibus
Deleuit vrbem Dacus, & Aethiops,
Hic claſſe formidatus, ille
Miſsilibus melior ſagittis.
Fœcunda culpæ ſæculæ, nuptias
Primum inquinauere, & genus, & domos.
Hoc fonte deriuata clades,
In patriam, populumq; fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo: & fingitur artubus
Iam nunc: & inceſtos amores
De tenero meditatur vngui.
Mox iuniores quærit adulteros
Inter mariti vina: neque eligit,
Cui donet impermiſſa raptim
Gaudia luminibus remotis:
Sed iuſſa coram non ſine conſcio
Surgit marito: ſeu vocat inſtitor:
Seu nauis Hiſpanæ magiſter,
Dedecorum precioſus emptor.
Non his iuuentus orta parentibus
Infecit equor ſanguine Punico:
Pyrrhumq;, & ingentem cecidit
Antiochum, Annibalemq; dirum:
Sed ruſticorum maſcula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Verſare glebas: & ſeueræ
Matris ad arbitrium receſos
Portare fuſteis: ſol vbi montium
Mutaret vmbras: & iuga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte curru.
Damnoſa quid non imminuit dies?
Aetas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mos daturos
Progeniem vitioſiorem.

DELICTA maiorum) Hortatur Romanum populum ad Religionem, ne maiorum delicta amplius luat. Dij nanque neglecti malis plurimis Italiam affecerant, Romanorumque exercitus ſæpe cladem fuerat paſſus. Oſtendit poſtea adulterijs fuiſſe matrimonio contaminata. Inde degeneres natos eſſe, & a maiorum virtutibus diſſidentes, procedenteq́ue tempore nequiores, vitioſioresq́ue gigni. [Lues) Purgabis. [Nabentes) Non labentes, per a legendum eſt, ſecundus.n. pes Iambus eſſe debet. [Si labentes per a legeres Pyrrhichius eſſet Labo.i. labas prima breui legitur, labor laberis longa. [Dijs te minorem) Ordo eſt. Imperas ꝙ geris te minorem Dijs, hoc eſt quia deos colis. [Hinc) A deorum cultu. [Oē principium) .ſ. fuit tibi imperādi. Notandum tñ hic quod i tollitur ſcandendo, ſicut in ſemiuſtis & cetera. [Huc refer exitum) Ad deos etiam finem referto, hoc eſt cole deos, vt prius & imperabis. [Hinc oē principium) Orta ſeditione inter Romulum, & Remum, condendæ vrbis, viſum eſt ambobus vt omnia materno auo permitterent, itaque iuſſit ille, vt iudices deos facerent vtrum eoꝝ Coloniam deducere, & Imperio potiri oporteret, ſtatutaq; eis die ſedere ambos iuſſit ſeparatos alterum ab altero, in quibus vellent ſedibus ſacriſq; prius quæ viderentur dijs peractis bonas aues obſeruare, & vtri prius meliores aues apparuiſſent hunc dñm eſſe Coloniæ, hinc Romulus in Palatino Remus in Auentino augurium acceperunt, auctor eſt Dion lib.j vbi Romanas hiſtorias tractat. Apparet itaque Rom. a deoꝝ cultu principium habuiſſe. Romulus inde ſacra etiam multa inſtituit celebranda. [Iambis Monæſes, & Pacori manus) Orodes Parthorum rex Pacorum & Phraaten filios habuit. Pacoro, Artabaxis Armeniorum regis ſororem diſponderat, quo poſtea mortuo Phraates patrem Aconito oppreſſit. Pacori autem nuptiæ factæ fuerunt paullo poſt Craſſi mortem, qui dolo oppreſſus fuerat a Surena ductore exercitus Orodis, erat.n. genere, diuitijs, & gloria regi ſecundus, fortitudine vero & robore inter Parthos ætate ſua fere primus. Auct. Appian in lib. Parthico. vbi etiam ait, quomodo Pacorum regis filium magnas Parthorum copias in Syriam ducentē Ventidius circa Cyriſtum occurrens pepulit, Pacoroq; inter primos occūbente magna ſtrage eos afflixit, quod opus inter cetera memoratu digna omnes ferè calamitatis, quas Romani ſuo Craſſo pertuliſſent, vindicta ſuſtulit. Iam bis poſt Craſſi mortē Parthi duce Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat, in Siria, vicerunt Didium Saxam M. Ant. legatum, inde vniuerſam eam prouinciam occuparūt, quod Liu. ſcr. cxxvij. [Monæſes) In Appian. Muneſes, ſcribit.n. cum Phraates Orodē patrem interemiſſet, regnumq́ue ſibi vendicaſſet plurimos Parthorum aufugiſſe, ꝙ per Monæſes vir clarus, & potens ad Antonium pariter fuga peruenit. fortunam ſuam Themiſtocli aſſimilans, deinde permittente Antonio iterum Phraatæ regi inhæſit. [Non auſpicatos contudit impetus) In lib. Parthico ſcribit Appianus hoc pacto Ferūt die illo Craſſum non (vt Romanis imperatoribus mos fuit) purpurea ornatum veſte, ſed nigra indutum proceſſiſſe, eamq́ue cum animaduertiſſet, immutaſſe, ex ſignis etiam nonnulla veluti infixa vix imago labore ab auferentibus trahi potuiſſe, qua ex cauſa irridens Craſſus agmen properare iuſſit &c. [Non auſpicatos) Conſulante quam in expeditionem iret capere auſpicium ſolebat, non auſpicatos ergo.i. infelices, & quaſi auſpicijs repugnantibus. [Et adieciſſe) Ordo eſt, Et renidet adieciſſe torquibus exiguis prædam [Renidet) Gaudet. [Prædam Romanorum) .ſ [Torquibus) .ſ. eorum, qui exigui erant [Seditionibus) Habitis certe inter Cæſarem & Pompeium, & tunc inter Auguſtum & Brutum, ac Caſſium, & Sex. Pompeium, poſtea cum M. Antonio, de quibus late Suetonius. [Dacus) Dacorum incurſiones Auguſtus coërcuit tribus eorum ducibus cum magna copia cæſis. [Æthiops) Aegyptios intelligit, qui cum Cleopatra, & M. Antonio cum Auguſto pugnarunt apud Actium. [Hic claſſe formidatus) Cleopatra .n. & Antonius duxerunt in Auguſtum naues pugnaces quingentes, vt ſcribit Plutar. contra quas pugnauit Auguſtus nauibus. ccl. de quo latius Epo. ix. [Fœcunda culpæ) Plena ſceleris, oſtendit adulteria fuiſſe primas ſcelerum cauſas.

Romuli auguriū
Remi augurium
Orodes
Pacorus
Phraates
Surena
Labienus
Monæſes
Non auſpicatos

ſas. [Nuptias)Coniugia.[Motut doceri) Arguit puellarum praua, & vana ſtudia. [Mutus Ionicos)Græcos,& laſciuos ſaltus. Iones enim ptimi id genus inuenerunt. Iones autem Athenas profecti ſunt, vt ſcribit Plin.lib.v. Fingitur artubus componitur ad geſtus.[Inceſtos) Inhoneſtos,& turpiſsimos. [De tenero vngui)Ab ipſa tenella ætate.i ab ipſa infantia iungit ſe coæuis ſuis, etiam conſanguineis. [Mox deinde vbi nupta eſt, Iu.) Vel ſuo viro,vel iuniores.i grandiores,ſi volueris ad ſuperiora reſpicere nam in infantia coëuis hæſerat. [Inter ma.vi.).i. inter ipſas nuptias & conuiuia nuptialia.[Neque eligit) Oſtendit ꝙ adulteria cõmittebant non clam remotis luminibus, ſed palam quoque ẽt viro iubente,ſicque damnat maritos ſimul,de quibus & Iuu. ait. Doctus, & ad calicem vigilanti ſtertere naſo &c. [Iuſſa) Vel à Cupidine,vel amatore,vel ipſo viro. [Inſtitor) Mercator aliqs. [Magiſter) Rector & gubernator. [Dedecorum)Adulteriorum. [Pretioſus) Multa enim pro coitu impendebat, iccirco facilius vir aſſentiebatur.[Non bis iuuentus)Oſtẽdit degeneraſſe Romanos ex adulterijs, propterea nequiores eſſe. [Infecit equor ſanguine Punico) Cn. Duillius conſul, in Sicilia aduerſus claſſem, Pœnorum proſpere pugnauit. Luctatius finem bello impoſuit, de qua re videto latius Ode xij.lib.ij.[Pyrrhumque) De Pyrrho rege Epirotarum intelligit, qui auxilio Tarentinorum bellum Romanis intulit. Cumque Romanos aduerſis vulneribus occiſos videret. Ego,inquit,talibus militibus breui orbem terrarum ſubigere potuiſſem, ab Curio,& Fabritio ſuperatus Tarentum profugit, tum in Græciam regreſſus, dum Argos oppugnaret, ictu regulæ obijt,plura etiam Plin.de viris Illuſt. [Anthiocum) Is Syriæ rex nimia opum fiducia bellum Romanis intulit nauali prœlio,cui Hannibalem preſecerat, ab L. Æmilio Regillo ſuperatus eſt,inde cum L. Scipione conflixit,victus & vltra Taurum montem relegatus à ſodalibus exciſus eſt,plura quoq. Plin. [Sed ſup.infecit æquor ſanguine Punico maſcula) Dura nõ effœminata. [Vt nunc er.).i.Hora. tempore. [Sabellis docta ligonibus)Samnites Italiæ populos, Sabellos etiam Græci dixerunt, vt ſcr. Plin. lib. iij. Romulus præterea agriculturam & militiam ſuis reliquerat, vt late oſtendit Dion. [Fuſtes) Virgas, & palos pro ignibus. [Agens) Ipſe Sol ducens. [Abeunte cur.) Solari curru terras ſubeunte.[Tempus amicum).i.gratam noctem,feſſi enim quieſcunt noctis munere.[Damnoſa quid) Ouid. quoque ait. Tempus edax re℞ tuq. inuidioſa vetuſtas. Oĩa deſtruitis &c.

*Iones*

*De tenero vngui pro eo quod eſt à prima pueritia Träſlatum à catulis, quorum vngues nondũ duruerunt.*

*Cn. Duillius*

*Pyrrhus*

*Anthiochus*

*Sãnites Sabelli*

ACR. DElicta maiorum)Peccata Romano℞.[Refeceris)Inſtauraueris,vt Virg.Semper.n. refice,ac ne poſt amiſſa requiras. Anreueni.[Fœda) Aut inculta, aut per nimiam vetuſtatẽ ſordentia.[Dijs te minorem ꝙ geris impe.)Hoc eſt, quãto te minorem dijs geris,tanto latius imperas, nam cultus deorum Romam creuiſſe refert & ſumpſiſſe principium à deorum cultu, eandem ſuadet felicitatem debere vſque ad exitum cuſtodire. Hinc omne principium) Hoc eſt tradita perſuaſione ſumptum eſt qua aiunt pœnas in poſteros expertes ſæpe differri,quas maiores effugerunt, ita eos non ſua, ſed maiorum culpa percelli. [Dij multa neglecti dederunt Heſperiæ) Frequenter .n. Romani duces non additentibus auſpicijs dimicãtes grandi exercitus clade ſuperati ſunt. [Iambis Monæſes,& Pacori manus) Monæſes & Pacorus reges Perſarum fuerunt aduerſus quos Romani contra numinum voluntatem pugnauerunt inſeliciter. Bis aũt Parthos victoriam retuliſſe ob hoc dixit, quia ante Craſſum, & poſt Didium Saxam cum exercitibus ſuis occiderunt. [Non auſpicatos) Incomitatos dijs contemnentes auſpiciorum neceſſariam veritatem. Et adiecîſſe) ,i. ex præda Romanorum torques ſuos pondere auxiſſe victores. [Renidet) Splender,eo ꝙ reparati torques & maiores facti ipſa natiuitate fulgerent. [Pene occup.ſeditionibus Deluit vrbem) Occupatis.n.ciuili bello Romanis data eſt occaſio hoſtibus cõmouendi bella,& Ægyptij, quos Poëta Æthiopias appellauit,propter bellũ Cleopatræ.[Dacus) Germanus,vt Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro. [Fœcũda culpæ ſecula,nuptias primum inquinarunt) Secula etiam ſanctum matrimoniorũ fœdus per adulteria aſſerir corrupiſſe inde fieri,vt inutiles cõſilijs publicis & probis actibus generẽtur. quidam .n. volunt ipſum Auguſtum tangi his verſibus qui alienam coniugẽ tulerit,& genus bonũ patris ſanguinis alieni coitus admixtione pollierit.[Ionicos) Græcos,ipſi.n.primi ſaltationem, membrorum geſtibus inuenerunt vnde poſtea Pantomimi facti. [Et fingitur artu.) Componitur. vt & corpora fingere lingua, ſignificat autem per hoc inſtitui meliores ſaltus. [De tenero meditatur vngui) .i. ab imatura, & prima ætate. Meditatur autem exercet, vt Virg. Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem. [Inter mariti vina) Aut in ipſis nuptijs, aut inter domeſtica cõuiuia. [Impermiſſa) Interlaſſata. [Gaudia) Voluptates ſtupri, hic impatientia inceſtus oſtenditur. [Luminibus remotis).i æ-dis,faculis ad admittendum crimen obſcuritate procurata, hoc eſt remotis lucernis. [Sed iuſſa coram) Aut a libidine aut a corruptore,vt Iuuen.Doctus ſpectare lacunar.Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo. [Inſtitor) Mercator, [Dedecorum precioſus emptor) Inceſtum. [Non his iuuentus orta parentibus) Tanquam non legitimis cõtempti nuptijs fuerint nec ex hmõi nati hominibus illi Romani, qui oẽs vicerunt. [Infecit æquor ſanguine Punico) Luctatium ſignificat, qui nauali bello apud Siciliam cum Hannibale multa cæde Pœnorum pugnauit. [Pyrrhumque) Pyrrhus Epirotarum rex Anthiocum auxilijs adiuuans,victus eſt à Romanis cum ipſo Anthioco rege Syriæ,à quo & ciuitas nomen accepit. [Antiochum, Annibalemque dirum) Aut crudelem, aut pugnacem, qui ab Africano ad vltimum victus eſt. [Sabellis) Aut Sabinis,aut Marſis,vt Denteſque Sabellicus exacuit ſus. Maſcula fortis,robuſta. [Verſare glebas)Arare,vt Virg. Ante ſupinatas Aquilonio.g. [Et ſeueræ Matris ad arbitrium reciſos) Bene & moraliter ſimplicitatem, & patientiam laboris in iuuenibus per hanc commemorationem oſtendit, eo ꝙ ita ſe ſubdant imperijs matrum aut ad earum operentur arbitrium vel quia hæc ruſticis eſt conſuetudo, vt poſt laborem cum linguis ad matres ſuas reuertantur. [Seueræ) Caſtæ. [Sol vbi montium)Vt Virg. Et Sol creſcentes decedens duplicat vmbras. [Bobus fatigatis) Vt Virg. Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci. [Amicum) Gratum laborantibus .ſ. ob capeſcendam quietem. [Damnoſa quid non) Ac ſi diceret, cuncta in peius ruunt, eo ꝙ nihil æternum ſit, ſed proceſſu temporum omnia in peius labuntur. Vnde dictum eſt. Nihil eſt enim opere & manu factum, quod non conficiat, conſumatque vetuſtas. [Tulit nos peiores) Nequitiam parentum dicit augeri in poſteros. [Mox daturos) Nos.ſ.allaturos peiores filios.

POR. DElicta maiorum immeritus lues) Hoc ex tradita perſuaſione ſcriptũ eſt, qua aiunt pœnas poſteros expẽdere ſæpe,quas maiores effugerint. [Donec refeceris) Pro donec reficias. [Hinc oẽ principium) Subaudienda eſt extrinſecus particula,Habes, & eſt ſenſus. Hinc principium imperij habes, ꝙ deos colas ergo vt imperium perſeueret, perſeuera deos colere. [Iambis Monæſes,& Pacori manus) Hi Partho℞ reges fuerũt,bis aũt Parthos retuliſſe de nobis victoriam dixit,q̃a & Craſſum aurea,& tum Didium Saxum cum exercitibus occiderant. [Et adiecîſſe prædam Torquibus exiguis)Et præda, quam nobis detraxerunt, torques ſuos exiguos aote ampliaſſe gaudent, hoc .n.nũc ſignificar Renider. [Pene occupatam ſeditionibus Deluit vrbẽ Dacus) Seditionibus,inquit, diſtrictum populũ Romanum ex occaſione pene barbari deleuerunt. [Fœcunda culpæ ſæcula) Noſtra.ſ. nuptias primum inquinauere, per nuptias inquinatas vult oſtendere nos ex ipſa culpa progeneratos, ac merito nihil rectum in vita facere. [Hoc fonte deriuata clades, In patriam populumque fluxit) Turpes,inquit,coitus, Fœminarum deſcendunt in liberos quoque,deinde rempublicã.[Motus doceri gaudet Ionicos).i.molles ſaltus,quos primi Iones inuenerunt. [Et fingitur artubus) Artubus legẽdum, quia non venit à nominatiuo artes,ſed artes, ſignificat aũt per molliores ſaltus puellas diſcere turpes & libidinoſos motus re℞ venerearum. [De tenero meditatur vngui) Hoc prouerbium de græco eſt, quod dicunt ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, quod ſignificat à prima infantia. [Neque eligit,Cui donec impermiſſa raptim)Senſus. Neque occaſione extincti ſubito in conuiuio luminibus properat adulter poſt interuallum occulte.ſ.facere non permittente tm̃ marito, ſed etiã iubente. [Dedecorum precioſus emptor) Qui dedecora i.adulteria magno pretio emit. [Non his iuuentus orta parentibus infecit æquor ſanguine)Melioribus,inq̃t,fuit orta parentibus iuuentus illa apud antiquos noſtros, quæ bella Punica pro patria, & naualibus prœlijs geſſit. Sed ruſticorum maſcula militum Proles) Hodieque ex ruſticis milites lecti meliores habentur.[Seueræ matris ad arbitrium reciſos Portare fuſtes) Mire ſimplicitatem & patientiam laboris in iuuenibus per id oſtendit, ꝙ etiam matrum poteſtati ſe ſubijcerent,cum & ad arbitrium ea℞ operarentur.[Amicum Tempus agens)Amicum laborantibus.ſ.etiam amicum ob capeſcendam quietem. [Damnoſa quid non imminuit dies ?) Hoc ideo dicit, qm̃ videntur omnia per proceſſum temporum in deterius labi [Ætas parentũ peior auis, tulit Nos nequiores,mox daturos Progeniem vitioſiorẽ) Damnoſam rem mira facilitate,& breuitate ſucceſſu temporum in deterius labi.

ASCEN. DElicta maiorum &c.)Sanctæ hortatur ad religionem & templorum inſtaurationem dicens. [O Romanæ,tu lues).i. per-

solues & purgabis. [Immeritus).i.tametsi immeritus, non tñ penitus immeritus, quia parentum vitia si a filijs continuantur, hūt ipsium propria, solet etiam Deus nonnunquam filios propter parentes temporaliter affligere, & in peccato originali (nisi per baptismum deleatur) etiam in æternum. [Delicta maiorum).i.progenitorum tuorum. [Donec refeceris templa, & ædes deorum labentis).i.decidentes, & ruinā facientes. [Et simulacra).s.deorum. [Fœda).i.immunda. [Fumo nigro).s.ex negligentia cultus. Tu imperas quod.i.quia geris.i.fateris in gestu & moribus tuis te minorem dijs, quia seruire Deo regnare est. Cuius agi frænis, & ob temperare præceptis summa libertas est. [Omne principium).s. Romani imperij, est sup. hinc.i.ex religione & deorum cultu refer hunc exitum.i.finem. [Dij multa neglecti) Cōmemorat mala, quæ ex neglecta religione prouenerunt Italiæ, dicens dij neglecti dederunt Hesperiæ.s.magnæ, hoc est Italiæ, luctuosæ propter mala. [Multa mala).i.incōmoda. [Monæses).i.princeps ille Parthorum, & manus.i.exercitus, Pacori filius ipsius Orodis Partho rum, & manus.i.exercitus, Pacori filius ipsius Orodis Parthorum regis, contudit iambis, quia semel sub Crasso, & semel sub Didio saxa [Impetus nostros).i.Romanos non auspicatos.i.sine felici auspicio contra morem initos & renidet.i.(sm Acronem) splēdet, sm Mancinellum, & Porphyrium, gaudet, quasi gestiens, adiecisse torquibus exiguis.i.quos prius exiguos habuerat, sunt autem intorti annuli, aut cycli fere ex auro de collo equitum auratorum dependentes prædam.s.Romanis detractum (legendum est sm Philologum) Monæses. [Dacus & Æthiops).i.Ægyptius vicinus Aethiopiæ, deleuit penè.i.quasi, vrbem.s.Romam. [Occupatam seditionibus) i.bellis intestinis hic.s.Aethiops formidatus classe. [Ille melior).i.peritior sagittis missilibus.i.emittendis, seu manu, seu arcu. Secula fœcunda culpæ.i.plena sceleris, vnde Iuuen. Omne in præcipiti vitium stetit &c. [Inquinarunt) i.polluerunt. [Primum nuptias).i.coniugia, quod etiam primum vitium in mundo fuerat sm Iuuen. Sat.vj Viderunt primos argentea secula mœchos, & inquinarunt genus, quia adulterio procreati degeneres effecti sunt. [Et domus).i.familias, quia qualis pater & mater familias talis ferè familia est. [Et clades) .i calamitas, & pestis inquinationem secuta fluxit in patriam & populum. [Deriuata hoc fonte).i.hac origine adulteriorum. [Nam virgo matura gaudet iam doceri motus Ionicos) .i. saltationes Ionum & ceterorum lasciuorum, de qua re Cœlius lib. iiij. cap. x. Ionam legimus omnium primam vnguentis delibutā ornatamque corollis in conuiuio decubuisse. Mensæ quoque secundæ insigne luxus irritamentum non aliunde irrepsisse videntur, vt minus mirer Sybaritas luxurias mancipatos. [Sicuti Suidę monumentis proditur) Inter mortales cunctos Iones eximie colere ac exosculari assueuisse, quod inter Græcos mollitie præsigne maxime forent, vide ibidem & alia loquitur aūt de Ionia in Asia, adeo molli, vt in comicis Græcis Ionicum pro molli delicato & delicato positum inuenias. [Et fingitur) .i. componitur. [Artubus).i.vt artus habeat compositos ad gestus, aut (vt in Eunucho dicitur) quas matres student esse demissis humeris. [Et me. iam nunc).i. adhuc puella, & in domo paterna. [De vngui tenero).i cum adhuc teneras habet vnguiculas (vnde Græci volētes a primis annis dicere, dicunt a teneris vnguiculis, vt auctor est Cicero in Epist.j. [Amores incestos).i.non castos & adulterinos, & querit mox.i statim vbi matrimonio tradita est. Adulteros iuniores quam si maritus, aut inter adulteros eos, qui ceteris iuniores sunt, id aūt facit. [Inter vina mariti) Quod nefandum est, sed matrem imitatur. [Neque eligit).i.despicit. [Cui donet raptim).i.celeriter, & furtiue. [Gaudia impermissa).i. coitū. [Luminibus remotis).i.post quam lumina sint remota, & interdum a scientibus adulteris extincta. [Sed iussa coram).s. marito.i.in præsentia mariti iussa ab ipso, aut adultero surgere, & in cubiculum rem habituram discedere, surgit. [Non sine conscio) .i.conscio & consentiente marito, vnde Iuuen. Doctus spectare lacunar. Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso. Id aūt corruptissimorum indicium est morum. [Seu).i sine. [Institor) .i.negociator. [Aut mer.) Seu magister.i.nauarcha, seu (vt dicit) patronus nauis Hispanæ, vocat supple eam. [Existens pretiosus emptor) Quia Multum pecuniæ, aut merces illi pro stupro dat, quamobrem maritus patitur. [Dedecorum).i. probrorum & vitiorum, est enim vtrique dedecori & vitio dandum, tam emptori, quam venditori talis mercis. [Non iuuentus orta his).i. huiusmodi tam corruptis & infamibus parentibus. [Infecit æquor sanguine puni).i.Pœnorum illic occisorum. [Et cecidit).i. percussit, licet nō occiderit. [Pyrrhum).i.regem Epirotarum, de sanguine Aeacidarum, quem ab animi nobilitate Cic.lib.j.Offi.laudat. [Et Antiochum regem Syriæ ingentem).i.valde potentem. [Et Annibalem ducem Carthaginensium dirum).i. crudelem, & execrabilem. [Sed pubes mascula).i. vitilis, militis rusticorum. [Docta uersare ligonibus).i.bidentibus, & ceteris instrumentis agri colendi. [Glebas).i globos pinguis terræ. [Et portare fustes .i.contos, & perticas recisos. [Ad arbitrium matris seuere) .i.rigidæ, & non mollis, nec adulteræ. [Vbi).i.postquam. [Sol mutaret) .s. occidendo vmbras montium, quia vmbræ mane sunt ad Occidentem, & vesperi ad Orientem, quia semper oppositæ Soli. [Et demeret bobus fatiguit) s.oratione longa. [Fuga).s.aratrorum. [Agens).i.Sol. [Curru abeunte).i.occidente. [Tempus amicum).i.fatigatis labores, & æstus, tam bobus quam eorum actoribus, sup. infecit æquor &c. [Quid dies).i. tempestas. [Damnosa) i.multi damni afferre solita. [Non imminuit?) q.d. nihil non imminuit, hoc est omnia imminuit. [Ætas parentum) .i.nostrorum [Existens peior auis).i.ætate auorum. [Tulit).i.protulit nos. [Nequiores).i.minus valentes. [Daturos) .i. progenituros mox progeniem vitiosiorem, quam, scilicet nos sumus.

DOCT. interp.

D Oceri gaudiet) Hoc est lasciuas saltationes & patum dedotas gesticulationes. Nam Ionum mollicies perinde, atque Sybaritatum fastus in Prouerbium abijt. Vnde & apud Aristoph ἰωνικῶς pro eo quod est ἁβρῶς, id est molliter ac delicate. Vide item Cæl.

GLAR.

Q Værela est poëtę incorruptos sui seculi mores, quorum causam aut adulteria esse. [Hinc oē principium) Pro syllaba longa quæ cæsuram facere debebat, poëta ponit duas breues, quod semel duntaxat fecisse inuenitur in hoc genere carminis Mancinellus non recte putat in elidi scandendo. Sed hic operępretium est notare qualis racemator fuerit Acron, Nam quæ verba Porphyrio ad primum carmen huius Odes ponit, & apte & venuste eadē Acron in suum cōmentarium sub legit, huic carmini annectens, nihil sane proposito congruentia. [Infecit æquor sanguine Punico) Luctatium (inquit idem Acron) significat, q. nauali bello apud Siciliam cum Annibale multa cæde Pœnorum pugnauit. Hæc ille quidam emendare hoc volentes, pro Annibale sustituerunt Hamilcarem. Sed ex Polybio lib.j. pater Hannone restituendum. Hamilcar enim terra bellabat. Hanno mari. Verum vt id librariorum vitio factum esse concedamus, ita quod statim subnectat idem, non videtur codicum errore scriptum. Pyrrhus, inquit, Epirotarum rex Anthiocum auxilio adiuuans victus est, Romanis, cum ipso Antiocho rege Syriæ. Hic mire historiam confudit Acron, cum Pyrrhi bellum centum prope annis præcesserit Antiochi bellum. [Sabellis docta ligonibus.) Sabinis aut Marsis idem Acron exponit. Hoc prius facili concedam, nam & Seruius in tertium Georg. ad illud Virgilij, Dentesq. Sabellicus exacuit sus exponit Sabinis, quanquam ex Plinio lib. iij. cap. duodecimo. Samniticus malim. Sed fortassis ideo hoc admittitur quod Samnites à Sabinis originem habere dicuntur. Verum illud alterum de Marsis non video quare addiderit Acrō de hoc fine Epodon latius differemus.

ALDVS MANV.

I Am bis Monæses, & Pacori manus) Eadem ratione qua Acinaces, pro Acinacis, Monæses pro Monæsis iussi imprimem. Nam græce μονάισης dicitur, & est Monæses rectus. Construitur autem sic. Iam Monæses bis contudit impetus nostros non auspicatos, & manus Pachori.s.bis contudit. Quod si genitiuum esse quis voluerit, & dicatur Monæses, erit sis breuis, quod solet euitare Horatius, licet penthemimere defendi possit.

## AD ASTERIEN DESIDERIO
Mariti mœstam.

*Consolatur Asterien, Gygis familiaris sui vxorem. dolentem ob mariti, absentiam, promittiq; illum rediturum cum nactus erit ventum opportunum, interim bene speret, & se gerat modeste ueque patiatur sibi a quoquam imponi, quo pudicitiam violet, sed castissimo marito fidem seruet, qui nullis blanditijs potest ad adulterium solicitari.*

*Ode VII. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Quis multa gracilis te puer in rosa.*

−−−UU−−UU−U−
∴ −−−UU−−UU−U−
−−−UU−U
−−−UU−U−

Quid


VID fles Asterie, quem tibi candidi
Primo restituent vere fauonij,
Thyna merce beatum
Constantis iuuenem fide
Gygen? ille notis actus ad Oricum
Post insana capræ sidera frigidas
Nocteis, non sine multis
Insomnis lacrymis agit.
Atque sollicita nuncius hospitæ
Suspirare Chloën, & miseram tuis
Dicens ignibus vri,
Tentat mille vafer modis.
Vt Prœtum mulier perfida credulum
Falsis impulerit criminibus, nimis
Casto Bellerophonti
Maturare necem refert.
Narrat penè datum Pelea Tartaro:
Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens:
Et peccare docenteis
Fallax historias monet,
Frustra. nam scopulis surdior Icari
Voces audit adhuc integer. at tibi,
Ne vicinus Enipeus
Plus iusto placeat, caue.
Quamuis non alius flectere equum sciens
Aeque conspicitur gramine Martio:
Nec quisquam citus æque
Tusco denatat alueo.
Prima nocte domum claude: neque in vias
Sub cantu querulæ despice tibiæ:
Et te sæpe vocanti
Duram, difficilis mane.

ANTO. 
VID fles Asterie) Gyges maritus Asteries nauigauerat hinc illa fletu macerabatur, scr. Hor. eam id agere non debere, Ille.n. primo Vere diues redibit. Hortaturque ipsam ad honestatem seruandam cum Gyges etiam vir suus castissime degat. *Aster* Æsterie id nomen fictum est ἀστὴρ .n. stella dicitur. ἀστέρων stellatum. [Quid fles) Ordo est. O Asterie quid fles Gygen iuuenem constanti fidei, quem candidi Fauonij primo Vere *Veris initium* tibi restituēt beatum. [Thyna merce Primo vere) Primus verni temporis dies extat septimo Idus Feb. habetque dies xcj. Auctor *Fauoni'* est Varro lib. j. de re Rust. [Candidi Fauonij) .i. sereni. Fauonius.n. ventus occidentalis est tepidus, & siccus, vt docet Plin. lib. ij. septimo autem Idus Februarij Fauonij spirare incipiunt. vt do*Thynos* cet Columella lib. xij. [Thyna merce) Thynos oppidum est Ciliciæ, vt docet Plin. lib. v Et Strab. lib. xij. scribit. Thynos vicinos esse Bythynis. [Beatum) Diuitem. [Fide) Pro fidei, sic etiam bis Naso. ait nanque lib. iij. Metam.

*Prima fide, vocisq; ratæ tentamina fugit.*

*Fide Fides Oricum* Et lib. vj. Vtque fide pignus quippe antiqui dicere solebant, huius fidei, & huius fides, huius acie & huius acies, quam rē, & Prisc. & Gel. latius docent. [Ille notis) Ordo est. Ille Notis actus ad Oricū post insana sidera Capræ &c. [Notis) Austris, q humidi sunt. [Oricum) Mela de Epiro scribens sic ait. Vrbium prima est Ori*Dyrrachium* cum, secunda Dyrrachium, Epidānos ante erat Romani nomen mutauere quia velut indamnum ituris omnem id visum est, vltra *Apollonia* est Apollonia. [Post insana sidera capræ) .i. post tempestatem, *Heniochus* Heniochus, quem nos latine Aurigam dicimus (vt scribit Higin.) vna manu vt lora tenens figuratur, cuius in humero sinistro capra, in manu autem duo Hœdi stellis formati dicuntur, habet præterea stellam vnam in capite, in vtroque humero vnam in manu duas, quæ Hœdi appellantur. Vtque Plin. lib. ij. osten*Capra stella* dit, Hædorum exortus, tempestatem inducunt. Verum hic poëta de Capra stella intelligit, ait enim lib. xij. Col. ꝙ xv. Cal. Ia*Capra stella* nua. Capra occidit mane, & tempestatem significat. [Frigidas) Quia solus cubat. hinc ait illa. Non ego deserto iacuissem frigida lecto. [Insomnis) Vigilans. [At qui Sollicitæ) Ostendit Gygis continentiam, vt facilius eandē Asterien persuadere possit. Est autem ordo. At qui vafer nuncius sollicitæ hospitæ, dicens Chloën suspirare, & miseram vri ignibus tuis vafer tentat .s. Gygen mille modis. [Sollicitæ) Anxiæ propter amorem quidem. [Hospitæ) .s. Chloës. [Ignibus tuis) .i. tui viri Gygis, quo etiam tu vreris. [Vafer) Vafrum, inqt Nonius, est calidum, quasi valde Afrum, & Vrbanum. [Vt Prœtum) Ordo est. Refert vt perfida mulier falsis criminibus impulerit Prœtum credulū maturare necem. Bellerophonti nimis casto. Bellerophontis aūt Glauci regis Ephyre filius fuit formosissimus, hinc Sthenobœa Præti regis vxor apud quem ille degebat, tum attentauit, pmittens regnum coniugis sui, qui cum renuisset, accusatus ab illa est regi, quod ei vim inferre voluisset, tandem iccirco multa subire pericula coactus est, cūque victor semper fuisset, gratiam meruit apud patrem ipsius Sthenobœe, quare ipsa furore & ira ducta sibimet mortem consciuit. Scribit ea Higinus, & Hom. latius lib. vj. Iliados, vbi non Sthenobœam, sed Antheam Prœti vxorem appellat. [Pelea) Peleus Æaci filius, Achillisq. pater fuit. Demum cum fratrem Phocum occidisset, in exilium abijt seuera patris iubente iustitia vnde ad Magnetas abijt, vbi ab Acasto fraterna cœde purgatus est, hæc & plura habentur lib. xj. Metamorph. Addunt alij eo tempore Hippolyten Acasti vxorem Pelei amore ducta, Peleum attentasse, illamq. noluisse obsequi, quare irata mulier falso Peleum viro insimulauit, hinc Acastus credulus illum inermem reliquit in Pelio monte, vt Centauris opprimeretur, quod esse non potuit nam Chiron illi auxiliatus est, inde collectio exercitu Peleus Achastum regno priuauit vxoremq. supplicio affecit. [Magnessam Hippolytem) Hæc erat Acasti vxor. Magnesia autem regio est Thessaliæ annexa vt scribit Plin. lib. iiij. [Historias docentes peccare) Qualiter historia Bellerophōtis, & pelei fuit, plura enim exempla, nuncius ille fallax narrabat, quo Gygen ad amorem Chloes traheret. [Icari) Maris Icarij. Inter constans. [At tibi) Asteriem commonet vt viri exemplo constans sit vsque. [Quamuis) Ordo est. Quamuis non cōspicitur alius æque sciens flectere equum in gramine Martio. [Aeque) Ita. [Gramine Martio) In campo Martio, vbi Tyrones exercebantur, de qua re legito latius lib. j. Ode viij. [Nec quisquam) Ordo est, Nec quisquam æque citus denatat alueo Tusco. i. Tyberino fluuio, qui Tusciam a Sabinia diuidit. Post certamen in campo Martio habitum. Tyberim innatabant: vt, quandoque flumina alia hostibus imminentibus tranatare natādo possent, de quibus legito Vegetium. [Alueo) Alueus fluuijs fossa dicitur. [Querulæ tibiæ) .i. sonoræ, vel conquerentis, vt facilius alliceret.

ACR. QVid fles Asterie) Ad Asterien amici sui coniugē scribit, & eā solatur Gygis mariti sui amore mœstam, monēs, vt custodiat castitatē, nec alterius adolescentis blanditijs, aut spe capiatur, dum maritum sperare debet primo Vere rediturum. Ordo est. Asterie quid fles Gygen. iuuenem constantis fidei? quem restituēt tibi primo Vere candidi Fauonij, Thyna merce beatum. [Quē tibi candidi) Sereni prosperi, iste.n. ventus verno tempore frequentius flat. [Thyna) Bithyna. Quidam.n. volūt Thynam ciuitatem vicinam Bithyniæ dictam Ponto confinem, quidā Thynum, piscem magis intelligendum suadent. [Ille Notis) Notos pro ventis posuit. [Ad Oricū) Ciuitas Ciciliæ, vt Auc Oricia Terebintho. [Post insana Capræ sidera) Hædos videtur significare, quorum ortus, & occasus concitat tempestates, de quibus Virg. Pluuialibus Hædis, & alibi. Hædorumq. dies seruādi. [Frigidas nocteis) Duplici modo accipi debet, vel propter hyemem quæ peregrinantibus acerbior semper videtur, vel propter solitudinem, q a sine suis erat, & velut abstinens frigebat. [Insana) Tempestuosa. [Insomnis) Velut vxoris amore non dormiēs, vt nec vnquam soluitur in somnos. [At qui sollicitæ nuncius hospitæ) Gygen á Chloë hospita sua dicit adamatū, quam contemni dicit pro dilectione, vel desiderio vxoris absentis, quem etiā per internūcios terret ita eum pro castitate morturum, sicut hi quorum inferius exempla cōmemorat. Ordo est, At qui vafer nuncius sollicitę hospitę tentat illum modis, dicens suspirare miseram Chloën, & vri tuis ignibus, & refert, vt perfida mulierem impulerit Prœtum credulum falsis criminibus maturare necem nimis casto Bellerophonti. [Tuis ignibus) Quia etiam tu vreris, id est tui mariti amore. [Vafer) Ad suadendum callidus & astutus, siue malignus, qui nitebatur continentiam susperare. [Vt) Quemadmodum mulier perfida Sthenobœa, siue Antia vxor Prœti q̃ commemorat amore Bellerophontis hospitis inflammatam, qui dum voluptati eius consentire noluisset, in adulterij

crimen vocatus est, quod exemplum ad acquiescendi terrorem si gnificat a suadente propositum, ac eadem cotinentia etiam ipse periclitetur. [Narrat pene datu Pelea) Peleus adamatus est ab Hyppolita Acasti vxore, quæ du despiceretur ab eo, questa marito est se stupri copellatam, indignatus Acastus Peleum duxit inuitatum gratia venandi in Pelion, ibique cum inermem reliqt, à Centauris perimendum, qui seruatus, à Chirone collecto exercitu euertit Acasti regnum, & Hippolytam supplicio merito satis affecit. Ordo est, & narrat Pelea pene datum Tartaro, dum abstinens fugit, Magnessam Hippolyten & fallax frustra monet historias docentes peccare. [Magnessam Hippolyten) Magnes Thessaliæ ciuitas est, qui pro discretione Hippolites Caucasię cõ memorat, & Amazoniæ vxoris Thesei. [Et peccare docẽteis) Et alias subauditur, quia & hæ quas supra dixit, reliquerant exépla peccandi. [Surdior) Metaphora a nauigantibus, quod ita aman tis non audiret preces, quemadmodum si a periclitantibus rogẽtur scopuli, vt est sed nullis ille mouetur Fletibus, aut voces vllas tractabilis audit. [Adhuc integer) Adhuc contemnens eam, quasi eum demonstret trahi posse in posterum, si diutius immoretur. [Enipeus) Nomen vicini petulantis. [Plus iusto) Plus æquo, vel non pro forma, sed pro libidine. Nec plus placeat, q̃ debet vicinus quod prius commemorando mariti honestatem suadet, vt illud seruataque serues Troia fidem. [Quamuis nõ alius) Ordo est, Quãuis non alius æque conspicitus flectere æquum in Martio gramine, nec quisquã æque citus denatat Thusco auleo. [Gramine Martio) In campo Martio bellicis artibus exercetis conuenerat Romana iuuentus, quibus ita Enipeum ceteros præire dicit, vt merito amari possit si pudicitiæ custodia non resisteret. [Despice) Deorsum aspicias, hoc est, nec ad voluptuosos cantus, nec amantis preces permota despicias.

POR. QVid fles Asterie) Hac Ode consolatur puellam desiderio coniugis sui mœstã, & simul monet, ne alicuius adolescẽtis blanditijs, & aut spe ipsa capiatur, & est ordo. Quid fles Asterie Gygen quẽ tibi restituent Fauonij primo Vere, Thyna merce beatum, Bithynij iuncti sunt Thynis, vtraque aũt gens Ponto confinis est. [Ille Notis actus ad Oricũ) Notis pro quibuslibet ventis positũ est. [Post insana capræ sidera) Hædos vt significare, quorũ ortus & occasus concitant tempestates, horum etiam Virg. meminit dicens. Quantus ab occasu veniens pluuialibus Hædis verberat imber humum. [Frigidas) Duplici modo accipe & pp hyemem qua peregrini retinentur, & pp solitudinẽ. [Atq; sollicitæ nuncius hospitæ) Dicit Gygen ab hospita Chloe amari, & ab ea nuncium amoris ad eum mitti. [Et miseram tuis dicens ignibus vri) Tuis ignibus, quibus ipsa tu vteris. i. mariti tui amore. [Tẽtat mille vafer modis) Vafer nuncius. i. callidus ad suadendũ [Vt Prœtum mulier perfida credulũ) Sthenobœam significat Prœti vxorem, quæ Bellerophõtem hospitem amauit, & non consentientem sibi adulterũ criminata est. [Maturare necẽ) Refert nũcius Gygi historiam, qua Bellerophontẽ periclitatum ostẽdit, quod hospite in amorem nõ consentiret, per exemplum eũ terret, ne idem & ipse patiatur. [Magnessam Hippolytẽ dum fugit abstinens) Hæc est, quæ nupta fuisse Eurypilo traditur. [Et peccare docẽteis fallax historias monet) Subaudiẽdum & alias, quia & hæ quas supra retulit, docent peccare. [Scopulis surdior Icari) Icari scopuli pro Icarij maris scopulis, sed hos pro q̃buscq. posuit, surdi aũt scopuli a periclitantibus dici solent, quod quasi preces eorũ non exaudiant. [Quamuis non alius flectere equum sciens) Et reliqua, notum est iuuentutem Romanam apud veteres, & exercitatam in campo Martio, & post hoc exercitium natare solitam fuisse in Tyberi, quia peritia nãdi rebus militaribus sit necessaria. Dicit ergo Enipeum nõ debere puellæ huic placere, licet gloriosæ in exercitio inter æquales versetur. [Prima nocte domũ claude: neque despice in vias sub cantu querulę tibię) Ne cum ille quasi Gyges vespertino cãtu ad fenestram Asteries tibicinem adhibere soleat, illa cupiditate audiendi per fenestram despiceret, atque ita cupida videndi sui, ac sollicitata diem daret.

ASCEN. QVid fles Asterie) Asterien consolaturus monet castitatẽ & fidem viro seruare, dicẽs. O Asterie. [Quid). i. ad quid fles, Gygen maritũ tuum, iuuenem cõstantis fide, pro fidei. i. fidẽ tibi, licet a Chloẽ sollicitatur. [Quẽ Fauonij) .i. Zephyri. [Candidi). i. fauorabiles, & benigni vẽti, restituent tibi. [Primo Vere). i. in principio veris, vt primũ post hyemem nauigare licebit. [Beatũ). i. diuitem effectum. [Merce). i. mercimonio, & gaza. [Thyna). i. è Cilicia aducta. [Ille). s. maritus tuus Gyges. [Actus). i. impulsus. [Notis). i. austris vẽtis nimbosis. [Ad Oricũ) Oppidum illud in Epiro. [Post insana sidera Capræ). i. tẽpestatẽ excitatam occasu Capræ, q; fit xv. Cal. Ian. [Agit insomnis). i. siue somno, aut vigilans, non sine multis lacrymis, quod .i. abs te abest. [Noctes frigidas) Quia in se cubitu. [Atqui). i. sed nihilominus. [Nuncius hospitæ sollicitæ). s. Chloes dicens Chloen suspitare. i. ingemiscere amore Gygæ, & miserã. i. misere pereũtem. [Vt ignibus tuis). i. tibi debitis amoribus, qa immaritũ tuum. [Tentat). s. Gygen. [Mille modis ex. i. vafer). i. astutus, & callidus. [Nã refert). i. recitat vt Gygen terreat, vt. i. qualiter, mulier pfida. s. Sthenobœa, seu antea, impulerit falsis criminibus. i. criminationibus. [Criminans). s. Bellerophõta, quod à se stuprũ expeteret, quod oblatũ recusauerat. [Prœtum). s. maritũ suum. [Maturare). i. accelerare, dum daretur. [Bellerophonti nimis casto) Quia si stuprum non recusasset, nequaq̃ delatus, aut crimina tus ab ea fuisset. [Necem). i. cędem, non tñ occidit eum, sed in periculum vitæ misit. Narrat etiam Pelea regem Thessaliæ futurũ patrem Achillis datum pene Tartaro. i. per necem ad infernum quasi missum ab Acasto. [Dum abstinens). s. illicito cõcubitu hospitæ. [Fugit Hippolyten Magnessam. i. coniugem ipsius Acasti regis Magnesiæ, apud quem a patre profugus tunc exulabat Peleus, & ita a consimili, nisi hospitæ suæ Chloe consentiant, monet illi periculum ab ea timendum, & ipse fallax monet historias docente peccare sicut fortassis illius Gygæ, quem Cic. iij. Offic. fabulose commemorat opportunitate annuli, quo inuisibilis efficiebatur, vsum reginæ Lidyæ stuprum intulisse, eaque adiutrice regem dominum interemisse & sublatis quos obstare posse arbitrabatur regnasse. Aut eius, quem Herodotus lib. j. dicit vidisse Caudaulis Sardium Tyranni vxorem ipsi ab ipso Caudaule ob speciei excellentiam nudam ostentatem, quod vbi illa rescuit, odio mariti flagrantem Gygem ad stuprum coëgisse, & necato marito illum cum ea regnasse. Aut fortassis deorũ adulteria, vnde Chærea ille Terẽtianus corrumpendæ virginis animum sumpsit exemplo Iouis Danaen, vt in pictura videbat, corrumpentis, quã rem diuus Augustinus bonis moribus plurimum obesse per sancte docet. [Frustra &c.) Ne mulier vtrum his argumentis victum timeat. addit Frustra, q. d. monet quidem, sed frustra. Nam Gyges adhuc integer. i. incorruptus. Audit voces. i. suasiones nuncij. existens surdior scopulis Icari. i. maris Icari, qui naufragia facientium crebertimá vota, & præces tanquam non audiant contemnunt, non n. minus naues collidunt, & pertinaces fluctibus sæuis obsistunt, at i. econtrario, tu caue, ne Enipeus iuuenis ille elegans, vicinus. s. tuus, placeat tibi plus iusto. i. quam iustum, aut æquum est, ita vt eius amore capta cum eo pecces, quamuis pro quanquã aut tametsi. Non alius. i. nullus alius, conspicitur sciens .s. peritus. [Æque). i. equaliter. [Flectere sup. in gramine). i. in campo Martio vbi, Romana iuuentus, exercebatur. [Equum) s. quem flectere, & domare discunt futuri equites. [Nec quisquam donat). i. deorsum natat [Æque citus) i. celer auleo Tusco. i. ipsius Tyberis inter Tusciam & Sabinam per Romam fluentis, clauda domum prima nocte. i. prima parte noctis, sicut prima luce, pro prima parte diei dicitur, neque despice. i. deorsum è specula, aut fenestra inspice in vias. s. publicas, Sub cantu. i. inter cantũ Tibiæ querulæ. i querentis quod duritia tua, & mane difficilis. i. inexorabilis, ipsi iuueni, vocanti. i. compellanti te sæpe duram, quod. s. non flectatis, nec fores aperias amanti.

THyna merce beatum) Plin. lib. v. cap. xxvij. inter Ciliciæ oppida & Thym meminit. At sæpe alias Thynorum cum in Asia tum in Europa ad Pontum Euxinum mentio est, ad idem Strab. atque ita Commentarij. Ille notis actus ad Oricum, ciuitas Cilicie, inquit Acron, insignis lapsus si non accusabimus codicem. Hoc etiam hac in Ode considerandum lectori, quare hic Fauonij mentio fiat cum is, siue ex Cilicia, siue ex Ponto nauiganti Romam contrarius, tamen fiat. b occidente in oriẽtem. Aut ergo Zephyrum pro quo uis vento posuisse dicetur vel potius Zephyri mentionem fecisse non quod prosper sit nauigãtibus ab oriente in occidentem, sed quod eius clementi flatu mare aperiatur, sub initium Veris, quo videlicet Gygen rediturum ait poeta, Quod Virg. ab initio Georg. j. scribit. GLAR.

*Vere nouo gelidus canis cum montibus humor.*
*Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit.*

## AD MOECENATEM.

*Reddit causam Mæcenati, quòd Cal Mar. celebraret, quàm dies solis matronis festus erat, quo etiam mariti pro vxorum suarum salute supplicabant, nam se eo die ait ab arboris casu seruatum & ob id Libero vota soluere velle. Mæcenatem, ac epulas inuitans, & celebritatem, omissa rei pub. cura, qua parata hostibus, satis tranquilla sit.*

Ode

*Ode VIII. Dicolos, Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque dira.*

-u---uu-u--
-u---uu-u-u
-u---u-uu
-u--


ARTIIS cœlebs quid agã Calendis:
Quid velint flores, & acerra turis
Plena, miraris, positusq. carbo in
Cespite viuo.
Docte sermonis vtriusque linguæ.
Voueram dulceis epulas, & album
Libero caprum prope funeratus
Arboris ictu.
Hic dies, anno redeunte festus
Corticem astrictum pice dimouebit
Amphoræ fumum bibere institutæ
Consule * Tullo.
Sume Mœcenas cyathos amici
Sospitis centum: & vigiles lucernas
Perfer in lucem: procul omnis esto
Clamor, & ira:
Mitte ciuileis super vrbe curas.
Occidit Daci Cotisonis agmen:
Medus infestus sibi luctuosis
Dissidet armis:
Seruit Hispanæ vetus hostis oræ
Cantaber sera domitus catena:
Iam Scythæ laxo meditantur arcu
Cedere campis.
Negligens nequa populus laboret,
Parce priuatus nimium cauere: &
Dona præsentis cape lætus horæ: ac
Linque seuera.

* Tullio legit Bonfinus pro Tullo vt sit synæresis, qđ multis auctoritatibus cõfirmat.

ANTO.


ARTIIS Cœlebs) Martias Calendas matronæ solum celebrabant uerum Hor.quoque casdẽ colebat. Scribit igitur Mœcenati causam, ꝙ eo die oppressus arboris ictu epulas, & album caprũ Libero uouerat hortaturque illum ad epulum celebrandum & genio (curis omissis) uacandum. [Martijs Cœlebs quid agam Calendis) Martias Calendas, inqt, Festus matronæ celebrabant, quod ea, die Iunonis, ædes coli cœpta sit. Ouid.aũt Fast.lib.iij scribit, ꝙ uolentibus Romanis cum Sabinis pugnati Hersilia Romuli uxor Sabinas omnesq. raptas in Iunonis templum accinit, ibique eis consuluit ut bellum ipsum dirimerent, quod actum est. Venerunt si quidem in medium ambarum partium iam certare uolentium, hinc pax Perpetua facta est, inde cœperunt Romanæ Martias Cal. celebrare. Vel quia tunc arbores & uites, & ager omnis fœcundus est, iure fœcũda tempora Latiæ mulieres colunt. Vel quia Iuno Martis genitrix amat nuptas, nam pronuba est, propterea mulieres Martem frequentabant. [Martijs Calend.) Hoc die nouum ignem Vestæ aris accendebant. In regia, & curijs, atque Flaminum domibus laureæ ueteres nouis laureis mutabantur. Hoc mense mercedem exoluebant magistris, quam completus annus deberi fecit. Comitia auspicabantur, uectigalia locabant, & seruis cœnas apponebant, Matronæ, ut domini Saturnalibus hæc & plura Macrob.lib.j.Sat. [Cœlebs) Cœlibem dictum existimant, inquit Festus, quod dignam cœlo uitam ducat, dicunt alij, Cœlibem esse qui non uult contrahere matrimoniũ Cœlebs ergo Horat. erat .i. sine coniuge. [Quid uelint flores) Mars ipse Ouid. poetæ in Fastis narrans causas quibus matronæ colerent Mar.Cal. ubi de matre sua Iunone causam attulit, inquit, Ferte Deæ flores, gaudet florentibus herbis, Hæc Dea de tenero cingite flore caput. [Acerra thu.) .i. arcula ubi thus reponebant ut scribit Fest. [Cespite viuo) .i. ara ex herboso cespite. [Sermonis vtriusque) In tertio pede Tribrachus est pro Dactylo. [Docte) Vocatiuus est. Est.n.ordo: O docte sermonis vtriusque linguæ.i.græcæ & Latinæ, Miraris quid cœlebs agam Martijs Cal. &c. [Album caprũ) Superis enim aptiores erant albæ victimæ inferis nigræ. [Libero) Id egerat, quo oppressus ab eo liberaretur. [Funeratus) Extinctus, a φονὸς quod est cædes φονέω interficio. [Corticem astrictum) Ordo est: Dimouebit amphoræ corticem. pice astrictum institutæ bibere fumum Tullo consule. [Corticem) Suberis corticem intelligo pice illitum pro amphoræ operculo. [Fumum bibere) Tempore enim fumosum fit vinum. [Vigiles lucernas perfer in lucem) Hortatur eum, vt tota nocte, Genio vacet secum. [Procul omnis esto clamor & ira) Indicat vinum illud optimũ fore, neque alicui nociturum ad ebrietatem. Vnde si centum cyathos Mœcenas sumpsisset, innocui fuissent. [Daci Cotisonis agmen) Superius de Dacis dictum est. Cotison aũt rex fuit Gætarum cui Augustus Iuliam filiam dispõdit, quo tempore sibi quoque inuicem filiam regis in matrimonium petijsset. Auct. est Tranquillus. [Dissidet armis) Orta fuerat inter Medorum, Parthorumq. reges discordia quædam, quæ sanè principium ex Romanorum spolijs assumens, suspicionem amittendi regni, & pauorem Medo attulit, Nuncijs itaque ad Antonium missis in auxilium vocare cœpit, cum oibus copijs suis ad bellum pollicitus adesse. Quod etiam latius Appianus scribit in lib.Parthico. [Seruit) Ordo est. [Seruit).s.Romano Imperio Cantaber domitus sera cathena, appositio vetus hostis Hispanæ oræ. Vetus autem hostis ait, quia longo tpe id bellum durauerat, de quo late superius. [Iam Scythæ) Augustus virtutis, moderationisq. fama, indos etiam ac Scythas auditu tũc cognitos pellexit ad amicitiam suam populiq. Romani vltro per legatos petendam, quod quidẽ: Tranquil. scribit. [Negligens) Ordo est, Tu negligens.i.spernens, & securus ne qua.i.ne aliqua causa populus laboret, priuatis.s.curis omnibus reipublicę parce.i.noli nimium cauere.i. ꝓuidere & cautus esse &c. [Seuera) Grauia, ac tristia.

Phonos

Phoneo

Cotison

Pelem

Martia Calend.

Cœlebs

ACR.

MArtijs cœlebs) vt viduæ sine viris, ita cœlibes sine vxoribus dicebantur, Calendis Martijs Matronalia dicebantur, eo ꝙ mariti pro conseruatione coniugij supplicabant, & erat dies proprie festus matronis. Ad Mœcenatem ergo scribit Horat. non eũ debere mirari, quod Calendis Martijs, dum sit sine vxores sacrificet. Hac enim die, se casu arboris commemorat liberatum, & seruare salutis festiua, ordo est. [Mœcenas docte sermonis vtriusque linguæ) .i. Græce & Latinæ linguæ, miraris quid cœlebs agam Martijs Calendis, quid uelint flores, & acerra plena thuris, & carbo positus in viuo cespite. [Acerra) Thuribulum dicebatur, ministerialis patriæ fictilis. Voueram dulces epulas modo reddit cur faciat hoc, illo die se uouisse dicit, quo est periculo arboris ereptus. [Et album Libero caprum) superis aptior erat alba victima. nam Dijs infernalibus semper nigra offerri debẽt, vt. Te casta Sybilla, Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet. [Prope funeratus) Extinctus siue sepultus. [Hic dies) Ordo est, hic dies festus redeunte, anno dimouebit corticẽ amphoræ astrictum pice institutæ bibere fumum consule Tullo. [Dimouebit) Arripiet in vsum cõuiuij vinum, quod fumo inueterabatur. [Consule) Pro vetustate posuit. [Cyathos) Mensuras dixit quas pro sexta parte sextarij dicebant. [Centum) Verbo vsus est conuiuarum centhum cyathos, siue finitum pro infinito posuit. vt Tibi noia mille. [Et vigiles lucernas) Vigilantes in officio luminis. [Procul oĩs) Ita innocuum vinum se exhibiturũ promittit, vt nec oneret nec p ebrietatem lites ꝓuocet, vt Timor oĩs abesto. [Occidit Daci Cotisonis) Cotison nomẽ regis Dacorũ, quo victo suadet aliquatenus a curis publicis recedi debere, & priuato se exercere conuiuio Mœcenatem. [Dissidet) Dissentit, discordat eo ꝙ ciuilia inter se Medi bella gererent, nec eis p discordiam rebellare Romanis uacaret. [Cantaber) Gens Hispaniæ. [Sera domitus cathena) Tarda, quia diu bellum cum his gestum est, & cum difficultate ab Augusto superati sunt, & ideo eos Romanis seruire dicit, uictos & subditos. [Iã Scythæ laxo meditantur arcu) Vt eos distentis arcubus uictos, & fugiente ostenderet. Vt laxos humeris referunt languentibus arcus. [Negligens) Sup esto quod pro securitate posuit, quia non timeret. [Nequa) Ne qua parte laboraret, ut econtrario. Virg. Securum pro negligente posuit. Securus amorũ Germanæ. Nimium cauere curare, uel solicitus esse.

POR.

MArtijs Cœlebs quid agam Cal.) Hæc ode ad Mœcenatem scripta est, qua testatur se diem festum Martiarũ Calendas gerere, ꝙ hac lucẽ maximum periculum effugerit, arbore fracta pene Elisus Calendæ aũt Martiæ hodie quoque matronarum dies festus est, ait.n. non debere irasci Mœcenatum, ꝙ diem Cal. Mar-

ciatum celebrer quãuis mattonã.i. vxorem non habeit. [Docte fermonis vtriuſque linguæ) Hoc ad Mœcenatem annectendum, nam ſic otdinandum eſt, Mœcenas docte vtriuſque linguæ, & intelligendum vtique Græce & Latinæ cartæ. [Corticem altrictum pice dimouebit Amphoræ fumum bibere inſtitutæ) Dicit ſe hoc Calendaꝝ die amphotam ad ſacrificium & conuiuium apertuꝝ, quã cortice picato operuerit, & in fumario poſuerit conſule Tullo. [Sume Mœcenas cyathos centum) Senſus eſt Licet centũ cyathos bibas innocui erũt. [Procus oĩs eſto Clamor, & ira) Eſto ꝓcul eris, dicit aũt adeo innocuum eſſe vinum quod exhibiturus ſit, vt pocantes nec oneret, nec per ebrietaté ad lites incitet. [Corticé altrictum pice dimouebit amphoræ fumum corticem pro cortici).i. accuſatiuum caſum pro datiuo poſuiſſe vr̃ vt ſit ſenſus. Et cortici fumum dimouebit pice aſtrictum, & fumum vtique ꝓ fauilla fumi dixit, q̃ ſidere ſolet ad quooperimentũ amphoræ. [Mitte ciuileis ſup vrbe curas) Noli, inq̃t, ſollicitus eſſe de ſalute vrbis. [Mecũ ſint tuta oĩa, & ſolue aĩum ad lætitiam in conuiuio meo [Medus infeſtus ſibi luctuoſis Diſſidet armis) Medos ſignat inter ſe ſeditionibus occupatos eſſe. [Seruit Hiſpanę vetus hoſtis orę) Orę genitiuus caſus, & Hiſpane eiuſdem caſus eſt. [Cantaber ſera docathena) Quia diu bellũ cũ his geſtũ eſt, & tarde victi ſunt. [Parce priuatus) Cũ ſis, inq̃t, priuatus, noli adrogare tibi reſpub. curã.

ASCEN. Martijs cœlebs) Facete, volẽs inuitare Mœcenaté ad conuiuiũ Martijs Calendis. [Quę matronis celebres erãt) celebrandũ dicit ſe non ꝑ coniugem, ſed ꝑ votum ad id adductũ, hoc ordine. [O Mœcenas do.) i. perite ſermonis vtriuſque linguæ i. Græcę & Latinę. Tu miraris. q̃d ego celebs. i. ſine coniuge viuens. [Agã). i. agere intendam. Calẽdis Martijs matronis. ſ. & matrimonio iunctis celebtandis, & q̃d velint ſibi flores quos feſtiuis cõuiuijs adhibebant, & Acerra. i. vaſculum thuriferũ, quod thuribalũ vocant, plena thuris, & carbo quo incẽdatur, poſitus in ceſpite viuo. i. ad aram ex ceſpite adhuc virente, quia recẽs euulſo extructã, ſed ſup. vt noris, quid ſibi velint ego prope. i. quaſi Funeratus. i. extinctus, & in funere ducẽdus. [Ictu arboris) De qua lib. i viſum eſt. Vouerã Libero. i. deo liberatori, quem prius Faunũ & poſtea Mercurium dixit, ſed poete ſunt Faunia fando dicti, & Mercurio facundiæ deo, & Libero patri curas ſoluẽti, ſacri, ideoq̃ non ab re à tribus id factum cõmemorat. [Epulas dulces) Aut q. i cum mulſo, aut q. i liberato dulces ſunt, & caprum q̃ Baccho ſacer eſt, q̃a vitium hoſtis, vnde Maro in Georg. non aliã ob cãm Baccho Caper oĩbus aris cæditur &c. album, quia Deo ſa uotabili, & bono, vnde & Maro. Nigram hyemi pecudem Zephyris felicibus album, hic dies. ſ. Calendarum Martiaꝝ, Feſtus. ſ. mihi. [Anno tedeunte). i. teuoluto [Dimouebit amphoræ). i. vaſi fictili grãdi. [Inſtitutæ). i iuſſæ aut incipienti. [Bibere). i. imbibere. [Fumum). i. anno cõſulatus Tulij. ſ. Cic ſic n. Bonfinis legendum contendit, vt ſit ſynereſis. i. contractio duaꝝ ſyllabarum in vnam in noĩe Tullio. [Corticem). ſ. ſuberis [Aſtrictum) i. illitũ picene. ſ. euaporare ſinat vinum [O Mœcenas ſume centũ cyathos). i. pocula vini. [Amici Soſpitis) i. ob ſoſpitaté amici, & perfer. ſ. potando. [In lucem). i. vſque ad lucem. Lacernas vigiles. i. vigilantium indices, & adiutrices, & oĩs clamor & ira eſto procul. [Mitte). i. omitte. [Curas ciuiles ſup i. de vrbe, Quia agmen Cotiſonis Daci q̃a regis Getarum. Qui Dacis vicini ſunt. [Occidit). i. extinctum eſt [Et Medus infeſtus). ſ. prius diſſidet. i diſcordias inteſtinas fouet. [Armis luctuoſis ſibi). i inter ſe. Seruit proſequitur cauſas ſollicitudinis ponendę. quia cantabet vetus hoſtis oræ Hiſpanæ i. ſolitus eſſe in Hiſpania. Seruit. ſ. Imperio Romano. [Domitus cathena ſera). i. quę ſero, q̃a poſt multorum Romanorum cladem impoſita eſt illi, & Scythæ meditantur cedere. i. diſcedere campis nolentes. ſ. amplius rebellare Aug. arcu, quo multũ valent, laxo. [Tu ne.) i. ſpernes & parui pendens. [Nequa) i. ne aliqua parte aut via. [Laboret) i. in periculo ſit, populus ſ. Romanus. [Parce) i. caue [Priuatus). ſ. cuius, vel tanquam priuatus. Cauere nimium, & cape læta dona præſentis horæ i temporis, & linque ſeuera i. ſeria de hora futura conſideranda Aut legamus, vt Bonfinis, Parte ſic. [Tu priuatus) .i. extra magiſtratum conſtitutus, negligens cauere nimium ne populus laboret, qua. i. aliqua, parte, cape lætus dona præſentis horæ, ac linque ſeuera.

COEL. RHOD. Martijs cœlebs) In his verſibus ordo talis erit & ſenſus. Hic dies feſtus Calendaꝝ ſ. Martij dimouebit anno redeũte. i. ſingulis annis, ſtatisq́. diebus corticem aſtrictũ pice amphoræ inſtitutę bibere fumum i. vt biberet, cõſule Tullo, vt ſit amphore gignẽdi caſus, & dicamus corticé amphoræ, cõtra illorum ſententiam, qui dicunt, dimouebit fumum cortici, affirmantes accuſandi caſum pro datiuo poſitum, & eos qui dicunt fumum, pro fumeum. ſ. corticem, & illos denique qui exponunt fumum, pro fauilla fumi. Nam ſine dubio fumum refertur ad infinitum illud bibere, & non ad verbum dimouebit, quod ſenſit etiam Mancinellus. Hæc Bonfinis. Et ſubdit. Equidem ſentio voluiſſe Hor. ſignificare amphotam ipſam vetuſtate precioſam fuiſſe, & à Tulij vſque conſulatu bibiſſe, & cœpiſſe fumum i. potentiam ipſam & vim. Nam vina quo veteraſcunt magis, eo fumoſiora fiunt, & magis potentia. Aut fumum pro puluere accepiſſe. Obducuntur enim puluere & ſitu amphoræ, & id genus alia, quæ diu non mouentur. [Parce pri.) Parte legendum ſentio, & ſic ordinanda verba omnia. Tu priuatus negligens. i. parum curans cauere nimium. i. prouideré nimia cura & ſtudio ne qua parte populus labotet. i. ne quo incommodo, & labore afficiatur, Et cape lætus dona præſentis horæ, & linque ſeuera. Non improbat. inquam Hor. Mœcenatem habere curam reip. ſed nimiam prohibet, nulla preſertim inſtante neceſſitate.

CLAR. Calendis) Martijs Matronalia dicebantur, inquit Acron, eo q̃d mariti pro conſeruatione coniugũ ſupplicabãt. Et erat dies ꝓprie feſtus matronis. Hęc ille, quę verba initio & fine placent, in medio cottupta ſuſpicor. Nam ſi mariti ſupplicabant quomodo matronalia erant? [Corricem altrictum pice dimouebit) Quæ hoc in loco in Porphyrionis cõmentario leguntur de corticem pro cortici, & ſequentia aliquos verba ab aliquo nebulone aſſuta ſunt vt facile videre eſt ex verbotum ordine, quę inuerſa leguntur, vt Manci. ſatis recte hunc locum expoſuit Porphyrion mihi defendendus erat, Conſule Tullo. Hilibuit ridere Annotatorem noſtrum qui longa præmiſſa prefatione vt ſolet vbique tandem huc deuenit, vt nos ſynæreſim, qualis figura ſit, doceat, neque vllis alijs exemplis, quam Virgilianis, magna grauitate, ſed longe maiore. ſ. iudicio. Hic etiam aſſerit Conſule Tullio legendum, non Tullo, ea credo motus ratione, quod nullum Cos. Romanum putaret cognomine Tulli, ſed ad vnum Ciceronem Tullium reſpiciendum. Cum tñ homo ille bellus ne, vnum quidem verbum aut oſtendat de Cos. narret, aut quare hoc oporteat κατὰ συναίρεσιν legi: ꝓbet Tullo bene legitur. fuit enim L. Iulius Tullus Cos. proximo ante natum Horatium anno, vti ex Saluſtij bello Catilinario manifeſtum eſt Et ipſe poeta poſtea Ode xxj. cum vetuſtum vinum innuere vellet, vnum annũ poſt hunc nominauit. Et Ode xiij vetuſtius à tempore Spartha ci aliquos annis ante Horatij natalem. Quod ideo admonendũ duxi, neq́s putet nimium vetuſtum hoc vinũ facere. Deinde, vt lector videret quãto iudicio nunc quidam emendet libros. Quod ſi mihi liceret ad eandẽ formam in auctores nugamenta colligere, haud magno negotio in vnũ Horatium Iliade maioré annotationum librum ſcriberem. Tolerabilius erat quod de parte pro parce ad finẽ huius odes annotauit. idẽ, cui & nos ſubſcribimus.

AD LYDIAM INDVCENS EAM ſingulis quatuor verſibus reſpondentem.

*Ode IX. Tricolos, Tetraſtrophos: Vt, Sic te diua potens Cypri.*

∴ – – ◡ ◡ – ◡ –
– – – ◡ ◡ – – ◡ ◡ – ◡

HO. DONEC gratus eram tibi:
Nec quiſquam potior brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat:
Perſarum vigui rege beatior.
LY. Donec non alia magis
Arſiſti: neque erat Lydia poſt Chloën:
Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Ilia.
HO. Me nunc Threſſa Chloë regit
Dulceis docta modos, & cytharæ ſciens:
Pro qua non metuam mori:
Si parcent animæ fata ſuperſtiti.
LY. Me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornithi:
Pro quo bis patiar mori:

Si parcent puero fata superstiti.

NO. Quid? si prisca redit Venus?
Diductosq. iugo cogit aheneo?
Si flaua excutitur Chloë?
Reiectæq. patet ianua Lydiæ?

LY. Quanquam sidere pulchrior
Ille est: tu leuior cortice, & improbo
Iracundior Adria?
Tecum viuere amem: tecum obeam libens.

ANTO. ONEC gratus eram) Scribitur hæc Ode tãquam dialogus. alloquitur .n. poëta Lydiam dicens, quod donec ab ea diligebatur, nullus eo beatior erat. respondet illa: Donec Horat. nõ aliam magis arsit, se fuisse clariorẽ Ilia Romuli matre. loquitur inde poëta. quatuor .n. versus respondet quousque demum vterque optat pristinus amor ambobus redeat, quo vna viuant vnaq. pereant. [Potior) Potentior, superior valentior melior. [Donec non aliam magis) Respondet Lydia. [Nominis) Famæ, & gloriæ. [Ilia) Quæ fuit Romoli mater. de qua lib. j. latius. [Vigui) Florui, pollui. [Me nũc) Poëtæ sunt verba. [Modos) Modulationes & versus. [Si parcent animæ) .i. si mea morte, Fata parcant Chloë. nam vt Ilia diutius viuat. mori non metuam. [Me torret) Lydiæ verba. [Thurini Ornithi) Thurium oppidum erat in Tarentino sinu, vt scribit Prol. lib. iij. Erat etiam ibi vinum optimum, vt scribit Str. lib. vj. [Si pareant puero) .i. si Fata permittant puerum. illum superesse mihi, ego bis moriar, non tantũ semel pro ipso seruando. [Quid? si prisca) Optabat poëta redire in Lydiæ gratiam. inde ita loquitur. [Prisca Venus) Prisca gratia & beneuolentia. [Diductos) Nos separatos simultate quadã & odio. [Aheneo?) Fortissimo. [Quanquam) Respondet Lydia: Si poëta ad se redibit velle cum eo viuere, cũ eoq. mori. [Adria) Adriatico mari æstuoso.

ACR. DOnec gratus) Hæc Ode alternis vicibus Lydiam rñdente sibi amicam facit, & agit cum eadem instaurationem gratiæ, qua pro merita beatiorem se affirmat rege Persarum. [Donec) Quandiu. [Nec quisquam potior me.) .i. cum nemo mihi à te præferretur. Persarũ .n. reges deliciosis copijs vtebãtur. [Donec non alia) Hic per Lydiæ personam rñdet. [Arsisti) Amasti. vt, Ardet amans Dido, traxitq. per ossa su. [Post Chl.) Non erat inferior Chloë apud te. nomen alterius amicæ. [Multi Lydia nominis) Magnæ famæ, & magnæ formæ, & Iliæ matri Romuli præferenda. [Me nunc) Horatius respondet. [Thressa) Thracia. vt, Cressa genus Pholoë, geminiq. sub vbere nati. [Si parcent animæ) Si Fata parcant illi diu viuẽdo, cupio pro ea mori. ad augmentum amoris paratum sed dicit mori, si pro altero hoc Fata fieri patiantur. iuxta illud si fratrẽ Pollux alterna morte redemit. [Me torret) Ex persona Lydiæ vsque ad finem Ordo est: Thurini Ornithi filius Calais me torret Thurinum Brutiorum oppidum. vnde Ornithum dicit fuisse. [Quid si prisca redit Venus) Secunda vice tanquam sua, & ipsius, si amorem reddimus priorem. [Iugo cogit aheneo?) Forti, inexpugnabili ad perpetuitatem redeuntis gratiæ iugum aheneum posuit. æs .n. non sicut ferrum rubigine consumitur. Vnde Virg. Et centum vinctus ahenis Post tergum nodis. vt velut æternam pacem futuram furoris ærea vincula monstrarent. [Excutitur) Pro expellitur. [Sidere pulchrior) Prout, Qualis Oceani perfusus lucifer vnda. [Ille) Calais. [Iracundior Adria?) Sicut illud, Amantium iræ amoris redintegratio est. [Tecum viuere) Vt, Vna salus ambobus erit. [Tecum ob eam) Vt, Tecum consumerer æuo.

POR. DOnec gratus eram tibi) Hac Ode alternis vicibus respõdentem sibi amicam facit, agit aũt cum ea de instauratione gratiæ. Donec aũt, pro quandiu positum est. [Nec quisquam potior brachia candidę Ceruici iuuenis dabat) .i. non quẽquam me potiorem habebas, cui Ceruicis tuæ amplexus pmitterte. [Donec nõ alia magis Arsisti) De hinc quatuor versibus Lydia rñdet. Et deinde (vt dixi) vices inter eos sunt dicendi ac respõdendi quaternis versibus. [Neque erat Lydia post Chloën) Neque Lydiã .i. me postponebas Chloë. [Multi Lydia nõis) .i. magni nominis, ac p hoc claræ famæ. [Pro qua non metuam mori, Si parcent aiæ fata superstiti) .i. si mea morte illius animæ Fata parcant, vt superstitẽ eam mihi faciant, Fata. [Thurini Calais filius Ornithi) Ordo est, & sensus, Thurini Ornithi filius Calais nomine. Thurini aũt, qui est à Thura oppido Italiæ. [Pro quo bis patiar mori) Quam carum habeat Calain per ὑπερβολὴν expressit, bis se paratam mortem pro illo dicens, quod ideo intulit, vt illũ vinceret, quia dixerãt se paratũ pro Chloe mori. [Quid? si prisca redit Venus?) Hic iam tentare incipit Lydiam, an redire secum in gratiam velit. [Diductosq. iugo cogit aheneo?) Si rursus, inquit, nos Venus iungit ac firmat perpetua coniunctione, propter hoc .n. iugum aheneum dicit. Aeris nanque materia, non sicut ferrum rubigine consumitur. Quare & Virg. non ob aliud mihi videtur dixisse: Et centum vinctus ahenis Post tergum nodis, nisi vt perpetuam pacem per Aenea furoris vincula futuram ostenderet. [Si flaua excutitur) Pro expellitur positum est. [Quanquam sidere pulchrior) Calais. s. [Et iracũdior Adria?) Adria, pro Adriatico mari dicitur.

DOnec gratus) Dialogo quodam festiuo Lydiam sibi recõciliare nititur dicens. [O Lydia donec) .i. tantisper dum. [Ego eram tibi gratus) .i. acceptus & dilectus. [Nec qsq̃ iuuenis potior) .i. gratior & acceptior. [Dabat ceruicis) .s. tuæ cãdidæ. [Brachia) .s. amplexando eam. vnde illud, Læua eius sub capite meo &c. [Ego vigui) .i. in vigore vixi, beatior rege Persarum qui opulentissimus sibi maxime indulget. Respondet Lydia ab eodem incipiens. [Donec nõ arsisti) .i. inflammatus fuisti Horat. [Alia) .s. amica. [Magis) .s. quam me .i. amore mei. Neque Lydia, ex more de se in tertia persona loquitur. [Erat post Chloën) .s. reputata minoris, aut minus dilecta. Tunc ego Lydia multi nominis .i. nobilis, & insignis talis Poetæ amica singularis. [Vigui clarior Ilia Romana) Romani imperij auctore, quia Romuli matre. Addit poëta Chloë Cressa .i. Cretensis mulier. Nam mas dicitur Cres Cretis mulier Cressa regit .i. gubernat pro libito nũc me docta modos .i. modulos & cantus dulcis. Et sciens .i. perita cytharæ, pro qua ego non metuam mori, si Fata .i. mors parcant (aut parcent) animæ superstiti s. ipsius Chloës .i. nisi verear quod ipsa amore mei etiam moriatur. Respondet Lydia, quasi per Amœbæi carminis legem plus semper dicens Calais puer ille delicatissimus filius Ornithi .i. viri illius qui huc & Ornis aduolauit cum filio. nam Ornis Ornithos, Ornis huius Ornithos auis, & gallina dicitur Thurini .i. ex Thurio oppido iuxta Tarentum, vbi temperatus aër molles facit, & pueros, & lanas ouium. Torret .i. vehementer inflãmat [Me face mutua) .i. igne mutui amori pro quo patiar bis mori cum ille semel dixerit, si fata pareant (aut parcent.) [Puero super) Adiungit poëta ad reconciliandam eam. Quid sup. facias, aut dicas. [Si Venus) .i. amor & gratia [Prisca) .i. pristina redit. s. inter nos. [Et cogit) .i. in vnum agit [Nos diductos) .i. diuisos. [Iugo) .i. vinculo. [Aheneo?) .i. ære, & ita fortissimo. [Et si Chloë flaua) .i. tametsi flaua, & ita formosa excutitur .i. violenter eijcitur, & domo, & animo, & ianua .i. introitus, patet Lydiæ reiectæ? Respondet Lydia. [Quanquam ille) .s. Calais puer est pulchrior sidere. [Et tu leuior) .i. inconstãtior cortice .s. desiccato, aut qui super aquas fertur, aut qui cum arboribus immutatur. [Et iracundior) Sed amantium iræ redintegratio amoris est. [Adria?) .i. mari Adriatico. [Improbo) .i. improbando propter sæuitiam, & tempestates plurimas, tamẽ sup. [Ego amem viuere tecum) Et si necesse sit. [Obeam) .i. moriar. [Libens) .i. etiam libenter, tecum.

AMοιβαῖον carmen est cuius natura est, vt processu crescat. [Neque erat Lydia post Chloën) Non erat, inquit Acr. inferior Chloë apud te, hoc corruptum puto. [Me nunc Thressa Chloë regit) Thressa, inquit idem, Thracia quod ego ẽt à librarijs corruptum putassem, nisi subiunxisset Virgilij carmen libro v. Æn. Cressa genus Pholoë, geminiq. sub vbere nati. Quare Acronis errorem pulo, qui Cressam ac Thressam non distinxit. Nam si Cressa legit, quare exposuit Thracia? Si Thressa, quorsum attinebat Virgilij exemplũ? nisi quis in Virgilio quoque Thressa legendum existimet, quod ego, vt non suaserim auctor, ita neutiquam negauerim. Eadem difficultas est Ode xxxvj. lib. j. [Me torret face mutua) Idem Acron ex persona Lydiæ reliqua esse dicta vsque ad finem putat. Quare ipsum legisse puto quod pro quid & enunciatiue, non interrogatiue quatuor hos versus, quod mihi non probatur.

ASCEN.

GLAR.

## AD LYCEN ASPERAM, & intractabilem.

*Vehemens expostulatio in Lyces puellæ crudelitatem, quæ amatorem suum, vento & niuibus expositum, pateretur ante fores suas pernoctare, quod vix faceret barbarissima quæque barbaro nupta marito nec metuat ne vicissim contempta det pœnas inhumanitatis.*

Ode

*Ode X. Dicolos, Tetraſtrophos: Vt, Scriberis Vario fortis, & hoſtium.*

---UU--UU-UU
---UU--UU-U-
---U--UU-U-
---UU-UU

EXTREMVM Tanain ſi biberes Lyce,
Sæuo nupta viro: me tamen aſperas
Porrectũ ante fores obijcere incolis
Plorares aquilonibus.
Audis quo ſtrepitu ianua, quo nemus
Inter pulchra ſitum tecta remugiat
Ventis? & poſitas vt glaciet niueis
Puro numine Iupiter?
Ingratam Veneri pone ſuperbiam:
Ne currente retro funis eat rota.
Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O, quamuis neque te munera, nec preces,
Nec tinctus viola pallor amantium,
Nec vir Pieria pellice ſaucius
Curuat: ſupplicibus tuis
Parcas, nec rigida mollior æſculo,
Nec mauris animum mitior anguibus.
Non hoc ſemper erit liminis, aut aquæ
Cœleſtis patiens latus.

ANTO. EXTREMVM Tanain) Captus amore Lyces poëta ante illius fores cubabat, dicit inde. Si barbara eſſe, hoc eſt immitiſſima, & nupta viro aſperrimo, tamen eum ante fores iacentem, Aquilonibus opponere nõ ſine lacrymis pateretur petitq́; ab ea, vt mitior fiat, non .n. poterit diutius aeris impetus perpeti. [Extremum Tanain) De hoc vide ſuperius Ode iiij. lib. iij. per id vero eam oſtendit immitem. [Porrectum) Iacentem, & extentum. [Incolis aquilonibus.) Hoc ait, quia á Septentrionalibus flat Septentrio interq. eum & exortum ſolſtitialem, Aquilo, qui & Boreas. Quicunque aũt venti á Septentrione ſpirant, frigidiſſimi ſunt, niuales ſunt Aquilo & Septentrio. Auctor Plin. lib. ij. [Audis quo ſtrepitu) Quo tpe ante fores cubabat poëta, venti ſpirabant. hinc Lycæ ait quod ſeqtur. [Nemus) Id viridarium erat intra domum. [Puro numine Iupiter) .i. puta ſerenitate. [Ne currente) .i. ne rota currente funis rũpatur, hoc eſt ne tu etiam amans aliquem ſpernaris ab illo. [Penelopen) Hæc Vlyſſis vxor xx. annos virum caſta voluit expectare, nec vnquam procis obſequi. de qua lib j. de Arte ait Naſo:

*Penelopen ipſam perſta modo tempore vinces.*

[O, quamuis) Ordo eſt: O parcas ſupplicibus tuis, quamuis, neque te curuent munera, nec preces, nec pallor amantium viola tinctus, nec vir ſaucius Pieria pellice, quamuis, nec mollior animo Mauris anguibus. [O,) Optantis aduerb. [Tinctus viola pallor) Hinc ait Ouid. lib. j. de Arte:

*Palleat omnis amans, color eſt hic aptus amanti.*

Violæ autem pallidæ ſunt. Virg. in Bucol.

*Pallentes violas & ſumma papauera carpens.*

Pellicum odium. [Pellice ſaucius) Deprenſa pellice mulier longe ardet. Hinc ait Naſo lib. ij. de Arte:

*Sed neque fuluus aper media tam ſæuus in ira eſt.*
*Fulmineo rabidos cum rotat ore canes:*
*Nec lea cum catulis lactentibus vbera præbet,*
*Nec breuis ignaro vipera læſa pede:*
*Fœmina quam ſocij deprenſa pellice lecti*
*Ardet & in vultu pignoramenta habet.*

In ferrum flammasq́ ruit, poſitoq. decore fertur, vt Aonia cornibus icta dei. [Pieria) Nomen eſt pellicis. [Mauris animum) Lege Luc. lib. ix. Mauri vero ſerpentes æſtu ſunt acriores. quod etiam vbique accidit. [Non hoc ſemper) Oſtendit ſe non diutius poſſe pati ante fores cubare. hinc mitior effici debeat [Liminis) Apud iaceo. Ouid. lib. ij. de Arte, inquit:

*Sæpe feres imbrem cœleſti nube ſolutum*
*Frigidus & nuda ſæpe iacebis humo.*

ACR. EXtremum) Hæc ad puellam Lycem nomine dñr aſperam, & intractabilem. [Exrtemum) Vltimum. [Tanain) Tanais enim fluuius Scythiæ dicitur, qui & Danubius per cuius commemorationem vult intelligi barbari animi mulierem. [Porrectum) Extenſum. vt Virg.

*Quaque redit medium Rhodope porrecta ſub axem.*

[Aquilonibus) Quia Tanain nominauit, de Septẽtrionali enim parte Aquilo oritur .i. non ſolum, quia in proſperitate es, miſereri mei debes, ſed etiam ſi in captiuitate eſſes coniuncta ſæuo viro, deberes meo ſuccurrere amori. [Nemus) Viridarium dicit. [Poſitas) Deorſum miſſas, poſt niues enim miſſas ſi flat Aquilo eius frigore ſolidantur. [Puro) Sereno. vt puta nec obtuſis per cœlum cornibus ibit. [Ingratam Veneri) Exectabilem Veneri dicit ſi amet ſuperbiam, & contemnat amorem. [Currente) Celeriter labente. vult enim intelligere ſciſſuram repudij .i. ne nimia velocitate rotæ rumpatur funis. Dominam rotæ fortunam dixit .i. ne volubilitate rotæ & tu amans contemnatis, & ita in flexu rotæ lædaris, ſicut equus á conſueta velocitate deficiens cõfueuit. [Non te Penelopen) Penelopes Vlyſis vxoris nota fabula eſt, quæ pro fide abſentis mariti omnes repudiauit reſpõſos [O quamuis) Ordo eſt, O quamuis neque curuant te munera, nec preces, nec pallor amãtium tinctus viola, nec vir ſaucius Pieria pellice, & quamuis non ſis mollior rigida æſculo, nec animo mitior Mauris anguibus parcas tuis ſupplicibus. [Tyrrhenus parens) Italus. [Nec munera) Vt eſt Qm ſordent tibi munera noſtra. & alibi, Nec munera curat Alexis. [Nec tinctus viola) Bene velut amator amœnitatem floris palloti amantium dedit. [Pellice ſaucius) Concubinæ amore vulneratus, vult intelligi maritum Lyces huius amare aliam .i. Pieriam nomine mulierem propter quam contumeliam, vel dolorem ſuadet ad reddendam viro pro pellice viciſſitudinem, ſe amari debere. [Nec rigida) .i. non ſis rigidior æſculo arbore, tanquam lignea & ſine ratione nec aſperior Mauris ſerpentibus calore noxioribus. vt Sæuit agris, aſperq́ue ſiti, atque excitus æſtu. [Non hoc) .ſ. non ſemper ante limen obſeruantem cœleſtem aquam paſſurum dicit, ſed deſinente per contemptum animo more caritutum.

POR. EXtremum Tanain ſi biberes Lyce) Hæc ad puellã Lycem noie dñr aſperam, & intractabilem. Tanais aũt fluuius eſt Scythię. per quod vult intelligi eſſe barbaram. [Me tñ aſperas porrectũ ante fores obijcere incolis Plorares Aquilonibus) Mei tñ miſereris, & non parereris frigoribus perire ante fores tuas iacentem. Incolis autem Aquilonibus ad illud pertinet, qđ dixerat, Extremum Tanain ſi biberes. Tanais .n. flumen in parte Septentrionali eſt, vnde Aquilo oriri vř. [Quo nemus Inter pulchra ſitum tecta remugiat) Significat arbores eſſe, vt ſit in pluuio domi quibus nunc ſtrepere tempeſtatem intelligi vult. [Et poſitas vt glaciet niueis puro numine Iupiter) Oſtendit, quod re uera in Italia frequenter euenit poſt niuem poſitam in Aquilone vento fere natum eſſe & frigore eius gelu ſuper niuem concreſcere. [Ne currente retro funis eat rota) Allegoricõs ne intereãs harum rerum vices. [Nec vir Pieria pellice ſaucius) Vult intelligi maritum huius Lyces amare aliam .ſ. Pieriam nomine propter quod debuiſſe hanc vicem ei contumeliæ amando rettribuere. Nec rigida mollior æſculo. [Nec Mauris animo mitior. anguibus) Cetera enim per parenrheſim illata ſunt.

ASCEN. EXtremum) Lycẽ amatorie culpat ob duritiam. dicẽs, O Lyce, ſi .i. tametſi tu. [Nupta viro ſæuo) .i. horrẽdo. [Biberes Tanain) .i. fluuiũ illum Scythiæ. [Extremum) .i. extrema parte .i. quamuis eſſes barbara .i. barbaris oris verſata, tñ. [Plorares obijcere aquilonibus incolis) .i. incubantibus in regione illa. [Me Porrectum) .i. extenſum ante fores aſperas, tu .n. audis quo .i. quali ſtrepitu. [Ianua remugiat) .i. crepet percuſſa vento, & quo. [Nemus ſitum) .i. conſitum. [Inter pulchra tecta) .i. in circuitu domus tuæ. [Remugiat, & vt Iupiter) .i. aër glaciet .i. in glaciem conuertat uentis. [Niues poſitas) .i. demiſſas. [Puro numine) .i. iam ſub mera ſerenitate ingratam. Ordo eſt. [Pone) .i. depone ó Lyce, ſuperbiam ingratam Veneri, quia Venus ſuperbientes ſæpe humiliat, cum amoribus ardeant. [Ne funis) .ſ. fortunæ, aut uaſis in quo ſublata ad ſuperbiam es. [Eat retro) .i. retro labatur. [Rota currente) .i. dum rota currit, ad quam funis replicatur, ut patet dum aqua hauritur è puteis. [Parens Tyrrhenus) .i. qui indulgens eſt & facilis. [Non genuit te Penelopen,) Id eſt tanquam alteram Penelopen Vlyſis uxorem difficilem .i. inexorabilem procis. O deſiderandi vox, quamuis.

.i. quan

quantumuis. [Neque munera, nec preces, nec pallor amantium, tinctus viola) i. colore violaceo. [Nec vir saucius) i. amore vulneratus. [Pellice Pieria) Sic dicta, aut potius psaltria tam perita, vt Pieria censeatur. Curet (aut curuat) i. flectat te. [Nec) f. sup. es [Mollior) i. flexibilior Æsculo arbore illa rigida. [Nec mauris aio) Quia molli corpore erat, anguibus Mauris q. asperrimi sunt, tñ sup. Parcas euis sup. quia hoc .i. meum latus. [Non erit semper patiens liminis) .i. duri cubilis ante limen tuũ. [Aut aquæ cœlestis) .i. pluuiæ, hoc est non potero semper talia pati.

GLAR. E Xtremum Tanain si biberes Lyce,) Tanais, inquit Acrõ, fluuius Scythiæ qui & Danubius. Vel ex hoc item loco pspicere licet, q̃ perspicacis iudicij fuerit Acron. Nam cum Porphyrionis verbis addit continuo declarat se nihil scire. Fluuium Scythiæ Tanain dixit Porphyriõ. His verbis Acron affuit, qui & Danubius. Ceterum ab initio huius Odes hunc sensum esse puto, O Lyce si barbara esses, aut apud Tanain nata & nupta. [Sæuo) .i. barbaro viro; vt zelotypo ac agresti non tñ mihi talia faceres, quæ nupta es viro Romano ipsa ex Tyrrheno parẽte nata. Acron illud [Sæuo nupta viro) Exponit .i. si in captiuitate esses coniuncta Sæuo viro, debebas meo succurrere amori, quia, captiuæ hoc licet: [Nec currente retro funis eat rota) Dominã rotæ, idem inquit, fortunam dixit. ne volubilitate rotæ, & tu amãs contemnaris, & ita inflexu rotæ lædaris sicut equus à consueta velocitate deficiens consueuit. Quæ verba ego plane quid sibi velint non intelligo. Puto aũt in verbis poetæ metaphoram esse à puteis, è quibus aqua vrna ad funē trahuntur. [Nec rigida mollior æsculo) Hæc verba a superiora construit Acron, vt omnibus subnectat supplicibus tuis parcas, Porphyrion autem Cetera, inquit, per parenthesim illata sunt, quæ verba non admodum intelligo. Quanquam & his hic intelligit Acron. Badius es intelligit, sed ad Acronis ordinem.

## AD MERCVRIVM.

*Mercurium laudat à lyræ inuentione, & cantus efficacia, à quo petit, vt lyra sua talem inferat suauitatem, vt Lydes amicæ immitẽ animum possit flectere. Nam facile, illum hoc posse fieri ostendit, cum eius opera lapides emollitos ait, & Cerberum cum seuerissimus vmbris.*

*Ode XI. Tricolos Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-U---UU-U--
-U---UU-U--
-U---UU-U-U
-UU--



M ERCVRI, nam te docilis magistro
Mouit Amphion lapides canendo:
Tuq. testudo resonare septem
Callida neruis,
Nec loquax olim, neque grata, nunc &
Diuitum mensis, & amica templis,
Dic modos: Lyde quibus obstinatas
Applicet aureis.
Quæ velut latis equa trima campis,
Ludit exultim: metuitq. tangi,
Nuptiarum expers, & adhuc proteruo
Cruda marito.
Tu potes tigreis, comitesq. siluas
Ducere: & riuos celereis morari.
Cessit immanis tibi blandienti
Ianitor aulæ
Cerberus: quamuis furiale centum
Muniant angues caput eius: atque
Spiritus teter, saniesq. manet
Ore trilingui.
Quin & Ixion, Tityosq. vultu
Risit inuito: stetit vrna paullum
Sicca: dum grato Danai puellas
Carmine mulces.
Audiat Lyde scelus, atque notas
Virginum pœnas, & inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo,
Seraq. fata,
Quæ manent culpas etiam sub Orco.
Impiæ: nam quid potuere maius?
Impiæ sponsos potuere duro
Perdere ferro.
Vna de multis face nuptiali
Digna, periurum fuit in parentem
Splendide mendax: & in omne virgo
Nobilis æuum.
Surge, quę dixit iuueni marito:
Surge: ne longus tibi somnus, vnde
Non times, detur: socerum, & scelestas
Falle sorores.
Quæ, velut nactæ vitulos leænæ
Singulos eheu lacerant. ego illis
Mollior, nec te feriam: nec intra
Claustra tenebo.
Me pater sæuis oneret catenis:
Quod viro clemens misero peperci:
Me vel extremos Numidarum in agros
Classe releget.
I, pedes quò te rapiunt, & auræ:
Dum fauet nox, & Venus: i secundo
Omine: & nostri memorem sepulcro
Scalpe querelam.



M ERCVRI, nam te) Mercurium eiusq. lyrã poeta ad cantus inuitat, quibus Lyde fugax, & impia oblectetur. ipsis denique Mercurij laudes, & potentiam melodiæ concelebrat. Refert etiam Belidum pœnas apud inferos, & illarum cædem in patrueles impie nanque illic puniuntur. id autẽ agit, ne Lyde sit impia sed mitis fiat in eu. [Mercuri, nam te) Ordo est. O Mercuri dic modos, quibus Lyde applicet aures obstinatas, nam te magistro docilis Amphion mouit lapides canẽdo, & tu testudo callida &c. [Amphion) Is Iouis filius primus musicam inuenit, primus item cum cythara cecinit, primus illam inuenit vt alij Orpheus, vt alij Linus, auct. Plin. lib. vij. De hoc idẽ Horat. ait in Arte. Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis. Saxa mouere suno testudinis, & pce blanda Ducere quo vellet. Solin. vero ait Thebas condidit Amphion nõ quod lyra saxa duxerit, neque. n. par est ita gestũ videri, sed q̃ affatus suauitate homines rupium incolas, & incultis moribus rudes ad obsequij ciuilis pellexerit disciplinam. [Septem neruis,) Diod lib. j. scr. Mercurium lyræ ex neruis trium chordarum instar trium anni tpum repertorem fuisse Tris. n. instituit voces, acutam, grauem, & mediam. Acutam ab æstate. Grauem ab hyeme Mediam ab vere sumens Macr lib. j. Sat scr. Lyram Apollinis chordatum septẽ fuisse, per quas tot cœlestium sphærarũ motus pstat intelligi quibus Solem moderatorẽ natura constituit. diximus & plura in lib. j. vbi Mercurium Horat. maxime celebrat. [Callida) Docta, scientia. [Loquax) i. vocalis & sonora. [Olim) Anteq̃ Mercurius reperisset. [Modos) Versus, modulationes. [Obstinatas) Duras, inexorabiles. [Trima) .i. trium annorũ. [Exultim) .i. saltim, vel saltuatim. [Nuptiarũ) .i. coniugij [Proteruo) Petulanti & impruden ti. [Cruda) Immatura & dura. [Tigres) Quæ sunt ferocissimæ. [Cerberus) De hoc vide superius. Totum vero id ad Orpheũ refertur, nã cythara fretus inferos adijt, de quibus videto Maro in fine lib. iiij. Georg. [Centũ angues) Propter hos item superius dixit Bellua centipes. [Teter) Niger, venenosus. [Ixiõ, Tyriosq.) De his supra ostendimus. [Vrna) De Belidum vrna loquitur. de quibus Ode xiiij. lib. ij. de ijs etiam ait Ouid. lib. iiij. Metam.

ANTO.

Amphiõ.

Lyra Mercurij

Lyra Apollinis

Molli

Mollirią. suis letum patruelibus ausæ Assidue repetunt, quas
perdunt Belides vndas. Et in Ibin, inquit: Quæque gerunt
humeris perituras Belides vndas: Exulis Ægypti turba cruen
ta nurus. Finxerunt .n. poëtæ has apud Inferos esse damnatas
tali supplicio, vt haurientes aquas vrnas absque fundis conenrur
implere. vnde Seneca: Vrnasq. frustra Danaides plenas ferūt.
[Audiat Lyde) Optat poëta Lydia ipsa mitior fiat, audito suppli
cio earum, quæ amantibus impiæ fuerant. [Seraq. Fata) .i. decre
ta deum sero venientia. nam (vt ostendit Apuleius in libro de
Mundo) Fatum Iouis, decretum est Deorum vero vindicta sera
est, sed grauior. Potes etiam sera Fata seram mortem accipere
vel futura mala vt indicant sequentia. [Seraq. Fata) Ordo est.
Et audiat Lyde sera Fata, quæ manent .i. expectant culpas impię
etiam sub Orco. [Nam quid potuere maius impiæ) Dictio est
nominatiui pluralis. Dicit autem quòd impiæ non possunt ma-
ius scelus committere, quàm necare viros. & hoc ait propter se,
qui spernebatur ab Lyde impia, vt ostendat scelus id esse maxi-
mum. [Etiam sub Orco) Hinc ait Poeta lib. vj. Gnosius hæc
Rhadamanthus habet durissima regna: Castigatq. auditq. do-
los: subigitq fateri Quæ quid apud superos furto lætatus ina
ni Distulit in seram commissa piacula mortem. Seneca item
Tragœdia prima ait. Vt fert fama impios supplicia vinculis
sæua Perpetuis domant. [Vna de multis) De Hypermnestra di-
cit, quæ Lino viro suo pepercit. de qua late Ouid. in Heroidib.
[Vna de multis) Ordo est: Vna virgo de multis digna face nu-
ptiali fuit splendide mendax in parentem periurum & fuit nobi-
lis in omne æuum. [Face nuptiali Digna) .i. matrimonio. [In
parentem) Contra Danaum, non enim mandatam illius peregit
in occidendo viro suo, vt aliæ fecerunt. [Splendide mendax) .i.
decore honeste, & honorifice mendax. nam propter id & decus,
& laudem meruit. [Surge quæ dixit) Hypermestra apud Ouid
Linceo scribens ait, Iamque patrem, famulosq. patris, lucemq
timebam, Expulerant somnos hæc mea dicta tuos. Surge age
Belide de tot modo fratribus vnus. Nox tibi ni properes ista
perennis erit Territus exurgis, fugit omnis inertia somni. A-
spicis in timida fortia tela manu. Quærenti causam dum nox
sinit, effuge dixi. Dum nox atra sinit, tu fugis, ipsa moror. [Me
pater sæuis) Hæc verba Hypermnestræ miserentis ostendunt Ly
dem quoque misereri debere. [Et auræ) Ad nauigationem id
refert. [Sepulcro Sculpe querelam) Apud Ouid. quoque ait Hy
permnestra Lino. Et sepeli lacrymis perfusa fidelibus ossa Scul
ptaq. sint titulo nostra sepulcra breui. Exul Hypermnestra pre-
tium pietatis iniquum, Quam mortem fratri depulit ipsa tulit.

ACR. MErcuri) Mercurium lyræ inuocat repertorem vt inspi-
ret sibi modulationem dignam auribus lydes amicæ.
Ordo est. Mercuri dic modos quibus Lyde obseratas
aures applicet. Nam te magistro docilis Amphion mouit lapi-
des canendo, iuxta hoc quod M. Cic. in Rhet. dixit: Artium ma
gistros afferre laudē siue vituperationem discipulis, rursus disci-
pulos magistris. Vnde hic Mercurius laudatur in Amphione di-
scipulo, cuius nota fabula est, eo ꝙ idem Amphion cytharæ can-
tu & pecudes, quarum pastor erat, ad se accersire consueuerat, &
lapides quibus muri sunt extructi Thebani. vt Statius: Quo car
mine muris, Iussetit Amphion Tyrios accedere montes. [Re-
sonare septem) Vt obloquitur numeris septem discrimina vocū.
[Nec loquax) Laus repertoris ab opere, q. d. neque loquacem
lyram, neque gratam fuisse antequam Mercurij doctrina aptare-
tur ad cantum, nam & sacrificijs fidicines adhiberi consueuerant.
[Obstinatas) Clausas. [Exultim) Saltim. [Proteruo) Importu-
no, nimio. Applicet aures velut oblecta iungat, & applicet ad
audiendum. vnde est dictum, Adeo in teneris assuescere multum
est. [Equa trima) Iam difficilis ad domandum. [Cruda mari-
to) Intacta immatura, siue intempestiua. Sed animo cruda .i. cru
delis, ac per hoc aspera, atque horrens maritum. [Ducere) Ob-
lectatione cantus quocunque ieris te sequentis, vt Virg. Mul-
centem t. & a. c. q. Cessit immanis tibi blandienti C. Hypalla-
ge, cum ipse magis blanditus sit cerberus. [Spiritus teter, aut po
suit pro veneno, aut pro sanie) Cadauerum quibus vesci consue-
uerat. [Centum) Finitum pro infinito. [Muniant angues ca-
put eius.) Vt ait Enn. Anguis villosi canis. [Ore trilingui.) Vt
Latratu regna trifauci Personat. [Quin & Ixion,) Vt atque
Ixionij vento rota constitit orbis. [Vultu Risit inuito) Extor-
quente cythara dulcedine sui, quod tormentorum pœna non fi-
nebat. [Dum grato Danai puellas) Danai nota fabula, qui fra-
tris Ægyptij inuidia ꝙ omnes ille filios, hic haberet filias, pactis
nuptijs filiabus præcepit vt interemirent acceptos sponsos, ꝙ ab
omnibus factum est præterquam ab Hypermnestra quæ Linum

fuga data seruauit. ob hoc scelus apud inferos hac dicuntur pœ-
na damnatæ, vt aquam in pertusum dolium iugiter mitterent.
[Puellas fil.) Dixit. [Seraq. fata,) Vt, Distulit in seram cōmissa
piacula mortem. [Perdere ferro) Occidere. [Audiat Lyde sce-
lus) Audiat qua pœna damnatæ sunt, quæ amantibus crudeles
fuerunt. [Manent) Expectant. [Etiam sub Orco) Non solum
damnantur in aquę penuria, sed etiam infernali cruciantur igni.
[Duro Perdere ferro) Non ad naturam ferri relatum est epi-
theton, sed ad earum animum quæ dura, ac crudeli mente hoc au
sæ sunt. vt, Duris genuit te cautibus horrens Caucasus. [Vna)
Hypermnestra. [Face nuptiali digna) Positum est .n. hoc pro af
fectionis insigni tanquam malus præmium fœminis non sit, cum
facibus enim nuptiæ fiebant vesperi apud antiquos. [Et in omne
virgo nobilis æuum) Virginem pro muliere posuit. [Ne longus
tibi somnus) .i. mors. vt, Et cōsanguineus leti sopor. [Mollior)
Melior affectuosior. [Quæ velut nactæ) Ordo est: Quæ velut
nactæ leænæ virulos eheu lacerant singulos, & est, Pulcherri-
ma comparatio. [Me vel extremos Numidarum in agros) In
deserta Numidiæ, quæ feris plena sunt. aut pro crudelitate Nu
midas memorauit: vt, Numidæ inferni. [Classe releget.) Remo
ueat. vt Virg. Atque ideo tauros procul, atque in sola relegant
pascua. [Dum fauet nox) Vt, Defensi a tenebris, & dono noctis
opacæ. [Sculpe querelam) .i. per epitaphion in commemora-
tione scribe quod gestum est.

MErcuri, nam te docilis magistro) Mercurium vocat lyræ POR.
inuentorem, petens, vt inspiret sibi modulationem di-
gnam auribus Lydes amicæ. Ordo est autem: Mercu-
rij dic modos, quibus Lyde obstinatas applicet aures. nam te do
cili magistro mouit Amphion lapides canendo. nota fabula, Am
phionem cytharæ cantu, & pecudes, quarum pastor erat ad se ac-
cersisse, & lapides, quibus Thebani muri extructi sunt. [Tuq. te
studo) Quia testudine Mercurius Lyram fecit. [Et amica tēplis)
Fidicines hodieq Romæ in sacrificijs adhiberi videmus. [Et ad-
huc proteruo Cruda marito) Non intempestiua, sed animo cru
da .i. crudelis ac per hoc aspera, atque horrens maritum. [Tu
potes Tigreis, comitesq. siluas Ducere:) Hæc ad testudinem
dīr, siue ad Mercurium. [Cessit immanis tibi blandienti Ian-
tor aulæ) Receptam de Orpheo fabulam tractat, quæ refert etiā
Cerberum, & cetera inferna cantu cytharæ lenita esse. [Atque
Spiritus teter, saniesq. manet Ore trilingui.) Saniem autem ca-
dauerum, quibus vescitur, intelligi vult, aut pro venenis posuit,
quæ in illo esse poterit fingi, cum etiam serpentibus hirsutus esse
videatur. [Quin & Ixion, Tityosq. vultu Risit inuito.) Inuito
vultu. intelligas tantam fuisse gratiam cantus, vt in tormētis pœ
næ constitutis extorserit tamen risus. [Danai puellas) Pro eo
quod est Danai filias. [Audiat Lyde scelus, atque notas) Mira
opportunitate de excessu excessum reperit, & est sensus: Audiat
Lyde q̄ pœna dānatæ sint, quæ crudeles amatoribus fuerunt. [Et
inane lymphæ Dolium fundo pereuntis immo) Ita aūt figura-
uit, vt econtrario plenum vas, & inane illius rei dr̄, vt & Terent.
Vini plenum. Seraq. Fata, quare sera dixerit, ipse ex subiectis o-
stendit. [Quæ manent culpas etiam sub Orco Impiæ nam quid
potuere maius?) Bona paralipsis, per quam impeosior affectio di
centis exprimitur. [Duro Perdere ferro.) Non ad naturam ferri
relatum est epitheton duro, sed ad animum earum, quæ dira, ac
crudeli mente in eos vsæ sunt. [Vna de multis face nuptiali di-
gna,) Hypermnestram dicit, q̄ Linceum maritum seruauit, & vē
præsenti affectione illatum. [Fate nuptiali digna,) Tanq̄ maius
præmium non sit fœminis. [Et in omne virgo Nobilis æuum) ꝑꝑ
pietatē. s. quam marito p̄stitit. [Quæ, velut nacte vitulos leænæ)
Me pater sæuis oneret catenis) Extrinsecus audiendum, si putat
vel quid tale, me putet. vt, Si putat sæuis catenis oneret pro hoc
facto. [I, pedes quò te rapiunt, & auræ) Ostendit ita properan-
dum esse, vt non detur spatium consultandi, qua parte sit fugien-
dum. [Et nostri memorem sepulcro Sculpe querelam) .i. monu-
mento meo inscribe mortis meæ casum, vel causam.

MErcuri,) Mercurium & Lyrā eius inuitat poëta vt eius ASCEN.
cantu Lyde exemplo Belidum ab immanitate deterrea
tur, & amanti mitior fiat, dicens. [O Mercuri, nam Am
phion) Vates ille Thebanos, & Musicus peritissimus. [Docilis)
.i. habilis ad discendam musicā. [Te magistro Mouit canēdo) .i.
p cantum. [Lapides) .s. ad constructionē muroꝶ Thebanoꝶ. vn̄
auctor in Arte: Dictus & Amphiō Thebanæ conditor vrbis Sa
xa mouere sono testudinis. [Et tu testudo) .i. lyra, aut cythara ad
exēplar testudinis hn̄tis adhuc neruos suos inuenta callida .i. val-
de perita. [Resonare septē neruis,) Scd̄m numeꝶ septē planetaꝶ.
[Nec loq. oli) .i. oli anteq̄ inuēta eras nihil dicere solita. [Neq.

grata,

grata)Quia incognita.[Et nūc amica & mensis,diuitū) Ad quas pulsat.[Et templis) i.deorū [Dic).s.vterque.[Modos).i.cātus modulatos.[Quibus Lyde obstinatas).i obdurata nūc. [Et applicet aureis) Vt.i.flectatur,q̃a eas nūc obstruit.[Quæ ludit exultim:) .i. exultādo,& saliēdo.[Velut equa trima).i.triennis. [Ludit campis,& expers nuptiarū).i.coitus,aut cōiugij adhuc inexperta. audacter nuptias equabus dat q̃bus pudor nō est.[Et cruda).i.dura & imatura adhuc.[Marito proteruo).i.lasciuo proterue. [Meruitq. tāgi).s.ab eo,vt aūt id ei facile ostendat,dicit.[Tu potes Ducere tigreis).i.ferocissima illa animalia.[Et syluas comites).i.te sequētes,vt sub Orpheo accidit & morari.i.detinere.[Riuos celereis) .s.prius.[Et Ianitor imanis aulæ)Quia infernalis).s.Cerberus. [Cessit tibi blandiēti).i.blande sonāti.dum Orpheus vxorem repetit.[Quāuis centum).i.plurimi angues,muniāt caput eius furiale.[Et spiritus).i.flatus.[Teter).i.venenosus.[Et sanies).i.mador ex corrupto cruore.[Manet).i.distillet,& fluat ore trilingui. [Quin &).i.q̃n etiam,Ixion & Tityos gigātes in Inferno dānati.[Risit vultu inuito).i.coacto [Vrna).s.Belidū. [Stetit paullū) .i.ad modicū tempus,sicca contra p̄scriptum. q̃a coguntur semꝑ implere. [Dū tu mulces Carmine puellas).i.filias Danai. [Audiat)Rogat cytharā,vt ad terrorē Lydæ canat pœnas perfidarum Belidū,quas luunt, q̃a patruelibus suis infideles fuerunt dicens. [Audiat Lyde scelus).i.parricidiū,atq. pœnas virginū.s.Belidū. [Notas).i.vulgatas. [Et doliū inane lymphæ).i.aquæ.i.in quo, q̃a fundo caret,aqua nō remanet.vnde dicit Lymphæ pereuntis. [Immo fundo).i.p̄fundi sublati locū & audiat.[Fata feraq.).i.extrema,aut ferro,q̃ post mortem patrueliū illata [Quæ).i.Fata. [Manēt).i expectant.[Culpas) s.Belidum.[Etiā sub Orco) i.Inferno. Deinde post pœnas narrat scelus,dicens.[Impiæ).i.Belides,impiæ,inq̃ dico,nam.[Quid potuere maius?) .i. magis impiū aut sceleratius,quā quod fecerunt. [Nā potuere perdere duro).i.rigido aut ipsæ duræ potuere ferro perdere spōsos.s.patrui sui filios.[Vna virgo) s Hypermnestra. [De multis).i.de q̃nquaginta filiabus Danai.[Digna face).i.tæda. [Nuptiali).i.quæ matrimonio daretur.[Fuit splēdide).i.cum decore.[Mendax in parentē).i.patrem Danaum.[Periurum).i.q̃ contra iusiurandū, & fœdus cum Aegypto initum,iussit filios eius occidi.[Et nobilis) .s splendide & cum honore. [In omne æuum).i.futurum.quæ dixit.[Marito iuueni).s.Linceo: surge,surge.[Ne somnus lōgus) .i.æternus. hoc est mors detur tibi, vnde non timeas.s.à me coniuge & consanguinea tua. [Et falle socerum) Callide nō dicit patrem [Et sorores).s.meas.[Scelestas,quæ velut leænæ nactæ vitulos,eheu) Interiectio dolentis vox.[Lacerant).i.iugulant,& trucidant. [Singulos) s.maritos, hoc est quæque suom. [Ego mollior).i.benignior illis. [Nec feriam).i percutiam te,nec (aut neque tenebo intra claustra).i.clausuras cubiculi, vt ceteræ suo ex mandato patris tenent. [Pater).s.meus Danaus. [Oneret).i.potius amo vt oneret,vel permitto vt oneret dum pia sim: aut licet oneret. [Me sæuis).i.magis & immanibus cathenis quod.i.q̃a. [Ego clemens).i.benigna,quasi colens mentem, quæ homini benigna & misericors ex natura est. [Peperci viro).i.marito. [Misero).i.miserando,hoc est miseratione digno. nam miser ferè in bonam partem accipitur. hoc est peperci tibi. sed potius dicit viro q̃ tibi,quia multa vis excusationis est in eo ꝙ viro peperci. Nam etiam lege diuina, sicut derelinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ,ita multo fortius mulier viro,vt quę propter virum procreata est. [Vel pater releget).i. vnde non redeam.[Me classe) i.naui.[In extremos agros Numidarum).i. ad torridam zonam,aut Syrtes. [I).i.abi ò Line,aut lynceu. [Quo pedes & auræ rapiunt te) .i. aufuge quantum potes, etiam auxilio ventorum,& nauium fretus. [Dum).i.donec. [Nox fauet,& Venus) Quæ nubentes legitime cesto cingit, aut quæ mihi tui amorem iniecit. [Omine) i.auspicio & euentus indicio.[Secundo) .i. prospero,&. [Sculpe sepulcro).i. nostro. [Querelam memorem) .i. epitaphium memor nostri.

DOCT. interpr. AVdiat Lyde) Notissimæ fabulæ filiarum Danai hic mētionem facit Horat. quæ ob sponsos necato has pœnas dare dr̄,vt situlis perstillantibus aquam hauriant,atque in dolium pertusum infundant, graui nimirum, sed vtili labore. A quibus tractum est prouerbium Dolium inexplebile. Vide item in Prou. Cribro aquam aurire.

CLAR. TVque testudo resonare septem Callida neruis) Macr.lib.j. Sat.scribit Apollinis lyrā septem chordarū fuisse, per quas tot cœlestium Sphærarū motus præstet intelligere, dicere vult septem planetarum motus q̃q̃ ea ratio frigida est. Si.n.octo neruos dixisse Poëta, hic tam subtilis speculator continuo subiunxisset per eos tot cœlestium sphærarum motus intelligi. Sunt enim octo apud omnes. Rursus si nouem chordas nominasset poëta octo haud dubie hic dixisset motus esse,atque adeo totidē ex illis sonos: Nonum autem intelligi oportere conflatam ex his octo phthongis symphoniam,vt de Musis quidam non temere philosophantur, ac nonam ideo dictam Calliopem. Eadem est Cic. in Somnio Scip. tractatio, quæ me non multum moratur, sed multo minus Macrobij portentosæ ille magnitudinis commentarius. Ad idem pertinet quod Diod. ait Mercurium lyræ repertorem fuisse,atque eam tribus instituisse chordis,instar triū anni temporum, Treis item uoces desumptas grauem ab hyeme acutam ab æstate,a vere mediam,magna iniuria autumni,qui hic indignissime plenus fructibus exulat. Alij Orpheum quattuor chordis lyram instituisse tradunt, vel ad eadem anni tempora, vt iniuria affectus Autumnus,postliminio rediret: Vel ad quatuor elementa. Id.n. quidam docent. Mirum vero quod non potius ad quatuor mundi cardines, ista.n. firmiores ac longiores puto futuras fuisse chordas. Longum esset referre quis chordam quartam quis sextam septimamq adiecerit,ac deinceps,vt ad decimā quintam vsque deuentum. Quid.n. fructus ex his lector percipit? Pudet plane quoties ea apud doctos legitam indocte atque absque omni tractata iudicio cum δὶς διὰ πασῶν maximum in musices sistem æque in Trichordo haberi queat,atque in Cythara multarum chordarum tametsi ita credere arti, ac thesi non potest,vt in Cythara. Verum hæc omnia nihil ad rem, sed effugia sunt nostræ ignorantiæ,quæ nimium fœcunda est quoties hęret. Atqui hoc explicandum erat, quare toties apud auctores mētio sit septem chordarum, quidq. per has intelligi oporteat,quemadmodum apud Hom in hym qui est ad Mercurium.

Ἑπτὰ δὲ συμφώνους οἴων ἐτανύσσατο χορδάς.

Et apud Virg. in Alexi.

*Est mihi disparibus septem compacta cicutis.* *Fistula.*

Et Æneidos vj.

*Obloquitur numeris septem discrimina vocum.*

Et hic: *Septem callida neruis.*

Et si quæ sunt apud alios loca alia, vt plane sunt apud Classicos quam plurima. Quid hic ad nostri auctoris sensum eruendum facit,quam quisque chordam adiecerit, enarrare? aut septem Planetarum numerum recensere velut rem nulli notam? Cum interea lectoris mens non minus dubia quam antea, hæreat? Non nunc dicam quod sæpe mecum ingemisco, hanc Matheseos partem de qua tantum apud priscos cautum fuit adeo negligi, vt inter eximie doctos vix vnus aut alter ne dicam adhibere velit manum,immo verius qui possit. Sed nunc querelarum satis est. rē ipsam aggrediamur,Ego per septem siue chordas,siue neruos,siue cicutas, siue discrimina vocum, intelligo septem illas diapason species,quos & modos & tropos prisci,nostra vero ætas non satis apte Tonos nominat, qui nō minus in Tricordo Mercurij Tetracordo Orphei,ac reliquis deinceps aliquod chordarum instrumentis habentur,quam in cythara xxiiij. chordarum,ꝑ quos omnis cantus regitur,quemadmodum per pedes carmina. Sunt autem hi modi ex proslambanomene ad paraneten hyperboleō, quibus Ptolemæus octauum adiecit a Mese ad Neten hyperboleon,à primo tamen nihil differentē qui erat Proslambanomene ad Mesen vt impleretur sistema maximum δὶς διὰ πασῶν, à Proslambanomene ad Neten hyperbolæon: Et vt nostræ ætati aliquid demus: Modi septem sunt ab A graui ad g acutum: Septem videlicet diapson species ex septem grauioribus literis A, B,C,D,E,F,G, ad septem acutas a,b,c,d,e,f,g. Neque est vllus cantus vel cytharæ, vel alij instrumento habilis qui non in aliquem septem horum modorum ceciderit. Hæc vt doctis harum rerum plana sunt,atque adeo etiam nimium prolixa ita huius artis imperitis frustra tinniunt. Tum si omnium ineptias hic enarrare coner,integrum volumen mihi texendum erat. De his modis docte differit Boëtius lib.iiij.musices,cap.xiiij. Nā quod nostra ætate octo aiunt Tonos id non video qua ratione dicant, cum octauus ille recens sit quartæ speciei Diapason, sed quæ sit diuisa arithmeticos, non harmonicos. Verum si modos inde liceat numerare,vt diximus,non minus xij. futuri etiam xiiij. si secunda diapson species ac sexta: illa hermonicos, hæc arithmeticos diuidi potuisset. De his Dodecachorda nostro quibusdam visa παράδοξα cum nihil minus sint diligenter differuimus. Quare nunc desino molestus esse lectori, atque ad alia properamus.

Impiæ: nam quid potuere maius
Impie sponsos potuere duro Perdere ferro.

Hos versus ita legendos existimo, vt in parenthesi contineantur hæc verba (Nam quid potuere maius Impiæ?)atque etiā interroga

rogatiue legantur. Nam cum impias primum dixisset, subiungit, mox causam impietatis. Et ipsa quidem interrogatio hoc loco magis vrget, quam simplex enunciatio. Mancinellus primum imputauit esse genitiui casus, nec distinxit post Orco. Cetera recte exposuit. Quidam exponunt impiæ inquam, sed non placet hæc geminatio.

## AD NEOBVLEM AMICAM.

*Miserum est, si quis ita vehementer amet, vt ex amore nullam sentiat voluptatem, sed semper anxius sit & sollicitus, adeo vt ne consuetum quidem exercitum possit repetere.*

*Ode XII. Dicolos tristrophos. Primi quique duo versus sunt Ionici à minore Sapphici trimetri Acatalecti, qui constant è tribus Ionicis à minore vel vltimo Pæone tertio, hoc modo.*

*Mĭsĕrār' est ᴗᴗ-- nĕqu' ămōrī ᴗᴗ-- dărĕ lūdūm ᴗᴗ--*
*Nĕquĕ dūlcī ᴗᴗ-- mălă vīnō ᴗᴗ-- lăuĕr' aūt ēx ᴗᴗ--*

*Tertius item versus est Ionicus à minore Sapphicus Acatalectus, sed tetrameter, constans è quatuor Ionicis à minore, hoc modo.*

*ănĭmārī ᴗᴗ-- mĕtŭēntēs ᴗᴗ-- pătrĭæ vēr ᴗᴗ-- bĕră līngŭæ ᴗᴗ--*

ᴗᴗ-- ᴗᴗ-- ᴗᴗ--
ᴗᴗ-- ᴗᴗ-- ᴗᴗ--
ᴗᴗ-- ᴗᴗ-- ᴗᴗ-- ᴗᴗ--

MISERARVM est neque amori dare ludum:
Neque dulci mala vino lauere, aut exanimari
Metuenteis patruæ verbera linguæ.
Tibi qualum Cythereæ puer ales,
Tibi telas, operosæq. Mineruæ
Studium, aufert Neobule Liparæi nitor Hebri.
Eques ipso melior Bellerophonte,
Neque pugno, neque segni pede victus,
Simul vnctos Tiberinis humeros lauit in vndis:
Catus idem per apertum fugienteis
Agitato grege ceruos iaculari: &
Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.

ANTO. MISERARVM est) Miserarum esse, inquit poeta, non vacare iucundo amori, aut epulis, timere etiam patruorum minas, & contumelias. pp qđ ingratam vitam esse ostēdit, sine gaudio & amore. Dicit inde Neobulē Hebrum Lipareum ardere qui eques optimus, quique nulli victus, aut pugno, aut cursu aut iaculis esset, itaque operam oēm & studium omittebat, ergo non misera Neobole erat, sed felix potius cum lętiori vitæ vacaret. [Ludum) Gaudium, lætitiam oblectamētum. [Lauere) Extricare, pellere. Maro etiam dixit: Et pleno se proluit auro. Lauere aūt est à lauo lauis verbo tertiæ coniugationis. sicuti dicimus sono sonas, & sono sonis. Hinc ait ille, Littora lata sonunt, vt Prisc. scribit. [Aut exanimari) Ordo est: Aut miserarum est metuentes verbera linguæ patruæ exanimari .i. terreri & stupescere. [Verbera) Minas, & contumelias. nam vt scribit Nonius. Verberare non solum à verberibus dictum, sed à verbis. [Patruæ linguæ.) Acrius .n. patrui quam parentes castigant. [Qualum) Calathum seu canistrum intelligit, vbi lanæ, linum & lanificij opera continētur. [Cythereæ) .i. Veneris. [Puer ales) Cupido, & amor ipse aliger. [Tibi qualum) Ordo est, tibi ô Neobole aufer qualum Cythereæ puer ales, tibi aufert telas & studium operosæ Mineruæ nitor Hebri Liparei, simul eques melior ipso Bellerophonte, neque victus pugno, neque segni pede vnctos humeros lauit vndis Tyberinis. [Operosæ) Multarum operarum. Operosus etiam dicitur magnæ operæ, & magni laboris. Item actiue & passiue accipitur hinc dicitur a Cicerone: Senectus operosa .i. quæ agit & rebus agendis operam dat. Et Ouid. Moles operosa laboret .i. quæ ab aliquo operata est. [Minetuæ) Pallas vestium apparatum inuenit, olei quoque vsum, domus ædificandi artem, pluribusq. alijs in rebus hominibus profuit. nam & tibiam eiusq. cantum & plurima instrumenta ad varia opificia inuenit, ex quibus operaria dicta est auct. Diod. lib. vj. [Neobule) Id nomen dici potest noua gleba. νέ⊙ .n. nouus dicitur, & iuuenis, βῶλ⊙ gleba. [Liparei Hebri) A Lipara insula vna ex Æolijs, dicta ab Liparo Ausonij regis filio, qui illic vrbem ædificauit. vbi postea Æolus imperauit. sumpta Lipari filia pro coniuge. Auctor Diod lib. vj. [Vnctos humeros) Vngebant se palæstritæ. Superius autem dictum est, Tyrones in campo Martio solitos exerceri inde in Tyberi natare. vngebantur quoque natantes vitandi frigoris gratia. [Humetos) Pes est anapæstus, pro Ionico minore. [Melior) Anapæstus ēt vt supra, potiusquam tribrachus. vltima .n. syllaba cuiusque versus cōmunis est. [Bellerophonte) Qui Pegasum alatum equum ascendit, nam prope Corinthum Achaiæ vrbem mons est excelsus Acrochorinthus noie, vertex eius Veneri sacram habebat ædiculam infra verticem Pyrene fons erat haud afflučtes aquas habens, ceterum perspicuas ad imum, potuiq. suauissimas. Fama est equū Pegasum, cum potaret hoc in loco à Bellerophonte deprehensum fuisse, alatum quidem caballum è Medusæ ceruice prosilientem. quod Strab. docet lib. viij. Hyginius vero scribit, post Chimæræ expeditionē, cum Bellerophontes ad cœlum contenderet euolare neque lōge iam abesset, despiciens ad terrā timore permotus decidit. Equus autem subuolauit, interq. sidera ab Ioue cōstitutus existimatur. De hoc etiam ait Ouid. in Ibin: Quique ab equo præceps aliénis incidit aruis. Exitio facies cui sua pene fuit. Str. scribit lib. xij. Bellerophontem Solymos domuisse qui postea Lycij dicti sunt. nam Lycon Pandionis filius, a se Lycios nominauit. Pisandrum etiam Bellerophontis filium pugnantem cum Solymis Mars interemit. Pliniusq. lib. vij scribit: Equo vehi Bellerophontem inuenisse: [Segni pede) Propter segnem .i. pigrum pedem. Catus prudens, doctus, sagax. [Fruticeto) Est frutex, q ad iustam magnitudinem arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non demoritur, neque arescit, vt herba. Frutices quoque dicuntur arborum plantulę, inde frutificari, quasi fruticem terrasci ex arbore.

*Palladis inuenta.* *Neobule.* *Lypara.* *Non sic scandes puer bellerophontes* *Pegasus* *Pyrene* *Solymi.* *Lycij*

ACI. MIserarum est neque amori date ludum:) Ad Neobulem amicam scribit, amantem Hebrum adolescentem, & testatur insuauem esse vitam sine hilatitate & amote. Ordo est Neobole miserarum est neque dare ludum amori, neque lauere mala dulci vino aut exanimari metuentes verbera patruæ linguæ. Lauere pro lauare. sic.n. veteres declinabant lauit pro lauat, vt Virg. Lauit improba teter. Ora cruor. Qui versus non stat si præteritum intelligas. [Exanimari metuentes) Sensus est. Aut cruciati castigatione verborum. Patruæ aūt linguæ pro seueræ dixit. Patrui .n adolescentibus corripiendis austeriores esse solent, q̃ patres quibus natura ipsa indulgentiam plerunque extorquet. Cic. idem pro seueritate censuræ patruus quidem magister hoc diceret. [Tibi qualum) Calathum. [Metonymicos pro lanificio dixit, tanquam amore & pulchritudine amatoris capta contemneret pensa mulierum. [Lipares) A Lipare insulà, vt si diceret Liparensis. Liparitanæ .n. insulæ eum ciuē demonstrat. [Bellerophonte) Qui Pegaso equo vectus Chimætā interemerat. [Pugno) Athletico & Agonico certamine. [Per apertum) Latum. vt, Alia de Parte parenteis Transmittunt cursu campos. Ordo est. Ales puer Cythereæ & nitor Liparei Hebri simul vt lauit vnctos humeros in Tyberinis vndis eques melior ipso Bellerophonte, neque victus pugno, neque segni pede, idem catus iaculari ceruos fugientes per apertum agitato grege, & celer excipere aprum latitantem alto fruticeto auferr tibi qualum, & aufert studium operosæ Mineruæ.

POR. MIseratum est neque amoti dare ludum:) Hac Ode testatur insuauem esse vitam sine hilaritate & amote. ac deinde puellam quandam captam specie adolescentis, describit. [Neq. dulci mala vino lauete,) Antiqua declinatione dixit lauete non lauare. Nam tertiæ coniugationis, hoc verbum apud veteres erat. Sic .n. declinabant. Lauo lauis lauit. non lauo lauas lauat. [Aut exanimari metuentes parruæ) Sensus est: Castigatione cruciari verborum. Patruæ aūt linguæ, pro seueræ positum. vñr .n. patrui adolescentibus corripiendis austeriores esse, q̃ patres, quibus natura ipsa indulgentiam plerúque extorquet. [Tibi qualum) Metonymicos pro lanificio dixit. Sed mulieres

per

per diminutionem vasculum hoe vsurpant, quasi illum dicentes. hoe autem in quo pensa, vel tramam reuoluūt. Liparæi nitor Hebri, hinc transit ad laudem Hebri nomine adolescentis, quem à Neobole amari indicat. Liparæi aūt a Lipare insula, vt si diceret Liparensis. Simul vnctos, Tyberinis humerus lauit in vndis. [Eques ipso melior Bellerophonte,) Diximus & supra adolescētes post exercitium campestre in Tyberi nare solitos fuisse. [Catus idem per apertum fugiētets Agitato grege ceruos iaculari:) Catus a catos, ae per hoe doctus significatur. Ordo est autem: Catus idem fugientis ceruos iaculari per apertum agitato grege per apertum autem absolute .i. per campum.

ASCEN. Miserarum) Sicut in Sat. Omne vafer vitium ridenti. Flaccus amico tāgit & admissus circum præcordia ludit ita & hic Neobolen fatyrice inuitat ad amandum, non eo animo vt amare persuadeat, sed vt amantem fatue rideat, & auertat. Ordo est, O Neobole [Miserarum est).i.ad miseras ptinet. [Neque dare amori ludum).i.non indulgere amori. [Neque lauare).i.diluere, & abstergere. [Mala).i.curas anxias. [Dulci vino) Aut eas. [Metuenteis) i.timentes (est.n.accusatiuus.) [Verbera linguæ patruæ).i.obiurgationes patruorū. [Exanimari).i. quasi emori metu. [Tibi qualum) q.d. certe scio quod tu ex illis miseris non es. & id (vt dixi) Satyrico risu dicit, quia ò Neobole. qđ nomen aptum est. dicitur .n. Neosbolos nouus fundus, quasi sit amatoribus nouus fundus vnde viuunt tantisper dum illius bona exhauriant. Hebrus quoque fluuius est Thraciæ præceps admodum, vnde bene natatori hic attribuitur nomen. & Lipare vna ex Æolijs, quasi vento agi significet. Dicit ergo, O Neobole, penultima longa quia βῶλος, per ω, scribitur. [Ales).i. alatus puer. [Cythereæ).i Veneris.s Cupido. [Aufer tibi qualum).i.calathū, hoc est vas vimineum, in quo fusos & pensa aut acum, & fila mulieres reponunt. [Et nitor).i. splendor formæ Hebri illius pueri Lyparei, Lipare orti. Aufert tibi telas & studium.i. exercitium. [Mineruæ operosæ) i. quæ varias artes studiose inuenit & exercuit, præcipue texendi simul .i. vt primum visus tibi [Lauit in vndis Tyberinis humeros vnctos:) Oleo ne contrahantur frigore perfusos. Existens eques melior .i. peritior. Ipso Bellerophonte qui Pegaso volasse dicitur. Est autem à nominatiuo Bellerophontes, quia vltima producitur. Aut legatur cum Bonfine Bellerophōti. [Neque victus pugno segni, neque pede segni,) Quia eum non habeat segnes pugnos aut pedes, in neutris vincitur. Et ergo optimus pugil, & cursor. versus vult, vt legatur. [Neque pugno,) Idem etiam est [Catus).i.calidus. [Iaculari ceruos fugientes).i.aufugientes [Per apertum).f.campum. [Grege agitato).i. concitato. [Et Celer) i.velox & strenuus. [Excipere).i. ad accipiendum quasi ex insidijs. [Aprum).i.suem siluestrem. [Latitantem in fruticeto) i.loco vbi frutices crescunt arcto. [Aut alto).i. angusto.

MATT. Bonfinis. Eques ipso) Multis argumentis ostendit Bonfinis hos versus hoc modo restitui debere.

Simul vnctos, Tyberinis humeros la-
uit in vndis eques ipse melior Bel-
lerophonti, neque pugno, neque segni pede victus.

GLAR. Manifesta ironia est in hac Ode, qua neutiquam ad amorem hortatur, sed amore captam ridet, vt sequentia indicant. Quæ n. antea sedulo operi vacabant, nunc desidiosa describitur. Mettum est numero Ioculare, Ionicum: ideoq. aptum saltationi, qua etiamnum Gallia vtitur, vt primi quique duo versus diapente vltimam habeant speciem. Tertius quisque diatessarō tertiam speciem, reiecto superne de diapente tono. Ceterum cū nullum sit facilius carmen scansu, nostri tū grammatici mire hic digladiantur Mancin. dictiones veritus diuidere, Humeros & melior, existimauit anapæstus, pro Ionicis a Minore, cum illic la, hic Bel, syllabas omittit, mirum vero, quo illos abiecerit. neque .n. ad reliquas potuit locare, quæ ipse in nullum catalecticum cadunt numerum. Siue igitur ita legamus.

Simul vnctos Tyberinis humeros la-
uit in vndis, Equas ipse melior Bel-
lerophonte, neque pugno, neque segni pede victus.

Quomodo & Porphyrion legisse videtur, & illud Bellerophonte cum habeat a apud Græcos, nihil remoratur. Siue vt Ald. liber habet, qui mihi magis probatur, ad hunc modum.

Eques ipso melior Bellerophonte
Neque pugno, neque segni pede victus
Simul vnctos Tyberinis humeros lauit in vndis.

Itaque dictiones diuiduntur, neque sensus mutatur. Dicendum tamen est carmen esse simillimum prosæ, & quam impense hoc nostro poëtæ placuerit, scire certum non possumus, nusquam autem postea est vsus. [Tibi qualum) Metonymicos, inquit Porph. pro lanificio dixit. Sed mulieres per diminutionem vasculum hoe vsurpant, quasillum dicentes, hæc autem in quo pensa vel tramam reuoluunt. Hæc ille. In his verbis ad finem vnum deest verbum.

Simul vnctos Tyberinus humeros la-
uit in vndis, eques ipse melior Bel-
lerophonte, neque pugno, neque segni pede victus.

Tres hos versus si quis sic scribat, primum necesse est diuidere dictiones, quod durum videtur, licet supra Ode eadem sit,
Neque dulci mala vino lauere, aut ex.

ALDVS MANV. Deinde Lē ŏphō ntē est pæon tertius cum esse debeat. Ionicus à minore, nam licet apud Græcos ὁ βελλεροφόντης primæ sit declinationis τῶν ἰσοσυλλάβων. Hom. Il. ζ.

Τεθναίης ὦ προῖτ' ἢ κάκτανε βελλεροφόντην. Et paullo inferius,
Ἡ δ' ἔτεκε τρία τέκνα δαΐφρονι βελλεροφόντῃ

Apud nos tamen est tertiæ, Bellerophontes Bellerophontis, vt Εὐριπίδης Εὐριπίδου, Euripides Euripidis Horat. Ode vij. lib. iij.

Vt Prœtum mulier perfida credulum.
Falsis impulerit criminibus nimis
Casto Bellerophonti. Iuuen. Sat. x.

Omnibus in terris.
Sed casto quid forma nocet, quid profuit imo
Hippolyto graue propositum? quid Bellerophonti?

Quapropter iussi ego restituendo in suum locum quemadmodum habentur Viennæ in antiquo quodam libro apud Stanislaū Zaur, quem ad me amicus quidam meus misit hoc ordine.

Eque ipso melior Bellerophonte.
Neque pugno, neque segni victus,
Simul vnctos Tybetinis humeros lauit in vndis.

Hoc modo & seruantur integræ dictiones, & non claudicat versus in dictione Bellerophonte. Nam primi duo versus constat è tribus Ionicis à minore tertius vero è quatuor, vt suo loco licet videre.

## AD FONTEM BLANDVSIAM.

*Laudes fontis Blandusiæ, quæ in Sabinis est regio, in qua erat poëtæ ager, cui ob salubritatem & amœnitatem pollicetur sacrificium & nominis immortalitatem inter nobilissimos quoque fontes.*

*Ode XIII. Tricolos, Tetrastrophos: Vt,*

*Quis multa gracilis te puer in rosa.*

∴

– – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪ –
– – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪∪
– – – ∪∪ – –
– – – ∪∪ – ∪∪

Fons Blandusiæ splendidior vitro,
Dulci digne mero, non sine floribus,
Cras donaberis hœdo:
Cui frons turgida cornibus
Primis, & Venerem, & prœlia destinat
Frustra: nam gelidos inficiet tibi.
Rubro sanguine riuos,
Lasciui soboles gregis.
Te flagrantis atrox hora caniculæ
Nescit tangere: tu frigus amabile
Fessis vomere tauris
Præbes, & pecori vago.
Fies nobilium tu quoque fontium:
Me dicente cauis impositam ilicem
Saxis: vnde loquaces
Lymphæ desiliunt tuæ.

ANTO. Fons Blandusiæ) Promittit hic sacrificium fonti Blandusiç apud Agellum suum in Sabinis, vbi perspicuitas ad imum, frigusq́ amabile, & amœnum etat, quem fontem laudando inter nobiles fontis annumerari côrendit. [Blandusiæ) Erat Blandusia regiúcula apud Sabinos, vbi poëtæ agellus. [Desti nat) Cõstituit, decernit, Frustra, mactabitur. n. tibi. [Soboles) Ap positio est. [Lasciui gregis) Hinc appellantur hœdi petulci. [Ho ra Caniculæ) Higinius ita scribit. [Canem aût sua appellatione & specie Caniculam dixerunt, quæ ab Græcis, quod ante maio& Canem exoritur, Procyon appellatur. Ita etiam Plin. scribit lib. xviij. Columella aût docet lib. xij. ꝙ vij. Calend. Augusti Canicu la apparet, quo tempore caligo fit æstuosa. Diximus & latius Epodo iij. [Nescit tangere) Id autem propter vmbras arborum erat, & ilicem sibi imminentem, vt infra ostendit. [Medicente) Laudante, & canente. [Loquaces) Murmurantes in sonantes.

*Blãdusia*

*Canicula Procyon*

ACR. O Fons Blandusiæ splendidior vitro) Hac Ode Blandusiæ fonti sacrificium ꝓmittit. Blandusia n. Sabinẽsis agri regio est, in qua Horatij ager fuit. Laudat ergo fonté dicendo eũ perspicuũ vitri cõparatione, vt Vitrea Fucinus vnda. [Cras donaberis hœdo) Hœdi imolationem ꝓmittit. Amphibolon est tñ verum dicat donaberis hœdo floribus coronato. [Et Veneré, & p̃lia destinat) Maturi. n. & appetere Venerem & ꝑpea pugnare consueuerunt. [Frustra) Ideo frustra quia inficiet gelidos riuos. [Lasciui) Luxuriosi, peculãtis. [Te flagrãtis atrox) Opacitatem nemorosi, & abstrusi fontis ostendit, per quam dicit Canicularũ æstuum, calores arceri. [Tu frigus amabile) Amœnum, vt frigus captabis opacum, & non ipsi amabile, sed fessis. [Fies nobilium) Meo carmine prædicatus, inter nobiles fontes prędicaberis. [Vnde loquaces) Vt per leuia murmur Saxa ciet, id est sonantes.

POR. O Fons Blandusiæ) Sacrificium hac Ode fonti Blandusiæ repromittit, simulq́ laudes eius dicit. [Nõ sine floribus Cras donaberis hœdo) Amphibolõ. Incertum est. n. verũ dicat hœdo donaberis & floribus, an vero donaberis, hœdo, q. erit cum floribus. i. coronatus. [Et Venerem & p̃lia destinat Frustra) Frustra f q. immolabitur. [Te flagrantis atrox hora Caniculæ Nescit tãgere) Opacitatem laudat. per quam dicit caloré Canicularium dierum ad eum non descendere. [Frigus amabile) Eleganter pro vmbra refrigeranti calorem æstiui temporis, dixit. [Fies nobiliũ tu quoque fontium) Tu quoque inter nobiles fontes nominaberis carmine p̃dicatus. [Me dicẽte cauis impositam ilicẽ Saxis, vnde loquaces Lymphæ desiliunt tuæ) Significatur in saxo natã ilicem arborem, sub cuius radice erumpit aqua fontis huius. Loquaces aût dixit, quod cum saxo cadunt, perstrepant.

ASCEN. O Fons Blandusiæ &c.) Festiuissime celebrat Poëta, fontem in agro suo, in Sabinis positum pollicens eum carmine suo nobilem efficere. Vnde dicit. [O fons Blandusiæ). i. regiunculæ illius in Sabinis. [Splendidior vitro & digne dulci mero). i. vt tuis aquis merum diluatur, aut potius vt tibi ex eo sacrum fiat: quia. Tu donaberis cras hœdo, qui in honorem tuum mactabitur non sine. i. cum floribus: cui. s. hœdo frons turgida. i. aspera primis cornibus destinat. i. decernit & constituit Venerem. i. initum, & prœlia, sed frustra, quia inficiet. i. imbuet tibi cras riuos gelidos. i. refrigeratiuos sanguine. s. suo rubro existẽs soboles gregis lasciui. i. petulci, quia bene educati. Celebrans aût fontem, dicit hora atrox. i. aspera & ardens Caniculæ flagrãtis. i. ardẽtes nescit te tangere, quia in vmbrosis locis, aut sub rupe est, vnde gelidos emittit riuos tu præbes amabile. i. dulce frigus. i. refrigerium Tauris fessis. i. fatigatis vomere. s. trahendo in aratro, & pecori vago. i. pascenti libere tu quoque id etiam tu, non solũ alij, vt Castalia, Dirce. Hippocrene &c. fies sup. vnus fontium nobilium. i. illustrium me dicente. i. laudante in carmine ilicem impositam cauis saxis vnde. i. è qua arbore tuæ lymphæ. i. aquæ puræ desiliunt loquaces. i dulci murmure resonãtes, sed sic, vt quasi loqui videantur, aut loquelas referentes.

GLAR. O Fons Blandusiæ) Sacrificium (idem, inquit, Porphyriõ) Hac Ode fonti Blandusię promittit: simulq́. laudes eius dicit. Hæc ille & breuiter & vere vt solet. Nunc vide vt Acron rhetoricetur, verbisq́. Porphyrionis nugamenta addat. Hac Ode, inquiens, Blandusiæ fonti sacrificium promittit. Blandusia. n. Sabinensi agri regio est, in quã Horatij ager fuit elegans emblema ꝙ huic purpuræ assuatur. Blandusiam & regionis & fontis nomen facit. Ego sanè cum Porphyrione fontis nomen puto, dictumq́. a Poëta fons Blandusiæ, vt apud Virgilium, fontem Timaui: Nisi quis contendat Blandusia legendum absque diphthongo, vt à sit longa positione, quæ ad caput dictionis est sequentis, quod apud Græcos frequentissimum apud latinos, & si rarissimum præsertim hunc poëtam, inuenitur tamen. Verum res est momenti non admodum magni.

## AVGVSTI LAVDES VICTORIS EX HISPANIA REVERTENTIS.

*Mira comparatio Augusti & Herculis, & quidem ad polissima Nam vt Hercules, vt mundum monstris purgaret, in Hispaniam profectus. Geryone extincto maximam gloriam reportauit, ita Augustus post Antonium, & Resp hostes confectos, Cantabros, pradones, & ferocissimam gentem domuit ex quibus luculentissimam victoriam reportauit, suo periculo, & Marte partam.*

*Ode XIIII. Tricolos Tetrastrophos: Vt,*

*Iam satis terris niuis, atque dira.*

--U---UU-U--
--U---UU-U--
--U---UU-U--
-UU--

HERCVLIS ritu modo dictus ò plebs
Morte venalem petijsse laurum,
Cæsar, Hispania repetit penateis
Victor ab ora.
Vnico gaudens mulier marito
Prodeat iustis operata diuis:
Et soror clari ducis, & decoræ
Supplice vitta
Virginum matres, iuuenumq́ nuper
Sospitum. vos ò pueri, & puellæ
Iam virum expertæ, male ominatis
Parcite verbis.
Hic dies vere mihi festus atras
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenente
Cæsare terras.
I, pete vnguentum puer, & coronas,
Et cadum Marsi memorem duelli:
Spartacum si qua potuit vagantem
Fallere testa.
Dic & argutæ properet Neæræ
Myrrheum nodo cohibere crinem:
Si per inuisum mora ianitorem
Fiet: abito.
Lenit albescens animos capillus
Litium, & rixæ cupidos proteruæ.
Non ego hoc ferrem calidus iuuenta
Consule Planco.

ANTO. HERCVLIS ritu) Hac Ode hortatur ad sacrificium & lætitiam Romanos omnes ab Augusti victoriam, q̃ victis Cantabris ex Hispania referebat. [Herculis ritu) Ordo est modo ò plebs Cæsar victor ab hora Hispania repetit penates Herculis ritu dictus petijsse laurũ morte venalẽ. [Herculis ritu) More Herculis, qui semper victor redibat, qui ẽt laudis gratia mortẽ non abhorrebat. Vnde spreto omni terrore, atque periculo cuncta ardua subibat, non contentus sui exercitus viribus nisi & ipse pugnaret. Sic & Augustus egit, cum deuicit Cantabros Hispanię populos. Hercules autem (vt Diod. scribit lib. v.) cum exercitu in Iberiam transiens. Cbrysauri filios tribus magnis exercitibus fidentes, singulari ꝓuocatione sustulit. Capta Iberia boum greges secũ abduxit ad Tyberim vsque, vbi nunc Roma est. Abijt inde in

Cumæum

Cum eum campum, demum cornu bouis innixus mare Siculum traiecit cum bobus alijs, &c, [Laurum).i.lauram & triumphum. [Hispana ora) Augustus Cæsar Antonio deuicto Cantabricum bellum gessit. Domuit autem partim ductu, partim auspicijs suis Cantabriam, auctor est Tranquillus. Strabo lib.iij. sic ait, Cetera bella omnia hac tempestate, desierunt (vt dixi) nam Cātabros & vicinas illis gentes, quæ adhuc latrocinia tetinent Cæsar Augustus oppressit. Et qui Romanorum sociorum prædones erant nunc, pro Romanis rei militari seruiunt. Coniaci, videlicet, & qui Iberi amnis fontes incolunt. De Cantabris autem etiā plura videto superius. Vnico gaudens inuitant ad sacra reddenda dijs Liuiam Augusti vxorem sospite viro, & victore. Augustus aūt Liuiam Drusillam matrimonio Tiberij Neronis, & quidem prægnantem abduxit, dilexitque & probauit vnice, ac perseueranter. [Vnico marito) Valer. lib. ij. scr. quod quę vno contentę matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur. [Soror clari ducis) Aug. Octauiani soror Octauia intelligit, quæ vxor fuerat M. Antonij. Nam Octauius Augusti pater morte obijt repentina, superstitibus liberis Octauia maiore, quam ex Antonia, & Octauia minore, item Augusto, quos ex Accia tulerat. Accia autem M. Accio Balbo, & Iulia sororis C. Cęsaris genita est vt & Tranquillus, inqt. [Malę ominatis).i. verbis turpibus & mali ominis hinc fauere linguis dicebantur in sacris.i. bona fari, vel tacere, ne mala omina dicerentur. [Nec mori per vim) Erat enim vbique pax Augusto Imperatore. [I, pete vnguentum) Puerum suum monet vt necessaria lætis epulis, paret. [Marsi duelli) Cum Samnites & libertatem & ciuitatis communionem assequi vellen, repulsam passi desciuerunt, vnde Marsicum exarsit bellum, Corfinium Pelignorum Metropolim communem vniuersis Italis ciuitatem demonstrantes contra populum R. receptaculum, propugnaculumque constituerunt, & imperatores creauere. Biennio igitur, bellum protraxere, donec perfectum est, vt in ciuitatem communiter vocarentur. Cuius rei gratia, tantum belli conflatum fuerat incendium. Marsicum autem, ideo nominatum est bellum, quoniam á Marsis rebellandi suscitatum fuerat initium. Auctor est Str lib. v. Eusebius vero docet, quod bellum aduersum Romanos, Picentes Marsi, Pelignique mouerūt Olimpiade clxxij. paullo ante Salustij Crispi historici natale Lucius florus, bellum sociale id appellat. Appianus vero prius sociale ponit, & statim vix illo finito, sic ait Marsi ferarum more se deceptos ægre ferentes, iterum cepere arma, denuoque cum ipsis congredi conantur &c. [Spartacum vagantem) Quatuor & septuaginta gladiatores. Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt, & congregata seruorum, & ergastulorum multitudine Chryso & Spartaco ducibus, bello excitato Claudium Pulchrum legatum, & Publium Vorenum prætorem, prœlio vicerunt, ait Liuius lib. xcv. Q. Arius autem prætor. Chrysum fugitiuorum ducem, cum viginti milibus hominum cecidit. Cn. Lentulus consul, male aduersus Spartacum pugnauit. Ab eodem L. Gellius & Q. Arius prætor, acie victi sunt. Item C. Crassus pro consul. Cn. Manlius prætor, male aduersus Spartacum pugnauerunt, ait Liuius lib. xcvj. M. Crassus deinde cum Spartaco pugnauit, cæsis cum ipso Spartaco millibus quadraginta, ait etiam idem lib. xcvij. meminit etiam Florus. Sed latius Appianus lib. j. de bello ciuili inter quæ dicit, Spartacum Thracem fuisse, & gladiatorem, qui aliquando cum Romanis meruerat, & in custodia, ac gladiatorijs spectaculis asseruabatur tantumque animi assumpsit, vt lxxiiij. viris comitatus, pro libertate potius illos certare persuaserit, quam in spectaculis pericula subire, itaque per vim repulsis his, qui custodiæ prę erant, fuga abijt & cetera. [Argutæ) Canoræ. [Myrrheum crinem).i. myrrha madidum. [Lenit albescens) Affert canos, senectutemque ipsam animos sæuos lenire, hinc ipse cum antea iracundus esset, iam mitior esse, cogitur, & tolerare facilius, si Neæram ad eum pergere, ianitor non permitteret. [Calidus iuuenta).i. ardens & feruens, [Consule Planco) Ostendit se iuueni fuisse, tali consule.

*Cātabri* · *Augusti Liuia* · *Octaui* · *Octauia* · *Augusti pater* · *Accia* · *Marsicū bellum* · *Corfiniū* · *Socialis bellum* · *Spartacus*

ACR. HErculis ritu modo dictus ò plebs) Hæc Ode in Augusti laudem scribitur, victoris ex Hispania reuertentis, vt ostendat eum non per alios, sed per se administrare, nec sub hac difficultate adipisci victoriam, breui tempore, vt proficisci ad bellum; & reuerti victorem. Ordo est O plebs. Cæsar dictus petijsse laurum venalem, morte modo victor ab Hispana ora, ritu Herculis repetit penates. [Morte venalem) Mortis enim contemptu, laus victoris quæritur, & triumphi. Laureatæ.n. literæ, de victoria in templo mittebantur, vt est. Et iustum qui vita bene credat emi, quo tendis honorem, & Vitamque volunt pro laude pacisci. [Vnico gaudens) Lydiam, dicit sub castitatis laude votum pro Cæsaris reditu solutum. [Et iustis operata) Operationes veteres sacrificia dixerunt. Iustos vero diuos, quamuis gñaliter dici possint, nunc tñ specialiter posuit, tanq qui victoriam vel reditū Cæsari, merito eius & virtuti præstiterint. Virg. operationes p sacrificijs, vt, Sacra refert. Ceteri letis operatus in aruis. [Et soror clari ducis,) Octauiam Augusti sororem, cōmemorat. [Supplice vitta) Nō vitta, sed vittis solutis supplicantes. vt, Soluite crinales vittas, capite Orgia mecum. [Iuuenumq. nuper Sospitū.) Prodeant nuper sospitum reuersorum, per Augusti victoriā. [Iam virum experte).i. nuptæ. [Male ominatis Parcite verbis.) Siue quia pro festiuitate dierum, feriæ indicebantur, & abstinebatur à litibus, iurgisq. siue quia in sacrificijs præcepto silentio, bona omina habere iubebantur, ne incaute loquentes, mala omina facerent verbis, ideo nunc Parcite malis verbis.i. malis omnibus. [Tumultum) Cōmotionem bellorum, per vim impulsione hostium. [Tenente Cæsare) Vt, Ferrea belligeri compescat limina Iani. [Et cadum Marsi) Vinum quod bello Marsico diffusum est. Cadum autem lagenam, vt vita bonus, quæ deinde cadis onerarat Acestes. [Spartacum si qua potuit) Gladiator fuit Spartacus, hic cum lxxiiij. socijs similis conditionis, è ludo fugiens dux factus, per quatuor annos, aduersumq. Romanos bellans, plura vastauit, ideo nullam lagenam euadere potuisse cōmemorat, hunc postea Pompeius oppressit. Vt Lucan. Et simili causa caderet, qua Spartacus hostis. [Neæræ) Nomen puellæ citharistriæ, siue cantatricis. [Argutæ) Autem sonoræ, vt, Hic arguta sacra pendebit fistula pinu. [Myrrheum) Perfusum myrrha, aut inter flauum, & nigrum, vel myrrhei coloris. [Cohibere) Autem pro festiuitatis lætitia festinate, & in nodum colligere crinem præcipit. [Si p inuisum mora ianitorem).i si ianitor prohibuerit illam ingredi, sup. parcam, quia canities mitigat animos cupidos litium & proteruæ rixæ, cum iuuenis essem, non ferrem hæc. [Lenit albescēs) Canis, ætatis accessu, corporis vis extinguitur, & furor. [Cupidos) superbos iuuenes, vel rixæ pronos animos mitigat. [Calidus iuuenta Consule Planco.) Adolescentem se fuisse commemorat, irasciq. nimis solitum, si fastidiretur ab aliquo.

POR. HErculis ritu modo dictus) Hæc in Augustum scribuntur victorem, ex Hispania reuertentem, q autem Herculi illum comparat, ideo facit, vt ostendat laborem eum non per alios, sed per se administrare. [Morte venalem petijsse laurū) Quam est morte paratus emere, non.n. in bello mori sperauit vt inde lauream petat. [Prodeat iustis operata diuis) Prodeat, & operetur diuis.i. sacrificet. Operationes.n. sacrificia dixerunt. iustos diuos, quamuis generaliter dicere possumus, nunc tamē specialiter accipiendum s qui Cæsari victoriam, & reditum mereri dederint. [Et soror clari ducis) Octauiam dicit Augusti sororē. [Iuuenumq. nuper Sospitum.) Nuper per Augustum sospitum reuersorum. [Male ominatis Parcite verbis.) Quid est male ominatis verbis parcite? Vtrum quemadmodum dicitur, vt ciues feriati hodie litibus, iurgisq. abstineant se? An vt econtrario in sacrificijs præcipitur. Bona omina habete, ita nunc. Parcite malis verbis.i. malis ominibus? [Tenente Cæsare terras).i. incolumi Cæsare. [Et cadum Marsi memorem duelli) Nam vinum natum erat temporibus belli Marsici. Spartacum si qua potuit vagantem Fallere testa. Spartacus dux fugitiuorum, per Italiam aliqñ grassatus, multa vastauit. [Myrrheum nodo cohibere crinem) Colorem myrrheum in crinibus hodie quoque dicunt, qui medius est inter flauum & nigrum, quia properare vult illam, in nodum tm̄ colligere crines, præcepit. [Si per inuisum mora ianitorem Fiet: abito.) Præcipit puero, vt si tardius ad Neæram ab ostiario admittatur, redeat. Deinde quare hoc præceperit, ostendit inferendo. [Lenit albescens animos capillus) Hæc cum admiratione quadam, & dolore animi dñr Miratur.n. se tam segnem factum vt in contumelias fastidientis puellæ non irascatur, quod ipsum iniuria senectutis fieri ingemiscit. [Lenit albescens animum capillus Litium, & rixæ cupidos proteruæ.) Animi, inqt, iuuenum, qui litium, & rixæ in contemptu amoris cupidi sunt, se nisi ætate leniuntur. [Consule Planco.) Signat se consule Plāco adolescentem fuisse, irasciq. mirabiliter solitum, si fastidiretur.

ASCEN. HErculis) Augustum celebrans dicit. [O plebs).s. Romana. [Cæsar).s. Augustus. [Dictus modo petijsse ritu).i. more Herculis. [Laurum).i. triumphum. [Venalem).i. acquisibilem. [Morte).i. periculo vitæ. [Repetit modo victor ab ora Hispana penateis).i. Deos domesticos. [Vnico &c.) Inuitat omnes ad supplicationem, & ad vota Deo reddenda, dicens. [Mulier).i. matrona. [Gaudens vnico marito Prodeat operata).i. vbi operas expleuit. Iustis sacramentis, aut diuis, & soror clari ducis .i. Octauia, & matres decoræ.i. honestæ virginū. [Vitta supplice)

Id est quibus est vitta supplicitet adhibita,& matres iuuenum nu pet.s.per victoriam Cæsaris sospitum.i.incolumium,& a nece li beratorum,sup.prodeant & vos ò pueri .s. lasciuij, & puellæ iam expertæ virum. parcite .i. abstinete verbis male ominatis .i. cum malo omine prolatis,hoc est lasciuis,& obscœnis. Hic dies mihi festus vere i.sincere eximet mihi curas atras.i. nociuas & nigredi nem ex ardore inferentes. ego nec metuam tumultum .s. hostilē nec mori per vim Cæsare tenente .i. tantisper dum Cæsar tenebit terras,pueri .i. abi pete vnguentum .s. vt epulum solenne fiat, & coronas,& cadum.s.vinarium memorem .i. habentem notā & signum [Duelli Marsi).i.belli socialis,aut Marsici, quod in mul tos annos seruatum legitur si cadus .i. testa fictilis, potuit qua .i. aliqua via,aut ratione est.n. qua,septimi casus, cuius si etiam testa,dic.i.vase fictili fallere Spartacum .s. gladiatorum, & seruorū ducem vagantem .s. per Italiam, & omnia vastantem dic ò puer &.i.etiam Neæræ.s meretticulæ argutæ.i.canoræ,properet .i. vt festinet cobibere.s.reticulo crinem.i.capillum myrrheum.i.myrrha perfusum si mora fiet.i.non admittetis ad eam per ianitorem inuisum abito,quia patiar modeste sine illa festum agi nam capillus albescens.i.canescens mihi leniti sedat,& lenem facit mihi animum cupidum .s. olim litium & rixæ proteruæ.i. pertinacis ego non ferrem.i.non pateter,hoc (aut hæc).s.illam vocatam oō venire,aut puerum meum non admitti. Calidus iuuenta .i. si adhuc essem callidus iuuenta Consule Planco .i. quæ fuerat mihi, in consulatu Planci.

CLAR. HErculis ritu modo dictus ò plebs) Ordo Acronis hoc in loco placet,sed quæ præcedunt verba in eiusdem cōmentario, a me neque intelliguntur, neque restituuntur, paullo post ēt ad Poetæ sensum pertinere putat, ꝙ olim laureatæ literæ de victoria in templo mittebantur. Illud hic in templo quid sit,nescio. Et rotum illud nihil ad rem puto. fortassis autem corruptum est, vt paullo post ad illud. [Vnico gaudens mulier marito) Lydiam dicit sub castitatis laude votum pro Cæsaris reditu soluturam, cū Liuia legendum sit. Quanquam de illa, quomodo intelligendum, mulier vnico gaudens marito ipse hæsito, cum antea Tyberio Neroni nupta fuerit, à quo prægnans ad Augustum venit auctore Suetonio. Porphyrio nihil de Liuia adducit. [Male ominatis) Landinus male nominatis legit, exponit, quæ nominata malum omen inferrent, id fortassis pp carmen Cuius legem tñ ipse sæpe negligit. Ego totum hoc male ominatis Parcite verbis, dictum puto pro fauete linguis. Quo in loco Porphyrionis verbā non admodum intelligo, & suspicor ea corrupta esse. [Si per inuisum mora ianitorem Fiet: abito.) Idem Acron ita exponit: Si ianitor prohibuerit illam ingredi, quæ verba nihil explicant. sed sermo est ad puerum quem iubet abire si ianitor molestus esse volet. [Consule Planco) Horatius sub Torquato Mālio natus est anno ab V. C. DCLXXXIX. Plancus aūt Cos. fuit cum M. Æmylio Lepido anno Vrbis CCXII. Quapp Horat. Planco Cos. fuit annorum XXIII. de quibus hic loquitur. Hæc ita explicanda erant cōmentatoribus, non annotatori. Nunc satis visum est illis dicere Horatium tuum fuisse adolescentem, ideoq́ irasci solitum sic naso suspēdentes Lectorem, quæ magis, declaratione indegebant, omittunt.

## IN CHLORIM MOECHAM *vetulam luxuriosam.*

*Hac ode ostendit quantum dedeceat, maxime senem & pauperem, intempestiua lasciuia, cythare cantus, & eiusmodi voluptates, cum illa sint potius adolescentium,*

*Ode XV. Dicolos Distrophos: Vt,*
*Sic te diua potens Cypri.*

---UU-U-
---UU--UU-U-



Xor pauperis Ibici,
Tandem nequitiæ pone modū tuæ,
Famosisq́. laboribus.
Maturo propior desine funeri
Inter ludere virgines:
Et stellis nebulam spargere candidis.
Non, si quid Pholoën satis,
Et te Chlori decet. filia rectius
Expugnat iuuenum domos:
Pulso Thyas vti concita tympano.
Illam cogit amor Nothi
Lasciuæ similem ludere capreæ.
Te lanæ prope nobilem
Tonsæ Luceriam, non citharæ decent,
Nec flos purpureus rosæ,
Nec poti vetulam fece tenus cadi.



Xor pauperis) Chlorim pauperis Ibici, vxorem monet vt finem rebus venereis imponat, cum iam funeri proxima sit, itaque lanam potius eam Parare decebat, q̃ cytharam tangere vel, coronis inter conuiuias ornari. [Nequitiæ) Lasciuiæ libidini. [Famosis) Turpibus,& infamibus. [Stellis candidis).i.formosis puellis. [Pholoen) Hæc iuuenis erat, immo filia eius Chloridis, vt sequentia indicant. [Expugnant iuuenum domos) Hoc est è domibus iuuenes attrahit sua forma. [Thyas) Bacchi sacri ficula, de qua superius late. [Concita).s.tua filia, alij textus habent. Concitat. [Vti Thyas pulso tympano) Eo autem instrumento, bacchantium antistites vtebantur, hinc mulieres illico ad sacra concitabantur. Chloridis vero filia Pholoë concitabatur ab amore, sicut Thyas pulso tympano, hoc quæ pacto, filiā quoque vituperat. [Nothi) Cogniti adolescentis. Luceriam Luceria vetus erat oppidum Dauniorum, vbi Mineruæ Phanum extitit. Auctor est Strab.lib.vj.Plin.lib.iij. Dauniorum Coloniā fuisse scribit. [Flos purpureus rosæ).i.rosea corona, qua in conuiuijs vtebantur. [Vetulam) Sic legitur in antiquis codicibus, ergo vetulam ad Chlorim refertur. [Nec poti &c.) Sensus est, ꝙ non decent vetulam cadi poti ad fecem vsque.i.optima vina, quę vsque ad fecem bibi solent. ANTO.

VXor pauperis Ibici) Ad Chlorim mecham scribit, vetulam,& luxuriosam, bene dixit. [Vxor pauperis) Cui solū poterat esse solatio si castam hr̄et vxorem, nec tenuitate eius luxuriam conuenire. [Fide modum) Pone modum obscœnitati, siue libidini, aut turpi auaritiæ, vt Terentius. Leno nō vult, me inique loqui. [Maturo propior) Ordo. Desine inter virgines ludere cum sis propior funeri.i.morti vicinior iam per ętatē. [Et stellis) Allegoria. ait enim vt stellarum decus, & nitor fuscarur nebulis & cęlatur, sic nitorem virginum permista anus, obscurat. [Et te Chlori) Ordo est, Chlori non si quid satis decet Pholoën, decet te rectius expugnat filia domos iuuenum, sup. quam tu concita vti Thyas pulso tympano. [Filia) Chloridis, in quā scribit,& ipsam turpem designans, quæ furore libidinis incitaretur vti Bacchæ tympanorum pulsu. [Noti) Nomen amatoris. [Lasciuæ) Quia hoc genus libidini,& lasciuæ aptius. Propè nobilem. [Tonsæ Luceriam) Luceria ciuitas est Apuliæ, dicit autem lanificio ætatem eius magis aptam, quam luxui & ebriositati. [Fece tenus cadi) Tanquam quæ vasa vino veteri vacuaret. ACR.

VXor pauperis Ibici) Hæc Ode scribitur in vetulam mœcham & luxuriosam. [Tandem nequitiæ fige modū tuæ) Nequitiæ nunc caliditati,& malitiæ, non vt olim nequā dicebatur ignauus. ac senex. [Inter ludere virgines) Ordo & sensus est. Desine inter virgines ludere, cum sis funeri proprior. [Et stellis nebulam spargere candidis) Decens allegoria, ait enim Vt decor stellarum nubilo infuscatur sic nitorem fieri virginum interuentu tuo turpem. Quippe cum sis ætate iam atra, & deformis. Filia rectius Expugnat iuuenum domos. [Pulso Thyas vti concita tympano) Hic etiam filiam eius ostendit vitiosam esse,& per libidinem nimiam, ita in furore incitari, Vt Bacchæ solēt pulso tympano audito. [Te lanæ propè nobilem Tonsæ Luceriā) Luceria vrbs est in Apulia & Samnio. Catexochen autem pro qualibet lana positum. [Nec poti verulā fece tenus cadi) Hoc nō decet ætatem tuam, inquit, in conuiuio multum potare.i fece tenus potare. Nam vtique cum tota amphora bibitur, ad fecem peruenitur. per fecem autem vetulam vetus vinum accipe. POR.

VXor pauperis) Inuehitur in Chlorim vetulā, intempestiue lasciuā, dicens. [Chlori vxor Ibici pau.).s.per te. [Fige).i.constitue firmiter. [Tandem).i.post tam longa tpa modum.i.finem. Tuæ nequitiæ.i.perditę,& luxuriosæ vitę,& laboribus famosis.i.infamibus. [Tu pprior).i.vicinioe,& imminentior funeri maturo.i.tempestiuo. Desine ludere inter virgines, ASCEN.

&

& spargere stellis candidis .i. puellis in morem stellarum candentibus nebulam.i.te nebulosam,& obscurã situ,& rugis. O Chlori si quid decet satis Pholoen.s.filiã tuã non sup.continuo aut ideo, decet,&.i.ẽt te filia tua .s. Pholoë,expugnat.i.sibi dedi cogi,sicut qui vrbes expuguant,rectius.i.conuenientius ætati,domos iuuenum,qui.s.ea conspecta,excurrunt. Vt.i.quemadmodum Thyas .i.sacerdos Bacchi. Pulsans tympana concita .i. festina tympano pulso sup.expugnat domos Baccharum, aut excurrit concitata. Illam,pergit dicens. [Amor noti) .s. iuuenis per consuetudinem cogniti cogit illam ludere .i. salire similem, capreæ lasciuiæ Lanæ tonse prope Luceriam vetus oppidum Dauniorum. Nobilẽ .s. lanificio,decent te .i. decenter conueniunt tibi. Non cytharæ nec flos rosæ purpureus .i. sertum ex rosa purpurea nec cadi poti,tenus fece.i.nec vina optima,quæ bibuntur è cadis vsque ad fecem,cum debilia bibantur à delicatis,tantũ ad medium cadi, decent te vetulam. Hoc est, tuum non est interesse conuiuijs, nec indulgere cantilenis.

CLAR. Illam cogit amor Nothi) Nothi amatoris hic nomen est, vt Acron testatur. Mancin. Nothi existimauit esse participium à nosco & pro cogniti adolescentis positum. Badius posterior addit,per consuetudinem cogniti. Sed carmen non patitur hanc lectionem,vt illi haud dubie norant vterque si aut attẽdissent aut cogitassent. Ceterum vltimum carmen, rursus vterque rectius meo iudicio exponunt quam vel Acron,vel Porphyriõ,lector iudicet.

## AD MOECENATEM.

*Fabula Danaës,historijs nonnullis docet quantum calamitatis afferat rebus mortalium,auri cupiditas Nam illo non solum munitissimas ciuitates expugnari & euerti, vt Philippus rex Macedonia, verũ sacra omnia profanari,coniuges in coniugum perniciem corrumpi,vt Eryphyle Amphiarai vxor. Eam esse auaritiæ naturam, vt expleri non possit, sed in nouas solicitudines pertrahat homines,quare non immerito sibi cauisse,ne quid supra conditionem suam adsectaret, sed paucis contentus maneret.*

*Ode XVI. Dicolos, Tetrastrophos: Vt. Scriberis Vario fortis, & hostium.*

---UU--UU-UU
---UU--UU-UU
---UU--UU-UU
---UU-U-

INCLVSAM Danaën turris ahenea,
Robustæq́. fores, & vigilum canum
Tristes excubiæ, munierant satis
Nocturnis ab adulteris:
Si non Acrisium, virginis abditæ
Custodẽ pauidum, Iupiter, & Venus
Risissent: fore enim tutum iter, & patens
Conuerso in precium deo,
Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo. concidit auguris
Argiui domus, ob lucrum
Demersa excidio, diffidit vrbium
Portas vir Macedo: & subruit æmulos
Reges muneribus. munera nauium
Sæuos illaqueant duces.
Crescentem sequitur cura pecuniam,
Maiorumq́. fames. iure perhorrui
Late conspicuum tollere verticem
Mœcenas equitum decus.
Quanto quisque sibi plura negauerit,
Adis plura feret. nil cupientium
Nudus castra peto: & transfuga, diuitum
Parteis linquere gestio,
Contemptæ dominus splendidior rei,
Quàm, si quidquid arat non piger Appulus,
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.
Puræ riuus aquæ, siluaq́. iugerum
Paucorum, & segetis certa fides meæ,
Fulgentem imperio fertilis Africæ
Fallit sorte beatior.
Quenquam nec Calabræ mella ferunt apes:
Nec læstrigonia Bacchus in amphora
Languescit mihi: nec pinguia Gallicis
Crescunt vellera pascuis:
Importuna tamen pauperies abest:
Nec, si plura velim, tu dare deneges.
Contracto melius parua cupidine
Vectigalia porrigam:
Quam si Mygdonijs regnum Alyattici
Campis continuem, multa perentibus,
Desunt multa. bene est, cui deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.

ANTO. INCLVSAM Danaën) Quid aurum possit, Mœcenati hac Ode ostendit, exemplum afferens Danaës ferrea turri inclusæ, ne forte alicui iungeretur. Iupiter.n.in aurum versus,illa potitus est. Dicit inde vnumquenque plura optare, vbi plurima habuerit. Se autem paruo contentum, cum multa petentibus,multa desint. [Danaën) Acrisius pater Danaës,accepto oraculo mortem sibi futuram ab eo, qui ex filia natus esset. illam in turri clausit. Iupiter vero in aurum versus,eam vitiauit, ex quo congressu natus est Perseus,qui postea Acrisium obiecto Gorgonis capite,in saxũ vertit. Meminit ita Lact.lib.j. The. Dñr alij auro pudicitiam virginis vitiatam, quod & poëta noster hic innuit. Euseb.autem scribit Acrisium fuisse xiiij. regem Argiuorum,& Perseum ipsum non sponte interfecisse Lact etiam plura de Danaë lib.ij. The. [Fore enim) Ordo est. Enim,si quidem fore sup.norant iter tutum & patens,conuerso Deo in pretium. [Satellites) Familiares,ministros,& custodes. [Auguris Argiui domus) De Amphiarao dicit,q Apollinis fuit antistes, vt scr. Lact. lib.j. The.is autem ne in Thebas iret latuerat,vxore Eryphyle cõscia quæ quidem eũ prodidit, monilis desiderio ducta quod erat Argiæ vxoris Polynicis, ab Vulcano elaboratum. Vt postea ab terræ hiatu absumptus est,de quo Statium lege lib.vj. [Vir Macedo:) De Philippo Macedoniæ rege intelligit,qui opum, diuitiarumq́ gratia,multas diruit vrbes in Grecia, præsertim. In Scythiam quoque,prædandi causa profectus est,eiusq́. æmulos Thebanos, & Lacedæmones, bello confecit, de quibus plura legito apud Iustinum lib. viij. & lib. ix. Demosthenes præterea contra Æschinem scribit. Philippum solitum esse singularum ferè ciuitatum proditores pecunia corrumpere, vnde & Æschines pecunia corruptus,illi Olynthum tradidit [Muneribus) Propter munera.i.propter diuitias [Illaqueant) Capiunt. [Sæuos duces.) Piratas dicit,qui causa lucri sæpe illaqueantur. [Crescentem) Ouidius item ait. Et cum possideant plurima,plura petunt. [Verticẽ tollere).i.ad summas diuitias ascendere. [Nil cupientium) Dicit se potius adesse velle paruo contentis,quam diuitibus, qui nunquam,quod satis sit,hñt,semper.n.plura cupiunt. [Splendidior) Nã melius est non desiderare,quã potiri. [Certa fides) Ordo est. Et certa fides meę segetis sorte beatior fallit fulgentem imperio fertilis Africæ,est [illegible] sensus, ꝙ ipse beatior est sua sorte,quã ille q Africę dominatur,vbi maxima est tritici copia. [Sorte beatior) Sortem appellat capitale.i.iactum semẽ. Seges ergo sua beatior, & fertilior erat sorte,nam sæpe accidit,vt vix sors ipsa.i. iactũ semen,colligatur. [Fallit fulgentem) Ego.n.paruo contentus sum ille vero nequaquam. [Læstrigonia) Formiæ oppidum iuxta Gaietam fuit,antiqua Læstrigonum sedes,auctore Plin. lib. iij. Str. lib. v. scribit totam hanc oram,optima vina generare. [Languescit) .i. senescit. [Importuna) Molesta,inquieta. [Contracta cupidine) Frenato,habendi desiderio. [Vectigalia porrigã) .i.agrorum fructus,dixit aũt sibi paruo contento videri plura possidere, quam si Halyattici regnum cõiugeret Mygdonijs. [Mygdonijs)

Acrisius. Danaë. Perseus. Amphiaraus. Philipp' Maced.

est Mygdonia regio in finibus Asiæ ab rege Mygdono, vt scribit Lact. lib. ij. The. Legito item quæ dicta sunt de Mygdonia superius, nam hic ēt conueniunt. [Halyattici) In lib j. Herod. legitur Halyattes, ait n. sic, Cræsus gñe fuit Lydus parte aūt Halyatte. & paullo post sic, Porro Halyattes Lydus composito cū Milesijs bello, postea eū lvij. regnasset annos, vita excessit. [Bene est cui) Tullius in Parad. inquit. Quem. n. intelligimus diuitem, aut hoc verbum in quo hoīe ponimus? opinor in eo cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendū facile contentus sit, quin nihil q̃rat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus. n. tuus oportet se iudicet diuitem, non hominum sermo, neque possessiones tuæ &c.

ACR. INclusam Danaēn) Acrisius pr̃, cū Danaēn ob pudoris custodiam valida, & munita turri clausisset, versus in auꝝ Iupiter, fingitur uiolasse, qd' nunc exēplum ad ostendendam vim auri & potentiā posuit, quo Probet in hoc cōpositam fabulā de auro imbre Danaes vt monstraretur nihil nō posse auro, atque pecunia corrūpi. Ordo est. Aheneas turris, & robustæ fores, & Tristes excubiæ, vigilum canū satis munierant inclusam Danaēn ab nocturnis adulteris: Si non Iupiter, & Venus Risissent Acrisium pauidum custodē abditæ virginis conuerso Deo in p̃tium, fore. n. tutum iter & patens, sup. sciebat. [Tristes) Epithetō vigiliaꝝ, eo qd' mœstitudinē generent, seu Danaē tristis nuptijs p custodiam denegatis. [Nocturnis ab adulteris,) Occultis, hoc. n. tp̃s crimini aptū est, vt est: Nec gregibus nocturnus obambulat, cū & p diē lupi insidiari cōsueuerint. [Pauidū) Sollicitū, & cautū pp iniunctū sibi officium. [Cōuerso in p̃cium deo,) Quia Iupiter in aurū versus p̃cium vr̃ esse cōcubitus. [Per medios ire satellites,) Per hostiū cuneos, & hostiles fremitus. [Et perrūpere amat saxa) .i. munitiones expugnare. [Potentius) Exaggeratio voluptuosæ rei. [Cōcidit auguris) Amphiaraū dicit, cuius vxor Eriphyle monili corrupta egit ut egrederetur ad bellū qd' exitiale velut vates p̃scius declinabat. [Ob lucrū) Propter amorē monilis. [Demersa excidio,) Detecta hiatu telluris. Nam p Amphiarao totā domū posuit. [Vir Macedo:) Philippū sigñat Alexandri Magni patrē, q multas ciuitates auro ꝓditoribus dato cœpit & diruit. [Munera nauiū Sæuos illaqueant duces.) Dicit piratas, pp rapacitatē. s. piratæ n. pp cupiditatē lucri latrocinia exercēt, & sæpe periclitaotur, & est ordo. Duces nauiū, non munera nauiū. [Cura) Sensus est. Curam & famē. s. diuitiaꝝ maioꝝ augeri q̃tus cupiditate, vt Iuuen Crescit amor nūmi, quantū ipsa pecunia crescit. [Iure perhorrui) Pecuniaꝝ desideriū merito spreui horrui timore curaꝝ, vel bonoꝝ potentia. [Verticem) Augmentum diuitiaꝝ, & celsitudinem dignitatū. [Quāto quisque sibi plura negauerit,) Quāto diuitias magis spreuerit contētus mediocritate census, nec habēti ambitū fortunę maioris tāto deoꝝ fauore dicit nil posse abesse. [Et trāsfuga,) Quia dixerat castra, seruauit metaphoram significando, transfugā dixit tanq̃ qui à diuitiaꝝ vitijs significet se transire velle ad virtutis insignia. [Contēptæ) .i. cōpositæ, & mediocris. Impiger laboriosus. [Magnas inter opes inops) Propter insatiabilē cupiditatē. Inopem. n. se ostendit rei desideratæ auarus, tanq̃ non habeat qd' q̃rit, vt Iuuen. Egenti viuere Fato. [Puræ riuus aquæ,) Laus mediocritatis sub agelli descriptione. [Et se certa fides meæ) Vbertas fertilis glebæ nō decipiens spē dñi, vel laborē agro suo p̃stitum. [Beatior) Multa Africæ patrimonia possidente. Ordo est. Et certa fides meæ segetis beatior imperio fertilis Africæ, fallit fulgentē sorte. i. illū qui p sortā fulget & nō natura. Nam naturale est vt quis paucis, parcisq. contentus sit. [Quenq̃ nec Calabræ mella ferunt apes.) In Calabria. n. sunt flores aptissimi apibus. Per mella aūt negat possessionē Calabriæ. [Nec læstrigonia Bacchus in amphora) Formiana, seu Sicula, in quibus locis Cyclopes fuerunt, qui Læstrigones vocabātur. [Lāguescit) Veterascit. [Pinguia) .i. crassa. [Importuna) Quæ importuuos facit & odiosos. Poterat tñ quæstio videri, qua crederetur Poëtam dixisse contraria, vt cum superius dixerit se transfugam diuitum, hic dicat sibi pauperiem abesse, sed conuenit, nec cōtrarium est vt qui diuitum transfuga est, importūnus paupertate nō sit, quam eligit, & quam libenter appetit. [Nec, si plura) Quā habeo humanitatē circa se Mecœnatis ostendit. Contracta melius mitigato & repulso desiderio diuitiaꝝ efficientem posuit per id quod efficitur. [Vectigalia porrigam) .i. paruus possestor minora persoluam tributa. [Regnum Alyattici) Hyliatticus rex Lydiæ, pater Chrœsi, qui opimo Imperio vsus est. [Bene est, cui deus obtulit) Omnia frugalitati suppetere, & nihil deesse dicit.

POR. INclusam Danaēn turris ahenea,) Hæc Ode ad Mecœnatē scripta est, quæ initium quidem habet ab habitatione Danaës, ceteꝝ tractat, quæ sit vis auri, & quantum potentiæ habeat, p hoc ostendit factam fabulam de aureo imbre Danaës, vt ostendatur nihil non posse auro, aut pecunia expugnari. [Nocturnis adulteris:) Belle nocturnis adulteris, quia adulteris nox apta est. [Si nō Acrisium, virginis abditæ Custodē pauidū, Iupiter, & Venus Risissent:) Sensus est Acrisius filiæ Danaës pudicitiā diligentissimæ custodisset, si nō diligentiā hanc elusam vellent Venus, ac Iupiter in aurū versus, qd' p̃tium vr̃ fuisse concubitus. [Aurum p medios ire satellites,) In hoc iam excessu consiliū est fabulæ, quā in principio posuit. [Concidit auguris Argiui domus, ob lucrum) Amphiarai. s. quē Eriphyle vxor corrupta monili aureo ꝓdidit. [Diffidit vrbiū Portas vir Macedo:) Philippū sigñat Alexandri Magni patrē. [Illaqueant duces) .i. capiunt. [Crescentē sequitur cura pecuniā,) Rep̃hendit eos q pecuniā hīc concupiscūt, tanq̃ feliciores futuri, cū tanto plus sollicitudinis, ac curæ habeāt, quāto maior est. [Maiorumq. fames.) Pecuniaꝝ maioꝝ. s. & ounc famē p desiderio posuit metaphoticos. Dicit aūt, qd' reuera videmus tanto cupidiores, auarioresq fieri hoīes quāto plus acquirāt. [Quāto q̃sque sibi plura negauerit, Adis plura feret,) Bella relatio. Sēsus est. Agellus meus, quamuis oneri mihi sit locupletiorē me tñ facit, nihil amplius. s. desiderantem q̃ ille est, qui sibi clarus vr̃, quod latissimas, multasq habeat in Africa possessiones, hoc ergo fallitur ille locuplex, q̄ se beatiorem iudicet. [Quanquā nec Calabræ mella ferunt apes:) Licet nil in Calabria possideā, inquit, vbi mel optimū nascitur. [Nec læstrigonia Bacchus in amphora) Læstrygones oppidū cāpaniæ Formias tenuisse dñr. In illa aūt regione q̃m saxosa est, pretiosissimum vinum Campanū nascitur. [Bacchus in amphora Languescit) Bacchus languescit, quasi senescit, ac per hoc veterascit, & paulo post ait. Promete languidiora vina. [Contracto melius parua cupidine Vectigalia) Reip. redditus dñr vectigalia. [Cōtracta melius parua cupidine Vectigalia porrigā) Sensus cōis est, & manifestus, ait. n. paruo se contentū plus sibi videri possidere, q̃ si multū hñs amplius desideret. [Quā si Mygdonijs regnū Alyattici Cāpis continuē:) Ordo est, quā si Mygdonijs cāpis regnū Halyattici continuē. Halyatticus, aūt rex Persaꝝ dr̃ fuisse, vel (vt alij dñt) rex Lydoꝝ, pater Crœsi [Bene est, cui deus obtulit Parca, qd' satis est, manu.) Subaudiendū hic extrinsecus pronomen, quod est ei, vt sit, Bene est ei, cui deus obtulit parca manu, quod satis est.

ASCEN. INclusam Danaēn) Auri, & munerum vim nociuam detestatus, animi continentiam ac modestiam laudat, docens veras diuitias, q̃ sufficientiām patriant, acq̃ri non accessione reꝝ, sed diminutione cupiditatum. Ordo est. Turris ahenea. i. fortissima, quasi ex ære quod rubiginē non sentit, & fores. i. ianuæ, aut value robustæ. i. fortes, & tristes. i. seueræ excubiæ canum vigilum, munierāt. i. defenderant satis Danaēn filiam Acrisij, qui nepotē ex filia timens eā includi fecerat, ab adulteris nocturnis, si Iupiter, & Venus. i. influentiæ illoꝝ planetaꝝ, aut (s̃m fabulas) dij illi non risissent Acrisium custodē pauidū. i. meticulosum, & auxiū virginis. s. Danaës, abditæ. s. in turri. Riserunt aūt. n. pro quia, fore. i. futurū esse, aut q̃a sciebant futurū iter tutum, & patens. i. paruium ad eā Deo. s. Ioue conuerso in aurum. i. in imbrē aureum in cuius forma se p impluuium. i. fenestram p quam impluit, in sinū virginis immisit. Aurum, amat. i. affectat ire q̃a viam inuenit p medios satellites, & amat, perrūpere. i. penetrare saxa potentius ictu fulmineo. i. quā faciat fulmē. Domus auguris Argiui. s. Amphiarai, seu Amphiarei, concidit. i. ruit tota, demersa exitio (aut excidio) ob lucrū. i. monile qd' Eriphyle vxor eius ab Argia vxore Polynicis ob ꝓditum maritū acceperat vir Macedo. s. Philippus Alexandri pr̃, qui a Iuuen. dr̃ callidus emptor Olynthi diffidit. i. aperuit violenter portas vrbiū, & subruit. i. subuertit reges æmulos. i. æque potentes, muneribus. i. donis. Munera illaqueant. i. irretiunt, & in seruitute tenent, sæuus duces nauium. i. piratas qui se ob munera mutuo ꝓdunt. Et iñ, cura sequitur pecuniam crescentē, & fames. i. desiderium, maioꝝ. i. grandioꝝ, quia (vt dicit Iuuen) Crescit amor nūmi, quantum ipsa pecunia crescit. Quo circa, ò Mœcenas decus equitum, quia in equestri dignitate permanere voluit, ego perhorrui. i. perfecte, & ad finem vsque horrui, iure. i. merito, viso periculo, tollere. i. erigere, verticē. i. extolli, aut sublimari, habendo verticem conspicuum. i. clarum, & conspirabilem late. [Nam quisque feret) .i. accipiet, à dijs tanto plura, quanto plura negauerit sibi. Nam (vt dicit Euangelium) qui se humiliauerit exaltabitur. [Ego nudus) .i. parum habens, peto. i. adeo, & me transfero, ad castra nil cupientium, hoc est sequor factionem illorum, qui nil cupiunt, & ego transfuga. i. transfugiens ab ijs, quibus prius adhæsi, gestio. i. manifeste cupio, relinquere partes diuitum, existens. s. aut futurus, splendidior dñs rei contemptæ. i. spretæ, q̃ si diceret occultare meis horreis, quicquid Appulus impiger. i. strenuus colonus arat. i. arando producit & gigni facit,

facit, existens inops .i. sine opibus, inter magnas opes, more auari, & diuitis, quia (vt dicit Sen.) Tam deest auaro, quod habet q̃ quod non habet. Riuus puræ aquæ, de quo in Sermone, qui incipit, Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus. Hortus vbi, & tecto vicinus iugis aquæ fons. Et paullum siluæ superis foret, auctius atque Dij melius fecere, bene est, nihil amplius oro Maia nate, nisi vt propria hæc mihi munera faxis, & silua paucorum iugerum, ad ignem .i. sufficiens, & certa fides .i. fidelitas, meæ segetis .i. terræ satæ, quæ annuum penum mihi sufficiat, beatior sorte .i. conditione Africæ, fertilis .i. citius beatum faciens q̃ si totam haberem Africam, fallit fulgentem imperio, quia is credit se beatiorem, cum non sit, sed multis curis maiores comparat. Vbi autẽ sollicitudo, illic nulla est beatitudo. [Quanquam &c.) Prosequitur quod inceperat dicere, non rerum accessione, sed cupiditatum minutione fieri beatum, ideoq. dicit se satis beatum vnicis Sabinis, licet exquisitas non habeat diuitias. Ordo est. Quanq̃ nec apes Calabræ ferunt .i. colligunt mihi mella, nec Bacchus lãguescit .i. veterascit, & domatur, ac mitior fit mihi, in amphora læstrigonia .i. Formiana, nam pretiosa crescũt iuxta Formias vina, nec vellera crescũt mihi pinguia sup. in pascuis Gallicis, vt in Pedemontium, vbi Gallia Italis Cisalpina, aut in Euganeis p̃sertim Altinatibus. Nam Col. lib. viij. de ouibus emendis sic ait. Generis eximij Calabras, Appulasq. milites nostri existimabant, earumq. optimas Tarentinas. Nunc Gallicæ preciosiores hñr, earumq. præcipue Altinates. Vt autem Strab. lib. v. ait, Altinum est in palude positum, similem Rauennæ situm habens. Martialis autem sic ait lib. xiiij. Velleribus primis Apulia, Parma secundis nobilis. Altinum tertia laudat ouis, tamen pauperies importuna .i. non supportanda, & ad improbitatem vrgens, abest .s. a me, nec ò Mœcenas si ego velim .s. habere plura, tu deneges dare plura, verum ego porrigam .i. extendam, & augeam melius parua vectigalia .i. paruos redditus, & agrorum fructus, cupidine .i. cupiditate, contracta .i. imminuta, quam si ego continuem .i. continuo possideam, regnum Alyattici .i. Crœsi Halyattis filij, hoc est Lydiam ditissimam, campis Mygdonijs .i. Mygdoniæ regionis in finibus Asiæ fertilissimæ. Multa desunt petentibus multa. [Bene) .i. satis multum est illi, cui Deus obrulit manu parca .i. licet parca, tamen quod satis est .i. vsque ad sufficientiam, vt dicunt, vnde & Prouerb. xxx. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam quis est dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.

CLAR. TRistis excubiæ) Tristes, inquit Acron, epitheton vigiliarum, eo quod mœstitudinem generent, seu Dianę Tristis, nuptijs per custodiam denegatis. Hæc ille. Vbi tristis esse trochæus quem pedem hoc carmen primo loco non recipit. [Custodem pauidum) Idem Acron, sollicitum & cautum exponit p̃p iniunctum sibi officium, perinde atque Acrisius vnus ex vigilibus turri adsistentibus esset. Idem Acron postea: Contempte dñs splendidior rei, contente legit pro compositæ atque mediocris, quod ego lectori iudicandum relinquo. Et segetis certa fides meæ &c. Ordo est, idem inquit, & certa fides meæ segetis. Beatior imperio fertilis Africæ fallit fulgentem sorte .i. illum qui p̃ sortem fulget & non natura. Nam naturale est, vt quis paucis parcisq. contentus sit. Hæc ille ingeniose, ut cetera. Talia nugamenta absque omni iudicio edita, omnes legunt, nec quisquã refellere audet, magni .s. auctoris, vt quem apud quosdam inter Horatij interpretes primum locum habere audio, de quo iurare ausim non intellexisse quæ hoc loco exposuerit ipse, si modo vere sunt eius hæc scripta. Ego nec construendum puto. Beatior imperio, nec fulgentem sorte, sed contra vtrunque vt recte exposuit Mancin. [Nec læstrigonia Bacchus in amphora) Læstrygonius, p̃ma æ, diphthongum habet, & y, secunda syllaba. Vt Odyssea v, hoc est decimo patet. At noster Acron Læstrigonia exponit Formiana, seu Sicula, in quibus locis Cyclopes fuerunt, inquit, Læstrigones vocabantur. Hæc ille. Formiana recte, sed Sicula non item. Cyclopes in Cilicia fuere, Læstrigones in Italia ad mare Tyrrhenum. [Regnum Alyattici) Porphyrion Alyatticum regem Persarum facit, quanquam alij Lydorum dicant, sic ille Acron Lydorum ait qui & Crœsi parentem fuisse addit. Mancinellus, patrem Crœsi non Alyatticum, sed Alyatten vocatum ostendit ex Herod. lib. j. nihil præterea poëtæ sensum addens. Badius Alyatticum, putat dictum Crœsum. Alyattis filium, quasi patronymicum. Idq. mihi placet, placet & quod paullo ante de ouibus gallicis exponit idem Badius. Altinatibus in Euganeis, siue Veneris. vbi omnes commentatores silent, tanquam res sit nota omnibus.

## AD ÆLIVM LAMIAM SENATOREM.

*Aelium Lamiam, cuius supra meminit, à generis antiquitate laudat. Ait enim Lamiarum familiam à Formijs oriundam, vbi Lamus regnauit, qui Lamijs in vrbe dignitate & opibus præcipuis nomen dedit.*

### *Ode XVII. Dicolos, Distrophos: Vt, Vides, vt alta stet niue candidum.*

--u---uu-u-
--u---uu-u-
--u---u-u
-uu-uu-u--



ÆLI vetusto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamias ferũt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne fastus:
Auctore ab illo ducis originem.
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Littoribus tenuisse Lyrin
Late tyrannus. cras folijs nemus
Multis, & alga littus inutili
Demissa tempestas ab euro
Sternet: aquæ nisi fallit augur
Annosa cornix. dum potes, aridum,
Compone lignum: cras genium mero
Curabis, & porco bimestri.
Cum famulis operum solutis.

ANTO. ELI vetusto) Ælij Lamiæ genus celebrat. ait inde cornicis augurio se nosse crastinã tempestatẽ hinc illum monet vt arida ligna componat ad sacrificium, quo luce sequẽti Geniũ mero & porco bimestri curare possit, de Ælio autẽ Lamia lib. j. Ode vero xvj. etiam meminit. [Quando) Quoniam. [Fastos) Consules intelligit. Lucanus: Qui dat noua nomina fastis. Fastorum libri dicuntur, in quibus totius anni sit descriptio, vt Fest. inquit. Priscianus vero libro vj. ait: Fastos pro annalibus à fastis, & non festis diebus dictos. (Fasti.) [Formiarum mœnia) De Formijs Ode superiori legito. [Maricæ) Seruius lib vij. Æn. scribit, Maricam fuisse Deam littoris Minturnensium iuxta Lyrim fluuium, afferens quoque hunc Horatij locum in testimonium. (Marica) Virg. autem in eodem lib. vij. de Latino ait: Hunc Fauno & Nympha genitum laurente Marica Accipimus. [Lyrim) Lyris superne labitur de Apenninis montibus & agro Vestino præter vicum Fregellas, excurrit autem in lucum sacrum, (Lyris.) quem magnis honoribus Minturnienses celebrant oppido incumbentem. Minturnæ autem inter Formias & Sinuessam erãt, vtrinque ad stadia lxxx. distantes. interfluit autem Lyris amnis, suntq. dictæ vrbes omnes maritimæ. Auctor Strabo lib. v. [Late tyrannus.) Rex. Virg. etiam ait: Hinc populum late regem. [Alga) Herba marina tenuissima. [Augur aquæ) .i. prænuncia. [Annosa cornix.) Hesiodus multa de hominum æuo referens, cornici nouem nostras attribuit ætates, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis. Plinius scribit libro vij. Cornix autem (Cornix.) ales est inauspicatæ garrulitatis, vt ait idem .i. infelicis, quasi auspicijs repugnantibus Cic. præterea lib. j. de Diuinat. scribit, Coruum a dextra, à sinistra cornicem facere ratum. Et Plinius docet, hyemem significari cum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt perfundentes sese, sed maxime cornix. Virg. etiam lib. j. Georg. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce, Et sola in sicca secum spatiatur arena. [Genium) Genius (Genius.) est numen quoddam familiare, quod nobis nascentibus datur, vt Seru. scr. lib. vj. Æn. Censorinus affeтebat (vt scribunt alij) eum dici Genium, seu quia, vt gignamur curat, seu quia vna nobiscum

gignatur, seu quod genitos semper tueatur, eundemq. esse Genium & larem ostendit Euclides dixit duplicem omnibus appositum esse Genium, bonum, & malum, Christiana veritas Angelos vocat non cum nascente genitos, sed nato sociatos, quorum alter bonus in bonum semper vrget quem seruat, alter autem malus in contrarium nititur & quasi bonorum, malorumq. nostrorum obseruatores, & testes in mortem vsque assistunt continui. [Operum solutis) Diem festum indicat.

ACR. AEli vetusto) Ælium Lamiam alloquitur senatorem. Æliorum autem familia a Lamo Formiarum rege oriri affirmata est vnde & Lamiæ cognomē nobilibus inditum est, quod vulgo Lamium genus vocabatur. Iuuen. Lamiarum cæde madenti. [Vetusto) Antiquo. [Quando) Si quidem [Fastos) Cōsules, qui nobilitatis in posteros memoriam testarentur. Per fastos autem consules vult accipi. Luc. Qui dat noua noīa fastis. [Princeps, Late tyrānus) Alibi pro domino, alibi pro crudeli, alibi pro potente ponitur, vt, Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. [Lyrim) Lyris fluuius est Campaniæ interfluens vrbem Minturnensium. de quo Luc. Et vmbrosæ Lyris per regna Maricæ. [Cras folijs nemus) De futuræ tempestatis indicio. vt, Omnia plenis Rura natant fossis. Ordo est. Tempestas demissa ab Euro sternet cras nemus multis folijs, & sternet littus inutili alga. [Annosa cornix.) Diu viuens Iuuen. Exemplum vitæ fuit à cornice secundæ. [Dum potes, aridum, Compone lignum:) Dū permitteris serenitate strue ad faciendum sacrificium. [Et porco bimestri.) Duos menses habente. Aut certe duos annos voluit significare & Luna computatos. Cum famulis operum solutis cū vacantibus seruis, & ab opere feriatis ostēdit autem tempus hyemis, dum ad focum parari, Hortatur, & sacrificium Genio instituit, vt Inuitat genialis hyems, curasq. resoluit & Ante focum si frigus erit, si messis in vmbra.

FOR. AEli vetusto nobilis ab Lamo,) Ælium Lamiam alloquitur senatorem. Æliorum familiam ab Lamo Formiarum rege oriri affirmat, vnde & Lamiæ cognomen ijs adhæsisse [Memores genus omne fastus: dr Princeps, & innantē Maricæ Littoribus tenuisse Lyrin) Formiani potentiores vīt fuisse Minturnensibus, & eorum agros tenuisse. Lyris flumen vbi Marica Nympha colitur. [Late tyrannus) Qui ad Lyrim vsque regnum suum extenderit. [Et innantē Maricæ Littora tenuisse Lyrin) Lyris per mediam vrbem Minturnensium labitur. Maricam aūt Minturnenses maxime colunt, cuius ēt lucus in ipsa Minturnensi ciuitate est. [Sternet. aquæ nisi fallit augur Annosa cornix) Etiam Virg. dicit cornices pluuię imminentis pręsagas esse cum ait: Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce augurem pro præsaga. i. diuina posuit. Annosa autem ait, qm̄ mille annos viuere affirmatur. [Dum potes, cornix. Cōpone lignū: cras genium mero Curabis, & porco bimestri: Cum famulis operum solutis.) Intelligendum in villa fuisse Lamiam, quem ideo hortatur apud focū epulati. sic .n. solent rustici hyeme cum feriati sunt quod ipsum manifestatur ex eo quod dixerit Genium curabis cum famulis operum solutis. talia sunt, & illa Virg. Inuitat genialis hyems, & Ante focum si frigus erit, si messis in vmbra.

ASCEN. AEli vetusto) Æliū Lamiā amicū a generositate laudatū monet futuro cōuiuio pspiciat, dicens. [O Æli nobilis ab Lamo vetusto, Qn̄). i. qn̄quidē. [Ferunt). i. dn̄t ferè oēs. [Lamias priores). i. priscos. [Et oē genus nepotū) .i. posteriorum, aut minorum [Per fastus). i. libros quasi annales, [Memores) .i. qui in memoriā reducūt consules, & nobiliū magistratus. [Denoiatos hinc). s. a Lamo vetusto. [Tu ducis originē illo auctore) .s. primo Lamo, q. dr. [Princeps) i. primus. [Tenuisse) i. possedisse. [Mœnia Formiarum, & tyrānus) i. rex. [Late). s. regnās, dr. [Tenuisse Lyrin innantem Littoribus Maricæ). i. Minturnēsiū deæ, hoc est maris iuxta Minturnas. [Tēpestas demissa ab euro). s. vēto oriētali. [Sternet) i. sternēdo operiet. [Cras nemus). i. siluā frōdosam. [Folijs Multis). i. frōdib⁹ vi vētorum decussis. [Et sternet littus). s. maris. [Alga). i. herba euulsa vi tēpestatis inutili. vn̄ in Buc. Proiectaq. vilior alga. i. cras erit maxima vētorum, & pluuiarum tēpestas. [Nisi cornix annosa.) Et ita non friuole garrula, sed serio. [Augur). i. pnūciatrix. [Aquæ). i. pluuiæ [Fallit) Sup. me. & ita tātisper sup. cū potes. [Cōpone) s. ad focū lignū aridū, q. a. [Tu curabis: cras geniū) i. Deū indulgētiæ. [Mero). i. puro vino, hoc est cras nobis vberius bibēdū est. [Et porco bimestri) i. duorum mēsiū pcello. [Cū famulis solutis operum) .s. labore, vt sit participium.

GLAR. AEli vetusto nobilis ab Lamo,) De hoc Ælio vr̄ lib. j. bis. dixisse ode xxvj & xxxvj. Porro Æliorum magna apud scriptores mentio. Hic aūt L. Ælius Lamia Cos. fuit cū M. Seruilio anno a Xp̄o nato quinto, ab Vrbe autē Cond. C C LV.

## AD FAVNVM.

*Fauno, qui à Græcis Pan appellari creditur, nonis Decembris sacrificabant ne læderet: Nam ex dys inferis & sinistris putabatur. Orat igitur non vt prosit, sed ne noceat, dum per agros suos transit.*

*Ode XVIII. Dicolos, Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-u---uu-u-u
-u---uu-u-u
-u---u-uu--
-uu--

FAVNE, Nympharū fugientū amator,
Per meos fineis, & aprica rura
Lenis incedas: abeasq. paruis
Aequus alumnis:
Si tener pleno cadit hœdus anno:
Larga nec desunt Veneris sodali
Vina crateri: vetus ara multo
Fumat odore:
Ludit herboso pecus omne campo:
Cum tibi nonæ redeunt Decembres:
Festus in pratis vacat otioso
Cum boue pagus:
Inter audaceis lupus errat agnos:
Spargit agresteis tibi silua frondeis:
Gaudet inuisam pepulisse fossor
Ter pede terra.

ANTO. FAVNE, Nympharum) Faunum agrestem, siluestremq. Deum orat vti per suos agros mittis, & innocens eat, cum pleno anno hędum, & vinaq., & odores plurimos tradat, agrestesq. etiam sibi tripudient. [Faune, Nympharum) Fauni Dei Latinorum erant quos in siluestribus locis traditum est solitos fari, quod Varr. scr. Seru. etiam docet Faunos dictos à fando. i. vaticinando, vnde & fatuos dicimus, inconsiderate loquentes. De faunis aūt Poëta lib. j. Georg. ait. Et vos agrestium præsentia numina Fauni Ferte simul Fauniq. pedem. [Lenis) Mitis, placidus. [Æquus) Benignus, innocēs. [Paruis alumnis:) Vernas intelligit villici filios. [Larga nec desunt) Ordo. Nec desunt Veneris sodali larga vina in cratere. Veneris autem sodali. i. tibi Fauno, dixerat .n. Faune, Nympharum fugientum amator, vel dicas. Nec desunt larga vina in cratere sodali, qm̄ sine Cerere & Baccho friget Venus. Et Plin. lib. xiiij. inquit de ebrijs. Præmiumq. summum ebrietatis libido portentosa, ac iucundum nefas. Ouid. item lib. j. de Ar. ait, Vina parat animos, faciuntq. caloribus aptos. Cura fugit, multo diluiturq. mero. Illic sæpe animos iuuenum rapuere puellæ. Et Venus in vinis, ignis in igne fuit. Et in lib. de Rem. Vina parant animos Veneri, nisi plurima sumas. [Ludit herboso) Id erat in numinis honorē, vt ēr pecora gauderent, & luderēt, q. sub eius tutela sunt [Vacat) Ab labore. s. [Nonæ Decēbres:) Tunc .n. Fauno sacra celebrabant. [Festus) .s. lætus, id aūt erat pp Fauni numē, cū festa Pagus celebrabat. [Pardus) Sunt pardi pantherarum mares. Panthera aūt, & tigris macularum varietate spectantur, suntq. pantheris in candido breues macularum oculi, ferunt colore earum mire sollicitari quadrupedes cunctas, sed capitis toruitate terreri, quamobrem occultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Auct. est Plin. lib. viij. Pardus. Acron hic legit, Pagus, vtrunque tn̄ cōuenit. [Agresteis frondeis:) Id erat, qm̄ locis siluestribus Fauni morabantur, hinc in eorum honorem agrestes frondes per humum spargebantur ab silua ipsa, non solum ab viris. De more autem id fiebat, vnde in Buc. Maro inquit: Spargite humum folijs inducite fontibus vmbras Pastores, mandat fieri sibi talia Daphnis. Item Alia Æglo. Quis caneret Nymphas, quis humum florentibus herbis Spargeret, aut viridi fonteis induceret vmbra. [Fossor) Agricola, quem gaudere dicit tripudijs in Fauni, sacris.

Fauni
Ebrietatis præmium
Pardus
Panthera

ACR. FAune, Nympharum fugientũ amator,) Quasi à celeritate sui Nymphæ Faunoꝝ petulantiam fugiant. [Et aptica) Amœnas, temperata, vt duceret apricis in collibus vua colorem. [Æquus alumnis) Alũnis rutis, vetnulis, quos maxime Fauni lædete dñr. [Lenis incedas) Propitius, placatus. [Pleno an).i. cõpleto, annuale ei se sacrificium facere ostendit. [Si) Autem, si quidem, vt, Vestro si munere tellus. [Cadit) Immolatut. [Veneris sodali Vina crateri) Cratere dixit Veneris sodali, ideo, quia sine Cerere & Libero friget Venus. [Vetus aram) Non ætatis cultu deserta, sed multo thure succensa, ostendit aũt se eos multis sacrificijs donauisse, quibus ptomerat, quæ petit. [Ludit herboso pecus omne campo :) Tanq̃ deuotionem diei in numinis honorem etiam pecudes lasciuiendo sentirẽt. Nonis etiam Decembribus Faunalia & Faunoꝝ culta dicebantur. [Festus).i.tua festa celebrans. [In pratis) Pratis aũt, quia Faunalia in siluis, & in pratis celebrabantut. [Cum boue pagus,) In Pagis.n & in Compitis celebtari talia consueuerunt, vt Virg. Præmiaq. in gentes Pagos & Compita circum Thæsidæ posuere, atque inter pocula læti Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres. [Inter audaceis lupus errat agnos) Non semper audaces agnos sed illo die. tanq̃ qui numinis interuentu non timeant, quod honori Fauni applicat, festiuitates suæ tempore lupos nocere pecudibus non sinentis. [Spargit agresteis tibi silua frondeis:) Veluti silua per amœnitatem frondes spargeret, vt, Spargite humum folijs inducite fontibus vmbras. [Gaudet inuisam pepulisse fossor Ter pede tetra) Cultu vinearum liberatus & Fauno sacrificat, vt inuitat genialis hyems, curasq. resoluit. ter vero ad rhythmum retulit.

POR. FAune, Nympharũ fugientum amator,) Faunum inuocat, quẽ aiunt inferum ac pestilentem Deũ est ſm quæ & nunc Horat. loq̃tur, cum eũ orat, vt tenuis ꝑ agros suos trãseat. Et Virg. in ij. Cũ apud Memphitẽ pestiferi odoris pallidum lucũ hr̃e ostendit, & in consulẽdo oraculo eius videri multa simulacra miris modis volitãtia. Atque imis Acheiõta affatur Auernis. Fugiẽtum amator, per lasciuiam dicit fugiẽtium, tale est illud. Et fugit ad salices, & se cupis ante videri. [Si tener pleno cadit hœdus anno) Significat semper se ei anniuersarium sacrũ hœdo facere. [Vina crateri,) Crateram Veneris sodalem dixit, q̃a sine Cerere & Libero friget Venus. [Ludit herboso pecus oẽ cãpo Cum tibi nonæ tedeunt Decẽbres) Nonis Decẽbribus Faunalia sunt, hoc est dies festus Fauni, in cuius honorẽ pecudes lasciuiunt. [Inter audaceis lupus errat agnos) Nõ semper audaces, sed illo die, quo videlicet non timeant lupum inter se errantem, & hoc interueniente numine Fauni euenire dicit qui quasi die festo suo vult pecora, quæ sub tutela sua sunt, sine periculo esse. [Gaudet inuisam pepulisse fossor Ter pede terram.) Inuisam terram fossoribus merito dixit. quod in ea laborent cum fodiunt, naturale est enim omnibus odisse laboris sui materiam, significatur autem agrestes cum festo Fauni feriati ludunt in terra tripudiare.

ASCEN. FAune,) Faunum festiue rogat, vt innocuus ꝑ arua sua incedat, polliceturq. si id fecerit, sacrificiũ, dicens. [Faune Nymphaꝝ fug.) Sunt.n. timidæ Deæ Faunum, qui rudis, & agrestis est, potissimũ timẽtes. [Incedas lenis).i. placidus & innocuus. [Per meos fineis).i. confinia agroꝝ meoꝝ. [Et per rura aprica).i. Soli exposita, & vmbrosa. [Et abeas).i. discedas. [Æquus).i. benignus, & innocuus. [Alũnis paruis) .i. vernis villici natis, aut fœtui pecoris, qđ potius credam, quia quasi obnoxius sit fœtui conseruãdo. addit confitenter, quasi dicere velit. [Si hœdus).i. fœtus capræ. [Tener).i. molliter educatur. [Cadit) Cum tibi mactatur. [Anno pleno).i. cõpleto (quia annuale sacrificium illi fecit) hoc si singulis annis mactatur tibi hœdus. [Nec).i & si larga vina non desunt crateræ à nominatiuo cratera, q̃a ab accusatiuo tertiæ masculini fit sæpe nominatiuus, in a primæ & fœminini, vt cratera statera, cassida &c. nec staret versus, vt sit cratere ꝑ in catere ablatiuus tertiæ, q̃ corriperetur.i. poculo illi. [Sodali) .i. quod est in societate Veneris, quia sine Cerere & Baccho friget Venus. Venter aũt mero æstuans facile despumat in libidinẽ, & si supp. [Ara vetus) .i. ab antiquo tibi instituta. [Fumat tibi multo odore) .s. thuris, aut potius holocausti. Prosequitur aũt in eius honorem, vt hic hymnus in eius festo canendus intelligatur dicens. [Oẽ pecus ludit) .i. salit, & tripudiat in campo herboso. [Cum nonæ Decembres redeunt) .i. in honorem tuum, quia tunc eius festum agebatur. [Pagus).i. paganus, hoc est rusticus, seu colonus (id autem melius q̃ pardus legitur) festus.i. festiuus, vacat.s. à labore in patris cum boue ocioso.i. cessante ab aratione. [Lupus errat inter agnos audaces,) Id est audentes tunc quia tuã protectione cõfisi nihil timent. [Silua spargit tibi frondeis agresteis, & fossor Gaudet, pepulisse pede terra).i. secundũ rhythmum & numerum saltandi. [Terram inuisam) .i. cuius fodiendæ labore defatigari soleat, & ita quasi in execrationẽ terræ saltendo conculcat eam.

GLAR. ROmani quædam numina colebãt vt prodessent quẽadmodum Iouem iuuans pater dictus est quædam ne nocerent vt febrem. Ad eum modum Horat. nunc Faunum, vt lenis per agros suos incedat precatut. In cõment. Porphyrionis quidam legunt tenuis pro lenis, sed lib. errant: Quemadmodum paullo post Memphitis, pro Mephitis ex vij. Æn. Quanquã Porph. Memphitem locum intellexisse videtur, si non assutum hoc quoque ei est, vt multa alia. Larga nec desunt Veneris sodali. [Vina crateri :) Mancin. Cratere putauit auferendi esse casus, Itaque exposuit in cratere, non attendens e, in ablatiuo correptum, quod huic loco minime quadrat. Crateræ autem datiui est casus vt recte annotauit Bad. Nec.n. hunc sua laude fraudandum puto etiam si ipse non primus hóc notauit.

## AD TELEPHVM.

*Telephum familiarem suum reprehendit, quod genelogias nescio quas, & curiosas historias scrutaretur, & non potius ea quæ ad vitæ vsum & hilaritatem attinent narret, curetq; vt suauiter potet, & sine noxa. Gratiarum numero, ad Musarum numerum cyathos exhauriat, neque progrediar, ne conuiuij gratia perdatur per temulentiam.*

*Ode XIX. Dicolos Tetrastrophos: Vt, Sic te diua potens Cypri.*

∴ ---uu-u-

---uu--uu-u-


QVANTVM distet ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus mori,
Narras, & genus Aeaci,
Et pugnata sacro bella sub Ilio.
Quo Chium pretio cadum
Mercemur: quis aquã tẽperet ignibus:
Quo præbente domum, & quota
Pelignis caream frigoribus: taces.
Da lunæ propere nouæ, * — *Vide annot. Frã. Rob sup isto loco.*
Da noctis mediæ, da puer auguris
Murenæ. tribus, aut nouem
Miscentur cyathis pocula commodis.
Qui musas amat impareis,
Ternos ter cyathos attonitus petes
Vates. treis prohibet supra
Rixarum metuens, tangere Gratia
Nudis iuncta sororibus.
Insanire iuuat. cur Berecynthiæ
Cessant flamina tibiæ?
Cur pendet tacita fistula cum lyra?
Parcenteis ego dexteras
Odi: sparge rosas. audiat inuidus
Dementem strepitum Lycus:
Et vicina seni non habilis Lyco.
Spissa te nitidum coma,
Puro te similem Telephe vespero,
Tempestiua petit Chloë:
Me lentus Glyceræ torret amor meæ.

ANTO. 
QVANTVM) Hac Ode Telephum poëtam Græcum familiaremq. suum, cum loco arguit. is.n. Græcoꝝ historias referebat Horat. cum tempus posceret cõuiuij potius necessaria tractare. Hortatur inde pueꝝ suum pocula ꝑparate assinrq. tibiæq. cum lyra, & fistula. [Inacho) Fuit Inachus primus Argiuorum rex, qui regnauit annis quinquaginta, anno — *Inachus.*

autem mūdi MMMCCXL. auct. est Eus. [Distet) Differat, vel absit. [Codrus) Fuit is Athen. rex xvij. q. regnauit anni xxj. anno mundi MMMMCX. vt scr. Eus. Vtq; Iust. lib. ij. ait: Cum essent inter Athenienses & Dorienses simultatum, veteres offensæ, quas vindicaturi, bello Dorienses de euentu prœlij oracula consuluerunt, responsum superiores fore ni regem Atheniēsium cecidissent. Cum ventum esset in prœlium, militibus ante omnia custodia regis Atheniensis præcipitur. Atheniensibus eodem tpe rex Codrus erat qui & responso Dei, & præceptis hostium cognitis permutaio, regio habitu pannosus sarmenta collo gerens castra hostium ingreditur ibi in turba obsistentium á milite, quem falce astu cōuulnerauerat, interficitur, cognito regis corpore Dorienses sine prœlio discedant. Atque ita Athenienses virtute ducis pro salute patriæ se offerentes bello liberantur. Post Codrum nemo Athenis regnauit. Administratio reip. annuis magistratibus permissa hæc omnia ex illo de hoc etiā Cic. in fine lib. j. Tusc. [Genus Æaci) Fuit is Iouis, Æginæq. filius. Genuit autem Telamonem, Peleum, & Phocum Ex Peleo ac Tetide Achilles ortus, qui cum Agamemnone ad Troiam accessit. auctor in ijs Diod. lib. v. [Sacro Ilio) A dijs .n. mœnia sibi constructa fuerant Dion. scrib. Ilio in Phrygia esse iuxta Idem montem, ciuitatem olim amplissimā, & maximoꝝ Heroum procreatricem, quam ferunt ab Neptuno, & Apolline cōditam extitisse, sed postea direptam & euersam Palladis, ac Iuno, consilijs, sitam prope Xanthi & Idæi Simoentis vndas. [Chium cadū) De Chio vino optimo superius dictum est. [Aquam temperet ignibus) .i. tepefaciat vtebantur n. tepida aqua pro diluendo vino. per id aūt Horat. hyemē tunc fuisse innuit. [Et quota) Sup. hora. [Pelignis frigoribus) Peligni populi sunt Marsis vicini. vt scr. Str. lib. v. Su mo aūt Pelignorum est Mediterranea ciuitas, vt docet lib. iij. Ptol. Pelignis aūt frigoribus, ait, quia ex montibus illis niuosis venire videbantur, qui Sabiniæ imminent. [Da lunæ propere nouæ) Hortatur puerum ad paranda pocula. Est aūt ordo, O puer, da propere pocula nouæ Lunę, da pocula Murenæ auguris, pocula Miscentur tribus cyathis cōmodis aūt nouem. [Da lunę) .i. in Lunæ honorem. Hoc ait, qm̄ solebant olim pocula sumere in deorum honorem, aut heroum, aut amicatum. Hinc Mart. inquit, Neuia sex cyathis, septem Iustina bibatur: Omnis ab infuso numeretur amica Falerno. [Tribus, aut nouem) Gel. lib. xij. cap xj. scr. Var. dixisse conuiuarum numerum oportere incipere à Gratiarum numero, & progredi ad musarum .i. proficisci ab tribus, & consistere in nouem, vt cum paucissimi conuiuæ sunt, non pauciores sint. quam tres cum plurimi non plures, quam nouē. Nam multos, inquit, esse non conuenit, quod turba plerūque est turbulenta. Attonitus nimio videlicet vino. [Nudis iuncta sororibus) De Gratijs videto superius Ode iij. lib. j [Berecynthiæ tibiæ) Id ait, qm̄ obliquam tibiam Phrygiam Midas inuenit geminas tibias Marsias. Cum tibijs, canere voce Trœzenus Dardanus instituit. Auctor Plin lib. vij. [Berecynthiæ) Berecynthes natio quædam inter Phrygias est. Simpliciter vero Phryges Troesq. prope Idam habitantes Rheam pcipuo venerantur honore, eius Orgia frequentares. hanc quidem deorū Matrem vocant, & Vestam, & Deam Phygiam magnam. ab locis aūt Idæam. Dindimenam, Philenam, Pesimontiam, Cybelem. Hæc scr. Str. lib. x. Lyra veterum Rom. epulis fides, ac tibias adhibere moris fuit. Et in prouerbium vsque Græcorum celebratum est, indoctos à Musis atque Gratijs abesse. Apud illos aūt mos erat, vt in conuiuijs post cœnam circunfertetur lyra, cuius cum se imperitū Themistocles cōfessus esset abitus est in doctior. Auctor est Fab. lib. j. de Musice. [Parcentes dexteras) Nil agentes. [Sparge rosas) In mensa. [Lycus is senex ei vicinus erat. [Non habilis) Non apta etat .n. Lyci senis vxor iuuenis. hic ille zelotypus erat & inuidus, ac odiosus. [Spissa te) Laudat Telephum à forma [Vespere) De hoc vide superius. [Tempestiua) Viri potens, apta viro. [Lenius) Occultus, ac longus.

*Codrus* · *Aeacus* · *Peligni.* · *Conuiuarum numerus* · *Berecītes*

ACR. QVantum distet ab Inacho) Telephum græcum poëtam sodalem suum alloquitur, iocose eum corripiens, q̄ historias non pertinentes ad propositum potius loquatur, q̄ quæ sint apta conuiuio. Alij volunt reprehendi Telephum, q̄ quantum temporis interestet ab Inacho, vsque ad Codrum q̄reret. Deinde conuersus ad puerum, vt impari numeto cyatoꝝ faciat potiones hortatur. [Codrus) Rex Atheniensium & Lacedæmoniorum fuit, hic imminentibus hostibus pto patria se deuouit, tn̄ so incitatus oraculi, quo prædictum fuerat, eos vincere posse quorum dux fuisset occisus hoc dum permulgatum fuisset, cœpit vitari ne occideretur. Mutato postea habitu gregarij militis ad castra hostiū petrexit, magnis iniurijs agēs, vt occideretur, obtimuit. vt Virg. Aut alconis habes laudes, aut iurgia Codri. [Et genus Æaci) Aut Achillis. per has aūt fabulas historiam grę cam significat [Sacro) Quia a numinibus muri facti dicebantur Troiani, hoc est Neptuno & Apolline. vt Virg. Cuperem cum vetere ab immo structa meis manibus periutæ mœnia Troiæ. [Quo Chium pretio cadum) Aut peregrinum vinum dixit, aut vas vino preciosus. [Tempete) Tepefaciat. nam tepefactis aqs solebant græci vina temperaret. [Quo) Aliquo. [Et quota) Sup. hora ordinale nomen est. [Pelignis caream frigoribus) Pelignū oppidum est Sabinoꝝ frigidæ regionis. [Da puet auguris Murenæ) Puerum pincernam alloquitur. hoc modo veteres festiuitatem conuiuiorum celebrare consueuerant, vt singulos vini cyathos sub singulorum deorum aut carissimorum hominum nomine in poculis apponi iuberent. [Da noctis mediæ) .i. bibamus in honorem mediæ noctis, & nouæ Lunæ, & auguris Murænæ. [Tribus aut nouem) Vt numero deus impare gaudet. tribus aūt aut nouem, aut propter musas, aut propter Chatites, quia lætitiam dabant. [Attonitus) Vt non inebrietur. [Vates) Pro quolibet fa. cricola. [Treis prohibet supra) Ne si supra nouem addideris tres ebrius factus exurgas in lites quæ sunt Gratiæ lætitiæq. contrariæ. ideo Gratiæ nudæ pinguntur veluti sine dolo, sine fraude, sine aliquo velamine. [Cur Berecynthiæ) Berecynthus vrbs Phrygiæ, vnde & tibias Phrygias dicit. quæ Matris deum sacris adhiberi consueuerant, ad quarum cantus, & à conuiuantibus saltabatur. vt, Tympana vos buxusq. vocant Bereeynthia Matris. [Parcentes) Ociosas a cantu, vel a miscendo cessantes. [Lycus) Vicinus hilaritatis nostræ strepitum, & inuidiam patiatur. vt Virg. Fit strepitus tectis vocesq. per ampla volutant Atria. [Non habilis Lyco) Vxorq. seni puella inhabili coniuncta esset. vnde & zelum eius ostendit, dum inhabilem dicit. [Telephe) Ordo est, Telephe tempestiua Chloe petit te niidum spissa coma, & puro similem vespero. & est laus pulchritudinis Telephi. Nam & ctinum compositio numinibus aptatur.

QVantum distet ab Inacho Codrus) Telephum adolescē tem alloquitur, q̄ quæ pertinerent ad cōuiuij præsentis apparatum nō narraret deinde conuersus ad puerū hortat, vt impari numero Cyatoꝝ repotiones faciat [Quātum distat ab Inacho Codrus, pro patria non timidus mori) Cōparationem, inquit, facit virtutum Inachi & Codri. Codrus aūt Atheniensium dux fuit, q. vt patriæ victoriam paretet, interimendum se Lacedæmonijs obtulit. De Inachi aūt virtutibus nulla extitit historia. [Et pugnata sacro bella sub Ilio) Sacrum Ilium dixit ſm Homericum illud ἴλιον ἱερὸν. [Quo præbente domū, & quota) Ad epulandum præbente. s. quo solent dicere. Apud quem & quota. [Pelignis caream frigoribus) Vtrum peligno oppido vult intelligi dici, an vt solent poëtę, speciem pro genere posuit, vt Lenis innatat alnus Mina Pado. [Da Lunæ propere nouæ) Sicut veteres singulos vini cyathos sub singuloꝝ deoꝝ, aut carissimoꝝ sibi nominibus solebant in poculum defundere, ſm quæ nunc hæc dn̄t. [Tribus, aut nouem Miscentur pocula cyathis cōmodis) Secundum illud Numero Deus impare gaudet. [Treis prohibet supra Rixarum metuens, tangete Gratia) Ait supra nouem cyathos si tres addideris futurum, vt ebrius factus exurgas in lites, quæ. s. contrariæ sunt Gratiæ. [Cur Berecynthię Cessant flamina tibiæ?) Berecynthus vrbs est Phrygiæ. ergo tibias Phrygias dicit, quæ sacris Matris magnę adhibentur. ad quarum cantus tn̄ solent & conuiuantes saltare. [Parcentes ego dexteras Odi) .i. ociosas, quę neque lyram percutiant, nec spargant rosas. [Audiat inuidus Dementem strepitum Lycus) Hilaritatis nostræ inuidia rumpatut. [Et vicina seni non habilis Lyco) Merito non habilis quia puella seni iuncta est. [Tempestiua petit Chloë) .i. matura rebus venereis. [Me lentus Glyceræ torret amot) Eleganter me lentus amor, quasi latens & occultus nunc intelligendum, vt lentus ignis, quia latens ac sine flamma vrit. POR.

QVantum) Facete Telephum poëtam amicū, cuius corporis formam prius celebrauit, mouet aium á carminibus, quibus grę cas historias nihil ad voluptatem facientes describebat, ad res lætioris cōuiuij auertere dicens, O Telephe, tu narras. s. in carmine, quantū Codrus rex Atheniensium, non timidus mori. i. qui se deuouit pto patria, distet ab Inacho, primo Argiuorum rege, & narras genus Aeaci, vt Thelamonē, Peleum, & Phocum, & bella pugnata sub Ilio sacra. i. à Dijs cōstructa, hoc est rex nihil ad nos aut ad conuiuium pettinentes, & taces quo pretio mercemur cadum Chium. i. vini Chij. quod optimum erat, & q. s. s. puer, temperet. s. tepefaciendo, aquam ignibus. & quo præbente domum. i. in cuius hospitio, & quota. s. hora, ego careā frigoribus. Pelignis. i. apud Pelignos populos vicinos Marsis existens. s. ante focum. Et ASCEN.

q. d.

q.d qa tu taces,ego meminero, addit, O puer da propere.i.pro peranter,pocula nouæ Lunæ.i.quæ ebibam in honorem nouilunij,da et pocula mediæ noctis.i. quæ ebibam in cõmemoratione & laudem eius,da.f.tertia pocula. Murenæ auguris.i. quæ ebibā in honorem eius,cuius fotte auspicio conuiuium interat.& quia tria cõmemorauerat,addit eius rei rationem dicens, Pocula miscentur cyathis tribus aut nouem,cõmodis.i.conuenientibus cui que fuis. Nam Vates attonitus.i.numine Bacchi, ac Apollinis raptus,q amat Musas impares.f.nouem,petet ter ternos.i. nouē cyathos.i pocula,hoc est qui in Musarum sunt tutela, ad illarum numerũ nouem sumant pocula,qui vero Gratijs, seu Charitibus placere,volũt,duntaxat tria,quia Gratia .f. Gratiarum,seu Charitum vna,iuncta sororibus.i.reliquis duabus nudis, metuens .i. metum habens,rixarum.i.ne fiant rixa,prohibes sup. cyathos su pra tris.i.excedentes numerum ternarium. Insanire iuuat, signi ficat se attonitis,& furentibus adscribẽdum nouem expetere pocula dicens. Iuuat.i.delectat,insanire.i.inebriari, cur flammis.i. fonitus ex flatu tibiæ Berecy nthiæ.i. Phrygiæ cessãnt? cur fistula pendet cum lyra tacita .i non resonante? Ego odi ò Telephe, dexteras parcentes.i abstinentes a pulsando plectro, sparge rosas,audiat Lycus maritus Zelotypus,& ita inuidus,strepitum de mentem.i.dementiæ indicem. Et vicina .f. coniux Lyci non habilis .i.non apta,quia iuuencula est, Lyco.f. vetulo,O Telephe, Chloe tempestiua.i.iam matura viro,petit te nitidum.i.decorum spissa coma & petit te simili vespero.i. vespertino sideri .f. Veneris,puro .i. sereno. Lentus.i.minus ardens. amor Glyceræ meç, id est dulcis amica,torret (aut terret).i.vrit me.

DOCT. interpr. DA lunæ) Erat mos apud veteres,vt propinantes aut bibituri deum quempiam aut hominem ominis causa præfarentur, quem etiam hac Ode poeta sequitur. Sed quod tres prohibet,supra,inquit, id veterum superstitionem pertinere videtur, qua creditum est impares numeros ad omnia efficaciores esse. De his plura in Adagio. Aut quinque bibe &c.

CLAR. QVantum distet ab Inacho Codrus,) Porphyrion, nescio de quo loquẽs, Comparatione, inquit, facit virtutũ Inachi & Codri. Codrus n. Athenienũi dux fuit, qui vt patriæ victoriã pareret, interimendum se Lacedæmonis obtulit. De Inachi autem virtutibus nulla extitit historia. hæc apud illum tanquam ex alio quopiam auctore. Alijs magis placet Telephi importunitatem ab Horatio taxatam, quod nimia exacte, tempori rõnem etiam in conuiuis narraret rem alio qui per se molestam. Quemadmodum nostra ætate, quidam scioli in mensa dum animus in patinis est de rebus altissimis sermones ordiuntur. Ad hunc sensum colliguntur ab Inacho ad Dodrum declxj. plus minus anni ex Chronicis Eusebij. In Acronis cõmentario Codrus rex Atheniensium ac Lacedæmonioũ dicitur magno errore. Ait etiam græcos consueuisse vinum tepefacta aqua temperare Mira mixtura Ad hæc pelignum oppidum esse Sabinorum. Sed vbi hoc legit? Et Attonitum exponit, vt non inebrietur. Denique vatem pro quolibet sacricola, Hæc ille sapiens commentator.

## AD PYRRHVM SODALEM.

*Pyrrhum amicum suum monet tam periculosum illi esse Nearchum in uenem a muliere. qua illum depribat, abstrahere, quàm à Leana auferre catulos suos.*

*Ode XX. Tricolos Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-∪--∪∪-∪--
-∪---∪∪-∪--
-∪---∪∪-∪--
-∪∪-∪



ON vides, quanto moueas periclo
Pyrrhe Getulæ catulos leænæ?
Dura post paullo fugies in audax
Prœlia raptor:
Cum per obstanteis iuuenum catervas
Ibit, insignem repetens Nearchum:
Grande certamen, tibi præda cedat
Maior, an illi.
Interim dum tu celereis sagittas
Promis, hæc denteis acuit timendos:
Arbiter pugnæ posuisse nudo
Sub pede palmam
Fertur: & leni recreare vento
Sparsum odoratis humerum capillis:
Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa
Raptus ab Ida.



ANTO. ON vides quanto) Erat insignis puer Nearchus apud mulierem quandã. Pyrrhus aũt poetæ soda lis illum rapere destinarat. Admonet igitur eum Horat.illã secum pugnaturam victoriæque facultatem esse penes Nearchum puerum. Nam ille victor erit, quẽ ipse voluerit laudat inde pueri formam. [Getulæ catulos leænæ) Amantem mulierem leæ habenti filios comparat, nam sicut orba natis lea furit, sic et mulier illa rapto sibi amato puero. [In audax).i.timidus.[Grande certamen) .i ipsa mulier certans & furens.[Tibi præda cedat Maior, an illi) Interrogatiue legendum. est.n.sensus, Vinces ne tu, an illa? [Dẽtes acuis) Adhuc perstat in metaphora. [Arbiter pugnæ) .i. ipse puer pugnæ iudex. Dicitur.n. arbiter, qui totius rei habeat arbitrium & facultatem. vt Fest. docet. [Sub pede palmam).i.dissolu to & libero. ostendit enim victorem fore cui puer voluerit palmam tradere. & seipsum. [Nireus) Is regnauit in Naxo insula, fuitque Charopi filius, atque Algiæ, speciosus admodum. & qui cum Agamẽnone ad Troiam profectus est, vt Diod. air lib. vj. Meminit etiam Hom. in Iliad.[Aquosa Raptus ab Ida).i. Ganymedes qui filius Trois ab Ioue in Aquilam verso, raptus dicitur à Poeta lib. v. ibi .f. Victori chlamidem auratam &c. scribit etiam lib. x. Metam. Ouid [Aquosa Ida) ab Ida enim monte defluunt. Scamander, & Simois vt scribit Mela.

*Nireus*

*Gammedes*

ACR. NOn vides quanto) Hæc allegoricos per cõmemoratione Pyrrhi Epirotæ regis qui pro Tarẽtinis aduersus Rom. pugnauit ad Pyrrhũ sodalem dñi, qui puerum Nearchũ nomine, a quadam fœmina dilectum sollicite extrahere conatur. Facit leænam vrbem Romam, Catulos, eius vrbis principes. [Getulæ) Getulam pro magnitudine patriæ posuit. Vt pœnorum, qualis in auris Sautius. [Cum per obstanteis cateruas iuuenum Ibit, Grande certamen repetens insignem Nearchum) Nomine, aut equitem Rom. quem Pyrrhus tenebat Epirota, aut obscura eloquentia Pyrrhum sodalem incertamẽ ire dixit in mulierem, quæ certamen cum eo habitura esset, cupiens illi eripere Nearchum ipsam.n.leenã grande certamen ire dixit. [Tibi præda cedat).i.tibi cognosces cui maior accidat Victoria, tibi an illi. Hortatur aũt illum quiescere qa inexhausta semp dubios facit.[Dẽteis acuit timẽdos) Sequit metaphora leænæ in Romę cõmemoratione. vult aũt intelligi non posse resistere amori, cõmemoratione Paridis victi libidine. nam fabulam tangit.[Posuisse nudo Sub pede palmam Fertur) .i. fertur Veneri succubuisse, hoc est.n. dicere posuisse palmam sub nudo pede, quod cessisse libidini. dicit aũt Horat. frustrari Pyrrhum comitem conantem ab amore meretricis reuocare iuuenem. [Arbiter) Paris q̃ palmam iudicando posuerit sub nudo pede Veneris. ut expleret uno uerbo fabulã. aut hunc puerũ arbitrium certaminis, posuit palmam contentionis ipsius calcantem cui se amatum potissimum traderet. Potro si regem Pyrrhum intelligere uelis, arbiter, non iudex, sed auctor belli accipiẽdus est.[Sparsum odoratis) Ambigue.n pueri tondebãtur.ad emphasim vero Venereç seruitutis dicit illum hře humeros sparsos odoratis capillis. [Qualis aut Nireus) Nireus tam speciosus ab Homero traditur, ut omnes Græcos excepto Achille superaret.[Raptus ab Ida) Ganymedem dicit, ut, Quẽ præpes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis.

POR. NOn uides quanto moueas periclo) Hæc allegoricos ad Pyrrhũ sodalẽ dñr, qui puerum Nearchũ nunc à quadã fœmina dilectũ, sollicitet & ei extrahere conet. [Inaudax).i.nõ audax, ac p hoc timidus. [Ibit isignes repẽtes Nearchũ Grãde certamẽ tibi præda cedat) Maior, an illi obscura elocutio, qđ certamen ipm ire dixit non mulierẽ, quę certamen cũ Pyrrho factura sit, cupiens ei eripere Nearchũ puerũ.[Hæc denteis acuit timendos) Belle hoc dř de ea quam iandudũ sub noie leænæ intelligi uoluit.[Arbiter pugnæ posuisse nudo Sub pede palmam) Hunc puerũ arbitrum certaminis esse dicit, & palmam contentionis ipsius refert. Quo intelligi uoluit illum uictorẽ certaminis. futurum, cui se tradere uoluerit. Qualis, aut Nireus (fuit) Nirei pulchritudinem, & Hom. prædicauit. eum ait νιρεὺς ἀγλαὸς &c.

Non

ASCEN, NOn vides) Facete alludens ad Pyrrhum Epirotarum regē nobilissimum & ductorem exercitus, sanè præstantē, Italia tñ tandem cedere coactum, monet Pyrrhum sodalem suū poeta ne pergat diuellere Nearchum puerum ab eo amatum è manibus mulieris ipsius amatricis, ipsumque detinentis, nam ēt si extorserit victoria, tñ fuerit in arbitrio pueri, ad vtrum volueret redituri. Ordo est, O Pyrrhe non vides.i. consideras ne supple cum quanto periculo, pro periculo, moueas.i. auferre conris catulos leęnæ.i. puerum Nearchum tam ardenter ab amica dilectum & cum tanta feritate reperendum, vt catulum amat leæna, & si auferatur repetit? tu raptor fugies in audax .i. non satis audax post paullum.s. tpis, prœlia.s. cum furente muliere dura, cū ipsa ibit per obstantes cateruas iuuenum repetens Nearchum .s. Puerum insignem i. eleganti forma prædium.i. appositorie grande certamen sicuti in Buc. Maro. Et certamen erat Corydon cum Thrysíde magnum aut grande certamen erit, an præda .s. Nearchus per te ablatus, cedat maior.i. potior, & pro maiore tpe tibi, an illi.s. mulieri, quam leænam dixit. Interim.i. iter ea loci, dū tu promis celeres sagittas, & hæc.s. leæna hoc est acris mulier acuit dentes, ipse puer arb.i. qui ex arbitrio victoriam attribuit vtri vult fertur posuisse pugnę.i. victoriam, Sub pede nudo.i. inermi, & nullo præterquam arbitrio munito, aut in solo pede, quo vtro velut accedat. & fertur recreare, vento.i. stare ociosus ad spectaculum recreans vento, humerum sparsum.i. consparsum, capillis odoratis.i. vnguento delibutis. qualis fuit aut Nireus rex Naxi indulgentissimus, aut raptus.s. Ganimedes, ab Ida.s. silua Phrygię aquo la.i. vnde duo defluunt fluuij Scamander, & Simois.

GLAR. PYrrhe Getulæ catulos leænæ) Ode vt huius lib. Acronis cōmentarius Pyrrhum Epirotarum Antiocho auxilium tulisse dicitur, hic Tarentinis. Cæterum hæc Acronis comparatio à nomine Pyrrhi sumpta parum congruere visa est Landino, mihi etiam inepta prorsus videtur ideoque non multa de ea verba facere placuit.

## AD AMPHORAM EODEM
se cum anno natam.

*Festiue ebriorum naturam describit, quidam enim faceti & hilares quidam somnolenti sunt, nonnulli vino in Venerem accenduntur, Prouocat deinde Catonis exemplo Coruinum. Tametsi Philosophus sit ad largiorem compotationem, nam præterquam quòd per vinum amicitiam experimur animi quoque tristitiam illo optime discutimus.*

*Ode XXI. Dicolos Tetrastrophos: Vt, Vides vt alta stet niue candidum.*

--∪---∪∪-∪-
--∪---∪∪-∪-
--∪---∪--
-∪∪-∪∪-∪-∪



NATA mecum consule Manlio,
Seu tu querelas, siue geris iocos,
Seu rixam, & insanos amores,
Seu facilem pia Testa somnum,
Quocunque lectum nomine Masficū
Seruas; moueri digna bono die:
Descende, Coruino iubente,
Promere languidiora vina.
Non ille, quanquam Socraticis madet
Sermonibus: te negliget horridus:
Narratur & prisci Catonis
Sæpe mero caluisse virtus.
Tu lene tormentum ingenio admoues
Plerunque duro: tu sapientium
Curas, & arcanum iocoso
Consilium retegis Lyæo:
Tu spem reducis mentibus anxijs,
Vireisq., & addis cornua pauperi,
Post neque iratos trementi
Regum apices, neque militum arma.
Te Liber, & si læta aderit Venus,
Segnesq. nodum soluere Gratiæ,
Viuæq. producent lucernæ:
Dum rediens fuget astra Phœbus.



ANTO NATA mecum) Amphoram hortatur optima vina effundere in Coruini gratiam, qui & si mores. Socraticos habet non tñ à potu abhorrebit, Catonis exemplo, is enim mero caluisse pluries legitur. Edocet inde quid merum efficiat. [Consule Manlio) Vno eodemque tempore vini amphoram, & te natum asserit. [Seu tu querelas) Vino enim aut queruli, aut hilares, aut venerei, aut pugnaces, aut somnolenti fiunt. [Quocunque nomine).s. consulum. [Lectum) Erat enim in amphora consulum nomen in vetustatis testimonium. [Massicum) Vinum optimum. de quo superius. [Digna) Sup. tu. [Bono die) .i. festo. [Languidiora) Languidiores reddentia, seu vetustiora. Dixit enim superius, Ode xvj. huius lib. Nec Læstrigonia Bacchus in amphora. [Languescit mihi).i. senescit. [Non ille) Asserit Coruinum non abhorrere potu, exemplo Catonis. [Madet) Persusus & est plenus. [Socraticis Sermonibus) Socrates primus de vitæ rōne disseruit. Primus Ethicem inuenit, ea potius inquirēda exhortans. quæ mores instruerent. dicebatque scire se nihil præter hoc ipsum. quod nesciret. Apollinis demum Oraculo mortalium oīum Socrates sapientissimus pdicatus est. Auct. Laërtius. [Prisci Catonis) Catones duo celeberrimi fuerunt maior & minor. Maior dicebatur priscus, consequenti tpe Cato ei virtutis cognomentum extitit, Nam Romani eum, in quo multarum rerum vsus, ac experientia sit, Catonem nominabant, is in exercitu, quasi semper aqua vtebatur, ꝙ si qñ magis, atque magis, calore oppressus siiret, aceti frequenter haustu sitim sedebat, vel si qñ vires pristinas desiderasset, vegetandi corporis causam, leuiusculi nonnihil vini delibare consueuerant, cum seruis in domo sedere solitus eodem pane, eodemque vino vescebatur. Et imperator & consul eodem vino quo & operarij vsus est. Cato vero minor, qui pro auum habuit Catonem maiorem, & si omni virtute abundaret, attamen sæpe cum amicis ad Auroram vsque in potationibus vigilabat, causam huius rei credunt fuisse negocia publica, in quibus p totos dies occupatus, atque ita amicos conuenire, & cum illis versari prohibitus per noctem, atque potum cum eisdem esse cogebatur. Auctor est Plutarchus. Prisci C. Poeta abusus est nomine. Non enim Cato priscus, sed Vticensis vino inuigilabat, vt iam ostendimus, vel ad tempora sua respexit, Erāt quippe & alij Catones. [Tu lene tormentum) Vini potentiam, & effectus explicat. [Lene tormentum) Vini calorem, atque potentiam, & molestia quandam lene tormentum appellat. [Ingenio duro) Seuere naturæ viro, vt Catoni & similibus. [Curas &) Pro.i. arcanum consilium. [Retegis Ebrij enim secreta paudunt. [Iocoso Lyæo) Per vinum quippe multi iocosi fiunt, & hilares. Virg. Assit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. [Tu spem reducis) Mesti enim vbi vino incaluere, melius sperant. [Viresque & addis corona pauperi) Cornua intelligit ipsas vires. Fest. autem inquit, Homines nimio vino truces fieri, ideoque liberi patris simulacro, cornua addi. videto latius lib. ij. Ode xix. Ouid. item lib. j. de Ar. de vino ait, Vina parant animos, faciuntque coloribus aptos, Cura fugit multo diluiturque mero. Tunc veniunt risus tunc pauper cornua sumit, Tunc dolor, & curæ, rugaque frontis abit. Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro Simplicitas artes excutiente Deo. [Viresque & addis) Ordo est, Et addis vires & cornua .i. violentiam pauperi post te.i. post tuum potum. [Trementi neque iratos regum apices.i. potentias, atque sublimitates. Neque militum arma, id aūt euenit. qm̄ ebrius putat sese liberum esse & nulli subiectum. [Te Liber) Sensus est, ꝙ Liber Venus, & Gratiæ Veneris comites & lucernæ peruigiles vsque ad sequentem Auroram potus producent, quod & de Catone legitur, vt diximus. [Segnes) Pigræ nunquam enim soluuntur de quibus videto in lib. j.

ACR. O Nata mecum Cōsule Manlio) Amphoram vini, alloquitur, cuius vetustati annos suos computat, & dicit se natum Manlio Consule. Et est Ordo. O pia testa nata mecum &c. [Siue geris iocos,) Vino enim aut ioci, aut querele nascuntur, vel diuersa quæ memorat. Quocunque enim ex omnibus supradictis, siue ad iocos siue ad querela &c. [Descen-

de

de, Coruino iubente) Se ad cōuiuium inuitare significat, in cuius honorē vetustissima se vina ostendit prolaturum. Notādo elocutio: Descende ꝓmere, pro descende, vt promas. [Madet) Hoc est fluens est philosophiæ scientia optat tñ vino fieri madētior. [Te negliget horridus) Tristis censorius, seuerus. [Negliget) Cōtemnet. [Prisci) Antiquioris, nō Vticensis. [Caluisse) Excreuisse, efferbuisse, vt quāuis secreta proderet. [Virtus) Ingenium, siue prudentia. [Tu lene tormentum) Laus vini, hoc est ebrietate interdum prodis, qñ per obstinationem animi non potest extorqueri tormētis, prodendo enim secreta remouet tormentum. [Mentibus anxijs) Sollicitis prudētibus, etiam ad cogitationum leuamē vino spem pręstari, & remoueri tristitiam. [Et addis cornua) .i. superbiam, temeritatē, qua vino fieri per violentiam cerebri vult intelligi. [Et addis cornua pauperi) Ordo est, & addis cornua pauperi, & vires post te nec trementi. iratos apices regum neque arma militum. [Tremēti) .i. pauperi frigore tremēti, & ostendit superiores & nobiles ab inferioribus cōtemni per vinum. [Te Liber, & si) Ordo est. Te Liber & si aderit læta Venus & gratiæ segnes soluere nodū & viuæ lucernæ, producent te dum Phœbus, rediēs fugat astra. [Segnesq́ nodum soluere) Hoc est quę nodum non soluant, quo connexæ sunt, ꝓpea hoc dictum est, q a qui fida inter se gratia iunguntur nunꝗ resoluuntur ab amicitiæ fide. vnde & ipse Gratiæ coniunctis secum manibus finguntur. [Producent) In lucem se per gratiam & lætitiam significat ꝓtracturum esse conuiuium. [Fuget astra Phœbus) Vt stellis aurora fugatis.

POR. O Nata mecū Consule Manlio) Iocularirer ad amphorā quā habebat vini veteris loquitur. quam vt ostenderet quā vetustum vinum habeat, secum natā dixit. apparet autē Flaccum & consule Manlio natū esse. [Seu tu querelas, siue geris iocos, Seu rixā, & īsanos amores Seu facilē pia Testa somnū) Belle hæc dīr, vt ꝑ vinum alij querelosi. alij hilares ac iocosi & quidā rixantur in cōuiuio. quidam aūt in cupiditatem veneream efferuescūt, nonnulli obdormiunt. [Descende, Coruino iubente Promere lāguidiora vina) Significat se Messalā Coruinū pascere in cuius honorē vetustissimi vini amphoram ꝓmere vellit. [Descēde, Coruino iubēte Promere languidiora vina, &c.) Descende ꝓmere, pro descēde, vt promas. vt est illud: Bibere ab fumo. Languidiora aūt vina dixit, vetustate lenita. [Sic ergo, & illud supra dictum: Nec Læstrigonia Bacchus in amphora Languescit mihi. [Nō ille, ꝗꝗ Socraticis madet Sermonibus, te negliget horridus Narratur & prisci Cat.) Ordo & sensus est, Nō ille te negliget, nec est in hoc horridus, ꝗꝗ philosophiæ studiosus sit. [Tu lene tormentū ingenio admoues) Qm̄ blāditur ebrietas, & extorquet plerūque animi grauitatē. [Viresq. & addis cornua paupi) Bene & hoc, qa interdum ꝑ ebrietatem hoīes humilitatis suæ obliti, in maiorē sui fiduciam exurgunt ꝑ quam melioribus non cedentes accendūtur temeritate Per cornua aūt violentiam cerebri intelligi vult. [Te Liber & si læta aderit Venus) Significat se ex hac amphora potādo hilaritatem & gratiam conuiuij, vsque in crastinum mane productorū. [Viuæq. lucernæ) Pro ardentibus dixit. [Regum apices) Per apices sublimitatem honoris, ac potentię significat vt supra ostēdimus. [Segnesq. nodum soluere Gratiæ,) Hoc est quæ nodum non soluunt. Ad hoc autem id pertinet, ꝙ qui fida gratia inter se iuncti sunt nunꝗ ab amicitia soluuntur.

ASCEN. O Nata) Amphoram affatur, dicēs. [O amphora natā mecū) .i. cum ego nascerer. s. consule Manlio. [Quocunque noīe) .s. Consulum. [Tu seruas vinū Massicum lectū) .i. collectū, existens digna moueri. [Bono) .i. læto die. [Descende, Coruino iubēte Promere vina lāguidiora) .i imbecilliora, quod qa Socraticus vit aut modestia iussit, licet forte melius recipiat. [Seu tu geris querelas) .i. vinū excitatiuum querelarū, seu iocos, seu rixā, & amores insanos seu. [O pia testa geris facile somnū) Hæc.n. a diuerso vino potis ingerunt. [Non il.) Quanꝗ, inquit, ille s. Coruinus. [Madet) .i. fluit. [Sermonibus Socraticis) .i. moralibus, & frugalitatē cum sobrietate laudantibus tñ sup. [Nō negliget te horridus) .i. vt horridus & incōcinus conuictor. [Nā & virtus Catonis prisci) .i. veteris, nō tñ maioris, nec cui prisco cognomē erat, sed Vticensis, narrat caluisse sæpe mero. vnde & Sen. dicebat se potius laudaturū ebrietatem ꝑꝑ Catonem ꝗ vituperaturū Catonem ꝗꝗ ebrietatem. [Tu amoues plerunque ingenio duro) .i. difficili. [Tormentum lene) .i. molestiam tolerabilem, tu amoues curas sapientium. [Et retegis) .i. aperis. [Lyæo) .i. vino, á dissoluēdo dicto. Iocoso, qa ad iocunditatem faciente. [Consiliū arcanū) .i. occultum prius. [Tu reducis mentibus anxijs, spem, & Vireisq., & addis pauperi cornua) .i. petulantiam, aut violentiā, nec trementi. [Post te) .i. post potum boni vini apices .i. sublimes magistratus regum, [Iratos) .i. iratorum. [Neque arma militū) .i. satellitū. [Liber) .i. Bacchus, & Gratiæ segnes .i. tardæ. [Soluere) .i. ad soluēdum. [Nodum) .i. vim obligationis pro beneficio accepto. [Si Venus lęta aderit & lucernę viuæ) Vigiles, aut vigilū, hoc est ardētes. [Producent) .i. exercebunt te. [Dum) .i. donec. [Phœbus) .i. Sol rediens. [Fugat) .i. occulit. [Astra) .i. vsque ad diem.

GLAR. O Nata mecum Consule Mālio) Horatius natus est ab vrbe cōdita. dcccclxxxix. Coss. L. Aurelio Cotta, T. Mālio Torquato ambobus iterum. Quo tpe aūt Ode scripta sit á poeta, scire nō possumus, certe poëta ipse non ad rotundū supputationem asserit, cum subiungit. Quocunque lectum nomine, qđ de Coss. intelligo, ēt si aliter hæc exponat Acron, ex omnibus inquiēs supradictis siue ad iocos, siue ad querelas, quod mihi displicet. [Madet sermonibus) Madet (inquit Porphyrion, & docte breuiter) perfusus est, & plenus. Acron aūt, Fluens est, inquit, philosophiæ scientia. Et adijciens suo more sanè quam eleganter. Oprat tñ, inquit, vino fieri madentior. [Prisci Catonis) Antiquioris, idem ait Acron non Vticensis. Alij aūt de Vticensi intelligunt ex vita ipsorum Catonum. pro Actone epitheton Horatij est. At alij ad sua poëtam tempora retulisse dicunt, quod tamen non admodum longum fuit ab Vticensi Catone. vel confudisse epitheta, quod sæpe fieri solet. Historia apud Plutarchū ac alios de vtroque Catone in manibus omnium est, Et ipse poëta Catonis Vticensis libenter meminit. vt lib. j. Ode xij. Et lib. ij. Ode j. Quod aūt Acron caluisse exponit pro efferbuisse, vt quamuis secreta proderet, ineptum est, de vtro voles Catone intelligas. Tu lene tormentum ingenio admoues, Quidam amoues ex admoues fecerunt quasi poëta dicat, vinum amouere tormenta duro ingenio. Verū hi parum animaduertunt epitheton additum lene. Ego admoues malim, & tormentum pro remedio exponā quasi poëta dicat, Vinum duro ingenio lene tormentum admouere .i. placidum remedium, Atque ita etiam legit Adagio In vino veritas. Ceterum qui volet .s. aliquid arguti legere, videat hoc loco Acronem, si vt paullo post trementi exponit pauperi Frigore trementi, hæc tanquam de Tripode Apollinis prolata sint, cogimur credere & tantum, non adorare.

## IN DIANAM.

*Consecrat pinum Dianæ, in fundo suo, eiusq; officia ac potestates numerat, pollicetur q; verrem anniuersarium.*

*Ode XXII. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-υ---υυ-υ-υ
-υ---υυ-υ-υ
-υ---υυ-υ--
-υυ-υ

MONTIVM custos, nemorūq. virgo,
Quæ laboranteis vtero puellas,
Ter vocata audis: adimisque leto
Diua triformis:
Imminens villæ tua pinus esto:
Quam per exactos ego lætus annos,
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

ANTO. MONTIVM Custos) Dianę officia celebrat. est enim montium, nemorumque custos, est virgo fauet parturientibus, & morte liberat. Post hæc pinum quandam villæ suæ imminentem eidem cōsecrat, promittens anno quoque verrem sacrificare. [Montium custos &c. Quæ laborantes. Luna Luna, vt Varro scribit, nascentium dux est, hinc ab iuuando & Luce Iuno Lucina dicta ab Latinis. ipsa.n. mensibus actis in lucem produci infantes. Lucina Diod. etiam lib. vj. scribit, Lucinam pariētium curam habere, officiumque eorum quæ parturientes perferunt. Vnde & in partus discrimine, ac difficultate hanc mulieres præcipue inuocant Deam. Ad Dianam tradunt infantium ac ciborum. quos id ætatis postulet, officium pertinere, qua ex causa puerorum nutricem vocari dicunt. Cic. in lib. de Natura deorum scribit, ꝙ Dianam, & Lunā eandem esse putant. Luna á lucendo nominata est. eadem est.n. Lucina. Itaque vt apud Græcos Dianam,

nam,eamque Luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in
Diana patiendo inuocant quæ eadẽ Diana omniuaga dr̃ Diana dicta ꝙ
noctu quasi diem efficeret. adhiberur autem ad partus,ꝙ ij matu
rescunt,aut septem nonnunquam, aur vt plerunque nouem Lu-
Menses næ cursibus,qui quia mensa sparia conficiunt,menses nominan-
tur. hæc ex Tullio. [Ter vocata) Ternarius enim numerus &
mas impar est,& religioni tributus.de quo latius li.j.Ode xxviij.
[Diua triformis) Quia vt etiam Porphyrio docet)eadem existi-
matur,Lucina,Diana,Proserpina, Ouidiusque lib.j. Fast. ait.

*Ora vides Hecates in tres vergentia partes:*
*Seruet vt in ternas compita secta vias:*

Virgil. item lib. iiij.

*Tergeminamq; Hecaten tria virginis ora Dianæ.*

Verris [Exactos finitos).i.anno quoque.[Verris)Est verres porcus mi
nime castratus [Obliquum ictum)Sic.n.magis arbor offenditur.

ACR. Montium custos) Pinum Dianæ in agro suo consecrat; apud quã se verrem quotannis sacrificaturum promit-tit:[Ter vocata),Trina Dianæ potestas putatur,Ipsa.n. venantibus præ esse dicebatur. ipsa Luciferæ io honorẽ Lucinæ. vnde a parturientibus inuocatur. ipsa Proserpina. ideoque ter vocata. Nam & ipsa prior à Latona dicitur edita matrem etiam in fratris partu iuuisse.[Diua triformis) Vt tria virginis ora Dianæ. [Imminens villæ) Ordo est, Pinus imminens villæ tua esto prosit. & sic est melius dictum,q̃ si dicatur esto aduerbium concedentis. [Exactos) Finitos.[Verris obliquum meditantis ictũ) Modum ferientis porci describit. Nam sæuius lædunt verres cum transuersum feriunt, iuxta dentium naturam.

POR. Montium custos,nemorumq. virgo)Dianæ pinũ in fundo suo cõsecrat.apud quam quotannis se verrẽ sacrificaturũ repromittit. [Quæ laboranteis vtero puellas Ter vocata audis) ſm Græcorum opinionem,qui parturiẽtibus Dianam adesse dicunt,quam ideo Lucinam appellamus ꝙ lucem nascentibus tribuat. [Diua triformis) Vt dicatur manifestum est, quia scilicet eadem existimatur Lucina,Diana, Proserpina.

ASCEN. Montium) Dianam celebrans,dicit,O virgo.s. Diana perpetua virginitate gaudens,custos montium, & nemorꝶ, q̃ venatrix est,quæ vocata ter, quód ad religionẽ facit audis puellas laborantes vtero.i. parturientes. etenim Lucina & matri parturienti Apollinem obstetricis munus exhibuit, & ò Diua triformis.i.tria ora,& tris potestates habens,quæ adimis s. parturientes & partum leto.i.morti, pinus imminens villæ.i.inclinans se ad villam, hoc est domum in agro meo esto .i. volo sit tua.i.tibi sacra quam ego lætus.i.lubenter sacrificans per annos exactos .i. per annua festa donem i. imbuam sacrificando sanguine verris.i.porci masculi & collęati meditantis .i. cogitantis præ animositate, quomodo inferre posset, ictum .s. dentium obliquum .i. ex transuerso. sic enim feriunt apri & verres.

## AD PHYLIREN.

*Rusticæ mulieri promittit omnia futura salua in agro, si pietatem & deos colat. Illos autem optime coli,placariq;, non sumptuosis hostijs et hecatombis, sed pura conscientia & manibus cæde et rapina non inquinatis.*

*Ode XXIII. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Vides Vt alta stet niue candidum.*

--U--- UU-U-
--U--- UU-U-
--U---U--
-UU-UU-U--

COELO supinas si tuleris manus
Nascente luna rustico Phidile:
Si ture placaris, & horna
Fruge lareis, auidáque porca:
Nec pestilentem sentiet Africum
Fœcunda vitis,nec sterilem seges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero graue tempus anno.
Nam quæ niuali pascitur Algido
Deuota, quercus inter, & ilices:
Aut crescit Albanis in herbis
Victima, pontificum secureis
Ceruice tinget. te nihil attinet
Tentare multa cæde bidentium
Paruos coronantem marino
Rore deos,fragilique myrto.
Immunis aram si tetigit manus:
Non somptuosa blandior hostia,
Mollibit auersos penateis
Farre pio, & saliente mica.

ANTO. COELO supinas) Hac Ode scribit ad Phyliren dicens, ꝙ cœlum tendat supinas manus noua quidem Luna,si thure & fruge Lares placarit & porca,eius vites minime ab Africo offendentur, nec segetes ab rubigine,non etiam alumni sui in autumno grauabuntur concludit demum deos satis placari et minimis dummodo quis eos sine crimine & scelere precetur. [Horna fruge).i.huius anni.i.latius tamen supra id patuit. [Lares) De laribus late videto Epod.ij. [Pestilentem Africum) Plin.lib.xviij.cap.xlix. ita scribit, Ex aduerso Aquilonis ab occasu brumali Africus quem Græci Liba vocant &c. Est autem ventus humidus,vt lib.ij. docet.[Pomifero anno) Autumnum intelligit,de quo etiam Naso lib.ij.de Arte ait,

*Sæpe ab Autumnum cum formosissimus annus,*
*Plenaq; purpureo subrubet vua mero:*
*Cum modo frigoribus premimur modo soluimur æstu:*
*Aere non certo corpora languor habet.*

[Algido) De hoc oppido late superius. [Nam quæ) Ordo est, Nam deuota victima, quæ pascitur inter quercus, & ilices, aut crescit Albanis in agris, ceruice tinguet Pontificum secures, te coronantem marino rore,& fragili myrto paruos deos, nihil attinet tentare eos multa cæde bidentium.[Paruos deos) Lares intelligit.[Bidentium) De ijs late Gellius & Macrobius. [Immunis manus).i.pura,& sine crimine. [Non sumptuosa) Ordo est, non mollibit auersos Penates sumptuosa hostia blandior farre pio & saliente mica. dicit autem manum puram non esse blãdiorem, & magis gratam dijs cum maxima hostia, quam cum farre pio, & sale. [Sumptuosa hostia) Non nominatiui sed ablatiui sunt casus, sa.n.cesura longa est, & esse debet, nam sensus aliter non quadraret. [Mollibit) Pro molliet antique dixit. vt audibit,seruibit. [Penates) De ijs latius supra. [Farre pio,& saliẽte mica) Molã intelligit quæ aqua,farre,& sale fiebat,auctor est Valerius lib.ij. Plin.vero sic ait,lib.xxviij.cap.ij Numa ĩstituit deos fruge colere,& mola salsa supplicare, atque (vt auctor est Hemina) far torrere: quoniam totum cibo salubrius esset,id vno modo consecutum statuendo non esse purum ad rem diuinam nisi tostum is & Fortunæ caluæ instituit farris torrendis ferias &c. Mola.

ACR. Coelo supinas) Quandã Phyliren alloquitur suadẽs deos magis puris manibus &bona coli cõscientia debere.Supinas vero dixit,ad superiora palmas apertas,& expãsas. vt Tendoq. supinas ad cœlum cũ voce manus.[Nascente Luna)Solent.n.rusticæ mulieres in initio primæ Lunæ voce cœlo effundere preces.[Horna) Annua,vel noua.ab horno deriuatur.[Fruge) Vino nouello. nunc vsque Thusci horna nouella vina dñt.Nam & vino sacrificabatur. vt Vinaq. fundebat pateris. & Mihi sacra parari: Et salsæ fruges, & circum tp̃a vittæ. Sal enim cum farre incendebatur,vt farre pio. [Nec dulces alũni) Quos nutriendos cõmendauerat. vt interea dulces pendẽt circum oscula nati. [Pomifero grauet) Pomorꝶ enim vario gustu languescunt corpora autumno,quorꝶ eo tp̃e maxima copia est. Nam & graue & pestilẽs tempus est. vt Iuuen.iam letifero cedente pruinis.Iubet ergo necessitate temporis deuotione & supplicationibus deos mitigari. [Nam quæ niuali) Ordo est. Nam victima quæ pascitur niuali Algido inter quercus, & ilices aut crescit in Albanis herbis tinguet secures Pontificum ceruice i.magnæ victimę potẽtibus conueniunt. [Te nihil attinet) Distare dicit inter publica & priuata sacrificia,& aliud pontificibus conuenire. q̃ ad immolandũ dijs,hostias magnas inquirunt, aliud vult priuatim debere præparari hoc est,aut myrtum,aut rorem marinum. Ordo est: Te coronantẽ paruos deos marino rore & fragili myrto, nihil attinet tẽtare illos multa cæde bidẽtium.Bidentes proprie dñr oues,quę duos annos habẽt,sic vocatæ ab eminentioribus dentibus,qui cir

ca

caduos annos nascuntur.[Immunis aram si tetigit manus) Ordo est, Si manus immunis scelerum tetigit aram, sumptuosa hostia non mollibit auersos Penates, blandior pio, farre & saliente mica. [Saliente mica) Rationem voluit salis incensi monstrare, qđ crepitare & exilire flamma consueuit. Et nota plus valere far .i. paruum sacrificium cum innocentia, quam magnum cum scelere. [Immunis).s.scelerum & innocens, & subaudiendum. [Auersos) Iratos, offensos. [Mollibit) Placabit.

POR. COelo supinas si tuleris manus) Hac Ode quandam Phylirem alloquitur, dicēs ei deos puris manibus & bona conscientia colendos esse. [Supinas).i.supplices. vt Virg. Tendoque supinas. Ad cœlum cū voce manus. [Pomifero anno) Pro pomifera parte anni.i.tēpore autumnali, quod est graue & pestilens. [Nam quæ niuali pascitur Algido Deuota) Dicit aliud conuenire Pontificibus, aliud qui priuatos Lares suos orant. Illos.n. hostias magnas dijs immolare debere. Hos aūt myrto, & marino rore contentos esse debere. [Nam quæ niuali pascitur Algido deuota quercus inter & ilices) Deuota autē absolute dicitur. & significat dijs destinatam. Ordo est autem, Deuota victima quæ pascitur niuali Algido inter quercus, & ilices, aut crescit in Albanis herbis tinguit securus Pontificum ceruice. [Coronantem marino Rore deos, fragilique myrto) Marinum rorem hodieque in Italia virgultum quoddam appellant. [Immunis aram si ter.ma.) Subaudiendum extrinsecus scelerum aut quid tale, qa immunem scelerum manum vult intelligi.i.á sceleribus puram, quam dicit blandiorem dijs esse farre & grauis sacrificantem quā si sumptuosam hostiam sacrificet. [Non sumptuosa bland ho.) Nominatiui casus sunt sumptuosa & hostia quia sensus est. Non blandior dijs sumptuosa & hostia per sacrificium q̃ manus quę innocens farre & saliente mica sacrificat. Salientem autem micam salis granum intellige, quod saliat cum ignem missum sit.

ASCEN. COelo supinas) Phylirem rusticā ad religionem hortatur, dicēs, ò Phylire rustica, si tuleris.i.extuleris, cœlo.i.ad cœlum, manus supinas.i.sursum exterās, Luna nascente.i. in noui lunio quod superstitiosi obseruant, si placaris.i. placaueris, Lares.i.deos tuos familiares, thure, & fruge horna.i.hoc anno nata, & ita nondum corrupta, & porca auida .s. cibi, & ita non languente, nec vitis tua fœcunda sentiet Africum .s. ventum, pestilentem.i. nociuum, & quasi pestem inferentem, vitibus, nec seges sentiet rubiginem .i. pluuiam quandam rubiginem inferentem sterilem, quia enecat segetem & inducit sterilitatem, aut dulces alumni.i.liberi tui, quos alis non sup. sentiet tempus graue.i.molestum .s. Austro flante. quem plumbeum vocat alibi Poëta anno, pomifero.i.parte anni poma ferente.s. autumno. Nam victima deuota.i. addicta sacrificio, quæ pascitur in algido .s. monte eius oppido haud longe ab Roma niuali, quia niuibus sæpe regitur, vnde ab algore nomen sumpsisse vr̄, inter quercus & ilices, p quas sném intelligit. aut crescit in herbis Albanis.s.bos. tinguet .i.imbuet & madefaciet, ceruice.s. cruore è ceruica secta manante secures.i.cultros ad sacrificium aptos, Pontificum.i. solēni sacrificio seruabitur. Nihil attinet.s ad religionem, aut placationem deorum, te coronantem.i. si coronaueris, rore marino, & myrto fragili.i.ferto ex herbis fragrantibus, deos paruus.s. penates tuos, tentare sup. eos multa cæde bidentium .i. ouium. Nam si manus immunis .i. non particeps sceleris tetigit aram (tangebant enim testantes deos dum sacrificabant) ipsa non mollibit.i. molliet, hoc est mulcebit, & placabit, blandior.i.acceptior penates, auersos.i.indignatos: hostia sumptuosa.i.per hostiam sumptuosam farre pio, & mica salienti.i.mica salis, hoc est quam per molam pie oblatam. Mola autem fiebat ex farre aqua & sale. Sal autem dicitur a saliendo, quia salit.i.rem salsam facit, & salit .i.saltat dum in ignem mittitur. Bonfinis contendit sumptuosa hostia esse nominandi casus ordinemq̃. verum sic colligit. Hostia sumptuosa.i.magni sumptus non mollibit Penates auersos blandior farre pio, sed quia quantitas syllabæ vltimę in sumptuosa exigit, vt sit ablatiui casus, & sententia optime constat, nolui mutare ordinem, quem prius collegeram, neque quicquam in eo absurdi video modo recte intelligatur intelligo autē vt ablatiui sumptuosa hostia habeant rationem instrumenti, non termini excessit, reganturq̃. virtute positiui. nam recte dixeris. Manus est non magis blanda, sumptuosa hostia.i.per sumptuosam hostiam, farre pio.i.quam per far pium &c.

MATT. Bonfinii. IMmunis aram) In his versibus, quanquam omnes interpretes præter vnum Porphyrionem, aliter sentiunt, & ordinant, talis tamen erit ordo, & sensus. Hostia sumptuosa.i.magni sumptus non mollibit blandior auersos penates.i.non erit magis blanda ad molliendos ac placandos illos iratos, quam supple mollibit & placabit manus.s.sacrificaturi, si immunis.s.scelerum tetigit aram pio farre & saliente mica.

NOn sumptuosa blandior hostia) Quæ in Porphyrionis commentario de sumptuosa hostia in nominatiuo dicuntur, absurda, vt pleraque alia, mihi videntur. Neque enim tam insanus fuit vir ille doctissimus. Risi cuiusdam seueri annotatoris meras nugas in hunc locum, sed q̃ alij huic responderūt: vt Badius presertim hoc in loco, nolui esse longior. Ineptū enim est existimare sumptuosa hostia, nominatiui esse casus, cum sint ablatiui instrumenti.i.per sumptuosam hostiam. GLAR.

## IN AVAROS.

*Inuehitur in insanam hominum auaritiam, qui per fas et nefas omnia inuadant terram & mare ædificijs impleant, cum illa nihil profutura sint, cum aderit mortis necessitas feliciores esse Scythas: qui plaustris circumaguntur, & è medio viuunt. neque vltra quam satis est ad viaticum suum, affectant.*

*Ode XXIIII. Dicolos Tetrastrophos: Vt, Sic te diua potens Cypri.*

∴ – – – ∪∪ – ∪∪
– – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪ –

INTACTIS opulentior
Thesauris Arabum, & diuitis Indiæ,
Cæmentis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis, & mare Ponticum:
Si figit adamantinos
Summis verticibus dira necessitas
Clauos: non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas rite trahunt domos,
Viuunt, & rigidi Getæ:
Immetata quibus iugera liberas
Fruges, & Cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua:
Defunctumq̃. laboribus
Aequali recreat sorte vicarius.
Illic matre carentibus
Priuignis mulier temperat innocens:
Nec dotata regit virum
Coniux: nec nitido fidit adultero.
Dos est magna: * parentium
Virtus, & metuens alterius viri ∵
Certo fœdere castitas.
Et peccare nefas, aut pretium est mori.
O quisquis volet impias
Cædeis, aut rabiem tollere ciuicam: ∴
Si quæret, pater vrbium,
Subscribi statuis: indomitam audeat
Refrænare licentiam,
Clarus post genitis. quatenus, heu nefas, ∵
Virtutem incolumem odimus:
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.
Quid tristes quærimoniæ?
Si non supplicio culpa reciditur:
Quid leges sine moribus
Vanæ proficiunt? si, neque feruidis
Pars inclusa caloribus
Mundi, nec boreæ finitimum latus,

** Petentibus duri reponendum cum pserum dos vxorē respiciat non parentes. Nō enim parētum dotē dicimus: sed vxorum.*

Durat

Durataq́. ſolo niues
Mercatorem abigunt. horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ.
Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quiduis & facere, & pati:
Virtutisq́. viam deſerit arduæ.
Vel nos in Capitolium,
Quo clamor vocat, & turba fauentium:
Vel nos in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali,
Mittamus. ſcelerum ſi bene pœnitet:
Eradenda cupidinis
Praui ſunt elementa: & teneræ nimis
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudijs. neſcit equo rudis
Hærere ingenuus puer:
Venariq́ timet, ludere doctior,
Seu græco iubeas trocho:
Seu malis, vetita legibus alea.
Cum periura patris fides
Conſortem ſocium fallat, & hoſpitem:
Indignoq́. pecuniam
Heredi properet, ſcilicet improbæ
Creſcunt diuitiæ: tamen
Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.

ANTO.



NTACTIS opulentior) In auaros inuehitur, arguens primum eorum plurima, minimeq́ue neceſſaria ædificia. non enim contenti terreſtribus, in mari quoque ædificabant, quod quidem nihil prodeſſe dicit, ad fugiendam mortem, omnino nanque licet etiam multa quis poſſideat. moriendum erit. Laudat exinde Scythas, qui domibus carentes, plauſtris pro illis vtuntur & paucis contenti viuunt. Quicunque autem, & laudem & gloriam optat, habendi cupiditatem frænare debet. Vnde damnantur illi, qui acquirendi, gratia omne periculum ſubeunt, ſpreto etiam mari quocunque relictaque arduæ virtutis via. Hortatur inde, vel in Capitolium gemmas, & aurum, vel in mare mittenda, vt malorum cauſæ fugientur. Damnat poſtea parentum perfidiam, in acquirendis rebus indigno, & vitioſo heredi. [Opulentior) Sup. tu. [Cæmentis) Lapidibus & ædificijs. De cæmento aūt latius ſupra. [Adamantinos clauos).i. duriſſimos, & inde infrangibiles. [Sūmis verticibus).i. vicis ſummis. [Dira neceſſitas) Sęua mors, quæ lege Fa[illegible], neceſſario cuique euenit. [Non animum metu) Senſus e[illegible] mortis neceſſitate, nullis diuitijs carere poſſumus. [Campeſtres Scythę,) Scytharum Nomadum parſimoniam, præponit Romanorum diuitijs. De Nomadibus Scythis, paſtoribus, multa poëta ſcribit lib. iij. Georg. Et Strab. lib. vij. ſic ait, Nomades etenim tentorijs vtuntur, centonum inſtar, pilo contextis, in plauſtri vitam degentes, circumq́ue tentoria, pecora comitantur, a quibus victum capiant, & aluntur lacte, caſeo carne paſcua vero ſectantur loca ſemper herboſa permutantes Hybernis quidem tēporibus Mæoticis verſantur in paludibus æſtiuis, vero per campeſtria vagantur &c. [Getæ) Strab. lib. vij. Myſos, Thraces, & Getas etiam Nomadas vocatos inuiti .i. paſtores. [Immetata) Sine metis & terminis. [Liberas).i. communes. [Nec cultura placet) Senſus eſt, illos ſerere, quantum vni anno ſatis fuerit. [Defunctumq́ue laboribus).i. illum qui anno præcedenti elaborauerat, alter ſequenti anno recreat. quieſcit.n. ille altero operante. Cæſar lib. iiij. de bello Gallico ſcribit, Sueuos Germanorum omnium bellicoſiſſimos, centum Pagos habere ex quibus quotannis ſingula millia armatorum bellandi cauſa, ex finibus educunt, reliqui vero, qui domi manſerint ſe atque illos alunt, hi curſus inuicem anno poſt in armis ſunt illi domi remanent. ſic neque agricultura neque ratio, atque vſus belli intermittitur, ſed priuati, atque ſeparati agri, nihil eſt. [Vicarius) Is dicitur qui vices alicuius gerit. [Priuignis) Priuignus dictus. quod antequam mater ſecundo nuberet, eſt progenitus, pri, enim antiqui pro præ dixerunt. Auctor eſt Feſtus. [Temperat) Pro obtemperat. [Nec dotata regit virum) Iuſt. lib. iij. refert, Lycurgum inter Lacedæmonum leges, ſtatuiſſe virgines ſine dote nubere, iuſſiſſeq́ue, vt vxores eligerentur, non pecunia, quod ſeuerius matrimonia ſua viri coercerent, cum nullis frænis dotis tenerentur. hinc optime Iuuenal. Ait intolerabilius nihil eſt, q̃ fœmina diues. Eſt autem hoc in loco ſenſus, ꝙ quamuis ibi dotatæ ſint coniuges, attamen viri ſunt obtemperantes, quod Romanæ non erat. Hinc Iuuen. ait intolerabilius nihil &c. Item imperat ergo viro, ſed mox hæc regna relinquit, Permutatq́ue domos &c. [Certo fœdere) Quod quidem inter virum & vxorem fit vt alter alteri fidem ſeruet. Nam matrimonij bona triplicia eſſe dicuntur, videlicet fides, proles & ſacramentum. In fide attenditur, ne poſt vinculum coniugale cum alio, vel cum alia coëatur. In prole, vt amanter ſuſcipiatur, religioſe educetur. In ſacramento, vt coniugium non ſeparetur, nec cauſa prolis alteri coniungatur. [Et peccare nefas) Senſus eſt, ꝙ mulieribus illis peccare eſt nefas, morsq́ue eſt peccati pretium, puniuntur enim illico impudice. quod ſanè in Italorum dedecus dicitur. [O quiſquis) Quicunque, inquit laudem & gloriam optat, habendi cupiditatem frænare debet. [Rabiem ciuicam) Ciuilem ſeditionem. [Pater vrbium ſubſcribi ſtatuis) Sicuti Ciceroni prius, deinde Cæſari, poſtea Auguſto accidit. Nam App. lib. ij ſcribit ꝙ Ciceronis conſilio Roma a Catilinæ coniuratione liberata ſaluator pereuntis patriæ viſus eſt extitiſſe. Gratiæ itaque immenſæ, ab omnibus illi habitæ variæque laudationes. Nam Cato patrem patriæ, illum appellauit. quod decus nominis ſublime a populo cōfirmatum eſt, ac poſtea ad imperatores, qui digni habebantur, defluxit. At Suet. de honore Cæſari à populo collato, Poſtea, inquit, ſolidam columnam, prope viginti pedum lapidis Numidici, in foro ſtatuit, ſcripſitq́ue parenti patriæ. Et L. Florus, memoriæ tradidit. C. Octauianum Cæſarem, ob facta ingentia Dictatorem perpetuū patremq́ue patriæ, & Auguſtum appellatum fuiſſe. [Poſt gen.) Id eſt nepotibus, & poſteris. [Quatinus) Non quatenus per e, ſed quatinus per i, legendum eſt. nam ordo & ſenſus talis, Quatinus, id eſt quoniam, inuidi odimus, virtutem incolumen, quærimus ſublatam ex oculis, heu nefas. [Quatinus) Quatinus eſt qm̄, ſed quantum quatenus, aut, vt auctor eſt Feſtus. [Virtutem incolumem).i. probos homines viuentes. vnde Ouid. etiam ait.

Cicero pater patriæ, Cæſar pater patriæ, Auguſtus pater patriæ

Quatinus

Quatenus

*Paſcitur in viuis liuor, poſt Fata quieſcit.*

[Quid triſtes querimoniæ?) Senſus eſt. Quid prodeſt cōqueri de vitijs, ſi culpa non punitur ſupplicio. [Quid leges) Senſus eſt. Quid proſunt leges ſine obſeruatione & vſu? [Pars incluſa caloribus) Intelligit zonam illam temperatam, quæ torrida zona à nobis ſeparatur. [Nec Boreæ) Ordo eſt. [Nec latus).ſ. mundi: Boreæ finitimum. vbi aſſidue niues, vti ſuperius de Hyperboreis, & Riphæo iugo oſtendimus. [Magnum pauperies) Senſus eſt. Quod paupertas, quæ iam in opprobrium, & dedecus habet, iubet omnia pati, & ſubire ſpreta virtutis via, vt enim dicentur, fas & nefas una confundunt. [Vel nos in Capitolium) Hoc in loco poëta ipſe Horat. conſulit, vel in Capitolium gemmas & aurum, vel in mare mittenda, vt eis malorum cauſæ fugentur. [Clamor) Illuc enim cum ſpectantium clamore & plauſu triumphātes accedebant. [Scelerum ſi bene pœnitet).i. ſi bene piget ſcelerum & malorum tollantur elementa auaritiæ. [Elementa) Principia & cauſæ. [Tenere mentes) Puerorum intelligit. vel etiam laſciuientium, dicit autem militiæ exercitia celebranda eſſe, vt vitiorum cauſæ tollantur. [Ingenuus) Liber & generoſus. [Græco trocho) Ab Græcis inuento, vnde & nomen habet gręcum. nam τροχάζω curro ſignificat. τροχιὸς orbita, curſus veſtigium. τρόχος reuolutio, rota curſus. [Vetita legibus alea) De ludis lege prohibitis, tute ipſe legū titulos & tractatus conſpicito, plurima enim videbis euitanda. [Cum periura patris) Damnat parentum perfidiam, in acquirendi rebus, indigno, & vitioſo hæredi. [Conſortem) Eiuſdem ſortis, eſt autem ſors id, quod vulgo capitale appellant, hoc eſt ſumma illa pecuniæ, quam quiſque in medium ponit, ademendas merces. [Improbæ) Iniquæ iniuſtę. [Curtę rei) .i. diuitijs, quæ certe videntur auaris paruæ, ſemper aliquid deeſt, quia habendi ſitis, nunquam cupidis expletur.

ACR.

INtactis opulentior Theſauris) Generaliter hac Ode inuehitur in luxuriam, omnia profanantem, & ędificijs nouis, & nō terram tantum, ſed etiam maria occupantem. Ordo eſt. Tu auare ſup. opulentior intactis theſauris Arabum, & diuitis Indię, licet occupes omne Tyrrhenum mare. & mare Ponticum, tuis cęmentis, non expedies animum metu, & caput laqueis mortis, ſi dira neceſſitas figit Adamantinos clauos ſummis verticibus. [Arabum, & diuitis Indiæ) Ditiſſimas gentes ad ditiatum emphaſin

phasiu posuit. [Cæmentis) Saxis ad fabricandum prouisis. [Adamantinos) Qui frangi non possunt pro metalli soliditate. [Dira necessitas) Pro morte posuit necessitatem. Sensus aũt hic est, Quamuis multa possideas ampla, non tñ sincera & certa voluptate, his frui potes. Quippe cum necessitate mortis astricta sit humana conditio, non possis te vllo remedio inde aut premio redimere. Adamantinos aũt clauos pro mortis necessitate posuit, quæ vinci & expugnari non potest. [Campestres melius Scythæ) Scythæ campestres dicti, eo ꝙ in campis sine tectis sub tentorijs viuant, quæ carpentis mouentur. vt Salust. In quibus plaustra sedes sunt. [Rigidi Getæ) Asperi, fortes propter rigidam regionem. vt siue Getis inferre manum seu tendere ad Indos. [Nec cultura placet longior annua) .i. qui non plus colant, nisi quod expensis vnius anni sufficiat, continue sedis incerti. [Defunctũ laboribus) Liberatum. vt magnis pelagi defuncte periclis. [Æquali recreat sorte vicarius) In laboribus succedendo vnus alteri. [Illic matre) Ordo est, Illic innocens mulier temperat .i. parat pocula priuignis carentibus matre .i. non sunt odia nouercarum. [Nec dotata regit virum) Dos est, donum puellarum nubentium. Castitatem laudat exemplo barbarico, eo ꝙ dotem habent virtutem parentum, & amorem coniugum, quæ viros vitantes externos seruant pudicitiam coniugalem. [Et peccare nefas, aut pretium mori) Mortem pretium dixit esse peccati, & est sensus. Et peccare aut est illis nefas, aut est pœna mori. Nam ad superiora respicit. [Si quæret pater vrbium) Si sit qui velit patriæ pater vocari, & statuarum titulos habere remoueat licentiam præsumendi, & illicita non præsumat admittere. [Clarus post genitis) Aut postea laudetur in filijs, aut ob seueritatis & correctionis institutum posteris admirandus. [Quatenus) Quandiu. nam quatenus aduerbium est interdum temporis, interdum loci. quatinus vero coniunctio est tantum. [Incolumen) Incorruptam, sine corrigentis districtione seruatam. [Sublatam) Remotam. nam virtus nc quærenda est, vt semper præ oculis habeatur. sed sic virtutem quærimus, vt semper absens sit, causa videlicet nostræ nequitiæ. [Quid tristes querimoniç) Quid de malis iuuat moribus conqueri, si non culpa licentiæ compescitur. Quid leges moribus) Vanas dicit leges, nisi moribus & honestate seruentur vnum pendet ex altero, ideo aũt vanç, quia sine moribus. [Si neque feruidis) Si nihil potest obstare cupiditatibus, per quas non tantum leges irrumpuntur, verumetiam rerum natura expugnatur, lucri causa dum etiam nec inhabitabiles orbis regiones, possint prohibere cõmertia. [Finitimum latus) Nobis vicinum. nam Septentrionalis plaga, nobis vicinior est, vtpote in qua est axis. vt Virg. Hic vertex nobis semper sublimis. Et aut sic est nobis intelligendum aut quod est melius. Nec latus finitimum Boreæ .i. gelido climati, vt sit sensus. Si nec plaga finitima gelu abigit mercatorem, vult autem intelligi Septentrionem tanquam nec hęc, quę interdicta sunt natura, abigant mercatorem. [Durateque solo niues) Gelu nimietate frigoris solidatę. [Abigunt) Cohibent, repellunt Callidi cupiditatum, & vitiorum distinguit origines. primum enim dicit, ꝙ negatum mortalibus elementum, nauigijs tentatum est, inde ad maiora perrectum, vnde & Virg.

*Pauca tamen suberunt prisca vestigia fraudis.*
*Quæ tentare Thetim ratibus, quæ cingere muris.*
*Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.*

[Magnum pauperies opprobrium,) Hoc est, ex quo cœpit ꝓbro esse pauperies, & crimini dari, per omne nefas diuitiç quçri cœperunt, vt & quem suasisset egestas. Vile nefas. [Virtutis) Fortium factorum, siue philosophię quibus erat amica & grata, pauperies. [Vel nos) Ordo est, Si bene pœniter scelerum eradenda sunt elementa praui cupidinis .i. cupiditatis, & nimis tenerę mentes, asperioribus studijs formandę, vel in Capitolium, quo vocat nos clamor, & turba fauentium, mittamus gemmas & lapides, & inutile aurum. materiam summi mali. vel nos subauditur mittamus, in proximum mare gẽmas &c. [Summi mat.) Sũmum malum auaritiam dixit, ex qua vitia omnia procreantur. [Et teneræ nimis) Duplex intellectus est. vtrum puerorum mentes, teneras, dicat esse formandas ad asperiora studia, hoc est fortiora, an certe luxuriosorum mentes teneras appellet, quas vult abiectis luxurię instrumentis auro, & gẽmis asperioribus studijs reformari. [Ingenuus puer) Ingenuum ciuem Romanum, uoluit intelligi siue nobilem vt ingenui puer vultus, ingenuique pudoris. [Ludere doctior) Culpat Romanos. quos omisso exercitij studio ad Grçcos ineptos, luxuriososq. ludos, filios transtulisse cõmemorat. [Seu malis legibus) Lusus aleç puniuntur propter nuditatis incestum. [Cum periuria patris fides) Cum patris familię filię fides ad cõgregandam heredi pecuniam periuria hospites fallat, & socios. [Indignoque pecuniam) Hæc, inquit, quæ per scelus acquiruntur congreganti nihil prosunt, dum relicta indignis heredibus per luxuriam consumuntur, & male parta male dilabuntur. [Cur tæ nescio) Cupido semper adest [Semper aliquid abest rei) Nunquam tantum res crescit, vt sufficere videatur cupiditati.

INtactis opulẽtior Thesauris) Hac Ode generaliter inuehitur in luxuriam omnia prophanantem, & ædificijs nouis non terram tantum, verumetiam maria occupantem. [Si figit adamantinos Summis verticibus dira necessitas) Necessitate hic pro morte posuit. Sensus autem, Quamuis multa ampla possideas, non tamen sincera voluptate his frui potes, quippe cum necessitati mortis te obstrictum esse scias, nec possis inde te vllo remedio, aut premio redimere, Adamantinos autem clauos pro necessitate mortis, quæ dura est, & immutabilis, mala conceptione dictũ est. [Campestres melius Scythæ) Quod in campis sine tectis, viuant dicti sunt. de quibus & Salust sic ait, Scythæ Nomades tenent quibus plaustra sedes sunt. [Et rigidi Getæ) Thraces sunt, quos rigidos dixit propter frigora regionum earum. [Immetata quibus iugera liberas Fruges & Cererem ferunt) Immetata .i. interminata commune autem inter se Barbaris solum, eorum esse omnibus notum est. [Nec cultura placet longior annua,) Hoc est, Nec plus colunt, quam vnde vnius anni fructum percipiant. [Defunctumque laboribus Æquali recreat sorte vicarius) Vicem laborandi inter se præstare barbaros ostendit. [Et metuens alterius viri) Subaudiendum extrinsecus concubitum. [Et peccare nefas, aut pretium est mori) Hoc est peccare nefas videtur, aut quia peccauerit morte pœnas luit. [O quisquis volet impias) Non recte à superiore Ode hæc separata sunt, cum inde pendeat & illis annexa sint. [Si quæret pater vrbium Subscribi statuis) .i. si vult gratiam apud ciues suos collocare per quam mereatur, vt publicæ statuæ ponantur, & in titulo earum pater vrbium ascribatur. Quatenus, heu nefas, Virtutem incolumen odimus. Sublatam ex oculis, quærimus inuidi) Qui bonos viros incolumen odimus, etiam mortuos, oderimus. Ipse ostendit inferendo inuidi. Vere enim per inuidentiam fit, ut boni viri dum uiuant osi sint. [Quid tristes querimoniæ proficiũt?) Sensus est autem. Quid prodest nos, de malis moribus conqueri? [Si non supplicio culpa) Licentia pœna compescitur. [Quid leges?) Sensus est. Vanæ sunt leges, si non obseruentur a moribus. [Si, neque feruidis Pars inclusa caloribus) .i. si nihil potest obstare cupiditatibus, per quas non tantum leges rumpuntur, verumetiam ipsa natura expugnatur, lucri causa adeuntibus pene inhabitales orbis terræ regiones. [Nec Boreæ finitimum la.) Quo finitimum latus Boreæ dicit. Australi nominato, cum inter se hæc longinqua, & toto orbe diuisa sint? nunquid & huic elocutioni subtiliorem intellectum adhibemus; ut nec particulam bis accipiamus, semel sic intelligentes. Finitimum Boreæ latus. Iterum simpliciter. Nec Boreæ finitimum latus, durataéque niues mercatorem abigunt? [Horrida callida Vincunt æquora nauitæ) Magnum pauperies opprobrium, iubet Quid uis, & facere, & pati, ex quo cœpit, inquit, paupertas probrosa esse, & ostentum videri per omne nefas diuinæ queri cœperunt. [Opprobrium) s. paupertatis, viam deserit virtutis. [Scelerum si bene pœnitet) Bene, pro valde positum. vt apud Ennium frequenter. [Et tenerę nimis Mentes) Vtrum puerorum mentes, teneras nimis, dicit esse formandas ad asperiora studia. An vero luxuriosorum mentes teneras appellat quas vult abiectis gemmis, & auro, formari ad asperiora studia? [Nescit equo rudis Hęrere ingenuus puer) Irascitur. Romanos omissa militaris exercitij studio, ad Grçcos ineptos, luxuriososq. lusus transisse. Cum periura patris fides Consortẽ socium fallat, & hospitem non est, inqt, mirum augeri quotidie censum vnicuique priuatorum cum oẽs scelere grassentur in hospitem, in socium, in consortem acquirẽdi studio, & tñ nil tum his prodest, quia indigno hęc heredi relicturi sunt, qui corruptus luxuria, seruare hæc. s. non potest. [Tamen Curtæ nescio quid, semper abest rei) Hoc ad ipsam auaritiæ naturam refertur, cui cum nihil desit, semper videtur deesse. POR.

INractis Arabum &c.) Quia diuitijs multis mortem effugere non possumus: docet improuidos esse, qui hic ampla domicilia construunt: prudentiores autem Scythas in plaustris rem omnem transuehentes: quia castior & sanctior est in illorum labore & paupertate vita: quam in Romanorum opibus quas corruptissimi secuti sunt mores. Ode est sanctis eruditionibus refertissima. Ordo autem est. Licet tu opulentior, id est ditior. Thesauris Arabum intactis .s. à prædatoribus. & Indiæ diuitis vbi auri, lapillorumque uis magna est occupes cæmentis ASCEN.

tuis

tus.i.fundamentis lapideis,omne .i. totum,mare Tyrrhenum & Ponticum,tū sup.si dira necessitas.s morienda , figit summis verticibus.i.elaris ad multam gloriam,aut felicitatem capitibus,Clauos adamantinos.i.spicula durissima,& ineuitabilia,non expedires animum metu mortis,nec caput laqueis mortis . Et ideo melius viuunt Scythæ campestres.i.non in domibus , sed in campis viuentes, vtpote quorum domos vagas .i. tranferibiles , trahunt plaustra rite.i. ex ritu regionis , & Getæ rigidi .i. rigidam vitam agentes . de quibus Maro,Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ. melius sup.viuunt,quibus iugera immetata.i.non commensurata ferunt fruges liberas.i. non coactas limitibus nec legibus,quas Ceres alibi inuenit . vt illic quisque metat vbi seuerit,& non alibi . vnde legifera dicitur à Marone Æn.iiij.Legiferæ Cereri &c.vult autem dicere fruges illic omnes communes esse . sed communi labore partas,& Cererem .s. liberam illic, nec cultura placet longior annua.i. quam ad annum plenum , aut ad annonam vnius anni,& vbi vicarius.i.vicissim succedens,recreat æquali sorte.i.æquali conditione, quia qui hoc anno laborauit, sequenti cessat,& econtrario,defunctum laboribus.i.qui iam labores exegit.[Illic) Ordo est,Mulier innocens temperat .i. obtemperat,aut se accōmodat,non obijcit. ut Romæ fit,illic.i.apud Scythas,Priuignis.i.priusquam marito nupserat , ab eo genitis , carentibus matre,nec coniux dotata, quia nō habet diuitias pro dote . ut statim dicet regit virum,ut Romæ . unde est illud, in auream utranque,quandoquidem dotata est,cubet . Nec fidit.i.non confidit,ut se defendat,aut alat,adultero nitido.i.computo,quia magna uirtus parentium i. progenitorem , usitatius autem dicitur,nunc parentum & castitas metuens alterius uiridi.i.deuitans alterius uiri commercium,fœdere certo.i.fide matrimoniali,quā nunc quoque damus . est sup.illis dos.i.pro dote,aut loco dotis. Non ergo obstat,ꝙ dos non est parentum,sed uxorem,quia non construetur dos parentium , sed uirtus parentium , ideoque non subscribo Bonfini legenti petentibus, & reijcienti parentium . [Et nefas).i pro re nefanda habent,peccare .i. aut non peccant , aut pretium .s. peccati, est mori, qui adultere morte plectuntur . Paullus autem de morte animæ loquens ait . Stipendia peccati mors &c. O desiderantis uox,quisquis.i.quicunque uolet tollere ciuitate Romana,cædes impias per bella ciuilia,& pro.i.rabiem, ciuicam.i si ciuium,si quæret.i.petet subscribi statuis .s. sibi positis,pater urbium.i.ut sub pede statuarum , sibi erectarū scribatur pater urbium.i.hic erat pater vrbium,audeat refrenare licentiam domitam,futurus.s.clarus : post genitis.i.posteris,quatinus (aut quatenus).i.quandoquidem,heu quæ interdolentis uox est , nos odimus.i.odio prosequimur(est autem ab odi) uirtutem incolumen.i.adhuc uiuentium, quia inuidia mori detrahimus , semper uiuentibus,& inuidi quærimus.s.uirtutem,sublatam ex oculis.i. defunctorum.[Quid proficiunt querimoniæ tristes, si culpa non reciditur).i resecatur,supplicio i.pœnitentia ? quid leges vanę.i. mendaces,& inutiles sine moribus proficiunt,q.d.nihil,si neque pars mundi,inclusa feruidis caloribus i.torrida zona,nec latus finitimum Boreæ.i.regio Septentrionalis , vbi perpetuum frigus , vnde addit, & niues duratæ solo.i.super terram : abigunt.i.deterrent,mercatorem.i.negotiatorem mercium ? nautæ.i.nautę callidi : vincunt æquora horrida i.horrorem æquorum. Pauperies, appositoriæ magnum opprobrium.i.quæ putatur magnum dedecus,& opprobrium,iubet & facere,& pati quiduis.i.quidlibet, & fas,& nefas . vnde Maro . Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames ? & deserit viam virtutis arduæ.i difficilis,primum spectantibus . Igitur mittamus nos gemmas & lapides.s.preciosos, & aurum inutile.i.superfluum quo non vtimur , appositoriæ materiam.i.occasionem,summi mali,vel in Capitolium.i.in summam deorum ædem , quo.i.in quod : clamor.i.applausus approbantium pietatem,in deos,& turba fauentium.i.applaudētium , vocat.i.inuitat quia si quis larga munera in templa contulerit,omnes mortales illi applauserint,vel si in templis nil facit aurum, mittamus in proximum mare,quod nonnulli (teste D. Hieronymo) fecerunt,dictantes se malle mergere aurum, quam illo mergi . [Elementa).i.semina cupidines.i:Amoris parui , sicut prius Sordidus Cupido,pro cupiditate,nisi sit Cupidinis.i.cupiditatis, praui.i.prauę,sunt eradenda,si pœnitet.s.nos,bene.i.iusto modo, scelerum,& mentes nimium teneræ.i.delicatæ, sunt formandæ , asperioribus studijs . Puer ingenuus rudus.i.imperitus rei militaris,nescit hærere equo.i.equitare, & timet venari : existens doctior , seu iubeas ludere trocho Græco.i.more Græcorum , seu malis.i.magis velis,ipsum ludere alea,vetita i.prohibita,legibus .s.etiam Romanis . [Cum).i.quandoquidem fides parentis.i. patris : periura.i.periurio violata fallat socium consortem,& hospitem.i.quem hospitio suscipere solet,fraudans forte eum deposito properet i.festinet,sup.linquere,heredi indigno, vt filio prodigo,aut improbo,scilicet.i.scite licet quid prætendat diuitiæ improbe,& iniquæ,improbandæ,aut quibus nunquam satis magna visa est mensura crescunt tamen.i nihilominus , nescio quid , id est aliquid , quid sit nescio, abest semper rei curtæ,id est minutæ iudicio auari .

A Damantinos) Poëtæ necessitatem deam faciunt . Parcarum matrem, quæ & ipse ineluctabiles atque inexorabiles vocantur. Hanc necessitatem philosophi fatum vocant , quæ est æterna rerum series necessario cohærentium . Cui veluti cedens Iupiter apud Maronem . Fata , inquit, viam inuenient. Hæc in pro Aduersum necessitatem &c. [Capitolium) Cum Homerico carmine isthæc Horatiana conueniunt. εἰς ὄρος ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης .i. In montem tumida fue frementis in æquoris vndas . Sed cum vitium aliquod aut rem alioqui noxiam admonebimus procul abijciendam esse,hæc perscripta conueniunt. — DOCT. mori?

SI figit adamātinos Clauos) Hoc in loco quod Porphyrion dicit , mala conceptione dictum esse à poeta Adamantinos clauos pro necessitate mortis quæ dura ac immutabilis,non video qua ratione scripserit . Porro diram necessitatem exponere pro morte,& Adamantinos clauos pro mortis necessitate, cū statim laquei mortis subiungatur,quid aliud est, quam si dicas . Si mors figit mortis necessitatem,nō expedies caput laqueis mortis ? Eo dedecunt nos aliquando subtiles nostræ illæ expositiones . Ego simpliciter illa enuncianda puto . Et adamantinos clauos pro durissimis vinculis aut spiculis exponi posse nō inficias iuero . [Illic matre carentibus Priuignis mulier temperat innocens) Quidam temperat exponunt pro obtemperat . At Acron exponit temperat,pro parat pocula,quod placet. Nam & Ouid. de suo conquerens tempore ait. Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. [Dos est mag. parentium.) Hic rursus non potui cohibere risum,cum seueri annotatoris censurā legerem , qui non dubitauit pro parentium subijcere petentibus , & ita temere auctorem deprauere . Porro quod ait omnes lib habere parentum quos ipse viderit,non possum mirari impudentiam hominis. qui fatetur, Aldinum sibi visum lib in quo hæc bene habent, Sed illud omnium elegantissimus est , cum conatur ostendere parentium non posse hic locum habere,ob multas,inquit causas , quas breuitatis causas prætermittō tum ob eam ipsa,quod in gignendi casu eius nominis parentum dicimus, non parētium qui genitiuus est participij in ens à pareo,es,verbo, Hæc ille doctissimus grammaticus . Si hoc ad auctorem quicquam attineret, ostenderem huic præceptori , quam esset minime grammaticus . [Sed alia nunc agimus . quatenus heu nefas) Ita quidam per i,legendum hoc loco putant . Acron autem docet . Quatenus aduerbium esse interdum,temporis,interdum loci . Quatinus vero coniunctionem pro tantum Tale . quid etiam Festus Pompeius docet, si liber non est corruptus . Ipse poëta lib. j. Ser. Sat. iij. videtur pro quoniam vsurpasse . Denique quatinus excidi penitus vitiū itæ . Cetera ita nequeunt . Atqui ego nescio num auctores hanc perpetuo seruarint distinctionem . Landinus hoc loco quatenus exponit quousque, quod mihi placet,quaquam ab Acrone, qui exponit quandiu . non multum abest . Valla lib.ij.ait Ciceronem , quatenùs semper accepisse pro inquantum, quod hic optime quadrat . [Nec Boreæ finitimum latus) Acron exponit, nobis vicinum cum Horat. Boreæ finitimum dicat , non nobis . In Porphyrionis commentario similia quædam se æque obscure promunrur,præterea subtilior intellectus quæritur,quod nominato austtali latere,Boreæ subiungatur,cum inter se, inquit , hæc longinqua,& toto orbe diuisa sint . Quasi non liceat extrema coniungere , sic loquentes . Auaro mercatori non obstat frigus,non calor,non septentrio,non meridies, non torrida zona , non frigida . Sanè ita hi loquuntur,quasi in rebus non magnopere solliciti, minusq́ exercitatiq́.. Quod vero continuo poëta subnecti,Duratæque solo niues . Acron exponit, gelu nimietate frigoris solidatæ , & elegans vero glossa .

CLAR.

ANTO.

Eubyas
Hebrus
Rhodopē

ACR.

## AD BACCHVM.

*Allegoricè ostendit , tantam esse Cæsaris maiestatem , vt eius laudes non possit verbis consequi,nisi Bacchi numine ad flatus , in secessum aliquem transferatur , & sibi ab illo prius instruatur . ipse enim Deus est musicus & poëtis proprius .*

Ode

*Ode XXV. Dicolos, Distrophos: Vt, Sic te diua potens Cypri.*

---vu-v-

---vu--vu-v-

Quo me Bacche rapis tui
Plenum? quæ nemora, & quos agor
in specus
Velox mente noua? quibus
Antris egregij Cæsaris audiar
Aeternum meditans decus
Stellis inserere, & concilio Iouis?
Dicam insigne recens, adhuc
Indictum ore alio. non secus in iugis
Ex somnis stupet Euhyas,
Hebrum prospiciens, & niue candidam
Thracen, ac pede barbaro
Lustratam Rhodopen. vt mihi deuio
Rupes, & vacuum nemus
Mirari libet. ô Naiadum potens,
Baccharumq., valentium
Proceras manibus vertere fraxinos,
Nil paruum, aut humili modo,
Nil mortale loquar. dulce periculum est
O Lenææ sequi deum
Cingentem viridi tempora pampino.

ANTO. Quo me Bacche) Ostēdit Horat. se Bacchi numine plenū, ab illo in nemora & specus rapi, ibiq. Aug. Cæsaris numen, & laudes, stellis inserere velle. & Iouis concilio scribit. [Noua mēte) Nouo spiritu. Bacchico. [Quibus Antris) Ordo est. Quibus in antris meditās, audiar inserere stellis & Iouis cōcilio, æternū decus, egregij Cæsaris. [Aeternū decus) Augustum, inter deos relatum iri ostendit. Cōcilio, Iouis? vt intersit ibi, cum alijs dijs. [Insigne).i. ornamentū. retulit.n. ad illud. Aeternū decus, stellis inserere. [Indictū ore alio) Hoc ideo, qa recēs erat insigne illud. [Ex somnū) Vigilans. [Euhyas) Baccha. Est.n patronymicū fœmininū, nam Euhyus Bacchus est, ab voce Bacchantiū [Hebrum) Fluuius est Hebrus, sup. Rhodope Thraciæ monte niuoso, vt scribit Plin. lib 4. Ibi aūt Orpheus sonare, cātareq. solitus erat, & ibi sacra Liberi patris Orpheo primū mitiante celebrabant, vt scribit Mela. Est aūt mons sublimis. post Aemum: vt Strabo ait lib. vij. Prol lib. iij ait. Rhodopē montem esse supra Nessum fluuium atque Hebrum. [Ripas) Fluminum. s. ad voluptatem [Vacuum nemus) Augusti decus ab alijs indictū intelligit [Naiadum).i. musarum, quæ & Nymphæ dnr. Virg. in Buc. Nymphæ noster amor Libetrides, quomodo aūt Bacchus Musis oblectaretur, supra iā patuit. [Valentium vertere) Tuo videlicet numine agente. [Procetas fraxinos) Longas arbores Bacchū enim in bella mulieres sequebātur, a quibus Bacchantibus, ipse Bacchus dictus est. Auctor Diod. lib. iiij. [Nil mortale) Dixerat.n. se dictuꝝ æternū decus Cæsaris. [Humili modo).i. lyricis versibus, q̄ humiles sunt diuina quoque loquar. [Dulce periculū) Dulcis labor. [Lenææ) A torculari, quo vinū exprimit Bacchū dici volūt vt ait Diod. lib 4.

Euhyas

Hebrus

Rhodopē

ACR. Quo me Bacche rapis) Hac Ode Liberum patrem inuocat, eo quod ipse musicus Deus sit, petens abeo vt se in secreta nemoꝝ suoꝝ ducat, vbi numine eius repletus Cæsaris Augusti laudes canat, allegoricos significans, non sufficere spiritum suum laudibus Augusti, nisi numinis eius instinctu iuuetur. [Aut quos agor in specus) Hic masculi genere specus. posui, dicitur, & hoc specus. [Quibus) Grauiter pronunciandum. [Decus) Consecrationem dic. [Mente noua?) Quæ nouam faciat præsentiam numinis, hoc est homini inconsuetam. [Quibus Antris) Ordo est. Quibus antris meditans audiar inserere stellis, & concilio Iouis. æternum decus egregij Cæsaris. [Indictum ore alio) Ab alio adhuc non dictū. [Ex somnis) Vigilans per furorē [Euhyas) Baccha. i. non aliter Bacchi prospiciens Hebrum fluuium Thraciæ vel Rhodopen montem regionis eiusdem delectatur, quàm ego videns nemora, scripturus Cæsaris consecrationem in antris Musicis. [Vt) Quemadmodum. [Deuio) Vaticinanti. Repleti.n. numinis, per deuia agi, & remota consueuerant. Deuium, dictum a via remotum [O Naiadum potens) Dionysius habens potestatem in Nymphis, vel in Bacchis est. [Vertere fraxino.) Tantum virium. Liberi significat esse cultricibus, vt arbores radicitus possint vertere numinis instinctu. [Nil mortale loquar) Nihil quod mortali conueniant, si me in tuos specus, ac se creta nemorum duxeris. [Cingentem) Amphibolice dictum vtrum sibi tm̄ cingentem, an quoscunque suo numine, replere consueuit.

POR. Quo me) Hac Ode, inuocat Liberꝝ patrem, petens ab eo vt se in secreta aliqua nemoꝝ suoꝝ ducat, vbi numine eius, mentem instinctus Cæs. Augusti laudes canat. Per quæ vr̄ allegoricos signare, non sufficere spiritum suum, laudibus Augusti, sine Liberi numine, nam & ipse musicus Deus est. [Quibus Antris egregij Cæs. &c.) Quibus graui sono pronunciandum, est.n. subiunctiua patticula qua pręposuit, Quos agor in specus subiungit, Quibus antris egregij Cæsaris audiat in quo & κατ' ἐξοχὴν figura denotanda, quia prædictum specus, antra sum. [Æternum meditans) Consecrationem dicit. [Dicam insigne recens adhuc Indictum ore alio) Per hæc primum se lyrica tangere signat. [Hebrum prospiciens) Hebrus est Thraciæ fluuius. [Rhodopen) Mons Thraciæ. [Vt mihi deuio) Deuium est a via remotum ac per hoc in siluis, ac solitudinibus agentem ostendit. Diximus autem hæc allegoricos dici, qm̄ per ea ītelligi vult, se inusitatum Romanis carmen tractare. [O Naiadum, baccharumque valentium, potens, manibus vertere fraxinos) Vult intelligi tantas vires cultricibus Liberi patris, instinctu numinis eius esse, vt etiam proceras arbores, radicitus possint vertere [Nil mortale loquar) Subaudiendū si me in tuum specus, ac secreta nemorum duxeris. [Cingentem viridi tempora pampino) Vtrum sibi tantum ea cingentem an quoscunque numine suo complete dignatur.

ASCEN. Quo me) Significat se Bacchico furore correptū, ad Cæsaris æternum decus cōmemorandum, incitari, dicitque hoc ordine. O Bacche, quo rapis me plenum tui. i. a te, hoc est numine tuo possessum? in quæ, sup nemora, aut in quos specus agor. i. impellor, mente noua. i. mihi insolita. & a deo Dataꝗbus antris, audiat meditans. s. canendo. inserere stellis, & concilio Iouis. i. cœtui deorum æternum decus Cæsaris. s. Augusti egregij. i. incōparabilis principis, aut Cęsaris Iulij, cuius sidus. stellis insertum aiunt, vnde est. Ecce Dionæi, processit Cæsaris astrum, quod Augusto apparuit. Cum Iulio, ludos funebres ageret. Ego dicam insigne. i. ornamentum Cæsaris, adhuc recens. i. nouum, & indignum prius. i. nondum dictum, alio ore. s. quam iam meo. qui facto furore correptus sum, vnde addit Euhyas. i. Baccha Euhyū inclamans, ex somnis. i. peruigil stupet non secus. i. non aliter, in iugis. s. montium Thraciæ prospiciens. i. porro aspiciens. Hebrū fluuium illum Thraciæ, & Thracen. i. Thraciam candidum niue. i. niuosam, & Rhodopen montem Thracię, lustratam. i. circundatam, aut purgatam pede Barbaro. i. Barbarorum Bacchaꝝ ipsam prementium pede non secus dicit. vt. i. quamlibet mihi deuio. i. vaganti more Bacchantium, & ripas & nemos vacuum. i. vberem laudum Augusti, materiam ab alijs indictam. [O Lenææ). i. Bacche, id quasi furens dicit, vt nō suo, sed numinis instinctu, locutus puteretur, potens, Naiadum. i. Musaꝝ, quæ Nymphę quoque sunt, & in Bacchi comitatu, & potēs Baccharum, valētium vertere manibus, fraxinos proceras, id. n Bacchantibus vr̄ per furorem, Ego nil loquor paruum, aut humili modo. Ego nil mortale loquor. O Lenææ dulce periculum est, cingentem tpa, viridi pampino. i. fronde vitis virentis, equi Deum. s. te, aut sequi te Deum, cingentem tempora. s. capitum eoꝝ, qui te sequuntur, pampino viridi.

GLAR. Vt mihi deuio) Illud vt puto admirantis esse, aut gestientis. Itaque exponerem. Vt libet. i. mirum, quamlibet, nec supplendum esse, non secus, vt quidam exponunt.

## AD VENEREM.

*Suspendit lyram suam Veneri, velut miles emeritus tam & fractus qui nolit amplius Martem experiri, innuens, se velle amori vale dicere.*

*Ode XXVI. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Vides vt alta stet niue candidum.*

--v---vu-v-

--v---vu-v-

--v---v-v

-vu-vu-v--

Horat. I Vixi



Ixi puellis nuper idoneus;
Et militaui non fine gloria:
Nunc arma, defunctumq. bello
Barbiton hic paries habebit:
Leuum marinæ qui Veneris latus
Custodit. hic hic ponite lucida
Funalia, & vecteis, & arcus
Oppositis foribus minaccis.
O, quæ beatam diua tenes Cyprum, &
Memphim carentem Sythonia niue
Regina sublimi flagello
Tange Chloen semel, arrogantem.

ANTO.  Ixi puellis) Amori finem imponere destinat, & in Veneris tempore barbiton affigere tanquam emeritus, orat postea Venerem, & Chloën asperã semel flagello tangat. [Militaui) Militiæ species amor est, inquit Ouid. [Non fine gloria) Est.n.po titus re cupita. [Arma) Instrumenta ipsa amatoria. [Defunctum bello) Qui finiuit amatoriæ militiæ ludum. [Marinæ Veneris) Ex spuma enim nata est in mari, inde dicitur Aphrodite. [Læuum latus) In sinistro templi latere, intelligit. [Funalia) Faces intelligit, quibus amicarum ianuæ vrebantur aliquando. [Vectes) Dicti sunt vectes, palli ferrei, quod manibus vectentur Cæs lib.ij de bello ciuil. Oppidani saxa quam maxima possunt vectibus promouent. [Memphim) Erat Memphis Aegyptiorum regia, vrbs magna, & populosa, & secunda post Alexandriam. Memphi erat Veneris phanum quæ Græca dea censebatur. Quidam Lunæ id dicunt auctor est Strab.lib.xvij.

Vectes

Memphis

ACR. VIxi puellis nup idoneus) Hac Ode videri vult iam renunciari carminibus, & lyram consecrare, & amare desinere. Idoneus voluptati sufficiēs [Et militaui) Allegoricos militiã nunc. amorem vocat. [Nõ fine gloria) Non fine opinione, boni amatoris. [Arma) Lyrã dixit. [Marinę) Mari orte, vt Fas omne est Cytherea meis, te fidere regnis. Vnde genus ducis. Atque ideo Aphrodite est dicta. ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ .i. á spuma & est ordo. Qui partes marinæ Veneris, læuum latus custodit, ac per hoc in sinistra parte tẽpli, pendebit. [Funalia).s. quibus luminaria suspendi cõsueuerant. [Et vecteis) Hæc instrumenta amoris, vult intelligi, quibus fastus ẽt per vim contemnentium, superantur. [O quæ beatam diua tenes Cyprum) In Cypro.n. insula Venus, specialiter colitur sẽr, & apud Memphim.i. Ægyptum quam ideo carere niue dixit quia calida regio est. Sythonia niue á prouincia nomen niuibus dedit, vt Scythoniasq, niues hyemis, subeamus aquosæ. [Sublimi flagello) In altũ sublato ictu, quod fit dum qs vehementius vult ferire, & ideo Chloën, qa arrogans est, & superba amantibus percuti dicit debere vel vna amoris plaga venerei.

POR. VIxi puellis) Hac Ode vr̃ iam renunciare carminibus, & lyrã consecrare, & amare desinere. [Et militaui) Allegoricos militiã nunc amorẽ vocat. [Defunctumq.) Perseuerat in allegoria. [Defunctũ belli Barbiton) Aliqñ signans amores suos se barbito cecinisse, quod est organi genus [Læuũ marinę) Consecratũ Veneri barbitõ suspendere in tẽplo eius dicit, in parte sinistra [Hic ponite) Hęc instrumẽta amoris intelligi vult. Mẽphim Memphis in Aegypto ciuitas est, quam merito carere niue dicit qa in Aegypto nunq est nix, ideo callidior est. Sythonij aũt Thraces sunt, vbi multa nix, vnde κατ' ἐξοχὴν Sythoniam niuem dixit. [Sublimi).i. in altum, sub leuato. Hoc enim fit, cum quis vehementius vult percutere, vult aũt Chloën, quod sit arrogans & superba amantibus, vel vna amoris plaga, a Venere percuti.

ASCEN. VIxi puellis) Dicit se amatoria Veneri consecrare, vt non amplius amaturum, verũ vt amantium inconstantiam agnoscas rogat vt Chloen flagello amoris tangat, dicens. Ego vixi nuper.s. in iuuẽta, doneus puellis, & militaui.s. in castris Veneris, nõ fine gloria, nunc hic paries, qui custodit læuum.i. sinistrũ latus. Veneris marinæ.i è mari ortæ, habebit arma.s. barbiton.i. plectũ, defunctum bello.i. quod perfecit partes suas in bello Amorũ. Ponite ò pueri, hic hic.s. ad Parietẽ Veneris, funalia lucida, quibus noctu ambulant amatores, & vectes.i. ferreos fusses & arcus minaces foribus.s. puellarum, oppositis qa eas infringere minãtur. O diua s. Venus quæ tenes Cyprum beatam.i. diuitẽ & Memphim.i. Aegyptum, carentem niue Sythonia.i. qualis est in Thracia, hoc est nunquam frigidam tange ò regina, semel Chloën arrogantem.i. superbam, propter formam. & omnia sibi attribuentem, flagello sublimi.i. acti vi Amorum.

GLAR. HIc ponite lucida Funalia) Funalia, inquit Acron.s. quibus luminaria suspendi consueuerant. Hoc etiam Lectori considerandum relinquo, nam ego cereos, aut vt Mancinellus, faces accipio.

## AD GALATEAM NAVIGATVRAM.

*Mira arte Galateam amicam ab instituto itinere reuocare conatur nam, vt facilius persuadeat, quibus vis alijs potius et impijs quam illi inauspicatum iter optat, & mox periculum ostendit. Nam ex signis quibusdam tempestatem imminere ait quam hostibus imprecatur, postreme Europæ exemplo planè non esse illi tentandum mare adfirmat, neque Austro fidendum, nõ magis quam Europa tauro et si mitissimus videbatur.*

*Ode XXVII. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-u---uu-u-u
-u---uu-u--
-u---uu-u--
-uu--



Mpios parræ recinentis omen
Ducat, & prægnans canis, aut ab agro
Raua decurrens lupa Lanuuino,
Fœtaq. vulpes:
Rumpat & serpens iter institutum:
Si per obliquum similis sagittæ
Terruit manos, ego cui timebo,
Prouidus auspex,
Ante quàm stanteis repetat paludeis
Imbrium diuina auis imminentum:
Oscinem coruum prece suscitabo
Solis ab ortu.
Sis licet felix vbicunque mauis:
Et memor nostri Galathea viuas:
Teque nec leuus vetet ire picus,
Nec vaga cornix:
Sed vides quanto trepidet tumultu
Pronus Orion? ego, quid sit ater
Adriæ, noui, sinus: & quid albus
Peccet Iapyx.
Hostium vxores, puerique cæcos *
Sentiant motus orienti Hœdi, &
Aequoris nigri fremitum, & trementeis
Verbere tipas.
Sic & Europe niueum doloso
Credidit tauro latus: & scatentem
Belluis pontum, mediasque fraudes
Palluit audax.
Nuper in pratis studiosa florum, &
Debitæ nymphis opifex coronæ,
Nocte sublustri, nihil, astra præter,
Vidit & vndas.
Quæ simul centum tetigit potentem
Oppidis Creten: pater ò relictum
Filiæ nomen, pietasq. dixit
Victa furore,
Vnde? quò veni? leuis vna mors est
Virginum culpæ. vigilans ne ploro
Turpe commissum? an vitijs carentem
Ludit: imago
Vana? quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit? melius ne fluctus

Ire

Ire per longos fuit? an recenteis
Carpere flores?
Si quis infamem mihi nunc iuuencum
Dedat iratæ: lacerare ferro, &
Frangere enitar modo multum amati
Cornua tauri.
Impudens liqui patrios penateis:
Impudens Orcum moror. O deorum
Si quis hæc audis: vtinam inter errem
Nuda leones.
Ante, quam turpis macies decenteis
Occupet malas: teneræque succus
Defluat prædæ: speciosa quæro
Pascere tygreis.
Vilis Europe, pater vrget absens:
Quid mori cessas? potes hac ab orno
Pendulum zona bene te secuta,
Elidere collum.
Siue te rupes, & acuta leto
Saxa delectant: age te procellæ
Crede veloci: nisi herile mauis
Carpere pensum
Regius sanguis: dominæque tradi
Barbaræ pellex. aderat querenti
Perfidum ridens Venus, & remisso
Filius arcu.
Mox vbi lusit satis: abstineto
Dixit irarum, calidæque rixæ:
Cum tibi inuisus lacerande reddet
Cornua taurus
Vxor inuicti Iouis esse nescis?
Mitte singultus: bene ferre magnam
Disce fortunam: tua sectus orbis
Nomina ducet

ANTO. MPIOS Parræ) Galatea poëtæ amica, migrare volente, optat Horat. vt impij malo omine pergant, ipsa vero felici auspicio. Et quia illius digressus eum pigebat, tempestatem imminere indicat q̃ hostibus impreeatur. Exemplo deinde Europes eam à migrandi sententia reuocarem nititur, illa.n. fidens mitissimo tauro è Phœnicia in Cretam vsque, per æquor, ab illo vecta est. inscio patre Aegenore vbi maxime questam Venus solata est. *Parra auis* [Impios Patræ) Parta auiculæ genus est, in Latio nunc vulgo Parrusa dicitur. Plin. autem lib.xviij.c.xlij. scr. Pattam Oriente Syrio ipso die non appatere, donec occidat. [Raua) Legitur, & rusa in antiquis, Raua autem .i. fulua, seu sub nigra. *Rauus color* Rauus.n.color dicitur niger, mistus cum fuluo. Acron auctor, dñt alij quod rauus color dr̃ qui est inter flauum & cæsium. Idem tñ fere est, quod Acron ait. [Raua lupa) Plin.lib.viij.scribit, *Luporũ omen* quod in Italia quoq. creditur lupo℞ visus esse noxius vocemque homini, quem priores contemplentur, adimere ad præsens, inter augutia ad dexteram cõmeantium, preciso itinere, si pleno ore fecerit nullum oĩum præstantius. [Agro Lanuuino) Strab. lib.v. *Aricia* ita traductus est à Latinis. Post Albanum montem, vrbs est Aricia, in Appia via stadijs centum & sexaginta, Roma distans. Curuus aũt cum sit locus, habet tñ munitã summitatem, cui q̃dẽ superinsidit *Laniuiũ* Laniuiũ Romano℞ ciuitas, in Appię viæ dextera, a qua ꝓspectus est maris & Antij, est & dianæ lucus i. *Arthemisium* Arthemisiũ (sic .n. vocant) è sinistra via regionis, ex Aricia ad Aricinam viã consendentibus, quod templũ, nominat ædificium Tauricæ &c. Prætetea in Strabonibus impressis perperã Laniuium legitur, cũ legendum sit Lanuium, intelligit .n. Strabo de oppidulo, quod adhuc extat, distans à Velitris millibus pas. tribus, vel ad summum quatuor quo bis adij, vbi adhuc ẽt legi est in marmore. *S.P.Q. Lanuinus* S.P.Q. Lanuius Sicuti & Velitris in marmore quodam, ære cuiusdam basi in sacta æde sancti Stephani iam diruta legebatur. S. P. Q. Veliternus, quod marmor liuor è ductus quidã, ex aqua pendente oriundus, Cardinalisque Rhothomagensis, Veliternorum, protectoris familiaris, clam rumpi fecit, ruptumque ego, paullo post conspexi. Illius impij nomen racui, ne sacrilegio perpetuum celebre foret, imitatus.n. fortasse Herostratum est, qui Ephesiæ Dianæ templum vt eius nomen celebre fieret, exussit, *Herostratus* Sed dedit ille pœnas, post illud.n. sacrilegium, paucis, post annis, in summam inopiam delapsus, & ludibrio cunctis est habitus. *Mannis* [Mannos) Pusili equi, manni dñr, quos vulgo buricos vocabant, vt Porphyrio scribit. Acron vero ait, Mannos dictos. quod mansuetudine manum, familiarius sequantur. [Anteq̃ stanreis &c.) Cornix inauspicatissima est, fœtus tempore, hoc est post solstitium, vt Plin. lib. x. scribit. Qui etiam lib.xviij.ait. Cum terrestres volucres contra aquã clangores dabunt, persondentes sese, sed maxime cornix, hyemẽ portendunt. [Oscinem coruum) Corui in auspicijs, soli vñr intellectum hr̃e significationum suarum, nam cum mediæ hospites occisi sunt, oẽs è Peloponesso, & Attica regione volauerũt, pessima eorum significatio, cum glutiunt vocem, velut strãgulati. Auctor Plin.lib. x. & lib. xviij. cap. vlt. ait, quod corui singultu quodam latrantes, seque concutiantes, si continuabunt ventos portendũt, si vero carptim vocem resorbebunt, ventosum imbrem. [Obscinem) Oscinum augurium, à cantu auium dr̃. Et oscines auea, auspicium ore facientes, vt Festus ait. [Solis ab ortu) Legitur etiã, Lucis ab ortu. Cic. aũt lib.j.de Diu.scribit. Coruum à dextra, cornicem a sinistra, facere ratum. Et Acron inquit. Ab ortu Solis ꝓspera, corui omina esse aduersa occasu. Ego aũt ab ortu Solis, id verum esse expertus sum, pluries. [Læuus picus) Plin.lib.x.scribit Picum Martium insignẽ, & magnum esse in auspicijs quodq. ipsi pici principales. Latio sunt in augutijs. ab rege qui nomen huic aui dedit. In capite prætoris vrbani L. Tuberonis, in foro iura pro tribunali reddentis, sedit picus, ita placide, vt manu apprehenderetur rñdere vates, exitium imperio portẽdi si dimitteretur, ac si exanimaretur p̃tori, illeq. auem protinus concerpsit, nec multo post, impleuit ꝓdigium. [Sis licet) Ordo est. O Galatea sis felix & memor nr̃i licet viuas, vbicũque mauis. [Læuus) .i. malis ominis. [Vaga cornix) De cornice, Virg.lib.j Georg. ait. Tũ cornix plena pluuiã, vocat improba voce. Et sola in sicca secũ spatiat̃ arena. Et caput obiecta queculũ, veniẽtibus vndis. [Sed vides quãto) Imminente tẽpestate Galateã reuocare à cõstituto itinere Hor. nitit̃. [Trepidet) Propet. [Pronus Oriõ) In occasum vergẽs de quo late supius. [Atet sinus Adriæ) Adriaticũ mare obscuꝶ tempestatem portẽdere indicat. [Albus Iapyx) Is ventus est ex Apuliæ ora, ꝓficiscens. de quo latius Ode iij.lib.j. [Albus) .i. serenus) Quãuis.n. sereno tpe perflet, at tñ solet hyemem portendere. vel albus ꝑ albas nubes. [Hostiũ vxores) hostibus impreca tur, vento℞ hyemem, atque æquori. [Verbere) Fluctuum.s. [Sic & Europe, quemadmodum, inquit, tu Galatea albo Iapygi fidis: ita Europe credidit albo tauro, & decepta, quãplurima passa est. [Europe) Scribit Herodotus in principio: Curetes Tyrũ appulsos filiam regis rapuisse Europam. Diodorus aũt lib.6. scribit: In Creta Minoa, & Rhadamanthum ex Ioue natos, ac Europa Agenotis: quam tauro Deo℞ prouidentia aduectam in Cretam tradunt. Eusebius docet: Europam à Cretensibus raptam fuisse naui, cuius fuit insigne taurus. Niueum doloso Credidit tauro, credidit tauro doloso latus niueum.s.esse. de quo Ouid.lib.ij. Metamorph. sic ait: Nunc latus in fuluis niuem deponit arenis Paulatimq. metu dempto: modo pectora præber Virginea palpanda manu: modo cornua sertis. Impedienda nouis: ausa est quoque regia virgo Nescia quem præmeret, tergo considere tauri. [Scatentem) Feruentem. [Pontum) Ouid. etiam ait: Medijsq. per æquora ponti Fert prædam: pauet hæc: littusq. ablatarelictum Respicit, & dextra cornu tenet, altera dorso Imposita est &c. Ponti aũt mensuram à Bosphoro ad Mæoticum quidem fecere certo numero passuum: vt scribit Plin.lib.vj. [Audax) Ausa enim fuerat tauro inhærere. [Mediat fraudes) Quas in medio ferè mari cognouit. vel potius Cyaneas intelligit insula in Põto, seu magis scopulos contra Thracium Bosphoꝶ de q̃bus Mela scribit. à nõnullis tñ auctoribus Symplegades, hoc est concurrentes, ẽt nominantur. Dicit.n. olim fuisse instabiles. vnde Ouid.lib.xv. Metam.ait: Timuit concursibus Argo Vndarum sparsas Symplegades elisaꝶ. Quæ nunc immotæ perstant. Ventisq. resistunt. [Sublustri) Parum lucida. [Creten,) De hac etiã Maro ait. Centum digesta ꝑ vrbes. [Pater ò relictũ) Gementis Europæ, verba sunt. est aũt ordo. O pater. appositio nomen relictũ filiæ, pro à filia. *Pietas* [Pietas) Tullius pro Plancio, inquit. Quid pietas? nisi voluntas grata in parentes? [Vnde? quo ve.) Ordo est. Vnde veni? quo veni? vel vnde.i. à qua pietate paterna? quo veni? [Leuis vna mors est Virginum culpæ) Sensus est, quod

vnica mors culpæ.i. criminí,& peccato virginum,leuis eſt,mete-tur n.virgo peccans plures mortes ts proprius & verus ſenſus huius loci eſt,& eſſe debet,non alius. [Vigilans ne ploro) Dubitat an vere ſcelus commiſerit. vt relicto patre ſecura fuerit taurum. [Vitijs carentem).i. me quæ vitio caream, nec verum ſit, quod mihi forte videtur. vt rapta fuerim. [Imago) Somnus ipſe. [Porta eburna) Virg. in fine lib. vj. Æneid. ait. ſunt geminæ Somni portæ quarum altera fertur Cornea,qua veris facilis datur exitus vmbris. Altera candenti perfecta nitens elephanto, Sed falſa ad cœlũ mittunt inſomnia manes. Macro. lib.j.de Som. ſuper hoc loco ita ſcribit. Si quis forte quærere velit, cur porta ex ebore falſis, & è cornu veris ſit deputata, inſtruetur auctore Porphyrio qui in cõmentarijs ſuis hæc in eũdem locum, dicit ab Homero ſub eadem diuiſione deſcripta, Latet,inquit, omne verum,hoc tñ anima,cum ab officijs corporis ſomno eius paullulũ libera eſt,interdum aſpicit,nonnunꝗ tendit aciem nec tñ peruenit,& cum aſpicit,tñ non libero & directo lumine videt, ſed interiecto velamine,quod nexus naturæ caligantis obducit.Et hoc in natura eſſe idem Virg.aſſerit,dicens. Aſpice nanque oẽm quę nunc obducta tuenti Mortales hebetat viſus tibi, & humida circum Caligat,nubem eripiam. Hoc velamen cum inquiete ad verum vſque aciem introſpicientis,admittit,de cornu creditur. Cuius iſta natura eſt,vt tenuarum viſui peruium ſit. Cum aũt ab vero hebetat,ac repellit obtutum, ebur putatur. Cuius corpus ita natura dẽſatum eſt,vt ad quamuis extremitatem tenuitatis craſſum,nullo viſu ad vlteriora tendente,penetretur. [Somnium) Id proprie vocatur quod tegit figuris, & velat ambagibus, non niſi interpretatione intelligenda ſignificationem rei,quæ demonſtratur,auctor idem Macrob.[Impudens Orcum moror) Senſus. Vti ſine pudore patriam reliqui,ita ſine pudore viuo.[Orco moror) .i.Plutonem,& mortem,in mora detineo. Non tñ ab re. Orcũ moror ait. Eſt.n alluſio quædã,ad illud Euripidis,nam (vt Macr. lib.v.Sat.ſcribit) In Alceſti Euripidis,fabula,in ſcena Orcus inducitur gladium geſtans,quo crinem abſcidit Alceſtidi,quem ſecutus Virg. fabulam abſcindẽdi crinis induxit lib.iiij.Æn.de morte Eliſæ. de Orco tamen,latius ſuperius dictum eſt.[Vilis Europe) Seipſam per anaſtrophem alloquitur,dicens.[Quilis Europe pater abſcens vrget te mori,quid ceſſas?) Vel pater abſens vrget.i. inſequitur, ac ſi fueris amatorem ſecuta, quid mori ceſſas? [Filius) Cupido. [Remiſſo arcu) Iam enim percuſſerat Iouis pectora ad Europæ rapinam. [Sectus orbis) Terra enim triſariam partita eſt in Europan. Africam,& Aſiam.

ACR. IMpios Parrę recinentis) Amicã peregre proficiſcentem inuitus dimittens. timet ne malis ꝑgat auſpicijs,& optat,vt impij potius,quam ipſa augurio parræ auis,vel ceterorũ quæ ſubijcit proficiſcantur,& per iſtam cõmemorationem,omnium aduerſorũ nititur eam reuocare ab itinere diſpoſito. Raua aut colore oculorũ torua,aut voce non clara,aut certe rabida [Raua) Fulua, ſiue ſubnigra,aut rauca.i.vocis obtuſæ,rauus.n.color dr̃ mixtus niger,cum fuluo.[Si per obliquum ſimilis ſagittæ) Serpentis celeritate etiam animalia deterreri dicit.i. ſi tantæ celeritatis eſt ſerpens,vt irrationabilia terreat. [Rumpat) .i.incidat tibi,inſtitutum iter. [Manos) Burdos,manni ideo dicti,ꝙ manſuetudine manum familiarius ſequantur. [Imbrium) Diuinam cornicem dicit,imminentium imbrium præſciam,vt. Tũ cornix plena pluuiam,vocat improba voce. Paludes aũt finito die repetere conſueuerat. [Oſcinem coruum) Oſcines dñr aues, quæ voce augurium faciunt,præpetes quæ volatu,vt Virg. Qui volucrum linguas & præpetis omina pẽnæ. [Solis ab ortu) Ab ortu.n. Solis, proſpera corui omina ſunt aduerſa ab occaſu.[Sis licet felix) Ordo eſt. Galatea ſis felix,& memor nr̃i,licet viuas vbicũque mauis .i.ſi ſine me eſſe mauis,ſis felix tñ.[Teque nec læuus vetet ire picus) A ſiniſtra picum,mali ominis dicit,& vagã volatu cornicem. [Trepidet) Feſtinet,vt ne trepidirate viri, vel trepidet ventorum flatu,vel murmure pelagi. [Pronus Orion) In occaſum vergens Orion tempeſtuoſos eſt,& q̃a amica non ualet precibus retinere, minis tempeſtatis conatur ut dum pelago deſæuit hyems, & aquoſus Oriõ.[Ego q̃d ſit ater Adrię,noui,ſinus) Futurę ſe noſſe ſigna tempeſtatis,oſtendit vel ex Adriatici maris ſono,vel ex flatu Iapygis uenti,q̃ ex ſereno ſubitam facit tempeſtatem. Et quid albus peccet Iapyx aut ꝑ erectionem fluuium,aut colorem uacuarum nubium [Hoſtiũ vxores) Nõ feritati barbaricæ,nec pueriłi inſcitiæ dicit,incognita eſſe poſſe futuræ tempeſtatis indicia. [Sic & Europe) .i. quemadmodum tu præſumptuoſe ſumis peregrinationem,ſic & Europe præſumptuoſe credidit niueum latus doloſo tauro,& uide quid paſſa ſit. [Doloſo) Falſo. Ioue inrautum mutato.[Scatentem) Repletum,pullulantem,frementem,ebulliẽtem. [Mediasq́. fraudes) Non fraudes medias,ſed in medio dolo cognitas,nõ ante repertas.[Palluit audax) Vehemẽter timuit,id quod efficitur poſuit,pro efficiẽte.i.quæ ante audax fuerat tunc palluit. [Studioſa florũ) i.quæ nymphis ſtudebat facere floreas coronas.[Subluſtri) In crepuſculo,vel ex luce.[Quæ ſimul centũ) Ordo eſt.Quę ſimul attigit Creten potentẽ centum oppidis,victa furore,dixit. O pater & pietas,relicta nomẽ filiæ. [Pater ò relictũ) Europæ gemiſcentis verba,ò patris pietas,reliquiſti nomẽ filiæ [Leuis mors eſt Virginũ culpæ) Quãto minus virgo peccare debet,eo peccans digna maiore ſupplicio eſt. Leuior ſi quidẽ mors eſt vitæ,quam pudoris,vt Virg. Ferroq. auerte dolorẽ. [Vigilans ne ploro) Sic incredibile dicit factum, vt ſibi ſomno ſimile videatur. [Ludit imago) Imago pro ſomno dr̃, vt ſi nunꝗ fallat imago,& eſt ſenſus. An ſine vitio ſum,& hoc potius ſomnio? Vana per quam ſomnia vana emittũtur,vt Altera candenti perfecta nitens Elephanto. Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia Manes.[Infamẽ iuuencum) Aut famoſum,aut certe ſibi infamẽ.[Dedat iratæ,lacerare ferro) Vt nõ potui abreptum diuellere corpus,& vndis Spargere,vt Indignationẽ ſimul ſexus indignatione,mõſtraret.[Modo) Paullo ante,vt Quẽ modo nauali Mneſtheus certamine victor Conſequitur. [Impudẽs) Turpiter, nomen pro aduerbio,Eadẽ,inquit,impudentia viuo,quã patriã reliqui.O interiectio eſt. [Turpis macies) Quæ turpes facit ante deteriorationem formę,opertat perire.[Succus) Viriditas pulchritudo corporis ſignatur vt, Corpus ſolidum,& ſucci plenum. [Pater vrget abſens) Inſequitur,vt mori debeat, etiam abſentis, timore. [Zona bene te ſecuta) Tanꝗ quæ adiutura ſit, mortis neglecta conſilium,ideo bene ſecuta.[Age te procellæ Crede veloci &c) Tanꝗ quæ magis debeat ſe tempeſtatibus tradere per iura,aut præceps per abrupta demitti quam dominæ imperiũ ſeruiendo per ferre. [Pellex) Concubina, vt exaggeret feritatem barbaricam addit pellex.i.quæ ſic me inſequetur vt pellex ſim, timens meæ pulchritudine. [Perfidum) Doloſum Epitheton Veneris. Ridens Venus,& ad pſens eſt magis conueniens,eo quod ridet eam,in imagine iuuenci deceptam,& quod Veneri iraſceretur,veluti veræ pecudi illuſa concubitu. [Et remiſſo Filius arcu) Merito remiſſo arcu. Cupido,tanquam qui Europæ iam debellaſſet pudorem.[Mox vbi luſit) Eo ꝙ Europæ iam debellaſſet pudorem. [Abſtineto) Ceſſa ab ira, & caliditate. [Calidæ rixæ) De calore animi venientis, vel furoris cum cõmotione.i.poſtea quam paſſa eſt diu, illam caſus ſuos conqueri, velut facti auctoris,ignaram. [Cum tibi inuiſus) Ironice dictum, quia minata fuerat ſe cornua tauri fractura non laceres eum,cum ſe tibi rurſus obtulerit. [Sectus) Diuiſus, eo quod vna pars orbis Europe,nomen accepit, altera Aſia dicta eſt, vt Europa. Atque Aſia pulſus. [Numina ducet).i.ex tuo nomine dicetur. ASCEN.

POR. IMpios Parræ recinẽtis omen Ducat) Amicã pro egre proficiſcẽtem dimittens inuitus,ne malis auſpicijs exeat timet, & optat,vt,impij potius quã ipſa auſpicio parræ auis,& ceterorũ quæ ſubijcit, ꝓficiſcantur [Raua decurrens) Raua lupa a colore dr̃. [Rumpat & ſerpens iter).i.vt ſit. In tranſuerſam viã impios ducat,nõ impios reuocet,hoc eſt pius ſerpens. [Terruit manos) Manni equi dñr puſilli quos vulgos burdos vocant. nam & hoc ad omẽ dicit pertinere,quod mãni terreantur. Anteꝗ ſtantes repetat paludes. Imbriũ diuina auis imminentũ. [Oſcinem coruũ) Cornix anteꝗ repetat paludes, quã imbrium imminentium diuinã ait quia pluuiam futurã ſignificare ſolet,quod ẽt Virg. oſtẽdit. Tum cornix plena pluuiã, vocat improba voce. [Anteꝗ repetat paludeis) Paludes nõ ad anni tempus primer, ſed ad diei. [Oſcinẽ coruum prece ſuſcitabo) Oſcinẽ coruum inuocabo,inquit. [Sed vides quãto trepidet tumultu Pronus Oriõ) Decenter pericula nauigationi oſtendit,q̃bus illam retineat. Nã reuocare nõ audet. In occaſum aũt pronus Orion,intelligẽdus, nam tunc magnę tẽpeſtates.[Et trementes Verbera ripas) Verbere fluctuum aut ventorũ [Sic & Europe niueũ doloſo. [Credidit auro latus) Sic, hoc eſt dũ eam blandus in mare placidũ Iupiter inducit hæc aũt comparatio Iapygi vento confertur q̃ incipit Placidus, mox in tẽpeſtate citatur.[Mediasq́. fraudes Palluit audax) Ad ludum audax, non tunc cum palluit. [Nocte ſubluſtri) Pro ſublucida. [Pater ò relictũ filiæ nomen) Europæ ingemeſcentis verba ſunt. Et filiæ relictum,pro à filia relictum. [Victa furore) Nunc errore mentis, vel amore. [Leuis vna mors eſt virginum culpę) Quãto minus peccare virgo debet, eo in peccatis digna maiori ſupplicio eſt. [Vigilans ne ploro) Bene tamẽ incredibile factum eſt vt videatur hoc etiam ſimile ſomno. [Ludit imago) Pro ſomno. [Quæ porta fugiens eburna,) Virg. Altera candenti perfecta nitens elephanto. Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia. Manes

Impudens liqui patrios penates. [Impudens Orcum moror, ò Deorum) Eadem impudentia uiuo, qua patriam reliqui. [Speciosa quæro pascere tigres) γυναικείως solicita est, ne desinat esse speciosa quæ desiderat quam primum perire, dum pulchritudo sua secum sit. [Vilis Europe, pater urget absens) Dubium non est, inquit, quin me pater absentem uilem æstimet, & appellet credens me amantem prosecutam & ideo moriendum, est ut priorum horum obliuiscat. [Potes hac ab orno Pendulum zona bene te sec.) Quæ adiutura sit mortis consilium. [Aderat quærenti Perfidum ridens Venus) Et si perpetuum ante positum nunc epitheton cōuenientius ad præsentia pertinet. Ridet enim & quod eam imago iuuenci deceperit, & quod illa irascatur, quasi uere à pecore decepta sit. [Mox ubi lusit satis) Postq̄. diu passa est illam ignarā felicitatis, de casu suo conqueri. [Lacerādæ reddet cornua taurus) Ne laceres eum, inquit, cum se tibi rursus obtulerit [Vxor inuicti Iouis esse nescis?) Ambiguum utrum hoc dicat. Nescis te coniugē Iouis esse, an uero nescis te gerere coniugem Iouis. Vt si dicas. Nescis esse consul. [Tua sectus orbis Nomina ducet) Sectus.i. diuisus, quia ab huius nomine pars orbis. Europa appellata est.

ASCEN. IMpios Parræ &c.) Galatea migraturæ, ne illi inuidere uideatur bona quidem comprecatur, sed non sine commemoratione malorum, quæ alijs imprecatur & exemplo Europes, q̄ ad terrorem Galateæ infeliciter migrasse docet dicens. O Galatea, omen.i. auspicium parræ.i. illius auiculæ apparentis sub tempestatem, retinenti, quia oscinis est in augurio & cantu tempestatem prænunciare, & canis prægnans, cuius, quia sæua est infaustus putatur occursus, aut lupa raua.i. subnigra, & partim fulua, aut rauca affectu decurrens ab agro Lanuino.i. iuxta Lanuium oppidum, ad uiā Appiam, non longe ab Antio olim, & uulpes fœta, etiam infortunij pronostica, ducat impios, qui.s. malo euentu, digni sunt, q. d. non te Galatea, nec me, & serpens rumpat.i. interrumpat, iter institutum.i. inceptum ab impijs si similis sagittæ.i. celeriter transcurrens, per obliquum.i. ex transuerso, terruit mannos.i. pusillos equos, delicatorum qui tunc non prouehūtur, quid ego auspex, prouidus timebo? q.d nihil horum Sunt textos, qui habent ego cui timebo &c [Nam anteq̄ auis diuinæ).i. diuinatrix, & prænuncia imbrium, imminentum.i. cornix, repetat paludes stantes.i. stagnantes, ut sese lauet, ego suscitabo prece.i. precatu uenire faciā, ab ortu solis. Vnde fausti est auspicijs, coruum oscinem.i. ore canentem, & prognosticon bonum facientem, quo uis cornicis impediatur. O Galatea, licet.i. licitum est per me, quia nihil mali imprecabor, sis felix, ubicunque mauis.i. magis uis, siue hic, siue alibi, & uiuas memor nostri & precor sup. ut nec picus.s. Martius læuus.i. sinistet, & ita mali omninis, q̄a prædatores prognosticare creditur, nec cornix uaga.i. spatiās in arena, uetet te ire.i. proficisci. Sed.i. licet ego nil obstem, tu vides quanto tumultu Orion, q̄ tam in ortu, quam in occasu nimbosus est, & tempestatem ciet, pronus.i. occidus trepidet.i. properet. Ego noui.s multa experientia, quid sit.i. quid portendat, sinus Adria.i. Adriatici maris, niger.i. obscurus q̄a vehementem tempestatē, & noui quid Iapyx.i. ventus ab Iapygia.i. Apulia flans, albens.i. albicantes nubes inducens, peccet.i. contra id, quod ostendit facere solens, qui pro alba nube, nigram infert tempestatem. Vxores & pueri hostium, sentiant cæcos.i caliginosos motus. Austri orientis, & fremitum æquoris.s. Adriatici nigri, & rixas trementes verbere.s. vndarum. Sic.s. in auspicato. Europe, filia Agenoris, credidit tauro doloso.i. Ioui conuerso in taurum, aut naui, cuius insigne erat taurus, latus niueum.i. innocuum sup. esse, & palluit.i. mox vsque ad pallorem timuit pontum.i. mare, scatentem.i. manantem, belluis.i. monstris marinis, & palluit medias fraudes.i. cum esset in medijs fraudibus, iam perceptis, audax.i. quæ fuerat audax nuper.i. paullo ante, in pratis vbi taurum ascenderat, & studiosa florū. quos collegerat, & ipsa opifex.i. effectris, coronæ.i. ferti, debitæ, quia promissæ Nymphis, vidit nocte sublustri.i. parum lucida, nihil præter, astra & vndas, cum esset.s. in medio maris. [Quæ si.) Prosequitur fabulam, aut historiam Europes ad terrorē Galateæ, dicens, Quæ.s. Europæ, simul.i. statim vt tetigit Creten.i. Cretam insulam in mari Ægæo patriam Iouis, potentem centum oppidis, dixit. O pater.s. Agenor, ò nomen relictum filiæ.i. à filia, quia non meruit te amplius appellare pater, aut relictū.s. solum filiæ, cum in te nihil iuris, præter nomen habeat patris, nā & meruit, vt te ipsa pater sis, & ò pietas.s. quam patri debuerat, nec sine eius consensu discedere, victa furore.i. temeritate ascendendi taurum, vnde.s. veni? q. d. à patria, qua nihil dulcius, quoue. veni? quia in terram ignotam vna mors est leuis.i. nimis facilis culpæ Virginum, quæ raptores libenter sequuntur. Ne.i. an. ego vigilans ploro, turpe cōmissum, an imago vana.i. phantasma, in somnis apparens, ludit.i. illudit. nec carentem vitijs? sic enim fuit à sensu alienata, vt nesciret an reuera auecta esset an somnians sibi auecta videretur, quæ.s. imago vana fugiens.s. ab inferis, porta eburna.i. ex ebore, qua Falsa ad cœlum mittunt in somnia Manes, ducit.s. secum somnium.i. insomnium Melius ne fuit? q.d. nequaquam, quod sero agnoscit, ire per longos fluctus, an carpere flores recenteis.i. recens ortos? Si quis dedat.i. in potestatem redigit, mihi iratæ, nunc iuuencum infamem.s. qui prius tm̄ placuerat, ego nitar lacerare, & frangere ferro, cornua tauri, amati mihi modo.i. paullo ante multum.i. vehementer. Ego impudens).s. sine pudore, liqui penates patrios & impudēs moror.i. differro adire, aut detineo ne me rapiat Orcum.i. Plutona aut Inferos. O si quis deorum audis hæc.i. has lamentationes meas, vtinam ego nuda inter errem, aut errem inter leones anteq̄ macies turpis, quam ex mœrore contractura erat occupet.i. inuadet, malas.i. maxillas, decentes.i. roseo colore, & antequam succus.i. radicalis & naturalis humor, defluat.i. dispereat, predæ teneræ de se loquitur, ego quæro speciosa.i. tantisper dum adhuc speciosa sum pascere tigres.i. ferocissimas belluas. O Europe, ad se loquitur vilis.i. contemptibilis, pater.i. offensio paterna, absens.i, patris absentis, vrget.i. impellit. te, ad mortem, quid cessas mori? tu potes lædere.i. strangulare collum, pendulum.i. suspensum, ab hac orno.i arbore vicina, zona.i. cingulo secuta,.i. quod portasti tecum bene.i. cōmode. Siue rupes, & saxa acuta delectant te læto.i. genere mortis, hoc est siue malis præcipitio extingui, age crede te procellæ, quæ in te scopulos impellat, nisi mauis carpere pensum.i. nere, aut carminare, seu pectere lenam, herilem.i. dominæ, quam hic sortitura es, & mauis saguis regius.i. cum sis filia regis, tradi pellex, & ita odiosa, quia concubina mariti. dominæ barbaræ, quia non Græcæ, aut immitis. Venus ridens quod illi proprium est, & filius sup. Veneris.s. cupido arcu, quo prius in Iouis cor iaculum amoris immiserat remisso.i. laxo, & non tenso, aderat querenti.s. Europæ. perfidum.i. dolosum Iouem, à quo rapta, & derelicta videbatur. Mox.i. paullo post, vbi lusit.i. illusit & ludibrio habuit, satis permittens eam sine causa se exanimare, dixit. O Europe sup. abstineto sup. à motu, aut perturbatione irarum, & rixæ calidæ.i. festinantis ad vindictam.i. q̄n quidem, taurus inuisus tibi, reddet tibi mox cornua laceranda.i. mox aderit (& ni fallor) ad virgam uirilem alludit, Tu nescis (rem aperit esse vxor Iouis inuicti, mitte.i omitte singultus, & disce bene ferre, magnam fortunam, orbis sectus.i. in treis partes diuisus ducet tua nomina.i. vocabitur à te Europa, vnde est. Nomen donat ei, quod habet, pars tertia mundi.

GLAR. RAua decurrens lupa) Raua lupa, inquit, Porph. à colore dr̄. Hæc ille breuiter, vt solet, nec minus doctæ, innuens eum colorem, quo est lupa, oībus notissimus. Acron aūt, vt ostenderet iudicij acumen, ingenijq́. copiam. quinque modis hoc exponit, ita tn̄, vt aliq̄n etiam Rauca legisse videatur. Verum cum ea oia diligenter legeris, nihilo certior fuerit de eius nominis significatione. Rumpat & serpens iter institutum. Vt sit, inquit Porph. in transuersam viam impios ducat, non impios reuocet, hoc est pius serpēs. Hæc verba nimis argutula vīr, vt vix credam Porphyrionis esse. Poëta.n. simplici sensu profert, ac vult hæc impijs accidere itineris incōmoda, non Galateæ. At Acron hic serpentem celeritate sua equos terrere putat, cum poëta de obliqua siue transuersa interruptione potius loquatur, etiam si id celeritate fiat, verum illud pusillum. Hostium vxores, puetiq́. cæcos. Sentient. Non feritati barbaricæ nec puerili inscitiæ dicit incognita esse posse futuræ tempestatis indicia. Ita Acron, quasi poëta ita ad Galateam loquatur, mirum si non noscis tempestatis futuræ indicia, cum hostium vxores, ac pueri ēt illa agnoscant. Quæ à poëtæ mente alienissima puto malam.n. tempestatē imprecatur hostium vxoribus, ergo abominantis sunt hæc verba vti apposite in Adagio Bœotijs vaticinare, adduxit. Belluis pontum mediasque fraudes. Manc. hō diligens, & multæ lectionis per pontū, hoc loco intelligit Euxinum mare, quasi Europa à Phœnice in Cretā vecta ea fuerit, sed lōge erat ut Geographiæ docti sciunt. Ad idē pertinent, quod per medias fraudes Cyaneas insulas in proponride intelligi voluit. Pierasque dixit uicta furore. Non placet ordo quē hoc loco facit Acron, quasi ipsa Europæ victa furore à poëta dicatur. sed conqueritur ipsa pietatem, quā patri debebat, uictam temeritate, quod ausa fuerit cōscendere Taurum, quem furorem uocat. Ergo pater, relictum nomē filiæ, & ò pietas uicta furore, cōstruendum est. Non ò pater & pietas relictum nomen filiæ, ut Acron perperam componit. Et filiæ datiui casus est. [An uitijs carentem Ludit imago Vana) Vana, idem inquit, per q̄. somnia uana emittuntur. Hic Acron pla-

ne putauit, vana esse, ablatiui casus. vt est, porta eburna. quod tñ carmini repugnat (Vilis Europe pater vrget absens) Dubiú non est, inq̃t quin me pater absenrem vilẽ æstimet, & appellet, credens me amantem ꝑ securam. Et ideo moriendum est, vt prioꝝ horum obliuiscar. Hæc Porph. Doct. putat. Europæ datiui esse casus, & vilis exponendum, nihil æstimatus, quod & mihi placet. [Barbaræ pellex) Pellex .i. concubina, inquit Acron, sed, adijciendum erat, mariti concubina. Et Barbaram accepit pro immitti, non autem pro non græca, vt quidam exposuit, cum ipsa esset Syra.

## AD LYDEN.

*Ferijs Neptuni se potissimum velle bibere ait de elegantissimo vino, sed ita tamen sobrie. Vt vegetum, acutumq; reddat ingenium, non ingurgitatione opprimat.*

*Ode XXVIII. Dicolos, Distrophos: Vt, Sic te diua potens Cypri.*

— — - ∪∪ - ∪ -

— — - ∪∪ - - ∪∪ - ∪∪

Festo quid potius die
  Neptuni faciam? prome reconditum
Lyde strenua Cæcubum:
  Munitæque adhibe vim sapientiæ.
Inclinare meridiem
  Sentis: ac, veluti stet volucris dies,
Parcis diripere horreo
  Cessantem Bibuli consulis amphoram.
Nos cantabimus inuicem
  Neptunum, & virideis Nereidum comas,
Tu curua recines lyra:
  Latonam, & celeris spicula Cynthiæ:
Summo carmine, quæ Cnidon
  Fulgenteisque tenet Cycladas: & Paphon
Iunctis visit oloribus.
  Dicetur merita Nox quoque Nenia.

ANTO. FESTO quid potius) Lydem hortatur, vt in Neptunalibus optimum vinum exhibeat, canetque secum vicissim Neptuni, Nereidum laudes. Latonæ etiam ac Cinthiæ, demum Veneris. [Strenua) Fortis, vigilans. [Cæcubum) Optimum vinum, de quo latius supra. [Munitæ) Sapientia .n. per seipsam fortissima est. [Adhibe vim) Adde vim. Vino .n. vires augentur. [Inclinare meridiẽ Sentis) Ostendit maiorem diei partem, præteritam, & diem ipm̃ tendere in occasum, inde opus, vt citius conuiuia parentur. [Horreo) Pro vinaria cella, posuit. [Cessantem) Desidem & in secessu manentem. [Virides) Cærulei oẽs, finguntur aquaꝝ Dij. [Tu curua recines) Declarat illud inuitẽ. [Sũmo carmine) Vel maximo, vel nouissimo. Quæ Gnydon Venerẽ intelligit. de Gnydo aũt superius videto De Cycladibus etiam, & Papho. [Fulgentes) Propter spumas, id accidit. [Iunctis oloribus) .i. cignis, dicunt .n. Veneris magnę, currum magnæ a cygnis trahi aut q̃a per albedinem significant lautitiam muliebrẽ, aut potius, q̃a dulcissime canant. vt demõstretur amantium aĩos, cantu trahi. De curru vero Veneris. Apul. lib. vj. de Asino aureo, sic ait, At Venus cœlũ petit, iubet construi currum, quem ei Vulcanus subtili fabrica studiose polliuerat, & ante thalami rudimentũ, nuptiale munus, obtulerat, Lunæ tenuantis detrimento conspicuum, & ipsius auri dãno pretiosum. De multis quæ circa cubiculum dñæ stabulant, procedunt quatuor candidæ colũbæ, & hilaris incessibus, picta colla torquentes, iugum gẽmeum subeunt, susceptaque dña letę subuolant currum Deæ ꝓsequentes, gãnitu contrepenti, lasciuiunt passeres, & ceteræ quæ dulce cantitant aues, melleis modulis suaue resonantes, aduentum Deæ prænunciant, cedunt nubes & cœlum filiæ panditur, & summus æther, cũ gaudio suscipit Deam, nec obuias aquilas, vel accipitres rapaces, Pertimescit magnæ Veneris canora familia. hæc ille. [Merita Nenia) Lugubri carmine, & nocte conuenienti sicut & mortuis in nocte .n. tenebræ sunt, & somnus quę morti sunt simillima. Nenia aũt proprie est cantus lugubris, & laus in funere honoratoꝝ viroꝝ, vt, scribit Cic. Latius tñ supius videto.

*Olores*

*Currus Veneris*

*Nenia*

ACR. FEsto quid potius die Neptuni faciam?) Quid magis faciẽdum est, festo Neptunalium die, quam vt Cæcubum depromatur? amicam suam alloquitur. [Lyde strenua) .i. cita. [Cęcubum) Vinum dictum volunt, eo quod cæcet, & cõfundat ingenium. [Munite adhibe vim) Quæ nulli casui subiecta est. Bene aũt ait. vim sapientiæ, per vinum Adhiberi. [Inclinare meridiem Sentis,) Hoc est sentis inclinare diem in occasum, q̃ maior fieri deberet, & augeri lætitia. [Ac veluti stet) Hortatur ad celeritatem promendi, dum dicit breuitatem impatientem morarum. [Parcis) Cessas quasi stet, cum celeriter abeat. [Bibuli) Proprium nomen .i. Bibuli consulatu reconditum. [Virides) Herbis similes aquæ fucatione. [Recines) Iterum cantabis .i. alternatim cantabimus. [Latonam) Dianam, propter quod trinominis dr̃. ipsa enim Luna, ipsa Diana, & Proserpina dr̃, ideo modo Lunam, pro Diana posuit. [Spicula Cynthiæ) Simulos Veneris dicit amatoris. [Sũmo carmine) Aut maximo, aut in consumatione carminis .i. in fine Veneris, cantabimus laudes. [Cycladas) Nomina insularum, quas Venus Vecta, circuit cygnis. [Nenia) Carmine mortuoꝝ. [Nenia merita) Conueniẽre carmine, nam q̃a tenebrosa nox est merito lugubri carmine dr̃. Nenia .n. carmen est, quod mortuis cantabatur, in honorem inferorum. Sed quia noctem prædicaturus erat, propter tenebra, & somnũ, quæ morti proxima creduntur, ideo dicit Nenia noctis.

POR. FEsto quid potius die) Neptunalioꝝ diẽ esse signãs sit, Quę res est quã potius debeam facere, quam vinum ꝓmere Neptunalibus? Munitæq. adhibe vim sapiẽtiæ munita sapientia bene dr̃ quia nulli .s. fortunæ subiecta est Gręci aũt aiunt. Vim sapientiæ adhiberi, per vinum. [Inclinare meridiẽ Sentis in occ.) .s. diẽ inclinare. [Cessantem Bibuli consulis amphorã) .i. in horreo cessantem, & quasi residentem Bibuli consulis aũt, eo anno, quo Bibulus cõsularum gessit natam. [Sũmo carmine) Quę Gnydon, Fulgentisque tenet Cycladas .i. in consumatione carminis, Venerẽ cantabimus [Iũctis visit oloribus) Oloribus .i. cygnis iũctis, vecta reuisit Gnydon Cycladas, Paphon. [Dicetur merita nox quoque Nenia) Nenia est, carmen, quod in mortuos cantatur. Sed bene nocti hoc carmen accommodat, propter tenebras, & somnum, quæ morti sunt proxima.

ASCEN. FEsto) Argm̃ narrat Mancinellus. Ordo est. Quid faciam potius, festo .i. solẽni die Neptuni, quam supp. lętum conuiuiũ agam, q. d. nihil, & ideo ò Lyde ꝓ me strenua .i. diligens, Cęcubum sup. vinum, reconditum .i. iteꝝ atque iterum occultum, & adhibe sapientiæ munitæ .s. per sobrietatem, vini .i. violentiam .i. pelle sapientiam vino, aut, vt Mãcinellus sentit adauge vires eius quia vinum temperate sumptum, acuit ingenium. sed non quadrat loco. non .n. vult temperate sumere, sed vsque ab ebrietatem. Tu sentis meridiem inclinare .s. ad occasum, ac parcis .i. cessas, diripere horreo .i. cella vinaria, in quam vinum, vt frumentum in horreum congeritur, veluti .i. perinde atque dies volucris .i. cito volubilis, & transiens, stet .i. persistat cessãs dico deripere amphoram .i. magnum vas vinarium, cessantem .i. nihil agentem, & ociosam in horreo Bibuli consulis. aut amphoram Bibuli cõsulis .i. signatam anno consulatus eius cessantem .i. ociosam. Nos cantabimus, inuicem .i. vicissim Neptunũ, & comas Nereidum .i. Nympharum maris, virides .s. aquæ sunt, tu recines .i. quæ dicam repetes, Lyra curua Latonã, matrem Apollinis & Dianæ, & spicula Cynthiæ .i. Dianæ, a Cyntho monte Deli, vbi nata dr̃ celeris, quia venatrix est, & summo .i. supremo carmine, dicetur supplica, videlicet Venus, quæ visit, Gnydon oppidum vbi pulcherrima Veneris statua, à Praxitele exculpta, & Cycladas .s. insulas, circa quas vecta in concha ad Cyprum, & Paphon vbi peculiariter colitur, ad Cyprum, oloribus .i. cygnis, iunctis .s. ad trahendum currum Veneris. Et nox quoque .i. ẽt, dicetur .i. laudabitur, Nenia .i. cantilena Neniæ simili. merita .i. quã meruit, quod nos pernoctantes seruarit. Argutæ sunt rõnes ordinis. Nam primo bibendo, expellitur sapientia, mox canitur à potis solutis curis, carmen diei festo congruum. Deinde carmen venatorium Dianæ, mox lasciuũ Veneri at vbi vox, & ratio vino sepultæ sunt, cantilena exit in Neniam .i. in vlulatum, & plangenti similem screatum, non quod tristes sint sed ꝑ ebrij Neque Nenia semper tristium est, sed imperite canentium, vt puerorum, vetularum, & ebriorum. Vide annotationem xlij. Bonfinis.

MATT. Bonfin. SPicula Cynthiæ) Per Cynthium Dianã intelligit, non Veneñ, interpretantur. Quod si huic verbo addatur, & copula, & versus æque stabit & clarissima erunt oĩa, vt sit ordo, & summo carmine .s. recines, sup Deam, quæ tenet Gnydon, fulgẽtesq. Cycladas, & visit Paphon iunctis oloribus .i. Venerem ipsam.

[Quoque

[Quoque Nenia) Neniã hoc loco accipiendũ ſentio pro carmine aliquo ad laudandum noctem accõmodato, vt ſit ordo. [Nox quoque dicetur merita Nenia).i. meritis laudibus non carebit.

CLAR. INterrogationem habet hæc Ode ab initio, quid potiſſimum faciat feſto. Neptuni die, reſpondet continuo bibendum eſſe. Vbi quinque optimo proſequitur ordine. Primum enim pellitur ſapientia ſecundo cantatur carmen feſti diei, tertio carmen venatorium, quarto laſciuum, vltimo ſequitur vlulatus, quã hoc loco Neniam vocat. Ipſe etiam poëta Epiſt.j. pro cantilena vſurpauit Neniam. Hæc cum ita habent, mirum eſt q̃ commentatores, præter vnum Badium, nihil horum, attingant. In primis vero Acron, qui ait, quoſdam dicere. Cæcubum vinum dictum, eo quod cecet, & confundat ingenium, cum ab oppido Campanæ in ſinu Caietano id nominis habeat. vt è auctor Strab. lib. V. Idem Acron Laronam exponit pro Diana, propter quod trinominis dicitur, inquit. Et ſpicula Cynthiæ ſtimulos Veneris quaſi Cynthia ſit Venus Mancinellus aurem, Adhibe vim exponit, adde vim. Vino enim, inquit, vires augentur. quod recte reprehendit Badius. [Ceſſantẽ Bibuli Conſulis Amphoram M. Calphurnius Bibulus Quos. fuit cum C. Iulio Cæſare anno ab vrbe condita dcxcvj. Qui proximus fuit ante eum annum, quo cœptum eſt bellum Gallicum, quod geſſit. C. Cæſar cum Gallis, à quo ad finem bellorum ciuilium ſunt anni circiter triginta, poſtq̃. Horatium hæc ſcripſiſſe eſt veriſimile verum hæc non ſunt tanti. [Sũmo carmine) Quiddam Bellus annotator ante hæc verba ponit in priore carminæ, & coniunctioneoi, contra fidem omnium exẽplarium quaſi. non ſit longe venuſtior. Senſus ſi poſt Cynthiæ geminus punctus ponatur, velut qui exeat lector ac deinde inferat, Summo, carmine nouam ſententiam.

## AD MOECENATEM.

*Inuitat Mæcenatem ad conuiuium quod illi inſtruxerat, cum amphora delicatiſsimi vini & vnguentis, ſuadetq́; ne grauetur paullulum ad ſe diuertere. Nam licet amphore ſit fortuna non ingratam tamen illi viciſſitudinem rerum futuram, neque diuiti mundam paupertatem, itaque aſtu iam peſtilentis inſtantis, monet, vt vrbe cedat & ſe poſitu publicis negocys, genio, & bona valetudini det operam, ſtultum enim eſſe, nimium velle ſapere, aut de futuro anxium eſſe, ſed eo quod ad eſt bene vti prudentis, feliciſsimi autem qui non ex fortuna pendet, ſed ita ſeipſum comparauit, vt quidquid acciderit, hoc ferat imperturbato animo.*

*Ode XXIX. Tricolos, Tetraſtrophos: Vt, Vides vt alta ſtet niue candidum.*

--U---UU-UU
--U---UU-U- ∴
--U--U-U
-UU-UU-U--

Vide an not. Frã. Rob. ſup iſto loco.



TYRRHENA regum progenies, tibi *
Non ante verſo lene merum cado
Cum flore Mœcenas roſarum, &
Preſſa tuis balanus capillis
Iandudum apud me eſt. eripe te morę:
Ne ſemper vdum Tibur, & Eſulæ
Decliue contempleris aruum, &
Telegoni iuga parricidæ.
Faſtidioſam deſere copiam,
Molem propinquam nubibus arduis: ∴
O mitte mirari beatæ
Fumum, & opes, ſtrepitumq́. Romæ.
Plerunque gratæ diuitibus vices,
Mundæq́. paruo ſub lare pauperum ∴
Cœnæ, ſine aulæis, & oſtro
Solicitam explicuere frontem.
Iam clarus occultum Andromedes pater
Oſtendit ignem. iam Procyon furit: ∴
Et ſtella veſani leonis,
Sole dies referente ſiccos.
Iam paſtor vmbras cum grege languido.
Riuumq́ue feſſus quærit, & horridi
Dumeta Syluani: caretq́ue
Ripa vagis taciturna ventis.
Tu ciuitatem quis deceat ſtatus,
Curas: & vrbi ſolicitus times,
Quid Seres, & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaiſq́ue diſcors.
Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit deus:
Ridetq́ue, ſi mortalis vltra
Fas trepidas. quod adeſt, memento
Componere æquus. cetera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alueo
Cum pace dilabentis Etruſcum
In mare; nunc lapides adeſos,
Stirpeiſq́ue raptas, & pecus, & domos
Voluentis vna, non ſine montium
Clamore, vicinæq́ue ſiluæ:
Cum fera diluuies quietos
Irritat amneis. ille potens ſui,
Lætuſq́ue deget: cui licet in diem
Dixiſſe, vixi: cras vel atra
Nube polum pater occupato,
Vel ſole puro: non tamen irritum
Quodcunque retro eſt, efficiet: neque
Diffinget, infectumq́ue reddet,
Quod fugiens ſemel hora vexit.
Fortuna ſæuo læta negocio, &
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna
Laudo manentem. ſi celeris quatit
Pennas: reſigno quæ dedit: & mea
Virtute me inuoluo: probamq́ue
Pauperiem ſine dote quæro.
Non eſt meum, ſi mugiat Africis
Malus procellis, ad miſeras preces
Decurrere; & votis paciſci,
Ne Cypriæ, Tyriæq́ue merces
Addant auaro diuitias mari.
Tunc me biremis præſidio ſcaphæ, *
Tutum per Aegæos tumultus
Aura feret, geminuſq́ue Pollux.



TYRRHENA regum) Mœcenatem, vt ſecũ conuiuia ineat, exhortatur dicit. n. ſe iandudũ optimum pro ſe merum ſeruaſſe, paraſſeque ẽt & coronas & vnguenta ſibi. ordo eſt. O Mœcenas Tyrrhena pgenies regum iandudum apud me, eſt tibi lene merum, cado non ante verſo. eſt balanus, preſſa tuis capillis cum, roſarum flore. [Tyrrhena regum) De Mœcenatis proſapia latius Ode j. [Tibi) In tuam gratiam. [Verſo) Effuſo. [Lene) Mitte ac ſuaue. [Balanus) βαλανὸς glans dr̃. Verum Acron dicit eſſe herbam vnguentariam, ſed ſecus eſt. Nam (vt Plin. ſcr. lib. xij. ca. xxviij.) Myrabolanũ arbor Troglodytis, & Thebaidi, & Arabiæ cõis eſt naſcens vnguento, vt ipſo nomine apparet, quo itẽ indicatur, & glandem eſſe arborem. fructus eſt magnitudine auellanæ nucis, vnde liquor exprimitur, ſeu oleum, odoratum quidem vnguentarij tñ corticem premunt medici nucleos tundunt affuſa eis paulatim calida aquam. idem aũt oleum balaninum dr̃. vnde idem Plin. lib xiij. cap. j. ſic ait, vnguentorum expeditiſſimum fuit, primumq́ue vt veriſimile eſt ex brio, & balanino oleo. poſtea vero ſic Suſinum tenuiſſimum oium eſt. Conſtat ex Lilijs balano calamo &c & paullo inferius ita, Nardinum, ſiue ſolatũ

ANTO.

Balanus Vnguẽta

cōſtat omphacio balanino,iunco,coſto,nardo, amomo,myrrha, balſamo. [Preſſa) Expreſſa pro tuis capillis,ex balano n.liquor exprimitur odoratus,ſeu oleum vt diximus. [Æſulæ) Aeſulanos Latij populos fuiſſe Plin.ſcr.lib.iij. [Telegoni iuga parricidæ) Tuſculum indicat. quod in Romæ cōſpectu ſitum erat. in ſummo mōtis.de quo latius Epodo prima id aūt,vt,etiam Porphyrio aſſerit, Telegonus cōdiderat filius quidem Circes,& Vlyſſis, qui p ignorantiam patrē occiderat.[Copiam) Quam tecum habes. [Molē propinquam) Ipſius Mœcenatis turrim intelligit.de qua in Epodis [O mitte mirari)Ex illa.n.tueri tota ferè vrbs ſpectabatur. qđ latius ſupra oſtēdimus. [Iam clatus occultū) Propter imminentē æſtum,Mœcenatē ad hilaritatem inuitat.[Clatus pater) Habet.n Cæpheus ſtellas decē nouem.vt Higinius oſtendit. [Andeomedes pater).i.Cęphëus.de quo late lib.iiij.Met.& apud Higin.Colum.aūt lib.xij.ſcc.Septimo Idus Iulias Cęphēu veſpere otiri.Idibus aūt Iulijs Procyon exotitur mane xiij Cal.Aug, Sol in Leonē tranſitum facit.nono aūt Cal.Aug Leonis in pectore,clara ſtella exoritur.[Procyon)De hoc late ſuperius. [Tu ciuitatem) Oſtendit ſuperius paſtoees cum grege languido,ęſtus, fugiendi gratia ſubite vmbram, Mœcenas tm̄ nunquam ab vrbis eura vacabat. Hinc eum hortatue ad curas ponendas, vt omiſſis futuris præſentia tm̄ amplexetur. [Bactra) In Scythia eſt Bactra vebs quæ etiam Zariaſpa appellata eſt, vt Steabo docet lib xj in Plinio īn lib.vj.legitur Zariaſta. vbi etiam ait Bactri quoꝶ oppidum Zariaſtes,quod poſtea Bactrum flumine appellatū eſt [Cyeo) Lege de hoc ſuperius.[Tanais diſcors) Is fluuius eſt ꝙ Europam ab Aſia diſiungit,atque ambarum fines vtrinque perlābens. in Boreā vetſus, p Sauromatas in Scytbiam,vſque atq; in Mœotidis paludem prętenditur. oritur aūt ex Indiæ montibus. auct. Dion.& Strab lib.xj.[Diſcors) Vel ꝗa Europam ab Aſia diſiungit,vel pp populoꝶ ſeditionem.[Prudens futuri) Oſtendit Deū prudentee ſutura cœlaſſe hoīes, de qua re, illi minime ea curare debent præſentiaq. tm̄ ſumeee.[Aequus)Mitis,benignus,ꝗetus, & ſine cura. [Cetera fluminis) Cōparat res humanas fluminibus,quę modo placida fluunt,modo inquieta imbrium copia,ita & hoīum res lætæ,ſubitis aduerſis turbantur [Potens ſui.).i.dn̄s ſui ipſius quod ſolius eſt ſapientis.[In diem).i.in præſentem diē nihil de craſtino cogitando. In dies aūt,eſt diem,quod quotidie cum quodam incremento, vt Creſcente in dies multitudine. In diem vero plerunque cum hoc verbō viuo iungitur. vt,Volucees in diem viuunt.i.in præſentem diem. nihil de craſtino cogitātes. [Vixi)Ille aūt viuete dicitur,ꝗ cum lætitia,& uirtute degit. [Occupato) Pto occupet,vt inſeriota oſtendunt. [Tamen) Quāuis nube vel Sole occupauerit aërem Iupiter.i.quāuis poſſit felicia, & infelicia teadere nō poterit præterita abolere. Ergo fruēda eſt dies & lætitia remotis curis. nam quæ futura ſunt,pōt eſſe aduerſa. [Quodcunque retro eſt).i.quicquid prætetijt. tetulit,aūt ad illud,Vixi. Eſt enim ſenſus,ꝙ præterita nullo pacto etiā Iupitee pōt deſtruere & inſecta reddere, quāuis (vt diximus) bona & mala poſſit hoībus in futurū aſſetre. [Diffinget) Deſtruet. [Fugiēs) Præteriens.[Manentem).i.ſtabilem.[Reſigno) Reddo. [Me inuoluo) Me munio ſola vittute,ſi aduerſa fortuna aufert exteena bona.[Sine dote) Sine cenſu.[Non eſt meum) Oſtendit ad ſe minime pertinere nauigare, ſed potius velle in proba eſſe pauperrate,hoc eſt vult eſſe pauper,& probus.[Votis paciſci)Cum dijs.n. votis mediantibus videmur paciſci,cum aliꝗd petimus.[Cyprię) Erat Cyprus ditiſſima. vt latius patuit Ode j. hic aūt locus declarat cur poëta ibi dixerit. vt trabe Cypria,Myttotum pauidus nauta ſecet mare. [Tum me) Ironice loquitur,dicens,ꝙ aura & geminus Pollux feret eum tutum per maris Aegæi tumultus pręſidio ſcaphæ bicemis.i.paruæ nauiculæ. per quod nauigationem eſſugere ſe innuit.[Geminus Pollux) De Caſtoee & Pollucę ſauentibus nautis: vide libro primo.

ACR. TYrrhena) Tuſca.& Tyberis Tyrrhenus dictus eſt. vt Tyrrhenoq. boues, in flumine lauit Iberas. Simile eſt autem principium primæ Odes, Mœcenas atauis. inuitat aūt illum,ad epulas, cui deſtinatam vini amphoram, & illibatam iam apud ſe eſſe ptomittit. Otdo eſt: Mœcenas: Tyrrhena progenies tegum,iandudum apud me eſt tibi lene merum nō ante verſum cado cum floce roſarum,& Balanus preſſa,tuis capillis.[Preſſa) Infuſa,tanq̄ iam capiti impreſſa Balanus aūt, herba vnguentaria eſt qua componuntur vnguenta,& ideo ſignificat vnguentum. [Iandudum) Ac ſi diceret. Hæc omnia in tuo honore, iandiu ſeruantur apud me. [Vdum Tybur) Propter copiam aquarum. [Et Aeſulæ) Nomen vrbis alterius in latere montis conſtitutæ. [Decliue contempleris) Turrim in hortis ſuis, Mœcenas conſtruxiſſe dicebatue, vnde hæc omnia proſpiceret. [Telegoni iuga parricidæ) Tuſculum ciuitas eſt,in iugn montis conſtituta. Hanc ſignificat nomen cōditoris à Telegono enim Circes filio fundata eſt,qui per ignorātiam patrem ſuum Vlyſſem interemit. [Faſtidioſam deſere copiam) Quæ faſtidium aliqñ ingerit i.fluxum,vt proprias diuitias aliqñ faſtidiat. [Plerunque gratæ diuitibus vices) Viciſſitudinem rerum dicit gratam ſolere eſſe diuitibus,quos interdum poſt diuitias, & copias delectat familiarium mediocritas. Ordo eſt. Pletunque mundæ cœnæ,gratæ vices, diuitibus ſine aulæis. & oſtro ſuper paruo Lare pauperum explicuere ſollicitam frontem.i.triſtem & obductam rugis frontem lætitia extendere,hoc eſt explicauere. vt Plautus. Exporge frontem. [Andromedes pater) Cæpheus Aethyopum rex Zetheus, qui inter ſidera collocatus dicitue peoximus Orioni. [Oſtendit ignem) Denunciat æſtatem. vt Findit Canis æſtifer arua. [Iam Procyon furit) Stella,quæ ante Caniculam oritur. [Cum grege languido) Aeſtu ſatigato,vt, Nunc & pecades vmbras & frigora captant. [Ripa pagis taciturna ventis) Quæ pp ſonitum ſi vento non mutata,vt Aſpice ventoſi ceciderunt murmuris auræ. [Tu ciuitatem quis deceat ſtatus) Oſtendit aūt Mœcenatem præfectū vrbis eo tpe fuiſſe. [Et regnata Cyro) Cyrus tex Perſarum fuit. ideo genus cōmemorat. vt,Vltima ſecū Bactra vehit. [Tanaiſq. diſcors) Tanais flumen in Mæotidem paludem fluens. Diſcors aūt ideo dictum,quia diſceenit Europam & Aſiam ſiue quia incolæ regionis illius feroces ſunt,& ftequenti inter ſe diſcordia colliduntur. [Prudens futuri) Peudenter dicit Deum feciſſe neſciri futura,tanq̄,qui hominem vellet pro breuitate vitæ vti præſentibus. Ordo eſt. Ptudens præmit Deus exitum futuri tp̄is caliginoſa nocte & ridet, ſi mortalis trepidat vltea fas. [Cōponere æquus) Iuſtus finire. vnde lites compoſitæ dr̄ finitæ: vt,Nō noſtrum inter vos tantas cōponere lites. [Cetera fluminis Ritu feruntur) Dilabuntur,hoc eſt alia curſum ſuū habent, vt ſi Brachia forte remiſit: Atque illum in præceps prono rapit aluens amni. Ordo eſt: Cetera feruntur ritu fluminis nunc cum pace dilabentis in Hetruſcum mare medio alueo, nunc voluentis vna adeſos lapides,& raptas ſtirpes,& pecudes,& domos pee allegoriam deſcribit varietates, & vices vitæ humanæ quæ dū quieta & læta eſt ſubito aduerſis caſibus inquietatur & perturbatue. [Stirpes raptas) Extirpatas. vt rapidus montano flumine toerens Sternit agros. [Diluuies) Noue tēpeſtatem dixit,cum oēs auctores hoc diluuium poſuiſſent [Irritat amnes) Incitat. vt,Irritat vtrunque telis.[Ille potens ſui).i.Ille felix eſt,qui modum vitæ ſuæ habet, ſiue qui futura non curat. [Cras vel atra) Perſeuerat perſuadere præſentia tm̄ curanda,nec ſututis animum cōmodari.[Occupato) Pto occupabis.[Non tm̄ irritum,) Hoc eſt non poſſe commodum vitæ,quod iam perceptum fuerit infringi. [Quodcūque retro eſt) Quod iam tranſiuit.i præterita non poterunt immutari quamuis ſutura incerta ſint,& ideo deſine eſſe ſollicitus de futuris.[Diffinget) Confundet,immutabit,ſiue conuellet.[Fortuna ſæuo lęta negotio) Quæ delectatur incertis, & inquietudine hoīum gaudet,dum proſpera mutat aduerſis. [Inſolentem) Iniquum,nouū: vt,Iuuen. Quoties voluit fortuna iocari. [Ludere pertinax) Quoties voluit ſubaudi. [Trāſmutat incertos honores) Vtrū ipſos honores incertos,an tranſmutando incerti fiant Fortunæ incōſtantia.[Pertinax).i perſiſtens.[Laudo manēte).i. cū mutabilis non eſt laudo illam. [Si celeres quatit pēnas,regno quæ dedit).i.dū ad alium deuolat,reddo quod dederat. [Et mea Virtute me inuoluo).i.mea virtute me munio nō timens incerta Fortunę,dum aut deſidero,aut formido,quod pręſtat bona conſcientia,& ſola probitate cōtentus.[Sine dote) Sine opibus,ſine pręmio.[Non eſt meū).i.nec vitæ nec ꝓpoſiti mei eſt timere aduerſa ꝗa,nec periculo,nec tempeſtati quæſtu cauſa me cōmitto. [Et votis paciſci) Tanq̄ paciſcantur cum dijs homines oblectatione votoꝵ. [Auaro) Inſatiabili,cuncta recipienti, quaſi quod omnia intercipiat.[Tunc me biremi) Duos ordines remorum habentis. Ordo eſt: Aura & Geminus Pollux feret me per Aegeos tumultus tutum præſidio biremis ſcaphæ. Ironice dixit. Non patiar vim maris amore lucri. [Geminus Pollux) Cū Caſtore intelligendus eſt ambotum enim ſtellę ſimul naſcuntur.

TYrrhena Regum progenies) Simile eſt illi hoc principiū: Mecœnas atauis,edite regibus. & cur eum ſic appellet,ibi diximus,Inuitat aūt nunc Mecœnatem ad epulas cui, deſtinatā vini amphoram,& illibatam iam apud ſe eſſe dixit. [Non ſemper vdum Tybur & Aeſulæ Decliue contempleris aruum, & Telegoni iuga parricidæ) Tuſculum ſignat quod dicitur Telegonus Circes filius condidiſſe: qui per ignorantiam patrem ſuum Vlyſſem occidit.[Molem propinquam nubibus arduis) Turrim dicit quam Mecœnas dicitur in hortis ſuis extruxiſſe: vnde hęc POR.

omnia

Marginalia: Telegonum; Cepheus; Bactra; zariaſpa; Tanais

omnia prospe&ctahat. [Solicitam explicuere frontem).i.tristẽ exhilarauere. [Iam clarus occultum Andromedes pater) Cęphens, qui s.inter sidera receptus est. [Iam Procyon furit:) Stella est quę ante Caniculam oritur. [Et stella vesani leonis,) Stellam ꝑ toto signo dixit, in quo solem necesse est esse mense Augusto, quod est feruentissimum anni tempus. [Tu ciuitatem quis deceat status, Curas:) Apparet illo tp̃e præfectum vrbis fuisse Mœcenatem. [Tanaisq́. discors.) Tanais fluuius est fluens in Mœotidem paludem, & inde in Pontum. Discors aũt dictus, ꝙ discernit Europam ab Asia. nisi forte ad incolas eius referamus hoe epitheton, ꝙ inter se ferocissimi Barbari discordãt. [Ridetq́., si mortalis vlira Fas trepidas.) Q̃m .s. nefas est inquirere futura, quæ dij nos nescire voluerunt. [Quod adest, memento Cõponere æquus).i. pñtibus fruere, & ea q̃ adsunt æqua mente compone. [Nunc medio alueo Cum pace dilabentis Etruscum In mare; nunc lapides adesos,) Varietatem & vices vitæ humanæ, q̃ modo quieta, ae læta est, modo aduersis casibus inquieta, ac turbulenta, ꝑ allegoriam describit. [Cui licet in diem Dixisse, vixi:) Perseuerat ꝑsuadere pñtia cõmoda tm̃ amplectenda, de futuris non esse cogitandum. [Non tñ irritum Quodcunque retro est, efficiet) .i. nõ potest cõmodum vitæ, quod iam perceperit, infringere. [Ludum insolentẽ ludere pertinax,) Veteribus vsitatũ elocutionis genus Ludum ludere, sicut vitã viuere, & seruitutem seruire, & multa similiter. [Transmutat incertos honores,) Vtrum transmutando incertos facit, an quia incerti sunt, ideo transmutare eos putet. [Resigno quæ dedit:) Resigno.i.reddo. [Et mea Virtute me inuoluo:) Diserte.i.me mea virtute munio, nihil ab illa timens, aut desiderans, contentus sola ꝓbitate, & bona cõscientia. [Sine dote).i.sine opibus [Non est meum, si mugiat Africis Malus procellis) Nec vitæ, nec propositi mei est, inquit, aduersa timere, qͣ nec periculo, nec tempestati quæstus causa me cõmitto. [Diuitias mari.) Cum mare habeat diuitias, obruendo naues cum rebus pretiosissimis. [Tunc me biremis præsidio scaphæ, Tutum per Ægæos tumultus Aura feret, geminusq́. Pollux.) Tunc cũ maxime sæuiat tẽpestas, inquit, ego tutus nauigo p̃sidio scaphæ. sed per hoc allegoricos signat se tutum, securumq́. viuere, quia non quærat diuitias. [Geminusq́ Pollux.) Quia horum sidera cum se ostendunt laborantibus nautis, præbent spem salutis.

ASCEN. TYrrhena) Mœcenatem inuitãs ait, O Mœcenas progenies Tyrrhena regum.i. regum Tyrrhenorum, hoc est Etruscorum, vt in j Ode j. libri visum est, merum lene.i.vinũ mite, cado non ante verso i. vnde nihil exhaustum est, est tibi iandudũ apud me cum flore rosatum, & ẽt balanus, glans vnguentaria .s. myrobalani, pressa tuis capillis.i.ad inungendos capillos tuos in vnguentum pressa, adest. eripe te moræ.i.festina, qua omnia parata sunt. Non, aut ne, contempleris.s.merito semper, videlicet ex domo sua, quam in loco sublimi habuit Mœcenas Romæ, Tybur vdum .i. riguum, & aruum decliue Æfulæ, oppidi in Latio quondam non lõge à Roma in rupe positi, & iugi Telegoni parricidæ .i. Tusculũ a Telegono Vlyssis & Circes filio, qui patre ꝑ ignorantiam, vt aiunt, spina venenati piscis occiso, in Italiam redijt, & Tusculum condidit. Fastidiosam &c. vt Mœcenatem commodius in agrum pelliceat, inducit contemptum reꝝ vrbanaꝝ, quæ ex copia interdũ fastidium, &, vt dñt, nauseam patiunt. vnde dicit. Desere copiam.s.rerum, fastidiosam .i. fastidium pariẽtem, & desere molem.i.turrim grandẽ, propinquam nubibus arduis.i. in nubes vsque eductam, & omitte mirari fumum.s. ea fumarijs innumeris ascendentem, & opes.i diuitias, & strepitũ i. fortunã, aut pedum coëuntium sonitum, Romæ beatæ .i. multũ diuitis, q̃ oia ex turri sua prospectare poterat. Vices .i. vicissitudines, hoc est successiones epularum, & apparatum tenuium post opiparas & sumptuosas cœnas, plerunque.i.vt plurimũ gratæ diuitibus, & cœnę paupeꝝ mundę.i.satis lautæ, sub paruo Lare, sine aulæis, q̃ sint in parietibus, & sine ostro.i.purpura, hoc est sine tapetis purpureis, quę super lectos sternantur, explicuerunt.i. exporrexerunt, frontem sollicitam.i.dempserunt fronti sollicitę rugas, redacto.s.[illegible] ad hilaritatem. [Pr̃ Andromedes) .s. Cępheus in cœlum translatus, iam clarus.i.serenus, ostendit ignem occultum.s. prius, aut vix visibilem pp vehementiam ardoris eius, & Procyõ .i. Anticanis, & stella Leonis vesani i. insaniam ostendentis ardore suo, furit iam Sole referente dies siccos.i. sine pluuia calidissimos, vt in Iulio fit, quo mense Sol in his signis est, pastor fessus .s. calore, q̃rit iam cum grege languido.s.ptę calore, vmbras & riuũ & dumeta, in quibus delitescant, Syluani.i.syluarum Dei, horridi .i. sentis & alijs virgultis asperi, & inęqualis, & ripa taciturna, quia impetu aquaꝝ caret, caret uentis vagis .i. vagari solitis, hoc est, omnia ptę nimio ęstu refrigerium & refocillationem q̃runt, tñ tu curas.i.ardenter dispicis, qs status deceat ciuitatẽ .s. Romanam, & tu sollicitus times vrbi, qd Seres, proximi ad Indiã populi, & Bactra vrbs in Scythia, regnata Cyro, qui rex Persarum ẽt Scythas debellauit, sed tandẽ victus pœnas dedit & qd Tanais i. fluuius ille ex India in Scythiam vsque profluens, hoc est accola eius, discors.i.multa prœlia mouens (sunt.n. bellicosi) parent .i. moliantur vrbi. Deus prudẽs.i.prouidens, sciens quanta mala homini ex nimia cura reꝝ futurarum obueniant, pręmit exitum futuri tp̃is nocte caliginosa.i ignoratione multa, & ridet si mortalis trepidat vltra fas.i. plusq̃ fas est. Hunc ordinem non recipit, aut potius non capit Bonfinis, volens ad Mœcenatẽ referri illud, Prudens futuri tp̃is. Mihi aũt parum liquet, cur Mœcenati detur, nã si esset prudens futuri tp̃is, non timeret qd Bactra parent, sed quod Bactra pararent. nam sciret quid parent, & qd possint. Nec video cur Deo negetur cõuenire, cũ a Quintiliano, & alijs multis dicatur prouidentia, Contra aũt vr̃ mirifica sñia, Deum prudentem & prouidum futuri tp̃is cœlare nos exitum tp̃is, ne aut securi nimis, aut solliciti viuamus. cuius ergo horam mortis nos latere voluit, & finem mundi, dicens, Vigilate vtique, quia nescitis diem, neque horam. Et Non est vestrũ &c. Memento cõponere.i.bene regere, & moderari, quod adest.i.rem præsentem, existens æquus.i.lenis, & quasi in vtranque sortem paratus [Cetera i.quæ non sunt pñtia, feruntur ritu fluminis.s. Tyberis, delabentis in mare Hetruscũ nunc cum pace, medio alueo.i.per medium alueum nõ transcendendo ripas, & voluentis nuoc .i. interdũ, lapides adesos.s.vi aquarum, & stirpes .i. radices raptas (Inusitate aũt fœminino vtitur. Nam Maro dixit, At stirpem Teucri nullo discrimine sactum &c.) & pecus & domos raptas. Põt aũt Ordo esse, Lapides adesos & stirpes.s adesos, & pecus & domos raptas, voluentis dico vna.i.simul, hoc est vno impetu, nõ sine clamore i.cũ murmure montium, & siluæ vicinæ, cum i.qñ, diluuies .i.inũdatio aquarum, fera.i efferа, irritat amnes quietos.s.prius. Ille.s.hõ quisqs est, deget.i.vitã peraget, potens .i. compos sui & lætus, cui licet dixisse.s.veraciter, ego vixi in diem.i. sine respectu diei sequentis, ad conditionem diei pñtis. pater.s. Iupiter, occupato.i.placet vt occupes, cras polum.i.cœlum, uel atra nube.i.tẽpestate nubilosa, uel Sole puro.i.sereno, non tñ .s. pater, efficiet irritum, quia (ut recitat in Ethicis Arist. sm Agathonem) Deus facta infecta facere non põt, quia ad præteritum non est potentia. quodcunque est retro.i quicquid prætetijt, neque diffinget.i. destruet, & non fictum .i. non prius compositum fuisse faciet, q̨, pro.i.non reddet infectum.i. ꝙ non fuerit factum, id quod hora fugiens i.celeriter pertransiens, uexit semel. Deinde quasi à Fato ad Fortunam transiens, dicit, Fortuna læta negotio sæuo, quia nihil est infelicius, q̃ semper fuisse felicem, & non amplius esse, & pertinax.i.perseuerans (quia hoc solo est immutabilis, ꝙ semper mutabilis) ludere ludum insolentem.i.immodestum, trãsmutat.i.ad uarios applicat, honores incertos, existens benigna nunc mihi, nunc alij ũnde subdit. Laudo manentem, s. Fortunam bonam, si ipsa quatit.i.concutit auolando, pennas.s. alarum, celeris .i.pernices, ego resino.i.restituo ei, quæ dedit, & inuoluo me mea uirtute .i. proprijs bonis, & quæro pauperiem .i. paupertatem, probam.i.honestam & decentem, atque approbandam, sine dote, quia per se placet, & prodest.si uere fuerit intellecta, sed Lucanus de ea dicit, Munera nondum Intellecta Deum. Non est meum .i. officij mei, aut instituti, decurrere ad miseras preces .i. misere precari Deos, si malus.i.arbor nauis, mugiat .i. vehementem crepitum faciat, procellis Africis .i. ab Africo uento excitatis, & paciscí .i. pactum facere cum Dijs, uotis.i. per uota, ne merces Cypriæ & Tyriæ.i.ex Cypro & Tyro deuectæ, addant diuitias mari auaro, ut cui nunquam satis est. Tum me (aut tunc) per ironiam, quasi dicat sane quidem uota faciam, & preces miseras, ut aquas, quia indecenter fiunt, Dij derideant, quasi uero aura .i. lenis uentus & Pollux geminus .i. cum fratre, quia dum utriusque sidus apparet, prospera significatur nauigatio, feret me tutum .i. munitum, præsidio scaphæ.i.nauiculæ, biremis .i. binis remis impellendæ. feret dico per tumultus .i. tempestates, Ægæos .i. maris Ægæi, quod uastissimum est.

GLAR. DEceat status) Ordo est, Tu sollicitus quid Seres & Bactra regnata Cyro & discors Tanais parent, prudens futuri temporis.i.tanq̃ uir prudens longe in posterum prospiciens timens urbi, deus premit exitum. [Temporis exitum) Sunt qui hæc uerba ad deum referant & sequentibus coniungant. sed male. Mœcenatem enim Horatius admonet, ne plus æquo uersetur in futurorum cogitatione, & ob id molestia seipsum afficiat, affirmans id non debere aut posse fieri. Nam caliginosa nocte premere deum asserit futura & eum esse beatũ,

ac ſapientem, qui vtatur præſentibus, parum futura curans. Ode eſt plena optimarum ſententiarum, multijugæq. eruditionis, maxime aũt futurorum curam prohibet. quam Xps vocat ſolicitudinẽ de craſtino. Acron aũt Balanum herbam vnguẽtariam facit, quẽ recte reprehendit Mancin. ex Plin. lib. xij. cap. xxj. & ſequẽtibus, quanquam verba Plinij apud Mancin. ſatis miſere habent, non hoc tantum loco. [Faſtidioſam deſere copiam) Quæ faſtidium, inquit Acron, aliquñ ingerit .i. fluxum. Ego luxum puto Acronẽ ſcripſiſſe, q̃ exposition eius non ſubſcribo ſicut nec ordini quẽ paullo poſt facit, in quo coniunctio, q; , tanquam otioſa omittitur, non temere vſquam apud hunc poetam poſita [Andromedes pater) Quæ hoc loco Acron exponit apud neminem Aſtrologũ reperio ſed id in eo non admodum miror. [Prudens futuri tp̃is) Qui hęc verba Mœcenati tribuit, ac prioribus cõnectit, plane imprudens eſt, ne dicã impudens, ſed ab alijs iam exploſus, ne nominabitur quidem à nobis. [Geminusq. Pollux) Quia horum ſideracum ſe oſtendunt laborantibus nautis. p̃bent ſpem ſalutis, inquit Porph. At Acron, vt aliqd noui diceret Geminus Pollux cũ Caſtore, inqr, intelligendus eſt, ambo n. ſtellæ ſimul naſcuntur.

## AD MELPOMENEN.

*Abſolutis tribus carminum libris, ſibi diuturniorem famam partã ait, quam ſi in eius memoriam area ſtatua aut pyramides Aegyptiorum regum ſepulcra erigerentur. immortalem enim futuram prædicat.*

*Ode XXX. Monocolos: Vt, Mæcenas atauis edite regibus.*

---UU--UU-UU

EXEGI monimentum ære perennius,
Regaliq. ſitu Pyramidum altius:
Qd' non imber edax, nõ aqlo impotẽs
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.
Non omnis moriar: multaq. pars mei
Vitabit Libitinam. vſque ego poſtera
Creſcam laude recens: dum capitolium
Scandet cum tacita virgine pontifex.
Dicar, qua violens obſtrepit Aufidus:
Et qua pauper aquæ Daunus, agreſtium
** Regnauit, legendũ eſſe oſtendunt Seru. & Porph.* * Regnator populorum: ex humili potens
Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos. ſume ſuperbiam
Quæſitam meritis: & mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene comam.

*ANTO.* EXEGI monimentum) Scriptis hactenus tribus Odarum libris, ait poëta ſe monimentum perfeciſſe, quod omni ære perennius erit. Non. n. aqua non ventis, non annis conſumi poterit. hic minime totus peribit, ſed magna ipſius pars erit ſuperſtes, dũ Roma fuerit hortatur inde Melpomenen Muſam, vt ſibi Delphica lauro coronam paret. [Exegi monimẽtum) Ode eſt ſimilis primæ libri j. [Exegi) Perfeci [Monimẽtũ) Sepulcrum, opus memoriã. [Ære) Æreis ſtatuis. [Perẽnius) Durabilius. *Pyramide.* [Regaliq ſitu Pyramidũ altius:) Plin. lib. xxxvj. c. ix. ſcr. In Ægypto reges Pyramide feciſſe, ne pecuniã ſucceſſoribus, aut æmulis, inſidiantibus præberẽt, aut ne plebs eſſet otioſa. tres aũt q̃ orbem terrarum impleuere fama, ſitæ ſunt in parte Africæ mõte ſaxeo, ſteriliq. inter Mẽphin oppidum, & Delta nili. Sed Pyramis ampliſſima ex Arabicis lapidicinis conſtat. Trecenta ſexaginta hoium millia annis xx. eam conſtruxiſſe produntur. latius tũ ipſe ibidem legito. Pyramides aũt moles ſunt maxime, ita cõſtructæ, vt è lato in acutum rendant. ita vero dictæ, quod flãmarum ſimilitudinem hñt, πῦρ. n. ignis dr̃. [Non aqlo impotens) i. valde potens. Boreas. n. lib. vj. Met. apud Ouid. ita loquitur. Apta mihi vis eſt, qua triſtia nubila pello. Et freta concutio, nodoſaq. robora verto. Induroq. niues & terras grandine pulſo. Idem ego cũ fratres cœlo ſunt natus aperto. Nam mihi campus is eſt, tanto molimine luctor. Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther. Exiliantq. cauis eliſi nubibus ignes. Idem ego cum ſubij conuexa foramina terræ. Suppoſuiq. ferox imis mea terga cauernis. Sollicitoq. manes, totumq tremoribus orbem. [Libitinã) Plut. ſcr. Pompilium inſtituiſſe Libitinam coli, quæ Dea ſit eorum, quæ mortuis iuſta præſtantur, inſpectatrix, ſiue Proſerpinam illam, ſiue Venerem credimus. [Recens) Nouus, noua. n. plerunq. placere magis aſſolent. Vnde Ouid. in lib. de Ponto ait. Eſt quoque cunctarum nouitas cariſſima rerum. [Tacita virgine) Tacitam virginem Veſtalem appellat, quia ſacris ſilentium præſtabat, quibus tuendis præeſſet. ſcribit. n. Plut. in vita Numæ Pompilij quędam ſacta fuiſſe abdita quæ alijs videre non licebat, præterquam Veſtalibus. Erant aũt ſm̃ quoſdam (vt idem oſtendit Camilli vita) duo non magna dolia, quorum alterum apertum, ac vacuum, alterum plenum, ac clauſum, amborum vero aſpectus tantũmodo ſanctis virginibus patebat, ſed quidem ea aſſerentes mentiri arbitrabantur, q̃ puellas multa è ſacris corripiẽtes fertur duo dolia abſcondiſſe ſub terra in templo Quirini, vnde locus ille adhuc doliorum appellationem retinebat. Virgines aũt maiora, ac digniora ex ſacris ſumentes vltra fluuium fugerant &c. Id aũt Senonum Gallorum tp̃e fuit. *Dolia in Italia. Veſtaliũ furta.* [Dicar) Laudabor. [Violens Aufidus) Is fluuius eſt apud Cannas Apuliæ vicum, de quo Sil. lib. x. ita ſcribit. Sãguineus tumidas in campos Aufidus vndas Eiectat, redditq. furens ſua corpora ripis Plin ſcr. Aufidum ex Hirpinis montibus Canuſium præterfluere. [Daunus) Apuliæ fluuius a Daune rege. [Ex humili potens) Ordo eſt. [Ex humili) i. vili genere. [Potẽs princeps). i. primus, dicat deduxiſſe ad Italos modos Æolium carmẽ .i. lyricum Lesboum Alcaicum. Alcæũ quippe imitatus eſt Leſbium. Lesbos autem in Æolie regione eſt. de qua latius ſupra Superbiam, gloriã tibi ſume ò Muſa. [Delphica) Laurus de duo genera tradit Cato, Delphicam, & Cypriam Delphicam eſſe æquali colore viridiorem, maximis Baccis, atque è viridi rubentibus. hac victores Delphis coronari, & triumphantes Romæ. Cypriam eſſe folio breui nigro, & criſpam. Auct. Plin. lib. xv.

*ACR.* EXegi monimentum ære perennius,) Per æternitatem carminis auctori dat laudem, ideo monimentum operis ſui vltra ſtatuas, quas nominato ære ſignat, & magnificẽtiam, vel ſoliditatem ſepulcrorum, perennius dicit Pyramides aũt proprie regum Ægyptiorum ſepulcra ſunt ingenti mole conſtructa, & in cacumen educta in modum flammæ ſurgentis. vnde & eis nomen eſt inditum. Ordo eſt, Melpomene exegi monimentum perennius ære. i. durabilius metallo. nam monimentum dicit opus ſuum, qd' durabilius dicit ſtatuis diuitum ex ære factis. [Exegi) Finiui perfeci, vt Ouid. Iamq. opus exegi. [Edax) Corrumpens vt tempeſtatis ideo aquilonem poſuit. vt, Et medijs properas Aquilonibus ire per altum. quia tempeſtuoſus eſt, & hyemi congruens. [Aut innumerabilis Annorum ſeries,) Vt, Annis ſoluit ſublata vetuſtas, hoc eſt nec dicta ſua tempeſtatibus, nec vetuſtate abolenda. [Impotens) Valde potens. [Non omnis moriar:) In literarum laudem dicit ſe corpore moriturum, victurum eſſe carminibus. ideo non omnis. i. totus. [Libitinam) Libitina lectus eſt, in quo mortui efferebantur [Vſque ego poſtera Creſcam laude recens:) Ordo eſt, Ego recens creſcam poſtera laude dicit poſterorum. Recens autem quaſi nouus. noua. n magis conſueuere, placere uetera adoleſcere, ideo ſe etiam poſteris oblectationem nouum promittit. Cum tacita aut verecunda, aut pro ſacrificio tacẽte, conſueuerant. n. ſacrificaturæ Capitolium tacentes aſcẽdere, ſiue pro ſacerdotij dignitate claræ. Virg. Tacitæ per amica ſilẽtia Lunæ. [Violens). i. torrens. de quo amne Virg. Sed Adriacas retro fert Aufidus vndas. [Obſtrepit Aufidus:) Murmurat, per Aufidum Apuliam vult intelligi, cuius prouinciæ flumen eſt. [Et qua pauper aquæ Daunus) Daunus rex Apuliæ fuit, quæ inopia aquæ ſiticuloſa eſt. Ordo eſt: Ego potens ex humili princeps dicar deduxiſſe Æolium carmen ad Italos modos, qua obſtrepit Violens Aufidus, & qua Daunus pauper aquæ regnator agreſtiũ populorum. [Ex humili) Ex parua progenie. Gloriatur ſe Libertino patre natum ad tantam ſtudiorum claritatem veniſſe. [Princeps) Primus. vt, Maſſicus ærata princeps ſecat æquora tigri. Primum ſe dicit Æolicam vnam ex quinque Græcis linguis qua Alcæus vſus eſt poëta, deduxiſſe in vſum latinum. [Sume ſuperbiam Quæſitam meritis:) Nobilitatem mentis non natalibus venientem. Ordo eſt, Melpomene ſume ſuperbiam quæſita meritis, & volens cinge mihi comam Delphica lauro tanquam cui placuerit laurus Delphica conſecrata Apollini vel poëtis. [Cinge) Illiga, vt Virg. Baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Exegi

POR. EXegi monumentum ære perennius) Hęc Ode, qua tertius liber cōsummatur, in ipsius auctoris laudem scripta est. [Nō aquilo impotens) Pro valde potens. [Regaliq; situ Pyramidum altius:) Pyramides regum Ægyptiorū sepulcra sunt adeo, ingenti mole saxorum in medijs arenis Ægypti structa, vt inter septem miracula habeantur. [Vsque ego postera Crescā laude recens) Eleganter, quia semper sunt quibus hæc elocutio noua sit, & laudetur. [Dum capitulium Scandet cum tacita virgine pontifex.) Tale est Virg. illud, Cum domus Æneæ capitoli immobile saxum Accolet. [Aufidus) Flumen Apuliæ, in qua Horat. natus est. [Et qua pauper aquæ Daunus, agrestium Regnator populoꝝ:) Daunus in Apulia regnauit, à cuius nomine fluuius appellatus est, qui pauper aquæ dicitur, quia Apulia siticulosa est ob nimios calores. [Agrestium Regnauit populorum:) Adnotanda elocutio per genitiuum figurata est. [Ex humili potens) Gloriatur Libertino patre natum, se ad tantam claritatē studioꝝ peruenisse. [Æolium carmen ad Italos Deduxisse modos.) Æoli de dialecto Alcæus lyricus poëta vsus est. Testatur ergo Græci carminis modulationem primum in latinam linguam contulisse. [Quæsitam meritis: & mihi Delphica Lauro cinge volens Melpomene comam:) Delphica laurus dicitur, quia Apollini dedicata est, qui Delphicus appellatur ab vrbe Delphis, quæ est sub Parnasso monte vbi oraculum eius est. [Sume superbiam Quæsitam meritis:) Ad Musam dicit, ac per hoc ad studium suū adijce, inquit, tibi gloriam libertate ingenij quæsitam.

ASCEN. EXegi monumentum) Poëta quasi cum hoc tertio libro decreuerit opus componere & finire. Nam omne trinum pfectum confidenter dicit se opus immortale peregisse, cui simile ad finem Metamorph. eadem confidentia de se dicit Naso. Ordo est. Ego exegi .i. consummaui & compleui, monumentum .i. opus quod memoriam mei faciat, perennius .i. diutius duraturum, ære .i. signis, statuis, aut alijs rebus æreis, quæ tamen diu durant, quod æs rubigine non absumitur vt ferrum, & altius situ .i. positione, regali .i. ad regium luxum pertinente, Pyramidum .i. quem in Pyramidibus reges Ægypti extulerunt, quia Pyramides non sunt perductæ nisi ad nubila, fama autem poetæ transcendit sidera, q. s. monumentum imber edax .i. edens & consumens statuas, & ædificia, etiam marmorea non possit diruere, non etiam aquilo impotens. s. ad hoc, & valde potens ad diruēda summa ędificia aut series .i. consertus, & connexus ordo, & successus, innumerabilis annorum. s. innumerabilium, aut fuga .i. transitio temporum, non possit diruere [Ego non omnis) .i. nō totus moriar, & multa pars mei. s. anima & fama vitabit Libitinam .i. Venerē, aut Proserpinam, quæ mortuis curandis præest .i. manus mortis & funeris. Qui autem sepeliendis officium debent Libitinari dicuntur. Ego crescam recens .i. renascens, vsque .i. tantisper dum Pontifex scandet Capitolium .i. arcem Romanam, cum virgine .s. capta, hoc est virgine Vestali, tacita .i. tacente, quod perpetuo futurum frustra sperauit. Dicar .i. laudabor, ea parte, qua Aufidus, fluuius Apuliæ, obstrepit violens .i. violentus, & qua Daunus etiam Apuliæ fluuius, à Dauno rege dictus, pauper aquæ .i. parum habens aquæ, sed regnator populorum agrestium, quia p inundationem pauperes, & sine inundatione diuites efficit, repente obstrepit. Dicar, inquit, potens. s. effectus, ex humili. s. loco nā Libertino patre natus est, deduxisse princeps .i. primus carmen Æolium .i. Lesbium, vtpote Alcaicum, ad modos .i. versus. Italos .i. Italicos. O Melpomene summe .i. vēdica tibi superbiam. s. qua hæc dico, aut hanc gloriam quæsitam meritis non arrogantes, & tu volens .i. iubens, cinge mihi comam lauro Delphica, qua triūphantes & poëtas decorari decet.

GLAR. VItabit Libitinam) Libitinam hoc loco, inquit Acron lectus est in quo mortui efferebantur accepit ergo pro feretro, quō & Porph. lib. ij. Ep. hæc verba poëtæ exponit, nisi quod Libitina sacrauit mire ergo, inquit, dictum & facete, Libitina sacrauit, quasi ab ipso feretro venerationi acceperit poëta defunctus. Ad idem Acron lib. ij. Serm. Sat. vj. ad illud poëtæ. Autumnusq; grauis Libitinæ questus acerbæ. Libitina, inquit, locus in vrbe, quo constituuntur, qui efferenda corpora cōducunt, & præbent funeribus necessaria. Plutar. vero Libitinam Deam ait institutam coli a Numa Pompilio, quæ velut inspectatrix sit eorum, quæ mortuis iusta soluuntur, q̄ alij Proserpinam alij Venerem dici existimant. Ex his iudicet lector locis, quod volet, fieri .n. potest, vt nomen plura significet, varijsq; accipiatur modis. [Cum tacita virgine,) Angelus Polit. in fine Miscellaneorum hoc loco Acronem reprehendit, merito, quidem sed de tacita tamen virgine nihil plus Mancinello affert, vter ex altero habeat, mihi non liquet.

# Q. HORATII FLACCI CARMINVM LIBER IIII.



## AD VENEREM.

*Rogatus ab Augusto, vt in Drusi priuigni sui gratiam, quartum librū ederet, excusat se quòd quinquagenarius cum sit, alienus sit a rebus amatorijs & lyrico cantu, hortaturq; Venerem vt se relicto Paulum Maximum accedat, iuuenem formosum, & nobilem eloquentia præterea & opibus potentem, qui in ea re plurimum possit, se vero per ætatem prorsus ineptum ad eiusmodi nugas confitetur.*

*Ode I. Dicolos, Distrophos: Vt, Sic te diua potens Cypri.*

---uu-u-
---uu--uu-uu



NTERMISSA Venus diu
Rursus bella mones? parce, precor, precor.
Non sum qualis eram bonæ
Sub regno Cynaræ: desine dulcium
Mater sæua Cupidinum
Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum imperijs. abi
Quo blandæ iuuenum te reuocant preces.
Tempestiuius in domo
Paulli, purpureis ales oloribus,
Comessabere Maximi:
Si torrere iecur quæris idoneum.
Nanque & nobilis, & decens,
Et pro solicitis non tacitus reis,
Et centum puer artium,
Late signa feret militiæ tuæ.
Et quandoque potentior
Largis muneribus riserit æmuli:
Albanos prope te lacus
Ponet marmoream sub trabe Cypria.
Illic plurima naribus
Duces tura: lyræq;, & Berecynthiæ
Delectabere tibiæ
Mixtis carminibus non sine fistula.
Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido

In

In morem salium, ter quatient humum.
Me nec fœmina, nec puer,
Iam nec spes animi credula mutui,
Nec certare iuuat mero:
Nec vincire nouis tempora floribus.
Sed cur heu Ligurine, cur
Manat rara meas lacryma per genas?
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?
Nocturnis te ego somnijs
Iam captum teneo: iam volucrem sequor
Te per gramina Martij
Campi, te per aquas dure volubileis.

ANTO.

INTERMISSA Venus) Proposuerat velle poëta lyricis finem imponere, vt tertij libri finis ostendit: Sed tamen cum Venus eum iterum aggrederetur, quanquam natus annos L. rursus ad lyrica redijt, Itaque hac prima quarti voluminis Ode Venerem ipsam precatur, ne amplius in eum sæuiat, sed in iuuenes potius lusibus aptiores. Ad Ligurinum postea puerum vertit sermonem, dicens quomodo eum nocturnis somnijs videt, & captum retinet, fugientemq́ etiam sequitur. [Intermissa Venus diu) Ode est similis tertiæ. [Bella) Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido, inquit Ouid. lib. j de Am. Attice crede mihi militat omnis amans. [Cynaræ) Ea quidem olim ipsius amica fuerat. [Cupidinum mater) Videto latius lib j. Ode xix. [Lustra decem) .i. annos L. Ouid. item in Ibin ait: Tempus ad hoc lustris mihi iam bis quinque peractis &c. [Iam durum) Metaphora est a quadrupedibus, quæ adulta non facile domantur. [Tempestiuius) Ordo est. Venus, tu ales oloribus purpureis .i. volucris & alas habens propter olores, diximus .n. olores ducere & comitari Veneris currum, si quæris torrere idoneum iecur tempestiuius .i. aptus comessabere in domo Paulli Maximi. [Purpureis) Pulchris. [Comessabere) Comedes comessor .n. deponens verbum est. & propter carmen m, additur. [Torrere iecur) Adurere & dissiccare, vnde Ouid lib. iij. de Am. inquit, Capraq́. fœmineus corpora torret amor. [Iecur) Est .n. amoris sedes. [Paulli Maximi) Cur Maximi, iam iam ostendet. [Non tacitus) Ab eloquentia eum laudat, & pietate [Artium) Virtutum. [Signa feret) Ouid. quoque lib. j. de Remedio ait: Parce tuum vatē sceleris damnare Cupido: Tradita qui toties te duce signa tuli. [Et quandoque) Ordo est, Et potentior largis muneribus æmuli quandoque riserit. [Riserit) Pro deriserit sup. æmulum. [Lacus Albanos) Post Albanum montē vrbs est Aritia in Appia via. Est Dianæ lucus .i. Artemisium, cui lacus instar pelagi fluctuans adiacet.

*Lacus Albanus*

Continet autem Albanus mons lacum longe ampliorem supradicto, qui ad Artemisium mōtem iacet is vero lacus hodie lacus castelli Pandulphi appellatur. [Sub trabe Cypria) .i. sub trabe Ænea, in Cypro .n. æris metalla apud Tamassum vrbem abundabant. solebant autem Æneæ trabes in templis poni, quas & hodie Pantheon in vrbe Roma habet, in porticu. s. de Cypro latius Ode j [Berecynthiæ tibiæ) De is omnibus late supra in ode xix. lib. iij. [In morem salium,) Pro Saliorum, de quibus latius superius vide [Mutui animi) Non .n. senex mutuo amabitur, vti solet iuuenis. hinc Naso lib j. de Am. ait: Turpe senex miles turpe senilis amor. [Sed cur) Ab Venere ad Ligurinum puerum diuertit, miraturq́ cur lacrymet, cur ēt sermonem cum Venere habitum interceperit. [Manat rara) Id quidē amoris gratia euenit amantibus ipsis [Parum decoro) Silent. non .n. cum Venere sermonem absoluerat ꝓp Ligurini memoriam sibi occurrentem. [Martij campi gramina) Gramina, inquit, q̃m erant tibi perēnes herbæ, coronantiq́. vsque ad fluminis alueum colles, auctore Strab. lib. v. Scribit .n. ꝙ Martius campus præter natiuam locorum amœnitatem artis & solertiæ exornationes admittebat. Campi .n. admirabilis magnitudo & curules pariter cursus, & alia equestria certamina expedita suppeditabat, nec minus tam multis pilam, circulum, palæstrā exercitatione tractantibus, aliaq́. incumbentia simul opera. Quid perennes solo herbas, coronatosq́ vsque ad fluminis alueum colles? Scenicarum ostentatio picturarum eius gñis spectacula præstabant, vt difficulter & inuitus abscederes.

*Aes Cyprium.*

*Campus Martius.*

ACR.

INtermissa Venus) Statuerat Horatius vsque ad tertium librum Carminum complere opus suum, quibus editis maximo interuallo hunc quartum scribere cōpulsus est ab Augusto in laudē priuigni sui Drusi Neronis, q victor de Rhœtis Vindelicis fuerat reuersus. Allegoricos aūt ad Venerem scr. ꝙ incōpetēter res amatorias scribere cogatur, quinquaginta annis .i. decem lustris grauis, iam & maturus & ab omni voluptate alienus. [Rursus bella moues,) Hoc est iterum cogor scribere, cum iam desierim. [Sub regno Cynaræ) Amicam suam cōmemorat. ideo aūt dixit sub regno, tanq̃ imperet amatoribus, quæ amatur. [Iam durum) Antitheton, mollibus durum opponendo. Mollia enim imperia sunt Veneris, quasi ludicra ac delicata. Se aūt ait durum, aut quasi indomabilem propter ętatem, & est metaphora a pecoribus quibus cum iam ætate duris iugum, ac fræna adhibē tur perdomari non pñt. [Iuuenum te) Qui te vltro euocant, quibus facile possis persuadere, quod velis. [Pauli) Paulus fuit nobilis & disertus adolescens & voluptuosus, cui Veneris luxus cur maxime conuenire dicat in sequentibus ipse demonstrat, dum & nobilem asserit & decentem. [Purpureis ales oloribus) Nitidis, aut pulchris, aut Reginæ Veneri dedicatis, vt pro regno purpureos dixerit. [Ales) Aut velox aut quia currus eius ab alitibus .i. cygnis, trahitur. [Comessabere) Delectabere conuiuando. [Et decent) In flore iuuentutis decentem dicit. [Centum Puer artium) Finitum pro infinito, hoc est multarum, q pro bono & faceto ingenio optime possit in amore versari. [Si torrere iecur quæris idoneum) Ideo iecur amori dedit, ꝙ iecore amari volunt, felle irasci, corde doleri. [Et pro sollicitis non tacitus reis) Hūc Paullum causidicum dicit. [Late signa feret) Valde amabit & iubens. [Aemuli) Riuales & secutoris sui vt est: Partim rostro ꝓmit æmula pystris. [Albanos propē te lacus) In Albano monte lacus est, vbi paullum dicit optima prædia possidere, vnde effusiores ad cultum. Veneris, & amoris expensas promittit. [Ponet marmoream sub trabe Cypria) .i. ad marmoreum Veneris signū, & templum decorum statuet. Trabem vero Cypriam aut pro difficili & nobili posuit, aut pro amœnitate Veneris elaborata, vt ædificantis diuitias indicaret. [Et Berecynthiæ) Matris deum, in cuius honorem tibiæ deputatæ sunt vt, Te per alta Dindyma vbi assuetis biforem dat tibia cantu. Illic bis pueri in honorem Veneris bis in die promittit pueros saltaturos, & Salios. [Cum teneris virginibus) Aut pulchris aut gracilibus, aut certe paruis. [Laudantes) Hymnum canentes. [Pede candido) .i. pulchro. [Salium) Pro Saliorum. [Nec puer) Subauditur delectat. [Iam nec spes a credula mutui) Iam sibi spē negat esse mutui animi quod amari possit, cum ipse amari non vellet propter ætatem. [Nec certare iuuat mero) Contendere poculis. [Vincire) Coronate. [Sed cur heu Ligurine) Recordatione Ligurini pueri, quē amabat, flere cogitur. [Manat rara meas lacryma per genas?) Non amoris paruitate, sed ætatis verecundia, cui non flere conueniat pro amore. [Inter verba cadit lingua silentio?) Inditium nimij amoris est subito interloquēdum tacere vt incipit effari mediaq́. in voce resistit. dicit se Ligurinum semper ex desiderio somniare, vt sit errore quodam mentis imaginari eum, quasi diu quæsitum, & tandem inuentum velut alitem ex ipso volare complexu. [Dure) Aut fortis aut inflexibilis. [Volubiles) Fluuiales.

POR.

INtermissa Venus diu) Post cōsumatos, editosq́. tres Carminū libros maximo interuallo hunc librum quartū scribere cōpulsus esse dr̄ ab Augusto, vt Neroni eius priuigno victoriā de Rhœtis Vindelicis quæsitā illustraret. quæ hoc libro cōtinetur quæ sic incipit. Qualē ministrum fulminis alitem. [Intermissa Venus diu Rursus bella moues?) In superiore libro ostendimus allegoricos bella & militiā Veneris Horat. pro amatoribus dicere. [Sub regno Cynaræ) Pręsignat Cynarā amasse, & hoc aūt allegoricos, quod ait sub regno Cynaræ quasi sub dn̄o. Sed vt dignitatē formæ eius ostenderet reginam sibi fuisse ait. [Circa lustra decē) Prope annos quinquaginta ętatis iam se dicit agere. [Flere mollibus Iam durū) Antitheton, mollibus .n. durū opposuit. Mollia aūt Veneris imperia, dicit quasi ludicra, ac delicata sint, se aūt durum, aut quasi iam indomabilem ꝓp ætatem, nam & hoc translatiue dr̄ á pecoribus quæ cum iam ætate dura ad iuga, ac fræna adhibētur perdomari non pñt. [Tempestiuius in domo Paulli, in purpureis ales oloribus) Fabius Max. Paullus fuit nobilis & disertus, cui venereos lusus nūc cur maxime conuenire dicat, ipse ostendit subijciendo. [Nāque & nobilis & decens. Et pro solicitis nō tacitus reis, Purpureis oloribus) Q̃uo purpurei dn̄r, cum albi sint potius? sed purpureū pro pulchro poëtæ dicere assueuerūt, vt Virg. Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. & alibi. In mare purpureū violentior affluit amnis. [Et pro

sollicitis)

sollicitis) Non tacitus reis causidicũ oratorem esse ostendit paullum. [Et centum puer artium,) Vtique bonarum hic artium accipiendum. [Et quandoque potem largis muneribus riserit ęmuli) Quandoque pro Quandocunque positum est, & est sensus, Quandocunque apud puellam potior riuale suo fuerit, quãuis ille muneribus commendare se ei conatus sit. [Ponet marmoream sub trabe Cypria) .i. marmoreum signum tibi, & templum decorum statuet. [Me nec fœmina, nec puer, Iam) Dicit cum iam sit ætate declinata, non sperare posse fieri, vt mutuo ametur. [Sed cur heu Ligurine, cur Manat rara meas lacryma per genas?) Iucundissime se ostendit velle excusare a lusibus iam Veneris, sed recordatione Ligurini pueri, quem adhuc diligit lacrymas sibi decidisse, & impeditam linguam quo minus posset perficere ipsam excusationem. [Cur facunda) Cur, inquit, lingua mea alioquin. facunda subito in medio sermone obmutuit, ne perficere possim quod cœperam dicere. [Nocturnis ego somnijs Iam captũ teneo: iam volucrem sequor) Dicit se Ligurinum ex desiderio semper somniare & vt sit errore quodam mentis imaginari, quasi eum diu quæsitum tandem inuenerit, & in alitem versum ex ipsius manibus amittere.

ASCEN. INtermissa) Quia superiori carmine quasi opus conclusurus finierat, graphice hoc loco significat se rursus ad canendũ Veneris imperio coactum, nimium diserte, sed non satis verecũ de Ligurini pueri amorem cõfessus. quod vocabulum quasi è te confectum putem. vt sit suauiolo abligurriendus puer. Ordo est, O Venus, tu moues rursus bella. s. cum puellis & pueris intermissa diu parce precor, precor, inquit, q. d. reuera & serio precor (vnde geminauit verbum, pro quo in sacris literis participium sæpe ponitur. vt, Veniens, veniet. Expectans, expectaui dñm) Causam addit, quia non sum sup. talis, qualis eram sub regno Cynaræ bonæ. i. formosæ amicæ .i. dum Cynara me ad libitum regeret. [O mater sæua). i immitis & dura Cupidinum dulcium. sunt. n. Cupidines dulces .i. tantisper dum cupide fiunt dulces amores, sed Quisquis amores Aut metuet dulces, aut experietur amaros desine flectere mollibus imperijs, nimium graphice, quia Venus blandimentis vincit, sup. me iam durum quasi senio induratum. est autem Antitheton eius quod est mollibus. circa decem lustra .i. decem lustrorum ætatem, hoc est iam quasi quinquagenarium. Abi sup. eo quo blandæ preces iuuenum reuocant te. s. ad me venientem. Tu ales. i. alis ionixa, quia purpureis oloribus. i. cygnis currum tuum trahentibus, comessabere. i. conuiuia celebrabis, tẽpestiuius. i. ætati congruẽtius, quia ille iuuenis, ego vetulus sum in domo Pauli. l. nomine. Maximi. s. diuitis. (Est autem pulchra allusio, ad quam D. Augustinus alludit. dicens Saulum ferocem quasi Sauli regi similem, factum Paulum .i. modicum, quia seruum Christi. Paulus. n. à paruum, aut pauco diminutiuum est) si quæris torrere. s. igni amorum. iecur idoneum, quia iuuenile. Est autem sedes amorum. Nanque Paulus sup. existens puer & nobilis & decens, & non tacitus .i. strenue & diserte loquens pro eis sollicitis etiam in re capitali, & centum artium i. centum alijs artibus præditus, feret late signa tuæ militiæ. signiferi autem animosissimi & optimi deliguntur. [Et quandoque) .i. quandocunque, potentior muneribus æmuli. i. riualis, largis .i. quantumuis, largis. i. quod potẽs plura dare, q̃ æmulis, riserit .i. gauisus fuerit, aut derisetit ipsum, ponet te. i. tibi statuam marmoream prope lacus Albanos sub trabe Cypria. i. ærea. [Tu duces). i. attrahes naribus, illic. i. in sacello tibi sacrato, plura tura, & delectabere carminibus lyræ & tibiæ Berecynthiæ .i. Phrygiæ, hoc est ad ea instrumenta modulatis, non sine fistula, id est adiuncta etiam fistula. Pueri cum teneris virginibus .i. teneræ virgines, hoc est puellæ, laudantes die .i. quotidie bis, quia mane & vesperi, tuum numen quatinet. s. saltando ter. i. ad rhythmum, ternarium, humum. i. solum, in morem Salium. i. Saliorum sacerdotum Martis, qui saliẽtes ancille circunferunt, pede candido illi ætati apto. Me autem nec fœmina iuuat. i. delectat, nec puer, nec spes est mihi credula animi mutui, id est quod possum nãcisci mutui amoris amicam, nec iuuat certare mero, quo amicam lucrabãtur victores, nec vincere tempora, id est coronam capitis, nouis floribus, id est derelinqui omnia lasciua. Sed heu ò Ligurine puer cur inquam dum me amare nego, lacryma rara, quia eam occultare uoluit, manat, id est diffluit per genas meas? cur lingua facunda. s. prius, cadit inter verba, silentio parum decoro .i. non decenter imperfectis verbis oborto? quasi dicat id amore tui fit, quia ego teneo te captum somnis nocturnis .i. somnians uideor te cepisse, & sequor te iam volucrem .i. volitantem, per gramina campi Martij, & per aquas. s. Tyberis volubiles, dura. i. dure, scilicet seni, aut pro pueto timenti.

## AD ANTONIVM IVLVM DE
*laudibus Pindari Lyrici poetæ.*

*Scribit Antonio M. Antonij filio. Pindarum poëtam omnibus modis inimitabilem ob incredibilem rerum & verborum copiam quæ velut torrent exundat vbique summus seu pæanas scribat, seu heroës & sacrorum certaminum victores laudet, seu epitaphia, vel quæuis alia scribat. Illum igitur cycnum ait ad cælum ferri se vero apiculam humi serpere, & pro ingenij sui modulo versus scribere, quare se Antonio cedere, qui Augusti laudes felicius posset tractare, vtpote poëta eximius.*

*Ode II. Tricolos Tetrastrophos: Vt,*

*Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-u---uu-u--
-u---uu-u--
-u---uu-u-u
-uu--



INDARVM qsquis studet æmulari,
Iule: ceratis ope Dædalea
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina ponto.
Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem super notas aluere ripas:
Feruet, immensusq́ ruit profundo
Pindarus ore,
Laurea donandus Apollinari,
Seu per audaceis noua dithyrambos
Verba deuoluit: numerisq́ fertur
Lege solutis:
Seu deos, regesq́ canit, deorum
Sanguinem: per quos cecidere iusta
Morte centauri: cecidit tremendæ
Flamma chimæræ:
Siue, quos Elea domum reducit
Palma cœlesteis: pugilem ue, equum ue
Dicit: & centum potiore signis
Munere donat:
Flebili sponsæ iuuenem ue raptum
Plorat: & vireis, animumq́., moresq́.,
Aureosq́. deducit in astra: nigroq́.
Inuidet orco.
Multa Dircæum leuat aura cycnum:
Tendit Antoni quoties in altos
Nubium tractus. ego apis Matinæ
More, modoq́.
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, uuidiq́.
Tiburis ripas, operosa paruus
Carmina fingo.
Concines maiore poeta plectro
Cæsarem: quandoque trahet feroceis
Per sacrum cliuum, merita decorus
Fronde, Sicambros,
Quo nihil maius, melius ue terris
Fata donauere, boniq́. diui:
Nec dabunt: quamuis redeant in aurum
Tempora priscum.
Concines lætosq́. dies, & vrbis
Publicum ludum, super impetrato
Fortis Augusti reditum, forumq́.

Liti-

Litibus orbum.
Tum meæ, si quid loquar audiendum,
Vocis accedet bona pars: * & ò Sol
Pulcher, ò laudande, canam, recepto
Cæsare felix.
Tuq́. dum procedis: Iò triumphe,
Non semel dicemus, Iò triumphe.
Ciuitas omnis: dabimusq́. diuis
Tura benignis.
Te decem tauri, totidemq́. vaccæ,
Me tener soluet vitulus relicta
Matre, qui largis iuuenescit herbis
In mea vota,
Fronte curuatos imitatus igneis
Tertium Lunæ referentis ortum,
Qua notam duxit, niueus videri,
Cetera fuluus.

** aliàs, ego Sol. In triumphus acclamabant Iò triumphe. Ouid. in opere de Arte amandi, dixit Iò Pean.*

ANTO.



INDARVM quisquis) Pindarum Thebanum nouem lyricorum principem maxime laudat, quem & nulli imitabilem asserit, hinc cygno eum comparat, se vero api. Antonium postea M. Antonij filium & poëtam celebrat, dicens. Illum Cæsaris gesta maiore plectro cantaturum. Vota demum persoluenda ob Augusti incolumẽ reditum memorat. [Pindarum quisquis) Fuit Pindarus Thebis oriundus. Cumq́. Alexander Maced. Thebas caperet. Pindari vatis familiæ penatibusq́. iussit parceretur, scribitq́. Plin. lib. vij. & nos plura superius in Horatij vita. [Iule ceratis ope Dædalea) Ad Iulum Antonium, M. Antonij, & Fuluiæ filium scribit, cui quidem (vt refert Suet.) Augustus Iuliam filiam desponderat, deinde Cotisoni Getarum regi, quo tempore sibi quoque inuicem filiam regis in matrimonium petisset. Plut. vero scribit, ꝙ Octauia M. Antonij vxor. Antonium priuignum suum ex Fuluia genitum, ita magnum apud Augustum Cæsarem fecit, vt post Agrippam & Liuiæ filios primas partes obtineret, merito ergo Horat. illum celebrat hunc postea (vt scribit Tranquillus) August. simulacro diui Iulij, ad quod post multas & irritas preces confugerat abreptum interemit. [Ope Dædalea) Quo pacto Dædalus sibi & Icaro filio fabricauerit alas superius patuit. [Daturus) Vt fecit Icarus à cuius casu dictum est mare Icarium, qui volet ergo æmulari Pindarum, non gloriam sed dedecus potius subibit. [Vitreo Ponto) Vitrei coloris, vel claro & perspicuo. [Monte decurrens) Pindarici spiritus magnificẽtiam & rerum, verborumq́. copiam velut quoddam eloquentiæ flumẽ exundanti imbrium copia amni comparat. [Imbres Quem) Ordo est. Quem imbres aluere super notas ripas. [Profundo ore) Sententijs grauibus. [Ruit) Fluit [Dithyrambos) Metri genus est in Bacchi honorem, ceteris rhythmis vehementius, propterea audaces ait. [Noua verba) Magna & admirabilia, vel ab ipso Pindaro facta. [Numeris Lege solutis) .i. rhythmis, qui neque finem habent certum, nec vllam in contextu varietatem, sed qua cœperunt sublatione ad positionem vsque decurrunt, vt Fabius scribit lib. viij. Diomedes item ait, ꝙ omnis structura constat rhythmis, & pedibus & metris. Rhythmi certa dimensione temporum terminantur, & pro nostro arbitrio nunc breuius arctari, nunc longius prouehi possunt. Pedes certis syllabarum temporibus insistunt, nec à legitimo spatio vnquam recedunt. Metra sunt verborum spatia certis pedum temporibus alligata. Rhythmus item est versus imago modulata seruans numerum syllabarum, positionem, sæpe sublationemq́. continens. [Seu Deos) Scripsit .n. pæanas .i. deorum laudes, & Apollinis. [Reges) Laudauit.n. in Olympicis Hieronem Siciliæ regem. Herculem, Theseum, Pytithoũ, qui Centauros vicerunt de quibus supra. [Deorum Sanguinem:) Appositio est. [Chimæræ) Quo pacto Bellerophon Chimæram domuerit, supra patuit. [Elea Palma) In Ode j. iam dictum est. [Pugilem ue, equum ue) Castorem, & Pollucem intelligit, de quibus etiam superius. [Signis) Statuas intelligit. Munere, laudes eorum accipit. [Leuat) Eleuat. [Dircæum cycnum:) Thebanum Pindarum intelligit, à Dirce fonte. [Marinæ) De Matinis populis supra est. [Operosa carmina) Magnæ operæ, magni laboris. [Paruus) Humilis ingenio. [Per sacrum Cliuum) Ad arcem Capitolinam. Cliuus quidem erat publicus non longe ab eo loco incipiens, vbi pons erat Sublicius, qui iam sanctæ Mariæ vocitatur, vt aiunt, quo iter ab Ianiculo in fora dicebatur. de quo Ouid. lib. j. Fast. inquit, Vtq́. leuis custos armillis capta Sabinis. Ad summæ tacitos duxerit arcis iter. Inde velut nunc est, per quem descenditis, inquit. Arduus in valles per fora Cliuus erat. Varro scribit. Cliuum publicum ab ædibus plebei publicis, qui eum publice ædificauerit. Erat & Cliuus proximus ad Florales vsus persusus Capitolium vetus ꝙ ibi sacellum Iouis Iunonis. Mineruæ, & id antiquus quam ædis, quæ in Capitolio. [Sicambros) Augustus Germanos vltra Albin submouit, ex quibus Sueuos & Sicambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocauit, auctor est Suet. latius tamen L. Florus scribit. [In aurum tempora priscum) Maro etiam in Buc. ait. Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna. [Forumq́. Litibus orbum) Iustitium intelligit. [O Sol) O dies. [Teq́.) Ordo est. Et te canam, dum procedis Iò triumphe, tota ciuitas dicemus. Iò triumphe. Qua sup. parte. [Notã) .s. in fronte. [Fuluus) Color est de ruso atque viridi mixtus, in alijs tamen plus viridis in alijs plus rufi habet. Sic Maro fuluam aquilam dixit. fuluum aurum Gell. auctor lib. ij.

*Pĩdarus.* *Iulus Antonius.* *Rhythmus* *Pedes.* *Metrum.* *Sicambri, Sueui.*

ACR.

PIndarum quisquis) Hæc Ode ad Antonium Iulium M. Antonij triumuiri filium scribitur, continens laudes Pindari Lyrici poetæ, quem dicit, si quis imitari velit, ita periculũ suæ existimationis incurrere, sicut Icarus conatus sui. Ope Dædalea. hæc fabula Dædali est, dum pennas sibi & Icaro filio arte mechanica ceris effixis posuisset, vt volatu Minois fugeret tyrannidem, Icarus altum petens in ipso volatu perijt & casu suo mari nomen dedit. [Vitreo) Perspicuo: vt, Vitrea te Fucinus vnda. [Monte decurrens) Torrenti fluuio Pindari comparauit ingenium significans eum & in dicendo citum, & sensibus abundantem. [Quem super notas aluere) Qui aluei ripas velut aquis nutritus excesserit. [Feruet) Feruere dixit Pindarum vt ignei ingenij acumen ostenderet. [Laurea donandus Apollinari) Coronãdus consueta poëtis lauro Apollini consecrata. [Noua) Aut admiranda vt Pollio & ipse facit noua carmina, aut ab eo inuenta. vt, Finibus expulsum patrijs noua regna petentem. [Dithyrambos) Dithyrambon carmen est quo libri in Liberum patrem cõpositi sunt. Hos Dithyrambos ideo audaces dixit, quia ceteris rhythmis vehementiores sunt, vel quia noua verba in his Pindarus scripsit. [Numerisq́. fertur Lege solutis) Numeris quibus rhythmus ad sonum pertinens colligitur. non pertinens ad versuum legem vt Virgilius de pari carmine Numeros memini si verba tenerem. Ergo in hoc lex pedum non quæritur, sed syllabarum, & æquali sono vocis Dithyrambi & æquali rhythmo cantantur. Aut lege solutis dixit, quia in hoc metro licet variare, & non in eodem metro permanere, ideo autem uolunt dictos Dithyrambos, veluti, cui licet alio vti hostio, ingressus .n. vocabulo θύρα Græce appellatur. [Fertur) Velut vates rapitur. [Seu deos, regesq́. canit) Deos dixit propter Pæanas Pindari reges pp Encomia, quia inter Olympionicas laudauit Hieronem regem Siciliæ. Laudauit etiam Herculem, siue Ixionem & Pytithoum, q occiderunt Centauros, & Proserpinam rapere conati sunt. Bellerophontem laudatum cõmemorat in Chimæra Castori quoque & Polluci laudes dixit qui in Elide Epiri ciuitate agone Olympico, pugilatu, & equorum cursu floruerũt: vt, Hic & ad Elei metas, & maxima campi Sudabit spatia. In eodem agone poëtæ heroum laudes dicentes coronabantur, & accepto themate certabant. [Siue, quos Elea domum reducit Palma cœlesteis:) Cœlestes dixit propter honorem numinum, quibus agon impenditur. [Et centum potiore signis) Dicit magis illustrari honore, quem Pindarus carmine suo agonistico celebret, quam si centum statuis honoretur. [Flebili sponsæ) Etiam in epitaphijs Pindarum significat magnum, cum aut iuuenem fortem, aut puellam mortuam fuisse describit & alicuius adolescentis morte facit spõsam deceptam quem inferis subducit, & dat immortalitati laudando. [Plorat) Describit, vt viri plorantur plangentibus sponsis. [Moresq́., Aureosq́.) Aureos mores pro bonis & sanctis posuit, vt Virgil. Aureaq́. vt perhibent illo sub rege fuerunt Secula. [Inuidet Orco) Seu habet inuidiam nigro Orco. [Dircæum) Thebanum. Dirce .n. est apud Thebas, vnde Statius, Cærula eum rapuit lerneo sanguine Dirce. Et quia Thebanus Pindarus fuit, ideo Dircæum cygnum dicit, à suauitate vocis, siue carminis. [Leuat aura cycnum) Sublime facit & multa fama ad cœlũ fert. [Antoni) Apostrophe ad Antonium, quem alloquitur volentem Pindarũ imitari. [Ego apis Matinæ More, modoq́.) Quia cygno Pindarum comparauerat, se api contulit pro paruitate in Calabriæ saltu Matino pascenti, de quo legitur. Iam calidi lucẽt

buceta Matini: Fugiens ergo arrogantiam api se comparat, quę & circa terram volat, & amœnitate florum depascitur. [Fingo) Compono, vt corpora fingere lingua. [Concines maiore poëta plectru) Salius Antonius heroico metru Dio. Medeas in xij libros scripsit egregios, præterea, & prosa aliquanta Concines ergo, inquit, hoc est cantabis nobiscum tu Antoni. [Maiore plectro) .i. melior opere victorem Cæsarem per sacrum Capitolij Cliuum Captiuos Sicambros trahentem pro triumpho. [Trahet feroces) Quia antequam caperentur. Centuriones Romanos, qui ad stipendia missi erant tentos crucibus defixere. [Bonisq.) Proprij, vt his bonus ò felixq. tuis. [Fronde) Laurea corona qua triumphantes vtebantur. [Nec dabunt) Nec aureo seculu similem Cæsari virum natum fuisse, aut nasci posse dicit, si in eum statum tempora decurrãt. [Lætosq. dies) .i. publicas ferias, & lætitiam cantabis. [Super) De, vt multa super Priamo rogitãs, super Hectore multa [Forumq. Litibus orbum) Orbarum dicit forum litibus Cæsaris æquitate. [Tum meæ, si quid) Sub fuga, arrogantiæ etiam si laudes Cæsari dicturum promittit, vt Virgil. O mihi tam longæ maneat p. u. u. Spiritus, & quantum sat erit tua dicere facta. [O Sol) Solem pro die posuit, quo victor Cæsar vrbem ingressus est. Virg. Tris adeo incertos cæca caligine Soles erramus. [Recepto Cæsare felix canam, dum procedis: Iò triumphe, Iò triumphe) Ad ipsum quasi triumphum loquitur sacra inuocatione, quæ Iò dicebatur, vt Iò matres audite. [Benignis) Reditum Cæsari præstantibus. [Te decẽ tauri, totidemq.) Ad honorem.n. maiorem nominum pertinet, siue potentium personarum, si magnis victimis immoletur, vt, Maxima taurus Victima. [Me tener soluet vitulus) Absoluet votorum debito, hoc est promisso. [In mea vota) A medijs ꝑmissa. [Curuatos imitatus) Lunæ incipientes similis in cornuum curuatione vel breuitate. [Qua notam duxit,) Signatum fronte vitulum dijs pro reditu Cæs. promissum, in ea parte, qua nota inustus erat, albos pilos significat habuisse, cum esset toto corpore naturaliter rubens.

POR. PIndarum quisquis studet æmulari) Hæc Ode ad Antonium Iulum M. Antonij Triumuiri filium scribitur, continens laudes Pindari lyrici poëtæ. [Iule ceratis ope Dædalea Nititur pennis) .i. altiora q̃ possit expedire conatur dicere, quemadmodum Icarus Dædali manibus factis pennis. [Vitreo daturus Nomina ponto) Quia ab Icaro mare Icarium appellatum. Vitreo autem ponto .i. vitrei coloris. [Seu per audaceis noua dithyrambos) Aut plurimum sibi hic Pindarus permittit, nam & maximo spiritu nouas historias hoc metro canit, noua aũt verba aut admirabilia, aut ab ipso Pindaro facta esse accipe. [Numerisq. fertur Lege solutis) Ideo quia plerunque ad voluptatem suam quisque lyricus poëta metrũ sibi fingit, tñ vt quem sibi ipse initio Odes statuit ordinem, necesse habeat ad finem, vsque custodire. [Siue, quos Elea domum reducit Palma cœlesteis:) Vtrum Castorem, an Pollucem sign̄at, an generaliter quicunque ex certamine sacrorum agonum victoria reportauerit? [Et centum potiore signis Munere donat) Dicit magis illum honore illustrari, quem Pindarus carmine suo dignum fecit, q̃ si centum statuis publice honoretur. Flebili sponsæ, aut si, inquit, flebile carmen scribit in adolescentem aliquem, cuius morte sponsa decepta sit, quẽ Inferis subducit, atque immortalem facit laudando animũ, moresq. eius, atque virtutem. [Multa Dircæum) Dircæum Pindarũ dicit, quia Thebanus fuit a fonte Bœotiæ Dirce qui est Thebis proximus. Cycnum autem eundem appellat a suauitate carminum, quia & cygni canori esse dñr. [Leuat aura) .i. sublimem facit. [Matinæ) Matinus mons est Calabriæ. [Ego apis Matinæ More, modoq.) Vt Pindarum propter sublimitatem & suauitatem carminis cygno comparauit, ita se api, per quod signat parua quidem & humilia se scribere, sed subtilia, ac dulcia. [Concines maiore poëta plectro) Concedit Antonio Iulo, vt ipse potius triumphos Cæsaris scribat cum sit robustior carminis spiritu. Hoc .n. signat dicens. Maiore plectro. [Per sacrum cliuum) Id est per sacram viam. Hac .n. triumphantes in Capitolium ibant. [Quo nihil maius, melius ue terris Fata donauere,) Cæsare.s. [Publicum ludum) .i. publicum gaudium. [Super impetrato Fortis Augusti reditu,) Apparet Cæsarem de reditu suo Romã literas misisse, sed gratus sensus, sic se habet, vt intelligas populi Romanoꝝ, vt sit publicis acclamationibus desiderasse diu reditũ Augusti. [Tum meæ, si q̃d loquar audiendũ,) Spõdet se quoque carmine aliquo laudes in Cæsarem dicturum, Sed sign̄at breuis versus in eo ꝙ intulerit. Si q̃d loquar audiẽdum. [Pulcher, ò laudande, canã, recepto Cæsare felix.) Ego felix recepto Cæsare canam. [Tuq. dum procedis: Iò triumphe,) Ad ipsum triumphũ cõuersus hæc dicit, Non semel dicemus, Iò triumphe. [Ciuitas omnis) Notanda figura est, vt, Pars in frusta secant. & ὥς φασιν οἱ πολλοί, hoc est vt dicebant plures. [Te decem tauri) Ad Iuliũ dicit. [Me tener soluet) Soluet debito voti suscepti. [Fronte curuatos imitatus igneis) Vitulum, quo votum soluturus sic dicit cornua habere tertiæ Lunæ comparabilia .i. adhuc parua. [Qua notam duxit, niueus videri) Cetera fuluus discreta & elegans elocutio. signat autem vitulum hunc albam frontem tantum habere, in cetero corpore fuluum .i. rufum esse.

PIndarum &c.) Pindarum celebrans, vt Mancinellus recitat, inquit [O Iule) .i. Antonij. [Quisquis) .i. quicunque, studet .i. conatur. [Aemulari) .i. imitari idem moliendo. Pindarum is sup. nititur pennis ceratis .i. cera affixis. [Ope) .i. opera, & auxilio. [Dædalea) .i. ipsius Dædali, qui sibi & filio Icaro cera alas affixit, daturus nomina ponto vitreo .i. vitrei coloris & pellucido, vt fecit Icarus. Nam, vt dicit Ouidius, Icarus nomine fecit aquas, hoc est q̃a, vt Icarus nimis alta conabitur, frustratus corruet. [Pindarus feruet & ruit) .i. præcipitanter in morem torrentis fluit, ore profundo, velut amnis decurrens, mõte .i. deorsum currens de monte, quem amnem imbres .i. pluuiæ abundantes, aluere super .i. ita, vt transcendat. ripas notas, intra quas solitus erat decurrere feruet .i. cum feruore & æstu fertur. Pindarus, dicit, donandus .i. dignus qui donetur. [Laurea) .s. corona. [Apollinari) .i. Delphica, quæ est in tutela Apollinis. [Seu) .i. siue. [Diuoluit) .i. versat, aut cum impetu diffluere facit, noua .i. insolita & miranda verba, per Dithyrambos .i. rhythmos illos, in Bacchi honorem factos, audaces .i. audacter & feliciter acres, & fertur numeris solutis lege .s. metrica, non tamen rhythmica. [Seu canit deos, & reges sanguinem) .i. progeniem deorum, per quos .s. reges, & filios deorum. Centauri populi Thessaliæ ab Hercule Theseo, & Pyrithoo domiti, cecidere iusta .i. merita morte & flamma Chimæræ monstri, aut montis in Lycia cecidit .s. ope Bellerophontis, siue dicit .i. canit cum laude, vel pugilem .s. Pollucẽ, vel equum .s. Castorem, potius quam alios victores olympici certaminis, quos palma .i. victoria palmis donata. [Elea) .i. apud Elidem merita: reducit domum cœlestes .i. dijs superis pares, vnde patet eum locum in prima Ode: Palmaq. nobilis Terrarum dominos euehit ad deos, esse intelligendum, non de Capitolio, sed vt illic diximus. Ideo autem potius Geminos, quam alios, quia illi omnium consensu forte ob Pindari hymnos in deos sunt recepti. Et donat sup. eos dicendo munere, potiore centum signis .i. sculpturis & imaginibus ad eorum effigiem factis .i. quo magis nobiles & immortales efficiuntur, q̃ si centum duxerit ad eorum effigiem signa. Ve, pro vel, seu sup. plorat iuuenem raptum sponsæ flebili .i. siue epitaphium componit & reducit, aut deducit, in astra .i. in memoriam hominum, & agnosci facit vires & animum & mores aureos .i. pulcherrimos, & inuidet .i. subtrahit. Orco nigro .i. Inferis .i. non vult vt virtus defuncti sit cum eo apud Inferos, hoc est æterna obliuione sepulta, sed deducit eam ad superos .i. sic extollit vt immortalis sit is, quem laudat, & cœlo dignus habeatur. Quicquid ergo horum attentabit. O Antoni .s. Iule multa aula aura leuat .i. extollit, cygnum Dircæum .i. ipsum Pindarum Thebanum ad morem cygni bene canentem, & alte volantem .i. sublimi stylo, & subtili inuentione vtentem, quoties tendit in altos tractus nubium .i. diuino ingenio ad ardua canenda effertur. Ego, quasi dicat vt quod de me sentio dicam, paruus, scilicet respectu Pindari, fingo .i. compono: carmina operosa .i. nõ diuini ingenij dexteritate, sed opera & studio parta more quo ad qualitatem, & modo quo ad mensuram, apis Matinæ, id est Calabræ, hoc est vt apis humilis rorem ex imis floribus decerpit. nec vi. sed sedulitate, & studio fauos fingit ac cellulas suas, sic ego modico ingenio præditus, humilia quidem scribo, & quod ingenio non possum studio, assequor, Tu vero Poëta concines maiore plectro. Cæsarem .s. Augustum, quandoque .i. quandocunque trahet Sicambros, populos Germaniæ, feroces .s. bello per Cliuum sacrum qui in Capitolium ducit existens decorus fronde .s. laurea, merita, scilicet iusto triumpho. [Quo nihil) Superiori cohæret, Quo, scilicet Augusto, nihil, id est non aliquid, Fata & boni diui non donauere, nec dabunt terris, id est terrigenis: aliquid maius aut melius, vt sicut Iupiter optimus maximus est in cœlo, sic Cæsar in terris. Vnde in epistolam. Iurandasque tuum per numen ponimus aras, Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes, quamuis tempora redeant in aurum priscum, id est in aurea secula, quæ sub Saturno fuisse perhibentur. Et concines lætos dies, & publicum ludum vrbis, & forum orbum, id est priuatum litibus, id est Iustitium indictum, super, id est pro reditu, fortis Augusti impetrato, scilicet a dijs, per multa vota. Tum, id est tunc, bona, id est magna pars

ASCEN.

meæ

meæ vocis.i.cantilenæ,ſi ego loquar quid.i. aliquid,audiendum .i.dignum vt audiarur accedet.i.addetur,carminibus tuis,& ò Sol pulcher.i.ò dies feſtiue,ò Sol laudande,ego felix recepto.ſ. ex periculis Cæſare canam te, & dum ò Sol procedis .i. interea dum tranſigeris,nos omnis ciuitas, dicemus non ſemel .i. frequenter Iò triumphe,Iò triumphe, quæ vox exultandum prægaudio eſt. Hic ſenſus,& ordo non placet Bonſ. conſtruenti eum ſic, ò Sol .i. ò Cæſar Auguſte qui Sol alter ob oculorum ſplendorem habeiis,ego canam te recepto Cæſare,ſed quæro quo Cæſare? ſi Cæſare Auguſto,quid abſurdius,q̃ ò Cæſar laudande recepto te Cæſare canam te? ego vero,vt altius rem repetam, non eā inficias. Auguſtum ſiue propter oculorum ſplēdorem, ſiue propter Iulij aſtrum ſiue propter in Solis radijs oſtenſam virginem,voluiſſe ꝑ Sole haberi,vnde Maro: Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. Apollinemq. Auguſto fauentem inducit, vt Æn. viij. Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo. & ideo ſignanter Solem pulchrum,quia letum & laudādum dicit recepto Cæſare, ſed ordinē non mutem. Et dabimus diuis benignis.ſ. Auguſti conſeruatoribus thura.i.incenſum. Decem tauri,& totidem vaccæ.i. etiam decē ſoluent.i.liberabunt ab obligatione votiua te ſ. ò Iule,quia diues es,& tener,vitulus relicta matre, qui iuueneſcit.i. ad iuuentam peruenit largis herbis .i. latis & herboſis pratis, in mea vota.i.ad exoluenda uota mea ſoluet.i. abſoluet me a debitis votis. Iuueneſcit dico imitatus fronte.i. in nota ſimili Lunę, quæ eſt in fronte ignes curuatos .i. ſplendorem curuorum cornuum Lunæ referentis tertium ortum.ſ.a nouilunio.i.hńs maculam albicantem in fronte incuruatam in cornua,vt in Luna tertio die a coniunctione apparent. Imitatus inquam videri.i. vt videatur numeris ea ſup.parte, qua duxit notam .i. maculam albā in fronte,exiſtens fuluus .i. aureum colorem imitans. cetera i. per cetera membra,aut in ceteris,vt Æn.ij. Conſertum tegmē ſpinis ac cetera grauis. Diligenter autem deſcribit faciem, & colorem vituli vt res vera putetur.

MATT. Bonfinus. PVgilem ue) Ego Bonfini inter alia ait,affirmatim non ſignari his verſibus ab Horatio,niſi Caſtorem & Pollucem. Erit autem ordo,Siue dicit .ſ. Pindarus pugilem ue equum ue,vt ſit pugil pro Polluce,equus pro Caſtore, quos cœleſtes Elea palma reducit domum. De quo etiam in ſequentibus Ode v. huius libri. Dicam & Alciden pueroſq. Ledæ Hunc equis illum ſuperare pugni Nobilem. [Forumq.) Hic forum litibus orbum intelligas ꝑꝑ ſerias & iuſtitium indictum, vt vult Land. non propter Cæſaris æquitatem, vt Acron. Hæc Bonſ. [Et ò Sol) Alij Solem pro die acceperunt,ſed ego pro Cæſare ipſo Auguſto accipiendum cenſeo, quem ob id Solem appellauit, quod teſte Suet. tanta erat illius oculorum,lux. tantus ſplendor,vt æque ac Sol heberaret aciem oculorum ipſum intuentium. De quo etiam in ſequenti Ode v. lucem redde &c.

GLAR. SIue quos Elea domum reducit) Acron hoc loco ait Elidem Epiri ciuitatem eſſe,quod nullo pacto defendi poteſt Ceterum Porph. dubitat, vtrum Caſtorem ac Pollucem ſignificet,an generaliter quicunque ex certamine ſacrorum agonū victoriam reportauerint,neque temere dubitaſſe mihi viſus, tāetſi nemini dubium de Caſtore ac Polluce intelligi,cum dicit, pugilem ue equum ue. Verum præcedentia etiam de alijs poſſe intelligi ſatis clarum eſt. [Ego Apis matinæ More modoq.) Marinū Acron hic Calabriæ ſaltum facit. At Ode xxviij libri j. mōtem Apuliæ. Porphyrion hoc loco montem Calabriæ ſcribit.Sed libro j. Ode iam dicta Apuliæ. Rurſus huius libri Ode xvj. Calabriæ. Vicinitas harum regionum videtur hunc feciſſe errotem. Nec mirum cum ipſe Horat. de ſe dubitaret Lucanus an Appulus eſſet ob patriam Venuſiam, quæ vtrique populo eſt confinis, nam Venuſinus erat finem ſub vtrūque colonus. [Tuq. dum ꝓcedis,Iò triumphe) Quidam mutarent tu in te temere meo quidem iudicio, Nam ad ipſum triumphum conuerſus hæc dicit, vt fatetur Porphyrion. Eſt autem ordo. Iò triumphe,dum tu procedis,omnis ciuitas dicemus,non ſemel. Iò triumphe,illud non ſemel,hos decepit. Iam quod Acron exponit Solem pro die, a quibuſdam reprehenſum eſt quanquam intelligi poteſt. Illi vero Solem pro Auguſto accipi volunt, quod mihi quidem non improbatur,ſi recte fiat ordo, ad hunc modum. Ego felix recepto Cæſare Canam, O pulcher Sol,ò laudande. quaſi diceret. Anton. ſi receperimus ſaluum Cęſarem feliciter canere poterimus, ac velut venientem honorifice excipere. O pulcher Sol, ò laudande. Dein apoſtrophen poëtæ a Iulo ad triumphum accipimus. [Tuq dum procedis,Iò triumphe) Porro rurſus ad Iulum poetam loqui intelligamus. Te decem tauri, totidemq. vaccæ. Atque hic eſt verſus ſenſus horum verborum quæ ideo prolixius commemorauimus,quod Grammatici mire hic rixentur, nec tū lectorem erudiunt. [Fronte curuatos imitatus ignes) Porphyr. plane intelligit vituli,cornue ad Lunæ cornua comparari. Acronis autem verba ſubobſcura ſunt, & ridicula etiam vbi de nota inulta loquitur. Alij per frontem intelligunt albam maculam in fronte ad imaginem Lunæ,quod lectori iudicandum reliquimus,nam ego in vtranque hæreo partem. Videri etiam quidam mutarunt in videtur, quod qua ratione fecerint, haud equidem intelligo, Græcam .n. hanc per infinitiuos locutionem Latini non refugerunt,præſertim hic poëta.

## AD MELPOMENEN.

*Muſis fer acceptum,quidquid tādem,id eſt quod in literis aſſecutus eſt, quarum beneficio fieri ait, vt aliquid ad poetica ſtudium incitetur, & in eo operæpretium faciat, & gloriam ſibi comparet in hoc totus ſit, neque rei cuipiam alteri ſtudeat non triumphis Iſthmijs, Eleis, Olympicis, aut eiuſmodi certaminibus.*

*Ode III. Dicolos Diſtrophos: Vt,*

*Sic te diua potens Cypri.*

---UU-UU

---UU--UU-UU

QVEM tu Melpomene ſemel
 Naſcentem placido lumine videris:
Illum non labor Iſthmius
 Clarabit pugilem: nō equus impiger
Curru ducet Achaico
 Victorem: neque res bellica Delijs.
Ornatum folijs ducem,
 Quòd regem tumidas contuderit minas:
Oſtendet capitolio.
 Sed quæ Tibur aquæ fertile perfluunt,
Et ſpiſſæ nemorum comæ,
 Fingent Aeolio carmine nobilem.
Romæ principis vrbium
 Dignatur ſoboles inter amabileis
Vatum ponere me choros:
 Et iam dente minus mordeor inuido.
O teſtudinis aureæ
 Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas:
O mutis quoque piſcibus
 Donatura cycni, ſi libeat, ſonum,
Totum muneris hoc tui eſt.
 Quod monſtror digito prætereuntium
Romanæ fidicen lyræ:
 Quod ſpiro, & placeo: ſi placeo: tuum eſt.

ANTO QVEM tu) Probat quēcunque naſcente Melpomene placido lumine viderit,nulli rei vacaturum præter quam poetica,indeq nobilem fieri, vti & ſibi accidit. Qui quidem ab Romanis inter vatu choros ponebatur. Cūque digito etiam monſtraretur,viueret, & placeret Melpomenes munus, & beneficium eſſe aſſerit.[Quē tu)Ode eſt ſimilis tertiæ,de Melpomene autem legito Ode xxiiij. lib. j. [Labor Iſthmus) Iſthmos dr̄ terra anguſta inter duo maria,vt inter Ægeum,& Ioniū, vbi ſita eſt Corinthus,ibi autem Iſthmia celebrabantur. Ludi quidem in honorem Neptuni, vtq. lib. viij. ſcr. Str. Iſthmo emporium imminebat locus negotiatoribus frequentatus, qui exiſtit duorum portuum dn̄s, quorum alter Aſiæ,alter aūt propinquus eſt Italiæ, illuc in Iſthmicoꝝ celebratione ludorum multitudo conuenaꝝ concurrebat. In Iſthmo Neptuni,quem Iſthmium vocabant: templum imminebat, picearum arborum luco circunclusum

clusum vbi ludos Isthmios decertatos Corinthij celebrare soliti sunt. [Clarabit) Clarum faciet. [Pugilem) Pugiles Athletæ dñr quia pugnis valeant. Curru Achaico curule certamẽ intelligit in Pisea regione apud Elidẽ, de quo latius Ode j. [Delijs folijs) Delphica lauro, qua triumphantes coronabãtur de qua latius supra. [Aque) Apud quas solẽt poëtæ componere. [Æolio carmine) .i. Lesbio & Alcaico, vt supra diximus. [Romæ soboles) .i. Romana stips & populus ipse. [Minus) Hoc erat populi fauore, & quia gloria inuidiam superarat. [O Pieri) .i. Musa Melpomene. Pierides .n. dictæ sunt à Pierio monte, vt latius supra est. [Donatura sonum) Hoc ait, quod Melpomene à Melodia dr̃ qua audientes demulceantur, μέλπω autem, & μέλπομαι canto significat.

ACR. QVem tu Melpomene) Hac Ode affirmat, qui Musarũ gratiam in ortu suo meruerit, eũ nulli alij rei fore aptiorẽ studio poëtico, & subiungit laudes deorũ. [Clarabit pugilẽ) Notum omnibus fecerit. Pugiles vero Athletæ dñr, eo qđ pugnis valeant. [Non equus impiger) .i. nec equestri certamine enitescet. [Achaico) Græco, vnde aurigæ famosi. [Neque res bellica) Nõ futurum militẽ, sed poëtã lauro Apollinis coronandũ. [Quòd regum tumidas cõtuderit minas) Quod vinctos reges in triumphi põpa ad Capitolium ducat, nam & victores duces lauro coronabantur. [Sed q̃ Tibur aquæ fertile perfluunt) Ac si diceret. Non his omnibus fortibus factis claruerit, sed descriptionibus locorũ vel fluminum p poëticam nobilitatem. [Fingent) Cõponent. vt, Os rabidum fera corda domãs fingitq. pmendo. [Æolio) Alcaico. [Romæ principis vrbium Dignatur sob.) Augustũ, vel priuignos eius sigñat, siue posteritatẽ Romanã, a qua se inter poëtas numerãdũ pmittit. [Et iã dẽte minus) Virtute se & laude ait male loquia & inuidiam superasse. Salust. Gloria inuidiam vicisti. [O testudinis) Lyræ pulchræ & dulcisonæ. [Dulcem strepitum) Musici sonis. [Tẽperas) Aptas, componis [O Mutis quoque piscibus Donatura cycni, si libeat, sonum) Aut ò Musa, quæ potentia tua & muta animalia oblectare facis aut pp Arionem, quem Cythara in mari canentẽ delphines secuti dñr. Virg. Orpheus in siluis, inter delphinas Arion. [Sonum) Dulcedinem cantus. [Muneris) Beneficij [Quod monstror,) Hoc est ꝙ cunctis innotui. [Romanæ fidicem lyræ) Lyricus latinæ linguæ. Fidicen à fidibus i. chordis, vt, Threicia fretus cythara, fidibusq. canoris. [Si placeo) Ac si diceret, si tamen placeo.

POR. QVem tu Melpomene semel Nascentẽ placido lumine videris:) Hac Ode sigñat & affirmat studio poëtico deditum, nulli posse alij rei vacare. Deinde deorũ subiungit laudes. [Curru ducet Achaico) .i. quadrigali certamine. [Delijs folijs) .i. laurea corona. [Sed quæ Tibur aquæ fertile perfluunt) Propriæ aũt ad secessum suũ referens dicit, Horat. Tibur.n. ferè otium suum conferebat, ibiq. carmina conscribebat. Æolio aũt carmine ita dictum accipe, vt si diceret lyrico carmine, quia quidam lyrici, vt Alcæus, Æolide magis dialectico vsi sunt. [Romæ principis vrbium Dignatur soboles inter amabileis Vatum ponere me choros) Soboles principis vrbium. Nerones vult intelligi, quos Augustus priuignos alioquin, vt suos loco filiorum diligebat. [Et iam dente minus mordeor inuido) Hoc vult intelligi de se. quod ait Sal. gloria inuidiam vicisti. [O testudinis aureæ Dulcem quæ strepitum Pieri tẽperas) Ordo est. O Pieri, q̃ dulcem strepitum testudinis temperas. [Romanæ fidicẽ lyræ) .i. lyricus poëta. [Si placeo) ἐπιεικῶς si placeo protulit, & subaudiendum extrinsecus tamen, vt fit. Si tamen placeo.

ASCEN. QVem tu) Quia, vt Prop. dicit, Naturæ sequitur semina quisq. suæ, ut se ad poëticam natum asserat, dicit ad musas natũ in nulla alia re gloriam q̃siturum se vero quicquid in Musica laudis obtinuerit, Musis acceptum ferre fatetur, dicens. O Melpomene dulce canens Musa. illum quẽ tu nascentẽ.i. dum nasceretur, videris.i. aspexeris, semel.s.i horoscopo, placido lumine .i. benigna influentia, non labor Isthmius.i. agon isthmiorũ certaminum, clarabit.i. clarificabit pugilem quia pugil non erit, non ẽt equus impiger.i. strenuus. ducet illũ victorẽ curru Achaico.i. apud Pisam in Elide regione Achaiæ, neque res bellica ostendet Capitolio, ad quod triumphantes ducuntur, illum existentem ducem ornatum, folijs Delijs.i. lauro Delphica, quod.i. quia contuderit.i. violenter suppresserit, tumidas minas regum .s. tumidorũ prius quã vincérentur. Sed q̃ argutæ docet se à Melpomene aspectũ in genesi sua dicens. Sed aquæ q̃ præfluunt, Tybur fertile, & comæ .i. frondes nemorũ, spissæ.i. densæ, fingent.i. efficient, sup. me nobilẽ carmine Æolio.i. Lesbico, hoc est Alchaico Soboles Romæ principis.i. q̃ est princeps vrbium, dignatur me ponere inter amabiles choros vatum. Et mordeor iam.i. in dies, minus dente inuido .i. incipio inuidiã gloria superare. O Pieri .i. Musa in Pierio antro genita, quæ temperas .i. moderaris, dulcem strepitum testudinis .i. cytharæ aureæ, quali Alcæo donandum censuit, ò donatura .i. q̃ possis donare, si libeat sonum cycni.i. dulcissimũ cantum, quoque.i. ẽt piscibus mutis .i. nullam vocem, nec pulmonẽ hñtibus, totum hoc est tui muneris.i. beneficij, ꝙ monstror.i. dicor dũ mõstror, digito p̃tereũtium, fidicẽ Romanæ lyræ, quasi de se sentiat quod Quintil. censuit, solum se dignum inter lyricos Romanos, qui legatur, tuum est ẽt, quod spiro.i. respiro & viuo, q a ob carminis artẽ Augusto reconciliatus est, & qđ placeo.s Augusto. Mœcenati, & ceteris qđ ne arroganter videatur dixisse, addit. Si placeo.

MOrdeor Inuido) Quanquam liuor velut ignis alta petit est tñ omnino aliquid vsque adeo perfectũ & illustre, ut eo non possit attingere. Quo loci peruenisse sese gloriatur hic Horat. Et etiam alibi. Inuidia maior. In Prou. Herculei labores. Et inimicus &c. [O mutis quoque piscibus) ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων .i. magis mutus ipsis piscibus, prouerbialis metaphora est de vehementer insantibus atque infacundis. Pisces.n. nullam ædunt vocẽ exceptis per paucis, inter quos canis marinus. Causam affert Arist. quod his neque pulmo sit neque arteria, neque guttur. GLAR.

## DRVSI LAVDES.

*Drusum Germanicum, in cuius gratiam hunc librum scripsit, commendat multis nominibus, nam illum Rhætos Vindelicos, gentem ferocissimã inuasisse ait, perinde atque aquila, viam prædam inuadere solet. Hostes autem eo viso, & si asperrimis essent, ita trepidasse, vt caprea viso leoni in se irruente: Commendat & à parentibus & institutione nam hoc partim deberi ait Augusto, cuius disciplina & educationem ad tantam virtutem peruenerunt partim Claudiorum, ex qua natus est familia, sed maxime bonis disciplinis, quid autem præstiterit ea familia vel vnus Claudius Nero satis declarauit, cum apud Metaurum fluuium. Hasdrubalem cum ingenti exercitu, tanta dexteritate fudit, vt frater Annibal, qui vicinus erat non senserit, nisi proiectum caput Hasdrubalis ante eius pedes, qua victoria populo R. rem pene dissereatam restituit, fugato tandem Annibale ex Italia.*

### *Ode IIII. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Vides, vt alta stet niue candidum.*

--u---uu-uu
--u---uu-u-
--u---u-u
-uu-uu-u--



QVALEM ministrum fulminis alitem,
Cui rex deorum regnũ in aueis vagas
Permisit, expertus fidelem
Iupiter in Ganymade flauo.
Olim iuuentas, & patrius vigor
Nido laborum propulit inscium:
Verniq., iam nimbis remotis,
Insolitos docuere nisus
Venti pauentem: mox in ouilia
Demisit hostem viuidus impetus:
Nunc in reluctanteis dracones
Egit amor dapis, atque pugnæ:
Qualem ue lætis caprea pascuis
Intenta, fuluæ matris ab vbere
Iam lacte depulsum leonem,
Dente nouo peritura vidit:
Videre Rhœti bella sub Alpibus
Drusum gerentem & vindelici: quibus
Mos vnde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet, quærere distuli:
Nec scire fas est omnia: Sed diu,

Lateq; victrices catervæ
Consilijs iuuenis reuictæ
Sensere, quid mens rite, quid indoles
Nutrita faustis sub penetralibus
Posset, quid Augusti paternus
In pueros animus Nerones.
Fortes creantur fortibus: & bonis
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquæ columbam.
Doctrina sed vim promouet insitam:
Rectiq; cultus pectora roborant:
Vtcunque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.
Quid debeas ò Roma Neronibus
Testis Metaurum flumen, & Asdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus alma risit adorea:
Durus per vrbeis Afer vt Italas,
Ceu flamma per tedas, vel eurus
Per Siculas equitauit vndas.
Post hoc secundis vsque laboribus
Romana pubes creuit: & impio
Vastata Pœnorum tumultu
Fena deos habuere rectos:
Dixitq; tandem perfidus Annibal,
Cerui luporum præda rapacium
Sectamur vltro, quos opimus
Fallere, & effugere est triumphus.
Gens, quæ cremato fortis ab Ilio
Iactata Tuscis æquoribus sacra,
Natosq;, maturosq; patres
Pertulit Ausonias ad vrbeis:
Duris ut ilex tonsa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido
Per damna, per cædeis, ab ipso
Ducit opes, abimumq; ferro.
Non Hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem:
Monstrum ue summisere Colchi
Maius, Echioniæ ue Thebæ.
Merses profundo: pulchrior euenit.
Luctere: multa proruet integrum
Cum laude victorem: geretq;
Prœlia coniugibus loquenda.
Carthagini iam non ego nuncios
Mittam superbos: occidit, occidit
Spes omnis, & fortuna nostri
Nominis, Asdrubale interempto.
Nil Claudiæ non efficient manus.
Quas & benigno numine Iupiter
Defendit: & curæ sagaces
Expediunt per acuta bella.

ANTO. 

VALEM ministrum) Hæc Ode & aquilæ & leoni comparat Drusum Tyberij fratrem ob eius in hostes strenuitatem domuerat nanque Rhœtos, & Vindelicos. Eiusdem quoque maioꝝ gesta in eius etiam laudem commemorat. [Qualem ministrum) Ode est similis ix. lib j. Est autem ordo. Qualem alitem ministrum fulminis, cui Iupiter rex deoꝝ permisit regnum in vagas aues, expertus fidelem in flauo Ganymede, olim iuuētas & patrius vigor propulit nido laboꝝ insciū &c. [Ministrum fulminis) Negant solam aquilam vnquam fulmine exanimatam, ideo armigerā Iouis consuetudo iudicauit, vt Plin. lib. x. [In Ganymede) De hoc superius. [Qualem ue leonē,) Ordo est. Qualem ue leonem iam lacte depulsum ab vbere fuluę matris, caprea intenta lætis pascuis uidet peritura nouo dente. [Nouo dente) Adhuc. n. nunquam cedem cōmiserant leonis parui dētes. [Videre Rhœti) Ordo est, Rhœti & Vindelici. Nam & intelligendum est Drusum, fuit is Tyberij Neronis, & Liuiæ Drusillæ filius, fraterq; Tyberij Cæsaris & Augusti priuignus, q̄ Rhœtos & Vindelicos alpium populos domuit, de quibus etiā Suet. ait, quod Aug domuit partim ductu, partim auspicijs suis Cantabriam, Aquitaniam &c. Item Rhœteos & Vindelicos, ac Salassos gentes Alpinas coërcuit. Str. lib. iiij. scribit, quod supra Comum ad alpium radices Rhœti, iacent, atque ad Italiam pertinent. Et vinum Rhœticum inter Italica cōmendata non sane inferius, in montanis illorum radicibus nascitur. Vniuersa autem montana pars in Orientem, & in Austrum vergens a Rhœti, Vindelicisq; tenetur, horum vero feritatem etiam L. Florus scribit. De Druso etiam plurima. [Quid debeas ò Roma Neronibus) Patricia gens Claudia orta est ex Regilis oppido Sabinorum, inde Romā recens conditam cum magna clientium manu commigrauit, auctore Tito Tatio vel quod (magis constat) Tito Claudio gentis principe, post reges exactos sexto ferre anno à patribus in patricios cooptata. Deinceps procedente tp̄e, duodetriginta consulatus, dictaturas quinque, censuras vij. triumphos vij. duas ouationes adepta est. Inter cognominata autem & Neronis assumpsit, quo significatur lingua Sabina fortis ac strenuus. Multa multoꝝ Claudiorum egregia merita, multa etiam secus admissa in temp. extant, Appius Cæcus societatem cum rege Pyrro vt parum salubrem, initi dissuasit. Claud. Caudex primus freto classe transiecto Pœnos Sicilia expulit. Tyberius Nero aduenientem ex Hispania cum ingentibus copijs Hasdrubalem prius q̄ Annibali fratri coniungeretur oppressit. Ex hac stirpe Tyberius Cęsar genus traxit & quidem vtrunque paternum à Tyberio Nerone, maternum ab Appio Pulchro qui ambo Appij Cæci filij fuerant. Hæc ex Suet. [Metaurum flumen) Metaurus fluuius est inter Phanum Fortunę & Senogalliam, propius tn̄ Phano ad duo millia passuum, longe vero à Senogallia xiij millibus pass. Est aūt in Vmbria vt scr. Plin. lib. iij. ingrediturq; mare Adriaticum. Apud Metaurum denique M. Liu. & Claud. Nero consules Asdrubalem Annibalis fratrem, vt illi se coniungeret, ex Hispania veniētem, occiderunt, cæsis etiam lvj. millibus hostium, captis v. millibus & quadringentis cum magna præda, tum omnis generis, tum auri argētiq;. Ciuium etiam Romanorum, qui capti apud hostes erāt supra quatuor millia capitum recepta. Sed octo ferme millia Romanoꝝ sociorumq; occisa. Plura etiam Liu. lib. vij. de bello Pun. ij. [Tenebris) .i. hostibus, qui hominum animis tenebras ob terrorem incutiebant. [Alma adorea) .i. laude & gloria. Nam adoream laudem, siue gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret, vt Festus inquit. Et Apul. lib. iij. ait. Ego igitur iam & ipse possum inquam mihi primam istam uirtutis adoream ad exemplum duodeni laboris Herculis numerare. Item lib. vij. sic. Domi, forisq; fortibus factis adoriæ plenæ gloriarer equis armentis. Dicitur autem adorea & adoria licet ab adoreo dicatur. Adoreum olim far vocabatur [Dirus per per vrbeis Afer) Sensus est, quod Annibal victo Asdrubale per Italas vrbes fugit, ut flamma per tædas, & eurus per mare Siculū. Liuius autem scribit lib. vij. de bello Punico secundo, quod occiso Asdrubale, Annibal tanto simul publico, familiariq; ictus luctu agnoscere se fortunam Carthaginis fertur dixisse Castris inde motis, omnia auxilia quæ diffusa latius tueri non poterat, in extremum Italiæ angulum Brutios contraxit, & Metapontinos ciuitatem vniuersam excitos sedibus suis & Lucanos, qui suæ ditionis erant, in Brutium agrum traduxit, vtq; idem Liu. lib. ix. scrib. cum postea Locros Scipio recipere uellet inde nocte motis castris abijt Annibal idem postea à Sempronio consule in Agro Crotonensi fusus, ac fugatus est, vbi cæsa sunt supra quatuor millia armatorum, paullo minus trecenti capti viui, & equi quadraginta, & vndecim militaria signa, itaque percussus aduerso pręlio Annibal Crotonem exercitum reduxit. Atque (vt Liu. idem lib. x. scr.) nihil post hæc ab Annibale in Italia gestum est, nam eum Carthaginenses reuocare ab ipsa Italia. [Vt Italas) Vt. i. quēadmodum legitur aūt cum quadā admiratione. [Rectos) Æquos & benignos, nō auersos vt olim. [Fallere, & effugere) Sensus est, q̄ fallere Roma, & effugere illos erat Afris summe triumphus.

[Gens

Aquila

Drusus

Drusilla

Claudij

Nerones

Metaur.

Adorea

[Gens quæ) Ordo est. Gens quæ fortis ab Ilio cremato iactata Thuscis æquoribus pertulit Ausnnias ad vrbes facta natos & maturos patres per damna, per cædes ab ipso ferro ducit opes animumq. vt ilex tonsa duris bipennibus in Algidu feraci nigre frõdis. [Nigræ frondis) Propter vmbram id ait, quæ ex frondium densitate est, vel quia ibi ilices affluunt, quæ nigræ, sunt frondis. [Natos) Æneam & Ascanium. [Patres) Anchisen & Æneã. [Hydra) Et Hydre Lerneæ corpore centum prodibant serpentum cũ capite ceruices quarum singulis cæsis duæ renascebantur, ob eamq. rem minime vinci posse videbatur, cum pars amputata validior redderetur, hanc difficultatem arte superans Hercules Iolaum monuit, vt è vestigio incisam ceruicẽ face lignea, ne efflueret sanguis, inureret, hoc pacto superata bellua, sagittas eius sanguine vnxit quo illarum vulnus morti ferrum redderetur, hęc omnia ex lib. v. Diod. Eusebius vero vbi de Hercule meminit, ita ait Hydram autem calidissimum fuisse sophistam asserit Plato. De Hydra Ouid. ẽt scribit in principio libri noni, illud fere qđ Diodorus de numero capitum & cæsorum augmento. [Monstrum ue submiscere Colchi) Auream pellem arietis, in templo Martis Oeta rex suspenderat, quod longe erat ab vrbe Cybari Colchorum regia, stadijs septuaginta, id autem muro circundederat, custodesq. plures apposuerat & draconem, sed reuera templi custos Draco dictus est, hæc & plura Diod. lib. v. Ouid. vero lib. vij Met. scribit. Hunc Draconem auxilio Medeæ ab Iasone occisum esse. Ait autem. Peruigilem super est herbis sopire draconem. Qui crista, linguisq. tribus p̃lignis, & vncis Dentibus horrendus custos erat arboris aureæ. [Echioniæ ue Thebæ.) Fuit Echion vnus è quinque, qui Cadmo Thebas condere auxiliatus est, occiderat autem Cadmus serpentem maximum deinde responso ab aere dato illius dentes sæuit, è quibus nati sunt armati homines, qui seipsos occiderunt ilico superstitibus quinque tñ quorum vnus Ech õ De hac re latius lib. iij. Met Ouid. [Merses) Romanorum sup. est autem a merso mersas. [Luctere) Nullo modo si intelligas, nã per se plenus est sermo, est. n. sicut merses secunda vox præsentis subiũctiui quo pro imperatiuo interdum vtimur. [Luctere). i. luctam in eas cum Romano. Est autem eiusdem formæ lucter lucteris, vel luctere. [Integrum victorem). i. antea inuictum. [Coniugibus loquenda) Hinc ait Vlyssi Penelope. Grata ferunt nymphę pro saluis dona maritis. Illi victa suis Troica facta canunt. Postea, Narrantis coniux pendet ab ore viri Superbos hilares & nobiles ob victoriam aliquam. Non. n. amplius victor esse possum. [Spes omnis,) Erat. n Hasdrubal patre eodem Amilcare genitus, equæ dux impiger, per tot in Hispania annos bello Romano exercitatus, gemina victoria insignis duobus ducibus cũ exercitibus deletis, vt Liu. scr. lib. vij. de bel. Pun. ij [Et fortuna) Vt ex Liuio diximus, occiso Hasdrubale, Annibal se agnoscere fortunam Carthaginis fertur dixisse. [Nil Claudiæ) Poëtæ verba sunt in laudem Drusi domus Claudiæ. Iupiter Augustum intelligit. [Curæ sagaces) Ipsius Augusti consilia. [Expediunt) Explicant, liberant. [Acuta bella.) Periculosissima, allusit autem ad telorum acumen.

ACR. QValem ministrum) Hæc Ode scripra est ꝑꝑ quam & quattũ librum contra dispositionem fecit, in laudem Drusi Neronis priuigni Augusti Cæs filij Neronis, quem ob insigne virtutis aquilæ comparauit. [Alitem aquil.) Quam & reginam auium volunt, vt, Sublimẽ pedibus rapuit Iouis armiger vncis. Ideo rutelæ Iouis dicitur deputata quia prosperum auspitium eius aduersum Titanas pugnatur accepit. [In Ganymede flauo) Rubeo. [Nido laboꝝ) In metaphora aquilæ perdurauit, dicendo nidum laborum, pro familia nobilium, & virtutum domo. [Vernìq.) Vt, Ruit imbriferum ver. [Insolitos docuere nisus) Inconsuetũ nisum ad primos uolatus aquilæ adhuc aërem & ventos timentis. [Venti pauentem) Solitam viribus & volatu continuo ad p̃dam prodire: vt, Fulua draconem Fert auis. [Egit amor dapis, atque pugnæ) In agno imbelli dapis, in dracone pugnæ. [Qualem ue lętis caprea pascuis) Qualem, inquit, Leonem primæ iuuentæ capta timens, talem Drusum hostes vibere. [Dente nouo) Adhuc in consueto ad p̃dam. [Videre Rhœti bella sub Alpibus) Hyperbaton longũ, superiori sensui r̃ndet, qualem aquilam vel leonem imbellis p̃da, talem Drusum videre Rhœti Vindelici Barbarorum gentes. [Nec scire fas est omnia). i. licet aliqua ignorare. [Sed diu, lateq.) Hoc solum, inquit, mihi dicere satis est ꝙ Rhœ diu potentes & victores à Druso adhuc puero superati sunt. [Sẽsere) Probauere virtutẽ & institutionem Romanam. [Indoles) Ætas, indicium futuræ ꝓbitatis. [Faustis) Felicibus custodia virtutũ. [Paternus) Vt pr̃ Æneas. [In pueros animus) Duo fuerunt Nerones priuigni Augusti, quoꝝ vnum in domo Tiberij Claudij Neronis mariti Liuia peperit, alterum in vtero ad Augustum attulit. Hotum altero in Germania morbo absumpto, alter adoptatus ab Augusto successor principatus eius fuit, & vocatus est Tiberius Cæsar. [Fortes creantur fortibus) Filios a parẽtum nomine degenerare virtute [Est in iuuencis, est in equis patrum Virtus) Vt cõtinuo pecoris generosi pullus in aruis altius ingredit. [Promouet) In melius auget. [Insitã) Naturalem. [Rectiq. cultus) Bona institutione reddi bonum naturale perfectum quæ si delit. bene nata deprauari pectora. In laudem Augusti dictum in cuius domo Nerones educati disciplinam accepere virtutum. [Roborant) Confirmant. [Indecorat) Indecora faciunt. [Vtcunque) Vbicunque. [Testis Metaurum flumen) Metaurus fluuius est de Piceni prouincia oriens in Flaminiam decurrens, quæ regio Gallia dicebatur. Iuxta hunc fluuium Claudius Nero consul cum Salinarore collega suo ita Hasdrubalem Annibalis fratrem in Italiam auxilio fratri magnum exercitum deducẽtem deuicit & interfecit, vt nec profectum ex castris consulem Annibal, dum castra muniisset, nec reuersum ante recognesceret, quam fratris caput in castra proiectum, & de exercitu eius Pœnos captiuos vidisset, quo bello supra xlv. millia Hasdrubalis exercitus cæsa feruntur. [Tenebris) Tenebras pro Afrorum terrore dixit. [Qui primus alma risit adorea) Adorea laus publica dicebatur, eo quod victores à victis adorarentur. [Ceu flãma per tædas) Post laudem fratris fugam describit Annibalis. [Secundis vsque laboribus) In laudem Drusi, qui de Neronis genere descendit, commemorat, ex quo Hasdrubal occisus est à Nerone, & Annibalem iam mortuum fuisse, & creuisse Romanos. [Tumultu) Clamore bellico, vt ille etiam cæcos instare tumultus sæpe monet. [Deos habuere rectos) Ita dij propitij recti, vt auersi irati dicebantur. vt Diua solo fixos oculos auersa tenebat. [Perfidus) Quia ipsius instinctu post primum bellum fractis pacis conditionibus in bellum reditum est. [Ceru i luporũ) Quasi fugientis Annibalis orationem fingit ad milites suos, qui dicat, Pugnamus contra eos, quos si euaserimus, pro triumpho habendum. ideo aũt lupis comparauit Romanos, quia auctor nominis eorum à lupa nutritus est. [Gens quę cremato fortis ab Ilio) Tanq̃ Romana gens per damna & cædes creuerit. ideo exemplum Troiæ ponit, a qua oriundus est vt, Quos nulla fatigant prœlia, nec victi possunt, absistere bello. [Sacra) Deos penates. de quibus Virg. Sacra suosque tibi commendat Troia Penates. Hos cape Fatorum comites. [Natosque maturosque patres) Vt Ascanium Anchisemque patrem, Teucrosque penates Cõmendo socijs, & curua valle recondo. quibus liberatis Aeneas ad Italiam venit. [Tonsa) Cæsa. In Algido feraci fertili. [Per damna, per cædes) Ilex. n. cæsa ferro melius pullulat. [Non Hydra secto) Exemplo Ilicis ramorum dãno melioris, Hydræ etiam quæ excisis sub Hercule serpentum capitibus numerosior excrescebat laudat Romanos bellorum dãno meliores semper effectos. Colchorum quoque eos monstro cõparat vbi satis draconis dentibus armatis de terræ sulcis egressi sunt. Quod Iason Medeæ arte superauit. Simile & aliud exẽplum draconis Thebani, quem Cadmus occidit, cuius satis dentibus armati prodierunt ex q̃bus aliquos in societatem condendæ vrbis Cadmus dr̃ asciuisse. [Echioníæue Thebæ) Ab Echione conditæ, qui fuit pater Penthei, gener Cadmi. [Merces profundo) Si mersaueris Romanum, fortior fit. ita aũt hoc verbum declinatur, Merso mersas, vt Fluuio mersare salubri. [Proruet) Euertet, euincet vt proruet insano contorquens vertices siluas Fluuiorum rex Eridanus, integrum) Ante non uictum. [Coniugibus loq.) Aut pro laude victoriæ referenda coniugibus, aut pro maritorum virtute cõiugibus, narrãda. [Multa) Pro multum [Proruet). i. si Romanũ prouocaueris ad cõtentiones quamuis multoꝝ victor eris, facile ab illo superaberis. [Carthagini iam nõ ego nuncios mittam sup.) Adhuc uelut quasi Annibalis verba sunt. tñ iuxta historiæ fidem iuxta Hasdrubalis capite, in hæc dicta Annibal dolore dr̃ erupisse, Agnosco rem fortuna Carthaginis. [Nil Claudiæ non ꝑ.manus) Iam hic poëtæ loquitur Drusum Neronẽ significans, & vires & optima Augusti consilia. [Expediunt) Dura bella finiunt.

QValem ministrũ fulminis alitẽ) Hæc est Ode, ꝑꝑ quam POR. (vt supra ostẽdimus) totus hic liber cõpolitus est. Scripra est ergo in Neronẽ Drusum priuignũ, & successorẽ Augusti, q̃ Rhœtos Vindelicos bello vicit. De impetio aũt principis huius duplicẽ facit cõparationem, nam Drusum ait tãto vigore, atque impetu hostes Vindelicos inuasisse, quanta vi solet aquila, in rapinam irruere primum auium, mox corroborato vigore etiam draconum. Ipsos autem hostes ita conterritos esse belligerantis Drusi virtute, vt caprea visu leonis in se irruentis.

[Quibus mos vnde deductus per omne Tempus Amazonia securi Dextras obarmet, quærere distuli:) Hi Vindelici ab Amazonibus eiecti è suis sedibus, & ex Thracia in exilium se contulisse alio, inq. iugis insedisse dñr, & quod potissimum in se tela, securesq́. Amazonum experti fuissent, ipsos vsum earum in bello accepisse. [Nec scire fas est) Sensus est, Fas est non omnia scire. i. licere aliquid ignorare. [Consiliis iuuenis reuictæ) Eo pertinet qđ victrices late dixerat. [Quid indoles Nutrita faustis sub penetralibus) Quia non potest Drusum laudare nunc vt filium Augusti ab eo educatum, institutumq́. dicit. [Quid Augusti paternos In pueros animus Nerones.) Duo fuerãt Nerones priuigni Augusti. Quorũ alterum in domo Tyberij Claudij mariti prioris Liuia peperit, alterum vtero ad Augustum attulit, horum alter in Germania morbo extinctus, alter adoptatus ab Augusto, successor principatus eius fuit, vocatusq. est Tyberius Cæsar. [Nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.) Prouerbialis sententia. [Doctrina sed vim promouet insitam) Insitam innatã, atque ingeneratam, signat ergo virtutem apparentibus ingenerari, instrui vero doctrinæ disciplina. [Rectiq. cultus pectora roborant:) Recti genitiui casus, numeri singularis, huius recti, cultus numeri pluralis casus nominatiui, hi cultus. Sensus est aũt. Colendo in rectum pectora corroborantur, & rectum absolute accipe pro æquo ac iusto. Vtcunque defecere mores. [Dedecorant bene nata culpæ.) Vtcunque qñcunque, sicut apud hunc poetam sæpe diximus. Indecorant aũt indecora faciunt, ac per hoc dedecorant signat. [Bene nata culpæ.) Absolute dr̃. Sensus ergo est. Honesta natalium generositas culpa dedecoratur, nisi digna hæc disciplina prosequatur, totũ aũt ꝑꝑ Augustum dr̃, in cuius domo Nerones vñr disciplinam virtutis accepisse. [Quid debeas ô Roma Neronibus Testis Metaurum flumen, & Asdrubal) Metaurus amnis Galliæ est, iuxta quem Nero consul cum Saliantore, collega suo Asdrubalem Annibali fratri suo magnum exercitum adducentem deuicit, cæsis supra quinque & quadraginta milib. [Testis Metaurum flumen) Metaurus di, non Metaurum, sed flumen nomine hoc figurauit, vt alibi, Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus, & Sal. Nomenq. Danubium habet, vt ad Germanorum terras astringit. [Qui primus alma risit adorea) Adrea laus, bellica dicitur, forrassis, ꝙ adorandi sunt qui laudem ex bello reportant. Risit ergo Romanis accipiendum. [Et impio Vastata Pœnorum tumultu Fana deos habuere rectos:) Et hi, inquit, quorũ templa in Italia, a Pœnis violata sunt, inde recti esse cœperunt pro Romanis aduersus eos agentes. [Sectamur vltro, quos) Bello petimus Romanos quorum manus si effugerimus, gaudere debemus, similesq́ in hoc sumus ceruis, q̃ vltro lupos insectantur, quos alioquin fugere debeant. [Duris vt ilex tonsa bipennibus Nigræ feraci frondis in Algido) Ordo est vt ilex nigræ frondis in Algido feraci duris bipennibus tonsa, Sensus aũt hic est. Vt ilex quanto magis securibus cæditur, tanto corroboratur magis, ac reuiuiscit, ita Romani ꝑ dãna cædis suæ fortiores effecti sunt [Nigræ frondis). i. viridis vmbrosæ. [Non Hydra secto corpore firmior &c.) Opportuna cõparatio, quia Romanos vult intelligi cæde sui potentiores fieri. [Mõstrum ue summisere Colchi Maius, Echioniæ ue Thebæ.) Vbi Armatorum seges exiliuit. Hoc aũt intelligi vult mirabile esse nõ deesse Romanos tot bellorũ cladibus acceptis. [Geretq́. Prœlia coniugibus loquẽda.) Vtrum quæ ipsi Romani milites apud coniuges suas ostentẽt aut quæ coniuges eorum de maritis suis prædicent. [Occidit, occidit Spes omnis, & fortunanr̃i Nominis, Asdrubale interempto.) Hæc reuera frequenter dixisse dr̃ Annibalem, cum caput fratris sui Asdrubalis vidisset, qđ Nero de industria allatum ex Gallia ante Castra eius nihil adhuc scientis de hac cæde, proijci iusserat. [Nil Claudiæ non efficient manus.) Hæc iam poetæ verba sunt non, adhuc Annibalis. [Et curæ sagaces Expediunt ꝑ acuta bella.) Absolute dñr ea, quæ sunt in bello periculosissima.

ASCEN. QValem) In Augusti laudem Drusum celebrat. Nam illius virtutem Augusti auspicijs, & maiorũ præstantia acceptam fert, comparat aũt eũ Aquilæ, & Leoni iam primum p̃dam agentibus. Ordo aũt potest incipi illic. Videre Rhœti sic Rhœti. s. populi in Alpibus, & Vindelici ẽt in Alpibus olim populi, sed diuersi a Rhœtis, quibus. s. Vindelicis, vnde mos deductus per oẽ tp̃s, obarmet. i. cõtra hostes, armet, dextras securi Amazonia. i. qualem Amazones solent ferre, ego distuli quærere. i. non dum inquisiui, nec fas est scire omnia, deinde ad principium reddendum est talem inq̃ videre Drusum qualem iuueras. i. Dea aquila grandiore sumptus, propulit (aut protulit). i. porro expulit olim nido, alitem. s. aquilam, ministrum fulminis. s. Ioui porrecti, cui. i. cuius progenitori. Iupiter rex deorum, expertus sup. ipsum fidelem in Ganymede flauo. i. flauis capillis, dum. s. ipsum rapuit Ioui, permisit regnum. i. ipsum efficit regem, in aues vagas. i. sine via volantes, vnde aues quod sine via sunt, dictæ putantur, auius tamen, quod alienum a via primam producit, quæ in animalibus auis, apes, anas corripitur, propulit dicit inscium. i. inexpertum, laborum. s. volandi, & prædandi & venti verni. i. in vere, qñ auium fere educatio est, flantes, docuere ipsum pauentem. s. quia adhuc imperitum, nixus (aut nisus). i. conatus uolandi insolitos, non prius obtros, & hoc nimbis iam remotis. i. serenitate inducta, tunc. n. ferè emittuntur aues, quæ sub pluuia continẽtur in nido, & impetus viuidus dimisit mox hostem. i. prædatorẽ, in ouilia i. caulas ouium, & amor dapis, atque pugnę, quia interdum auida pugnæ aquila prædatur, & alijs auibus prædam relinquit, egit. i. impulit, nunc. i. vbi iam facto periculo animosior factus est, in dracones reluctantes. Hunc ordinem qui & Bonfini placet, ab hinc xx. annos attetui, ve, pro vel, videre sup. talem qualem caprea. i. capra siluestris, intenta pascuis lætis. i. pinguibus, aut herbosis, videt, aut vidit, peritura dente nouo. i. quo nulla fera perierat, leonem. i. catulum leonis, depulsum iam ab vbere matris fuluæ. s. leæ, aut leænæ. Sed. i. licet, non omnia scio id nõ scio, quod cateruæ s. Rhœtorum & Vindelicorum victrices diu & late, reuictæ consilijs iuuenis. s. Drusi, sensere. i. senserunt, quid mẽs & quid indoles. i. insita, seu innata virtus, nutrita rite sub faustis. i. felicibus. s. Augusti penetralibus, posset, & quid animus Augusti paternis. i. talis ac si paternus esset, in. i. erga, pueros. i. liberos. Neronis. s. Claudij. Sunt textus, qui habent Nerones. Nã fortes. s. liberi creantur. s. parentibus fortibus & bonis, vnde per contrarium dixit prius ab adulteris inualidos gigni. Virtus patrum progeniturum, est in iumentis, & in equis, nec aquilæ feroces progenerant columbam imbellem. Sed doctrina. s. maiorum, promouet vim. i. virtutem, insitam. i. innatam, & recti. i. decentes cultus roborant. i. firmant pectora. Et contra vtcunque. i. vbicũque vel quandocũque, mores. s. boni defecere, culpæ. i. vitia prolis, dedecorant. i. dehonestant, bene nata. i. natalium claritudinẽ. Quid debeas, ex rebus gestis rem aperit, dicens. O Roma, flumen Metaurum, apud quem Claudius Nero cum M. Liuio Asdrubalem vicit, & Asdrubal deuictus, & ille dies pulcher fugatis tenebris. s. contumeliæ. Latio qui dies risit primus adorea. i. adorandorum consulum gloria, alma. i. altrice uirtutis, vnde Naso. Laudataq. uirtutis crescit, & immensum gloria calcar habet, est testis. i. testatur, quid debeas Neronibus. [Dirus) Vt victorẽ extollat, commemorat immanitatem victi & eius confessionem, dicens, vt. i. postquam, Afer. i. Annibal, dirus. i. immanis & efferus, equitauit per vrbes, Italas. i. Italicas ceu. i. ueluti flamma superfertur, per tædas. i. ligna resinosa, uel eurus. i. ventus ille, per vndas Siculas. i. maris Siculi, post hoc. i. post illius ferociam à Claudijs domitam, pubes Roma creuit vsque. i. continue, laboribus secundis. i. prosperis, & Fana. i. templa vastata impio tumultu Pœnorum. i. Punicorum, habuere deos rectos. i. iustos vltores. Et Annibal perfidus dixit tandem, quia quandiu potuit restitit, sed tandem animo quoque victus dixit suis. Nos cerui. i. tanquam cerui existentes præda luporum rapacium. s. Romanorum ab Romulo lupæ alumno originem trahentium sectamur vltro. i. prius quam lacessiti, cum fugere debeamus eos, quos fallere, & effugere (quia aperto Marte vincere non dabatur) est triumphus opimus. i. summus, qui nobis contingat sicut in quo optima Ioui feruntur spolia. Gens. s. Romana, quæ existens fortis, pertulit ab Ilio cremato ad vrbes Ausonias. i. Italicas sacra. i. sacrificia, & deos & natos & patres maturos. s. bello & rebus gerendis, quod dicit, quia effœta senectus derelicta est in Sicilia vt argute docetur Æneid. v. vbi Anchises, inquit, Lectos iuuenes, fortissima corda Defer in Italiam. Vnde non intelliges de Anchise, nec de Ænea, quia Anchises non peruenit, & Æneas non dicetur perlatus, sed pertulisse reliquos: quæ pertulit inquam existens iactata æquoribus Tuscis, id est Tyrrhenis ducit opes, id est potentias & animum per damna & per cedes ab ipso ferro, id est quanto plus cæditur, tanto animosior renascitur, vt ilex. i. arbor glandifera, tonsa duris bipennibus, in Algido monte non longe a Roma, feraci nigræ. i. densæ frondis, sup. repullulat, aut plures arbores producit. Hydra. i. serpens aquatilis non creuit firmior, corpore secto cum pro quolibet capite abscisso bina renascerentur, in Herculem dolentem vinci, quia ubique victor fuerat, ve, pro vel Colchi non submisere. i. clanculum immisere Iasoni, monstrum maius, quam hæc, qui tamen dracoñe & tauros igniuomos submiserunt. ve, pro vel, Thebæ Echioniæ. i. ab Echione vno ex dentibus draconis nato constructæ,

quæ

quæ draconem & ex illius dentibus armatos submiserant, non submisere maius monstrum, quia si merses, aut permissiue merses.i.permitto vt frequenter mergas (Est enim merso frequentatiuum à mergo) profundo.s.mari gens sup.illa euenit.i.emergit, pulchrior Luctere.i.si lucteris, aut permitto vt lucteris cum ea, & in principio vincas: ipsa proruet.i.prosternet cum multa laude victorem integrum.i.non prius stratum, & geret prœlia loquenda.i.recitanda, coniugibus.s.cum iactantia. Ego non mittam iam.i.deinceps, nuncios superbos, quia victoriæ indices. Carthagini.i.ad Carthaginem, quia omnis spes & fortuna nostri nominis occidit, occidit.i.penitus extincta est: Asdrubale fratre interempto.s.à Claudio Nerone. Nil Claudiæ, prosequitur laudes Claudiæ gentis Annibal, quæ eo plus ponderis habẽt, quod ab hoste dicuntur. Vnde Dido de Teucro, ipse hostis Teucros insigni laude ferebat. Ordo est. Manus.i.copiæ aut vires: Claudiæ.i.Claudiorum, nil non.i.omnia, quæ attentabunt, perficient (aut efficient) vtpore quas Iupiter.s.vt volunt, Augustus. see melius simpliciter de Ioue intelligimus, qui auctor & pater Æneadum est, defendit numine.i.aspiratione & fauore benigno, & qnas curæ sagaces.i.prouidæ expediunt.i.liberant, per acuta.i. periculosissima bella.

MATT. *Bonfinus.* VEnti pauentem) Exponunt aliqui venti pauentem.i.aëra & ventos timentem. Ego vero ita sentio, vt venti nominandi sit casus, & sit ordo & sensus: Venti remotis nimbis.i.dulciori & quieti tempore, quale solet veris esse docuere insoltos nisus pauentem.i.adhuc timidam.s. Aquilam, quę nõ est prius egressa nido & assueta volatibus. [Bella sub Alpibus) Rhœtos & Vindelicos diuersos esse non dubitabit, qui Suetoniũ in Tyberio legerit, vbi de bellis gestis in Alpibus facit mentionem, & hic repetendum est verbum videre hoc modo: Rhœti videre Drusum gerentem bella sub Alpibus, Vindelici (sup. iterũ videre) quibus mos vnde deductus ab ar.dex.per.om.ten.Am.secuta dist. querere.

DOCT. *interpr.* NEc imbellem feroces) Esquilla non nascitur rosa, in prouerb circunfertur, quod admonet, è probis parentibus nasci liberos probos, ex improbis improbos. Hic simili figura dixit Horat. nec imbellem &c.

GLAR. IN Ganymede flauo. Acron exponit rubeo, quam vocẽ nescio an vspiam legerim apud auctores Latinos. [Drusum gerentem Vindelici) Acrõ & Porphyrion absque dubio Rhœtos av Vindelicos vnam crediderunt gentem, vt sunt Volcæ Tecto sages, & Aulerci Cenomani apud Cæsarem. Quod si post gẽtem non legatur, & Vindelici videre potest. & Horat. in ea fuisse opinione, quod mihi non fit verisimile, quare eam coniunctionem haud quanquam omittendam censeo, q̃ Mancinellus supplēdam putauit, alij verbum videre repetendum autumant, quod nõ est opus, si & legatur in cõtextu, & carmen, & sensus quoque melius constabunt. Cęterum Mancinellus incitandis auctoribus sæpe libentius paraphrastæ fungitur officio, quam auctorum solida ponat verba, ideoque hoc in loco de Rhœtis posuit verbum, domuit quod apud Suet. est coërcuit, parum memor illius Lucani. Indomitumque caput Rheni. [Fortes creantur fortibus) Acron exponit filios à parentum nomine degenerare virtute, quæ verba ego non intelligo puto autem corrupta. [Rectique cultus pectora roborant) Quæ hoc loco argutia est in Porphyrionis commentatio vix credo eius esse sed vel Acronis. vel alicuius alterius racematoris. Sunt enim multis, in locis horum aucturum commixta verba, librariorum inscitia vt opinor, qui ea sperare debuerant. Simplicius erat meo quidem iudicio. Recti cultus vt adiectiuum ac substantiuum accipere, nã de educatione loquitur, quanquam cum nemine ea de repugnauero. Et illud vtcunque. Acron pro vbicunque exponit. Porphyrion pro quandocunque vt etiam Ode iiij.lib.iij. Horat. accepisse videtur. Vtcunque mecum vos eritis. At ego malim proprie id exponere pro quantumcunque, vt sit querela in mores suorum temporum Vtcunque defecerint mores, & mali sint homines, tamen male facta indecora videri honeste natis. [Dirus per vrbeis Afer vt Italas) Quidam vt legunt pro it, repetentes verbum fertur aut quid simile, pro equitauit, Acron autem ait, hic Annibalis fugam descripsit, cum potius eius sæuitia ante occisum Asdrubalem narretur non fuga, quippe qui post occisum fratrem, longe mitior factus est, quod & Liuius fatetur. Paullo post idem Acron, tumultu, exponit, clamore bellico, importune hoc loco, vt puto, Clamore enim fana vastari non poterant, sed manu. [Multa proruet integrum) Multa pro multum legitur in Acronis commentario, sed ab aliquo temere adiectum opinor, nam verbum proruet ante expusuerat, & alia quædam sequentia poetæ verba ante hæc ipsius verba vt facile lector videre poterit.

## AD AVGVSTVM.

*Scribit ad Augustum, qui à Senatu in hoc missis legatis, pollicitur se breui reditum diutius opinione morabatur. reuocat igitur eum miro consilio simulq; laudibus vehit nam ait P. R. non secus eius absentia, affici, ac mater carissimi filij absentis desiderio tenetur, eiusq; præsentia, vt discussa hyeme, veris amœnitate animos, omnium exhilarari ait eius opera pacem vbique restitutam, vt, ne metus quidem vllus supersit, quod leges integerrime administrantur, proinde non esse quod diutius differat reditum ad suos.*

*Ode V. Dicolos, Tetrastrophos: Vt,*

*Scriberis Vario fortis, & hostium.*

---∪---∪∪-∪-

---∪∪---∪∪-∪-

---∪∪---∪-∪∪

---∪∪-∪-



DIVIS orte bonis, optime Romulæ * 
Custos gentis, abes iam nimium diu:
Maturum reditum pollicitus patrum
Sancto concilio, redi.
Lucem redde tuæ dux bone patriæ.
Instar veris enim vultus vbi tuus
Affulsit: populo gratior it dies:
Et soles melius nitent.
Vt mater iuuenem, quem notus inuido
Flatu Carpathij trans maris æquora
Cunctantem spacio longius annuo
Dulci detinet à domo:
Votis ominibusq́., & precibus vocat:
Curuo nec faciem littore dimouet:
Sic desiderijs icta fidelibus
Quærit patria Cæsarem:
Tutus bos etenim rura perambulat:
Nutrit rura Ceres, almaq́. faustitas:
Pacatum volitant per mare nauitæ:
Culpari metuit fides:
Nullis polluitur casta domus stupris:
Mos, & lex maculosum edomuit nefas.
Laudantur simili prole puerperæ:
Culpam pœna premit comes.
Quis Parthum paueat? quis gelidum Scythen?
Quis, Germania quos horrida parturit,
Fœtus incolumi Cæsare? quis feræ
Bellum curet Iberiæ?
Condit quisque diem collibus in suis:
Et vitem viduas ducit ad arbores:
Hinc ad vina redit lætus: & alteris
Te mensis adhibet deum.
Te multa prece, te prosequitur mero
Diffuso pateris: & laribus tuum
Miscet numen, vt Græcia Castoris,
Et magni memor Herculis.
Longas ô vtinam dux bone ferias
Præstes Hesperiæ, dicimus integro
Sicci mane die: dicimus vuidi,
Cum sol Oceano subest.

** Augusto honores prouerbiũ resipiũt in genere omnia illa iratis dijs propitijs dijs, dijs bonis etc.*

ANTO. DIVIS, orte bonis) Absentem ab vrbe Augustum ad reditum exhortatur cuncti etenim ipsum optabant, cum præsertim iam omnia bella quiescerēt, & pax vbique nec timenda regio vlla Romanis esset iam cuncti penè subactis. eum postea vti Deū coli ab omnibus scribit. quod quidem ex historia sumpsit. Nam Suet. ait, Prouinciarum pleraque super templa & aras ludos quoque quinquennales pene oppidatim Augusto cōstituisse. [Diuis, orte bonis) Ode est similis sextæ. Est autē ordo. O optime Romulæ orte bonis diuis &c. Est.n. Augustus ortus ab Ænea, Romulo, & Iulio Cæsare per adoptionem, nam reuera filius fuit Acciæ filiæ Iuliæ sororis Cæsaris. [Optime Romulæ).i. Auguste. Quidam.n. censuerunt Augustum Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem vrbis. legito Tranquillum latius. & Luc. Florum in fine. [Gentis) Totius .s. [Pollicitus) Id per literas actum esse intelligamus aut per oratores. [Vt mater iuuenem) Ordo est. Vt mater & votis omnibus, & precibus vocat iuuenem cunctantem longius annuo spatio, quē notus inuido .i. odioso flatu trans æquora Carparij maris detinet, vel destinet.i. diuidit a dulci domo. [Carpathij maris) Id mare tendit vsque ad Rhodium, Cretamq., ac Cyprum, vt Str. docet lib. iij. [Tutus bos) Ostendit per Cæsarem Augustum omnia tuta esse, & crimina cuncta fugata. Florus.n. scribit, quod Augustus clauso iani templo conuersus ad pacem primum in omnia mala & in luxuriam fluens seculum grauibus, seuerisq. legibus coërcuit. [Faustitas) Felicitas vel iucunditas. [Culpari metuit fides:) Omnes iam fidi sunt. [Mos & lex) Mos est institutum patrum pertinens maxime ad religionem, cerimonias Deorū antiquorū, vt Festus ait, quod idem Macr. lib. iij. docet. Lex est recta ratio in iubendo, & vetando, vt scribit Tull. lib. j. de Leg. [Maculosum nefas).i. stupra & adulteria. nam este legem tangit. quam de adulterijs coërcendis sanxit, ea erat lex Iulia. Vnde Tranq. de Augusto ita scribit, Leges retractauit, & quasdam ex integro sanxit, & sumptuariam & de adulterijs, & de pudicitia, de ambitu, & de maritandis ordinibus. De lege autem Iulia latius legito in Iuuen. Sat. ij. ibi. s. Vbi nunc lex Iulia dormis. [Simili prole) Non.n. nothi, non spurij generantur, verum legitimi & genitoribus similes. [Quis Parthum) Per Augustum deuictas prouincias enumerat. [Condit diem) Abscondit Solem. & finit diem colendo agros, id autem pacem vbique esse indicat. [Alteris mensis) .i. secundis quæ in deorū honorem exhibebantur. Vnde Poeta lib. j. Æn. ait de Didone postquam prima quies epulis mensæq. remotæ. Crateras magnos statuunt, & vina coronant. Hic regina grauem gemmis, auroq. poposcit Impleuit mero pateram & postea, Iupiter hospitibus. nam te date iura loquuntur. Hunc lætum Tyrijsq. diem &c. Valerius autem lib. ij. scribit, Primos Ionas secundæ mensæ ponendæ consuetudinem reperisse. At Mac. lib. ij. Sat. docet, Bellaria significare omne secundæ mensæ genus. Nam quæ πέμματα Græci, vel τραγήματα dixerunt, ea veteres nostri appellauere Bellaria. vina quoque dulciora est inuenire in Comœdijs antiquioribus hoc vocabulo, dictaq. ea Liberi Bellaria. [Laribus) i penatibus. colebantur.n. in domo Lares hinc Naso lib. j. Trist. de vxore inquit: Illa sed ante Lares sparsis prostrata capillis Contigit extinctos ore tremente focos. Sunt etiam Lares vrbium custodes de quibus idem lib. v. Fast. ait: Stant quoque pro nobis, & præsunt mœnibus vrbis. Et sunt præsentes, auxiliumq. ferunt. De laribus tamen latius Epodo secunda videto. [Castoris) Ode tertia & xij. lib. j. de Castore & Polluce dictum est. [Herculis) Athenienses Græcorum primi vt Deum sacrificijs Herculem coluerunt, suæq. pietatis erga illum Deum, exemplum reliquis præbentes, vniuersam primum Græciam, deinde ceteras omnes gentes ad eius cultum conuertere. scribit ea Diod. lib. v. [Longas ò vtinam) Ordo est: Sicci mane integro die dicimus. [O vtinam bone dux) O bone dux vtinam præstes Hesperiæ longas ferias vuidi, cum Sol Oceano subest dicimus: O bone dux vtinam &c. [Ferias) Solebant in diei feriæ ab Imperatoribus propter victoriam, poeta igitur illas fore longas exoptat. [Ferias) Vt scribit Pomp. antiqui festa vocabant. & aliæ erant sine die festo, vt Saturnalia. De ferijs autem plurima legito in Macrob. de varietate dierum lib. j. Satur. Sicci ieiuni, sobrij. [Vuidi,) Vinosi.

ACR. DIuis, orte) De Augusto scribitur, qui in transmarinis partibus diu residens senatus, ac populi precibus legatione missa reditum suum promittens immorabatur. [Romulæ) Pro Romuleæ. [Diuis, orte) Vt Dijs genite, & genitore deos. [Custos gētis) .s. Romanæ. [Lucē redde) Plus dixit quam salutem. Si quidē lux pro salute poni consueuit. vt, O lux Dardaniæ spes ò sanctissima. Teucrū. [Instar Veris) Pro similitudine Veris, q̄a lux dixerat superius, ideo cōparationem verni tpis posuit. [Vt mater iuuenem) Ita patriam Augusti desiderare præsentiam, sicut à matre reditus absentis filij consueuit. Ordo est: Vt mater vocat omnibus, votis, & precibus iuuenem cūctantem trans æquora Carpathi maris, que Notus inuido flatu distinet a dulci domo longius anni spatio. [Votis, ominibus) Tanq̄ vota pro reditu faceret & omnia aduersa timeret. [Curuo nec faciem) Vt affectum desiderantis. Ostenderet eas partes solliciti dixit attendi, a quibus sperat reuerti. [Sic desiderijs) Tanq̄ patria desiderio Augusti percuteretur, dum pro eius salute esset sollicita. [Tutus bos etenim) Virtute dicit & dispositione Cæsaris præstitam agris quietem vt ille meas errare boues vt cernis, & ipsum Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Almaq. Fau. noue vt felicitas dictum. [Pacatum volitat per mare nauitæ) Compressi.n. ab eo fuerant piratæ. Culpari metuit fides tanq̄ cuius tpe nec creditum, nec depositum negaretur. [Casta) Pudica. vt Casta pudicitiam seruet domus. [Mos & lex maculosum edomuit nefas) Legem significat, quam de coërcendis adulterijs sanxit. [Laudantur simili prolæ puerperæ) Tanquam abesse matrimonio culpam prolis & parentum similitudine demōstraret. vt, Si quis mihi paruulus aula Luderet Æneas qui te tantum ore referret. [Culpam pœna premit comes) Comes, inquit, culpæ pœna est, nec differendo vindictā præstat peccandi licentiam. Quis Parthum paueat? nullas gentes dicit incolumi Cæsare formidare. [Feræ) Indomite & bellicosæ Hispaniarum gētes. [Condit quisque diem collibus) Finit, explet. Virg. Cantando longos memini me condere Soles. [Et vitem viduas ducit ad arbores) Beneficio Augusti per hostium pressitam vtilitatem agrorum cultum crescere viduas vero arbores sine vitibus dixit. Vt Statius humi palmes viduas desiderat vlmos. [Hinc ad vina redit) A labore ad conuiuia. [Et alteris Te mensis adhibet Deum) Secundæ mensæ dicebantur quæ in honorem deorum exhiberi consueuerant. Vt non ego te dijs, & mensis accepta secundis Transierim Rhodia, exhiberi ergo & Augusto significat honorem Deorum per easdem celebritate [Vt Græcia) Sic a Romanis promittit Augustum dijs penatibus sociandū, sicut a Græcis Hercules, Castor, & Pollux, quos & ciuica animi familiaritas cōmendauit, aut quos labor diligi fecit & virtus. [Et magni memor Herculis) Beneficiorum. [Dux bone ferias) Aut propter continuationem victoriarum longas optauit ferias aut abominando bella vitam prolixam. [Integro) Toto die. [Sicci) Ieiuni. [Vuidi) Pleni. vt vuidus hyberna venit de glande Menalcas. [Subest) Subter, est .i. in occasum conditus est.

POR. DIuis orte bonis) Hæc Ode ad Augustum scripta est, diutius in transmarinis prouincijs morantem populi, ac senatus legationibus missis reditum eius precātis. [Instar Veris enim vultus vbi tuus affulsit) Hoc est præsentia tua ad instar vernæ Gratiæ exhilarantur omnia. Vt mater iuuenem, quem Notus inuidos Flatu Carpathij trans maris ęquora Cunctantem spatio longius annuo dulci distinet à domo. [Votis, omnibusque, & preci. vocat) Ordo est, Vt mater vocat iuuenem cunctante spatio longius annuo, votis, omnibusque, & precibus, Cunctantem autem demorantem significat vt est apud Virg. Reginam thalamo cunctātē ad limina primi Pœnorum expectant. [Sic desiderijs icta fidelibus Quærit patria Cæsarem) Icta participialiter dr, & significat percussa. [Nutrit rura Ceres, almaque Faustitas) Adnotandum nomen Faustitas sic dictum, quasi felicitas, aut iucunditas [Mos, & lex maculosum edomuit nefas) Eleganter videtur eam legem signare, quam de adulterijs coërcendis sanxit. [Culpam Pœna premit comes) Pœna it comes, inquit, culpę suæ.i. non differt pœnam suam delinquentibus, per hoc significat ingenerose nihil aut negligenter fieri. [Et vitem viduas ducit ad arbores) Suauiter & viduas arbores dixit prius, quàm vites adiunctas habeant, quas cum habent, maritari dicuntur rusticis. [Et alteris Te mensis adhibet Deum) .i. secundis. [Et magni memor Herculis) Memor beneficiorum eius dicimus. [Vuidi) .i. poti ac madidi.

ASCEN. DIuis) Augustum celebrando, inuitat eum ad reditum dicens, O Romulæ, id est Auguste, qui es alter Romulus, pater patriæ, & Quirinus dictus (sunt qui legāt Romulæ pro Romuleæ) vt intelligatur sic. [Custos Romulæ gentis) Orte bonis diuis .s. Aenea, Ascanio, Romulo, & Iulio, & etiam Dijs Ioue, Venere, & Marte optime custos gentis .s. Romanę tu habes iam nimium diu pollicitus.i. qui eras, pollicitus sancto concilio patrum .s. conscriptorum reditum, maturum.i. opportune festinum redi ò bone dux, & redde tuę patrię lucem.i. hilaritatem. Enim pro quia, vbi tuus vultus instar i. qui habet statum & formam, Veris.i. temporis verni affulsit.i. fulgendo aspirauit populo dies it.i. procedit

gratior,

gratior,& Soles nitent melius,quia fine luctu.Nam vt mater vocat ominibus,votis & precibus,iuuenem.f.filium,quem notus.i. ventus ille humidus,detinet inuido flatu,quia semper contrario, & ira matris gaudijs inuidentis, trans æquora matris Carpathij detinet inquam cunctantem.i.immorantẽ longius à domo dulci spatio annuo .i. per spatium vnius anni nec ipsa dimouet faciẽ, sup. à littore.f.maris curuo, quod omni littori commune est, sic patria .f. Roma,icta.i.percussa,fidelibus,desiderijs, quia ob meri ta desiderati,quærit Cæsarem.f.te.Etenim bos perambulat nunc tutus ab hostibus & prædonibus,rura Ceres,dea frugum & alma Faustitas.i.felicitas producendi,nutrit rura,& nauitæ.i.nautæ vo litant.i.celeriter, & mistibus nauigijs percurrunt, mare pacatum .f.piratis.Fides metuit culpari.i.nemo est infidelis,domus casta.i. quia nunc casta est,nulli stupris polluitur, Mos.i.honestum insti tutum diu obseruatum,& lex edomuit nefas maculosum.i.turpe adulterium.Puerperæ.i.pueros parientes laudantur, prole simili .i. propter prolem similem marito . nam pœna ab Augusto indi cta comes.i.comitans,premit.i.supprimit,culpam.i.peccara.Deinde prosequitur victorias Augusti,& pacem, atque beatam vitã illas subsecutam,dicens,Quis paueat Cæsare incolum.i. tãtisper dum Augustus Cæsar sit incolumis,Parthum .f. ferocissimum hostem Romano Imperio? q. d. merito nullus, quia Cæsar coëgerat Parthos reddere signa Romano : Quis paueat Scythen? seu Scytham. (Nam masculina apud nos in a,si etiam græca sunt exeunt ferè apud græcos in ης,hoc est in es,vt Scytha & Scythes,planeta & planetas &c.) gelidum, non ad bella, sed in gelida regione natum? Quis paueat incolumi Cæsare fœtus sup. hominum bellicosorum, quos germania horrida .i. aspera, aut frigida, sed non bello parturit. Quis curet bellum Iberiæ .i. Hispaniæ,feræ .i.ferocis? q.d. nemo quia omnes hi aut ab Augusto, aut eius auspicijs domiti fuerunt. Et ideo quisque condit .i. finit diem,in suis collibus .i. manet in patria sua, & ducit vitem ad arbores viduas.f.prius propter longa bella,hinc i.ex homini cultu & labores,redit quisque lætus ad vina & adhibet alteris.i.secundis mensis.i.ferculis admensuram appositis,te ò Cæsar Deum,quia te ꝑ Deo inuocat. Te multa ordo est: Et quisque in secundis mensis prosequitur te multa prece.i.precatur te,vt Deum multa & prosequitur te multo mero fuso pateris,vt.f. in honorem tuum ebibatur,ut recitauit paullo ante Mancin. de Didonis conuiuio, ex Æn. j. miscet tuum numen.i. diuinam potentiam tuam,Laribus .i. dijs suis domesticis vti.i.quemadmodum Græcia memor supp. beneficiorum,miscet Laribus suis numen Castoris sup. & Polluc is,& magni Herculis,nos sicci.i. nondum poti,dicimus mane.i. matutino tempore, vtpote die integro .i. dum dies est adhuc integer,& nos vidui.i.poti,& vino irrigui, dicimus cum Sol subest Oceano.i.post occasum Solis.O vtinam bone dux.i.Auguste. p̄stes.i.exhibeas,Hesperiæ .i. Italiæ longas ferias.i. vacationes ab labore, quas.f. ob reditum tuum libenter faciamus.

GLAR. Diuis orte bonis optime Romulæ Custos gentis.Mancin.coniunxit optimæ Romulæ, perinde atque Romulæ vocandi sit casus.Acronis commentarius cum primum Romulæ pro Romuleæ exposuisset statim custos gentis exponit.f.Romanæ quæ quã consonent,non equidem video.Doct.in Adag.Genius malus,legitur Romulæ,vltima cum diphthongo,quod & mihi placet.Votis,ominibusq́., & precibus vocat. Ordo est(inquit Mancin.)vt mater & votis omnibus,& precibus vocat iuuenem &c. Ex quibus verbis pater illum omnibus,pro ominibus legisse, quod erroris,vt in soluta oratione ex scriptura facile accidere potest,ita in hoc genere carminis minime, quod quidem virum diligẽtem non animaduertisse,admodum miror.

## AD APOLLINEM, ET DIANAM

*carmen seculare.*

*Hymnus in laudem Apollinis,& Dianæ,quem ludis secularibus scripsit,qui centesimo quoque anno celebrantur, quem item à pueris & ingenuis puellis in eorundem laudem cani postulat. Laudat autem Apollinem quod de Niobes filijs,& Tityo in matrem Latonam contumeliose sumpserit supplicium quod Achillem alioqui iunctum, apud Troiam confecerit, quod cytharam & musicam inuenerit,à quo denique se ingenium & artem poëticam accepisse fatetur, Dianam laudat quod cum eadem sit cum Luna & Cerere nocti præsit & mensibus,fruges vegetet alatq́.*

*Ode VI. Tricolos Tetrastrophos: Vt,*

*Iam satis terris niuis, atque diræ.*

-U---UU-U--
-U---UU-U-U
-U---UU-U--
-UU--



Ive, quem proles Niobæa magnæ
Vindicem linguæ, Tityosq́. raptor
Sensit, & Troiæ prope victor altæ
Phthius Achilles,
Ceteris maior, tibi miles impar:
Filius quamuis Thetidos marinæ
Dardanas turreis quateret tremenda
Cuspide pugnax.
Ille mordaci velut icta ferro
Pinus, aut impulsa cupressus euro,
Procidit late: posuitq́. collum
Puluere Teucro.
Ille non inclusus equo Mineruæ
Sacra mentito, male feriatos
Troas, & lætam Priami choreis
Falleret aulam:
Sed palam captis grauis, heu nefas, heu,
Nescios fari pueros Achiuis
Vreret flammis, etiam latenteis
Matris in aluo:
Ni tuis victus, Venerisq́. gratæ
Vocibus, diuum pater annuisset,
Rebus Aeneæ potiore ductos
Alite muros.
Doctor argutæ fidicen Thaliæ
Phœbe, qui Xantho lauis amne crineis:
Dauniæ defende decus camœnæ
Leuis Agyleu.
Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem
Carminis, nomenq́. dedit poëtæ.
Virginum primæ, puerią́. claris
Patribus orti,
Deliæ tutela deæ, fugaceis
Lyncas, & ceruos cohibentis
Lesbium seruate pedem, meią́.
Pollicis ictum,
Rite Latonæ puerum canentes,
Rite crescentem face noctilucam,
Prosperam frugum, celeremq́. pronos
Voluere menseis.
Nupta iam dices, ego dis amicum,
Seculo festas referente luces,
Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horati.



ANTO. Ive, quem proles) Apollinis hymnum poëta scribit. Laudat enim illum ꝙ Niobes prolem & Tityon in Latonæ matris vltiorem peremit, ꝙ item Achillem ceteris maiorem militibus apud Troiam occiderit. commemorat deinde Apollini sua lyrica.nam Phœbus spiritum Phœbus carminis artem Phœbus poëtæ nomen dederat sibi. hortatur post ea pueros puellasq́. nobiles in Apollinis, & Dianæ laudes sua carmina decantare. [Diue,quem proles Niobæa magnæ) Niobæa

bæa proles, fuit Niobe Tātali filia, quæ filios septem, totidemq. filias peperit, summo decore præstantes, tali prole superbiens ad modum gloriabatur se Latonæ præferens numero filiorum. itaque ira motam fabulæ Latonam ferunt Apollini, vt Niobes filios, Dianæ, vt filias arcu interficerent, mandasse. Quibus matri obtemperantibus, contigit eodem tpe, & abundare filijs Niobē, & carere. Diod. ita scribit lib. v legito item lib. vj. Met. & lib. vlc. Iliad. & apud Gellium multa nos etiam plurima Sat. vj. Iuuen. [Magnæ linguæ) .i. superbæ. vnde lib. vj. Met. Niobe: Quid furor auditos inquit præponere visi Cęlestes? aut cur colitur Latona per aras. Numen adhuc sine thure meum est &c. [Tityosq. raptor) De Tityo videto lib ij. Ode xij. Item lib. iiij. Ode iij. [Raptor) Stuprator, voluit. n. Latonæ vim inferre. [Prope) Ferè quasi. [Phthius Achilles.) Ordo est. Et Phthius Achilles prope victor altæ Troiæ miles ceteris maior tibi impar quamuis filius Thetidis marinæ. postea sequitur, pugnax temenda cuspide quateret Dardanas turres [Phthius) Strab. lib. ix. dubitat an Phthia vrbs, an regio sit in Thessalia quam dicit Achilli subiectam fuisse habuisseq. Teridis Phanum, Plin. lib. iiij. oppidum esse docet. Ille procidit de Achillis morte, legito Ode xvj. lib. j. [Ille non inclusus) Ordo est. Ille Achilles non inclusus equo mentito sacra Mineruæ &c. Ostendit autem Achillem non fraude & clam, sed aperte Troianos potuisse opprimere, nisi Apollo eum occidisset. [Equo Mineruæ) Euersionem Troiæ cum Sinone suo & equo ligneo, ceterisq. omnibus quæ lib. ij faciunt Æn. a Pisandro pene ad uerbum transcripsit Maro, inquit Macr. lib. v. Sat. [Male feriatos) Ociosos, & quietos ob ligneum equum in Ilion ductum, vt Maro docet. [Læram choreis) De hoc late legere poteris lib. ij. Æn. [Ni tuis &c.) Est viuentem Achillem potuisse Troia. ad vnum interimete, ita q̄ non valuisset Æneas in Letim pergere. & vrbis Romæ conditores producere, verum diuum pater Apollinis & Veneris motus permisit Achillis interitum, quo Æneas Romanæ vrbi fundatores generaret. [Ni tuis) Ordo est. Ni diuum pater victus tuis vocibus ô Apollo, gratæ Veneris, annuisset rebus Æneæ muros ductos potiore alite. [Æneæ rebus) Datiui casus est: Ductos muros Rom. muros iam ductos intelligit. [Potiore Alite) Meliori auspicio. [Doctor argutæ Thaliæ) Lib. j. Ode autem xxxij. diximus Apollinem cytharæ eiusq. musicæ inuentorem fuisse. Thalia aūt dici potest capacitas, seu celebritas, quod in longum ips poetaꝝ laus parta virescat. [Xantho) Amne Troię fluuius est, qui oues efficit rufas. vt Plin. lib. ij. xāthos aūt flauus interpretatur. [Lauis) Antique dixit. Illi. n. lauo lauis & lauas dixerunt. [Dauniæ) Venusinæ, & Appulæ. [Leuis Agyleu.) Agya, via dicitur, leos, leuis, politus. Porphyrio aūt scribit Varronem dicere, q̄ ex responso oraculi in vijs publicis vrbis suæ Athenienses statutis altaribus sacrificare Apollini instiruerunt, & Agyleum appellauere. [Leuis) Politus imberbis. [Virginum primæ,) Ordo est. O primæ virginum, & pueri orti claris patribus, appositio tutela Deliæ deæ arcu cohibentis fugaceis lyncas, & ceruos &c.) Lesbium pedem) .i. lyricum carmen. Hortatur. n. illos cantare suam carmen in Apollinis, & Dianæ laudes. [Face) Lumine. [Noctilucam) Lunam, quasi nocte lucentem. [Prosperam frugum) Luna n. nocturno temperamento maturandis frugibus moderatur, vt ēt Macr. edoce. [Celeremq. pronos Volue-re menseis) Tpa duoꝝ temporꝝ sunt, Vnū annale, quod Sol circuitu suo finit. Alteꝝ menstruum quod Luna circumiens comprehendit. id Varro scribit lib. j. de Re Rust. Cic. autem in lib. de Nat Deoꝝ ait, q̄ Lunæ cursus, quia mensa spatia conficiunt mē ses nominantur. [Nupta iam) .i. postquam nupta eris, nam virgines græce & latine carmina, & Pæanas canebant. [Seculo festas referente luces) De seculari carmine & ludis Secularibus latius videto post carmen Epodon in carmine Seculari.

ACR. Diue, quem proles) Hymnum hic Apollini dicit & commendat carmina sua Secularibus ludis, qui celebrantur post centū annos supra Tyberim, aut ī Capitolio [Quē proles Niobæa) Laus Apollinis de factis, q a in vindictā matris Latonæ Niobē cū filijs suis īteremit. [Tityosq. raptor) Qui vim Latonæ inferre conatus est. [Altæ) Magnæ, vt, Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troia, aut p̄ vituperationem, vt magnus latro, aut altæ stellæ, aut temerarię. [Phthius) A ciuitate dictus, vt Virg. Phthiā clarasq. Mycenas. [Tibi miles impar:) Vt Dardana q. Paridis direxti tela, manusq. Corpus ī Æacidæ. [Thetidis marinæ) Subauditur Deæ, vt lōge illi dea mater erat. [Ille mordaci) Achilles ruens cadenti arbori comparatur. [Teucro) Pro Teucrio vt Dardanus, pro Dardanius. Virg. & lōgo soluit se Teucria luctu. [Ille non inclusus) Achillem dicit nihil fraude fecisse, sed palam semper virtutis fiducia dimicasse. vt, Nec equi caua condemur in aulo. Lucem palam. [Equo Mineruæ) Virg. Instar montis equum diuina Palladis arte Ædificant. [Male feriatos) Vt, Nos delubra deum miseri, quibus vltimus esset, Ille dies festa velamus fronde per vrbem. [Falleret aulam:) Aulā pro toto Ilio posuit. neque. n solum regem fefellerunt Achiui, sed cunctos. [Sed palā captis grauis,) Aperto semper bello Achilles, nō insidijs grauis. vt, Non furto melior, sed fortibus armis [Heu nefas,) Dolenter exclamat poeta Achillem vinum ad internicionem interimere omnes potuisse Troianos, vt nec Æneas profugere ad Romam omine meliore condendam posset nec ab eo vel infantibus parceretur, quale est illud: Crimine quo parui cedem potuere mereri. Quæ tamen in laudem commemorantur Apollinis. [Nescios fari) Infantes paruos. [Matris in aluo) Etiam in grauidas. mulieres sæuiendum fuisse. [Ni tuis) Hoc est Apollinis. [Rebus Æneæ) Troianis à quorum genere meliori alite, hoc est vulturā auspicio erat Roma condenda. [Doctor argutæ fidicen Thaliæ) Doctorem Apollinem non Thaliæ musæ sed artis lyricæ, dixit eumq ad studium suum referens. [Lauis) Pro lauas. [Xantho) Xanthus fluuius est Troiæ. vt, Xanthiq. fluentia deserit, ac Delō maternam iussit Apollo. [Dauniæ delende) Dauniam a Dauno rege Apuliæ, vnde oriūdus Horatius erat. [Leuis) In verbis. [Agyleu.) Agyæ vero Atheniensis lingua vici dicuntur quo nomine ideo Apollo vocatus est, quia ex Oraculi responso in vicis publicis vrbis suæ staturis altaribus ei sacrificia instituerant vnde Agyleus dictus est. [Virginum primæ, pueriq. claris) Puellas alloquitur, a quibus Dianæ carmen lyrico sono cantari consueuerat, vt rhythmum operis sui in canendo custodiant. [Lesbium) Alcæi lyrici poetæ qui Lesbius fuit. [Meiq. Pollicis ictum,) Modulationem lyrici carminis. veluti ipse lyram percutiat. [Rite Latonæ pueꝝ) Solēni consuetudine. [Face noctilucam,) Eodem. n. & Diana honore censebatur. vnde & Diana Luciferæ nomen accepit. [Prosperam frugum,) Rore nocturno nutriente. vt, Quantū longis carpent armenta diebus. Exigua tm̄ gelida se nocte reponet. [Celeremq. pronos Voluere menseis.) Quia ita tpa per lunæ cursum, sicut Solis peraguntur. sed circa Lunam propriemēses dixit, sic. n. singulis mensibus Zodiacum circulum Luna pertransit, quemadmodum Sol toto anno. [Voluere mēseis.) Quia conditionem mortalitatis tpibus anni comparauerat, ne crederentur & homines renasci. tempora immutationes elementoꝝ, siue temporum reparari dixit. Conditionem vero mortalitatis, vt cōmunem nobis, & omnibus, ita irreparabilem. [Nupta iam dices) Loquendo ad vnam de omnibus dicit dum fueritis nuptæ dicetis. [Amicum) Amabile. [Reddidi carmen) Non difficultec H rat. carmen reddidisse se refert, vel cecinisse.

Diue, quem proles Niobæa magnæ) Hæc Ode hymnum Apollinis continet, qua cōmendat et carmina sua & simul alloquitur pueros, puellasq. quos carmen Seculare docet. [Et Troiæ prope victor altæ) .i. pene victor, hoc aūt ad illud pertinet, q̄ dicitur Paris in Achillem sagittam Apolline dirigente terendisse. [Ceteris maior, tibi miles impat:) Achilles .s. [Teucro puluere.) Ergo principali pro possessiuo nomine vsus est. vt, Hauriat hunc oculis ignē crudelis ab alto Dardanus, pro eo quod est Dardanius. [Falleret aulam) Aulam sine dubio p̄ toto Ilio positum est, neque n. solum regem fefellerant Græci adhibitis insidijs, verum totum populum. [Nescios fari pueros) Periphrasticos. [Annuisset Rebus Æneæ potiore ductos Alite muros) .i. annuisset, ut meliore alite, hoc est meliore auspicio Æneas vrbem constitueret. [Qui Xantho lauis amne crineis.) Lauis veteres dixere & lauere, non lauare, vt supra ostendimus. [Dauniæ defende decus camœnæ Leuis Agyleu.) Dauniæ camœnæ suæ musæ dicit Horatius .i. sui carminis, si quidē Daunia Apulia est, in cuius finibus natus est. [Leuis Agyleu.) Agya est via, & græce dicitur. Varro ait q̄ ex responso sui Oraculi in vijs publicis vrbis, suæ Athenienses statutis altaribus sacrificare Apollini instituerunt & Agyleu appellauere. [Virginum primæ, pueriq. claris Patribus orti Deliæ tutela deę, fugaceis) .i. qui estis tutela Delię deę, hoc est σχῆμα ἐφεξῆς [Lesbium seruate pedē) .i. Alcęi lyrici poetę, qui Lesbius fuit. [Meiq. Pollicis ictum) .i. modulationem lyrici carminis, & suauiter hoc dr̄, quasi ipsum lyram percutiat. [Rite Latonę puerum canentes) .i. Apollinem Latonę filiu. [Celeremq. pronos Voluere menseis.) Quia similiter per lunę cursum vnr tpa peragi. sed & circa lunam proprie menses dixit. q̄ singulis mensibus Zodiacum circulum pertransit quem Sol toto anno. [Nupta iam dices) Quando fueris iam nupta. [Seculo festas referente luces) .i. die singulo festum referente. POR.

Diue, &c.) Apollinis laudes colligens dicit. O diue .s. Apollo, quē p̄les Niobęa .i. p̄lius Niobes filiæ Tantali, sensit vindicem ASCEN.

dicem.i.vltorē,linguæ.ſ.maternæ magnæ.i.magniloquæ & ſuperbæ ſc Latonæ præferentis & Tityos raptor.i.qui rapere voluit Latonā,ſenſit vindicem.ſ.luxuriæ,& Achilles Phthius i. Theſſalus, victor ꝓpe.i.quaſi Troiæ altæ,exiſtens miles maior ceteris.ſ.bellatoribus,tam Græcis,q̃ Troianis,ſed impar tibi,quamuis , exiſtens filius Thetidis,aut Thetidos,marinæ .i. Deæ, quateret pugnax.i.aſſidue pugnans,tremēda cuſpide,turres Dardanas.i. Troianas,tñ ſup.ſenſit vindicem forte violati tēpli . nam cum Caſſandram filiam Priami in templo Apollinis ducere ſperaret , Paris latens poſt ſimulacrum Apollinis emiſit ſagittā in calcem Achillis,in qua parte ſola vulnerabilis erat.Nam (vt Statius in Achilleide recitat) Thetis eum in Styge intinctum armauerat, præter calces,quos dum eū intingeret,tenebat, nec quia immemor manum mutabat . vnde quia ille duntaxat vbi vulnerabilis erat ꝑcuſſus eſt,dicit Virg.lib.vj.id ab Apolline factum his verbis, Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores,Dardana qui Paridis direxerit tela,manusq̃. Corpus in Æacide &c.Vt vero victoriū Apollinis exaltet ꝓſequitur laudes Achillis dicēs.Ille.ſ.Achilles,procidit late,& poſuit collum puluere Teucro.i.Troiano, velut pinus arbor grandis,& excelſa,icta.i.percuſſa , ferro mordaci.ſ. bipenni aut ſecuri,aut velut cupreſſus impulſa.i.adiecta.Euro.i.vento illo vehementi ab Oriente flante. Ille.ſ.Achilles,non falleret .i.non erat talis,q̃ vellet fallere exiſtens incluſus equo.ſ.ligneo , mentito.i.mendaciter ſimulāte ſacra.ſ.vota & oblationes Mineruæ non falleret dico Troas male.i. in malum ſuum , feriatos .i. quia cuſtodijs vigilijs,& laboribus male ceſſauerant ſomno & vino indulgentes,& aulam Priami lætam choreis . Sed ipſe grauis .i.moleſtus,vreret flāmis Achiuis.i.ignibus Græcis,captos palam .i.aperto Marte,aut,vt,alij textus hñt captis.heu nefas,heu pueros neſcios fari.i.adhuc infantes,& ēt ſup fœtum latentē in aluo matris,ni i.niſi pater diuum.ſ.Iupiter victus vocibus .i. precibus tuis,& Veneris gratæ.i.acceptæ.ſ.Ioui,quia eius filię aut gratæ.i. gratiam referentis Paridi ꝑp iudicium eius annuiſſet.i.nutu addixiſſet rebus Æneę,muros.i.Romanos,ductos potiore alite.i.meliori auſpicio quod Æneas precatur de muris ab Heleno conſtitutis in Epiro,ſic Æn.iij. Effigem Xanthi Troiamq̃ videtis,Quā Veſtræ fecere manus , melioribus opto auſpicijs , & quæ fuerint minus Obuia Graijs . hoc eſt niſi Iupiter curaſſe vt Æneas cum ſuis euaderet vt ab eius ſucceſſoribus tandem extrueretur in Italia Roma Doctor argute,proſequitur reliquas laudes Apollinis, & potiſſimum eas quas ſibi conducere ſcit Poëta vtpote in muſica dicens,O Phœbe fidicen i.fidibus canens, exiſtens doctor Taliæ argutæ.i. muſæ canoræ (nam ad Eurotam ſm̃ Maro. in Buc. docet,Phœbus ediſcere lauros carmina ſua) qui lauis .i. lauas & imbuis,crines.i.capillos tuos,Xanto amne.ſ.Phrygiæ & ò Agyleu leuis.i.qui Athenis in via ſtans leuis.i.imberbis, aut frequenti contactu leuigatus es,defende decus.i.ornamentum, & honorem,camœnæ Dauniæ.i. me,qui fere Daunius ſum . nam Lucanus An Appulus anceps . Nam Venuſinus arat finem ſub vtrunque colonus,Dauni aūt ſunt Apuliæ populi a Dauno dicti . Venuſium aūt patria Poëtæ non longe eſt ab Apulia . Deinde quaſi ab Apolline exauditus ſit,confidentur ad pueros , puellaſque de carminibus ſuis loquitur dicens,O primæ.i.præcipuæ & clariſſimæ virginum,& ò pueri orti claris parentibus Phœbus dedit mihi ſpiritū i. viuax ingenium ad excogitandum , & Phœbus dedit mihi artē carminis,& nomen.i.famam poëtæ,& ergo ò vos pueri & puellæ tutela.i.q̃ eſtis in tutela Deæ Deliæ ſ.Dianæ cohibentis.i.retinentis arcum,q̃a confixe ferè amplius currere nequeūt, lyncas & ceruos fugaces,ſeruate.i.conſeruate ne pereat, aut obſeruate in choreis veſtris pedem Lesbium.i.carmen lyricum,qđ ad imitationem Alcęi Lesbij fingo,& ictū mei pollicis, quod lyram tāgo, ſeruate dicit canentes.i.laudantes hymnis à me factis , rite.i.decenter : puerū Latonæ.i.Apollinem,& canentes rite noctilucam.i.Lunā noctu lucentem,creſcentem face.i.lumine ſuſcepto à Sole exiſtentem ꝓſperam.i.proſperatiuam, frugum.ſ.procreandarū,& celerem.i.celeriter idoniam,voluere mēſes ꝓnos , qui q̄ à Luna mēſi ſunt certis diebus,aut quod Luna græce μήνη, menę dr̃,denominati ſunt.nā & Græce μὴν,μηνὸς i.men,huius menos,menſis dr̃ . Nupta quæ modo es virgo,& canis Seculare carmē in fine huius voluminis ponēdum,cum fueris iā nupta dices , ego reddidi.i.pronunciaui carmen amicū dijs.ſ.Apollini, Dianæ & Latonæ,& hoc ſeculo.i.ſpacio centū annoꝝ referente luces feſtas.i.ludos Seculares Apollini ſacro exiſtens docilis modoꝝ.i. carminū,hoc eſt quæ diſcere potui,cum eſſem puella, mudos carminū Horati,pro Horatij : vatis.i.diuini poëtæ . Hic annotandū Horatium . non ab orando dici,nec primam producere. vnde nō recte,inquit Alexander : Tu tamen Horatij doctor,& cetera.

LEuis Agyeu. Mancin. Agileu legit,quaſi nomen ſit cōpoſitū ex duobus ἄγυια & λεῖος i. leuis, ſed fruſtra Poëta appoſuiſſet leuis,niſi q̃s dicat ἐπίθετον eſſe vt Plenimyrū vndoſum. At apud Grçcos ἀγυιεὺς Apollo dr̃,vt in Arcadicis Pauſanias docet idē Suidas ac Heſichius. Agyleus nuſq̃ memini me apud illos legiſſe. Corruptio culpa ſcribarū accidit,q̃ diphthongum Grçcam υ, & latini yi non notarunt,ita poſt y ſubiunxerunt i,pro ia .

## AD TORQVATVM.

*Oſtendit ex rerum & temporum mutabilitatem, numquenque admoneri,nihil eſſe vita noſtra neque fugacium . Nam vt illa,citiſſime impetu feruntur,ita homines ad interitum rapiuntur , niſi quod tempora mutua ſucceſſione reparantur,homines vbi ſemel perierint nunquam reuiuiſcūt , & quidem quando perituri ſint,incertum eſt .*

*Ode VII. Dicolos Diſtrophos . Primus quiſque verſus eſt Heroicus Hexameter Catalecticus , qualis , Laudabunt alij claram Rhodon , aut Mitylenen , hoc modo .*
*Diffū -- gērēnī -uu nēs rĕ dē -uu ūnt iām -- grāmĭnă -uu cāmpis --*
*Secūdus quiſq̃ eſt Dactylicus Archilochius dimeter Hypercatalectus,cōſtans duobus Dactylis,& ſyllaba,hoc modo .*
*ārbŏrĭ -uu būs quĕ cŏ -uu mæ -*

---uu -uu -- -uu --
-uu -uu -

DIFFVGERE niues : redeūt iam gra
mina campis,
Arboribus comæ.
Mutat terra vices : & decreſcētia ripas
Flumina prætereunt.
Gratia cum Nymphis , geminiſq̃ ſororibus audet
Ducere nuda choros .
Immortalia ne ſperes , monet annus ; & almum
Quæ rapit hora diem .
Frigora miteſcunt zephyris : ver proterit æſtas ,
Interitura , ſimul
Pomifer autumnus fruges effuderit : & mox
Bruma recurrit iners .
Damna tamen celeres reparant cœleſtia Lunæ :
Nos vbi decidimus ,
Quo pius Aeneas , quo Tullus diues , & Ancus .
Puluis , & vmbra ſumus .
Quis ſcit an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ
Tempora di ſuperi ?
Cuncta manus auidas fugient heredis , amico
Quæ dederis animo .
Cum ſemel occideris ; & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria :
Non Torquate genus , non te facundia , non te
Reſtituet pietas .
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum :
Nec Lethæa valet Theſeus abrumpere caro
Vincula Pirithoo .

* Fuderit legendū cenſet Bonfinis & exponit fuderit fruges pro fugauerit æſtatem.

DIFFVGERE niues) Hac Ode Veris aduentus deſcribitur . Oſtenditur inde nil immortale & perpetuum eſſe ab exemplo varietatis temporum . Ver enim Hyemem fugat . Ver Aeſtas Aeſtatem : Autumnus , Autumnum Hyems , quæ tamen omnia viciſſim redeunt . homines vero , vbi ſemel occiderint perpetuo iacent in puluerem verſi , redituri nunquam . Cumque etiam mortalium vita ſit incerta , & ANTO.

ra, & longe breuissima Torquatum hortatur ad liberalitatem: nam illi sola heredis manus effugiunt, quæ amicis donantur. Cum itaque ab Inferis reditum sperare non possit, bonis suis non amplius potietur. Amicis ergo donandum donec vixerit. [Diffugere) Ode est Dicolos Distrophos, in qua duo dactilicum penthemimeri heroica subduntur hexametro. [Decrescentia) .i.valde crescentia. [Prætereunt) .i.transeunt ripas. verno enim tempore niuium solutione flumina crescunt. Sunt & aliqui regrus, qui descendentia habent. potes denique decrescentia exponere quoque deficientia prætereunt Hyemis pluuia & tunc prætereunt.i. iuxta ripas eunt, dicens, non enim alueum exeunt. [Gratia cum Nymphis) Quarta etiam Ode libri j. describens item Veris aduentum ait, iam Cytherea choros ducit Venus imminente Luna, Iunctæque Nymphis Gratiæ decentes Alterno terram quatiunt pede. [Geminisque sororibus) De Gratijs multa videto lib.j. Ode iiij. [Immortalia ne speres) Nil esse perpetuum exemplo varietatis temporum probat. [Zephyris) Ij enim veri initium præbent. de quibus supra. [Proterit) Conterit, destruit, dissipat. [Damna tamen) Sensus est. Quod temporum vicissitudines certo spatio mensium redeunt & reparantur, homines vero vbi semel occiderunt, nunquam redierunt. [Damna tamen) Ordo est, Tamen vbi nos decidimus. Lunæ celeres reparant cœlestia damna, id est ipsorum temporum vicissitudines. [Quo) Pro vbi s.est metri necessitate positum vel quo supple ierunt. [Tullus diues, & Ancus) De ijs superius late patuit. ostendit autem regibus etiam mortem imminere, atque inesse. [Tullus diues) Creuerat enim Roma Albæ ruinis, duplicatoque ciuium numero. qua de re Cœlius mons Vrbi additus. Deuictis inde Sabinis, in magna gloria, magnisque oppidus regnum Tulli, ac tota res Romana fuit. Quod Liu. scribit. [Quis scit) Vitæ breuitatem & incertitudinem indicat. [Cuncta manus) Torquatum hortatur ad liberalitatem. Illa enim sola heredis manus effugiunt, quæ amicis donantur, cumque ab Inferis reditum minime speratе possit bonis suis non amplius potietur. ergo amicis donandum donec vixerit. [Cum semel occideris) Non aliqua generis nobilitate, non eloquentia, non pietate ab inferis reuocaberis, inquit, non aliquorum deorum fauore. [Splendida arbitria) Clara & digna iudicia. Minos enim iustus est iudex. [Liberat Hippolytum) Per Æsculapium illum equis disceptum ab Inferis Diana reuocarat qui propterea Virbius dictus est, obijt tandem iterum. Non enim ab dea perpetuo liberari ab morte potuit. [Theseus) De ijs superius patuit. Ostēdit autem nec summa aliqua amicitia quemadmodum ab inferis reuocari posse.

ACR. Diffugere niues,) Ad Torquatum scrib. per verni temporis descriptionem omnium rerum vicissitudinem. de quo & Virg. Vere nouo gelidus canis canis cum montibus humor Liquitur. [Mutat terra vices) Per rationem temporum dixit etiam ipsam naturam mutari. [Prætereunt) Intra ripas labuntur. [Gratia cum Nymphis) Frigoribus hyemis finitis amœnitate iam temporis ad ludum & lætitiam Nymphas & Charites prouocati. [Immortalia) Nil immortale esse dum etiam tempora finiuntur [Frigora mitescunt) Per vices temporum probat æternum non esse quod temporale est. [Quo Tullus & Ancus) Tullus & Ancus reges Romani fuerunt per quos ostendit mortem potentibus & pauperibus communem esse. [Quis scit an adijciant,) Id est per incertum vitæ nesciri vtrum hodiernum vsque ad diem quem egit sequens adijciatur cum facile & per horas possit occidere. [Cuncta manus auidas fugient heredis, amico) Ipsi in lucrum venire quæ impensa fuerint voluptati peritura heredibus derelicta. [Et de te splendida Minos) Vt Quæsitor Minos vrnam mouet. [Non Torquate genus) Nec nobilitatem, nec eloquentiam, nec pietatem quenquam morti præripere. [Diana pudicum) Aut fabulose dicit Hippolytum ab Inferno reuersum, aut nil ei ad conditionem mortalitatis profuisse, quod ab equis suis tractus vitæ restitutus est, dum in eandem fuisset sortem reuersus, nec mortem perpetuo potuisset effugere. [Abrumpere caro Vincula Pirithoo) Theseus & Pirithous amici fuerunt quos dicit coniurata amicitia morti eripi non potuisse. nam volentes Proserpinam rapere apud Inferos remanserunt.

POR. Diffugere niues) Hoc carmen verni temporis habet & continet descriptionem. scribitur autem ad Torquatum. [Et decrescentia ripas Flumina prætereunt .i. præter ripas suas eunt flumina, quod significant ripas suas non excedere, sed intra alueum labi. [Audet Ducere nuda choros) Nuda quia iam frigora exclusa sunt. [Immortalia ne speres monet annus) .i. Nequid putes immortale esse, atque perpetuum respice anni tempora, quam nunc quoque celeriter occidens. alij credit. [Damna tamē celeres reparant cœlestia Lunæ) Cum cōditionem mortalitatis nostræ temporibus anni comparasset, ne viderentur homines renasci vt tempora intulit. [Quo pius Aeneas, quo Tullus diues, & Ancus) Hoc ideo dicit vt ostendat conditionem mortalitatis omnibus cōmunem esse. [Quis scit an adijciant hodiernæ crastina summæ Tempora dij superi?) Quis scit an ad summam annorum vitæ, q̃ ad hodiernum vsque diem egisti, crastinus dies adiungatur .i. quis scit an cras victurus sis cum facile & quacunque hora possis occidere? [Cuncta manus auidas fugient heredis amico) .i. illud tuum erit tm̃, quo dum viuis functus fueris. [Et de te splendida Minos Fecerit arbitria) Non dicit eum splendidū, ornatumq́ fecerit Minos iudicio suo, sed cum de te splendide, ac digne iudicauerit Minos ita splendida arbitria ad Minois laudem & gloriam pertinent iudicantis, non ad eum de quo iudicat. [Infernis, neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum) Atqui Virg. ait Hippolytum redijsse ad auras æthereas, ita Pæonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ. sed nunc non ad illud refert quod post distractionem illam, quam ab equis suis passus est, in vitam suā restitutus fertur, sed ad cōditionem mortalitatis, quam nō potuit perpetuo effugere p̱ Dianæ fauorē. [Nec Lethæa valet Theseus abrumpere caro Vincula Pirithoo) Nota historia, Theseum & Pirithoum ad Inferos, descendisse rapiēdæ Proserpinæ causa. nunc dicit vinctos ibi remansisse.

ASCEN. Diffugere) Hac Ode sanctissima, quam in siluis nostris latius explanauimus, ex fragilitate humana. qua oēs citi ad mortē rendimus, inde non reuersuri, docet non diligendas esse terrenas opes, sed liberaliter exponendas, vt quas etiam si moliamur diu retinere nequeamus. Ordo est. O Torquate niues diffugere .i. liquefactæ in diuersa loca per riuos fugere, ita vt non amplius appareant, gramina cedeunt .i. renascuntur iam campis & comæ .i. frondis redeūt iam arboribus, Terra mutat vices, quia quæ prius erat gelu constricta, nunc Zephyris resoluitur. vnde Georg j. Vere nouo canis gelidus cum montibus humor Liquitur, & Zephyris putris se gleba resoluit &c. flumina decrescentia .i. (s̃m Mancin.) Multum crescentia, prætereunt .i. transcendunt ripas, sed verius dicam sic, Flumina decrescentia .i. se diminuentia, prætereūt ripas .i. (vt Acron interpretatur labuntur intra ripas, nec transcendunt. Certum est quod De præpositio aliquando auget, & aliquando diminuit, sed cur diminuat potius ratio est, quod iam plenum Ver significare vult Poëta. nam niues, inquit, non diffugiunt, quibus incrementa capiunt, flumina, sed diffugere, ita vt non amplius appareant, & ita flumina decrescentia prætereunt, non transeunt ripas. Præterea si adhuc esset inundatio fluminum, quæ non fit sine frigore non auderet, gratia .s. vna trium, audet vnda ducere choros, id est choreas, cum Nymphis, & sororibus geminis .i. reliquis duabus, de quibus latius alibi dictum est. Verum ex hac grata Veris temperie, quæ Hyemis rigorem deleuit admonemur omnia quæ sub tempore cum ipso transire, vnde dicit, annus à circumnando dictus, de quo in Georg. Redit agricolis labor actus in orbē, Atque in se sua per vestigia voluitur annus. vnde & Aegyptij ipsum per draconem caudam suam mordentem dipingere solebant, & hora, quæ rapit .i. transit, diem almum .i. quo præcipue uiuimus, & alimur monet ne speres immortalia .s. aliqua sub tempore, hoc est sub elementorum regione posita. Frigora .s. hyberna, mitescunt .i. fiunt mitia. Zephyris .i. Fauonijs, uentis illis dulcibus ab Occidente flantibus Aestas proterit .i. penitus absumit. Ver .i. tempestatem uernam: Aestas dico interitura simul sup. ac .i. postquam Autumnus pomifer effuderit .i. decusserit è paleis fruges uel large nobis vina, poma, & cetera dederit, aut effuderit, persationem fruges .i. semina. Aut legamus cum Bonfine non effuderit, sed ut fuderit. ut sit, interitura simul, ut .i. postquam, Autumnus pomifer fuderit .i. strauerit, aut fugauerit fruges .i. fructus Aestatis, hoc est Aestatem ipsam. Ego tñ potius legam, ac fuderit, & bruma .i. breuissima dies, hoc est Hyems, iners .i. frigore, quod Maro pigrum dicit inertes faciens, recurrit .i. redit mox excusso Autumno. bene autem dicit recurrit, quia ab illa à Vere fugata narrationem incepit. Sunt q recurret legant, sed quia cetera præsentis sunt temporis, legā recurrit. Damna tñ quo hominis interitum tristiorem significet, innuit cetera renasci, cum homo ceciderit non rediturus. Ordo est. Quanquam rerum est uicissitudo, tñ Lunæ celeres .i. celeriter innouatæ, reparant damna cœlestia .i. ui cœlorum rebus corruptibilibus illata: ubi, id est postquam, nos decidimus, id est penitus cecidimus non redituri, decidimus inquam eo, quo Aeneas pius, id est tametsi pius decidit, qui in Numicum fluuium decidit, nec

nec amplius apparuit habitus à posteris inter deos indigetes, & quo Tullus Regum Romanorum tertius diues, quia res Romanas geminauit, & Ancus .s. Martius, etiam diues & Regum Romanorum quartus, supple decidit. [Quia puluis & vmbra sumus, atque ita omnes interituri.] Quis scit an dij superi (quod emphaticos dicit. nam si de superis tantum certo nemo sciri multo minus de Inferis) adijciant uitæ, aut summæ hodiernæ tempora crastina? q.d. nullus. quod & Euangelium probat. dicēs, Vigilate itaque, quia nescitis diem bene horam. Si ergo quæras quid de diuitijs faciendum? Cuncta, inquit, quæ dederis animo amico .i. benefico & lubenti fugient manus heredis auidi .i. non peruenient ad heredem auidum, q.d. tecum pemanebunt. quod & Euangelium asserit, Thesaurizate vobis in cœlo. Facite vobis amicos de [Mammona iniquitatis &c. Vt autem id faciat, dum licet ac datur, inquit, O Torquate, cum occideris semel, & Minos .i. iudex ille Inferorum, fecerit de te arbitria .i. pro arbitrio suo iudicia, quæ ne iniusta vereatur, addit splendida .i. sine inuidiæ, aut alterius corruptionis macula, iuste enim post hanc vitam iudicabimur omnes. genus .i. generositas non restituet te .s. vitæ. non facundia, non pietas sup. restituet te enim pro quia, neque Diana liberat tenebris infernis Hippolytum pudicum .i. tametsi pudicum, & ita Dianæ perpetuæ virgini summe dilectum, quem tamen Maro semel per Æsculapium restitutum dicit, & Virbium factum. verum a Virgilio fabulosa res, hic seriosa agitur, aut licet semel restitutus sit, non tamen amplius restituetur. Nec Theseus valet .s. amplius, abrumpere Perithoo .s. amico, caro .i. summe dilecto, vincula Lethæa .i. infernalia, quibus tamen semel ab eo liberatus fingitur. Sed, vt dixi, pro locis mutantur fabulæ. Norit autem grammaticus syllabam ris, in subiunctiuo communem esse. vnde & dederitis & transieritis penultima longa leguntur.

DOCT. *interpr.* GRatia cum nymphis) αἱ χάριτες γυμναί .i. Gratiæ nudæ. Admonet adag. vt candide ac benigniter impertiamus amicis Aut ne quid inter amicos fictum aut fucatum, verum nuda simpliciaque omnia gratiarum sint instar, quæ humanitatis atque beneuolentiæ a poëtis dicuntur præsides.

GLAR. HAc Ode Veris aduentum describi Mancinellus putauit, sed recte hoc ab alijs reprehensum est, nam perfectum Ver hic exprimitur Diffugere, inquit poëta, niues non diffugiunt, & flumina decrescentia prætereunt iam ripas, non superant, quod & ipsum idem non recte intellexit, q̃q̃ postea emendat, sed ambigue, & gratia nuda audet ducere choros quod factura non erat, si quidem frigus esset. [Ver proterit æstas. Interitura, simul Pomifer autumnus fruges effuderit) Hic annotator noster efficacissimus .s. rationibus persuadere nobis conatur pro verbo effuderit legendum. vt fuderit, non intelligens uocem simul, & apud hunc poëtam, & apud reliquos classicos, sæpissime pro statim vt accipi. vt Ode ix. lib. j. Permitte diuis cetera, qui simul strauere ventos. Et Ode xvj. lib. ij. Simul atra nubes condidit Lunam. adducerem plura exempla, nisi rem manifestam etiam mediocriter doctis esse putarem. Est igitur ordo. Æstas proterit Ver interitura simul .i. statim, vt pomifer Autūnus fruges effuderit. Recte igitur effuderit legitur, & hic non emendat poëtæ carmen, sed corrumpit. Nec post æstas colus punctus ponendus. Damna tamen celeres reparant cœlestia Lunæ. Hinc Mancinellus absurdum facit ordinem. Tamen vbi nos, inquit, decidimus, Lunæ celeres reparant cœlestia damna. Cum post Lunæ distinguendum, & contraria sententia inferenda, Lunæ reparant damna. Nos puluis & vmbra sumus nihil igitur speremus non reparaturos. Est autem sententia Epicureorum, ac eorum, qui stulte animas quoque nostras interituras putant. Damna autem intelligo referenda. ac interlunium, Eclipseis, & si quid simile. [Cuncta manus auidas fugient heredis amico Quæ dederis animo) Acron & Porph. hunc locum ita intelligunt ipse in lucrum venire quæ impensa fuerint voluptati, peritura, heredibus derelicta. Mancinellus intellexit illa sola heredis manum effugere, quæ amicis donentur. Sed memini olim Doct. mihi iuueni ita exposuisse, Quæ dederis amico animo .s. tuo, quod Homer. toties vocat φίλον ἦτορ, ea omnia fugient auidas manus heredis. Atque id impense placet. Est etiam conforme Porphyrij Acronisque expositioni.

## AD MARTIVM CENSORINVM.

*Scribit Censorino se cupere amicos liberalitate & beneficijs demereri, verum pro sua tenuitate non posse statuas, tripodas vasa argentea & pretiosa munera elargiri, tantum carmina posse donare ex quibus tamen non minus quam ex titulis & imaginibus, boni viri illustrantur quemadmodum Scipio Africanus ab Ennio Aeacus a poëtis & scriptoribus diuinitati donati, sic Hercules, Castor & Pollux in Deorum numerum relati sunt.*

*Ode VIII. Monocolos: Vt,*

*Mæcenas atauis edite regibus.*

–––UU––UU–U–



ONAREM pateras, grataque commodus
Censorine meis æra sodalibus:
Donarem tripodas, præmia fortium
Graiorum: neque tu pessima munerum
Ferres: diuite me scilicet artium,
Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,
Hic saxo, liquidis ille coloribus,
Solers nunc hominem ponere, nunc deum.
Sed non hæc mihi vis: non tibi talium
Res est, aut animus deliciarum egens.
Gaudes carminibus: carmina possumus
Donare: & pretium dicere muneri.
Non incisa notis marmora publicis,
Per quæ spiritus, & vita redit bonis
Post mortem ducibus: non celeres fugæ,
Reiectæque retrorsum Annibalis minæ,
Non incendia Carthaginis impiæ,
Eius, qui domita nomen ab Africa
Lucratus redijt; clarius indicant
Laudes, quam Calabræ Pierides: neque,
Si cartæ sileant, quod benefeceris,
Mercedem tuleris. quid foret Iliæ,
Mauortisque puer? si taciturnitas
Obstaret meritis inuida Romuli?
Ereptum Stygijs fluctibus Aeacum
Virtus, & fauor, & lingua potentium
Vatum diuitibus consecrat insulis.
Dignum laude virum musa vetat mori
Cœlo musa beat, sic Iouis interest
Optatis epulis impiger Hercules.
Clarum Tyndaridæ sidus ab infimis
Quassas eripiunt æquoribus rates.
Ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus



ONAREM pateras) Asserit hic Poëta se non pateras non æra non tripodas, non statuas donaturum sed carmina tantum quibus sane perpetua maiorque laus acquiritur. nam dignum laude virum Musa e mori vetat. [Donarem pateras) Ode est similis primæ. [Commodis) Sunt textus qui commodis, sunt qui commodus habent, vtrunque cōuenit. Commodus autem, id est vtilis, benignus humanus [Tripodas) Trium pedum mensas pulchertimas. vnde Agamemnon inter alia dona Achilli miserat ob Briseida Tripodas septem pōdere, & arte pares. Homer. item inter dona Priami, & quæ Achilli attulit lib. vlt. Iliad. ait, ANTO. *Tripos*

*Tum geminos tripodas fuluosq; ex ære lebetes*
*Quattuor.*

*Parrhasius* [Parrhasius) Is pictor fuit Ephesi natus, qui primus dedit argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris. confessione artificum in lineis extremis palmam adeptus. Auctor Plin. lib. xxxv. cap. ix. & hab lib ij. meminit. [Scopas) *Scopas* Fuit is marmorarius optimus certans cum Praxitele. Fecit aũt dignissima opera de quibus legito Plin lib. xxxvj cap. v. [Et pretium dicere muneri) Dicere carmina esse preciũ muneris ac si diceret preciosum munus. ait n. Ouid. lib j. de Am Ergo cũ silices, cum dens patientis aratri Depereant æuo, carmina morte carent. Cedant carmi- *Carminũ ætas* nibus reges regumque triumphi Cedat, & auriferi ripa beata Tagi. [Hæc vis) Vt donare queam prædicta. [Aut animus) i. talia tu etiam non desideras. [Notis publicis) .i. literis palam patentibus, & a rep. traditis. Solent. n. sepulcris gestorum tituli apponi, quod etiam de magnifico Roberto in diui Petri æde in Vaticano tẽpore nostro factum est, vbi inter alia illud scriptum est. Veni. Vidi. Vici. [Vita redit) Per titulos. n. sepulcrorum viuere quodãmodo vñr strenuissimi viri. [Non celeres fugæ) Ostendit bene facta parum esse, nisi fuerint carminibus apte reposita. De Annibalis fuga ex Italia, & eius clade in patria, latius supra patuit. [Eius) .i. Scipionis Africani prioris. [Calabræ Pierides) Ennium innuit, *Ennius* qui (vt scribit Eusebius) Tarenti natus a Catone quæstore Romã translatus habitauit in mõte Auentino parco admodum sumptu contentus, & vnius ancillæ ministerio septuagenario maior articulari morbo perijt, sepultusque est in Scipionis monumento via Appia, intra primum ab Vrbe miliarium Scripserat aũt Scipionis gesta. De quo Naso lib. j. Am. ait, Ennius arte carens, animosique Accius oris Casurum nullo tempore nomen hñt. Scribit etiam Fabius Quintil. plura lib. x. [Mercedem tuleris) Sensus est. Nisi carminibus tua gesta narrentur, laudis mercedem & præmium non habueris Nam carmine fit virtus viuax. [Iliæ, Mauortisque puer) De Romulo latius lib j. [Stygijs fluctibus) i. ab Inferis, & a morte liberatum. [Æacum) De hoc late superius. [Diuitibus insulis) .i. Fortunatis insulis & cãpo Elysio Strabo scribit lib j Homerum ostendere eoꝝ mortalium felicitatem, & aëris temperiem, q occasum incolunt. nam ibi & Fa- *Elysij cãpi* uonius spirat, & Elysius est campus, vbi erat flauus Rhadamanthus, victus facilis, nix nunq̃, nec multa hyems Fortunatas etiam *Fortunatæ insulæ* insulas contra Mauritaniæ finem esse dicit ad Occidentem, vbi Hispaniæ terminus habetur. Felices aũt dictæ, quia huiusmodi locis propinque forent. [Interest) Præsens est. [Tyndaridæ) Castoris & Pollucis, quibus supra, diximus, Neptunum dedisse potestatem naufragis saluti esse. [Liber) Vult Herculem, Castorem, & Pollucem, & Liberum deos effectos carminum beneficio.

*ACR.* DOnarem pateras) Ad Censorinum scribit, dicens facultates suas tantas nõ esse, vt possit pateras vel pretiosa vasa donare. sed ꝑ diuitijs, quod maius est, laudi eius se carmẽ dicturum. [Pateras) Vasa argentea. [Cõmodus) Benignus, vtilis humanus. [Acra) Statuas. [Tripodas) Mensas. Virg. Sacri tripodes v. c. & palmæ pretium victoribus. [Præmie fortium) Epexegesis. [Pessima) Vilia, de carminibus dicit. i. si diuitias haberẽ, carmina non donarem. [Quas aut Parrhasius) Parrhasius Atheniensis pictor fuit. [Protulit) Hominibus diuulgauit. [Scopas) signorum sculptor. [Hic) Scopas. Ille Parrhasius, nam hic viciniori respondet. [Solers) Peritus [Ponere) Pingere, formare, vt posuitque immania templa. [Sed nõ hæc mihi vis) Diuitiarũ s. aut animus non tibi talium hic est sensus. Nec ego talia largiri possum, nec si possem, tu ea desiderares, vt qui carmina diuitijs omnibus antefers. [Et pretium dicere muneri) Dicere q̃ preciosum sit carmen ostendere. Non quo speraret pretium. [Non incisa notis) Victoriarum titulis, q̃bus defuncti duces quandam immortalitatem consequuntur. [Impiæ) Quia tergessit bellum cõtra Romanos. [Eius qui domita nomen, ab Africa) Scipionem Africanum significat. [Lucratus) Quia Africanus dictus est, vt Salust. Cui postea Africano cognomen ex virtute fuit. [Quam Calabræ Pierides) Facta, inq̃t, clarorum viroꝝ, nisi carminibus illustrentur, æritis suæ memoriam non excedunt, & significat Ennium, q facta Africani describit. oriundum de Rhudino oppido Calabriæ, ideo Calabræ musæ. [Si carte sileant) Si non continentur scriptis, vel libris. [Quid foret Iliæ) Quem fructum haberet Romulus, nisi laudaretur? [Si taciturnitas Obstaret meritis) Nisi carminibus laudaretur Romulus, quid prodesset illi fecisse talia? [Ereptum Stygijs fluctibus Æacum) Iouis filium immortalitatẽ dicit consecutum laudibus poetaꝝ. [Insulas) Quas in Oceano constitutas Fortunatas appellant, siue insulas beatorum. [Cœlo Musa beat.) Cœli possessione beatum fecit .i. reddit carminibus memorabilem. [Sic Iouis interest) Carminibus poëtarum, & ingenijs fortis Hercules nominatur iunctus conuiuijs deorum. [Clarum Tyndaridæ sidus) Castorem & Pollucem dicit, quorum nauigantibus salubre sidus carminibus memoratur. [Quassas eripiunt) Carminibus poëtarum dignoscuntur Castor & Pollux esse dij. [Liber vota bonos ducit ad exitus) Et sic a superioribus aut Deus carminibus poëtarum, aut felicia faciens vota precantium.

DOnarem pateras grataque cõmodus) Hac Ode indicat sibi facultates tantas, nõ esse vt possit phialas & alia preciosa donare, sed qđ maius est carmen se Censorino largiri. *POR.* Deinde præfert carmina omnibus diuitijs. [Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas) Parrhasius Athenis pictor clarus fuit. Scopas γλύπτης μαρμάρων fuit. i. sculptor signorum marmoreorũ. [Solers nunc hominem ponere nunc Deum) Ponere nunc constituere, ac fingere. Sed non hæc vis mihi nec tibi talium. [Res est, aut animus delitiarum egens) Sẽsus est, Nec ego talia largiri possum, nec si possem, tu ea dasiderares, quia carmina tibi diuitijs ꝑponenda sunt. [Carmina possumus Donare & pretium dicere muneris) .i. ostendere, quam preciosum munus sit carmen. [Nõ incisa notis marmora publicis. Per quæ spiritus, & vita redit bonis) Per quos titulos cõsecrati defuncti dulces quandam immortalitatem consequuntur [Eius, qui domita nomen ab Africa lucratus redijt) Africanum Scipionem signat. [Clarius indicant Laudes, quam Calabræ Pierides) Facta, inquit, virorum clarorum nisi carminibus illustrentur, auraris suæ memoriam non excedunt. [Quam Calabræ Pierides) Sua vult intelligi carmina, quia vrbe Venusina natus est, quæ est in Calabria, atque Apulia. [Fauor vatum potentium) Nam magna vis est in ipsa perfecta eloquentia, vnde & Alexander Magnus, cum ad Achillis sepulcrum peruenisset. illum felicem iudicauit, qui Homerum tm̃ vatem suarum laudum præconem sortitus esset. [Diuitibus consecrat insulis) Insulis dicit, quas in Oceano constitutas Homerus μακάρων νήσους dixit. Latini Fortunatorum insulas appellãt. [Cœlo musa beat) .i. cœli possessione beatum facit, ac per hoc immortalem reddit. Clarum Tyndaridæ sidus Epexegesis, quia Tyndaridæ sidus ait. Sæpe autem dictum est, stellas Castoris ac Pollucis nauigantibus spem meliorem ostendere.

DOnarem) Docet nulla munera Musicis, hoc est carminibus *ASCEN* esse potiora, seque ea & dare & commendare posse dicens. O Censorine, ego commodus. i. vtilis & opportunus amicus, donarem meis sodalibus. i. socijs mensæ pateras, & æra. i. ærea signa, grata. i. accepta eis & tripodas. i. trium pedum mensas, apposite præmia fortium Graiorum. i. quibus Graij fortissimos, quosque donare ob merita solent, neque tu cum sis præcipuus amicus, ferres. i. auferres, me diuite. i a me si essem diues (Nil aũt liberalius nihil habẽtibus) pessima immo optima munera. s ferres munera artium i. artificiosorum signorum, quas artes .i. artificiosas res, aut Parrhasius optimus pictor, aut Scopas optimus sculptor protulit, hic. s. posterior, hoc est Scopas, solers. i. solerter peritos ponere. i. fingere, nunc hominem, nunc deum, saxo .i. è saxo, aut marmore, ille. i. prior s. Parrhasius, solers ponere nunc hominem, nunc Deum coloribus liquidis .i. fluidis. Sed hæc vis .i. facultas munerum, non est mihi, nec, aut non, tibi est res .i. occasio, aut materia egens, talium deliciarum, quia sat earum habes, nec animus quia etiam si non haberes, non cuperes aut quia non cupis, vt auari, vltra id, quod satis est, uerum tu gaudes carminibus, & nos possumus donare carmina & dicere pretium, id est ualorem, muneris, aut muneri, quod fieri solet, vnde in Eunucho. Munus nostrum exornato verbis, quantum potes Non incisa, dicit precium muneris, id est quantum carmina possunt, quia marmora. s. sepulcrorum. s. Sarcophagi, incisa notis .i. literis, publicis. i. palam patentibus, & a republica traditis titulis, per quæ .s monumenta, spiritus, & vita reddit bonis ducibus post mortem, quia viuunt semper in hominum memoria, non etiam celeres fugæ Annibalis, & minæ Annibalis reiectæ. s. a Scipione Africano priore retrorsum, id est in timorem versæ non etiam incendia Carthaginis impiæ .i. omnia insignia facta indicant laudes eius s. Scipionis Africani maiores, qui redijt lucratus nomen. i. agnomen Africani ab Africa, propter Carthaginem domitam, Clarius quam Pierides .i. Musæ, Calabræ .i. Ennianæ, quia Ennius Tarenti in Calabria natus est. Neque tu tuleris. i. obtinueris, mercedem i. præmium .i. honorem, eius supp. quod benefeceris, si cartæ .i scripta in cartis, sileant. Nam quid foret puer, id est filius, Iliæ (quam forte, quia certiorem, priorem nominat, aut quia carmini conducit, aut qui difficilius est mulierit quam Dei filium clarificare) Et Mauortis .i. Martis, hoc est Romulus, si taciturnitas inuida obstaret meritis Romuli? q. d. nihil foret, sicut nec Græci nunc clarissimi. Nam virtus .s.

ipsius Aeaci, qua laudari meruit, & fauor & lingua vatum.i. poëtarum, potentium.s. in hac re quæ est immortalitati consectare, cõsecrat Aeacum ereptũ fluctibus Stygijs.i. qui alioqui in Stygijs fluctibus ignotus iaceret, insulis diuitibus.i. Fortunatis, hoc est Elysijs beatorum campis Musa vetat virum dignum laude mori .i. aboleri & interire, bene dicit laude dignum ne quis speret sine merito posse fauore poëtarum obtinere immortalitatem. Musa beat.i. beatum facit cœlo.i. cœlestium consortio. Sic.i. per Musam Hercules impiger.i. strenuus, interest epulis Iouis.i. deorum optatis.s. ab eo in tota vita. Nam (vt Cic. docet j. offic.) ab adolescentia virtutem sectatus est, voluptatem asperis verbis persecutus. Et Tyndaridæ. Castor & Pollux, appositorie clarum lidus, quia licet duo sint, vnum tamen signũ Geminos constituunt, quod dum clarum, felix est nautis omen: eripiunt (sic metri lex postulat) sic.i. per Musica munera, ab infimis æquoribus rates quassas.i. per poëtarum monumenta, innotuit nautis Castoris & Pollucis sidus benignum esse nautis. Et liber.i. Bacchus, ornatus tempora.i. habens tempora ornata pampino.i. folio vitis viridis, ducit sic.i. per attestationẽ poëtarum, vota ad bonos exitus, quia sine poëtis, neque notus, neque inuocatus fuisset.

GLAR. NEque tu pessima munerum. Ferres diuite me) Pessima, inquit Acron, vilia, de carminibus dicit si diuitias haberem, carmina non darem. Quæ expositio nimis argutula est, & à nemine probatur. Poëta enim de pateris: rebusq. pretiosis loquitur, Censorinum non pessima laturum fuisse, si quidem ipsi essent talia munera & non pessima dixit.i. optima per liptoten. [Non tibi talium) Res est. Ego eum de re familiari dicere existimo, q.d. Res est tibi atque animus neutiq. egens talium delitiarum. [Non incendia Carthaginis impiæ) Scipio Africanus superior primus id cognominis meruit, vt auctor est Liu. lib. vij. tertiæ decados, qui Annibalem vicit, & cuius præconium celebrauit Ennius. At is non incendit Catthaginem, sed tributariam duntaxat fecit. Posterior vero Africani, Pauli Aemilij filius, eam tertio Punico bello deleuit. Verum de hoc nihil Ennius, quippe qui longe antea mortuus erat. Horatius igitur ob vicinitatẽ tum nominum, tum rerum, historiam confundit, vt sæpius faciunt poëtæ. Hæc causa fortassis fuit, cur Porphyrion Calabræ Pierides exponat sua carmina, de poëta loquens quia in vrbe Venusina natus est, quæ in Calabria, neque Apulia est. Obiter etiam notandum oppidum, vnde Ennius natus fuit, ab Acrone Rhudinum dictum, à Plinio autem ac Ptolomeo Rhudiam, à Strabone vero Rhodæos lib. vj. Id quia tarento proximũ est dedit occasionem quibusdam, vt Ennium Tarenti natum dicerent. Hoc etiam in eodem Porphyrione à Mancinello non est intellectum, vbi de Tyndaridis loquitur, nam Tyndaride apud Poëtam putauit genitiui casus, quod est nominatiui. Sed nemo hic Mancinellum sequitur, ideoq. de eo nos quoque dicere supersedebimus. Ceterum hunc Censorinum, Martium nominatum in quibusdam libris inuenio: quare C. Martium Censorinum hunc fuisse puto, eum inquam, qui factus Cos. cum C. Afinio Gallo, Anoo ab vrbe condita ccxlvj.

## AD MARCVM LOLLIVM.

*Modeste Lollio immortalitatem carmine suo pollicetur. Nam vt non sit summus, aut summo proximus, non tamen defuturam ait scriptis suis suam laudem, & vitam, quemadmodum neque latet Pindarus, Simonides, Alcæus, Stesichorus, Anacreon, Sappho, & ceteri, si Homerus primũ locum teneat, & illos longe superet. Carminum autem tantam esse vim, vt Helenam, Teucrum, Stenelum, Hectorem, Deiphobum, Agamemnonem immortalitati donauerint, alioquin obscurißimos futuros, vt ij qui sine laudatore poëta perierunt, & si non minus fortes fuerint, quare & Lollium se velle ait ab obliuione scriptis suis vindicare.*

*Ode IX. Tricolos Tetrastrophos: Vt, Vides vt alta stet niue candidum.*

--u---uu-u-
--u---uu-uu
--u---u--
-uu-uu-u--


NE forte credas interitura, quæ
Longe sonantem natus ad Aufidum,
Non ante vulgata per arteis
Verba loquor socianda chordis.
Non, si priores Mæonius tenet
Sedeis Homerus: Pindaricæ latent,
Cææq., & Alcei minaces,
Stesichoriq. graues camœnæ.
Nec, si quid olim lusit Anacreon,
Deleuit ætas. spirat adhuc amor:
Viuuntq. commissi calores
Aeoliæ fidibus puellæ.
Non sola comptos arsit adulteri
Crineis, & aurum vestibus illitum
Mirata, regaleisq. cultus,
Et comites, Helene Lacæna:
Primus ue Teucer tela Cydonio
Direxit arcu: non semel Ilios
Vexata: non pugnauit ingens
Idomeneus, Sthenelus ue solus
Dicenda musis prœlia: non ferox
Hector, vel acer Deiphobus graueis
Excepit ictus pro pudicis
Coniugibus, puerisq. primus.
Vixere fortes ante Agamemnona
Multi. sed omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignotiq. longa
Nocte: carent quia vate sacro.
Paulum sepultæ distat inertiæ
Celata virtus. non ego te meis
Chartis inornatum sileri,
Tot ue tuos patiar labores
Impune Lolli carpere liuidas
Obliuiones. est animus tibi,
Rerumq. prudens, & secundis
Temporibus, dubijsque rectus,
Vindex auaræ fraudis, & abstinens
Ducentis ad se cuncta pecuniæ,
Consulq. non vnius anni,
Sed quoties bonus, atque fidus
Iudex honestum prætulit vtili: &
Reiecit alto dona nocentium
Vultu: & per obstanteis cateruas
Explicuit sua victor arma.
Non possidentem multa, vocaueris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapienter vti,
Duramq. callet pauperiem pati:
Peiusq. leto flagitium timet:
Non ille pro caris amicis,
Aut patria timidus perire.


NE forte credas) Scribit minores nõ debere à scribẽdo abhorrere, timẽtes eorũ scripta non fore perpetua, cum tot prius doctissimi viri scripserint, & laudẽ maximã fuerint consecuti, itaq. pbat exẽplo posteros ẽt nõ deterritos laudẽ quoq. meruisse, vt Pindarũ, & alios plures post Hom. quẽ dicit poëtarũ, summũ. Pollicer exinde Lollij laudes suis carminib. celebrare qđ vbi egit, ostẽdit beatum se nõ multa possidentẽ, sed qui deorũ muneribus vtitur sapiẽter, & pauperiem nati nescit timens flagitia magis quã mortem vllam, paratus pro caris amicis, & patria ANTO.

tria mori. [Ne forte credis) Ode est similis nonæ, est autem ordo. Ne forte cre las interritura verba, quæ natus ego ad Aufidum longe sonantem loquor socianda chordis per artes non ante vulgatas. [Aufidum) Apuliæ flumen, de quo latius supra non ante vulgatas, primus.n. latinorum Horatius lyrica laude digna scripsit. [Mæonius) Homerus de quo late superius. [Cææque)

*Cea* Cæa teste Plin. lib. iiij. insula est in mari Ægæo, propinqua Hele-

*Caos* næ insulæ, quæ tamen Cæos á Græcis dicitur & Hydrusa olim Str etiam libro decimo scribit. Cæon vnam ex Cycladibus esse, quæ cum quaternas contineret vrbes, Tetrapolis vocitata est. duæ vero restant. Carthea .s. & quam Iulidem appellant, ad quas reliquarum habitatores concurrerunt. Ex Iulide Simonides condendorum auctor carminum duxit originem, Erasistratus medicus insignis, & Aristo Peripateticus. Fab. autem lib. x sic

*Simonides* ait, Simonides tenuis alioqui sermone proprio, & iucunditate quadam commendari potest, præcipua tamen eius in commouenda miseratione virtus est. vt quidam in hac eum parte omnibus eius operis auctoribus præferant. [Alcei minaces) Id ait quia tyrannos insectatus est. vt Fab. Quintil. scribit latius tamen superius videto. [Stesichorique graues Camœnæ) Fab. sic libro

*Stesichorus* x. Stesichorus quam sit ingenio validus materiæ quoque ostendunt maxima bella & clarissimos canente duces, & epici carminis onera lyra sustinente. reddit .n. personis in agendo simul loquendoque debitam dignitatem ac si tenuisset modum videtur æmulari proximus Homerum potuisse. sed redundat, atque effunditur, quod vt est reprehendendum. ita copiæ vitium est.

*Anacreō* [Anacreon) Fuit is lyricus poëta tempore Pisistrati, & Pherecidis historici & Pythagoræ magistri. Auctor est Euseb. nos tamē plura superius. [Æoli puellæ) .i. Sapphus Lesbiæ. nam (vt diximus) in Æolia regione Lesbos est. [Non sola) Ordo est, non sola Helenę Lacæna arsit comptos crines adulteri & aurum illitum vestibus mirata & cultus regales, & comites. Hic vero carminum vim ostendit. [Non sola) Sensus est, quod non sola Helena, quę pulcherrima fuit, amauit Paridem sed aliæ plures ante eam. At q̃m poetæ aliqui de illis scripsere nihil latent ac si non fuissent. Carminum igitur beneficio memoria rerum & bene gestorum laudes perpetuæ fiunt. hinc Helena quia Homeri preconio & aliorum vatum cantata est, perpetuo celebratur. [Primusue Teucer) Sensus est, quod non Teucer Telamonius primus optime vsus est. sagittis, sed multi ante ipsum attamen ac si non fuissent, latent. Teucer vero hominum ore versatur Homeri preconio. de quo quidem latius supra. [Cydonio arcu) .i. Cretensi. nam Cydonia ciuitas vna est è tribus Cretę eximijs vt scribit Strab lib. x. In ea aūt calami spiculis aptissimi, vt alibi dictū est. [Non semel Ilios Vexata) Sensus est, ꝙ pluries Ilios bello vexata fuerat, sed quia nulli vates scripsere, nulla est memoria nisi quando ab Agamemnone. & id propter Homerum. Ergo carmine fit viuax virtus. [Non pugnauit ingens) Sensus est, ꝙ non solus Idumeneus & Sthenelus cantanda prœlia pugnarunt, sed plures alij t̃n ac si non fuissent, latent, q̃m nullus eorum laudes poëta cecinit sicut Homerus Idomenei & Stheneli præconia cantat. Non ferox Hector. sensus est q̄d non primus Hector & Deiphobus pro patria pugnarunt, sed multi alij t̃n perpetuo latent carentes poetarum munere quod non euenit Hectori & Deiphobo, maxime .n. ab Homero laudantur. [Illacrymabiles) Q̃m eorum nulla est memoria. [Ignotique) Et ignoti .s. sunt quia carent sacro vate [Sacro vate) Ouid. de Arte lib. iij. ait,

*Adde quod insidiæ sacris à vatibus absunt:*
*Et facit ad mores ars quoque nostra bonos.*
*Est Deus in nobis sunt & commercia cœli*
*Sedibus ætheriis spiritus ille venit,* Et alibi:
*At sacri vates & diuum cura vocamur.*
*Sunt etiam qui nos numen habere putent.*

[Sepultę inertię) Sensus est, q̄d virtus non celebrata carminibus ignauię similis est, ac si nulla fuerit. [Non ego te) Pollicetur iam Lollij laudes scribere. [Vindex) Liberator. [Consulq.) Sensus est, q̄d Lollij animus toto vitæ t̃pe victor erat non solum anno vnico vti consul, Victor aūt sui ipsius, & cupiditatē. [Sed quoties) Toties consul eius aīus videbatur esse quoties auaritiæ, & aliorum huiusmodi victor erat. [Obstātes cateruas) Cupiditatum. s. [Sua arma) Sua consilia suam virtutem. [Beatum) Seneca in Epist beatum appellat animo bona cuncta retinentem. Tullius vero beatum vocat, qui bona multa retinens absque malo degit, ipse vero Horat. alibi, inquit: Neue putes alium sapiente, bonoq́ beatū. [Deorum muneribus) Vt sunt diuitiæ amici, & huiusmodi. [Callet) Acute nouit. [Non ille) Sup. erit.

ACR. NE forte credas interitura) Ne casu credas peritura, Ad M. Lollium scribit consulatem affirmans immortalia fore scripta sua, quamuis ante eum sint alij meliores poëtæ. Nam nec Homeri magnitudinem obstare, quo minus Pindarus & alij poetæ, qui post eū orti sunt, clari essent. [Natus ad Aufidū) Ipse Horatius, qui primus latinus lyricus fuit. [Non ante) Quia ipse prior lyrica carmina apud latinos scripsit. [Non, si priores Mæonius tenet) Mæonius Homerus a Mæonia dictus est. [Pindaricæ latent, Cææq.) Propter Simonidem lyricum poëtam, qui de Cæa insula fuit, vnde & Pindarus. Minaces aūt Alcæi Camœnæ dictę sunt, q̃m adeo amarus fuit, vt austeritate carminis sui multos de ciuitate eijceret. [Stesichoriq́ graues) Magnæ, profundæ, & ipse bellorum poëta scriptor. [Nec si quid olim lusit Anacr.) Ideo lusit, quia iocis & conuiuijs digna cantauit. vt Carmina q̄ lusi pastorum: Anacreon aūt Satyram scripsit amicus Lysandri Alij dicūt quod scripsit Circen & Penelopen in vno laborantes. vnde in j. lib. in Ode Velox dices laborantes in vno Penelopen, vitreamq. Circem. [Spirat adhuc) Recens est. [Viuuntq. cōmissi calores) Calores pro amoribus posuit Sappho aūt significat, quæ Æolide dialecto vsa est. [Arsit) Amauit. vt, Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. [Adulteri) Raptoris Alexandri. [Regalisq. cultus) Quia regis Priami filius. [Et comites) Itineris. Helenæ Lacæna, de Lacedæmone. vt, Ac non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor Ledæamq. h.t.u.a.u. vel quia non sola Helena amauit Paridem. nam & aliæ similes cupidæ fuerunt, sed magis hæc formosa carmine poëtarum. [Primúsue Teucer tela Cydonio) Teucer Telamonis filius ab Homero inducitur sagittis peritissime vsus. Cydonio aūt Cretensi á Cydonia ciuitate vbi primum de pecudum cornibus arcus curuati sunt. [Non semel Ilios Vexata) Ab Hercule enim ante euersa fuerat. & hæc Ilios & hoc Ilium dr̃. vt, Ceciditq. superbum Ilium. [Non pugnauit ingens Idomeneus, Sthenelúsue) Sed hi carminibus plati sunt ceteris vt Tesandrus Sthenelusq́ duces. Sthenelus aūt Capanei & Euadnes filius fuit. [Non ferox Hectori) Ostendere vult, licet multiformes fuerunt illos t̃m fama celebrari, quos cōmendauere poëmata. Nam nec solus Hector & Deiphobus pro patria perierunt. Sed hi magis carminibus noti sunt. Similiter & ante Agememnona paris virtutis fuisse plures, sed nesciri silentio. & ideo se ad scribendum prte⁊ confirmauit exemplis. [Grauis Excepit ictus) Vt Laniatum corpore toto Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora. [Ignotiq́ longa Nocte) Tanq̃ nesciantur velut mortui, quos modo describit occisos. [Sacro vate) Laude, carminum. [Paulum sepultæ distat inertiæ Cælata virtus) Non laudata virtus similis est inertiæ. ita enim silentio obscuratur tanq̃ si nulla fuerit. [Inornatum) Illaudatum, vt, Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat. [Rerumq. prudens) Philosophiæ aptus, vnde, & rerum prudentes philosophi dicti sunt. [Et secundis Temporibus dubijsq. rectusq́) Quem neque prospera neque aduersa mutauerunt. [Vindex auaræ fraudis) Punitor. vindicare enim apud veteres non t̃m defendere, sed etiam punire significabat. [Et abstinens) Abstinentem dixit Lollium pecuniæ, quam aut ideo ad se cuncta ducere posuit, q̄a auari student pecunijs aut q̄ i pecuniosorum gratiam oēs sequuntur. [Consulq́. non vnius anni sidus) Virtute, & honestate Lollium prefert. [Sed quoties bonus, atque fidus) Quoties, inquit, iudex bonus es, honestū vtili p̄ponis, vel quoties bellorum victorijs reip. cōsulis, toties consulari vteris potestate, & virtute tua perpetuus cōsul efficeris. [Honestum p̄tulit vtili) Plus dilexit honestatem, quam vtilitatem. [Alto) Prudenti profundo [Nocentium) Noxiorum, & corrumpere iudicia tentantium [Victor) Vel cupiditatis, vel hostiū. quoties victor emerseris, toties consul efficeris. [Non possidentem multa, vocaueris Recte beatū) Non recte diuitem beatū vocari, sed illum rectius beatum dicit, q̄ felicitatem moderetur, & nō habet execrabilem paupertatem, plusq̃ timeat morte peccatum. [Occupat) Sibi vindicat. [Callet) Ingeniose nouit. vt ipse albi, legitimumq́. sonum digitis callemus & aure.

NE forte credas interitura) Hæc Ode ad Lolliū scripta est cōsularem, qua affirmat immortalitatē habitura scripta, sua, quāuis alij ante se meliores poetę, nā nec Hom. magnitudinem obstare, quo minus Pindarus, & alij poëtę q̄ postea mortui sunt clari habeātur. Prima aūt syllaba Odes huius circunflexe enūcianda est, vt sit, ne credas .i. ne credideris. [Ante vulgatas per arteis) Gloriatur se primum lyrica carmina Latina lingua ausum scribere. [Cææq́., & Alcæi minacis) Simonides lyricus poëta Cæus fuit .i. ex Cæa insula. Minaces aūt Alcæi Camœnæ dr̃ q̃m adeo amarus fuit, vt austeritate carminis sui multos ex ciuitate eijceret. [Nec, si q̄d olim lusit Anacreō) Lusit q̄a iocis & cōuiuijs digna scripta [Viuūtq́. cōmissi calores Aeolię fidibus puellæ) POR.

puellæ)Calores pro amores dñr. Sapphos aũt significat, quę Æolidæ dialecto vsa est. [Nõ sola cõptos arsit adulteri crineis) Arsit p depereijt, aut amauit dictum est. hac aũt Periodo colligit sæpe eadem facta, quæ legimus circa Ilion gesta, sed ea tñ quibus clarus poëta contigerit, perpetum obtinuisse memoriam. [Paullum sepultæ distat inertiæ Cœlata virtus) Non, inquit, multa distat ab inertia virtus, sic vt de illa, ita de hac quoque sileatur. [Secundis Temporibus, dubijsq́ rectus).i. prosperis & aduersis æquitatem retinens. Vindex auaræ fraudis Vindicem nunc propunitore posuit, quia vindicare apud veteres non tñ defendere, verumetiam punire significat. [Ducentis ad se cuncta pecuniæ) Verum pecunia pro auaritia posuit, quæ merito ad se cuncta ducere dr̃ quia auari rapere oĩa student, an ducentis ad se cuncta pecunię ad hoc referans dixit, quia pecuniosorum gratiam oẽs sequuntur? [Consulq́. non vnius anni) Virtutes tuæ, inquit, te perpetuũ consulem faciunt. Sed quoties bonus, atque fidus Iudex honestum ꝓtulir vtili, & Reiecit alto dona nocentium Vultu, & p obstantes cateruas. [Explicuit sua victor arma) Quoties, inqt, animus tuus honesta iudicans præmia sublata à nocentibus respuit, toties gloriosus ex hostibus victoriam reportauit. Non possidentem multa vocaueris Recte beatum. Ordo non recte vocaueris beatum multa possidentem. [Non ille pro caris amicis, Aut patria timidus perire) Deest erit ait aũt eum, qui his artibus instructus sit, non dubitare pro amicis, & patria mortem subire, si necesse sit.

ASGEN. NE forte) Conformiter ad superiorem Oden cohortatur poëtas ad scribendũ, cum non solum Homerica carmina, sed & ceterorũ poëtarũ æternam famam meruerint, verum tñ quia primus fere scripsit Homerus, licet non primi Homeri tpe fortes vixerint, tñ primi in memoria hominum hñr qui ab Homero laudantur. vnde patet virtus carminum, quo circa Lollium amicum suis carminibus celebrat poëta. Ordo est. O Lolli, ne i. nolim credas forte verba, quæ ego natus ad Aufidũ fluuiũ iuxta Venusium, sonantem longe, loquor socianda cordus .s. lyricis per artes non vulgatas ante, quia primus fere Romanorum lyrica scripsit, interitura.i. peritura, quia si.i. tametsi, Mæonius .s. vates hoc est Homerus, tener sedes priores quam.s. Pindarus, tñ sup. Camœnæ Pindaricæ & Cęæ.i. Simonidicæ, & Camœnæ minaces.i. acres, Alcæi .s. Lesbij, & graues Camœnæ Stesichori latent.i. ignotæ sunt, Nec ætas deleuit si Anacreõ, lyricus ille poëta lusit i. sine labore cecinit ad lyricã, & cõposuit quid i. aliquid. Non aũt dubitat quin composuerit. Vnde particula si non ponitur hic dubitatiue, sed assertiue. Amor commissus.i. mandatus vt reueletur, fidibus.i. plectris, aut cytharæ, puellæ Æoliæ .i. Lesbiæ, hoc est ipsius Sapphus, spirat .i. spiritum ducit, & vitam habet adhuc. Est autem metaphora sumpta ab animantibus, & calores.i. vehementes affectus, cõmissi .i. mandati, & concrediti vt reuelentur, & posteris notificentur, fidibus puellæ. Æoliæ .i. Sapphus, viuunt .s. adhuc Non sola, monstrat argute quid carmina possint. Nam per Homeri carmina multi tantisper dum mundus erit, erunt in memoria, qui vt multi qui ante Homerum gesserunt præclara ignobile perijssent. Ordo est. Non sola Helenæ Lacæna.i. Spartana arsit.i. ardenter amauit crines adulteri .i. Paridis, comptos.i. compote pexos, & aurum illitum vestibus .s. opere Phrygionum, qui acu pinguit, arsit dico mirata cultus regales & comites regales id Moraliter, quia comites fere conformes sunt duct. vnde & Æneid. iiij. Multa viri virtus animo multusq́ue recursat Gentis honos. Ve, pro vel. Teucer .s. Telamonius, non direxit primus arcu Cydonio.i Cretico, tela.i. sagittas, & Ilios .i. regio Ilia, aut ciuitas Phrygiæ (dicitur aũt Ilium, Ilion, & Ilios, vt hic, quod rarius ceteris) non est vexata sup bello, semel sup tantum, quia etiam sub Laomedonte ab Argonautis capra fuerat, vnde Anchises Aen. ij. Satis vna superq́ue Vidimus excidia, & captæ superauimus vrbi. Non solus Idomenæus & Sthenelus ingens.i. ingenti animo, & virtute præditus, Pugnauit prœlia dicenda.i digna quæ dicantur. Musis.i. carminibus inspiratione Musarum compositis, & tñ prædicatitur ij præcipue ab Homero, quia fortiter contra Troianos pugnauerunt. Non solus sup. Hector ferox, vel Deiphobus acer qui ambo sunt filij Priami, excepit primus ictus grauis, quia mortiferos, pro coniugibus, & pueris.i. liberis. Multi vixere fortes ante Agamẽnona, qui erat princeps exercitus Græcorum ante Troiam, sed omnes vrgentur .i. opprimuntur morte & obliuione, illacrymabiles .i. quasi indigni lacrymis, & ignoti longa nocte.i. obliuionis perpetuæ caligine, quia carent vate.i. poëta sacro .i. religione quadam venerando. Virtus cœlata.i. occulrata, distat paullum.i. modicum (distat tamen, quia sicut lucerna posita super candelabrum multis lucet, posita autem sub modio, soli sibi, aut sub modio positis, sic virtus nota multis prodest, ignota soli in quo est verum, vt in Epistolis dicet. Non vixit male qui viuens, moriensq́ fefellit.i. delituit) inertiæ sepulcæ.i. ab inertia sepulta. Et ideo ò Lolli, ego non silebo te inornatum meis cartis.i. carminibus in cartis descriptis, (Sunt autem textus, qui habent Silem) ve, pro vel, ego non patiar obliuiones liuidas.i. obscuras, aut potius inuidiosas, carpere.i. corrodere & absumere tot labores tuos, quia animus est tibi, & prudens.i. prouidens rerum.s. quæ prouideri possunt, & rectius.i. equus temporis secundis, & dubijs.i. aduersis, vsque adeo vt dubites quid aggrediare, animus inquam existens vindex fraudis auaræ.i. expellens à se omnem fraudem auaritiæ, & abstinens pecuniæ ducentis.i placide trahentis ad se cuncta. Quia. Et genus & mores regina pecunia donat. Et est tibi animus consul i. dignus consulatu, non vnius anni, sicut qui in comitijs fiunt, nam multi sunt consules indigni consulatu & contra, sed toties consul quoties existens, bonus, atque fidus iudex, prætulit honestum.i. bonum honestum per se expetibile, vt virtutem, vtili.i. rei vtili. Cicero autem iij. Offic. docet, nihil esse honestum ꝙ non idem vtile, nec vere vtile ꝙ non idem honestum multa tamen videntur vtilia male viuentibus, quæ non sunt honesta. Id autem satis est ad hunc locum & sup. reiecit alto.i. magnifico vultu dona nocentium.i. noxiorum, qui se muneribus redimere confidũt, Et existens victor.i. voti compos, explicuir sua arma.i. signa & vexilla, per cateruas.i. hostiles, passionum potissimum: obstantes .i. obluctantes, Tu ò Lolli non vocaueris recte beatum possidentem.i. eum qui possidet multa. Nam is rectius occupat nomen beati qui callet.i multo vsu callide scit vti sapienter muneribus deorum.s paupertate & diuitijs, de paupertate enim dicit Lucan. Et munera nondum Intellecta deum, hic tamen videtur pro diuitijs posuisse, nam addit. Et callet pati duram pauperiem, & timet peius.i. arctius flagitium.i turpe peccatum, leto.i. morte Iuuen. Magnum crede nefas animam præferre pudori &c. Ille.i. quicunque talis est non timet perire.i. mori, pro amicis caris, aut patria quæ vna omnium complectitur caritatis, ſm Cicer. in Offic.

CÆæq́., & Alcæi minaces,) Propter Simonidem lyricum poëtam, qui de Cæa insula fuit vnde & Pindarus fuit. Hæc Acron. vel hic locus argumento est & in Acronis commentario quædam corrupta esse vel temporum iniuria, vel librariorum inscitia. Secunda enim huius libri Ode Dircæum exponit, Thebanum de Pindaro. GLAR.

## AD LIGVRINVM.

*Monet ne quis ob corporis, bona, quæ momentanea sunt & fluxa, superbiat.*

*Ode X. Monocolos, Vt:*

*Tu ne quæsieris scire, nefas, quem mihi, quem tibi.*

---UU--UU--UU-U-

O Crvdelis adhuc, & Veneris muneribus potens,
Insperata tuæ cum veniet pluma superbiæ:
Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ:
Nunc & qui color est Puniceæ flore prior rosæ:
Mutatus, Ligurinum in faciem verterit hispidam:
Dices, heu (quoties te speculo videris alterum)
Quæ mens est hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ?

O Crvdelis adhuc) Hac Ode scribit Ligurinum quandoque fore, vt pœniteat suæ superbiæ, idq́ue agebat, vt sibi moriger esset. [O crudelis) Ode est similis vndecimæ. Ordo autem est. O crudelis, & adhuc potens &c. [Veneris muneribus).i. grata forma. [Insperata) Putas enim semper habere adolescentiam, sed veluti Ouidius Naso, inquit, forma bonum ANTO.

num fragile est, quantunque accedit ad annos Fit minor, & spa-
tio carpitur ipsa suo. [Pluma) Lanugo, & pili ipsi. [Deciderint co
mæ) Post pueritiam n. comas incidebant, vt late pater apud Mar
tialem [Mens) .i. voluntas obsequendi. s. amātibus. [His animis)
His voluntatibus obsequendi alijs. [Incolumes) Inuestes, & im-
berbes, ac sine pilis, nā pilis corrūpuntur genæ i. malæ hoc loco.

ACR. O Crudelis adhuc) Vt, O crudelis Alexi nihil mea carmina curas, significās amoris querelā. [Et veneris muneribus potēs) Pulchritudine. [Cū veniet pluma sup.) Plumam ꝑ barba incipiente posuit. [Et quę nunc humeris inuolitant, decide rint comæ) Vsque ad pubertatem. n. pueris comæ nutriri consue uerant, vt, Crines cui lactea ceruix Excipit. [Puniceæ) Punicea meliorē dixit. [Puniceæ) Sanguinei coloris, vt, Puniceis inuecta rotis. [Prior) Pulchrior. [Hispidā) Iam hirsutam barbam. [Dices, heu q te) Mutationē formę ꝑ ętatem aspectā dolebis in speculo.

POR. O Crudelis adhuc, & Veneris muneribus potēs) Hæc Ode in Ligurinū scripta est, querelam amoris continens. [Muneribus potēs) .i. ob munera, quę in te Venus cōtulit. [Insperata tuæ cum veniet pluma superbiæ) Pluma pro prima barba posuit. [Nunc & qui color est puniceæ prior flore rosæ) Prior pro melior. [In faciem venerit hispidam,) Id est hirsutam.

ASCEN. O Crudelis) Breuis est, & lepida Ode, sed bonis moribus, q bus parꝫ prodest, nimis longa. Ligurinum. n. cuius amore se captū in prima huius Quarti confessus est, inani argumēto nititur ad se trahere, quasi vero doliturus sit, si turpitudini nō satis indulserit. Ordo est. O Ligurine, crudelis, qa adamantem nō redamus sicut in Buc. Maro. O crudelis Alexi nihil mea carmina curas &c & potētes adhuc muneribus Veneris. i. Venustate formę, cum pluma insperata. i. canicies, venerit tuę superbię .i. superbo capiti tuo, & comæ. i. capilli, quæ inuolitant nunc humeris tuis, deciderint. i. defluxerint, & color, qui nunc est prior. i. præstantior, flore rosę puniceę. i. purpurei coloris, mutatus. s. in deteriorem, verterit Ligurinum, hoc est te tam indulgentem puerum, in faciem hispidam. i. asperam, barbarā & rugosam, tu quoties videris te in speculo alterum. i. immutatum, dices, heu cur eadem mens. i. voluntas. s. obsequendi amatoribus, quæ hodie. s. in virili, aut senili ætate est sup. mihi, non fuit puero. i. cur non morem gessi, dum potui? vel cur genę. i. maxillę, & faciei eminentes partes, non redeunt incolumes. i. in pristinam formositatem his. s. morigeris & obsequiosis animis. Idem dicit Lena illa Scyra nomine in Hecyra Terent. his verbis. Heu me miseram, cur non istæc nunc mihi ętas, & forma est aut tibi hęc sententia?

## AD PHYLLIDEM.

*Celebraturus poëta natalem Mœcenatis sui, qui dies erat Idibus Aprilis mensis, qui veneri sacer, est inuitat Phyllidem amicam ad conuiuij celebritatem multo cum apparatu exhibendam, neque grauetur venire, quod speret quicquam de Amore Telephi amasi sui, nam ille ab alia puella ditiore detinetur. Proinde non esse spem de illo, ac ne velle quidem eam debere imparem sibi ambire probat exemplo Phaëtontis & Bellerophontis.*

*Ode XI. Tricolos Tetrastrophos: Vt, Iam satis terris niuis, atque dira.*

-U---UU- U-U
-U---UU-U--
-U---UU-U--
-UU--



ST mihi nonum superantis annum
Plenus Albani cadus: est in horto
Phylli nectendis apium coronis:
Est ederæ vis
Multa: qua crineis religata fulges:
Ridet argento domus: ara, castis
Vincta verbenis, auet immolato
Spargier agno:
Cuncta festipat manus: huc, & illuc
Cursitant mistæ pueris puellæ:
Sordidum flammæ trepidant rotantes
Vertice fumum.
Vt tamen noris, quibus aduoceris
Gaudijs: idus tibi sunt agendæ,
Qui dies mensem Veneris marinæ
Findit Aprilem
Iure solennis mihi, sanctiorq́.
Pene natali proprio: quod ex hac
Luce Mœcenas meus affluenteis
Ordinat annos.
Telephum, quem tu petis, occupauit,
Non tuæ sortis iuuenem, puella
Diues, & lasciua: tenetq́. grata
Compede vinctum.
Terret ambustus Phaëthon auaras
Spes: & exemplum graue præbet ales
Pegasus, terrenum equitem grauatus
Bellerophontem,
Semper vt te digna sequare: & vltra
Quàm licet, sperare, nefas putando,
Disparem vites. age iam meorum
Finis amorum,
(Non enim posthac alia calebo
Fœmina) condisce modos, amanda
Voce quos reddas. minuentur atræ
Carminæ curæ.



ANTO. ST mihi nonum) Hac Ode Phyllida inuocat, vt se cum Mœcenatis natale celebrare velit, nec speret Telephum amplecti posse, ille nanque à ditiore puella tenetur, itaque Horatium ipsum eius amatorem potius adire debet. [Est mihi nonum) Ode est similis secundæ. [Apium) De hoc late superius. [Hederæ vis) Plin lib. xxiiij. cap xxxix. scribit, quod hedera mentem turbat, purgatq́. caput largius pota. Neruis intus nocet, ijsdem neruis adhibita prodest, omnia genera eius refrigerant. Sūt autem genera xx. vrinam cient potu, capitis dolorem sedant, ꝑcipue cerebro, succus hederæ tædia narium graueolentiamq́. emēdat, præcipue albæ satiue, idem insusus naribus caput purgat. Acini qui croci succum habent præsumpti potu à crapula tutos præstant denigrant capillum corymbi, hæc ex Plinio vbi. & tu ipse plurima legito. [Religata) Cum Veneris. s. [Verbenis) De ijs superius late. [Manus) Ministrorum. s. [Agendæ) Celebrandæ. [Findit Aprilem) Idus enim vocamus diem, qui diuidit mensem Iduare nanque Hetrusca lingua diuidere est, vnde vidua quasi valde idua. i valde diuisa aut vidua. i. à viro diuisa, vt autem idus omnes Ioui, ita Calendas omnes Iunoni tributas confirmant, vt scribit Macr. lib. j. Saturn. [Marinæ Veneris mensem) De Aprili multa Macr. lib. j. Saturn. Inter quæ ait. Verrium Flaccum asserere in Aprili constitutum, vt matronæ Veneri sacrum facerent. Multa item Varro, & Naso lib. iij. Fast. [Telephum) Erat his quem Phyllis amabat. Horatius eum cum ditiore puella esse dicit, vt eam ad se facilius alliciat. [Sortis) Fortunæ, & conditionis. [Compede) Amoris vinculo. [Terret ambustus) Phaëtontis & Bellerophontis exemplo ostendit ardua & sublimia speranda non esse, nam sæpe id obfuit, hinc Telephum minime sperare debet Phyllis, sed illa tantum quæ sunt ea digna. [Auaras spes. i. ingentes, & cupidas nimium, & illicitas. [Ales Pegasus) Superius dictum est de hoc, & Bellerophonte, qui ausus in Pegaso ipso sedere, ascendit aëra, indeq́. cecidit, de quo Higinius etiam. [Grauatus) Grauiter ferens. [Disparē vites) Non enim amori tuo respondet, vti ego. [Finis amorum) Constituerat enim poëta post hanc nullam ardere. [Curæ) Quas. s. ex Telepho concipis.

Hedera (margin note beside [Hederæ vis])

ACR. EST mihi nonum superantis annum) Ad Phyllidem scribit amicam suam inuitans eam sub promissione vini Albani veteris ad lætitiam cōuiuij exhibendi natali Mœcenatis. [Albani cadus) Elocutio est Albani cadus, vt Vina bonus quę deinde cadis oneraret Acestes. [Nectendis apium coronis) Vel qa Alcæus frequenter se dicit apio coronari, vel quia tardius depotatur, qui prandet apio coronatus, vt, Atque apio crines ornatus amaro. [Religata) .i. coronata. [Verbenis) Verbenæ sunt

omnes

omnes herbæ, frondesque sectæ ad aras coronandas, dictæ', quasi herbenæ. [Ridet) .i. splender. [Castis) .i. puris sacris. [Cuncta festinat manus) Multitudinem ministrantium pro apparatus festinatione significat. [Cursitant mixtæ pueris puellæ) Ve, Totidemque pares ætate ministri, [Sordidum flammæ trepidant rotantes Vertice fumum) Duo epitheta posuit, quia & flammæ veluti sub quodam tremore voluuntur, & fumus sordidus est .i. niger. [Vt tñ noris) Diem natalem Mœcenatis significat, vt fidem faciat promissæ lætitiæ. [Agendæ) Celebrandæ. [Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem) Quia Idus veluti diuidunt mensem. Aprilis autem Veneri consecratus est. [Iure solennis) Merito amicitiæ. [Pene) Autem per adulationem posuit. [Luce) Die. [Affluentes) .i. crescentes, aut multos. [Ordinat) Disponit toto anno facienda. [Telephum quem tu petis, occupauit) Amauit, vtrum ad eandem Phyllidem an ad aliam in loquatur incertum est, quia non prodidit nomen, dicit tñ Telephum puerum, quem ostendit ab ea amari, alterius dilectricis amore occupatum. [Non tuæ sortis) Non tuæ conditionis, non tuæ mediocritatis, nec professionis. [Grata compede) Amoris vinculo. [Terret ambustus Phaëton auaras Spes) Ne quid auide & supra conditionem nostram appetamus. Phaëtontis & Bellerophontis exemplo monet, qui impossibilia cupiendo ad pericula peruenerunt. [Grauatus) Grauiter ferens Bellerophontem, dicitur .n. ausus Pegaso ferri per aëra in terram decidisse. Semper vt te digna sequare possibilia suadet appetere & sibi competentia, & digna parere. Sensus hic est. O Phylli viram potentiorem Telephum, & tibi disparem, qui & aliam amat sed dilige me, qui tibi parsum. Finis enim eris mei amoris, quia si consenseris, aliam non amabo. [Condisce modos) Disce, inquit, carmina, & lyræ sonos, quos suaui voce cantes, ne rustica vidraris. [Minuentur atræ) Carmine curæ) Tunc enim voluptas admittitur si cura pellatur.

POR. EST mihi nonum superantis annum) Hic significat se diem natalem Mœcenatis velle celebrare, loquitur autem ad Phyllidem amicam. [Qua crines religata fulges fulgere soles) non n. iam coronatam esse dicit, sed inuitat eam vti coronetur. Ridet pro grata est, ac fulget. [Cuncta festinat manus) Ad multitudinem ministrorum refertur. [Sordidum flammæ trepidant) Non ociosum ἀτεχνῶς dictum est. [Idus tibi sunt agēdæ, Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilē) Idus Apriles significat. Aprilis autem mensis ἀπὸ τῆς ἀφροδίτης dictus videtur nec immerito, cum in res Venereas eo ipso omnia animalia excitentur, signat autem Idibus Aprilibus natalem diem Mœcenatis esse in cuius honorem sacrificet, & epuletur. [Telephum, quem tu petis, occupauit) Ad mulierem loquitur, cuius nomen non ostendit, signat autem amari ab hac Telephum puerum, quem iā alia occupauerat. [Non tuæ sortis) Non tuæ conditionis, tuæ mediocritatis. [Tenetque grata compede vinctum) Puellę grata compede amoris vinculum ait. [Terret ambustus) Ne quid auide & supra conditionem nostram appetere conemur, Phaëtontis, & Bellerophontis proponit exempla. [Semper vt te digna seque. & vltra Quàm licet, sperare, nefas putando, Disparem vites) Dicendo Disparem vites difficilis dictionis phrasis Monet autem vt disparem vitet, vt possit se digna sequi, & nefas habere in spem referre plusquam oportet. [Age iam meorum Non enim post hoc alia calebo fœmina) Quare finem amorum suorum hanc dixerit, ipse ostendit. Ordo est. Iam meorum finis amorum condisce modos.

ASCEN. EST mihi) Festiue inuitat Phyllida ad se venire, reiecta spe de telepho puero pulchro diuite, & docto, dicēs. O Phylli cadus plenus Albani supp. vini superantis nonum annum, & ita vetustate cōmendabilis est mihi .i. habeo ipsum & appium .i. herba coronis apta nam est apium dictum, quod apex hoc ferre solebat Victoris, veterę fieret dum more triumphus, & multa vis .i. copia, ederæ, illius herbæ, qua in honorem Bacchi coronabantur Poëtę. & poturi, est mihi coronis nectendis .i. ad nectendas coronas, qua tu fulges .i. fulgebis. Est enim hic futuri temporis tertię coniugationis, nam à secunda deposito e fiunt tertię verba, vt serueo & seruo &c. religata .i. habens religatos crines Domus ridet .i. festiuitatem ostentat, argento .i. vasis argenteis, ara vincta verbenis castis .i. herbis ad sacrificium aptis, auet .i. cupit spargier .i. conspergi, agno immolato .i. sanguine eius imbui. Cūcta manus .s. famulorum, festinat .i. pręparare conuiuium puellę mixtę pueris cursitant huc & illuc, & flammę trepidant rotantes .i. voluentes, vertice .i. supra verticem, aut à vertice, fumum sordidum. Vt tamen noris quibus gaudijs .i. ad quę gaudia aduoceris, Idus .s. Aprilis, sunt agēdę tibi sup. mecum, qui dies .s. Iduum, findit .i. diuidit. Aprilem mensem Veneris marinæ .i. quo Veneri sacra fiebant, existens iure .i. merito, solennis mihi & sanctior .i. celebratiur pene .i. quasi, natali proprio .i. quam sit natalis proprius, q Mœcenas meus .s. patronus, ac amicus, ac præses, ordinat .i. ex ordine inchoat, ex hac luce .i. die, annos affluentes .i. accrescentes, quia cum illi natalis sit, quoties redit annum apponit, vnde & Persius. Qui tibi labentes apponit candidus annos. Ne autem dicat Phyllis se nolle abs Telepho abire ait. Puella diues & lasciua, occupauit Telephum iuuenem, non tuæ sortis .i. conditionis & fortunę, & tenet vinctum compede grata .i. accepta, illi, Et ne speret reconciliari ait. Phaëton, filius Solis & Clymenes, ambustus dum currum Solis imprudenter regendum accepisset, terret spes auaras .i. vltra meritum. & posse & Pegasus ales .i. alatus equus, grauatus .s. temerario pondere prębet Bellerophontem equitem terrenum .i. qui non in aëre, sed in terra equitare debebat, graue .i. magni momenti; Exemplum Mancinellus vult grauatus actiue summi, vt sit grauatus .i. grauiter ferens equitem terrenum &c. vt sequare semper te digna .i. non viliora, & vt putando te nefas, sup. esse sperare vltra quam licet, vites disparē .i. longe præstantiorem, age tu iam finis meorum amorum. [Non enim calebo .s. per amorem post hac .i. deinceps, alia fœmina .s. quam te) condisce modos .i. versus meos quos (autem quo) .i. vt reddas eos, voce amanda .i. delectabili, nam curæ atræ .i. te vrentes amore Telephi, minuentur carmine .i. canendo.

GLAR. ORdinat annos) .i. disponit toto anno facienda, idem inquit, quod mihi non fit verisimile. Sed ordinat .i. numerat vt ordine inchoat. [Telephum, quem tu petis, occupauit) Ad mulierem, inquit Porphyrion, loquitur, cuius nomen non ostendit. Hæc verba planè corrupta puto. Et legendum. De muliere loquitur, cuius nomen ostendit. Ex his sanè Porphyrionis verbis Acron dubitationem elegantem facit. Ego nihil hic video difficultatis, nisi ipsi aliter Horatij verba legerint, neque enim ad aliam loquitur quam ad Phyllida.

## AD VIRGILIVM.
### negociatorem.

*Luculenta Veris descriptio, cum videlicet flare incipiunt etesia venti, et hirundines nidulari, & pastores apud gregem in herbu canere, qua inuitat Virgilium Myropolam: vt astu iam appetente, & sitim prouocante, ad compotationem, sed ea conditione vt si Calenum velit bibere vnguento redimat: se enim non posse id gratis ob paupertatem prabere.*

*Ode XII. Dicolos, Tetrastrophos: Vt, Scriberis Vario fortis, & hostium.*

– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ –
– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ –
– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ ∪ – ∪ –



AM veris comites, quæ mare temperant:
Impellunt animæ lintea Thraciæ:
Iam nec prata rigent; nec fluuij strepunt
Hyberna niue turgidi.
Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens
Infelix auis, & Cecropiæ domus
Aeternum opprobrium, quod male barbaras
Regum est vlta libidines.
Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ouium carmina fistula:
Delectantq; deum, cui pecus, & nigri
Colles Arcadiæ placent.
Adduxere sitim tempora Virgili. * Vide annot. Frā. Rob. sup. isto loco.
Sed pressum Calibus ducere Liberum
Si gestis, iuuenum nobilium cliens:
Nardo vina merebere.
Nardi paruus onyx elicier cadum.

Qui nunc Sulpitijs accubat horreis,
Spes donare nouas largus, amaraq.
Curarum eluere efficax.
Ad quæ si properas gaudia; cum tua
Velox merce veni. non ego te meis.
Immunem meditor tinguere poculis:
Plena diues vt in domo.
Verum pone moras, & studium lucri:
Nigrorumq. memor, dum licet, ignium
Misce stultitiam consilijs breuem.
Dulce est desipere in loco.

ANTO. AM Veris comites) Virgilio scribens Veris tempora explicat, inde illum ad conuiuia exortatur. dicens. Dulce esse q̃nque desipere loco & tempore. [Iam Veris comites) Ode est similis sextæ. [Veris comites animæ Thraciæ) Decimo.n.Cal. Martij venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiæ, per dies triginta esse solent, tum & hirundo aduenit, ite Colum.lib.xij.cap.ij. scribit: De ijs igitur ventis Poëta intelligit, nam ipse quoque de hirundine meminit. [Animæ Thraciæ) Ornithiæ .i.venti illi Ornithiæ Septentrionales. [Infelix auis).i.hirundo. Pandion [Cecropiæ domus) Pandion enim Athenarum rex Prognem & Progne Philumelam genuit, quæ Progne Itym filium in Terei viri vltionẽ peremit, vt late patet in Metam. Ouid. [Deum) Pana.s. [Adduxere sitim) Videlicet calidi Veris aduentu. [Calibus) Campaniæ populis vbi Calenum vinum optimum, latius tñ superius dictum est. [Cliens) Is proprie dicitur cuius causam aduocatus Cliens tuetur, & defendit, quasi colẽs ab colendis patronis, hic vero cliẽs accipitur domesticus, & amicus, & comes, & iuuenum sectator nobilium qui vir & nobiles vnguenta feret. [Nardo) Nardino vnguento, de quo supra. Est aũt sensus, q affetendo secum nardi Onyx. paruum onychem i.vasculum, lucrabitur optima vina. [Onyx) Nascitur onyx lapis in Arabiæ montibus & in Germaniæ potorijs vasis inde factis primum, deinde pedibus lectorum sellisq.. eo,vrcei & Amphoræ magnitudine Cadorum vsi sunt, hunc alij qui lapidem Alabastritem vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria, quoniam optime ea incorrupta seruare dicitur, hæc & plura Plin.lib.xxxvj cap viij. Præterea (vt dicunt alij) ὄνυξ ὄνυχος vnguis dicitur, inde onyx lapidis genus, eo q humano vngui sit similis. [Horreis) Pro cellis vinarijs dixit. Spes donare. optimo enim mero spes redit & lætitia. [Cum tua merce) Cum tuo nardi onyche. [Immunem) Sine aliquo munere tuo. [Diues vt) Diuites enim & optima vina & vnguenta conuiuijs præbent. [Nigrorum ignium) Funetalium.s. [Consilijs).i.prudentiæ.

ACR. IAm veris comites, quæ mare temperant) Ad Virgilium negociatorem scribit admonens Veris tempus esse aptum nauigio. Vsitatum ait poetis esse animas flatus ventorũ dicere, dũ, ad graue vocabulum referunt animas, vt, Quantum ignes animæq. valent. [Temperant).i.tranquillum reddunt. [Iam nec prata rigent) Ipso enim tpe & hyems clauditur, & Veris amœnitas aperitur, quo Fauonius cœperit flare. [Nidum ponit Itym flebiliter gemens Infelix auis) Progne enim versa est in hirundinem. [Itym) Is filius fuit Prognes, quem occidit culpa Terei. [Et Cecropiæ) Cecrops dux fuit Atheniensium. Athenienses enim fuerunt Tereus & Progne. Per Prognem vero hirundinem significat, quæ eo tpe apparet, nota historia est q pro stupro sororis Philumelæ ad vindictã filium Terei occiderit Progne & fuit pœna peior peccato, dum cõmittitur parricidium propter incestum vnde Tereus comperto facinore dum ambas insequitur ipse in vpupam dicitur mutatus, illæ fugientes in hirundinem & lusciniam. [Cecropiæ domus) In domo.n. Cecropis, hoc est factum scelus. [In tenero gramine) Vt cum ros in tenera pecori gratissimus herba. [Custodes ouium carmina fistula) Pana significat, á quo fistulam dicunt inuentam, vt Pan primus calamos cera cõiungere plures Instituit. [Deum) Pana. vt, Pan curat oues ouiumq. magistros. [Adduxere sitim tempora) Pro æstate posuit. [Calibus ducere Liberum) Calenum vinum ducere.i.bibere. [Cliens) Aut Augusti, aut priuignorum eius Neronum, aut Mœcenatis dicit. [Nardo vina merebere) Iocularitet. nunc se Calenum vinum prolaturum promittit, si vnguentum acceperit. Si dederis, inquit, nardum, tibi dabitur vinum a me. [Nardi paruus onyx) Onyx metallum gemmæ simile de hoc ad vnguenta odorata parua fiebant vasa. de quo Lucanus ad ostentationem luxus, Tota effusus in aula Calcabatur onyx. [Qui nũc sulpitijs) Sulpitia horrea dicebantur, vbi nunc Galbe. illic hordeum condi consueuerat. [Spes) Cadus.s. maiora enim sibi per licentiam poti promittere sperando consueuerunt. [Efficax) Potens, q laetitate sua curas expellat. [Ad quæ si properas gaudia cũ tua velox merce veni) Vt supra dixi.i.pocula non dabuntur tibi, nisi & tu ad me inuicem mercis ampullam detuleris vnguenti. [Immunem) Si veneris sine munere. Plena diues vt in domo) vt gratis pascam sicut diuites consueuerunt. [Nigrorumque memor, dum licet, ignium) Lugubrium ignium, vt, Memor mortis lætitiam non reculet. [Misce stultitiam breuem) Breuis temporis ocium. [Dulce est desipere in loco) Iucundum a seueritate discere aliquando.

IAm veris comites, quæ mare temperant, Impellunt animæ lintea Thraciæ) Virgilium alloquitur, iterum autem Veris tẽpus describit, ceterum animas pro flatibus ventorum vsitatissimum est poëtis, sic denique Virgilius ait. Quantum ignes. animæque valent. [Iam nec prata rigent, nec fluuij strepunt Hyberna niue turgidi) Atqui Veris tempore intumescere flumina incipiunt. [Niue turgidi) Adultum iam Veris tempore vult intelligi qm̃ nix omnis elapsa est. Nidum ponit Itym flebiliter gemens Infelix auis) Prognem. ac per hoc hirundinem signat. [Et Cecropiæ domus Aeternum opprobrium) Cecropiæ domus, quoniam Athenienses fuerunt. [Cecrops autem Atheniẽsium Dux. Quod male barbaras Regum est vlta libidines) Nota historia est Progne ob stupratam & lingua debilitatam Philumenam sororem a Tereo marito, filium sibi communem & illi Itym nomine occidit, & epulandum imprudenti apposuit, deinde, palam facto facinore, cum fugeret cum sorore infestum maritum, in hirundinem & luscinam transfiguratas esse ipsum quoque Tereum in vpupam auem esse conuersum. [Cui pecus, & nigri Colles Arcadiæ Placent) Pana pastoralem Arcadiæ Deum esse significat. [Iuuenum nobilium cliens) Augusti Mœcenatis aut nobilium Neronum priuignorum Augusti dicit. [Nardo vina merebere, Nardi paruus onyx eliciet cadum) Onyx genus ampullæ marmoreæ, iocularitet autem dicit, Si attuleris vnguentum domum, ego proferam vinum Calenum. [Qui nunc Sulpitijs accubat horreis) Sulpitij Galbe horrea dicit. hodieque autem Galbe horrea vino, & oleo, similibusque alijs referta sunt. [Spes donare nouas largus) Cadus.s. potulentus autem scimus plerunque maiora sperare. [Cum tua velox merce veni) Cum ampulla vnguenti .s. [Plena diues vt in domo) Vt si diues sim & in domum meam omnium rerum plenam te inuitem. [Nigrorum ignium) Funerum dicit, quasi lugubrium ignium. [Misce stultitiam consilijs breuem) Breuem stultitiam, hoc est breuis temporis. POR.

IAm veris comites) Vrbanissime & doctissime, vtpote poëtarum doctissimum, Virgilium Maronem ex Veris aduentu ad voluptatem inuitat, dicens: Animæ.i.venti. Thraciæ.i.Ornithiæ, dictæ q á Thracia flantes aues aduehant appositorie comites Veris.i.quæ comitantur Ver, & adueniunt cum Vere, quæ tẽperant.i.sedant mare, impellunt iam linthea.i.uela linea. hoc est flare incipiunt, & ita uerna est tempestas. Iam nec prata rigent, id est aspera non sunt amplius gelu, nec fluuij strepunt turgidi niue hyberna i hyemali: auis infelix.i.miserabilis.l. hirundo ex Progne facta: ponit.i.construit ex luto nidum, gemens flebiliter Itym.s.filium, quem Tereo patri epulandum apposuerat, & existens æternum opprobrium domus Cecropię.i.Atheniensium regiæ, quod male.i.cum malo suo, est ulta barbaras.i.incestas libidines: regum.i.ipsius Terei regis Thraciæ, qui sororem coniugis suæ Philumelam vitiauit, unde dolet quod non potius patrem, q̃ filium trucidauerit. Bene aũt ad pluralem transit, cum de vno loquatur, quia amantes in uno læsi omnes, aut multos accusant. Comicus. Non possum perpeti meretricum cõtumelias, de una Thaide loquens. Venus apud Virg. Æn.j. Nauibus infandum amissis, cum una tantum amissa esset Dido eiusdem tertio. [Nusquam tuta fides, cum á solo Ænea uideretur decepta. [Custodes Pinguium ouium dicunt fistulat, carmina in tenero gramine, & delectant Deum.s. Pana, cui pecus, & colles nigri.i.umbrosi Arcadiæ placent, id apte commemorat quia Virg. iam Buc. cecinerat. O Virgili, tempora adduxere sitim, quia calorem. unde sitis fit, sed si gestis i. auide cupis, ducere Liberum.i.uinum, pressum Calibus.i Calenum, á Calibus, populis Campaniæ Italicæ pressum, tu cliens.i.cultor, & sodalis iuuenum nobilium q se ungere solent: merebere vina s.mea nardo.s.tuo ab illis obtento Paruus onyx.i.uasculum ex onyche nardi.i.oppletum nardo, eliciet cadum s.uini, q accubat.i.occultatur, nunc horreis Sulpitijs .i.cellaris, quæ sunt ad ea loca quæ dñr Galbæ Sulpitij: horrea existẽs largus donare spes nouas.i.rerum non speratarũ, prius q̃ ASCEN.

eius vino quis lætior effectus fuerit & efficax.i.efficaciter potēs: eluere.i.abstergere,amara.i.amaritudines curarum, quia vinum bonum lætificat cor hominis. Ad quæ gaudia.s.boni vini si tu ꝓperas.i.festinas venire, vini cum tua merce.i.onyche vnguenti nardini. Ego non meditor tinguere.i.irrigare, meis poculis te immunem.i.nullum munus afferentem vt.i.tanquam sim, aut vt faceres diues, in domo plena.i.opulenta, q.d.non inuito te nisi Simbolum conferas. verum pone.i.depone moras & studium lucri quia licet onyx vnguenti sit minor, est tamen preciosior, & memor ignium nigrorum.i.amorum, quibus in obscuro operā damus aut scortorum, quibus nigri sunt capilli & oculi. vt placet Bonfini, aut (vt mihi placet, & ceteris ferè) ignium funerallium, quia qui ad voluptatem inuitant, breuitatem vitæ quam illis indulgere datur ferè commemorant, quam prudenter ipsi videant. vnde est illud. Collige virgo rosas dum flos nouus,& noua pubes,& memor esto æuum sic properare tuum. Et illud Persianum, Indulge Genio, carpamus dulcia: nostrum est Quod viuis, cinis,& Manes, & fabula fies. Viue memor leti, fugit hora, hoc quod loquor, inde est,& multa similia. misce, sup. tantisper dum licet: stultitiam breuem consilijs.s.seueris, quia dulce est desipere.i.ostendere se desipientem: in loco .i. vbi opportunum est vt inter veros amicos, & inter simulatos amicos, vt Brutus fecit inter Tarquinos. Prudenter autem dicit breuem.i.breui duratutam & in loco. Et si dicas nullum locum esse stultitiæ, concedam si inepta sit & vitiosa verum stultitia accipitur hic pro hilaritate non simulata.

MATT. Bonfinis. IMmunem) Immunem Latini vocant quem ἀσύμβολον Græci nempe eum, qui nihil confert ad cōuiuium. In prouerb. Immunem venire. [Nigrorumq. memor) Exponunt oēs quos vidi interpretes nigroꝝ, ignium.i.funeralium &c. Equidem affirmauerim Horatium voluisse Virgilium ad epulas inuitatum admonere vt omissis ad tempus ferijs, recrearet animum, ac refocillaret occuloꝝ vel ignobilium amorum memoria. Aut alludisse ad alicuius vel puellæ, vel pueri colorem, vel ad crines nigros, quæ plerunque per grata contingunt, quale est illud in superioribus Ode xxxij.lib.j.cum dixit. Et lycum nigris oculis nigroq. Crine decorum. [Cornicis viu. tem.) Viuacitas cornicis in prouerbium abijt, quod est, Cornice viuacior: de vehementer annosis Hesiodus nanque cornici nouem nostras ætates attribuit, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis.

CLAR. IAm veris comites quæ mare temperant) Mācinellus hoc de Ornithijs intelligit, ex verbis Colum.lib.xj.cap.ij.de ijsdem ventis. Nā & hic poeta de hirundine meminit, vt Columella, Porphyrio aūt adultum iam veris tempus poetam describere ait, quod ex eo patet. Adducete sitim tempora Virg. Quod x. Calend. Martias qn̄ Ornithiæ flare incipiunt, ac per triginta dies durant, vix intelligi potest. Quare Land. de Etesijs hoc dictum existimat. Verum Etesiæ Calend. August. incipiant flare, ac itidem per triginta dies durent, non videtur hoc de hirūdine quadrare. Nidum ponit Itym flebiliter gemens infelix auis. Ego de Orinthijs intelligere cum Mancinello malim,& cum Porphyrione adultum Ver intelligere tempus autem Orinthiorum non ad amussim à poëta obseruatum sed prætereris non ita pridem credo vsum, perinde atque præsentibus, uel propter carmen, vel quia ita libuit. Porro hanc Oden ad Virgilium scribit, negociatorem, ut ait Mytopolam, vt Landinus, Poëtam ut alij. Ego ad poëtam uix credo hanc oden scriptam, uidetur .n. oblique taxare, ut solet, unguentarij auaritiam, cum ait uerum pone moras, & studium lucri, nisi quis & hęc ioculariter dicta intelligat, ut prę cedētia pleraque. [Et Cecropiæ domus Æternum opprobrium) Hic Acron, Cecros, inquit. Dux fuit Athenensium, Athenienses enim fuerunt Tereus & Progne. Hac ille Tereus Thraciæ Tyrannus ab Ouid. dicitur, Athenis ne an alibi natus, ignotum Ad idem pertinet, quod paullo post idem Acron ait in domo Cecropis hoc factum scelus, cum in Thracia, quanquam per filiam Cecropis Strabo in Daulide, sed hæc non sunt tanti.

## IN LYCEN ANVM FACTAM.

*Insultat Lyce meretrici, quem supra barbaram ac præfractam quæstus erat quod se inhumaniter excluserat, & iuuenis insolenter se gesserat erga omneis amatores verum iam vetula vicissim fastidiretur ab ijs, quos olim tam superbe reiecerat, dijs nimirum id agentibus, vt ad decrepitam ætatem velut in pœnam reseruaretur.*

*Ode XIII. Tricolos, Tetrastrophos: Vt, Quis multa gracilis te puer in rosa.*

∴

–––UU––UU–U–
–––UU––UU–UU
–––UU––
–––UU–U–



VDIVERE Lyce di mea vota: di
Audiuere Lyce: fis anus: & tamen
Vis formosa videri:
Ludisq.: & bibis impudens:
Et cantu tremulo pota Cupidinem
Lentum solicitas. ille virentis, &
Doctæ psallere Chiæ,
Pulchris excubat in genis.
Importunus enim transuolat aridas
Quercus: & refugit te, quia luridi
Dentes, te quia rugæ
Turpant, & capitis niues.
Nec Coæ referunt iam tibi purpuræ,
Nec clari lapides tempora: quæ semel
Notis condita fastis,
Inclusit volucris dies.
Quò fugit Venus heu? quóue color decens?
Quo motus? quid habes illius? illius?
Quæ spirabat amores:
Quæ me surpuerat mihi,
Felix post Cynaram, notaq., & artium
Gratarum facies: sed Cynaræ breueis
Annos fata dederunt:
Seruatura diu parem
Cornicis vetulæ temporibus Lycen:
Possent vt iuuenes visere feruidi
Multo non sine risu,
Dilapsam in cineres facem.



ANTO. VDIVERE Lyce dij) Lycen arguit meretricem quæ iam anus amari optabat ac iuuenis. [Audiuere Lyce) Ode est similis V.lib.j. [Lentū) Spernit.n.te ut anum. In genis oculos illius aspiciēs, uel malas. Si nescis oculi sunt in amore duces, (Oculi) inquit Propertius. Et Apul.lib.x Metamor. ita scribit, Causa omnis & origo præsentis doloris,& etiam medela ipsa,& salus unica mihi tute ipse es, isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia meis medullis acerrimum commouent incendium Ergo miserere tua causa pereuntis &c. [Importunus) Inquietus, quasi sine portu. [Aridas Quercus).i. aridas anus. [Luridi) Supra modum pallidi, inquit Festus. [Capitis niues).i.cani. [Coæ purpuræ) De bombycina ueste intelligit, quam in Co mulier Pamphyle plaris. filia prima texere docuit. de qua re legito plura in Plin.lib.xj. Nos etiam plura in Iuuen. (Coa uesti Bōbicina) [Notis condita fastis) In fastis enim consulum tempora scribebantur quorum anis tempora prę̨etita noscebantur. [Venus) Tua forma & gratia. [Motus).s.Veneri aptus. [Illius? ) Illius .i.tuæ iuuentutæ tuæ Veneris & gratiæ. [Surpuerat) Pro surripuerat. antea enim Lycen iuuenem Horatius amauerat,& tunc quidem superbam & immitem. [Felix) Ordo est, Felix fuisti,& nota post Cynaram meam.s.primam amicam. [Cornicis) De huiusce auis ætate superius legito. [Feruidi) Amore calentes. [Facem).i.Lycen ipsam olim iuuenem & splendentem uti fax est nunc uero anum, & extinctam.i.sine splendore aliquo.

ACR. AVdiuere Lyce) Ad Lycen meretricem scribit, de cuius superbia in iij. lib. quæstus est, eo quod anus facta contemnitur à iuuenibus, de quorum amore ante plaudebat. Vis formosa uideri. utrunque in anu muliere turpissimum est. ut & formosa uelit uideri,& lasciuire. & ideo addidit, impudens. Et cantu tremulo)

mulo) Tremulum vel ad vocem vel ad ætatem retulit. [Cupidinem lentum) Iuuenum.s.qui ideo lentus est. quoniam tu eis ingrata es per ætatem. [Ille virentis & Doctæ psallere Chiæ) Multum decoram vult Chiam mulierem videri, vel quod virenti ætate sit, & docta psallere, vel quod genis.i.facie pulchra sit, & ideo Cupidinem excubare in genis eius induxit. [Importunus .n. transuolat aridas Quercus) Per irrisionem quercum aridam voluit anum mulierem intelligi. quas amorem, dum festinat ad iuuenes, necesse est transuolare. [Luridi) Nigri squamosi. [Quia te rugæ) Vt Frontem obscœnam rugis arat. [Turpant) Fœdant. vt turpantem puluere crines. [Et capitis niues) Niuem pro crine posuit. [Nec Coæ referunt) Coæ preciosæ à loco. in hac enim insula melior purpura tinguitur. [Nec clari lapides) Significat autem nec vestimentorum cultu, nec gemmarum precijs ad pulchritudinem reuerti annis iam & ętate consumptam. [Inclusit volucris dies) Signauit, deposuit sepeliuit. inclusi.n. defuncti tumulo dñr. [Venus) Amor cuius ab ea fugā ideo se simulat dolere, vt ei mœrorē incitet maiorem. [Motus) Saltatus .i. qd habes illius ætatis pristine? aut quid tibi primæ gratiæ remansit? [Surpuerat) Sincope pro surripuerat, hoc est alienum amore fecerat. [Felix) Pulchra. Post autem ad qualitatem pertinet, aut ad tempus .i. secunda pulchritudine à Cynare, ac post illam defunctam tu ad amandum elegantior. [Notaque & artium Gratarum facies) Probata & artifex. [Sed Cynaræ breues Annos Fata dederunt) Tanquam quæ immatura perierit. Seruatura diu parem Cornicis vetulæ temporibus Lycen. cornix enim diu dicitur viuere, cui Lycen comparat per longinquitatem vitæ. [Possent vt iuuenes visere feruidi) Vt quæ incenderat vultum suum ad vicem facis, in cinerem & annis consumeretur ætatis iuuenibus iam facta risui. Et quod facem dixerat, bene delapsam in cineres memorauit. [Delapsam in cineres facem) Ita, inquit, amisisti pulchritudinem sicut fax consumpta in cinerem.

POR. Audiuere Lyce di mea vota) Ad Lycen loquitur. de cuius superbia in tertio questus est in illa Ode, cuius initium est, Extremū Tanaim si biberes Lyce. ergo senectutem illi nūc opprobat, per quam ingrata iuuenibus facta fastiditur. [Et tñ vis formosa videri. Ludisque, & bibis impudens) Illam lasciuire ait, & ideo bene additum impudens. Cupidinem lentum sollicitas qui ideo lentus est qm̄ tu ei ingrata es per ætatem. [Ille virentis. & Doctæ psallere Chiæ pulchris excubat ingenis) Cupido.s. ob multa aūt decoram esse Chiam. vult intelligi, quod virenti ætate sit, & docta sit, & ideo Cupidinem in ipsis genis eius dixit excubare. [Importunus.n. transuolat aridas Quercus) Allegorice aridas quercus ꝓ senio affectas mulieres & importunus iocus, ἀϥϱωνία dr. [Nec Coæ referunt iam tibi purpuræ, Nec clari lapides,) Hoc est quod supra dixit. Et tō Vis formosa videri, significat.n. illam Puellari se veste, & gemmis excolere. [Quæ semel notis condita fastis, inclusit volucris dies) Quę iam retro acta sunt. [Quę me surpuerat mihi) .i. surripuerat. [Felix post Cynaram notaque, & artium Gratarum facies) Post Cynaram, vtrum ad qualitatem pertinet, an ad tempus .i. secunda pulchritudine? [Delapsam in cineres facem) ἐμφατικῶς illam autem amoris facem delapsam aut in cineres, & consumptam refrixisse.

ASCEN. Audiuere Lyce) Lycem meretricem superbam olim, nunc aūt, quia vetulam reiectam, taxat, exprobans illi inutiles conatus ac dicens, O Lyce, dij audiuere mea vota.i. desideria, dij, inqt, audiuere, qa tu sis anus.i. vetula, & tñ vis videri formosa, & ludis, & bibis impudens.i. sine pudoris. & pota.i. ebria sollicitas cantu tremulo, quia anili, Cupidinem .i. Amorem aut amatorem lentum.i. lente accessurum ad vetulam. ille .s. Cupido, excubat.i. excubias & vigilas facit, in pulchris genis.i. oculorum finibus Chiæ.s. puellæ, virentis.s. in flore ętatis, & doctę psallere. Ipse.n. importunus.i. inquietus, aut tibi minus conueniens, transuolat quercus aridas.i. vetulas vt quercus arentes, & refugit te quia dentes luridi .i. obsceni pallore, & ruge quæ sunt in fronte, & niues capitis.i. cani hoc est capilli canescentes turpant .i. turpem reddunt te. Nec purpurę Coę.i bombycine vestes nec lapides clari.i. pellucidi lapilli, quos meretrices vetulę gerere solent, referunt.i. reducunt tibi iam tempora quę dies.i. tempestas, volucris.i. velociter abiens inclusit semel fastis .i. annalibus, aut Fastorum libris, notis.i. per consules cognitis. Heu (simulatus dolor exprobrandi vim habens) quo fugit Venus .i. venustas, quoue fugit color decens? quo fugit motus.i. agilitas corporis? quid habes ò Lyce, illius, illius, inquit, pulcherrimę puellę, quę etas iuuencula, quę spirabat.i. spiritu quoddam attrahebat. aut accumulabat amores quę surpuerat, pro surripuerat.i. clanculum rapuerat mihi me? q.d nihil, nam felix sup. fuisti.s. in attrahendis amatoribus post.i. sm Cynaram quam adhuc pluris fecerat Poëta, & facies tua nota gratarum artium.i. propter gratas artes, quæ callide ad se trahebat amatores, sed Fata.s. benigna, dederūt Cynaræ breues annos, ne senectæ mala pateretur, seruatura.i. quæ reseruare voluerunt, Lycem diu, vtpote parem.i. equalem, tēporibus cornicis vetulæ.i. annosæ, vt iuuenes feruidi.s. in eam prius, aut adhuc in aliās feruidi, cum illa frigeat possent visere.i. visum ire, non sine multo risu.i. cum multa irrisione facem.i. faciem Lyces olim, vt facem inflammantem, delapsam in cineres.i. iam extinctam & nullius efficaciæ.

## AD AVGVSTVM.

*Commemorat res ab Augusto gestas, velut per catalogum quendam, cuius tantam esse virtutem. & in remp. beneficentiam colligit, vt neque Senatum, neque populum, & si maxime velit, & de eius salute totus pendeat nunquam factis dignam laudem referre posse affirmet. si quidē eius auspicijs & consilio, Drusus Claudius, Vindelicos, Brennos, Genaunos, gentes Alpinas, in Romanorum potestatem redegit eius copijs & opibus Tyberius Rhætos, Pannonas, Dalmatas, & bonā partem Germaniæ subegit. denique eius opera Aegyptus, Cantabri, Medi, Indi, Scytha, Britanni, Galli, Hispani, Sycambri Romæ Imperio parere coacti sunt.*

*Ode XIIII. Dicolos, Distrophos: Vt, Vides vt alta stet niue candidum.*

--U---UU-UU
--U---UU-U-
--U---U-U
-UU-UU-U--



VAE cura patrum, quæ ue quiritium
Plenis honorum muneribus, tuas
Auguste virtutes in æuum
Per titulos, memoresq́. fastos
Aeternet? ò, qua sol habitabileis
Illustrat oras, maxime principum,
* Quem legis expertes Latinæ
Vindelici didicere nuper,
Quid Marte posses. milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genus,
Brennosq́. veloceis, & arceis
Alpibus impositas tremendis,
Deiecit acer, plus vice simplici.
Maior Neronum mox graue prœlium
Commisit: immanecisq́. Rhœtos
Auspicijs pepulit secundis,
Spectandus in certamine Martio;
Deuota morti pectora liberæ
Quantis fatigaret ruinis:
Indomitas prope qualis vndas
Exercet auster Pleiadum choro
Scindente nubeis: impiger hostium
Vexare turmas: & frementem
Mittere equum medios per igneis.
Sic tauriformis voluitur Aufidus:
Qui regna Dauni præfluit Appuli:
Cum sæuit: horrendamq́. cultis
Diluuiem meditatur agris:
Vt barbarorum Claudius agmina
Ferrata vasto diruit impetu:
Primosq́., & extremos metendo
Strauit humi sine clade victor:
Te copias, te consilium, & tuos
Præbente diuos. nam tibi, quo die
Portus Alexandrea supplex,

Et

Et vacuam patefecit aulam;
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus:
Laudemq́., & optatum peractis
Imperijs decus arrogauit.
Te Cantaber non ante domabilis,
Medusq́., & Indus, te profugus Scythes
Miratur, ô tutela præsens
Italiæ, dominæq́. Romæ:
Te fontium qui cœlat origines
Nilusq́., & Ister, te rapidus Tigris,
Te belluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis,
Te non pauentis funera Galliæ,
Duræq́. tellus audit Iberiæ,
Te cæde gaudentes Sicambri,
Compositis venerantur armis.

ANTO.



VÆ cura patrum) Ostendit non à senatu, non à populo unquam Augusto pro meritis posse honores plene reddi, ipso enim auctore, ipso inquã præbente copias, & consilium, suosq́. diuos, Geloni. Brenni, Alpini, Cantabri, Medi, Indi, Scythæ. Ægyptus, Britanni, Gallia, Iberia, Sicambri Romano imperio parebant. [Quæ cura patrum) Ode est similis nonæ. Est aũt ordo: O Auguste quæ cura patrũ quæ ue Quiritium plenis muneribus honorum per titulos memoresq́ fastos in æuum æternet uirtutes tuas. [Honorum).i.dignitatum tuarum. [Per titulos) Gestorum .s. [Fastos) Libros, in quibus totius anni sit descriptio. Fasti enim dies festi sunt, ut Festus edocet. [Gelonos) De his superius. [Brennos) Ij sunt Alpini populi teste Plin.lib.iij & Lucio Floro. [Acer) Fortis & strenuus. [Plus uice simplici) Ostendit duplici clade affectos hostes. [Maior Neronum mox graue prœlium) De Tyberio nunc intelligit qui Druso maior natu fuit vt patet etiam per Suetoniũ. [Mox) .i. post Drusi mortem. Drusus enim Germanicus domitis hostibus inter Salam & Rhenum fluuios victor opperijt, vt Strabo docet lib. vij. Suetonius etiam ait sic de Tyberio, Drusum fratrem in Germania amisit, cuius corpus pedibus toto itinere progrediens, Romam vsque peruexit. Liuius autem lib. cxl. scribit, ꝙ Drusus ex fractura equo super crus eius collapso trigesimo die, quam id acciderat, mortuus est in Germania &c. [Maior Neronum) Tyberius post Drusi mortem Rhœticum. Vindelicumq́. bellum gessit, inde Pannonicum, inde Germanicum, Rhœtico, atque Vindeliquo gentes Alpinas, Pannonico Brennos & Dalmatas subegit. auctor est Tranquillus. Strabo etiam lib. vij. scribit, Tyberius naualibus pugnis Vindelicos inuasisse. Eusebius etiam scribit ꝙ Tyberius Vindelicos & eos qui Thraciarum cõfines erant, Romanas prouincias fecit. Idque scribit Eusebius etiam anno xv. post Alexandriæ captiuitatem. his igitur patet de ipso Tyberio intelligendum ibi. Maior Neronum. [Deuota pectora).s. Rhœtorum & Vindelicorum qui vt liberi essent, morti se exponebant. [Indomitas prope) Ordo est, Impiger hostium vexare turmas & mittere frementium equum medios per ignes, qualis Auster choro Pleiadum scindente nubes exercet vndas prope indomitas. [Pleiadum choro) Sunt Pleiades in cauda Tauri septem stellæ, quas appellauere Virgilias, vt scribit Plin. & Gel.lib. xij. vtque Higinius ait, existimantur choream ducere stellis. & Colum. scribit Virgil.xj. Calend.Maias. cum Sole oriri, esseque Africum, vel Austrum, & humidum diem. Latius tamen diximus lib.j. Georg. [Tauriformis Aufidus) Habens tauri formam. fluuij enim cum cornibus pinguntur, & propter aquarum murmur & impetum, & propter terorras ripas. [Claudius) Tyberius. de Claudia domo latius supra patuit. [Alexandrea) Alexandria, & Alexandrea dicitur: vt Priscianus docet lib.ij. qui hunc locum Alexandrea per e, legit. quo modo autem cœperit Alexandriam lege superius, & etiam carmen Epodon. [Peractis imperijs).i. omnibus tuo imperio subditis. [Optatum decus) Scribit Florus, quod Augustus ob ingentia facta dictator perpetuus & pater patriæ dictus est. Tractatum etiam in senatu, an quia condidisset imperium Romulus vocaretur. Sed Sanctius & reuerentius visum est nomen Augusti, vt iam tum dum celeret terras, ipso nomine & titulo consecraretur. Præterea scribit Suetonius. Cum Augustum Senatus cum Populo Romano con salutauit patrem patriæ, respondit Augustus lacrymans his verbis (ipse enim sicut Messalæ opposuit) compos factus votorum meorum patres conscripti, quid habeo aliud Deos immortales precari, quam vt hunc consensum vestrum ad vltimum vitæ finẽ mihi perferre liceat? Per hęc igitur verba ego intelligo optatum decus cognomen Patris patriæ. [Arrogauit) Descripsit, deputauit tribuit. [Cantaber) De Cantabris latius supra, de Medis item. Indus scribit Eusebius, quod Indi ab Augusto per legatos amicitiam postularunt. Strabo autem lib.xv. sic ait. His ea addi possunt, quæ à Nicolao Damasceno dicuntur. Refert enim se Antiochiæ quæ apud Daphnem est, Idorum legatos vidisse qui ad Cæsarem Augustum venerant, qui quidem plures ex Epistola significabantur, sed tres tantum seruati erant. quos vidisse se ait, ceteri longitudine via magna ex parte perierant, addit etiam Epistolam græcam fuisse in membrana scriptam, in qua significaretur Porum esse qui scriberet, & cum sexcentis regibus imperaret, Cæsaris tamen amicitiam multifacere, & paratum se quocunque voluerit aditum exhibere. & in quibuscunque rectum fuerit. opitulari. hæc dicit in epistola contineri. Allata præterea esse dona Octo seruos nudos in subligaculis aromatibus delibutos, esse autem dona alia, Mercurium a puero brachia exectum, quem nos vidimus. Item viperas ingentes & serpentem decem cubitorum & testudinem fluuialem trium cubitorum, & perdicem vulture maiorem &c. [Te profugus Scythes) Parthi (de quibus latius supra) Scytharum exules dicti sunt. [Nilus) Nilus incertis oritur fontibus secundùm quosdam, immenso lõgitudinis spatio ambulans demum pluribus in locis, & latens, & exiens Africam ab Æthiopia diuidens, medios Æthiopes secat, longo postea interuallo in Aegyptum mare se euomit. hæc & plura Plin.lib.v.cap.x. [Ister) Ister (vt Strab ait lib.ix.) Oritur ab extremis Germaniæ partibus, superiore autem fluminis partes in fontes versus vsque ad præcipites eius decursus, quos cataractas nominant, Danubio, vocant, quæ maxime per Dacorum agrum delabuntur. aliàs vero inferiores usque in Pontum per Geras Istrum vocitant. [Rapidus Tigris) Oritur Tigris in regione Armeniæ maioris fonte conspicuo in planicie, a celeritate autem Tigris, dicitur, ita enim appellant Medi sagittam. auctor Plin lib.vj [Belluosus Oceanus) in eo enim variæ sunt belluæ. vt alibi diximus ex Plin. [Britannis) Augusti tempore vniuersa ferè Britanniæ insula Romanis propria familiarisq́. habita, vt docet Strab.lib.iiij. [Galliæ) De Gallia, & Iberia multa superius. [Sicambri) Diximus etiam supra Augustum Germanos vltra Albin submouisse. ex quibus Sueuos & Sicambros dedentes se traduxit in Galliam atque in proximis Rheno agris collocauit, vt, Tranquillus ait. [Compositis) Paccatis, & repositis, ac collocatis.

QVæ cura patrum, quæ'ue Querit) Negat vllos à senatu, vel pop.R dignos honores inueniri, qui pro meritis, vel triũphis Augusti æternitati ipsius consecrentur. [Per titulos) Qui ad cõmemorationem honoꝝ, vel rerum gestarum inuenti sunt, ipsi.n fasti dicuntur indices virtutis, siue in quibus. memoria tempoꝝ continetur. [Aeternet) Æternum faciat & laudibus consecret. [O qua Sol habitabileis) Habitabilis propter inhabitabilem cecaumenem. [Quem legis expertes Latinæ) Latinitatis nescij, vel ciuilitatis. Augusto imputat de Vindelicis Drusi victoriam, quia eius ordinatione & exercitu vicerat. [Milite nam tuo) Hyperbaton ordo.n. rectus est, Drusus acer non simplici vice deiecit Gelonos &c. [Implacidum genus) Implacabiles Geloni & Brenni gentes Galliarum. [Plus vice simplici) Aut in simplicem vicem, quia dupla nã dederant clade perculsi sunt, aut quia dixit acer non simplici vice. [Maior Neronum) Drusus, qui maior natu fuit. [Spectandus) Famosus, terribilis bellator. [Deuota morti pectora liberæ) Rhœtiorum gentis libertatis amore morti animos destinatos fuisse dicit. [Quantis fatigaret ruinis) Tempestati furenti viri fortis animum comparauit. [Pleiadum) Pleiades dictæ sunt, quę & Virgiliæ, harum ortus tempestuosos est. [Scindente nubeis) Ita pugnante Drusum scidisse dicit hostium turmas, vt ventus nubes, vndasq́ue con sueuit. [Mittere equum) Irrumpendo in hostium cuneos. [Per ignes) In medium pugnę furorem. [Sic tauriformis uoluitur Aufidus) Omnium famosorum fluminum vultus cum cornibus finguntur, ideo tauriformis propter impetus & mugitus aquarum. vt, Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum. [Diluuiem minitatur agris) Inundationem Fluminis viro forti comparat pro Drusi laude. vt, Aut rapidus montano flumine

ACR.

torrens Sternit agros. [Primoſque & extremos metendo) Vt, Proxima quæque manus gladio metit. [Sine Clade) Sine dāno ſuorum militum dicit re copias re conſiliū Auguſti auſpicijs Druſum dicit hoſtes fudiſſe,& felicitatem habuiſſe. [Nam tibi quo die Portus Alexādrea ſupplex) Felicitati aſſignat Auguſti Druſi victoriam demonſtrando ante annos duodecim eo die Alexandream ab Auguſto captam, quo Druſus Vindelicos ſuperauit Pompei enim mortem Actiaco bello victus Auguſtus eſt. [Et vacuam patefecit aulam) Sine damno,ſine hoſte,ſine domino. [Et optatum per) Actis immortalitatem & conſecrationem videtur ſignificare. peractis enim imperijs diuinos honores meruit Auguſtus, vt idem in ij. Epiſtolarum. Præſenti tibi maturos largimur honores. Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras. [Non ante domabilis) Non ante Cæſarem victus. [Pro fugus Scythes) Aut ſub Aquilone interius conſtitutus, aut qui nunquam in eodem loco maneat. [Tutela præſens) Sic idem alibi. Res Italas armis tuteris, moribus ornes. [Præſens) Aut potens ſine propitia. vt, Virg. Et vos agreſtum præſentia numina Fauni. [Te fontium qui cœlat origines) Origo enim Nili neſcitur. vt, Et gens ſi qua iacet naſcenti conſcia Nilo. Gentes fluminū in cōmemoratione deſignat. [Obſtrepit Oceanus Britānis) Britanni enim interfuſo Oceano à terris, omnibus ſeparantur. vt, Et penitus toto diuiſos orbe Britannos. [Non pauentis funera Galliæ) Galli enim mortem non pauent. [Duræque laborioſæ) Vt, Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. [Te cæde gaudentes Sicambri) Bella optantes aſſidua, qui & Germani. [Compoſitis venerantur armis) Pacatis moribus & feritate depoſita.

POR. QVæ cura patrum, quæue quiritum) Negat vllo ſenatus populiue Romani obſequio poſſe ꝓ meritis dignos honores inueniri virtutibus Cæſaris, qbus in æternum conſecretur. [Per titulos, memoreſque faſtos Aeternet?) Fictum verbum eſt æternet. Quem legis experres Latinæ Vindelici didicere nuper, Quid Marte poſſes) Non ſic hęc dicit, quaſi ab Auguſto Cæſare Vindelici debellati ſint, ſed quod Druſus exercitibus, auſpicijſque Auguſti eos debellauerit. [Gelonos, Brennoſque) Ciſalpinę gentes ſunt hę. [Et arces Alpibus impoſitas tremendis) Non arces tremendas (vt dictum eſt) intelligamus, ſed hos tremendos.i.timendos, qui eas habitant. [Deiecit acer, plus vice ſimplici) Vult intelligi in vaſtandis his, non tantam illis cladem intuliſſe, quantam ipſi dederant, ſed duplam, hoc eſt eam non ſimplici vice reddidiſſet. [Maior Neronum) Ordo eſt. Druſus eſt maior Neronum. hic enim maior natu fui. [Deuota morti pectora liberæ) Eleganter non metuentes mortem liberam perpetuo epitheto dictum accipe quantis fatigaret ruinis, hoſtium ruinis ſ. [Indomitas prope qualis vndas, Exercet Auſter Pleiadum choro ſcindente nubes impiger hoſtium vexare turmas) Mirum quod ſequitur. cum enim prędixiſſet, qualis non intulit quod erat conſtans, talis, ſed impiger. Ergo ſit totum intelligendum, Qualis eſt Auſter cum ortu Virgiliarum Pleiadum concitatus, cum exercet vndas tam impiger Druſus hoſtium turmas vaſtabat. [Per ignes) Ignes nunc pro acertimis, concitatiſque periculis accipere debemus. [Sic tauriformis voluitur Aufidus) Omnia fluminum genera taurino vultu, & cornibus pinguntur propter impetus, & fremitum ipſarum aquarum. [Cum ſęuit horrendam quę cultis Diluuiem meditatur agris) Male dixi meditatur, quia in ipſo actu eſt, nec debet cogitare, aut condiſcere, id quod iam facit. [Primoſque, & extremos metendo) Sic & Virgil. Proxima quęque metit gladio ſuo. [Sine clade victor) .i. ſine ſuorum clade. [Te conſilium & tuos præbente diuos) Hoc ideo dicitur, quia auſpicijs Cæſaris hæc geſtiſſe dicitur. [Nam tibi, quo die) Ita euenit vt poſt annos quindecim Druſus eo die Rhœtos Vindelicos vinceret, quo die Auguſtus Alexandriam vicerat. [Et optatum peractis) Immortalitatem & conſecrationem videtur ſignificare, cum dicat peractis imperijs. [Te profugus Scythes) Profugus dicitur, qui nunquam eodem loco manet vnde & Nomades dicuntur. [Te non pauentis funera Galliæ, Duræque tellus) Per zeugma ex inferiore verſu Audit accipere debemus. Non pauentes autem Gallos funere ait, quia vel ferocia, vel vana perſuaſione rurſus renaſcendi mortem non timebant, de quibus Lucanus ait, Animęque capaces Mortis & ignauum rediturę parcere vitæ. [Compoſitis venerantur armis).i. pacatis.

ASCEN. QVę cura) Auguſtum tam ab auſpicijs & dexteritate, quam à rebus geſtis celebrans, inquit, cum deſiderio & admiratione, O Auguſte, quę cura patrum.i. ſenatorum quęue cura Quiritum .ſ. populi R. ęternet.i. ęternas faciat, muneribus plenis honorum tuas virtutes per titulos & faſtos .i. annales & Faſtorum libros, memores.i. rerum memoriam facientes. in ęuum.i. in ſempiternum? O maxime principum, per eam partem qua Sol illuſtrat.i. luce clarificat, & viſit oras habitabiles, quem Vindelici.i. populi in Alpibus a Druſo domiti, expertes.ſ. prius, legis Latinę.i. Romanæ. didicere nuper.i. nuper nunc parum eſt temporis, quid poſſes Marte.i. bello. Bonfinis legit illuſtret.& quam legis experres. vt ſi, O maxime principum, qua &c. quam.i. ò quantum, Vindelici expertes legis Latine didicere nuper quid poſſes Marte;& ita particula quam determinet verbum didicere. quæ conſtructio eſt quidem vſitatior, quam qua verbo didicere duos accuſatiuos demus ſiue copula, quem quid. ſed quia Horatius dicitur a Fabio in figuris feliciter audax, nollem omnem figuratam locutionem auferre preſertim cum ſit tolerabilis vt hic. Quem didicere quid poſſes Marte, vt ſit, Quem didicere, hoc eſt didicere quid poſſes Marte, & ita nihil mutaui. Nam Druſus.ſ. Tyberij Neronis frater, acer plus ſimplici vice, id eſt valentior quam ſua Vnius dexteritate, nam & Auguſti & propria virtute valuit (Is autem verus eſt ſenſus ab alijs commentarijs nondum acceptus. nam de duplici clade minus. ad laudem Aug. faceret) Deiecit milite tuo.i. à te excepto exercitu Gelonos, & Brennos (In libro Bonſ. eſt, Genaunos, & poſtea Brencos) populos ſm Porphyrionem, Ciſalpinos (verū quia vt Mancinellus recitat ex Suetonio, Tyberius in Pannonico bello Brennos & Dalmatas ſubegit videntur Brenni nō Ciſalpini, ſed Thracibus vicini ſicut & Geloni ſecundum Herodotum, qui in confinio Scythiæ Agathyrſos & Gelonos ponit. vnde quia duum ſic fratrem pro fratre poſuiſſe dicam Druſum etiam Brennos & Dalmatas ſubegiſſe, ſicut conſtat Tyberium etiam Vindelicos á Druſo prius deuictos domuiſ, aut vt Bonfinis innuit non tamen explicat. ordo poteſt eſſe, Didicere inquam Vindelici, nam Druſus deiecit ſup. eos milite tuo, & maior Neronum, id eſt Tyberius acer plus vice ſimplici deiecit Gelonos implacidum, id eſt implacabile genus, & Brennos, aut Brencos, veloces, & arces impoſitas Alpibus tremendis. & ſupple commiſit mox graue prœlium &c. aut igitur Ciſalpinos, aut Thracibus vicinos dices) appoſitorie genus implacidum.i. aſperum, bellicoſum, & arces.ſ. Rhœtorum & Vindelicorum impoſitas Alpibus tremendis: Maior.i. ſenior: Neronum.i. Claudiorum videlicet Tyberius, commiſit mox.i. paullo poſt mortem Druſi graue prœlium, & pepulit.ſ. a ſedibus ſuis, auſpicijs ſecundis.i. proſperis, videlicet Auguſti, Rhœtos populos in Alpibus, immanes.i. efferos, ens ſpectandus.i. ſpectari dignus in certamine Martio, quantis ruinis fatigaret pectora.ſ. Rhœtoꝝ Vindelicoꝝ & ceterorum non prius ſubditorum legibus Romanis, deuota.i. voto addicta & deſtinata, morti libere.i. quæ eſſet cum libertate. Maluerunt enim in libertate mori, quam in ſeruitute viuere, in quo oſtenditur generoſus animus eorum, quem ideo laudat tacite Poëta, vt maior ſit gloria victoris, quæ ex precio victi populi dependet, ens inquam talis qualis Auſter exercet vndas propè.i. quaſi indomitas: choro.i. chorea, Pleiadum i. ſeptem illarum ſtellarum, ſcindente.i. diſſoluente in pluuia nubes, & exiſtens.ſ. Tyberius, impiger i. ſtrenuus, vexare turmas hoſtium & mittere equum frementem per medios ignes.i. pugnæ furorem. [Sic Tauriformis) Ordo eſt, Aufidus fluuius Apuliæ, tauriformis.i. habens formā Tauri qui perfluit regna Dauni Appuli.i. quondam Appulorum regis, voluitur ſic cum ſęuit per inundationem, & minatur agris cultis.i. ſatis, diluuiem.i. inundationem horrendam, vt Claudius .ſ. Tyberius, diruit vaſto impetu agmina barbarorum, ferrata.i. armata, & ſtrauit humi.i. per humum, metendo, id eſt reſecando, & vellendo, primos & extremos.i. omnes obſtantes, exiſtens victor ſine clade.ſ. ſuorum, & hoc ò Auguſte te præbente copias.ſ. exercituum, & conſilium, & diuos tuos.i. tibi fauorabiles. Nam eodem die (tranſactis tamen duodecim annis) quo Alexandrea.ſ. regia Ægypti: ſupplex.i. ſubacta, patefecit tibi portus & aulam vacuam.ſ. rege: fortuna proſpera reddidit tertio luſtro.i. intra tertium luſtrum fecundos exitus belli, quia victoriam, & arrogauit imperijs peractis.i. omnibus tuo imperio ſubditis laudem & decus optatum.i. dictaturam perpetuam, & patris patriæ appellationem. [Cantaber) Populus Hiſpaniæ, non domabilis ante, & Medus, & Indus, & Scythes, id eſt Scytha profugus, id eſt Parthus, aut Scytha in plauſtris domicilia (vt prius vidimus) habens, miratur te ò tutela præſens, id eſt præſenti numine freta, Italiæ, & Romæ dominæ, id eſt principis vrbium quam ve egregiam doceat, ſeorſum ponit Nilus, qui cœlat origines fontium i. vnde oritur & Iſter, qui in quibuſdam locis Danubius dicitur, & Tigris fluuius Armeniæ, & Oceanus bellnoſus.i. multa monſtra & belluas varias continens qui obſtrepit Britannis re-

motis

motis.s.à globo huius mundi. vt in Bucolicis Maro: Et penitus toto diuisos orbe Britannos. & tellus Galliæ non pauentis funeta.i.mortem, aut quia bellicosus est Gallus, aut quia persuasum etiam tunc habuit post hanc vitam esse & aliam. vnde hic sæpe mutuo dabant, quod illic reciperent. & tellus iberiæ.i.Hispaniæ, difficilis ad vincendum, audit te.i.obtemperat tibi. & Sicambri: pupuli inferioris Alemaniæ gaudentes cæde: venerantur te armis compositis.i.sedatis.

MATT. Bonfinius. Maior Neronum) de Tiberio intelligendum est qui maior natu fuit non de Druso quod ex Suetonio ostendit Bonfinis, & illam particulam mox apertissime declarare dicit, q.d. Horatius post Drusum & Drusi obitum.

GLAR. Milite nam tuo Drusus Gelonos, implacidum genus) Gelonos ponit pro Germanis, longe petitum nomen: vt solet. Quod etiam lib.ij. admonuimus. Acron ait Gelonos: ac Brennos gentes Galliarum esse, quod nescio vbi ipse legerit. Porphyrion adijcit Cisalpinas gentes esse. Quidam Genaunos emendarunt pro Gelonos. Plinij lib. ita variant, vt nihil inde certi dicere queamus. vbi de victis gentibus Alpinis & de Pannonia, nam Brennos alibi. alibi Breunos reperias Ptolemæus inter Vindelicos numerat Breunos, inter Pannonicos autem Breucos. Florus cum venonibus, & vindelicis à Druso victis, & Brennos numerat. Strab. quoque lib.vij. inter Pannonicos Breucos enumerat, vt Ptolemæus, & Plinius. Quare conijcimus de Breucis nullam esse dubitationem, quin sint Pannoniæ populi. Sed qui Vindelicis sunt vicini. Brenie an Breuni sint appellandi, hoc vtique Lectori iudicandum relinquo. Ceterum, quod Acron Porphyrionq. Drusum maiorem Neronum putarunt recte à Mancinello redargutum est ideoq. à nobis omittitur. [Diluuiem minitatur agris) Et Acron, & Porphyrion meditatur legunt. Addit Porph. male hoc dixisse Poëtam, quia in ipso, inquit, actu est nec debet cogitare, aut cōdiscere, id quod iam facit. Sed cum meditor sit exerceo meditatio exercitatio, etiam aliquando armorum, vt Valla probat lib.j. Elegantiarum, non video quid sibi uelit Porphyrion. [Nam tibi, quo die Portus Alexandrea) Ita euenit, inquit Porph. vt post annos xv. Drusus eo die Rhœtus Vindelicos vinceret, quo die Augustus Alexādream vicerat. Hæc ille vbi rursus Rhœtos ac Vindelicos vnam facit gentem. Deinde xv. ait annos, qui sunt xij. à primo Consulatu Augusti, cum Q. Pedio, ad finem bellorum ciuilium, quando tertium fit Consul Augustus, tertio, aut ait poëta, lustro, sed nondū expleto. Si quidem lustrum, pro spatio quinque annorum acceperimus. At ego lustrum, si proprie vsurpare volumus, pro Olympiade accipio. Itaque recte poëta dixit, tertio lustro, id quod Porphyrion occasionem præbuit erroris si modo non totus huius Odes commentarius corruptus est, quod equidem suspicor. Poëta sanè ad plenam laudu Augusti accumulationem hoc quoque adijcitur, Ciuilibus armis finem impositum postquam Ægyptus capta fuerit. Quod Dion. Halicar.j. fatetur lib. Nihil autem de istac comparatione cuius meminit Porphytion, si modo Porphyrion est, ac non potius aliquis impostor.

## AVGVSTI LAVDES.

*Excusat se quod cum in primis cupiat scribere gesta Augusti, ob ingenij & stili exiguitatem non posit: illa enim maiora esse, quam quæ lyricis conueniant, nam vir ille, inquit, non solum fines Rom. imperij ampliauit: sed signa etiam à Parthis ablata restituit. pacem toti orbi peperit, saluberrimis, institutis & legibus populumq; à pristinam integritatem, & incorruptos mores reduxit.*

*Ode XV. Dicolos, Tetrastrophos: Vt, Vides vt alta stet niue candidum.*

--U---UU-U-
--U---UU-U-
--U---U-U
-UU-UU-----



Phoebus volentē prœlia me loqui,
Victas & vrbeis, increpuit lyra:
Ne parua Tyrrhenum per æquor
Vela darem. tua Cæsar ætas
Fruges & agris rettulit vberes:
Et signa nostro restituit Ioui,
Direpta Parthorum superbis
Postibus. & vacuum duellis
Ianum Quirini clausit: & ordinem
Rectum, & vaganti fræna licentiæ
Iniecit: amouitq. culpas:
Et veteres reuocauit arteis:
Per quas Latinum nomen, & Italæ
Creuere vires: famaq., & imperi
Porrecta maiestas ad ortum
Solis, ab Hesperio cubili:
Custode rerum Cæsare, non furor
Ciuilis, aut vis eximet otium:
Non ira, quæ procudit enseis:
Et miseras inimicat vrbes.
Non qui pronfundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Iulia: non Getæ,
Non Seres, infidi ue Persæ,
Non Tanain propè flumen orti.
Nosq. & profestis lucibus, & sacris
Inter iocosi munera Liberi
Cum prole, matronisq. nostris,
Rite deos prius apprecari,
Virtute functos more patrum duces,
Lydis remisto carmine tibijs,
Troiamq., & Anchisen, & almæ
Progeniem Veneris canemus.



Phoebvs volentem) Augusti laudes hæc Ode continet vti & præcedens. ille enim à Parthis Crasso ablata sigoa resumpsit: Ianiq. etiam templum omni bellorum remoto furore clausit. ANTO.

[Phœbus volentem) Ode est similis præcedenti. Est autem ordo. Phœbus increpuit me lyta volentem loqui prælia, & vastas vrbes. [Parua vela) Lyricos versus intelligit non aptos, quidem cantandis prȩlijs. [Tyrrhenum per æquor) Metaphora. intelligit autem maxima Cȩsaris Augusti gesta. [Tua Cæsar ætas) Augustum laudat à pace qua sanè bona cuncta proueniunt, vt fruges & similia. [Signa) De ijs videto in fine Odes ij. lib.j. [Ianum Quirini) Numa Pompilius mitigandum ferocē populum armorum dissuetudine ratus, Ianum ad infimum. Argiletum indicem pacis, belliq. fecit, apertus vt in armis esse ciuitatem clausus pacem circa omnis populos significaret bis deinde post Numæ regnum clausus fuit, semel Tito Manlio consule post primum Punicum perfectum bellum, iterum Augusti tempore post bellum, Actiacum pace terra, mariq. parta hæc ex Liuio. Suet. etiam de Augusto sic Ianum Quirinum semel, atque iterum à condita Vrbe ante memoriam suam clausum in multo breuiore temporis spatio terra, mariq. pace parta clausit. Florus item sic, Ausúsq. tandem Cæsar Augustus Jxx. ab Vrbe condita anno Ianum geminum claudere: bis ante se clausum sub Numa rege, & Victa primum Carthagine. hinc conuersus ad pacem primum in omnia mala & in luxuriam fluens seculum grauibus, seuerisq. legibus coërcuit &c. Plutarchus quoque de Numa & Iano sic. Est & eius templum Romæ duabus portis, quod belli ianuam vocant. Legitimum enim ipsum aperiri, cum bellum sit, in pace autem Claudi. meminit item de Iani templo Ouid. lib.j. Fast. [Ianum Quirini) Macr. lib.j. Satur. scribit: Ianum Quirinum dictum, quasi bellorum potentem, ab hasta quam Sabini Curim vocant. [Et ordinem Rectum) Augustus enim (vt diximus) conuersus ad pacem primum in omnia mala, & in luxuriā fluens seculum grauibus sæuerisq. legibus coërcuit. [Veteres actes) Quatuor virtutes intelligit, Prudentiam, Iustitiam, Tempe-

rantiam, Fortitudinem. nam ars (vt etiam Diomedes scribit) ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ab arete.i.ab virtute dicitur.[Maiestas) Amplitudo & dignitas.[Imperi) Pro imperij. [Procudit) .i. cudendo extendit, ac fabricat. [Edicta Iulia) .i. Augusti in Iuliam gentem adoptati.[Nosq & pro.) Ostendit se die quoque dijs sacrificaturũ, cantaturumque strenuos duces, & Veneris progeniem, vnde Iulia gens ortum habuit. Nam ex Venere ortus est Æneas inde Ascanius, à quo Iulus, cui regni loco apud Albam sacra est potestas attributa, atque honor, cuius familia fuit maxima, atque clarissima omnium. auctor est Dion.lib.j. Ex eadem familia Iulius Iulus Cæsar est. vnde Maro ait, Iulius à magno demissum nomen Iulo. quod non de Ascanio intelligendum est, sed de Iulo Ascanij filio, qui magnus fuit. quantum ad sacram potestatem, & honorem vt ostendimus. [Profestis lucibus,) Profestum diem dicebāt qui festus non erat, vt Pompeius ait. [More patrum) Valer. lib. ij. sic ait, Maiores natu in conuiuijs ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant, quo ad ea imitanda iuuenem alacriorem redderent. Cic. item lib.j. Tusc. scribit, esse in Catonis originibus, solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus.[Lydis tibijs) De ijs late superius. [Iocosi) Dantis iocos lætitiam, iucunditatem. [Veneris progeniem) Iuliam gentem, vt diximus.

Bonfinius Profesti dies Cõuiuarũ tibiæ

ACR. PHœbus volentem prœlia me loqui, Victas, & vrbeis, increpuit lyra,) Non lyra increpuit, sed volentem me prœlia lyra loqui, quod est lyrico carmine Phœbus increpuit. amoribus.n.aprum, hoc est metrum. vt cum Canerē reges & prœlia, Cynthius aurem Vellit, & admonuit.[Ne parua Tyrrhenum per æquor) Per allegoriam significat magnam materiam non sufficienti ingenio & humili generi carminis non debere committi. [Fruges & agris rettulit vberes) Seu quia in pace diligentior cultus vberiorem fructum, facit, seu quia ipse Deus Cæsar faueat frugibus, vt, Ecce Diones processit Cæsaris astrum, Astrum quo segeres gauderent frugibus. [Et signa nostra restituit Ioui) Quæ interfecto Crasso cum exercitu, Augustus a Parthis susceperat. [Et vacuum duellis Ianum) Significat oĩa pacata sub Cæsare templo Iani clauso. quod belli tempore semper patere consueuit. vnde ad significationem futuræ pacis apud Virg. Claudentur belli portæ. [Duellis) Bellis. [Ianum) Quirinum. [Euaganti frænа licentiæ) Leges tulit, quibus mores regerentur. [Emouitque culpas) Remouit, reiecit, vt, Emoti procumbunt cardine postes. [Veteres reuocauit ar.) In his.n.virtutibus veteres vitæ artes esse dicebant, Prudentiam, Iustitiam, & Fortitudinem, & Temperantiam, per hac oẽs constare voluerunt disciplinas. [Ad ortum Solis, ab Hesperio cubili) Vt Imperiũ Oceano, famam, q terminet astris ab Oriente ad Occasum imperiũ significat peruenisse Romanum. vt, Et qua Sol inter vtrunque recurrens Respicit Oceanum. [Exuet) Excludet. [Procudit) Incudibus producit enses, & fabricat. [Et miseras inimicat vrbes) Inimicat facit. Miseras autẽ, tanquam bellum facientes. [Non qui profundum Danubium bibunt) Gentes a fluuio, vt, Qui Tyberim, Fabarimq. bibunt.[Edicta rumpent Iulia) A nullis gentibus dicit leges Augusti contemni. in Iuliam.n. gentem fuerat adoptatus Augustus. [Infidiq Persæ) Crassum enim securum de pace persuaserant. [Non Tanaim propè flumen orti) Scythæ. [Nosq. & profestis lucibus) Profesti dies dicebantur quia ante festos erant. [Iocosi) Lætitiam iubentis. vt adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. [Apprecati) Inuocantes. [Virtute functos more patrum duces) Duces, inquit, optimos parentum pietate venerabimur, inter quos Augustus est. [Lydis remisto carmine tibijs) Lydis tibijs læta cantabantur. Phrygijs tristia. tres enim modos habebant tibiarum Ionicum, Lydum, & Phrygium, quem & Barbarũ, in honorem autem Lydorum dictum, ꝙ ipsi primi tibias inuenerunt. [Troiamq. & Anchisem, & almæ Progeniem Veneris canemus) In honorem Augusti Venerem laudari vult, quia ab Iuli descēdit origine Ordo, Nos apprecati deos canemus duces functos. virtute more patrij remixto carmine tibijs Lydis, & Troia.

POR. PHœbus volentem prœlia me loqui) Quidam separant hāc Odem, à superiore, sed potest illi iungi, quoniā hic laudes dīr Augusti. [Phœbus volentem prœlia me loqui, victas, & vrbes, increpuit lyra) Non lyra increpuit, sed volentem prœlia me lyra loqui.i.lyrico carmine. [Ne parua Tyrrhenum per æquor Vela darem) Allegoricos significatur, ne magnam materiam humili generi carminis cõmitterem. [Et signa nostro restituit Ioui) Signa quæ adempta Romanis interfecto exercitu à Parthis Crasso duce, Augustus recuperauit [Ianum Quirini clausit).i. pacem, vbique fecit, tunc n. claudebatur. belli vero tpe patebat. nā & Virg. volens ostendere perpetuam pacem futuram sic ait: Claudentur belli portæ. [Et ordinem Rectum euaganti fræna licentiæ Iniecit) Ordo est: Iniecit fræna licentiæ ordinem rectũ euaganti. [Non furor ciuilis, aut vis exiget ociũ) Exiget nunc excluder sit quasi extra aget. vt Terent. Spectandæ, an exigendæ. [Nõ ita, quę procudit enses) Procudit, hoc est fabricat [Et miseras inimicat vrbes) Inimicas fictum verbum est.i.inimicas facit. [Non Tanaim propè flumen orti) Scythas signat.[Lydis remixto carmine tibijs) Aiunt tres modos tibiarum esse Ionicum, Lydium, Barbarum. [Et almæ progeniem Veneris canemus).i.gentem Iuliam, quæ in Iulio nepote Veneris oriunda existimatur.

ASCEN. PHœbus) Iterum Augustum laudans dicit, Phœbus.i. Apollo, increpuit.i. crepitu reprehendit me (sic Maro in Buc. Cũ canerem reges & prælia, Cynthus aũt vellit & admonuit Pastorem Tytire pingues Pascere oportet oues deductum dicere carmen) Voluentem loqui.i.dicere, lyra.i lyrico carmine consequi prælia.s. Augusti. & vrbes victas ab eo, ne darem parua vela per æquor Tyrrhenũ.i. ne immensam laudem tenui stylo mandarem. Quia ó Cæsar Augustæ tua ætas.s.aurea, retulit, &.i. simul. Agris fruges vberes .i. abundantes, & restituit Ioui nro .i. Capitolino, signa direpta superbis postibus.i tholis Parthorum, vbi erant affixa, postq̃ ablata fuerant Crasso & Clausit Ianum Quirini.i.templum Iani Quirini clausit, vacuum duellis .i. bellis, & iniecit licentiæ .i. dissolutione licenter viuendi vaganti .s. prius, rectũ ordinem, & fræna.i. motum leges tulit & amouit culpas & reuocauit veteres artes.s. frugalitatis & continentiæ, per quas nomen latinum & vires Italæ creuere.s. primum, vt docet Liu. in j. præfatione & fama sup. creuit, & maiestas imperi, pro imperij est porrecta .i. extensa, ab Hesperio .i. occidentali cubili Solis sup. vsque ad ortum, aut ortus, Solis. Furor ciuilis.i.intestinus, aut vis.s externa, non eximet, aut exiget .i. non abolebit ocium Cæsare custode i. tantis per dum Cæsar erit custos rerum Ira, quæ procudit enses, & inimicat .i. inimicas facit miseras vrbes, & ij qui bibunt Danubium profundum.i. Germani, Pannones, Daci, qui oẽs sunt bellicosi, & Seres .i. populi ad indiam, & Persæ infidi & Getæ, de quibus Maro, Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ, & orti prope Tanaim flumen .i. Scythæ non rumpent edicta Iulia, quæ Augustus maximopere conatus est efficere rata. Nam (vt Suet. scribit) nihil conueniẽtius duxit, q̃ necem auunculi vindicare, tuerique acta. vnde hic Iulia .i. Iulij Cæsaris potius, q̃ Augusti dicam. Et nos, inq̃t poeta, prius apprecati rite .i. vt decet deos, canemus & profestis.i.non festis, lucibus, id est diebus, & sacris.i.festis inter munera.i.dona. liberi.s.patris Bacchi, hoc est vini iocosi.s.ab effectu, cum prole.i liberis & matronis.i.vxoribus nostris, canemus dico more patrum i. maiorum nostrorum carmine, remisto .i. attente & artificiose, quasi iterum, atque iterum mixto, tibijs Lydis .i. à Lydis inuentis, duces, functos virtute .i. iam virtute in cœlum translatos, & Troiam .i. Troianos priscos, & Anchisen & progeniem Veneris almæ .s. Æneam, Iulum reges Albanos, Romulum Iulum Cæsarem, & Augustum.

GLAR. QVem ab initio huius Ode ordinem faciunt & Acron, & Porphyrion, etiam si non improbem, tñ coactum, puto mirũ vero si non & concrepare lyra dicere liceat. Illud aũt. [Et ordinem Rectum euaganti fræna licentiæ Iniecit) Quidam pro euaganti legunt, & vaganti, quod mihi displicet. Placet aũt ordo Porphyrionis, Iniecit fræna licentiæ ordinem rectum euaganti. [Edicta rumpẽt Iulia) Recte hoc Badius de Iulio intellexit cum Suetonio, maxime enim laborauit Augustus, vt rata essent, quæ Iulius instituerat. Denique considerandum lectori, quam verum sit, quod Acron ait. Profestos dies dici, qui sint ante festos, cum Festus Pompeius dicat profestos dici non festos.

## COMMENTARIVS IN CARMEN Epodon Q. Horatij Flacci, per Antonium Mancinellum Veliternum.

Epodi EPodi dicuntur versus metro quolibet scripti, & sequentes clausulas habentes particularum ipsorum versuum, quales sunt Epodi Horatij in quibus singulis versibus, singulæ clausulæ adijciũtur. vt, Nox erat & cœlo lucebat Luna sereno. deinde, Inter minora sidera. & quicunque sunt similes. Dicuntur autem Epodi sinecdochicos à partibus versuum, quę legitimis & integris versibus ἐπᾴδονται i accinuntur. hæc ex Diomede. Ex quibus colligimus, quod Epodos proprie dicitur versiculus sequens, tñ & superior & sequens simul Epodos vocatur

Iambicũ per sinecdochen. s. vnde & alibi ait, Iambicum est carmen maledicum

ledi-um plerunque trimetro versu,& Epodo sequente compnsi-tum. Epodos aut mediam producit.nam p a, scribitur quod ēt ,p-bat Sidonius hoc Phalecio hendecasyllabo : Sermonumq. sales nouumq. Epodon hmōi aūt versus (teste Manlio Theodoro) cōstat spondeo,dactylo,& tribus trocheis. Ausonius ēt ait choriambum carmen epodos Græci quidem in vltima accētum faciunt, & ita mediam corripiunt. Epodon carmen dicitur (s̃m Acronē) qm̃ prior versus maior est, secundus minor, sed continuo tenore primi versus sensus versu sequenti concluditur. Epodos (inquit Tortel.) Apud nos dici pōt carminis cantus, inde Epodiō dimin. id est paruum carmē, qđ a Lyricis clausula breuis dr̃, quasi præcisos versus integris subijciat. hoc aūt modo, cōponeretur ab ἔπω & ᾠδὴ Diom. tñ s̃nĩa magis placet vt Epodi dicantur versus illi, quia ἐπᾴδονται.i.accinũtur. ἐπᾴδω vero accino,& incanto sign̄at.

ἐπῳδὴ incantatio dr̃ ἐπαοιδὸς incantator, ἐπᾴδω cōponitur ex ἐπὶ & ᾄδω.i.canto inde.n. ἐπᾴδω.i.accino. Acron ēt putat posse dici ab Epus. atque huius Iambici metri inuenturē fuisse Archilochū scr. Horat sic dicens, Archilochū proprio rabies armauit Iambu. Hunc socci cepere pedē, grandesq. cothurni. De Iambo latius dictum est Ode xvj lib j. Epos denique (vt Diom. scr.) Græce dr̃ carmen hexametron diuinarũ reꝝ & heroicaꝝ, humanarumq. comprehensio, Epos latine primus digne scrip. Liuius, is qui Romanoꝝ gesta decem & octo cōplexus est libris q & annales inscribuntur, q ferè singuloꝝ annoꝝ actus contineant. Epos aūt appellatur (vt Græcis placet) ab ἔπω, dico ,pprie.n. Epos est ἔμμετρος λόγος.i.metricus sermo, vel ab ἔπω.i.sequor, qm̃ hoc versu verba rñdēt mutuo. ἔπω ergo duo sign̄at, dico vel sequor. Gel.li.17.c.9 scr. Epos.i.carmē dici ab ἕπεσθαι καὶ εἰπεῖν.i.ab eo qđ est seq,& dicere.

# Q. HORATII FLACCI
## EPODON LIBER.

## AD MOECENATEM.

*Epode ad Mæcenatem profecturum cum Augusto, à quo Liburnorum classi præfectus erat ad bellum nauale contra Antonium & Cleopatram, in qua sollicitus poeta de hominis salute scribit eo absente se nunquam futurum securo animo itaque malle se eum quouis sequi, & periculo suo militare, vt eius præsentia fruatur non vt faciat quæstum, quam domini in otio, sed sine eo viuere.*

*Ode I. Dicolos Distrophos. Primus quisque versus est Iambicus, Hipponactius, Trimeter, Acatalecticus, constans è sex Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, hoc modo.*

*ībĭs -- lĭbūr υ- nīs īn -- tĕr āl υ- tă nā υ- ŭiŭm υυ*

*Secundus quisque est Iambicus, Archilochius, Dimeter, Acatalectus, constans, quatuor Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo hoc modo.*

*ămī υ- cĕ prō υ- pūgnā -- cŭlă υυ*

--υ---υ-υ-υυ
υ-υ---υυ

IBis liburnis inter alta nauiū
Amice propugnacula,
Paratus oē Cęsaris periculum
Subire Mœcenas tuo.
Quid nos? quibus te vita sit superstite
Iucunda; si contra; grauis:
Vtrum ne iussi persequemur otium
Non dulce, ni tecum simul?
An hunc laborem mente laturi, decet
Qua ferre non molleis viros,
Feremus? & te vel per Alpium iuga,
Inhospitalem & Caucasum,
Vel occidenteis vsque ad vltimum sinum,
Forti sequemur pectore?
Roges, tuum labore quid iuuem meo,
Imbellis, ac firmus parum.
Comes minore sum futurus in metu:
Qui maior absenteis habet.
Vt assidens implumibus pullis auis
Serpentium allapsus timet
Magis relictis: non, vt adsit, auxili
Latura plus præsentibus.
Libenter hoc, & omne militabitur
Bellum in tuæ spem gratiæ:
Non vt iuuencis illigata pluribus
Aratra nitrantur meis:
Pecus ue Calabris ante sidus feruidum
Lucana mutet pascua:
Nec vt superni villa candens Tusculi
Circæa tangat mœnia.
Satis superq. me benignitas tua
Ditauit. haud parauero,
Quod, aut auarus, vt Chremes, terra premam:
Discinctus aut perdam vt nepos.

IBis Liburnis) Mœcenas (vti etiam Appianus ostendit) secutus est Augustum in Siciliam vsque cum M. Agrippa contra Sextum Pompeium, vbi tandem bello nauali Pompeius ipse superatus est, vt late ostendimus Ode vj. libri primi. Secutus item Augustum Mœcenas est contra M. Antonium & Cleopatram apud Actium Epiri promontorium, vbi naumachia Liburnarum præsertim victus Antonius in Ægyptum vsque fugit, Augusto etiam persequente, donec Alexandriam vi cœpisset. ibi Antonius sibi mortem consciuit & Cleopatra. Horat. itaque Mœcenatem alloquitur euntem in naumachiam cum ipso Augusto, paratum omne Cæsaris periculum suo protegere. hinc ei timens dolet poëta se relictum esse in vrbe, dicens otium sine Mœcenate sibi non dulce fore, sed libenter in Mœcenatis gratiam militare voluisse. non autem lucri causa quo fieret dicior nam minime parare cupit. quod aut auarus vti Chremes continuo labore accumulet, inde abscondat, aut vti consumptor, & prodigus dissipet. Ostendit itaque se paruo, & iam parto cōtentum illoq. parce fruiturum. [Ibis Liburnus &c.) Ode est Dicolos Distrophos, habetq. metrum iambicum quod binis uersibus scanditur. Primus enim iambicus hexameter est, uel trimeter si misceantur spondei. Secundus tetrameter, vel dimeter spondeis insertis. Meminisse tamen debemus (vt scribit Diomed.) vitium ANTO.

non

non esse in hmõi versibus, si primus pes, tertius & quintus spondei inter ceteros iambos occurrent, aliqñ aliqui, ex tribus aliqñ nullus etitq. sincetus iambicus hoe alienis pedibus. Hoc & in trimetro obseruabimus vt primum pedem & tertium spondeũ si qñ occurtic, recipiamus. Secundum & quartum iambos reseruemus. Tu autem lector animaduerte Horatium in illo versu. Roges tuum laborem quid iuuem meo, posuisse. Spondeum in quarto loco. nam imitatus est vetere Comicos, qui quidem spõdeum in secundo, vel quarto loco posuerunt, quod inuenerunt etiam apud Græcos Comicos uetustissimos, quamuis cñ cato, fieri hoc idem de quo late Prisc. Manlius autem Theodorus metrum iambicum senarium scribit recipere spondeum, dactylum, & anapæstum locis imparibus, pyrrhichium vltimo tãtum loco. In secunda autem Epodo hos pedes Flaccus Horat. posuit vt dictum est. quos locis suis ostendimus. Priscianus quidem scribit veteres comicos, ac tragicos latinos, in iambico omnibus in locis indifferenter posuisse quinque pedes. s. iambum, tribrachum, anapæstum, dactylum, vel spondeum, sed vltimo loco iambum, vel pyrrhichium solum. [Ibis Liburnis) Erant sub præfectis clas*Classiũ Tribuni.* sium deni tribuni per cohortes singulas constituti, singulæ autẽ Liburnæ, singulos nauarchos. i. nauicularios habebant. qui excepis ceteris nautarum officijs gubernatoribus, atque remigibus & militibus exercendis quotidianam curam & iugem exhibebãt industriam. auctor est Vegetius. Mœcenas ergo, vel Tribunus cohortis erat vel singulæ Liburnæ præpositus, potius vero tribunus. [Liburnis) Augusto dimicante Actiaco bello. cum Liburnorum auxilio præcipue victus fuisset Antonius, experimento tanti certaminis patuit Liburnorum naues ceteris aptiores. Ergo similitudine, & nomine vsurpato earundem instar classem Roma*Liburna.* ni principes texuerunt. Liburnia nanque Dalmatiæ pars est, cuius exemplo naues bellicæ fabricabantur, & appellabãtur Liburnæ. minime autem habebant remorum singulos ordines paullo maiores binos, idoneæ mensuræ ternos vel quaternos, interdum quinos sortiebantur remigum gradus. in Actiaco vero bello longe maiora concurrisse nauigia refertur, vt senorum etiam vel vltra ordinum fuerint. hæc ex Vegetio. [Liburnis) App. lib. ij. scribit Illyriorum gẽtem Liburnos esse. Plin. lib. iij. cap. xxiij. sic ait, *Scardõa* Liburniæ finis & initium Dalmatiæ Scardona in amne. Ea sexaginta duobus millibus passuum à mari. Strabo vero lib. vij. docet. Scardonam esse oppidum Liburnicum. Ptolem. item lib. ij. Liburnorum vrbem Scardonam ponit, pauloq. inferius dicit esse insulam, in qua duæ ciuitates, scribit autem Scardum esse montẽ. [Amice) Non Cæsaris exponas uti Porphyrio, nam stultissimũ quidem, sed ipsius Horatij. Satyra enim vj. ait ad Mœcenatem. Ita te quoque amicum. Præsertim cautum & paullo post: Quod te fortitus amicum. Propugnacula in maioribus Liburnis propugnacula turresq. constituebantur, vt tanquam de muro, ita de excelsioribus tabulatis facilius vulnerarent, vel perimerent inimicos, vt idem Vegetius docet. Quod autem ample naues, altaq. propugnacula in bello nauali apud Actium fuerint. Maro quoque lib. viij. ita ostendit.

*Alta petunt pelago credas innare reuulsas*
*Cycladas, aut montes concurrere montibus altas.*
*Tanta mole viri turritis puppibus instant.*

[Subire tuo) Protegere tuo periculo. [Quid nos? quibus te vita sit superstite) In cunctis omnibus antiquis codicibus id carmen habere legimus si non sit, vt quidam legunt. itaque talis erit ordo: Quid nos sup. agemus, quibus vita iucunda sup. sit vel erit, si te superstite, adde sit vita nobis, si contra. i. si te haud superstite vita sit nobis grauis erit & molesta nec ullo pacto sit legendũ est. sententia. n. non satis constaret, Porphyrio quoque si legit. dicit. n. poëtam posuisse bis particulam si, & semel abundare & verbum extrinsecus accipiendum sit, ut plena fiat elocutio. si igitur extrinsecus accipiendum est sit verbum, si bis legendum est, nec præterea semel abundat, vt dixit idem Porph. quod sane ordo noster ostendit. [Vitum ne) Sensus est. Debemus ne otium sequi non dulce nisi tecum simul an, patiemur bellicum laborem, laturi mente. i. quem mente solum ferre debemus, quoniam corpore non valemus? quem. s. laborem decet ferre viros nõ molles. [Iussi) Abs te quidem ò Mœcenas. [Otium) Quietem, & vacationem militiæ. [Mente laturi) Toleraturi mente tantum ipsum laborem. corpore. n. imbecilli nequimus. [Alpium iuga) Al*Alpes* pes montes sunt altissimi, qui Italiam ab Germania submouent teste Plin lib. iij. Horum montium difficultatem legito apud Liuium lib. j. de bello Pun. ij. non autem die in Alpium iugum peruentum fuit ab Hannibale xv. uero die Alpibus superatis Ita*Caucas.* liam attigit. [Caucasum) Caucasus Scythiæ mons est, dictus quasi Ccaucasus, hoc est niue candidus vt Plin. lib. vj. scr. Herod. quoque lib. vj. scribit. Caucasum omnium montium altissimum esse. [Inhospitalem) Inhabitalem propter niues. [Roges) Rogare possis. [Minore metu) Ea si quidem metuam duntaxat quæ videro, absens vero per diuersas suspiciones etiam plura timebo, q̃ quæ accidere possunt. [Assidens) Incumbens. [Non, vt adsit) Sensus est, vt magis timet relictis pullis auis, quia maior metus absentes habet, & quamuis adesset, non tamen plus auxilij, præsentibus ferret quam relictis, sic ẽt Horat. magis timet absenti Mœcenati, quamuis præsens plus auxilij non ferret. [Nõ vt adsit) Ordo est. Non vt adsit. i. quamuis adsit, latura, sit plus auxilij præsentibus sup. quàm relictis. Est autem legendum. Non vt adsit auxilij, per apocopen vel non vt sit auxilij, sic. n. in antiquo est codice. [In tuæ spem gratiæ) Non igitur in spem prædæ & lucri vt. s. plura sibi aratra comparet. [Non vt) Ordo est, Non vt aratra nitantur illigata pluribus iuuencis meis. i. vt plures mei iuuenci aratris alligati nitantur. & id per hypallagen. [Petus ue Calabris ante) In secundo pede Tribrachus est, qui potest ẽt in quarto pede locari, qm̃ temporibus par est Iambo, de quo Prisc. [Calabris Lucana mutet pascua:) Dicit ut ante calorem pecus mutet Lucana pascua Calabris. s. pascuis. Lucania. n. non multum calet æstate. Varro ait: Neque eadem loca æstiua & hiberna idonea omnibus ad pascendum, itaque greges ouium longe abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum, & à campestri æstate exiguntur in altos montes. Lucania aũt (vt Str. docet lib. vj.) inter Tyrrhenum, Siculumq. latus iacet, quibus Samnites ꝓpinqui. accolæ uero tractum oẽm post Calabros Apuliam uocant. [Ante sidus feruidum) . i. ante æstatis initium, quod est vij. idus Maias, teste Col. lib. xij. vel quia idibus Iunijs calor incipit, ut ibidem scribit. Sed potius de canicula, quæ vij. cal. Augustas apparet, fitq. caligo æstuosa. vt idem dicto libro edocet, qui etiã lib. viij. de modo pascendi, inquit. Sed obseruandum est sidus æstatis per emersum Caniculæ. [Superni Tusculi) Tusculum in Romæ *Tusculũ.* conspectu erat in summo montis situm, Ciuitas egregijs ornamentis insignis. eam vineta coronabant, tectaq. magnifica, ex ea præsertim regione, quę in Romanum descendebat aspectum, aderant & villæ varijs decoratæ apparatibus. Hæc ex Strab. lib. v. Erat aũt Tusculum in colle situm, qui oppositus est oppidulo qđ nunc Rocca Papæ appellatur, nam & nomen & vestigia quædam eo in loco adhuc retinet. [Circæa mœnia superni Tusculi: Id ait, quoniam Telegonus Circes & Vlyssis filius dicitur Tusculum ædificasse. [Tangat). i. tanta sit villa, ut superni Tusculi mœnia tangat. [Villa candens). i. splendida, & vario decorata apparatu. tales. n. villæ sub Tusculo erant vt diximus. [Benignitas) Beni *Benign.* gnus proprie dicitur is, qui bonis & dignis largitur. vt Fest. ait. [Ditauit) Epist. j. etiam Mœcenati, inquit: Tu me fecisti locupletẽ. [Haud parauero) Sensus est, ꝙ non parabit, quod aut auarus vti Chremes continuo labore accumulet, inde abscondat, aut vti consumptor & prodigus dissipet, per quod ostendit se paruo & iam parto contentum, illoq. parce fruiturum. [Chremes, terra premam) Terent. in Heautont. fec. Chremẽ multa suo labore bona inuenisse. Vtq. Clitipho eius filius prodigus illa non posset perdere neque egeret, sibi proximis cõmisit, & credidit, vbi et esset præsidium victus, & vestitos Horat. idem cõtrà auarum Sat. j. scribit, Quid iuuat immensum te argenti pondus & auri Furtim defossa timidum deponere terra. Maro etiam lib. ij. Georg. ait: Condit opes alius, defossoq. incubat auro. [Discinctus nepos.) Id est negligens dissolutus incomptus ineptus. [Nepos). i. *Nepos.* consumptor, prodigus, luxuriosus. Nepos enim (vt scribit Diomed.) significat, & certum cognationis gradum & consumptorem. Prisc. etiam ait lib. ij. Nepos filius filij, & nepos luxuriosus. Nepotes, inquit Festus, luxuriosæ vitæ homines appellati, ꝙ non magis ijs rei familiaris suæ cura est, quàm his quibus pater, auusq. viuunt, Porphyrio uero dicit ita: Nepotem veteres prodigum, ac luxuriosum dicebant, quia re vera solutiores, delicatiorisq. victus soleant esse sub auo nutriente. Nepa autem *Nepa.* Scorpius dicitur Cic. in Arato: Atque oculos vrget pedibus, pectusq. nepa. i. pro nepæ. i. Scorpij vti, & Prisc. lib. vij. docet Festus vero scribit, ꝙ nepa sidus cancer appellatur, vel (vt quidam volunt) Scorpius. Nonius preterea sic ait: Nepam quidam Cantum putant. nam vere Scorpius dicitur Plin. lib. xj. de Scorpionibus scribit, ꝙ quidam ab ipsis fętum deuorari arbitrantur, vnũ modo relinqui solertissimum, & qui se ipsius matris clunibus imponendo tutus & à cauda & morsu loco fiat. Hunc esse reliquorum vltorem, qui postremo genitores conficiat superne. pariuntur autem vndeni. hæc ille. Merito ergo nepa. i. Scorpione nepos deducitur. i. consumptor.

ACR. IBis liburnis) Metrum hoc Iambicum dr. primus .n. versus Iambicus trimeter est secundus dimeter Iambicus. Epodon hoc carmen dr primus.n.versus maior est, secundus minor. Et primus versus ἐπᾳδει .i. precanitur, vel quia græce Epos carmen dicitur, ideo Epodon hic liber nominatur, quia continuo tenore primi versus, sensus versu sequenti concluditur. Huius vero metri inuentor fertur Archilochus. Duo sunt genera huiusmodi styli. Epodoo & Prodon. Epodon dicitur, quasi post cantatio, vt quid dicat primus versus ordos sequentis explanet. Prodon per contrarium, quasi ante cantatio. Hoc ipsum Item Epodon quasi Prodon, hoc est post vocem, post cantilenam. Liber iste Epodon appellatur. & quæritur de nomine ipsius. Soluitur sic. aut quia in itinere posito Mœcenati hoc dicit, aut quoniam ita versus ordinati sunt singulæ quibusque clausulæ recinant. Clausulam dicunt Lytici præcisos, & non integros versus. Præcedit semper trimeter, Iambicus & sequitur dimeter. Trimeter autem dicitur, qui habet sex Iambos dimeter, qui habet quatuor. Iābicus trimeter Tragicus recipit pedes dextros videlicet Spondeum primum, tertium, & quintum. Sinistros Iambos, videlicet ij. quartum & vj. vt Diu. potentes fere vix satis opem. Comicus erit, qui frequentes. Tribrachos habet vt Agite quid dubitatis hilares date choros. Satyricus medius. vt Musæ Iouem laudate, & hilares date choros. [Ibis Liburnus) Mœcenaté prosequitur euntem ad bellum nauale, cum Augusto aduersum Antonium & Cleopatram. Ad Actiacum bellum iturus Cæsar Augustus Liburnis præposuit Mœcenatem. hac igitur illum poëta oratione solatur. Liburnæ nauiculæ textæ viminibus. [Amice peopugnacula) Vt in muro, ita & in nauibus fiunt propugnacula, post quæ dimicantes armati consistunr. [Quid nos) Eclypsis deest faciemus. Superstite) Pro præsenti posuit vt Plaut. Nemo adest superstes. [Vtrum ne iussi) A Mœcenate, aut a Cæsare. ipso.n. agente Horatius ab Augusto meruerat militiæ vocationem, quod in iucundum sibi sine ipso confirmat. [An huc) .s. tecum suscipiemus laborem. quem molles ferre non pnt? [Inhospitalem) Aut propter nimia frigora, aut inhabitabilem propter montis ipsius asperitatem. vt inhospita Syrtis. [Pectore) Animo. meronymicos. imbecillem.n. se corpore in sequēti dicturus erat. [Quid iuuem meo) Humanæ mentis ratio est. vt Dilectis plus timeatur absentibus per diuersas suscipiones, dicit ergo, ꝙ non comitatu suo imbecillis fortissimum virum posset iuuare, sed aut præsens cum eo timor esset, aut salutis eius minorem præsens sustineret sollicitudinē. Lucanus vt Timotem sollicitæ mentis ostenderet Euenrus belli sciat vltima coniux. [Vt assidēs implumibus pullis auis) Apta inertium curæ auium comparatio. Illæ enim nidos non relinquunt cura pietatis dum vindicare non possunt. [Serpentium alapsus) vt ipsa serpentum incursus timet magis pullis relictis. [Libenter) Hoc & omne militabitur. [Bellum) Noue & eloquenter dixit militabitur bellum, vt pugnam pugno, seruitutem seruio. [In tuæ spem gratiæ) Non spe prædæ, sed gratiæ Mæcenatem se dicit nolle deserere. [Ante sidus feruidum) Anre Caniculares dies. [Lucana mutet pascua) .i. non saltus Lucaniæ æstiuos accipiam, ad quos greges vitantes æstus Calabriæ transferantur. [Superni) Alti in superiore positi. [Candens) Aut pro altitudine niuosa, aut marmoribus compta. [Circæa tam mœnia) Telegonus Circes filius Tusculum condidit, aut Circæa mœnia Campaniæ. i. nolo continuare agros Tusculanos vsque ad Circæum. [Benignitas) Liberalitas. [Parauero) Acquisiuero. Et est pronunciatum futuri temporis vt docuero Virg. Donec me flumine viuo Ablueto. [Vt Chremes) Nomen in Terentio diuitis, & tenacis. [Discinctus) Dissolutus, & liberius agens. vt Malchinus Tunicis demissis ambulat. [Nepos) Luxuriosus, negligens.

POR. IBis Liburnis inter alta nauium amice propugnacula) Hic liber Epodos inscribitur .s. ꝙ ita versus in eo ordinati sunt vt singulis quibusque clausulæ suæ succinantur. Clausulas aūt Lyrici appellant, quasi præcisus versus integris subiectos, qualis est secundus. Amice propugnacula. & deinceps alterni, quibus tertia pars deest, quo minus sint præcedentibus similes ipsi sequentes. quos merito Hellines clausulas appellant, & ἀλλιώσεις. Basi enim tertia pars opus est vt integer fiat. [Ibis Liburnis inter alta nauium Amice propugnacula) Non videtur verecundiæ Horatij conuenire vt amicum se Mœcenatis dicat, cum Clientem debear dicere. Nunquid ergo sic ordinanda phrasis est, vt amice Cæsaris intelligamus, & ideo bis Cæsaris accipiendum erit vt sit tale, Amice Cæsaris Mœcenas ibis Liburnis paratus omne periculum Cæsaris tuo periculo subire. [Quid nos? quibus te vita sit superstite Iucunda, si contra grauis) bis posuit periculum, si semel abundat. melius enim sic loqueretur. Quibus se superstite vita Iocunda est, si contra, grauis est. ergo verbum extrinsecus accipiendum ex eo sit, ut plena fiat elocutio. [Si contra grauis) .i. superstiti cōtraria. [Vtrum iussi persequemur otiū) Iussi à te? aut nunquid a Cæsare? dicitur.n. Cæsar Augustus dedisse Horatio militiæ uacationem, cum alijs negasset. An hunc laborem mente laturi, decet. [Quem fere non molles uiros, Feremus?) Sensus autem est hic, ait: Nunquid animo laboraturi per absentiam tuam, suscipiemus, & corporis laborem tecum eūdo? corpus.n. labor vult non mollium virorum. Comes minore sum futurus in metu. [Qui maior ablenteis habet.) Sensus est, si comes sim, minorem metum patiar, qui semper absentibus maior est. Attende a singulari numero ad pluralem transitum fecisse nunc. [Vt assidens implumibus pullis auis Serpentium allapsus timet) Attende elocutionem. Illis timet per datiuum casum, nō pro illis timet. sic Terent. Syre tibi metuit. [Non vt adsit, auxilij Latura plus præsentibus) Sit uerbum hic deest & si particula, q̃a ordo & sensus hic est. Non vt plus auxilij præsentibus sit latura si adsit. [Pecus ue Calabris ante sidus feruidum Lucana mutet pascua:) Ambigua quidem elocutio est, sed cum ante sidus feruidum dicat, & Calabriam manifestissimum sit calidam esse, apparet eum, hoc dicere: Non vt pecus ante feruidissimum æstatis tēpus ex Calabria in Lucaniam transeat. [Circæa tangat mœnia) Tusculum intelligendum, quia Telegonus Circes & Vlyssis filius hoc oppidum condidit. Sensus est autem, vt neque in Tusculano possideam villam, quæ ibi ædificia habeat vsque ad ipsam vrbem. [Satis superq. me benignitas tua Ditauit.) Donatum sibi in Sabinis fundum à Mœcenate Horatius sæpe testatus. [Quod, aut auarus, vt Chremes, terra premam:) Q̃m Chremes nomen senis est in Comœdijs, ibi.n senes ferè auari finguntur, videtur nō immerito Chremetem. auarum dixisse sensus aūt: Non studebo nūmos acquirere, quos thesauris conditos terræ sustodiam ꝑ quod ait nolle nummos habere plures, q̃ opus sit, ac per quod sollicitam habeat vitam. [Discinctus aut perdam ut nepos.) Discinctos pro negligentibus solent dicere. nepotem autem veteres prodigum, ac luxuriosum dicebant, quia reuera solutiores, delicatorisq. victus soleant esse qui sub auo nutriuntur.

IBis Liburnis amice) Laudat Mœcenatem, quod Augustū in bellum nauale sequi decreuit, se aūt derelictum conqueritur dicēs, O Mœcenas amice, ibis, quia decreuisti ire Liburnis .s. nauibus, q̃ pro celeribus, & aptis quibuslibet nauibus accipiuntur inter alta ꝑpugnacula nauium paratus subire oē periculum Cæsaris. s. Augusti, tuo periculo. Quid nos sup. faciemus, quibus vita sit iucunda te superstite, si contra. i. si nō sis superstes, grauis? Aut legendum est si, ut Mancin. construit. Vtrum ne. i. an ne iussi .s. à te persequemur .i. continuabimus, otium non dulce. s. futurum, nisi simul tecum an nos laturi hunc laborem mente, qua decet uiros non molles ferre, feremus, & sequemur te, uel per iuga .i. summitatem, Alpium. i summoꝶ mōtium, Italiā ab Hispania, Gallia, & Germania diuidentiū ex parte, & caucasum monté Scythiæ inhospitalē. i. inhabitabilē ꝑꝑ frigora, uel sequemur te forti pectore usque ad vltimū sinum occidentis. s. maris? Roges. i. interroges forte, q̃d. i. in quo. ego imbellis, ac paꝶ firmus, iuuē tuū laborē meo sup. labore? rñdet: Ego sum futurus comes in minore metu, qui. s metus, habet. i. occupat, maior absentes, ut auis assidens. i. incubās pullis implumibus .i. nondū plumesceotibus timet magis relictis, q̃ sup. si adsit, nō sup. ideo quasi sit allatura ꝑsentibus plus auxilij, pro auxilij. sed supp. q̃a certior est q̃d pullis fiat. [Hoc bellum, & oē) Sup. aliud militabitur libenter in spem tuæ gratiæ. i. ut gratiam tue assequamut. Non sup. ea spe ut aratra alligata nitantur. i arationem laborent, pluribus iuuēcis meiue, pro uel, non sup. ut pecus meum. i. grex ouium. mutet pascua Lucana Calabris, anre sidus feruidum. i. ante æstum canicularem. Nec sup. ea spe, ut uilla sup. mea, candens i. nitens, & splendēs (ut in Epist. Hos solos aiunt sapere & bene uiuere, quorum Conspicitur nitidis fundata pecunia uillis) Tangit. i. æquiparet altitudine, mœnia Circæa. i. à Telegono Circes filio fabricata, Tusculi superni. i. multum editi. Benignitas. i. benigna largitas tua ditauit me satis superq̃.. [Haud). i. non parauero. i. noluero, si detur parare. i. comparare & acquirere, id quod ego aut premam. i. infodiam terra, ut Chremes. s. comicus auarus, aur quod ego perdam .i. prodigam, ut nepos .i. lubricus & perditus puer discinctus .i. dissolutus & in omni luxuria diffluens.

HAud parauero) Ostendit poëta se paruo etiam parto cōtentum, euitaturumq. ne illud sibi obijci prouerbiū audiat: Terra desossum habes, quod dicitur in eum qui nō impertit, neque profert suas dotes. Sumptum ab auaris thesauꝶ humo defodientibus, ut apud Plautum Euclio. DOCT. interpr.

## IN Q. HORATII EPODON LIbrum Henrici Glareani annotat.

### Ode prima.

MIRA est hic, ne dicam monstruosa, Acronis, ac Mancinelli de Epodis interpretatio, quam persequi nō visum est operæpretium. Epodi dicuntur (inquit Diom.) synecdochicos a partibus versuum quæ legitimis & integris versibus ἐπάδονται .i. accinuntur. Hæc inter reliquas multas placet interpretatio synecdochicos autem dixisse videtur, quod a parte denominatio est totius. Huiusmodi cantilenis etiam barbaræ nationes vtuntur, quanquam non prorsus ad eum modum. [Amice propugnacula) Nimis argutus est hoc in loco Porphyrionis ordo, si modo eius est ac non alicuius imposteris, sed à Mancinello recte redargutus. Idem iudico de bis posita coniunctione, si in quinto, sextoq. versibus nam sit, non legendum est, in quinto versu, quaheumuis hic repugnet Mancin. [Vtrum ne iussi persequemur otium Non dulce, ni tecum simul?) Huius quæstionis duæ sunt partes, otium ne persequar, an laborem tecum subeā? Otium tu iussisti, laborem autem ferè strenuos decet viros. Tandem post deliberationem intulit: Feremus & te vel per alpium iuga &c. Deliberauit itaque se iturum. Hæc ideo diximus, quod commentatores hunc locum indignissime tractant, præsertim Mancinellus cum suo corpore & mente, præter auctoris & sensum & mentem. Quem quidem doctum ac diligentem virum miror cum Epodon legem ita prorsus ignorauerit, vt Iamborum locum, atque adeo carminis Iambici ratione confuderit, quæ apud hūc poetam optime habet. Quippe qui locis paribus nullo alio vsus fit pede quam Iambo ac Tribrachy. Quare in hoc versu, Roges tuum labore quid iuuem meo, non legendum est laborem in accusandi casus, vt Badius legit. Nec in quinto post, Nō vt sit auxilij pro non vt adsit auxili, vt Mancin. ex antiquo codice male allegat: Carmen .n. non patitur, quantumuis vetustis indicet codex. Adsit .n. legendum est, & auxilij synæresis est. [Circæa tangat mœnia) Tusculum intelligendum, inquit Porphyrion, quasi poeta non nominet Tusculum, Quid si hyperbole est, ad nimis longam villam ostendendam, a Tusculo Circæum, vsque promōtorium etiam in Latio? Vt Ode xvj. lib. iij. Quam si Mygdonijs regnum Halyattici Campis continuem: Quod etiam innuit Acron, sed obscurare satis: Nolo, inquit, continuare agros Tusculanos vsque ad Circæum.

## VITÆ RVSTICÆ LAVDES.

*Ode II. Tricolos Tetrastrophos: Vt, ibis Liburnis inter alta nauium.*

υ-υ-υ-υ-υ-υ
--υ---υυ

BEATVS ille, qui procul negotijs,
Vt prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis,
Solutus omni fœnore:
Nec excitatur classico miles truci:
Nec horret iratum mare:
Forumq. vitat, & superba ciuium
Potentiorum limina.
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos:
Aut in reducta valle mugientium
Prospectat erranteis greges:
*Hi vero sib arborū visū* Inutileisq. falce ramos amputans,
Feliciores inserit: *
Aut pressa puris mella condit amphoris:
Aut tondet infirmas oueis:
Vel cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus aruis extulit:
Vt gaudet, insitiua decerpens pyra.
Certantem & vuam purpuræ:
Qua muneretur te Priape, & te pater
Siluane tutor finium.
Libet iacere modo sub antiqua ilice:
Modo in tenaci gramine.
Labuntur altis interim ripis aquæ:
Queruntur in siluis aues:
Fontesq. lymphis obstrepunt manantibus:
Somnos quod inuitet leueis.
At cum tonantis annus hibernus Iouis
Imbreis, niueisq. comparat:
Aut trudit acreis hinc & hinc multa cane
Apros in obstanteis plagas:
Aut emite leui rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos:
Pauidumq. leporem, & aduenam laqueo gruem
Iucunda captat præmia.
Quis non malarum, quas amor curas habet,
Hæc inter obliuiscitur?
Quod si pudica mulier in partem iuuet
Domum, atque dulceis liberos:
Sabina qualis, aut perusta solibus
Pernicis vxor Appuli: *
Sacrum & vetustis extruat lignis focum
Lassi sub aduentum viri:
Claudensq. textis cratibus lætum pecus,
Distenta siccet vbera:
Et horna dulci vina promens dolio,
Dapes inemptas apparet:
Non me Lucrina iuuerint conchylia,
Magis ue rhombus, aut scari;
Si quos eois intonata fluctibus
Hyems ad hoc uertat mare:
Non Afra auis descendat in ventrem meum,
Non attagen Ionicus
Iucundior; quàm lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum;
Aut herba lapathi prata amantis, & graui
Maluæ salubres corpori,
Vel agna festis cæsa Terminalibus,
Vel hœdus ereptus lupo,
Has inter epulas, vt iuuat pastas oueis
Videre properantes domum:
Videre fessos vomerem inuersum boues
Collo trahenteis languido:
Positosq. vernas, ditis examen domus,
Circum renidenteis lareis.
Hæc vbi locutus: fœnerator Alphius,
Iam iam futurus rusticus,
Omnem relegit idibus pecuniam:
Quærit calendis ponere.

*describit no āt arborū putatio significat. volunt Acrō, Hæc Bous[?]*

**Hæc, copulam adijciendā affirmo. Bas.*

BEATVS ille,) Hac Ode rusticæ vitæ laudes, & commoda poëta scribit, appellatq. ante omnia beatum illum, qui suis bonis paterna rura exercet, & colit, & remotus ab omni fœnore militia foro, & ciuium fastu. Scribitur aūt eodem metro, ANTO·

quo

*Agricultura laudes* quo & præcedens. Prætetea cum duæ vitæ traditæ sint homini
rustica & vrbana, antiquior est multo rustica. prius enim rura
coluerunt homines, quam vrbes haberent, neque solum anti-
quior cultura agri, sed etiam melior. Vnde qui eam colerent,
piam & utilem uitam agere credebant. omnium enim rerum ex
quibus aliquid exprimitur, nihil est agricultura melius, nihil vbe
rius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Dirigitur ea ad
duas metas, ad utilitatem & uoluptatem. Vtilitas quærit fru-
ctum, uoluptas delectationem. Hinc Humer. Laërtem lenien-
tem desiderium quod capiebat è filio colentem agrum, & eum
stercorantem facit. [Beatus ille) Virgilio quoque libro secun-
do Georg. ait: O fortunatos nimium sua si bona norint Agri-
colas, quibus ipsa procul discordibus armis Fundit humo faci-
lem uictum iustissima tellus, Si non ingentem foribus domus
alta superbis Maoe salutantum totis vomit ædibus undam &c.
postea sequitur. At secura quies, & fallere uita, Diues opum
uariarum at latis ocia fundis Speluncæ, uiuiq. lacus, ac frigida
tempe, Mugitusq. boum, mollesq. sub arbore somni &c. Et
*Scipio* Sen. Epist.j. lib.xiij. de Scipione maiori, inquit: Abluebat cor-
pus laboribus rusticis fessum. Exercebat enim opere se: ter-
ramq. ut mos fuit priscis, ipse subigebat. [Procul negotijs,) Id
*Hoium uictus.* est ab molestis urbanæ uitæ (ut priscia gens mortalium) ho-
mines à principio genitos dicunt in agris pastum quærentes sil-
uestri, & incondita uita uixisse: quibus herbæ & arborum fru-
ctus ultro uictum præberent, idemque nullo subsidio fulti du-
ram agebant uitam. Erant enim nudi, nullo neque ædium, ne-
que ignis adinuento usu, cibo in diem quęsito agrestes fructus in
usum futurum condere & seruare ad egestatem ignorabant. Ex
perimento deinde edoctos & speluncas aiunt quæsisse ad euitan
dam vim frigoris, & fructus seruare cœpisse. Demum notitia
utilium rerum percepta, ceteras quoque uitæ hominum com-
moditates breui tempore esse adinuentas, hæc & plura Diod. in
principio. [Solutus omni fœnore) Liber ab omni debito & usu
ra. non enim illi subijcitur aliquo pacto seu necessitatis, seu lu-
cri causa. [Fœnore) Fœnus (ut Pompeius scribit) appellatur na-
turalis terræ fructus, ob quam causam nummorum fœtus fœ-
nus est uocatus. Marcellus uero ait, quod fœous dictum est,
quasi fœtus, uel fœtura, eo quod pecuniam pariat. [Nec exci-
tatur) Vitæ incommoda, quibus rustici carent, prosequitur, non
enim rustici auaritiæ causam militiam subeunt, non nauigan-
di curam, non salutandi tædia. [Classico truci) Terribili tubæ
sonitu. Classicum præterea dicimus & tubam ipsam, & sonum.
Estq classicum tuba retorta. quod Seruius docet libro vij. Æn.
Prisc. vero lib. v. de xij. car. ait, quod classes equitum ordines
vocant, qui maxime vtuntur tubis. [Forumq. vitat) Forum iu-
dicatorum, & litium est sedes, vt Marcell. docet. Forum est ne-
gotiatoris locus. Forum est in quo iudicia fieri soleot, vt Festus
asserit. [Superba ciuium limina.) Per hæc salutationum officia
innuit. hinc ait poëta lib.ij. Georg. Si non ingentem foribus do
mus alta superbis Mane salutantum totis vomit ædibus vndam.
[Ergo aut) Rusticæ vitæ commoda, atque oblectationes incipit
explicare, primoq. de verno tempore. [Vitium propagine,)
Id est stirpe. propagationum vero genera, ac modus legito apud
*Emolph⁹* Colum. lib. iij. Culturas autem vitium & arborum Emolphus
Atheniensis inuenit. vt Plinius scribit libro vij. Acron ait: A-
dulta pro adultarum quod minime probandum est. Nam (vt do
cet Colum. lib. iij.) Propago tertio anno à matre separabitur.
Palladius etiam scribit. Propagines post biennium radicatas
transferendas. [Maritat populos) Hoc ait, quoniam (vt scri-
bit lib. iij. Colum. de arbustis) Vitem maxime populus alit,
deinde vlmus, deinde fraxinus. Plinius etiam lib. xvij. de vm-
bris arborum, scribit populo nullam esse vmbram, ludentibus fu
lijs. Scribit item, quod vlmorum leuis est vmbra. etiam nutriens,
quæcunque opacat. Scribit item arbores maritare, nisi validas
inimicum esse, enecante veloci vitium incremento. Propterea
igitur Horat. ait: Altas maritat populos. Et Colum. libro iij.
docet arbores sexto anno si iam firmæ videbuntur maritandas.
[Reducta valle,) Id est depressa, vel secreta, quasi retroducta.
*Vallis* Sunt enim valles loca, quæ montibus subsidunt. Conuallis (vt
*Cōuallis.* inquit Festus) est planicies ex omni parte comprehensa monti-
bus, collibus ue, vallis autem duobus lateribus inclusa plani-
ties. [Inutiles falce ramos amputans) Acron ait, putatorem
signat, quod quidem minime verum est, nam ille tantum signa-
tur, qui parat insitionem. Vnde etiam Maro lib. ij. Georg. ait,
Aut rursum enodes trunci resecantur, & alte Finditur in solidum
cuneis via, deinde feraces Plantæ immittuntur. Naso item ait,
Veneris insitio, fac ramum ramus adoptet. De insitione autem
videto Plin. lib.xvij. [Pressa mella) Pressa ait, quoniam pressis fa
uis mella defluunt. Vnde Maro lib. iiij. Georg ait: Mella pre-
mes. Sunt autem mellis conficiendi tempora duo. Ver, atque
Autumnus, sed vernum suauius candidiusq., ac omnino præ-
stantius autumnali est. auctor Arist. lib. ix. de Animalibus. [Am
phoris) Amphora vasis genus est. a Græcis ἀμφορεὺς dicitur.
[Tondet infirmas oueis,) Id est imbellices & molles. Vnde *Oues.*
Maro lib. iij. Georg. ait, Glacies ne frigida lædat Molle pe-
cus, scabiemq. ferat, turpesq. podagras. Colum. etiam libro vij.
appellat pecus mollissimum. Præterea Palladius lib. vj. de Ma-
jo. scribens, docet locis temperatis eo mense ouium celebran-
da esse tonsuram. docet item quo vnguine perungendæ sint, vt
toto anno curentur. [Vel cum decorum) Autumni commoda *Autūnus*
narrat. [Decorum caput) Poëtico more Autumnum describit,
quasi corporalem Deum pomis coronatum. Festus inquit, Au-
tumnum dictum, quod tunc maxime augeantur hominum opes
coactis agrorum fructibus. [Vt gaudet).s. ipse rusticus, vt au-
tem ponc pro, quam exponitur. sicut item inferius ibi. Has in-
ter epulas. vt iuuat pastas oues videre properantes &c. Estq.
tunc admirandi aduerbium. Posset item exponi vt quemadmo-
dum. [Certantem & vuam purpuræ) Nigram vuam intelligit
mixto rubore quodam. Purpura .n. piscis est in concha degens,
quæ florem illum tinguendis expetitum vestibus in medijs ha-
bet faucibus, liquoris hic minimi est in candida vena, vnde pre-
tiosus ille bibitur nigrantis rosæ colore sublucens, reliquum
corpus sterile. Auctor est Plin. lib. ix. [Muneretur) Plin lib. xviij.
scribit, quod olim non gustabant nouas fruges, aut vina, antequam
sacerdotes primitias libassent. Aruorum autem Sacerdotes Ro
mulus in primis instituit. [Muneretur) Munero, & muneror acti
ua in significatione recte dicitur, inquit Porphyrio. Priscianusq.
lib. viij. docet, antiquos multa huiusmodi protulisse. vt partio &
partior, reuerto, & reuertor &c. [Priape) Is Deus non solum in *Priapus.*
vrbium templis, sed in agrestibus quoque locis, tanquam vinea-
rum, atque hortorum custos celebratur fructuum fures castigās,
ei sacra cum risu, & ludo fiebant. fabulantur antiqui Dionysi ac
Veneris filium fuisse afferuntq. nonnulli priscos illos, cum uel-
lent hominum pudenda occultius nominare. Priapum dixisse,
auctor Diod. lib. v. Et nos latius lib. iiij. Georg. [Siluane tutor
finium) Hoc ait, quoniam Siluanus aruorum etiam deus est. hinc
Virg. lib. viij ait,

*Siluano fama est veteres sacrasse Pelasgos*
*Aruorum pecorisq; deo, lucumq; diemque:*
*Qui primi fines aliquando habuere latinos.*

[Liber iacere modo sub antiqua ilice) In antiquissimo cod. ma-
nente in summi Pontificis bibliotheca apud ædem S. Petri in Va
ticano hoc superiori coniungitur, in aliquibus etiam diuiditur.
Acron, Porphyrio, & Diomedes coniungunt, & ita agendū est,
nam superiori sententiæ hæret. Dixit enim Vel cum decorum
mitibus &c. [Liber) .s. rustico, placet autem magis, vt sint verba
ipsius Horatij, sicut superiora, ad Alphium fœneratorem, quam
ipsius Alphij, vt Acron, Porphyrioq. voluerunt. Vnde Hyemis
etiam commoda in rustica vita narrabit sicut superius, & Veris
& Autumni. Præterea, quo pacto potuisse vrbanus ciuis rusti-
cas voluptates narrare, & oliuas aut lapathum & huiusmodi præ
ponere delicatis cibarijs, quibus fuerat assuetus? Horatius ergo
illuc usque prosequi uidetur. Hæc ubi locutus, quo in loco sum
est supplendum. Tenaci autem gramine dixit, quoniam gramen
geniculatis, serpit internodijs, Crebroq. ab ijs & ex cacumine
nouas radices spargit, iumentis herba non alia gratior, siue viri-
dis, siue in fæno siccata, quod è graminum genere septem inter-
nodia habet, efficacissime capiti contra dolores ad alligatur.
Gramen denique capiti circundatum sanguinis è naribus fluxio-
nes sistit. Plin. scribit lib. xxiiij. [Obstrepunt) Circunsonant,
& obmurmurant. [Queruntur aues) Queruntur ait, quoniam
ueteres omnium animalium uoces, præterquam hominis quere
lam dicebant. ut Porphyrio asserit. vnde Virg. ait: Et cantu q̄-
rulæ rumpunt arbusta cicadæ. Item, Et ueterem in limo ranæ
cecinere querelam. Et de bobus, Atque omne querelis Imple-
ri nemus. [Manantibus) Exeuntibus, ac profluentibus. [Somnos
leues) Perpetuum Somni Epitheton. Maro lib. v. Cum leuis
æthereis delapsus somnus ab astris &c. Deinde inquit, Ipse
uolans tenues se sustulit ales in auras. [At cum tonantis) Nūc
Hyemis commoda ad rusticam uitam explicat. [Annus hiber- *Hibern⁹.*
nus,) Id est hyems ipsa, est .n. synecdoche totum pro parte. Hi-
bernus aūt ab imber descendit, dempta in litera, ut à patre pater-
nus, & à matre maternus. Imber autem pro pluuia, & omni hu-
more ponitur. [Imbres) .i. pluuias. Plin. lib. ij. scribit, quòd à ter-

ra

ra caligo humida, & propter vapores fumida exhalat, hinc nubes, quæ in ſublime egreſſæ in liquorē ſoluuntur. [Tonantis Iouis). i. aeris, qui ventus eſt, & nubes, imper poſtea, vt Vat. ſcribit. Nos etiam latius diximus Ode prima ibi. Manet ſub Ioue frigido venator. Tonantis autem Iouis dicit. i. aeris, quoniam ſi nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua eduntur, vt docet Plin. lib. ij. Si erumpat ardens, fulmina, Si longiore tractu nitantur, fulgetra, ijs finditur nubes, illis perrumpitur. [Plagas) De ijs late in

Amites: Ode prima. [Amite leui) Amites perticæ aucupales, vt ſcribit Feſtus Porphyrio etiam dicit eſſe ſurculas, quibus retia in venatione, vel in aucupio ſuſpenduntur. Qui aūt etamite legit non, recte quidem, cum etiam antiqui textus amite habeant. Et verſus non conſtaret, eſſet enim ibi Antibachius, quem verſus Iambicus non recepit, legendo autem Aut amite, pes erit Dactylus, qui ab Iambico recipi ſolet. [Leui) Expolito. [Rara) Propter maculas. [Dolos) Appoſitio eſt. [Laqueo). i. pedica. [Aduenā gruē) De longinquo venire grues. Plinius libro decimo oſtendit, ſicuti & Ciconiæ veniunt, ſed grues Hyemis, Ciconias vero Æſtatis aduenas dicit eſſe. [Præmia) Appoſitio eſt. [Quis non malarum) Concludit prædictis commodis, & voluptatibus quēque poſſe obliuiſci auaritiæ, & omnium cupiditatum. [Malarum ſuple) Rerum, ſeu cupiditatum. [Amor) Auaritia ipſa, quæ quidem vrbanis ineſſe ſolet, id autem ad illud retulit. ſolutus omni fœnore. Nec exercitatur claſſico miles truci &c. [Quid ſi pudica) Vel quod vtrunque enim eſt in antiquis coditibus. [Quid) Suple erit? quaſi dicat voluptas maxima, quod autem pro ſed expone, ſicque ſenrentia iungetur illucusque. Nō me Lutrina &c. [In partem iuuet Domum) Tunc mulier in partem iuuat domum, cum & ipſa quoque, vt vir, aliquid operatur, quod inferiora, declarant. [Sabina qualis) Iuuen. etiam Sat. vj. Sabinas & apulas mulieres laudat ait enim. Intactior omni Crinibus effuſis bellum dirimente Sabina. Et paullo poſt inquit. Malo Venuſinā, quam te Cornelia mater Gracchorum. [Pernicis Appuli.) Id eſt celeris & impigri. [Sacrum focum) Dijs enim Penatibus ſacer eſt, vt etiam Acron aſſerit. Porphyrio item ſcribit. Focum eſſe Deorum Penatium aram. Sūt autem Penates omnes dij, qui domi coluntur, de his Seruius lib. ij. Aen. [Vetuſtis) Per id ſicca oſtēdit. [Sub aduentum) i. ante vel circa. Virg. lib iij. Georg. ſub lucem exportant calathis, pro ante lucem, vt etiam Priſcianus edocer. [Lætum pecus) Pingue. [Diſtenta) Plena lactis. [Siccet) Mulgendo, ſcilicet. [Horna vina) Hornum exponit Nonius ipſius anni. Porphyrio autem huius anni. Sunt qui velint dici ab hoc & anno, dixerunt enim hornam frugem, quæ hoc anno prouenit. [Dolio) Dolia vaſa grandia dicuntur, quibus vinum reconditur. Auctor eſt Nonius. [Inemptas) Sic etiam eſt in antiquo textu. Virg. quoque de ruſtico ſene lib. iiij. Georg. dixit. Seraq. reuertēs Nocte domum dapibus menſas onerabat inemptis. [Nō me Lucrina iuuerint conchylia &c. Ordo eſt, Nō me magis iuuerint. i. delectauerint Lucrina conchylia, magiſue rhombus &c. [Ma-

Oſtrea: gis). ſ. quam dapes inemptæ. [Lucrina conchylia) Oſtrea intelligit, nam Sergius Orata primus optimum ſaporem oſtreis, Lucrinis adiudicauit A. Brunduſio poſtea aducta oſtrea compaſcebantur in Lucrino, auctor eſt Pli. lib. ix. Strab. etiam lib. v. ſcribit. Lucrinum ſinum captandis oſtreis vberrimum. Sunt autem oſtrea piſces ſilicea teſta incluſi. Ouid. lib. v. Faſt. Oſtreaque in

Conchylia: conchis tuta fuere ſuis. Conchylia vero ſunt ex genere purpurarum, vt oſtendit Plin. libro nono. [Rhombus) Piſcis eſt planus,

Rhōbus: cui dextrum latus teſupinum eſt, vt idem libro nono ſcribit. Et Martialis ait, Quamuis lata gerat patella rhombum. Rhombus latior eſt tamen patella. Plinius libro nono, capite quinquaſimoquarto docet. [Rhombum Rauennæ optimi ſaports eſſe.

Scari: [Scari) Sic eſt in antiquis codicibus. ſic etiam in Plinio, non aurem ſcauri, græce etiam σκάρος dicitur. Plinius libro nono capite decimoquinto ſcribit ſua tempeſtate ſcaro principatum datum fuiſſe, quia ſolus piſcium dicitur ruminare, herbiſque veſci non alijs piſcibus. Carpathio maxime mari frequens, inde aductos Tyberio Claudio principe Optatus Elipertius præfectus claſſi inter Hoſtienſem & Campaniæ oram ſparſos diſſeminauit &c. Gellius prærerea libro ſeptimo capite dertmoſexto aſſerit Varronem ſcripſiſſe ſcaros Cilices præſtantiores alijs. [Eois fluctibus). i. Orienralibus propter Carpathium pelagus dixi, ubi ſcarorum maxima copia vt oſtendimus. Carparhium vero pelagus rendit vſque ad Rhodum. Cretemque, ac Cyprum, vt ſcribit Str. lib. iij. [Eois) Per aſpirationem antecedentem hic ſcribi debet, nam venit ab eos, quod eſt dies & Aurora. Eos. i. mane plerique non aſpiranr inde venit Eous eoa eoum, ſemper producta prima. Heous vero cum h corripit ſemper. [Intonata.) Priſcianus libro nono ſcribit Horatium hoc loco intonata protuliſſe ſm analogiam pro intonita. [Intonata) Sonora effecta. [Hyems) Tempeſtas. [Afra auis) Gallinam Numidicam dicit, vt ſcribit Porphyrio. Plinius etiam libro decimo meminit de Numidicis auibus in parte Africæ Numidia. Varro autem lib. iij. ſcribit, Gallinas Afras fuiſſe grandes, & varias, quæ propter penutiam ſuo tempore magno venibant, idem Plinius libro decimo, capite xxix. ſcribit de Meleagridib. Africæ gallinarum genus gibberum varijs ſparſum plumis. Quæ nouiſſimæ ſunt peregrinarum auium in menſas receptas &c. [Attagen Ionicus) Hanc autem maxime Ionius celebrat, vocalis eſt alias, captus vero obmuteſcens, quondam exiſtimatus inter raras aues vt Plin. aſſerit libro decimo. [Ionicus) Ionia Cariæ iuncta eſt, in Ionia autem Milerus, atque Epheſus optimæ vrbes, atque clariſſimæ, vt ſcribit Srrabo libro xiiij. [Iucundior, quam) Innuit agrorum fructus cetera alia ſupetare. [Iucundior) Supple eſt. [Lapathi) Huius herbæ vis ructus facit, vtinam ciet caliginem oculorum diſcutit, nec à malua diſſimiles effectus habet, vt ſcribit Plinius libro xx. ſcribitur autem cum th. [Maluæ) Malua græce μαλάχη dicitur, ab emoliendo ventre, vt innuit Plinius libro xx. prætera μαλακίζω, mollio ſignificat, μάλιϛ vero mollis dicitur. Oſtendit autem Poëta agrum vltra pomorum commoda, afferre, quoque ſalutiferas herbas. [Terminali- Terminus

bus) Termino ſacra fiebant, quòd in eius tutela fines agrorum eſſe putabant, denique Numa Pompilius ſtatuit eum, qui terminum exaraſſet, & ipſum, & boues ſacros eſſe. Auctor eſt Feſtus, qui etiam ſcribit, quod Termonem Ennius Terminum dixit. Eſt autem Termon Græca dictio, quæ nobis Terminum ſignificat. Ouid. præterea libro j. Faſtorum x. Calendas Martij, id eſt die xx. Februarius Termino deo ſacra fieri ſolita, quem duo domini de parte diuerſa coronabant, bina ſerta, & bina dona ferentes. inde communis terminus ſpargebatur cæſo agno vel porca lactente. Vicina omnis ad dapes ſupplex conueniebat, cantans Termini laudes. Dionyſius item libro ij. ſcribit Pompilium iuſſiſſe vnumquenque circumſcribere fundos ſuos, ſacroſq. finibus lapides apponere, lapideſq. ipſos ſacraſſe Ioui Terminali, ſtatuiſſe deinde ei ſacra quotannis omnes die conſtituta facere ſuper locum ipſum coeuntes, hoc Romani Terminalia à Termonibus uocant, fineſq. ipſos vnius literæ mutatione à noſtra lingua, inquit Dionyſius proferentes. Terminos appellant, quos ſi quis occultauiſſet, aut tranſtuliſſet, ſacrum eum eſſe dei lege ſtatuit ita vt volenti eū occidere, tanquam ſacrilegum, & ſecuritas adeſſet, & purgatio pollutionis. Deos enim putabant Terminos, ſacrificabantq. eis non animatum aliquod, neque enim pium eſt cruentare lapides, ſed pultes & liba, atque alias quaſdam fructuum primitias, Hœdus

hæc ex Dionyſ. [Hœdus) Is (vt Varr. ſcribit) dictus eſt quaſi fœdus. ſic enim Sabini dicebant, illi etiam fircus. Romani vero hircus dixerunt. Loco enim, f, Sabinorum. Romani aſpirationem ponebant, vt aiunt. [Has inter epulas) Poſt ciborum frugalitatem enarratam, alias etiam explicat uoluptates. [Vt iuuat,) Id eſt quemadmodum, ſeu quam vt diximus. [Poſitoſq. vernas) Ordo eſt. Et videre vernas, appoſitio examen ditis domus poſitos circum renidentis Lares, poſitos autem, inquit, circa Lares, id eſt focos, quoniam (vt etiam oſtendit Col. lib. xij.) villicus ruſticus epulari circa Larem domini focum familiarem ſemper conſueſcere debebat, & idem Horat. Sat. vj. lib. ij. de vita etiam ruſt. ait, O noctes, cœnæq. deum, quibus ipſe meiq. Ante Larem proprium veſcor, vernaſq. procaces Paſco libatis dapi- Vernæ

bus. Ternas autem filios intelligit. [Vernas) Vernæ appellantur ex ancillis ciuium Romanorum Vere nati, quod tempus anni maxime naturalis fœturæ eſt, hic autem vernas pro natis poſuit. Nam & Maro lib. ij. Georg. de ruſtica vita ait. Interea pendent dulces circum oſcula nati. [Ditis examen domus). i. quod ſolet eſſe in domo diuitis, cui plures ancillæ, plures vernas edūt. [Renidentes Lares) . i. ſplendentes focos. Colebant enim do- Lares

mi Lares in ipſo foco, qui deorum penarium ara eſt, ut etiā Por- Focus

phyr. edocet. Vnde Naſo quoque Triſt. lib. j. de vxore, inquit. Illa ſed ante Lares ſparſis proſtrata capillis. Contigit extinctos ore tremente focos. Cato item in re ruſtica ait. Paterfamilias vbi ad villam venit, vbi Larem familiarem ſalutauit, fundum eodem die, ſi poteſt, circumeat &c. Deinde inferius de villici officio ait. Focum purum circumuerſum quotidie peius quam cubitum eat, habeat. Calendis, Nonis, feſtus dies cum erit, coronam in focum indat, per eos itaque dies Lari familiari pro copia ſupplices. Et Colum. libro duodecimo de Villico, inquit. Conſueſcatq. ruſticus circa Larem domini focum familiarem ſem-

per

per epulari. Ergo Lar est ipse focos. Et Tibul. inquit. Vos quoq.
felicis quondam nunc pauperis agri Custodes fertis munera ve
stra Lares. [Hæc vbi locutus).s.sum, inquit Horat. qđ magis pla
cet, vt dixt, quam vtt Acron, Porphyrioq. existimant, verba.s. fuis
se Alphij, q̃ si esset Alphius, ipse hucusque ab ipso principio dixis
Fœnerator set, non tantum ab illo versu Libet iacere, vt putant quidā. [Fœ
nerator) Maiores nostri in legibus posuere furem dupli condem
nati, fœneratorem quadrupli. Quanto peiorem ciuem existima-
rint fœneratorem, quam furem, hinc licet existimare. Et virum
bonum eum laudabant, ita laudabāt, bonū agricolam, bonumq.
colonum, amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur,
Cato scribit in re rust. merito igitur in fœneratorem Horat. in-
uehitur. [Redegit) Collegit, exegitq. à debitoribus suis prædia
comparaturus, cogooscens iam rusticæ vitæ oblectationem, iu-
Idus cunditatemq.. [Idibus) Idus vocantur dies, qui diuidunt men-
sem, iduare .n. Etrusca lingua diuidere est. Vnde vidua quasi val-
de idua, aut vidua .i. à viro diuisa. Auctor Macrob. lib. j. Saturn.
Calendæ [Calendis) Calendæ initia mensium dicuntur a calo .i. voco.
Nam minor Pontifex nouæ Lunæ primum obseruabat aspectū,
visam regi sacrificulo nunciabat, itaque sacrificio ab rege & mi-
nore Pontifice celebrato, idem Pontifex calata .i. vocata in Ca-
pitolium plebe iuxta curiam Calabram quot numero dies à Ca
lend. ad Nonas superessent, pronunciabat, hinc & ipsi curiæ, ad
quam vocabantur. Calabræ nomen datum est, ideo autem minor
pontifex numerum dierum, qui ad nonas superessent, calando
proferebat, q̃ post nouam Lunam oportebat Nonarum die po-
pulares, qui in agris essent, cōfluere in vrbem accepturos causas
feriarum ab rege sacrorum, scituros q. quid esset eo mense faciē-
Nonæ dum, vnde quidam hinc Nonas æstimant dictas, quasi nouæ ini-
tium obseruationis, uel q̃ ab eo die semper ad Idus nouem dies
putentur. Auct. Macr. lib. j. Saturn. [Ponere) Apud alios .s. fœ
noris causa, per quod ostendit poëta non facile quenquam disce
dere posse ab auaritia, & solita fœnoris cupiditate.

ACR. BEatus ille, qui procul negotijs,) Laus vitæ rusticæ. Virgil.
O fortunatos nimium sua si bona norint Agricolas. [Ne-
gotijs,) Litibus, siue difficultatibus vrbanis. [Vt prisca gēs
mortalium,) Antiquitatem significat, cuius aurea secula credita
sunt, quod præter ciuitatum munitiooes omnes in agris viuebāt.
[Exercet) Colit. vt, Exercetq. frequens tellurem, atque imperat
aruis. [Solutus omni fœnore:) Liber à debitis & à fœnore.
[Classico miles truci) Terribili tuba. vt Nec somnos abrumpit
cura salubres. [Horret) Timet. [Forumque vitat, & superba ciuiū
Potentiorum limina.) Salutationes potentiorum vitans, vt Si nō
ingentem foribus domus alta superbis. Mane salutantum totis
vomit ædibus vndam. [Adulta) Pro adultarum, quæ iam duci, &
propagari possint. [Altas maritat populos) Coniungit. Sic enim
maritat hic dixit, vt supra viduas viribus carentes. [In reducta)
Depresse, siue secreta, aut certe flexuosa, dum sequitur montes.
[Errantes) Libere pascentes, ut ille meas errare boues. [Inuti-
lesque falce ramos amputans) Putatorem significat arborum.
[Feliciores) Fertiles. vt Exit ad cœlum ramis felicibus arbos, aut
pressa puris mella condit amphoris, hoc est fauos premit, vt à ce-
ra separet mel sincerum. [Aut tondet) Quæ in æstu velleribus
premantur. [Mitibus pomis) Veluti de estuum nimietate. [Vt
gaudet insitiua decerpēs pyra) Proprij laboris, vt Insere Daphni
pyros, carpent tua poma nepotes. Certantem & vuam, vt Pur-
pureæ preciæque. [Qua muneretur te Priape,) Dignus donis
deorum. [Siluane tutor finium) Custos agri, siue fructuum. [Li
ber iacere modo sub antiqua ilice) Antiqua magna, vt Forte sub
arguta consederat ilice Daphnis, hoc est refugio apta pastorum.
[Tenaci gramine) Quod terram radicibus stringat & cespire.
[Interim) Pro interea. [Fontesque lymphis obstrepunt manan-
tibus) Strepitu suo Somnos suadent, vt Sæpe leui somnum suade
bit inire susurro. [Quod) Quæ res, vt Terentius. Qui habet sa-
lem, quod in te est .i. quæ res. [Annus hibernus Iouis) .i. hyber-
na pars anni, vt Iupiter humidus Austris. [Comparat) Colligit.
[Trudit) Excludit, expellit, vt Frustra trudentes pectore montē.
[Multa cane) Fœmini generis canem dixit, vt Visæque canes vlu
lare per vmbram. [In obstanteis plagas,) Fugæ aprorum oppo
sitas plagas, hoc est retia, vt retia rara plagæ lato venabula ferro.
[Amite) Pertica. [Leui) Limpido, gracili. [Turdis edacibus do-
los: Pauidumque leporem) Epitheta singulis dedit, turdos edaces
dicēdo, & pauidus lepores. [Aduenā) Quia transmarinæ sunt, vt
Strimoniæq. graues. [Quis nō malarum, quas amor curas ha-
bet,) Amor auaritia habens mala curas .i. cupiditates. [Pudi-
ca) Casta, ut castum seruare cubile coniugis, & possit paruos
educere natos. Sabina qualis exempla pudicitiæ à mulieri-
bus rusticis sumpta. [Pernicis) Celeris, velocis, impigri, vt, Pro-
genuit pedibus celerem & pernicibus alis. [Sacrū vetustis) Dijs
enim penatibus sacer est. [Extruat lignis focum) Vt post labo-
rem diligentia & studio reficiatur vxoris. [Claudensq; textis cra
tibus) Crates a pastoribus texi consueuerunt ad mutādas pecu-
dibus mansiones, vt appositæ greges muniant ab incursione fera
rum: vt, Cum fremit ad caulas. [Lætum) Aut fœcundum, aut
pingue. [Distenta) Plena, vt Luc. Distentas siccant pecudes.
[Horna) Dulci nouella. [Dapes inemptas apparet) Suo labore
præparatas, gratuitas: vt, Dapibus mensas onerabat inemptis
Vxor. [Lucrina) De Lucrino Baiarum lacu. [Iuuerint) Dele-
ctauerint, vt iuuat euasisse tot vrbes Argolicas. [Magis ue rhom
bus) Rhombus & scarus pisces sunt pretiosi & sapore, & rarita-
te. [Hyems) Tempestas, vt, Dum pelago desæuit Hyems. [Afra
auis) Struthio. Attagentes autem in Ionia abundare dicuntur.
Et attagen masculini generis declinauit. [Quam lecta de pin-
guissimis Oliua ramis) Nullas diuitias boni agri fructibus con-
ferendas. [At herba lapathi) Ostendere vult agrum præter vtili-
tatem fructum etiam herbas salutares afferre. [Vel agna festis cæ
sa Terminalibus,) Ad excludenda .n. iurgia Terminaliorum dies
fuerat constitutus, qui per epularum festiuitatem cæsis agnis ser
uari faceret fines constitutos. Siue in honorem mortuorum ip-
se colebatur dies, & post Parentalia, eo quod in sacris Termini
poneretur. [Vel hœdus ereptus lupo) Factus gratior ex perdito.
[Properantes) Festinantes ad stabula vt ipse lactæ domum refe-
rent distenta capellæ Vbera. [Fessos) Ipso labore, vt, Aspice ara-
tra iugo referunt suspensa iuuenci. [Positosq. vernas,) Pueri do-
minati vernæ dicuntur, vt, Vnus vernula, tres domini. Examen ve
ro ad infantium similitudinem retulit. [Renitentes) Splenden-
tes. aut vult, aut garrulitate. [Lares) Focos, metonymicos. [Hæc
vbi locutus, fœnerator Alphius) Fœneratorem quendam indu-
cit Alphium, qui laudans vitam rusticam, commoda tamē fœno-
ris non omittit. [Omne relegit Idibus pecuniam) Tanquam
enim eum pro fœnoris lucro iam receptæ pecunię pœniteret ita
recollectam Idibus, Calendis properat commodare. [Ponere)
Deponere.

BEatus ille, qui procul negotijs,) Hæc Ode laudes rusticæ ui POR.
tæ continet. negotia autem hic molestias vrbanæ vitæ vult
intelligi. [Nec excitatur classico) Et reliqua elegāter ostē-
dit incōmoda vitæ quibus rustici carent. [Et superba ciuium Po-
tentiorū limina.) Salutationū officia dicit. [Altas mari populos:)
Proprie maritari arbores dñr, cum vites his adiungitur, sed spe-
ciem, pro specie posuit. non .n. populi maritari, sed vlmi solent.
hinc autem iam cōmoda rusticæ vitæ enumerare ac describere in
cipit. [Vel cum decorū mitibus ponis caput Autumnus aruis ex-
tulit:) Poëtica fantasia finxit autumnum, quasi corporalem deū
pomis coronatum. [Insitiua decerpens pyra.) Merito insitiua, nā
pyrorum arbores quæ sponte nate sunt, necesse est dura, atque a-
spera poma dent. [Qua muneretur te Priape,) Et munero, & mu
neror in actiua significatione recte dicitur. [Queruntur in siluis a-
ues:) Queruntur, inquit, q̃m veteres omnium animalium voces,
præterquam hominis q̃relam dicebant. Virg. denique, Et cantu
q̃rule rumpuntur arbusta cicadæ, inquit, & de ramis. Et veterem
in limo ranæ cecinere querelam, & de bobus. Atque omne quere
lis Impleri nemus. [Fontesq. lymphis obstrepunt manantibus:
Somnos quod inuitet leueis.) Suauis elocutio. Fontes obstrepūt
quod Somnos inuitet. [At cum tonantis annus hibernus Iouis)
Annus hibernus pro hibernum tp̄s anni. Nota autem synecdo-
chen esse annum pro parte anni dicere, sic & Virg: Nunc frōdent
siluæ, nunc formosissimus annus. [Aut amite leui rara tendit re-
tia,) Amites hodieq. appellantur furculæ, quibus retia in vena-
tione, uel in aucupio suspenduntur, & est figura epexegesis, quia
retia doli sunt. [Quod si pudica mulier in partem) Non ait q̃ si
& pudica vxor rusticis contingat, qualis Sabina. Nec .n. existimat
difficile esse rusticam vxorem pudicam, cum omnes pudicas esse
intelligi uelit, sed hoc ait, q̃ si vxorem habeat, quæ alioquin pu-
dica est, potest autem vtique accidere ut est consuetudo rustica,
vt vxor ei non sit, uel quia nondum ducta est, uel quia aliquo ca-
su adempta sit. [Sacrum vetustis extruat lignis focum) Proprie
hoc vitæ rusticæ est, focum amare, Sacrum autem dixit, quia ara
deorum Penatum est focus. [Et horna dulci vina promens do-
lio,) Horna, vina dñr huius anni, non ergo dulci dolio, vt dictum
est, sed translato epitheto dulcia uina intelligamus, hoc quoque
ad idioma rusticæ simplicitatis pertinet, hornum uinum bibere.
[Dapes inemptas apparet) Virgil. anū est, sic & ille cū de vita ru-
stica loqueretur ait. Dapibus mensas onerabat inēptis. [Nō me
Lucrina iuuerint cōchylia, Magis ue rhombus, aut scari; Si quos

eois

marc:)Intelligi vulc eos intonata fluctibus Hyems adhoc vertat mare:) Intelligi vulc scaros, pisces in Orientali mari esse, & difficile fieri vt ẽt in Itália Capiantur, nisi quos inde violentia tempestatis adduxetit. [Non Afra auis) Afram autem gallinam Numidicã dicit. [Non attagen Ionicus) Cum attagenas fœminino genere vulgo dicát, attendendum quod masculino genere hic dixerit. Attagẽ autem auis Asiatica inter nobilissimas habita, Ionicus vero ab Ionia dictus, quæ est regio Asiæ in qua est vrbs Ephesus. [Vel Agna festis cæsa Terminalibus Vel hœdus ereptus lupo,) Iucunde expressit rusticorum frugalitatem. [Videre fessos vomerem inuersum boues Collo trahentes languido) Hoc Virgilianum illud est. Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci. Languido autem collo, lasso & vtique voluptas domino hoc cogitanti quantum vtilitatis ex aratione agrorum contulerit. [Positosq. vernas, ditis examen domus) Hoc est qui vernæ ditem domum faciunt, hinc ditem frequentem, ac familiosam accipe, ne vltra ditem domum nunc intelligas, cum de rustico patre familias loquitur. Hæc vbi locutus fœnerator Alphius, Iam iam futurus rusticus,) Et telliqua, vrbanissime postremo finxit hac non de sua persona dicta esse, sed de cuiusdam fœneratoris, per quod vult intelligi, neminẽ nescire quid iucunditatis habeat rustica vita, nec tamen quisquã ab ea in qua cõsueuetat, potest discedere. Omnem religit Idibus pecuniam [Quærit calẽdis ponere) Exigit, inquit, à debitoribus pecuniam, comparaturus prædia, cogitans iucunditatem vitæ illius, quam in tusticis laudat, sed rursum stimulatus cupiditate pecuniarum, quærit eam fœnori dare.

ASCEN. Beatus ille) Rusticam vitam iustis laudibus celebrat dicens ille beatus sup. est, qui procul negotijs .i. mercatibus, & sollicitudinibus vrbanis exercet, vt prisca .i. primi seculi gens .i. genus mortalium, rura paterna .i. patrimonio sibi acquisita, bobus suis .i. proprijs, existens solutus omni fœnore .i. debito exoluendi fœnoris cum nihil ad vsuram acceperit, liber: Nec ipse miles quia non militat, excitatur, truci .i. feroci, & ad ferociam inuitanti, classico .i. tubæ sonitu bellicum canente, nec horret .i. cum horrore non formidat, mare iratum .i. cõmotum ventis, quia nõ nauigat, & vitat forum .s. iudiciale .i. lites & superbia limina ciuium potentiorum .i. nulli clientelam, quia nullius eget parrocinio præstat Ergo qui alienis curis vacat, aut maritat .i. cõiungit, quasi indissolubili matrimonio altas populos propagine .i. stirpe, & palmitibus vitium .s. quas vites habent adulta .i. ad iustam ætatem perducta. Aut prospectat .i. procul aspectat greges mugientium .i. boum, errantes .i. late & libere pascentes, in valle reducta .i. incurua collis ambitum sequente, & ipsa amputans falce .i. cultro incuruo, ramos inutiles, infructuosos, inserit feliciores .i. fœcundos per oculationem aut insitionem, aut condit amphoris .i. vasis late circunlatis, dum fiunt, puris .i. mundis mella, pressa .s. è fauis, aut tõdet oues infirmas, vellerum onere, aut scabie depressas. [Vel cum Autumnus) .i. pars illa anni inter æstatem & hyemem, extulit aruis caput suum decorum .i. decoratum & onustũ, pomis mitibus .i. maturis, vt .i. quam, aut ò quantum, seu qualiter, gaudet .s. agricola, decerpens pyra insitiua .i. ex insitis suis, quia dulce est productos sua opera decerpere fructus, & decerpens vuam certantem purpuræ .i. cum purpura in speciositate coloris, qua .s. vua, muneretur .i. donet, quasi primitijs frugum, te ò Priape deus horrorum, & te ò Siluane tutor .i. qui es tutor finiũ .s. Agrorum eius. Libet .s. agricolæ, iacere modo .i. aliquando, sub ilice antiqua, modo id gramine tenaci .i. cohærente, aut attrahente aquæ labuntur interim altis ripis, & ita dulci murmure somnũ prouocant, aues queruntur .i. concinunt in siluis, & fontes obstrepunt lymphis .i. aquis, manãtibus .i. scatentibus, quod .i. quæ res, inuiter .i. inuitare possit lenes somnos. At cum annus hibernus .i. hyemalis & pluuiosus, comparat .i. accumulat, imbres & niues Iouis tonantis .i. aëris, agricola sup. aut trudit acris apros in plagas obstantes, & hoc multa cane hinc & hinc .i. ab vtroque latere .s. vrgente, aut sectaote, aut tendit retia rara .i. fila rarius cõtexta, amite .i pertica, leui .i. cito volubili, vt aues, opprimat, appositorie dolos, turdis .i. auibus illis, edacibus .i. assidue edentibus (sunt .n. pingues; vnde Mart. Inter aues turdus, si quis me iudice certet. Inter quadrupedes gloria prima lepus.) Et capta laqueo leporem pauidum, & gruem aduenam, quia ex Thracia aduolantem, appositorie præmia iucunda .s. doli & laboris. Quis nõ obliuiscitur .i. obliuiscatur, inter hæc .s. studia malarum sup. curarum, quas amor habet? q.d. nullus, & ita quilibet. Est autem figuratus sermo à Seruio, Valla, Sulpicio, & alijs notatus Quid si pudica, ordo est legendo quid. Quid sup. erit, aut dicas, & si &c. vel legendo quod quæ particula conditionalis est, sic, quod si mulier .i. vxor pudica, iuuet domum in partem .i. pro parte, hoc est partim subeat onera domus, atq. iuuet liberos dulces, ens talis, qualis Sabina .s. mulier a castitate multum olim iam laudata, aut vxor Appulis pernicis .i. strenui ad cursum & laborem, perusta Solibus extruat lignis uetustis .i. diu conseruatis, & ita siccis vnde a prouidentia laudanda venis focum sacrum .s. Penatibus, aut ante quem tãquam aras Penatum nihil impudicum, aut facere, aut loqui ausa sit, aut vbi patrum conficiat ignem, & ita lignis solita sit parcere tanquam sacris, sub .i. paullo ante, aduentum viri lassi .s. labore Bonfinis vult addendam esse vocabulo Appuli particulam, & vt sit. Et perusta Solibus &c. quam tamen non apposui, quia in vetustis exemplaribus non est, neque necessaria est, quãdo .n. multa dicimus, satis est vltimo addere copulam, vt hominis necessaria sunt victus, amictus & domicilium, tam recte dicitur, quam victus, & amictus & domilium: Sic hoc loco, iuuet domũ, extruat focum, & siccet vbera, pro & autem, ponitur q. cum dicitur Claudensq. textis &c. & claudens pecus lætum .i. sanum, & bene curatum, cratibus textis .i. septis ex cratibus .i. contextis perticis effectis, siccet .i. euacoet lacte vbera distenta .i. vsque ad distentionem lactis plena. [Et promens dolio dulci) Non corrupto, aut dulce adhuc vinum continenti, quia vina horna .i. eodem anno nata, apparet .s. ad victum mariti, dapes inemptas, vt ex agro, aut horto decerptas, si inquam hæc faciat, cõchylia .i. ostrea & similia. Lucrina .i. in lucrino sinu capta, ve, pro vel, rhombus, piscis planus apud Rauennam optimus, aut scari .s. pisces Carpathij maris ruminantes, si hyems .i. tempestas, intonata .i. sonora effecta, quasi tonitru. (Notandum autem tonatum dici sicut tonitum, & sonatum sicut sonitum. Nam primo Sermonum dicet. Magna sonaturum) vertat quos .i. aliquos tales pisces, fluctibus eois, aut eois .i. orientalibus, aut a Carpathio mari, ad hoc .i. nostrum, hoc est Italicum mare, hæc inquam omnia licet delicatissima, non iuuerint .i. oblectauerint magis me, q̃ dapes inemptæ, & ab vxore pudica, & sedula decoctæ. Et auis Afra .i. Africana, vt Numidica gallina, non descendat iucundior in ventrem meum, & attagen, auis prius quam capta est vocalis. Ionicus, io Ionia potissimum repertus, non descendat iucundior in ventrem meum, quam oliua lecta de pinguissimis ramis arborũ, aut herba lapathi .i. lapathum ipsum, amantis prata .i. sponte nascentis in pratis, & quam maluæ .s. herbæ salubres, id est salutem afferentes corpori graui .s. excrementis, quia mollificant ventrẽ, sicut & lapathum, vt dicetur secundi Serm. Sat. iiij. [Vel agna cæsa festis Terminalibus) .i. Termino deo sacris, vel hœdus ereptus, vulneratus tamen lupo. Vt .i. oh qualiter, & est cum admiratione iucunda dictum, iuuat videre inter has .s. inemptas epulas, oues pastas properantes domum, & uidere boues fessos trahentes collo languido .i. languenti, & ex labore in terram demisso, vomerem inuersum .i. contrario modo ab aratione, quia sursum versum, properantes domum, & uidere vernas .i. ex ancillis suis natos, appositorie examen, id est fœturam seruorum per modum apum eductorum, domus ditis, id est diuitis, & opulentæ, positos circum lares .i. ignes aut focos, renidentis .i. splendentes & omni nidore tersos. Vbi .i. postquam locutus supp. sum, inquit poëta, hæc .i. huiusmodi laudes agriculturæ. Alphius fœnerator .i. vsurarius, futurus .i. qui decernit fieri, Iam iam .i. propediem, rusticus .i. agricola, aut ruri viuens, redegit .i. coaceruauit (sic Mancinellus legit, sed Bõfinis, & antiqui textus ferè habent relegit, quasi recollegit, est enim præteriti temporis, vt metrum docet, sed aptio uidetur vox præsentis temporis, qualis esset, reposcit, receptat, aut similis nisi capiti addatur particula quam, vt sit quam omnem, hoc ordine. Quærit Calendis ponere omnem pecuniam quam redegit idibus, sed nihil muto) Idibus .i. ad idus alicuius mensis, quæ circa medium eius sunt, omnem pecuniam .i. sortem pecuniariam ad vsuram datam. sed supp. aut &, quam particulam Bonfinis addendam censet, ego non censeo, quia sine copula gratius mihi dicitur, quærit ponere .i. iterum ad vsuram dare (nam qui dat ad vsuram nummos, ponit eos ut accipiantur, qui autem se ære alieno dissoluit reponit eos) Calendis .s. proxime seq. & ita non tenetur desiderio ruris nisi dum eius commendationem audit.

Omnem relegit.) Hic copulam adijciendam autumat Bonfinis vt suis neruis constet verborum contextus, nec esse hæc verba Alphij, sed Horat. vt sit ordo & sensus. Fœnerator Alphius iam iam futurus rusticos relegit oẽm pecuniã idib⁹, & q̃rit ponere calẽdis, vbi .i. postq̃ locutus .s. ego sum hæc, q.d. Alphius vitæ rusticæ à me laudatæ captus, & allectus dulcedine statim futurus rusticus relegit oẽm pecuniã, q̃bus fœnerabatur idibus, & calẽdis, q̃ post idus immediate sequũtur, q̃rit ponere .i. statim, & nulla mora facta, vt ostẽdatur non posse quẽ quã auaritiæ, DOCT. interp.

& malis

& malis artibus assuetum, illis repudiatis bonas sectari q̄q̄ illas desiderio interdum affici vt, & illas probare. Ex Bonf. annutat.

GLAR. INutileisq. falce ramos amputans, Feliciores inserit) Acron putatorem intelligi vult, Mancin. insitorem. Ego vtrunque. [Non attagen Ionicus Iucundior.) Mancin. supplet verbū est. At ego puto construendum. Non iucundior descendat in ventrem meum. [Hæc vbi locutus) Hic recte admonet Mancin. distinguendum ac supplēdum verbum sum. Ceterum idem auctor ad hoc carmen. Libet iacere modo sub antiqua ilice, att Acronē, Porphyrionem & Diomedem hæc superioribus coniungere, qđ nescio quam verum sit, si hæc totius propemodū odes verba Alphij faciant, vt Porph. plane fatetur, sed iudicet lector. Hoc elegans est in nostro annotatore qui in hac Ode bis supp. & coniunctionem, semel post illud dimetrum, Pernicis vxor Appuli. Item post illud trimetrum. Omnem redegit idibus pecuniam. At in neutro opus esse Badius illi satis luculenter ostendit. Itaque nos de eo dicere supersedebimus. Eiusdem audacie est, quod sequente Ode, versu v. Quis pro Quid, legendum idem annotator putat, non existimans Horatianum candorem id habere, vt quid veneni legatur, egregius vero iudex.

## AD MOECENATEM,

*Alium detestans.*

*Facete & copiose ludit in re ridicula. nā detestatur alium, tragicemq; persequitur, vt virulentius quam aut cicuta, aut viperæ sanguis, aut Canidiæ venefice, aut Medeæ, quo tauros sopiuit in Colcho, aut Nessi Centauri venenum, quo extinctus est Hercules.*

*Ode III. Dicolos, Distrophos: Vt, Ibis Liburnis inter alta nauium.*

u-u---u-u-u-
u-u---uu

PARENTIS olim si quis impia manu
Senile guttur fregerit:
Edat cicutis allium nocentius.
O dura messorum ilia.
* Quid hoc veneni sæuit in p̄cordijs?
Num viperinus his cruor

*Quis. i. quibus. legēdum censet.

Incoctus herbis me fefellit? an malas
Canidia tractauit dapes?
Vt Argonautas præter omneis candidum
Medea mirata est ducem. ∴
Ignota tauris illigaturum iuga,
Perunxit hoc Iasonem:
Hoc delibutis vlta donis pellicem,
Serpente fugit alite.
Nec tantus vnquam siderum insedit vapor
Siticulosæ Apuliæ: ∴
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit æstuosius.
At si quid vnquam tale concupiueris
Iocose Mœcenas: precor
Manum puella suauio opponat tuo: ∴
Extrema & in sponda cubet.

ANTO. PARENTIS olim) Hac Ode Mecœnatem alloquitur allium detestans. Eo si quidem eso offensus Poëta fuerat, vnde dicit illud cicutis, viperinoq. sanguine esse nocentius. Metrum uero idem est cum superioribus. [Senile guttur) Sunt. n. senes morosi, & anxij, grauesq. omnibus. Hinc Iuuenalis Satyra x. inquit, Vsque adeo grauis vxori, natisq., sibiq., vt captatori moueat fastidia Cosso. [Cicutis) Cicuta venenum est publica olim Athenensium pœna inuisa. semini & folijs refrigeratoria vis quasi enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Venerem extinguit testibus circa pubertatē illita. Hæc & plura Plin. lib. xxv. [Allium). i. asperi saporis & quo plures nuclei fuere, hoc est asperius tædium huc quoque alitu vt cœpis serpentes abigit, & scorpiones odore, bestiarum omnium ictibus medetur. Antiqui & insanientibus dabant crudum, oculos hebetat, inflationes facit, stomachum lædit copiose sumptum, sitim gignit. Auctor Plin. lib. xx. Galeni autem auctoritate, Allium est Theriaca rusticorum. [Dura messorum ilia.) Virgilius etiam in Buc. ait, Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia serpyllumq. herbas contundit olentes. [Hoc) Allium. s. [Præcordijs) Exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membranis, quæ præcordia appellant quia cordi prætenduntur. Plinius libro vndecimo. [Canidia) Sub hoc canidiæ nomine, inquit, Porphyrio Gratidiam Neapolitanam vnguentariam intelligi vult, quam veneficam Horat. semper insectatur. Vnde etiam tertia Ode sequenti in eam scribit. [Vt Argonautas) Ordo est, Medea vt, id est postquam, mirata est Iasonem ducem candidum præter oēs Argonautas. illigaturum tauris ignota iuga perunxit hoc, scilicet allio, id autem Poetæ fictio est, vt allij vim ostendat. [Argonautas) Iason Æsonis filius iuxta Pelion montem nauim ædificauit ingentem, postea optimos eorum qui secum irent, elegit numero liiij. quorum clarissimi erant Castor, & Pollux, Hercules, Telamon, Orpheus, & ipse Iason. Nauis Argo dicta est ab Argo eius Architecto, vel ab eius velocitate, quàm ἀργον appellabant. Demum in Colchos appulerunt, vt aureum vellus arriperent. communicato autem consilio cum Medea regis Ætæ filia. illa se adiutricem ad perficiendum certamen pollicita est. Iason iureiurando data fide vxorem sibi eam futuram perpetuo spospondit. inde Medea Argonautas ad templum duxit Martis qui peremptis custodibus erepta aurea pelle ad nauem reuersi sunt. Medea draconem pellis custodię incubantem, semperq. vigilem veneno, perimens cum Iasone mare conscendit. Cum ipso demum Medea annis decem Corinthi conuixit, ex quo filios etiā peperit. Postea vero Iason Glaucæ Creontis Corinthi regis filiæ amore captus, virginem nuptui a patre petijt. qua sumpta Medeam Iason vrbe expulit. Sed noctu regiam ingressa. medicamentis quibusdam immutata faciem, domum incendit radice quadam ab Circe inuenta, ea virtute, vt incensus ignis nequiret extingui. Iason tamen euasit, Glauca, Creontes igne absumpti sunt: Quidam scriptores volunt Medeæ filios dona quædam sponsæ attulisse venenis illita, quæ cum illa corpori applicuisset, incidisse in morbum, & patrem auxilium filiæ ferentem, cum corpori illius hæsisset, ilico expirasse: Irata autem Medea, quòd Iason euaserat, in eius calamitatem omnes iugulauit natos excepto vno, qui fugit is Thessalus dicebatur. Deinde fidissimis socijs fugę assumptis Medea noctu ex Corintho fugiens, Thebas ad Herculem iuit. Iason vero sibi ipsi mortem consciuit. Relicto Hercule, Athenas ad Aegæum regem se contulit, inde Phœniciam petijt. postea ad superiores Asię partes transiens clarissimo hęsit regi. Ex quo Medum filium peperit, à quo Medi populi dicti sunt: Tragici postmodum miranda quędam de Medea, variaq. ediderunt. Hęc omnia ex libro quinto Diodorus. Diximus & plura in Iuuen. Satyra prima, & in Bucol. Ægloga quarta: videto item Nasonis Epistolam, vbi Creusam appellat, non Glaucam. videto item libro vij. Metamorph. [Mirata est ducem) Ipsa Medea apud Ouid. inquit: Cur mihi plus æquo flaui placuere capilli. Et decor, & linguæ gratia ficta tuæ, Et formosus eras, & me mea Fata trahebant, Abstulerant oculi lumina nostra tui. [Ignota iuga) Medea Iasoni, inquit: Dixerat interea tibi rex, vt dura ferorum Insolito premeres vomere colla boum Martis erant tauri, plus quam per cornua sæui, Quorum terribilis spiritus ignis erat. Aere pedes solidi, prætentaq. naribus æra, Nigra per afflatus hæc quoque facta suos. [Hoc delibutis) Ordo est, Vlta pellicem donis delibutis hoc. s. allio &c. [Delibutis,) Hoc est vnctis, à delibuit, id est vnxit. [Serpente fugit alite) Vbi Medeæ venenis noua nupta arsit cum regia Creontis illius patris, filios Medea iugulauit ense in Iasonis patris vltionem, inde draconibus ablata est, Athenasque adijt, vbi ab Aegeo rege etiam thalamo recepta fuit. Hæc ex libro septimo Metam. [Vapor) Aestus hoc loco. alibi fumus, vel nebula, vel odor. [Siderū vapor) Caniculæ ex ortu accendi Solis vaporis quis ignorat? inquit Plin. lib. secundo. Cuius sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur. feruent maria ex oriente eo fluctuant in cellis vina. Canes quidem toto eo spatio maxime in rabiem aguntur. Canicula autem dicitur Procyon, id est Anticanis, quia ante Canē maiorem exoritur. Vtq. Colum. docetur vij. Calen. August. Canicula apparet, quo tempore caligo fit æstuosa. [Siticulosæ)

Allium

Præcordia

Argonauto Iason

Thessalus.

Quæ semper sitit. [Apuliæ) Accolæ tractum omnem post Calabros Appuliam vocant, vt scribit Strab. lib. vj. In ea (vt scribit Prolem.) vrbes sunt Theanum, Nuceria, Arpi, Canusium, mons Garganus. [Munus Herculis) Hercules Eutynomum, puerum ministrantem sibi in cœna a vino calefactus pugno occidit inuitus. Qua ex re dolore perculsus Calynodia cum vxore Deianira, Hiloq. puero ex ea orto recessit. Cum itinere ad Euenum peruenisset flumen, Nessum Centaurum reperit pretio viatores flumen transuehentem. Hunc traductam Deianiram violare conantem, muliere viri opem implorante, Hercules sagitta transfixit, cum prius tamen Deianiram cognouisset. Moriturus ex vulnere, pollicitus est ei se amoris medicamentum traditurum quo nullam præter se mulierem Hercules aliam appeteret, iussit itaque semine, quod ex eo excideret, cum oleo & sanguine ex sagitta defluente immixto, Herculis tunicam vnguere. quo dato cōsilio cum expirasset, illa clam Hercule, quod mandatum erat, assumpsit longo post tempore Hercules captam Iolem secum ducens Eurytis filiam ex Euboëa in montem profectus est nomine Cenecum ibiq. sacra facturus. Licham domesticum quendam ad vxorem Deianiram in Trachinam misit, vt ei vestem, qua in sacris vti consueuerat, afferret. Quæ cum à Licha amorem Ioles percepisset, cupiens se omnibus amore præferri tunicam iuxta Centauri consilium tinxit. hanc a Licha rei inscio delatam, Hercules indutus medicamenti vi paulatim inualescente totque ri maximo dolore cœpit. Virus enim sagittæ veneno vipereo infusæ corpus conficiebat. Itaque Licham vestis Latorem primum occidit. Deianira vero intellecta re laqueo vitam finiuit. Hercules autem constructa pyra in Oeta monte ex responso Apollinis, & desperata salute in pyram scendit, rogans, ut ignem subijceret. tunc Philoctetes in gratiam sagittarum quas ei Hercules reliquerat, pyram succendit, subitoq. fulminibus circum cadentibus, pyra exusta est. Accadente Iolao vt ossa colligeret, cum nullum penitus repertum esset, credentes Herculem secundum oraculi responsa ad Deos translatum, illi ut heroi sacra quædam fecerunt. Hæc meminit Diodorus libro v. quod etiam libro ix. Metamorph. Ouid. amplissime scribit. [Efficacis Herculis) Id quidem Herculis perpetuum est epitheton. Efficax enim dicitur qui facile potest efficere, & implere quicquid voluerit. [Iocose) Iocosis gaudens. [Sponda) Exteriore parte lecti.

ACR. PArentis olim si quis impia manu) Si quis ergo, inquit patricidium fecerit, comedat allium pro pœna, quia est veneno nocentius. [Senile) Ad augmentum sceleris dixit senile, quia etiam si occisus non esset, mori tamen potuerit, vt Lucan. Iam senis extremum piguit vergentibus annis. [Edat) Si enim veteres declinabant. vt, Te nec tantus edet dolor tacitam. [O dura messorum ilia) Fortia. vt, Durus amor. [Num viperinus) Viperinum sanguinem venenum dicit. [incoctus) Permixtus. [Canidia tractauit dapes) Candium, pro Gratidia posuit, non enim proprium nomen notari decebat in carmine. vt, Nulli grauis est percussus Achilles. fuit autem Gratidia vnguentaria Neapolitana, quasi malefica. [Mirata est) Adamauit. quem super omnes maleficiorum herbas allio perunctum tauros ignem spirantes naribus vnxisse significat. [Hoc delibutis vlta donis pellicem) Glaucen dixit Creontis filiam, quam dum reuersus a Colchis Iason voluisset accipere vxorem, propter amorem Iasonis Medea repudiata victa dolore oblatione coronæ malefica arte compositæ incendit & occisis filijs Medo & Mermero dolorem suum vlta pennatis dracoribus fugit vectu, & Medeam constituit ciuitatem. [Nec tantus vnquam siderum insedit vapor Siticulosæ Apuliæ) Non tanto ardore Solis siccati Appuliam dicit, quanto ardore allium comedentium viscera perurit. [Nec munus humeris efficacis Herculis inarsit æstuosus) Nessus Centaurus vulneratus ab Hercule, eo q Deianiram vxorem eius rapere voluisset, dum ea susceptam ab Hercule Euenum fluuium traijceret, vt se de eo vlcisceretur, lanam tinctam sanguine suo Deianitæ dedit: dicens eam ab Hercule satis amandam, si ex accepta lana confectum vestimentum Herculi dedisset, hoc illa muliebri facilitate seruauit. Quando autem se amari minus cognouit ab Hercule, pallium factum ei vt indueretur, dedit. quo tacto Hercules tanto ardore correptus est ut ipse laniaretur, Nec ardorem vinceret, nisi quòd pyram sibi in monte Thessaliæ fecit, se inijciens. purgatus corpore, inter deos affirmatur receptus. Deianiram autem Hercules acceperat victo Cheloo fluuio Calynodiæ, quæ Deianira fuit Oenei filia, Tydei soror. Hanc autem fabulam ideo commemorauit, vt ardorem Hercules incendio allii compatet. [Tale) Id est aliquid simile. [Iocose, læte, iucunde. [Manum puella suauio opponat tuo) Id est refutet puella suauium tuum pro allij fœtore, & spondi lecti fugiat olentem virum. Quidam volunt Terentiam concubinam Mœcenatis eum significare voluisse.

PArentis olim si quis impia manu Senile guttur fregerit) POR.
Execratur allium significans se grauiter vexari. [Edat) Edat autem dicendum potius, quam edit quoniam sic declinatur edo es est. deinde modo optatiuo tempore futuro vtinam edam edas edat. Pluraliter autem edamus edatis edant. Et allium dicendum vt folium, dolium, non ut vulgo aleum. [O dura messorum ilia) Qui fœtidum allium prandet. de quibus & Virgilius in Bucol. Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia, serpyllumq. herbas contondit olentes. [Edat cicutis) Cicuta herba est venenatissima. [An malas Canidia tractauit dapes,) Sub hoc Canidiæ nomine Gratidiam Neapolitanam vnguentariam intelligi vult quam ueneficam Horatius semper insectatur. sed quia non licet probrosum carmen in quenquam scribere, iccirco ferè poetæ similia effingunt. Sic & Virgilius in Bucol. pro Cytheride Lycoridem appellat. [Candidum Medea mirata est ducem) Iasonem signat. Candoris autem nomine. & Virgilius in significatione pulchritudinis semper utitur. ut, Candidus insuetum miratur limen Olympi. & Candida Dido. & Candida Maia. Notam autem historiam hunc in locum conuertis, quasi Medea allio perunxerit Iasonem, vt cum muniret aduersus uim taurorum flammam spirantium qui iussu regis subigendi erant, si uellet pellem auream accipere. [Hoc delibutis ulta donis pellicem, Serpente fugit alite) Vt cum ait, Ruens volens aderat. [Nec munus humeris efficacis Herculis) De ueste illa loquitur sanguine Nessi delibuta, quam a Deianira coniuge oblatam Hercules cum se induisset, incendio eius absumptus est. Efficacis autem perpetuum epitheton vult esse Herculis. [At si quid unquam talem concupiueris Iocose Mœcenas: precor) Opportune iocosum appellat, cui uelit iocos suos commendatos esse.

PArentis) Alij morsu læsus Poëta dire ipsum execratur, dicens, si quis fregerit olim, id est quouis tempore, manu impia, id est contra pietatem maxime faciente, guttur senile parentis, edat quasi pro iusta pœna allium nocentius cicutis, id est quam sint cicutæ herbæ succo frigidissimo ne antes, cuius succi haustu Socrates extinctus dicitur. O dura ilia, id est intestina messorum, quis, id est quibus, ut Bonfinis legit, hoc ueneni sæuit in præcordijs, & tamen ipsos non cruciat, immo refrigerat, ut in Bucol. Thestilis & rapidos fessis messoribus æstu Allia, serpyllumq. herbas contondit olentes. Si legatur quid, ut exemplaria habent dicamus sic, O dura ilia messorum, quæ allio non læduntur. deinde addatur quid, id est quæ res, aut quis seruit, ut sit à sero, hoc ueneni in præcordijs? uel quid, id est quantum hoc ueneni sæuit &c. Nam, id est nunquid, cruor uiperinus, id est uiperæ, serpentis uenenosissimæ incoctus, id est immixtus, aut innatus his herbis, hoc est allijs, fefellit me qui, scilicet herbas putabam esse? an Canidia hoc est Gratidia, uenefica, tractauit, id est infecit contractu, herbas malas, id est noxias mihi? Medea uenefica illa notissima apud Colchos, ut id est postquam, mirata est Iasonem ducem, scilicet Argonautarum, candidum, id est formosum, præter, id est supra omnes Argonautas, scilicet reliquos, perunxit ipsum illigaturum, id est qui erat ligaturus tauris, scilicet ferocissimis, iuga ignota, id est insolita, & non prius imposita, hoc, scilicet ueneno allij. Et supp ipsa ulta pellicem, scilicet Glaucan Creontis regis Corinthiorum filiam ab Iasone ductam donis, id est quibusdam munusculis à filijs ad Glaucam allatis, delibutis, id est inunctis, atque infectis, hoc, scilicet ueneno, quod in allio est (Non tamen putat id allio effectum, sed tantam uim allio esset, ut talia fieri possint) fugit serpentis alite, id est alato post incensam regiam, ut Manc. recitat. Nec tantus uapor, id est exhalatio, ignea siderum, id est ui siderum demissa, insedit unquam Appuliæ siticulosæ quia æstuosæ quantus supple ardor alij insedit mihi, nec munus Herculis efficacis, id est Herculem efficacis uirtutis uirum, missa tunica quam camisiam uocant uenenato semine & sanguine infecta, inarsit humeris, id est in humeris Herculis, æstuosius, id est ardentius quam sup. allium inarsit præcordijs meis. At ò Mœcenas iocose, id est qui iocis gaudes, ego precor, si concupiueris unquam quid, id est aliquid tale, id est allij esum puella opponat tuo suauio, id est osculo, aut ori manum, ne .s. os ipsius contingas, & cubet extrema sponda, id est parte lecticæ ultima, hoc est eam des pœnam, ut ab amica spernaris.

In

## IN MENAM LIBERTVM, Pompei Magni.

*Acerrima inuectiua in Menam Pompei libertum transfugam sceleratissimum & arrogantissimum nebulonem, qui Tribunus militum ab Augusto factus, quanquam non semel eo defecerat nullum non contemnebat præ se.*

### *Ode IIII. Dicolos, Distrophos: Vt, Ibis Liburnis inter alta nauim.*

u–u––.u–––uu ∴
––u–––uu.

LVPIS, & agnis quãta sortito obtigit;
Tecum mihi discordia est,
Ibericis peruste funibus latus,
Et crura dura compede.
Licet superbus ambules pecunia:
Fortuna non mutat genus.
Vides ne, sacram metiente viam
Cum bis ter vlnarum toga;
Vt ora vertat huc euntium
Liberrima indignatio?
Sectus flagellis hic triumuiralibus
Præconis ad fastidium,
Arat Falerni mille fundi iugera:
Et Appiam mannis terit:
Sedilibusq. magnus in primis eques
Othone contempto sedet.
Quid attinet tot ora nauium graui
Rostrata duci pondere
Contra latrones, atque seruilem manum,
Hoc hoc tribuno militum?

ANTO LVPIS, & agnis) Hac Ode Poëta in Menam libertum inuehitur. Is .n. pecunia superbus erat, & in ordine equestri receptus, Tribunusq. militum factus. Acron autem & Porphyrio scribunt, Menam Cn. Pompei Magni libertum fuisse. Deinde apud Sex. Pompeium Magni filium mansisse, quo quidem exercente piraticam ad Augustu præfectus classis relicto Sexto confugit sie℞ postea ad Sextum reuersus est, rursus illo relicto ad Augustum rediјt. à quo tribunus militum factus est. Suet. ēt scribit neminem vnquam libertino℞ adhibitum ab Augusto cœnæ, excepto Mena, sed asserto in ingenuitaté post proditam Sex. Pompei classem. Metrũ vero est primæ Ode Epodõ simile. [Sortiro) Ex sorte & naturali dispositione. Naso quoque in Ibin ait, Pax erit hæc nobis donec mihi uita manebit, Cũ pecore infirmo quæ solet esse lupis. [Ibericis funibus) Græci eãdem Iberiam & Hispaniam nominabant, sic etiam Romani, ut Str. lib. iij. Ptol. item lib. ij. sic ait, Hispaniæ quæ apud Græcos Iberia dicitur, tres sunt regiones, Betica, Lusitania, ac Tarraconensis. [Ibericis funibus) Ostendit eum fuisse Pompei remigem in Iberia. Pompeius .n. in Iberia sæpe contra Sertorium pugnauit, a senatu quidem missus cum Metello in Sertorium & Perpennam. demum obtruncato Sertorio a Perpenna amico, quem & heredem instituerat, Pompeius ipse plenam victoriam habuit nouissime contra Perpẽnam pugnauit, qui captus & occisus Iberici belli finis extitit. scribit ea App. lib. j. Libro item secundo asserit, quo tpe Pompeius Brundusium se contulit timore Cæsaris, eius exercitum in Iberia consedisse omnibus in prõptu paratũ, quocunque necessitas ire cogeret. Erant aũt illic Petreius & Afranius Pompei prætoris, cõtra quos Cæsar ipse pugnauit ac vicit, eosq. ad Pompeium liberos cedire concessit, relicta Hispania sibi possidenda. pp hæc igitur ostendere videtur Horat. Menam Pompei remigem in Iberia fuisse. [Ibericis funibus) Spartum herba est sponte nascens & quæ non queat seri. Carthaginensis Hispaniæ citerioris portio, nec hæc tota, montes quoque sparto operit. id in aquis, mariq. inuictum est. in sicco præferunt è can

*Iberia*

*Spartũ*

nabi funes. in vsu est nauium armamentis, iunco Græci & ad funes vsi sunt. inde translatus a pœnis sparti vsus. Plin. auctur lib. xix. meminit. item Gell. lib. xvj. cap ij. Dicens igitur Horat. Ibericis funibus, sparti funes intelligit, quibus nautæ vtuntur [Peruste latus,) Perustum habens sumum videlicet flagris, per qđ eũ vilissimum, ignauissimumq fuisse remigem ostendit. [Crura) Tibias intelligit, Crus .n. nunc coxa, nunc tibia dicitur. [Dura compede.) Ferreis annulis & pedicis, quales quidem remiges ipsi ferre soliti [Sacram viam) Via sacra illa quidem erat (vt legitur) q̃ à Capitolio tendit ad Titi arcum, sic dicta (vt Varro scribit) quia sacra quotqunt mensibus ferebantur in arcem .i. Capitolium, & per quam augures ex arce profecti solebant inaugurare. Scribũt aliј in hac via, qm̃ iuxta forum Romanum erat, fructus & poma vendi solita Vnde ait in arte Ouid. Rure sub vrbano poteris tibi dicere missa Illa, uel in sacra sint licet empta via. [Cum bis ter) Ordo est, Cum toga vlnarum bis ter. per quod amplam fuisse ostendit. Hinc etiam ait Ammianus, Sudant sub ponderibus lacernarum. Iuuen quoque Sat j. Crispinum eiusdem fortunæ cum Mena de Toga sic taxat; Cum pars Niliacæ plebis, cũ verna Canopi Crispinus Tyrias humero reuocante lacernas Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum. [Vlnarum) Seruius in Bucol. & lib. iij. Georg. sic ait: Vlna, s̃m alios, vtriusque manus extensio est, licet Suetonius vnum cubitum velit esse tantummodo quod magis verum est. hæc ille, hic vero conuenit magis significatio prima, vt intelligamus amplitudinem togæ, non longitudinem, vt aliqui sentiunt. [Liberrima indignatio) .i. iustissima & ingens. Libere .n. non timide agebatur in eum. [Sectus flagellis) .i. virgis cæsus Iuuen. Sat. vj. de mulierum sæuitia in seruos ait, hic frangit ferulas, rubet ille flagellis: Hic scutica &c. vbi nõ secat, sed rubet in omnibus legitur. Flagella autem dñr summæ arborum partes, ab eo q͂ uentorum crebros flatus sustineant. Virg. lib. ij. Georg Ne ue flagella Summa pete. [Triumuiralibus) Innuit Menam publice quoque in maius dedecus fastigatum. Triumuiri .n. supplicijs præerant. Hinc sit Salust. in Catilin. ait, Triumuirosq. ad supplicium postulabat. Sosia item in Plauti Amph sic inquit, Quid faciam nunc, si tres uiri me in carcerem compegerint, inde cras è promptuaria cella depromat ad flagrum? Plin. quoque lib xxj. cap. iij. sic ait, Atque ob id duci cũ in uincula Triumuiri iussissent. Viq Liuius lib. xj. scribit Triumuiri capitales tunc primum creati sunt, vbi Curius Dentatus consul Samnitibus cæsis, Sabinisq. uictis bis in eodem magistratu triumphauit. [Præconis ad fastidium) i. tandiu cæsus donec ẽt p̃coni fastidio esset. per quod intelligendum, dum noxiј cædebantur, pręcones tubas inflare solitos. Qui mos adhuc mea in patria Veliteris seruari solet. [Falerni fundi) Secunda vini nobilitas Falerno agro erat, qui ager à ponte Campano læua petentibus urbanam Coloniam Syllanam nuper, Capuæ cõtributam incipit, ut scribit Plin lib. xiiij. In agrum uero Falernum Appia uia ibatur, propterea Appiæ quoque meminit. [Iugera) Iugeri mensura in ducentos & quadraginta longitudinis pedes dimidioq. in latitudine patet. Auctor Quintil. lib j. Teste autem Plin. lib. xviij. iugerum vocabatur, quod uno iugo boum in die exarari potuisset. [Appiam) Præclarissimæ sunt viæ (ut Strab ait lib. v.) Appia, Latina, Valeria. Appia quidem ad mare usque Sinuessam p̃tenditur. Valeria uero in Sabiniam usque ad Marsos. Hæc à Tyburtinis capit initium. Inter Appiam & Valeriam media Latina est, quæ ad Casinum oppidum coniungitur Appiæ, à Capua decem & nouem distans stadijs. Plin. autem scribit, Appium Claudium Cæcum in censura uiam usque Brundusium lapidibus stratusse. Vnde illa Appia dicta est. [Manois) Manni equi dicti, q͂ mãsuetudinem manii sequantur, uulgo burrichi dicebantur, ut Porphyr. scribit. [Sedilibusq. primis) Pedianus in oratione pro Cornelio sic ait, Quanquam L. Roscius Otho biennio ante Consul firmauit in theatro, ut equitibus Romanis quatuordecim ordines spectandi gratia darentur. Et Seneca epistola xliiij. inquit. A me hercle multis quatuordecim gradus clausi sunt, non omnes curia admittit. Lucius etiam Florus lib. xcix. epit. Liuij sic ait, Lucius Roscius Tribunus plebis legem tulit vt equitibus Romanis in Theatro decimusquartus gradus proximi assignarentur. [Othone contempto) .i. sprera Othonis lege. [Quid attinet) Quid prodest, inquit Horat. expugnasse piratas, & manũ seruilem, cum Mena olim & seruus & pirata cum Sexto .s. Pompeio nunc Tribunus sit militum? [Rostrata ora) Nauium proras intelligit habentes in fronte rostra, ærata, propter scopulos .s. ne offendantur. [Contra latrones) Contra piratas intelligit. Sextus .n. Pompeius maria omnia deprædationibus infestabat, ita ut Romani maxima fame augerentur. In Sicilia autem

*Via sacra* · *Vlna* · *Flagella* · *August⁹* · *Triũuiri* · *Falernũ vinum* · *Iugerũ* · *Via præclara* · *Manni* · *Otho*

naudi prœlio cum Agrippa deuicit vt lib. v Appian. ait. de quo la tius Ode sexta libri primi iam diximus. [Seruilem manum) Syrus quidam in Sicilia ad libertatem, & arma seruos concitauit. Itaque sexaginta seruorum millia collegit iure belli refractis er gastulis. Inde castella, vicos, oppida miserabili direptione vastauit, cœpit & castra prætorum. Tandem Perpenna imperatore supplicium de eis sumptum est apud Aetnam. Iterum postea insurrexere, vt prius sæuientes. Aquilius tandem deleuit. Tertio duce Spartaco, & gladiatores, & serui multo peiora fecerunt. Demum Licinius Crassus eos circa Brutium angulum superauit. Hæc omnia late habentur apud Lucium Florum. [Hoc tribuno militum?). i. & latrone & seruo.

ACR. LVpis & agnis) Hic quem alloquitur, libertus fuit Cn. Pōpei Magni postea mortuo Pompei filio eius exercente piraticam, ad Augustum relicto Sexto confugit. Iterum ad Sextum reuersus est, rursus illo relicto ad Augustum redijt, & ab eo Tribunus militum factus est. [Quanta sorti.) Inimicitiæ aut naturales sunt, aut voluntariæ, Sibi ergo cum isto naturales inimicitias esse dicit, sicut agnis & lupis. Sortito autem aduerbium qualitatis est. i. ex sorte. i. naturaliter euenit. [Ibericis perulte funibus latus) Cruciatibus afflictæ, & vinculis Hispanorum qui sunt districti ad resecanda delicta. [Peruste latus) Absolute dixit, vt Lacrymis oculos suffusa nitentes. [Dura compede) Ferrea aut cruda. [Licet superbus ambules pecunia). i. libertum te esse diuitiæ excusare non possunt. [Sacram metiente te viam) Cum indignatione ait videntes eum togatum incedere, per moueri. Metiente dixit ambulantem. vt Stabili gressu metitur litora cornix. [Cum bis ter vulnatum toga) sex enim vulnis habebat diffusam togam. [Libertima indignatio?) Iustissima & libera. [Sectus flagellis) Tanquam qui ad maius dedecus vitæ à publico scit vindice verberatus. nam vt tribunis plebem, ita Triūuiris ius erat alienos seruos cędendi. Sectus ergo cæsus. vt Iuuen. Secat ille flagellis. [Arat Falerni mille fundi iugera) Falernum regio est Campaniæ Vini boni fertilis. [Sedilibusq. magnus in primus eques) Hoc est in ordine equitum. [Othone cōtempto inter primos sedet) Quia L. Roscius Otho legem Theatralem tulerat, vt in quatuordecim ordinibus sederent equites. de quibus in duobus sederent Tribuni, non tamen serui, quia Menas Tribunus factus erat ab Augusto. vt Iuuen. Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni. Quid attinet tot hoc est quid prodest superatos piratas, si is qui piraticam exercuit, inter Sexti Pompei seruos. Tribunus, factus est militum.

POR. LVpis & agnis quanta sortito obtigit: Tecum mihi discordia est) Hanc Oden in Menam scripsit libertum Pompei magni, qui præfectus classis fuit Sexto Pompeio bellum aduerso Augustum Cæsarem gerente. Hic cum classe ad Cæsarem transierat, deinde ad Sextum redijt, & rursus refugit ad Cæsarem. [Tecum mihi discordia est) Intelligendum hic extrinsecus tāta. Sic enim consequens erit elocutio. Quanta sortito obtigit discordia lupis & agnis, tanta mihi tecum est. [ibericis perulte funibus latus) Testibus cæsum sæpe, hac per hoc malum seruum fuisse vult intelligi. Ibericos autem funes, ideo dicit, quia in Iberia, id est Hispania plurimum spartum nascitur. [Vides ne, sacram metiente te viam Cum bis ter vlnarum toga. Vt ora. vertat huic, & huc euntium Liberrima indignatio?). i. vides ne vt euntes ora huc & illuc vertant? Ordo est: Vides ne vt liberrima indignatio vertat huc & illuc ora euntium te metiente Sacram viam cū bis ter vlnarum toga. [Liberrima indignatio?) Significat autem populum ex indignatione, quod ille oblitus conditionis tam magnificus incedat detorquere ab illo aspectum. & bene libertimā indignationem dixit, ꝗ libere, ac palam hunc videntes in seruitute inuehuntur. [Cum bis ter vlnarum toga,) Hoc est cum sex vlnarum toga. hanc autem iustæ togæ mensura intelligendum est. [Sectus flagellis hic triumuiralibus) Triumuiralibus autem, quod dixerit speciali elocutione usum esse pro generali puto neque enim triumuiris tantum, sed etiam alijs potestatibus ius est alienos seruos flagellare. [Præconis ad fastidium) Aspere, donec aliud agentibus triumuiris præco cum velle, desinere iuberet. [Et Appiam mannis terris) Eleganter mannis, quia nimiarum delitiarum affluentia est equos burrichos habere. Mannos autem equos vulgo burrichos appellant. [Appiam) Pro qualibet via posuit. [Arat) Proprie, quia Falerni agri meminerat, quo. s. Appia uia necesse est ire. [Sedibusque magnus in primis eques Othone contempto sedet) Et magnus eques & sedilibus in primis cum vehementi indignatione profertur. ex quattuor autē ordinibus, quos lege Roscius Otho tribunus pleb. in Theatro equestri ordini dedit, duo primi versus Tribunitijs vacabant.

[Quid attinet tot ora nauium graui Rostrata duci pondere Cōtra latrones, atque seruilem manum,) Sensus est, Quid prodest classem rostratis nauib⁹ ducere aduersum latrones, ac fugitiuos, quos Sex. Pompeius armauit, cum hūc patimur tribunum equitem Romanum esse.

LVpis, & agnis) Menam Libertinæ conditionis hominem quanto odio prosequatur ob superbiam eius, cōmemorat hac Ode dicēs. O sup. Mena, perulte latus. i. hn̄s latus perustum, funibus Ibericis. i. chordis nauium ex sparto Iberico factis, frequente ictu quasi igni induratum, & perulte crura. i. hn̄s crura perusta & compressa, dura compede, cum. s. ad transtra alligatus remigaret, tanta sup. discordia est mihi tecum, quanta discordia obtigit sortito i. ex sorte. i. natura, quam aialium, quodq. nascendo sortitur, lupis, & agnis, qui inter se inimicissimi sunt. Causam addit. Nam licet tu ambules superbus pecunia. i. pp pecuniam, adulatione, & fraude partam, tn̄ fortuna non mutat genus. i. ppea non minus es degener, & minime generosus. Vides ne, arguit eum excæcarum strepitu fortunæ non videre importunitatem suam dicens, Vides ne ò Mena vt. i. qualiter, liberrima. i. nullo metu dissimulata, indignatio supp. est, cum toga. s. tua bis, ter. i. sex vlnarum, uertat. i. uertere faciat huc & huc. i. in quamlibet partem ora euntium. i. transeuntiū, & hoc te metiente. i. eundo mensurante, uiam sacram quæ ducit in Capitolium? indignatio autem populi est dicentis. Hic. s. qui tam pomposus incedit, sectus. s. concisus flagellis triumuiralibus. i. iussū triumuirorum incussis ad. i. usque ad fastidium. i. tædium & contemptum. præconijs s. inflantis tubas & pronunciantis crimina ipsius tantis. pet dum cædebatur, arat mille iugera fundi Falerni. s. fertilissimi præcipue uini, sed potest uideri ad superbiam eius dictum, quod optimi uini fundum aret & terit mannis. i. equis in delitijs habitis, Appiam. s. uiam, huc illucq ob equitando, & ipse effectus magnus eques sedet in primis sedilibus. s. quatuordecim, equitibus assignatis in theatro, Othone. s. L. Roscio, qui eam legem tulerat. spreto id contempto, quia libertine conditionis credo eum locum occupauit. Quid attinet. i. ad remp. facit & quid pdest tot rostrata ora nauium duci. i. educi graui pondere, contra latrones. i. piratas, atque contra manum seruilem i. seruorum sub Syro, Spartaco, & similibus grassantium, hoc hoc. i. tam vili homine, tribuno, id est existente tribuno militum? q. d. hunc potius debellandum, quam illos.

DOCT. interpr. LVpis, & agnis) Lupus & agnus genuino quodam odio dissident, Vnde τῷ λυκῷ τὴν οἶν Adagio dicitur, quod est ouem Lupo, quo concinne utimur quoties ei seruandum aliqd committitur, cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi.

## IN CANIDIAM VENERICAM.

*Ode V. Dicolos, Distrophos: Vt,*

*Ibis Liburnis inter alta nauium.*

υ-υ---υ---υυ

--υ---υυ



AT o deorum quisquis in cœlo regis
  Terras, & humanum genus:
Quid iste fert tumultus? aut qd oium
  Vultua in vnum me truces?
Per liberos te, si uocata partubus
  Lucina veris affuit:
Per hoc inane purpuræ decus precor,
  Per improbaturum hæc Iouem,
Quid vt nouerca me intueris? aut vti
  Petita ferro bellua?
Vt hæc trementi questus ore, constitit
  Insignibus raptis puer,
Impube corpus, quale posset impia
  Mollire Thracum pectora:

Cani-

Canidia breuibus implicata viperis
Crines, & incomptum caput,
Iubet sepulcris caprificos erutas
Iubet cupressus funebris,
Et vncta turpis oua ranæ sanguine,
Plumamq. nocturnæ strygis,
Herbasq., quas * & Colchos, atque Iberia
Mittit venenorum ferax.
Et ossa ab ore rapta ieiunæ canis,
Flammis aduri Colchicis.
At expedita Sagana per totam domum
Spargens auernaleis aquas,
Horret capillis, vt marinus, asperis
Echinus, aut currens aper:
Abacta nulla Veia conscientia,
Ligonibus duris humum
Exhauriebat, ingemens laboribus
Quò posset infossus puer
Longo die bis, ter ue mutatæ dapis
Inemori spectaculo:
Cum promineret ore, quantum extant aqua
Suspensa mento corpora:
Exerta vti medulla, & aridum iecur,
Amoris esset poculum:
Interminato cum semel fixæ cibo
Intabuissent pupulæ.
Non defuisse masculæ libidinis
Ariminensem Foliam,
Et iocosa credidit Neapolis,
Et omne vicinum oppidum:
Quæ sidera excantata voce Thessala,
Lunamq. cœlo deripit
Hic irresectum sæua dente liuido
Canidia rodens pollicem,
Quid dixit? aut quid tacuit? ô rebus meis
Non infideles arbitræ
Nox, & Diana, quæ silentium regis:
Arcana cum fiunt sacra:
Nunc nunc adeste: nunc in hostileis domos
Iram, atque numen vertite.
Formidolosis dum latent filuis feræ
Dulci sopore languidæ:
Senem, quod omnes rideant, adulterum
Latrent suburranæ canes,
Nardo peruncum: quale non perfectius
Meæ laborarunt manus.
Quid accidit? cur dira barbaræ minus
Venena Medeæ valent?
Quibus superba fugit vlta pellicem
Magni Creontis filiam:
Cum palla, tabo munus imbutum, nouam
Incendio nuptam abstulit.
Atqui nec herba, nec latens in asperis
Radix fefellit me locis.
Indormit vnctis omnium cubilibus
Obliuione pellicum.
Ah, ah, solutus ambulat veneficæ
Scientioris carmine.
Non vsitatis Vare potionibus,
O multa fleturum caput,

* Iolcos legēdū esse Porph. docet qui oa eē Tessalia vrbem dicit quod & Steph. et Eust. in Hom. catal affirmat hāc Hom. Iaolcon vocat stultissimum aūt est suspicari Colchon, ut corrupte apud Porph. legitur eē ī thessalia putāt Iolcō denominatā, ab Iolco Amyri filio à quo apud Larißaos campus.

Ad me recurres: nec vocata mens tua.
Marsis redibit vocibus.
Maius parabo: maius infundam tibi
Fastidienti poculum.
Priusq. cœlum sidet inferius mari
Tellure porrecta super:
Quàm non amore sic * meo flagres; vti
Bitumen atris ignibus.
Sub hæc puer, iam non, vt ante, mollibus
Lenire verbis impias:
Sed dubius vnde rumperet silentium,
Misit Thyesteas preces.
Venena magnum fas, nefasq., non valent
Conuertere humanam vicem.
Diris agam vos: dira detestatio
Nulla expiatur victima.
Quin, vbi perire iussus expirauero:
Nocturnus occurram furor:
Petamq. vultus vmbra curuis vnguibus:
Quæ vis deorum est manium:
Et inquietis assidens præcordijs,
Pauore somnos auferam.
Vos turba vicatim hinc, saxis petens
Contundet obscœnas anus.
Post, insepulta membra different lupi,
Et * Exquilinæ alites.
Neque hoc parentes, heu mihi superstites,
Effugerit spectaculum.

* Mei, inquit Bōf. legēdū ē, cū passiuo sit accipiēdū, nō actiue .i. quo Varum Canidia nō Var' Canidiā ꝓsequat.

* Hoc loco ni fallor, īquit Bōf. vel, Exquilinia legēdū erit, vt stet versus, cui vnate syllaba si Exquilina legamus vel na syllaba equi, vocale non abijciet.

ANTO.


T o deoꝶ) Hæc Ode in Candidam veneficam scribitur, ea quippe adamans Vaꝶ, a quo spernabarur, prætextatū pueꝶ cum Sagana, Veia, & Folia venefıcis mulieribus clā ceperat, spoliauerat, in fossam usque ad mentū cū incantata aqua immerserat, quo ex illius famæ deficientis medulla & iecore amoris poculum parare posset, puer autem salutis expes, diris imprecationibus illa est insecutus: De eadem vero Canidia latius Epod. iij diximus. Præterea de Canidia, & Sagana late idē Horat. scr. in Sat. vij. primi libri, vbi incipit carmē vidi egomet nigra succinctam vadere palla Canidiam &c. Est aūt metrum primo simile. [Ato deoꝶ) Timentis pueri uerba ad deos. At. n. timoris interiactu est quæ quidē plenam affectis, motusq. animi significationem habet. [Deoꝶ quicquid) .i. quicunque dei in cœlo regitis terras, & homines sunt aliqui textus, qui hñt Quisquis. [Fert) Appetit. [Tumultus) Mulierum furor. [Ecquid ferunt) .i. appetunt. [Per liberos te,) Canidiam puer orat iam se capientē. [Veris partubus) .i. legitimis filijs, uel non fictis partubus per ꝙ innuit eam, vel non peperisse uel ex adulrerio concepisse. [Lucina) Hanc grauidæ inuocabant. qm̄ exactis mensibus lucem nascentibus Iuno præbet. vnde appellatur Iuno Lucina, ab iuuando & luce, vt Varro docet. Macr. lib. vij. scribit qūo Diana, quæ Luna est, artemis dicitur, quasi scrotemis, hoc est aërem secans Lucina parturiētibus inuocatus, quia proprium eius munus est distendere rimas corporis & meatibus uiam dares quod est accelerando partui salutare. [Inane) Vanum, non .n. tibi proderat. [Purpuræ decus) Prætextam inrelligir. Patrici .n. bulla auream cum toga, cui purpura prætexebatur, vtebantur, Cordi autem figuram in bulla ante pectus annectabant, ut illam inspicientes, se homines cogitarent, si corde prę̨starent, Togam uero prę̨textam ferebant, ut ex purpuræ rubore ingenuitatis pudore regerentur, vt Macr. lib. j. Saturn. scr. [Petita ferro bellua?) Leonem intelligit. vulneratus .n. obseruatione mira ꝑcussore nouit, & in quālibet multitudine appetit. Eum vero, qui tela quidem miserit, sed tñ nō vulnerauerit, correptum raptumq. sternit vulnerat, auctor Plin. lib. viij. [Insignıbus) Hoc est ꝑtexte, & aurea bulla. [Impube corpus;) Sup. tale erat. [Thracum pectora:) Sunt .n. Thraces bellicosissimi & crudeles. Hinc Polyd. lib. iij. Æn. ait Æneæ, Heu fuge crudeles terras. Mela etiam scr. Thraces feroces esse & immines. vnde, vt inquit, quidam feri sunt, & ad mortem

Iuno. Lucina Artemis.

paratiſſimi, nec fœmininis quidem ſegnis eſt animus ſupet mor
tuorum uirorum corpora interfici, ſimulq́ ſepeliri votum exi-
mium hñt. Eſt aũt Thracia Europæ regio iuſta Myſiam & Mace
doniam & Propontidã, vt lib. iij. Prol. edocet, Dion. etiam aſſerit
Thracea p ampliſſimam regionem diffuſos, partim ad latus Pro
pontidos maris colere partim ad Helleſpontum coniectos, par-
tim ẽt ad Ægæum tenere. [Caprificos) Eſt caprificus è ſilueſtri
gñe ficus nunquam maturteſcens eius uirtutes pluimæ. Quarũ
vna eſt ꝙ caprificus ferocium tauroꝝ collo ciccundata, in tm̃ ra-
bidam naturam compeſcit ut immobiles præſtet Plin. lib. xxiij.
ita ſcribit. Naſcitur aũt in parietibus & ſaxeis monumentis. hinc
aliqui dictam purant caprificum, ꝙ parietes, quibus naſcitur car
pit. [Cupreſſos ſun.) Cupreſſus Diti ſacra eſt, & ideo funebri ſi-
gno ad domos poſita, ut Plin. lib. xvj. ſcribit. Seruius autem lib. vj.
Æn ſic ait, Cupreſſus adhibentur ad funera, vel ꝙ ceſa non repul
lular vel ꝙ per eam funeſtata oſtenditur domus, ſicut lætam fron
des indicant felicitæ. Varro tñ dicit, Pyras ideo cupreſſo circunda-
ci, pp grauem vſtrinæ odorem, ne eo offendatur populi circun-
ſtantis corona, quæ tandiu ſtabat reſpondens fletibus perfice plã
ctuum principi, quandiu conſumpto cadauere, & collectis cine-
ribus dicebat nouiſſimum verbum Ilicet, ꝙ ite licet ſignificat.
Vnde eſt dixitq́. nouiſſima verba. hæc Seruius ibi, Et ferales ante
Seruus ibi, Et ferales ante cupreſſos Conſtituunt. [Funebres)
Luctuoſas. Funerum vero dicitur, ꝙ ex funere conſtat. Fune-
ſtum quidem quod funere inquinatum eſt. [Turpis ranæ) De
rana rubeta intelligit, cuius & in terra, & humore uita plurimis
referta medicaminibus, vt Plin. lib. viij. docet. Dñr autem rube-
tæ, q̃ uia in vepribus, & rubis viuunt vt idem ſcr. lib. xxix. Et lib.
xxix. de ouis, afferit q̃uo ranæ habent & cum ouis ſocietatem ſi-
mul fronti impoſitæ contra epiphoras. [Strygis) De ſtrigibus
lib. vj. Faſt. ſic ait Naſo. Sunt auidæ uolucres, non quæ Phineia
menſis Guttura fraudabat, ſed genus inde trahunt. Grande ca-
put, ſtantes oculi, roſtra apta rapine. Canicies pennis, vnguibus
hamus ineſt. Nocte volant pueroſq́. petunt nutricis egentes, Et
vitiant cunis corpora rapta ſuis. Carpere dñr lactentia uiſcera
roſtis. Et poto plenum ſanguine pectus habent. Et illis ſtrigi-
bus nomen, ſed nominis huius Cauſa ꝙ horrenda ſtridere nocte
ſolent. [Colchos, atque Iber.) Hæ regiones ſibi coniunctæ ſunt
Iberia. in Ponto prouincia ad Septentrionem. de quibus late Ptol. lib.
Pontus. v. In Ponto autem prouentus eſt malorum graminum. Hinc Ecl.
viij. Maro legitur. Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta ve-
nena Ipſe dedit Mœris, naſcuntur plurima Ponto. [Flammis
Colchicis) Qualis Medea Colchis tractauit. Epodo ẽt pen. idẽ
Horat. de Canidia inquit, Cales venenis officina Colchis. [Sa-
gana) Alterius veneficæ nomen. [Expedita) Accincta. [Auerna-
Auernus les aquas) Contiguus Baijs Lucrinus adeſt ſinus, intra quem A-
uernus eſt. In Auerno maiores noſtri, inquit Strabo lib. v. Ho-
merica defunctorum uaticinia fuiſſe fabulis edidere, Eſt autẽ A-
uernus & fundo, & hoſtio ſinus commodus & magnitudine, &
natura portum continens. Supercilia quædam ardua Auernum
vndique circuncludunt preter hoſtium, Strabonis tempore amœ
nis culta modis. olim autem agreſtibus referta nemoribus, &
proceris arboribus inuia, quæ ſuperſtitione quadam vmbris ob-
ſcurum ſinum reddebant. Rumor erat indigenatum ſuperuolan
tes aues, quas teter exhalans odor examinaret in ipſas aquas de
cidere, ſicut in locis ad Plutonem deferentibus hac autem loco-
rum partem Plutoni dicatam opinabantur, placatiſq́ prius per
ſacrificia dijs Manibus illuc intrabant, aderant. n. qui talibus ex-
ponendis ductores eſſent ſacerdotes locorum fructus percipien-
tes, fons uero ibi fluuialibus ſcatens aquis excurrit in mare, ab
eius vſu abſtinebant omnes, Stygias opinantes eſſe aquas. eo in
loco conſtructum erat oraculum, ex aquarumq́. feruore vicina-
rum Phlegethontem eſſe coniecturam factitabant, & ex Acheru
ſia palude, iuxta Miſenum. hæc ex Strabo. [Auernales a.) In
Auerno defunctorum vaticinia fiebant, quæ locis pars Pluto-
ni dicata exiſtimabatur. Maro quoque de Didone ueneficia ꝓ
amore parante dixit lib. iiij. Æn. Sparſerat & latices ſimulatos
fontis Auerni. Erat enim prope fons in mare excurcens, à cu-
ius vſu abſtinebant omnes, Stygias opinantes eſſe aquas, ut la-
Echinus tius paullo ſuperius diximus. [Echinus) Echini piſces ſunt è cã-
crorum genere, in quibus ſpine pro pedibus, ingredi eſt ijs in or-
bem volui. ora in medio corpore in terram uerſa. Plin. lib. ix.
id ſcribit. Eſt etiam terreſtris echinus, qui erinacius aliter dici-
tur. [Abacta) Remota nulla conſcientia .i. cognitione ſuipſius
cordis. [Veia) Alterius ueneficæ uomen. [Ligonibus) Ligo ru
ſticum inſtrumentum eſt. dicitur autem ꝙ propter latitudinem
ſub terra facilius legitur, ut Varro docet. [Exhauriebat) Effo-
diebat euacuabat. [Quo poſſet) Ordo eſt, quo loco puer infoſſus
poſſet emori in longo ſpectaculo dapis mutatæ bis, terq́. die. pue
ro enim ante ponebantur epulæ ſæpius, deinde mutabantur, ut
ſpectaculo magis puer ipſe affligeretur eſuriens. quod ẽt Por-
phyrionis eſt ſententia, & magis quidem conueniens, quam alio
rum quorundam opinio. [Quantum) Ordo eſt. Tantum quantũ
corpora ſuſpenſa ab aqua extant mento. [Exerta uti) Venefici
cauſam explicat, vt .ſ. ex pueri uiſceribus amatorium poculum fa
cerent. Plin. lib. xxviij. ſcribit, non paucos Græcos ſingulorum vi
ſcerum, membrorumq́. hominum .ſ. etiam ſapores dixiſſe. alij
autem medullas crurum quærebant, & cerebrum infantium. Mi-
letus oculorum ſuffuſiones felle hominis ſanati docuit. [Iecur)
Pueri. ſ. quod aridum appellat Horat. Iuuen. uero Sat. j. ſiccum.
ait enim, quid referam quanta ſiccum iecur ardeat ira. quod qui
dem propter choleram ait, quæ calida eſt & ſicca. Cholera au-
tem ab ipſo epate ad fel tranſmittitur, ex qua ira mouetur, hinc
cholerici facilius iraſcuntur, propter humoris tenuitatem. [In-
terminato) Senſus eſt, ꝙ ex pueri medulla, & iecore amoris po-
culum volebant efficere, cum ſemel intabuiſſent pupulæ fixæ ci-
bo interminato .i. cum iam moriturus eſſet. [Interminato cibo)
.i. interdicta. non enim fuerat terminatus in ore ipſius pueri,
ſed tantum poſitus ante oculos, ut magis cruciaretur. hinc ait:
Pupulæ fixæ cibo, & de hoc oſtendit ſenſum illum Acronis, & al-
terius non conuenire ibi: Longo die bis, terq́. &c. Vel intermi-
nato .i. affixo, & ualde terminato, & per id immobili. [Intabuiſ-
ſent) .i. languiſſent. [Pupulæ) Paruæ oculorum imagines, quas Pupulæ.
phyſici dicunt ante triduum morituris nõ apparere. Plin. etiam
ait lib. vij. In oculorum, & narium aſpectu indubitata eſſe mor-
tis ſigna. Celſus quoque lib. j. de indicijs mortis, inter alia ſcri-
bit, eſſe oculos concauos & ſi oculi lumen refugiunt, & illacry-
mant, quæq́. in his alba eſſe debent, rubeſcunt, atque in iiſdem ve
nulæ pallent, pituitaq́. in his innatans nouiſſime angulis inhæ-
ſerit &c. [Foliam) Hæc alia venefica erat. [Ariminenſem) Fuit
Ariminum vmbrorum Colonia, ſicut & Rauenna. verum utra-
que Romanos accepit Inquilinos. habet autem Ariminũ por-
tum, & eiuſdem nominis amnem. auctor eſt Strab. lib. v. [Nea
polis otioſa) Innuit prædicta Neapoli facta eſſe. Nam Grati-
dia Neapolitana fuit, ut ſuperius dictum eſt. Otioſa autem Nea
polis à poëta dicitur, quoniam (vt Strab. lib. v. edocet) Habe-
bat Neapolis calidarũ aquarum ſcatebras, & apparatiſſima bal-
nea. inde plurime Roma ſeceſſum faciebant, aut quietis atque
otij gratia, præſertim qui eruditioni operam darent, aut remiſſio
ris vitæ deſiderio, maxime quos ſenectus affligebat, vel aduerſa
ualetudo &c. [Voce Theſſala) .i. magica, Theſſali .n. cantibus Theſſali
Lunam cœlo ducere dicebantur. hinc Tibull. Elegia viij. ait: Venefici
Cantus & a curru Lunam deducere tentat, Et faceret, ſi nõ ærare
pulſa ſonent. Et Plaut. in Amph. inquit, Ego pol hodie ulciſcar
illum Theſſalum veneficum, qui peruerſe vertit familiæ mẽtem
meæ. diximus & plura in Iuuen. Sat. vj. ibi. Vna laboranti pote-
rit ſuccurrere Lunæ. & illic, Theſſala philtra [Irreſectum polli
cem) .i. ualde, & vſque ad periculũ roſum. de vngue aũt intelligit.
per hoc demum Canidiæ atrocitatem, & furorem oſtendit Liui-
do atro, inuido, moleſto, & rabido. Sequẽti Epodo ait, An ſi quis
atro dente me petiuerit. [Quid dixit? aut quid tacuit) q. d. omnia
ſcelera protulit, nec quicquam præterijt. [Arbitræ) Iudices, me-
diæ, conſciæ, teſtes. [Quæ ſil. re.) Nocte .n. omnia ſilent, ſed tũc
potiſſimum cum Luna latet. vnde Plin. libro xvj. cap. lv. ait in-
ter omnes conuenit utiliſſime in coitu eius ſterni, ſupp. arbo-
ces, quẽm diem alij Interlunium, alij ſilentis Lunæ appellant.
[Diana) Diana, & Luna eandem eſſe putant: Luna a lucendo Diana.
nominata eſt. Diana uero dicta, quia noctu quaſi diem effice- Luna.
cet. auctor Tull. in libro de Nat. Deor. in veneficijs autem. ac
magicis Diana ſemper inuocabatur. quod item lib. iiij. & lib. vj.
Æneid. late patet. Numen ueſtram potentiam. [Hoſtiles do.)
In varum eſt imprecatio, à quo ipſa ſpernebatur. vnde orat no-
ctem, & Dianam efficiant illum ſenem quoque adulterum eſſe,
& ita cruciari amoris impatientia vt nocturno tempore, quo ẽt
feræ quieſcunt, vnguento perunctus per vrbem vagetur ad vi-
ſendas amicas, canes allatrent, & omnes irrideant: [Formido-
loſus) Ordo eſt, Dum feræ dulci ſopore languidæ latent ſiluis
formidoloſis, canes ſuburranæ latrent ſenem nardo perunctum,
quo, id eſt ut, omnes irrideant adulterum. Quale, id eſt tali nar-
do, quali &c. [Suburrenæ canes) Erat Suburra celeberrima in Suburra
vrbe regio, ſic dicta quòd ſub muro terreo carinarum eſſet, vt
ſcribit Varro. qui deinde ait Suburra Iunius ſcribit ab eo quòd
fuerit ſub antiqua vrbe, cui teſtimonium poteſt eſſe ꝙ ſubeſt, &
loco, qui terreus murus vocatur: [Nardo per.) Id eſt nardino vn-

guento

guento summa cõmendatio vnguentoꝶ est, vt transeuntem fœuinam odor inuitet etiam aliud agentem. Nardi folium principale est in vnguentis frutex est graui, & crassa radice, sed breui, ac nigra, folio paruo, densoq. Cacumina in aristas se spargunt. ideo gemina dote nardi spicas, ac folia celebrant. Sincerum quidem leuitate deprehenditur, & colore rufo, odorisq. suauitate, & gustu, maxime siccante os sapore iucundo. Laudatur Syria cũ mox Gallicum, tertio loco Creticum. ita Plin. lib. xij. scribit. Ablatiuus. [Quale) Pro quali. inuenies tñ a crudele etiam, & à perẽne, & bimestre. de quibus nostram Spicam declinationis videto. Prisc. lib. xvij. dicit. Horat. hoc loco posuisse tale quale, pro tali quali. [Meæ manus.) Per id vnguentariam fuisse appater. [Quid accidit?) Miratur Canidia, cur voti compos veneficijs suis non heret contra Varum ipsam spernentem. [Venena Medeæ) i. qualibus Medea vsu est in Glaucam Creontis filiam, & Iasonis sponsam. [Superba). i potens. [Vlta pellicẽ) Expulsa Medea, Iason Glaucam, seu Creusam Creontis regis Corinthi filiam duxit vxorẽ. quapp irata Medea per filios dona, quædam venenis illita sponsæ misit, quæ cum illa corpori applicuisset incidit in morbum, pateq. aux lium filiæ ferens, cum corpori illius hæsisset, illico expirauit. aucto Diod. lib v. Nosq. plurima diximus Epodo iij. [Palla) Erat palla honestæ mulieres vestimentum, hoc est tunicę pallium vt Marcell. asserit. [Tabo). i. veneno. Atqui asserit se nil omisisse de illis, quæ Medea egerat. miratur igitur cur voti compos non fuerit. [Indormit vnctis) Ordo est, Indormit Varus cubilibus vnctis obliuione omnium pellicum. putat .n. aliam veneficam id egisse, vt Varus. s. amore liber omnium sit oblitus meretricum &c. [Pellicum) Propter seipsam id ait. [Ah, ah,) Doloris interiectionis possunt etiam risus esse aliquando. [Non vsitatis) Ordo est, O Vare, appositio caput flerurum, recurres ad me potionibus non vsitatis, nec mens tua redibit ad me vocara vocibus Marsis. [Marsis vocibus) .i. cantibus. Sunt Marsi Italiæ populi prope Fucinum lacum. Solin autem scribit: Marsorum gẽtem serpentibus illæsam esse nihil mirum, nam a Circes filio ij genus dicunt, & de auita potentia deberi sibi sciunt seruitium venenorum, ideoq. uenena contemnunt. Medeæ filius Marsis imperauit. Agnitia autem Medeæ soror uicina Fucino loca occupauit, vbi salubri scientia aduersus morbos resistentes, cum deberet hominem viuere, Dea est habita. hæc ex illo. Virg. etiam lib. vij. de ijs meminit. vnde ait: Neque eum viuere in vulnera cantus Somniferi, & Marsis quæsitæ in montibus herbæ. [Fastidienti). s. me Canidiam. [Sidet) Descendit, suberit .i. elementoꝶ ordo mutabitur. [Bitumen atris ignibus) Bitumen liquidum qđ naphtham uocant, igni admotum corripit ignis, & si corpus eo illitum igni admoueris, deflagrat, nec aqua ullo pacto extingui potest, sed magis ardet, nisi ualde multam super infuderis. nigrum bitumen Babilonij in lucernis pro oleo utebant. hæc ex Strab. lib. xvj. Plin. lib. xxxv. cap. xiiij. scrib. Bitumen alibi esse limum, alibi terram, gignebatur, & pingue, liquorisq oleacei in Sicilia, vtebanturq. eo ad lucernarum lumina olei vice. Vis bituminis quæ sulfuris. [Sub hæc) Circa hæc. [Iam non, ut ante mollibus) Erat enim salutis expers. [Lenire) Pro lenibar i. mulcebat, placabat, mitigabar. [Mollibus) .i. blandis. [Vnde rumperet silentium) Vnde loqui inciperet. [Thyesteas preces,) Id est diras Imprecationes, & qualibus Thyestes in Atreum vsus est cognitis filiorum membris, vt in tragœdijs late habetur. De Atrao autẽ, & Thyeste latissime diximus Ode vj. libri primi. [Venena magnum fas, nefasq.) Ordo est, Venena non ualent conuertere humanam uicem, appositio magnum fas, & nefas, id est meritum, & pœnam cuiusque. Est enim sensus, quòd uenena licet multa possint efficere, attamen nullo pacto conuertent cuiusque merita, nam uel præmijs, vel pœnis afficientur omnino merentes. [Diris) Diræ execrationes dicuntur, ac detestationes, seu maledicta, ut etiam Porphyrio asserit. [Agam) Insequar. [Dira detestatio) Siue execratio, & maledictio. [Nulla expiarur victima) Nullo sacrificio expiari, id est purgari potest. itaque quod imprecatur omnino futurum innuit. [Nocturnus occurram furor) Indignatio & ira. Ouid. item ait in Ibin, Tum quoque cum fuero vacuas dilapsus in auras, Exanimis manes oderit vmbra tuos. Tum quoque factorum veniam memor vmbra tuorum, Insequar, & vultus ossea forma tuos. Quicquid ero stygijs, erumpere nitar ab vndis: Et tendam gelidas vltor in ora manus. Me vigilans cernes, tacitis ego condirus vmbris Excutiam somnes visus adesse tuos. Denique quicquid ages ante os, oculosq. volabo: Et querat, & nulla parte quietus eris. Verbera sæua dabunt sonitũ, nexæq. colubris Conscia fumabunt semper ad ora faces. [Quæ vis deorum est Manium). i. furiaꝶ. ergo multo magis timendum. [Inquietis præcordijs) Hinc Iuuen. Sat. xiij. inquit, de periuris, & scelestis, Cur tamen hos tu Euasisse putes, quos diri conscia facti mens habet attonitos, & surdu verbere cædit, Occultum quatiente animo tortore flagellum. Philosophus ait, Stultos malorum memoria torqueri. [Vos turba) Ordo est, Turba hominum. s. vicatim, hinc, & hinc saxis petens contundet vos appositio obscœnas anus. huius autem furoris ipse causa erit vt populos. s. ea saxis opprimat scelerum causa. [Vicatim) Per vicos. [Obscœnas) Maleficas, immundas, vitabiles. [Different) Distrahent, id est in varias partes ferent, dilaniata. s. [Exquilinæ alites) Exquilinus mons dicitur vbi ædes est Mariæ maiori, & Viti in macello. Dictæ Exquiliæ ab excubijs regis, seu ab eo ꝙ excultæ ab rege Tullo essent, vt Varro docet. [Neque hoc) Cum dolore optat earum supplicia à suis etiam parentibus aspicienda. est autem ordo, Hoc spectaculum neque effugerit parentes. s. meos, heu mihi superstites. Heu dolentis interiectio. dolet enim parentum memoria, dolet item se harum scelere superstitem parentibus suis esse non posse, vt æquum esset euntibus ordine Fatis.

A To deorum quicquid in cœlo regis.) In Canidiã veneficã scribit inducta persona pueri, qui ad immolationes captus vociferans rogat, ñe mulieꝶ consociatum turba pereat inclusus. [Ato Deorum) At vacat. vt At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis. Necromantiam factam detestatur à Canidia maga, quæ insosso puero regio animam ex torquere nõ ambigit [Aut quid omnium) Quasi etiam vultus crudelitate turbentur. [Per liberos te,) Vult intelligi, aut non peperisse Canidiam. aut de adulterio sobolem suscepisse. [Per hoc inane purpuræ decus precor) Velut prætextatus puer apud eas purpuræ decus inane dixit, quia non proderat perituro. [Per improbatuꝶ) .i. vindicatuꝶ. humanæ .n. victimæ Ioui acceptæ esse non poterãt, qa a iuuamine hoĩum Iupiter dictus est. [Insignibus raptis puer) Spoliatus prætexta puerili. [Impube corpus) Aut delicatum, aut pulchrũ, quod & crudelitatem potuisset flectere Barbarorũ. [Breuibus illigata viperis) Tanq ipsa venefica furiali habitu crines haberet viperis implicatos. [Iubet sepulcris caprificos erutas) Ligna ẽt infelicia, & sterilia è sepulcris collecta præparata significat, tanquam sacris inferis profutura. [Cupressos funebres) Vt ferales ante cupressos. Constituũt Et vncta turpis oua ranæ sanguine) Non ranæ oua sed vncta ranæ sanguine. Rana enim infernũ, & venenosum animal est. vt Iuuen. Et Stygio ranas in gurgite nigras. Turpis, grandis vt Cui turpe caput. tales enim ranę vulgo rubetæ dicuntur, & magis venenosæ sunt. de quibus ait Iuue. Ranarum viscera nunquam inspexi. & idem alibi, Miscet sitiente rubetã. [Herbasq., quas & Colchos, atq. Iberia mittit) Colchos ciuitas Ponti est herbis veneficis abundans. vt has herbas, atq. hęc Ponto mihi lecta venena Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto. Nam & hic quidam volunt Iberiã non Hispaniã dictam, sed Ponto ciuitatem vicinam. vnde Et ferrugine clarus Ibera. Et illic pro Pontica. [Et ossa ab ore rapta ieiunæ canis) Vt Lucan. Morsusq. lupoꝶ Expectat siccis p. f. a. [Flãmis aduri Colchicis) Quales Medea tractauit apud Colchos de lignis infœcundis. [Expedita) Succincta. [Sagana) Nomen veneficæ alterius, hæc fœnatoris cuiusdã vxor fuit. [Spargens Auernales simul aquas) Vt Sparserat, & latices simulatos fontis Auerni [Asperis) Erectis ipso sacrorum furore, vt Lucan. Erectis discissa comis. [Currens) Furens. vt inhorruit armos. [Abacta Veia nulla conscientia) Veiam ẽt aliam nomine veneficam sacrificio ipsi ait interfuisse. quam nonnullo scelere misceri cõmemorat. [Exhauriebat) Aperiebat, vt Latus hausit apertũ. vt infoderetur puer. [Ingemẽs laboribus) Animositate operis laborãtem significat. [Quo posset infossus puer) Vt extante capite infossi, dum diuersos cibos porrigant, diu animam reseruaret. [Exsecta vti medulla) Vt de visceribus eius amatorium poculum facerent Vel ex medulla. [Interminato) Interdicto iam cibo moreretur. [Intabuissent) Defecissent. vt Et sale habentes artus in littore ponunt. [Nec defuisse masculæ libidinis Ariminensem Foliam) Magam alia significat Ariminensem Foliam nomine, virorum libidine calentem. [Ociosa credidit Neapolis) Aliena ab his curis, ocio vacans. vt Virgil. Illo me tempore dulcis. [Thessala) Magica. & huiusmodi ars maxime Thessalorum est. vt & Lunam cantibus deponant, & astra commoueant. [Hic) Tunc. vt Hic regina grauem gemmis auroq. poposcit Impleuitq. mero pateram. [Canidia rodens pollicem) Habitum, & modum Canidiæ expressit furentis. Petronius, vt monstraret furentem, Pollice ait vsque ad periculum roso. [O rebus meis) Nunc verba sunt inductæ Canidiæ, [Arbitræ)Ársciæ, testes. Salust. Atque ibi ACR.

[Nox,& Diana)Pro Luna po/
procul amotis omnibus arbitris.
suit. [Arcana cum fiunt sa.) .i. dum fectera nocturna sacra cele-
brantur.[In hostiles do.)Vari cuiusdam aduersum quem amore
eius inflammata sacrifi. abant. [Formidolosæ dum latent siluis
feræ)Vt nocte vexaretur,quæ etiam feris quieti est. vt,Cum ta-
cet omnis aget,pecudes,pictasq. volucres,Quæque lacus late li-
quidos, quæque aspeta dumis Rura tenent. [Senem quod oés)
Vsque in senectam amet,& risui sit.[Latrent Suburranæ ca.) Vt
per amoris impatientiam nocte ambulans a canibus Suburraoi
latretur. [Nardo per.)Vt placendi studio nardo vteretur, quale
nec ipsa habere poterat quæ vnguentaria erat. [Quale) Anti-
ptosis, pro quali. [Quid accidit) Miratur cur in capiendo Va-
ro preces suæ tardius audiantur. & aut se Medeam ponit pro
perfectione artis, aut Medeam ideo nominauit quia quasi inue-
nerit,& docuerit sacrum. [Superba) Potens. vt Hinc populum
late regem belloque superbum. [Vlta) Dolorem mortе Glau-
ces. [Cum palla,tabo) Alij vestimentum,alij coronam oblatam
a Medea volunt, infectam venenis, qua sumpta perirent incen-
dio. [Atqui nec herba) Dicit se dum nihil prætermiserit de his,
quæ a Medea facta sunt. cur ipsa nihil obtinet, admirari. [In-
dormit vnctis)Ita nihil valere dicit actionem suam,vt Varus ad-
uersum quem omnia fecerit immemor sui odoratis pellicum cu
biculis teneatur quietus. [Ah,ah,solutus ambulat veneficæ) A-
ctionem suam credit inuenta doctiore venefica spretam. [Non
vsitatis Vare potionibus)Ob amoris sui vinculis Varum dicit no
uis, & magicis potionibus absolutum. [O multa fletarum ca-
put) Tanquam aduersum quem aggredi vehementiora dispo-
nat,vt alienatus mente uoluntati eius velut nescius obediat.[Vo
cibus) Incantationibus. [Fastidienti poculum) Vt etiam vis po
culi carminibus adderetur. [Priusq. cæ. si. in. ma.) Ante,inquit,
ipsis elementis rerum natura mutabitur, quam non ita Varus
amore meo ardeat, vt igni bitumen appositum. [Iam non vt
ante) Vt cui adderet desperatio libertatem. [Mollibus) Blan-
dis. vt, Manditq., trahit Molle pecus. [Misit Thyestes, pre-
ces) Diras. Et tales infossus puer preces cœpit effundere qua-
les in Tragœdijs inducitur Thyestes cognitis filij membris in
Atreum locutus. [Venena magnum fas, nefasq., non valent
Conuertere humanam vicem) Lex enim humana habet malis
pœnam, bonis præmia pollicenda. & ideo furens puer. dicit,
hoc eas carminibus mutare non posse. [Diris agam vos) Pro-
mittit se in eas sæuiturum post mortem, vt omnibus vmbra lo-
cis adeo,dabis improbe pœnas. [Quæ uis deorum est) Vt inso-
mnes faciant, & malis gaudeant. [Post insepulta membra dif-
ferent lupi.) Vt iam quia eum ipsa pœna sepeliebant illæ gra-
uius aliquid paterentur, expositæ feris, & auibus insepultæ.
[Et Exquilinæ alites) Romanæ,id est vultures. [Vos turba vi-
catim) Missurum se populo promittit furorem, vt ex omnibus
vicis turba concurrens ex saxis obruat pro satorum carmine.
[Neque hoc parentes) Pœnas earum etiam a parentibus suis
ait videndas,quod cum dolore promittit,qui se viuere magis uo
luerit, quam uindicare.

POR. AT o deorum quicquid in cœlo regis Terras) Verba prę-
textati vociferantis in domo Canidiæ,quæ significat ab
ea furtim raptum,vt Necromantiam ex eo faceret. Et
bene abrupta exclamatio in cœlum. hoc .n. dicit Peremptum est
quicquid in cœlo est regens terras. [Quid iste fert tumultus) Tu
multum aūt dicit rapinæ ipsius,quam passus est. [Aut quid oium
Vultus in vnum me truces) Earum dicit quæ cum Canidia con-
sciæ ministræ sceleris huius fuerant. [Per hoc inane purpuræ de-
cus precor) Quo magis oneret atrocitatem sceleris huius, præ-
textatum,ac per hoc honestum, ac delicatum facit hunc puerum
esse. Inane ergo decus purpuræ,apud eam inane intellige,quæ .s.
sine respectu æquitatis eius in eū sæuiat [Insignibus raptis puer,
Impube corpus) Insignia pueri intellige raptā ptextam,ac bullā,
& est σχῆμα ἐπεξήγησις puer impube corpus,hoc est impube corp^u
erat [Quale posset impia Mollire Thracum pectora) Etiā Thra
cum,sic dr illud apud Virg. Quis talia fando Myrmidonum, Do
lopum ue,aut duri miles Vlyssi,pro etiam Myrmidonum Dolo-
pum ue [Breuibus implicata vipereis Crineis,& incomptum ca
put) Furiali habitu eam descripsit, & breues viperæ perpetuo ἐπι
θέτῳ dicitur,nam sunt tales. Nota autem est figura elocutionis,
Illigata crines,& illigata caput [Iubet sepulcris caprificos eru-
tas) Non inde iubet,sed ex sepulcris notissimis erutas accipe,
quoniam inferna,ac venefica esse hæc sacrificia intelligi vult. A-
lia denique sunt, & quæ subijciuntur, Iubet cupressos funebres
&c. [Herbas, quas & Colchos) Vrbs est Thessaliæ. Thessalia
autem uenenorum ferax est. Iberia autem nunc, quæ in Ponto
est, intelligenda. porto autem, vt Virg.

*Nascuntur plurima Ponto.*

[Plumamq. nocturnæ strigis) Sic dicuntur,vulgo strigiæ, quia à
nominatiuo strix,non strigia. hæc autem auis est nocturna mali
ominis. [Flammis aduri Colchicis) Per ueneficia accendisse
vult. sed hoc propter Medeam dicitur, quæ Colchis fuit. [At
expedita sagana per totam domum) Saganam hanc ex conscijs,
ac ministris ueneficij illius accipe. [Expeditam) Succinctam vi-
detur dicere. [Abacta nulla Veia conscientia) Ablatiui casus est,
& est sensus,Veia,quæ nulla mala conscientia remora est. [Lon-
go die bis, terq. mutatæ dapis In emori spectaculo) Vt magis
incitaretur puer,ait illi ante poni epulas,& sæpe mutari. [Exer-
ta vti medulla, & aridum) Non uidetur causam tanti facinoris
epitheris dolo malo conscitura significat autem Canidiam,amo
ris potionem Varo præparare. infert enim, Non usitatis Varo
potionibus interminato. [Non defuisse masculæ libidinis Arimi
nensem Foliam) Dicit etiam Foliam nomine veneficam huic sce
lere interfuisse quod ait masculæ libidinis,ad id pertinet,ꝙ dican
tur quædam mulieres habere naturam monstruosæ libidinis co-
eundi fœminis, quo crimine etiam Sappho male audijt. [Et o-
tiosa credibile Neapolis) Videtur significare scelus hoc Nea-
poli factum. nam (vt supra diximus) Gratidia hæc Neapolitana
fuit. Neapolim autem otiosam pro quietam dixit. simul, quia
otiosis .i. uitæ quietioris aptissimus ille secessus est. [Hic irrese-
ctum sæua dente liuido) Sed illud attende,ut duabus præpositio
nibus exaggerata sit facinoris atrocitas, irresectum, pro valde &
sæpius sectum. [Quid dixi? aut quid tacui) Sensus est, quæ sce-
lera non dixit,aut quæ silētio præterire potuit? [O rebus meis.
Non infideles arbitræ) Hæc iam Canidiæ verba sunt. [Nunc in
hostileis domos. Iram atque numen) Varo hæc imprecatur, à
quo fastidiebatur. [Quale non perfectius Meæ laborarunt ma
nus) Hinc scias illam (vt diximus) vnguentariam fuisse. Atten-
de autem elocutionem constitutam, quale non perfectius, cum
sit dicendum, quo non perfectius. [Quid accidit? cur Barbaræ
minus Veneoa Medeæ valent) Indignatur venena Medeæ esse,
quibus illa vsa sit,cum se de pellice sua ulta est. [Cum palla, ta-
bo munus imbutum) Palla munus figura est,quæ ἐπεξήγησις dici-
tur. Tabo autem nunc ueneno,aliter Virg.

*Huic atro liquuntur sanguine guttæ:*
*Et terram tabo maculant.*

[Indormit vnctis omnium cubilibus. Obliuione pellicum) Et re
liqua,obscura elocutio, quæ sic ordinanda est, Indormit cubili-
bus unctis obliuione omnium pellicum. & est sensus: Nescio
quare sunt præsentiora ueneficia, quæ cubile vngunt medicami-
nibus,per quæ medicamina obliuio ei datur omnium pellicum.
pellices autem Canidia pro se sola dixit. [Ah,ah, solutus ambu-
lat ueneficæ Scientioris carmine.) Hoc est quod ingemuit, ꝙ a-
lia scientior uenefica inuenta sit,q̃ ipsa est. [Ad me recurres,nec
uocata mens tua Marsis redibit uocibus) Voces suas Marsas di-
cit quasi magicas,ut sit sensus: Mens tua magicis meis uocibus
semel euocata nunquam redibit ad sanitatem. Aut nunquid
hoc dicit. Mens tua a me incantata nunquam redibit etiam si
Marsis uocibus reuocetur. Marsi autem periti incantationum
sunt. huic etiam rei Virg. testis est, qui sic ait: Spargere qui so-
mnos,cantuq́ manuq. solebat. [Fastidiente poculum) Fastidien-
ti.s.me. [Misit Thyestes,preces) .i. diras execrationes, qualibus
in Tragœdijs Thyestes Atreum execratur. [Venena, magnum
fasq., nefasq. non ualent) Magnum fas uenena sunt si hostibus
dentur magnum nefas si amicis. [Non ualent Conuertere hu-
ma. ui.) Sic sensus est, Quamuis uenena multa possunt non ta-
men ualent merita in contrarium uertere, ut liberent pœna, qui
male mereantur. Vices autem appellantur pœnæ, quæ in scele-
ratos pro admissis regerentur. Diris agam uos (dira detestatio di
ræ ut dixi) execrationes dicuntur ac detestationes, siue male di-
cta. Agam autem nunc ꝓsequar signat. [Vos turba uicatim hinc,
& hinc saxis petens Contundet obscœnas anus) Eleganter, qui
insanos solent fustibus, & lapidibus insectari, ut eos ab omnibus
suis fugent. [Exquilinæ alites) Et alibi sæpe ostendit in regione
aggeris, quæ est extra portas Exquilinas, solita fuisse pauperum
corpora, uel comburi, uel proijci. [Neque hoc parentes heu mi-
hi superstites Effugerit spectaculum) Subaudiendum hic exter
secus uos, & est ordo, & est sensus talis, Neque hoc spectaculum
effugerit uos ò parentes, mihi superstires, & bene heu ait. i. dolē-
ter, iuxta parentum cōmemorationem gemitus insertus est heu,
quia & ipse superstes esse uellet.

ASCEN. AT o Deorum) Canidiam ueneficam, quæ puerum præte-
xtatum ad ueneficium rapuerat, taxans inducit ipsum pue-
rum

rum in tapta ſic queritantem. At, quaſi dicat vt humanas opes non implorem, ò quicquid deurum (aut quiſquis) .i. quicunque exiſtens Deus in cœlo, regis terras & genus humanum, quid iſte tumultus .i. mulierum furor fert .i. affert noui, aut quid ſibi vult? ecquid (vel aut quid) vultus truces omnium, ſcilicet harum veneficarum.ſ. Saganæ, Veiæ, Foliæ, & Cratidiæ, ſeu Canidiæ ſupp. conuertuntur in me vnum? Ego precor ò Canidia ſup. te, per liberos.ſ. tuos, quorum memoria, quia illis ſimile contingere poſſet, mihi parcere debeas, ſi Lucina vocata.i. inuocata à te, affuit veris.i. non ſimulatis, partubus .i. ſi quos liberos habes, & ij qui tui dicuntur, non ſunt ſuppoſiti, ſed tui, precor etiam per hoc decus purpuræ.i. per hanc prætextam, quam vt nobilis puer ferebat, inane.i. nihil mihi proficiens, quia nihilominus rapior, & per Iouem improbaturum .i. damnaturum hæc, & ita de te ſupplicia ſumpturum, quid intueris me ut nouerca, aut vt bellua.ſ. leo, petita.i. laceſſita ferro? hactenus ſunt pueri verba. Vt hæc trementi, verba ſunt Poëtæ narrantis quomodo ueneficę illę duce Canidia puerum indulgentem inclementer abripuerunt, dicentisque ſic. Vt.i. poſtquam, puer queſtus.i. conqueſtus. hęc.i. huiuſmodi, quę dicta ſunt, ore triſti, conſtitit inſignibus .ſ. nobilitatis & generis, uidelicet prętexta & bulla aurea raptis, exiſtens corpus impube, ſup. tale, qualle poſſet mollire ipſa pectora Thracum.i. Barbarorum ferocium, quales ſunt Thraces. Canidia magiſtra ueneficarum implicata crines, & caput incomptum .i. habens ea implicata (ſeu implicita) more furiarum, uiperis .i. ſerpentibus uenenoſis, pro modulo capillorum uetulæ. nam uult illi uiperas pro capillis fuiſſe, iubet caprificos.i. ficus ſilueſtres, erutas.i. euulſas, ſepulcris, ut ad Necromantiam aptę ſint, & iubet cupreſſos funebres.i. ad funera pertinentes, & oua uncta ſanguine ranę turpis.i. rubetę, & plumam ſtrigis.ſ. auis, nocturnę.i. nocte pueros auferre ſolitæ, ſicut & Lamiæ, & herbas .ſ. uenenatas ad philtra aptas, quas & Colchos.ſ. inſula patria Medeæ, & Circes, atque Iberia, quæ eſt ad Pontum, non Hiſpania hoc loco, ferax ueneno rum, quia naſcuntur plurima Ponto, mittit, & iubet oſſa rapta, ab ore canis ieiunæ, aduri flammis Colchicis.i. a Colchicis ueneficis edoctis, ut a Medea, quæ regiam Creontis incenderat. At.i. ſed, Sagana.i. ſecunda uenefica, ſpargens per totam domum aquas Auernales.i. ab Auerno lacu, quo ad Inferos deſcenditur, hauſtas, horret.i. horrida eſt, capillis aſperis.i. erectis, ut echinus marinus .ſ. piſcis habens teſtam tam aſperam ut eſt calix caſtaneæ (Eſt & echineis piſcis, qui ꝙ naues immoratur, remora dicitur) aut aper .ſ. ſilueſter, currens, quia tunc ſpinoſas ſetas erigit. Veia, quæ tertia uenefica, nulla.i. non ulla, non abacta.i. depulſa ab incepto, ulla conſcientia, cum.ſ. nullam recti, aut pietatis haberet conſcientia, q.d. animi humanitate ſecluſa (ſunt autem abacta & Veia nominatiui, nulla & conſcientia ablatiui caſus) exhauriebat.i. effodiebat, humum duris ligonibus, quo.ſ. loco, uel quo.i. ideo, ut puer.ſ. prætextatus ille raptus, infoſſus poſſet emori in longo ſpectaculo dapis, bis, terque.i. frequenter mutatæ, diei per ſingulos dies. uolebat.n. puerum deſiderio cibi tm̄ oſtenſi emori, ut eius medulæ deſiderij explendi uim haberent, cum .ſ. puer, promineret.i. extaret, ore ſup. tm̄, quantum corpora ſuſpenſa aqua.i. ab aquis, extant .i. eminent, mento .i. cum eſſet infoſſus mento tenus, ideo uti.i. ut, medulla pueri exerta .i. extracta (ab ex, & ſero, fit exero) & iecur aridum exertum. eſſet poculum amoris.i. philtrum. nā in iecore, & medullis putatur ſumma uis amoris. cum pupulæ .i. paruæ imagines oculorum pueri intabuiſſent.i. mortem reſolutę eſſent. ſemel cibo interminato .i. non ad terminum.i. os perducto, ſed tm̄ oſtenſo. Non defuiſſe, docet & quartam ueneficam Foliam nomine affuiſſe, dicens, Et Neapolis ocioſa.i. fabulis, & nugis uacans & talium rerum credula, aut ocioſa, ꝙ propter amœnum receſſum multos ocio dedita alliciat. vnde Ouid. xv. Met. Et in ocia natam Parthenopen, vt Bonfinis notauit, & omne oppidum uicinum.i. tota uicinia, quia a Gratida Neapolitana hæc gerebantur, credidit Foliam Ariminenſem .i. ab Arimino illucuſque aſcitam, mulierem ſup. libidinis maſculæ.i. fortis, ſicut maſcula bilis dicitur, aut in maſculos, aut reuera ſuperne more maſculorum incumbere ſolitæ, nō deſuiſſe, immo affuiſſe, quæ ſ. Folia uenefica, deripit .i. deorſum rapit, cœlo ſidera decantata.i. carmine deorſum tracta, uoce Theſſala .i. magica, qua Theſſali plurimum ualuiſſe creduntur, & Lunam ſupp. decantatam. unde Maro in Buc.

*Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam.*

[Hic,) Id eſt hoc loco & tempore. cum ſic ueneficæ congregatæ ſuas quæque partes explerent, Canidia quæ princeps erat, ſæua, id eſt immitis, rodens pollicem, ſcilicet ſuum, quem furentes & impatientes rodere ſolent. vnde Petronius (ut recitat Acron) Pollice ait vſque ad petiolum roſo, irreſectum .i. valde ſectum, aut certe non ſectis vnguibus, quod immundæ veneficæ conuenit, dente liuido, id eſt inuido, aut obſcœno: quid dixit, aut quid tacuit, id eſt non dixit? quaſi dicat fas non eſſe dicere ſceleta quę dixit, quia nihil quod execrabile eſſet, tacuit aut furentis motem exprimit, cui neque quæ dicat, neque quæ taceat comperta ſunt, dixit autem tandem. [O Nox, & Diana,) Id eſt Luna, quæ regis ſilentium, id eſt ſilentem noctem, cum ſacra arcana, qualia ſunt magica a Romanis prohibita, fiunt non infideles, immo fideles, arbitræ: meis rebus, id eſt quæ res meas pro arbitrio aut cælare & perficere, aut reuelare & fruſtrari poteſtis: adeſto nunc nunc: & vertite nunc in domos hoſtiles, ſcilicet Vari: iram, atque numen, id eſt veſtram potentiam nocendi: dum, id eſt donec, feræ languidæ, id eſt proſtratæ, dulci ſopore, latent ſiluis formidoloſis, canes Suburranæ, id eſt quæ ſunt in Suburra regione Romana: latrent ſenem, ſcilicet Varum: quo, id eſt ut, omnes irrideant ſenem adulterum perunctum nardo, id eſt vnguento nardino ſupple tali, quale (vt Mancinellus vult) pro quali: ex Priſciani auctoritate, malim tamen dicere non rectum a perfectius, ſed allaborarunt: vt ſit, ſcilicet vnguentum nardinum meę manus non laborarunt perfectius, ſcilicet quam hoc ſit laboratum. Quid accidit, ſcilicet noui, quod impediat vim incantandi? cur dira venena, id eſt philtra: Medeæ barbaræ, id eſt qualibus illa vſa eſt: minus, id eſt non valent, ſupp. modo, aut minus valent, quam tunc ualuerunt? quibus, ſcilicet ueñenis ipſa ſuperba quia uoti compos: fugit ulta pellicem, ſcilicet Glaucam aut Creuſam filiam Creontis magni, ſcilicet Corinthiorum regis. [Cum palla) Connectitur ſuperioribus, ſic. Cum, id eſt quando, palla, id eſt veſtis honeſta mulieri apta, ſicut pallium viro, appoſitorie munus, id eſt donum, imbutum, id eſt tinctum, tabo, id eſt veneno tabificatiuo, abſtulit nouam nuptam, id eſt ſponſam Iaſonis Creuſam, aut Glaucam incendio, ſcilicet ignis ex veneficio, oborti. Atqui, id eſt ſed, quomodo non efficio quod uolo? nec herba, nec radix latens in locis aſperis fefellit: me, & tamen ſupple Varus iodormit cubilibus omnium pellicum, id eſt aliarum concubinarum, quas ſibi quòd ſe eius vxorem cenſeat, pellices cenſet: vnctis obliuione, id eſt munitis contra incantamenta, quæ ut inefficacia obliuione præterit Varus. & hic ſenſus mihi quadrantior, quàm is quem Mancinellus colligit. Nam ſequitur ah, ah, quæ vox iam reſciſcentis eſt, ipſe ambulat ſolutus, id eſt expeditus, carmine, id eſt per carmen, veneficæ ſcientioris, id eſt peritoris, quam Canidia, ſcilicet ſit, aut quam ego ſim, id verbis Canidiæ dicas, quæ proſequens ſermonem in Varum ait: O Vare caput fleturum, id eſt qui præcipue fleturus es, tu recurres ad me potionibus non vſitatis, id eſt non vulgaribus, vtpote ex pueri medullis. Nec mens tua redibit, ſcilicet in ſe uocata, id eſt reuocata, uocibus Marſis, id eſt quibus Marſi, & quicunque alij in Italia qui faſcino quod poſſunt ualent, quia ego parabo, & ego infundam tibi faſtidienti, id eſt ſuperbe contemnenti, ſcilicet hæc leuiora pocula, poculum maius, id eſt potentius & efficacius. Cœlum ſidet, id eſt ſedem capiet prius inferius mari, id eſt quàm ſit mare, & hoc tellure, id eſt terra, quæ infima modo eſt: porrecta ſuper, ſcilicet cœlum non flagres, id eſt ardeas: ſic amore meo, id eſt à me tibi immiſſo: alioqui, ſecundùm Vallam, diceret mei, quomodo Bonfinis legendum cenſet, uti, id eſt quemadmodum. bitumen ſupp. flagrat: ignibus atris, id eſt piceis, & uix extinguibilibus. Puer ſub hæc, id eſt circa, aut inter hæc, uel paullo ante quam hæc fierent: non lenire, id eſt non lenibat, ſeu leniebat: iam, ſcilicet amplius, impias, ſcilicet ueneficas, precibus mollibus, ut fecit antequam veneficas ſciſſet: ſed dubius vnde rumperet, ſilentium, id eſt unde loqui inciperet, miſſit, id eſt emiſit, preces, id eſt imprecationes, Thyeſteas, id eſt quales Thyeſtes in Atreum fratrem miſerat. Venena, id eſt ueneficia, non ualent conuertere vicem, id eſt viciſſitudinem humanam, appoſitorie magnum fas, & nefas, id eſt ut faciant id, quod fas eſt nefas, aut e diuerſo, quia fas nemo ſine præmio, & nefas ſine pœna committit. Agam, id eſt perſequar uos diris, id eſt execrationibus. deteſtatio dira, id eſt quæ dira dicitur execratio nulla uictima expiatur, id eſt purgatur. Quin, id eſt quinetiam inſuper, ubi, id eſt poſtquam, ego iuſſus, ſcilicet à uobis, in quarum manibus ſum, perire.i. emori expirauero, id eſt ſpiritum emiſero, quod arguriſſime dictum eſt. Nam venefico perire ipſum velint verum animus non eſt periturus, ſed expirandus. Et ergo ego occurram .ſ. vobis, furor nocturnus.i. agens uos nocturno tempore in furias, & ego vmbra, ſcilicet corporis mei, hoc eſt inter Manes deputatus, petam, ſcilicet inſidioſe, & uiolenter vultus .ſ. veſtros, cutuis

uis vnguibus.f.meis : quæ vis.i.potestas , aut violentia est Deorum Manium.i.inferorum,quia id dij Inferi possunt,cum prodesse ne queant. Et ego assideos,tanquam persecutor, præcordijs.i.intimis affectionibus vestris : inquietis.i.furore , & timore percitis. aufetam f.vobis somnos : pauore.i.per pauorem,quem vobis immittam. At ne inane putent. etiam viuorum minatur suppliciū addens. Vos turba : prosequitur (vt dixi) puer execrationem suam,dicens. Turba.f.populi,viuentis,petens.i.inuadens vos: vicatim.i.per vicos : hinc & hinc.i.ex vtraque parte, saxis.i.lapidibus,contundet.i.tundendo obruet,vos anus.i.vetulas obscœnas, quia veneficas , & libidinosas. Post.i.& postea, lupi & alites.i.aues,Exquilinæ.i.quæ in Exquilijs,vbi cadauera, & immunditias sectantur,versati solitæ,different.i.in diuersa ferent, & distrahēt membra.f.vestra insepulta. vbi in dictione Exquilinæ non fit synalœpha. Neque hoc spectaculum.i.tormentum vestrum, quod parentibus meis ob necem meam spectaculo erit : effugerit heu (inter dolentis vox) parentes.f.meos,superstites.i.adhuc viuentes,q.d.vos quidē facitis, vt contra cursum naturæ parentes mihi superstites sint,sed non efficietis,vt vos illis superstites sitis,quia vltione publica de vobis sumpta gaudebunt.

DOCT. *interpr.* CRedidit Neapolis) Ociosam dictam esse Neapolim. Bonfinis vult , quod locus sit maxime idoneus ad secessum,vt Str.lib.5.de hac abunde testatur, & Ouid.illi attipulatur lib.xv.Metam. Et in ocia natam Parthenopen.

CLAR. DIris agam) Moris plurimum improbandi meminit poëta , qui est , vt nihil dicant homines nisi diras admisceant deuotiones,& imprecamina. Lege in Prouerb. Execrationis templum,& Oedipi imprecatio.

*At ò Deorum quisquis in cælo regis.*

At Vacat , inquit Acron. Mihi vero minime videtur vacare , sed esse particula ex abrupto loquentis,vt planum euadit ex hoc Virgilij,quod idem Acron adducit.

*At tibi pro scelere , exclamat , pro talibus ausis.*

Quasi qui plura prius secum animo voluerit, vt nihil est cogitatione celerius,tandem in hæc proruperit verba. Sed & alij hoc notarunt. Ceterum hoc in loco, quisquis, legunt doctiores etiā si alteram lectionem,quicquid, non reijciendam putem. [Herbasq , quas & Colchos,atque Iberia) Colchos , inquit Acron , ciuitas Ponti est. Porph. autem vrbem Thessaliæ facit. Sed librariorum culpa hoc accidisse arbitror,qui ex regione vrbē scripserunt. De Iberia idem in Acrone vitium. Sed & de Veia in eodem tres loci in medio lib corrupti erant,quos omnes emendare non potuimus , pro exacta tamen legunt omnes exerta,quod & mihi magis arridet. [Interminatio cum semel fixæ cibo) Interminatio.i.interdictio, exponit Acron, vt sit a verbo interminor,quod compositum est ex inter & minor. Mancin & Badius ex in,& terminor,compositum putarunt non recte,mea quidem sententia.[indormit vnctis omnium cubilibus Obliuione pellicum) Manifesta amphibologia. Porphyrion ita ordinat. Indormit cubilibus vnctis obliuione omnium pellicum , vt genitiuus omnium pellicum regatur ab ablatiuo obliuione, q.d.iacet in cubili suo oblitus omnium pellicum. Pellices autem Canidia pro se sola dixit,vt idem ait. Alij vero ita ordinanda putant hæc verba : Indormit cubilibus omnium pellicum vnctis obliuione, ita vt genitiuus omnium pellicum , regatur ab ablatiuo cubilibus , q.d. Ego quæ velut vxor sum,ab illo contemnor, ceterum ipse securus apud quaslibet pellices (ita vocat reliquas) versatur, quatum cubilia probè munita vīr aduersus mea incantamenta. Idq. sequentia verba cōprobant. [Ah, ah,solutus ambulat) Quasi iam resiscat. [Nec vocata mens tua Marsis redibit vocibus) Porphyrionis expositio hoc in loco prior, magis simplex videtur. Quidam redibit,& vocata,ad alias incantatrices referunt,quod videtur coactius. Sed lectori hoc iudicandum relinquimus.

## IN MALEDICVM POETAM QVENDAM.

*In Cassium quendam,& nonnulli volunt,poëtam maledicum quidem illum, sed in ignauos tantum , & quietos. hortatur igitur eum Horatius vt in se conuertat impetum,qui vicissim possit remordere,non secus ac Archilochus Lycamben , & Hipponax Bubalum.*

*Ode VI. Dicolos Distrophos: Vt, Ibis Liburnis inter alta nauium.*

u-u---u---uu

--u---u-

QVID immerenteis hospites vexas canis ,
Ignauus aduersum lupos ?
Quin hoc inaneis , si potes , vertis minas :
Et me remorsurum petis.
Nam qualis aut Molossus , aut fuluus Lacon ,
Amica vis pastoribus ,
Agam per altas aure sublata niueis ,
Quæcunque præcedet fera.
Tu cum timenda voce complesti nemus :
Proiectum odoraris cibum ,
Caue : caue : nanque in malos asperrimus
Parata * tollo cornua.
Qualis Lycambæ spretus infido gener ,
Aut acer hostis Bubalo.
An si quis atro dente me petiuerit ,
Inultus vt flebo puer ?

* *Tollere cornua. pro eo quod est animos efferri. Translatum a pecoribus quæ cornibus oppositis minantur.*

QVID immerenteis)Hæc Ode in maledicū scribitur qui in externos,& infirmos, quietosq. potius,quam in ciues,& in fortes timenda voce latrabat. hortatur eum Horat. vt in se (si potest) vertat inanes minas . nam remorsurus est , non enim vt puer flebit, si quis eum atro dente petierit. [Quid immerenteis) Metrum est simile primo. Est autem ordo. Tu canis ignauus aduersus lupos , quid vexas hospites immerenteis? [Hospites) Peregrinos & externos. [Canis,) Ouid etiam in Ibin. ait , ANTO.

*Vulneraq; immitis requiem quærentia vexat :*
*Iactat , & in toto verba canino foro.*

Cani autem non ab re maledicum comparauit , nam canum rabies Syrio ardente omni pestifera est , quod etiam Plin. scribit. [Ignauus) Inutilis dicitur,& non aptus industriæ nā industrios gnauos dicimus. [Lupos) Fortes viros , & qui remordere possunt.[Quin) Id est potius, hoc loco vario quidem modo auctores hac particula vtuntur,quod etiam Gellius lib. xvj. meminit. [Nam qualis aut) Ordo est,Nam talis qualis aut Molossus canis,aut fuluus Lacon appositio,vis amica pastoribus sublata aure per altas niues agam.i. feram, quæcunque fera præcedet. Per id autem ostendit se sagacem esse, nec vnquam præcedentem feram dimissurum , hoc est sibi nocentem aliquem relicturum, quin vicem reddiderit. Comparat demum se optimis canibus , illum vero ignauis,& clamosis tantummodo. [Molossus) Epirotarum gens Molossi sub Pyrrho Neoptolemo fuere. Theopom xiiij. Epirotarum gentes fuisse refert è quibus celebratissimæ Chaones,& Molossi,quippe qui totius Epirοticæ terræ qinque regnum tenuere , prius quidē Chaones posterius vero Molossi , qui propter regum agnationem magis , ac magis amplificati fuerant. nam ex Æacidarum sanguine prognati erant. Str. lib.vij.id scribit.Plin.autem lib.viij.refert in Epiro agnitum á cane in conuentu percussorem domini , laniatuque , & latrato adactum,vt cogeretur fateri scelus. Hos canes etiam Maro lib. iij. Geor. laudat , his uerbis , Nec tibi cura canum fuerit postrema , sed una Veloces Spartæ catulos , acerque Molossum pasce sero pingui. [Fuluus Lacon) Lacones canes Naso etiam lib.iij Met. laudauit. Scribit.n Spartana gente Melampus. Item, Præualidusque Lacon. Laconica autem regio est Achaiæ, quæ priscis annis centenis præfuit vrbibus,vnde Hecatompolis vocitata est, de qua quidem multa Str.lib.viij.memin [Amica vis pastoribus) Epexegesis est superiorum per appositionem igitur leges. dicit enim Molossum canem , & Laconem esse uires amicas pastorib. per eos nanque,& ab lupis, & ab furibus tuti redduntur. [Proiectum cibum , ) Metaphora est. Per id enim eum ignauum esse innuit. Verbis nanque magna ostendit, deinde re minima acquiescit , ut canes ignaui solent obiecto cibo , quod Molossus , aut Lacon non facerent ubi latratus emiserint fera aliqua præcedente. [Parata tollo cornua.) Nunc se tauro comparat. qui instigatus cornibus ferit. [Qualis).i. talis ero qualis gener spretus infido Lycambæ. [Lycambæ gener,) Lycambes Neobolem filiam habuit, eam Archilocho poëtæ spopondit.

Molossi. Lacon

dit, ibnuit postea . iratus igitur Achilochus in eum metrũ Iambicnm, & maledicum sctipsit, qua de re Lycambes cum filia laqueo vitam finiuir. Id autem, & Acron afferir. Fuir autem Atchilochus Lacedæmonius Rom. regnante Tullo Hostilio, vt dixit Cornelius Nepos. Meminit eriam lib.j. Valerius in tit. De seueritate. Quintil. item scribit lib x. In Archilocho fuisse summam vim elocutionis, tum validas, tum breues, vibrantesque sententias, plurimum sanguinis, atque neruorum. [Acer hostis Bubalo) Hipponax poëta hic intelligitur. fuerat.n. deformis à Bubalo pictore pro risu depictus, quo furore poëta commotus, tali carmine illum persecutus est, vt vitam laqueo finire adegerit. quod item Acron docer. Dicũnt alij Bubalum sculptorem fuisse, & Antherenum a quibus Hipponax ipse turpi effigie in contẽptum fuerat sculptus. qua de re turpi carmine eos est insecutus, vnde laqueo se suspenderunt. [Atro dente) .i. venenoso. [Flebo) Expletur lactymis egeriturq́ dolor, inquit Ouid. Pueri autẽ offensi lacrymas egerunt, ira quadam, q̃ se vlcisci non pñt.

ACR. QVid immerentes) Cassium maledicũ poëtam in se irritat minaturq́. si solita rabie fuerit elarus. [Immerentes) Nihil mali meritos. [Hospites) Peregrinos. [Vexas) Fatigas, vt Dulichias vexasse rates. [Canis) Bene maledicum canem vocauit, velut q & ipse morderet. [Ignauus aduersum lupos) Lupis hoies fortes comparauit. Vitas ergo inquit, qui se vlcisci pñt, at miseros lædis, quia carminibus aliquos mordeat. [Amica) Amicos canes pastoribus dixit, vt Virg. Veloces Sparræ catulos, acremq́ue Molossum Pasce sero pingui, nunquam custodib. illis Nocturnum stabulis furem, incursusque luporum, Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. [Vis) Sagaces canes dixit, vt, Et odora canum vis. [Agam per altas aure sublata niues,) Seruat metaphoram, & dicit se agere, hoc est persequi aure ad latratus posita in feras, & ostendit se persecuturum verba maledici. [Tu cum timenda voce) Demonstrat eum pecuniam quærere maledictis, qua accepta ita desineret, vt canis, qui reperto cibo insectari desinit. [Caue) Non se aut munere placandum, aut precibus dixit, si maledictis eius cœperit respondere. [Parata tollo cornua) Vt, Occursare capro, cornu ferit ille caueto. [Qualis Lycambæ spretus infido gener,) Lycambæ datiuo casu posuit. cuius hæc fabula est, Lycambes habuit filiam Neobolem, hanc cum Archilochus in matrimonium postulasset, promissa, nec à patre data est. huic iratus Archilochus, in eum maledicum carmen scripsit, quo Lycambes tanto est dolore compulsus, vt cum filia vitam laqueo finiret. [Aut acer) Hipponactẽ sigñat. qui Bubali filiam nuptum petijt & pro deformitate est contẽptus. Illud iñ verius volunt, Bubalũ fuisse pictorem apud Clazomenas ciuitatem Asiæ, hic Hipponactem quendam poëtam deformẽ pro risu pinxit, quo ille furore commotus, tali eum carmine perculit, vt se laqueo suspenderet. vnde nunc similis carminis vim maledico minatur Horat. [Atro dente) Maledico, aut obtrectatorio sermone.

POR. QVid immerentes hospites vexas canis) In hac Ode allegoricos vr̃ loqui ad eum, qui tum dicacitatis amaritudine insectaretur quietos alioquin hoies, in eo sibi gloriã assignauerit, q̃ illi cedentes ei viderentur non sufficere rñdere. [Amica vis pastorib ) Amica nunc pro vtili dr̃. [Agam per altas aure sublata niueis, Quæcunque præcedet fera.) De se hoc Poëta dicit significans non defuturam sibi linguæ amaritudinem, si prouocetur alicuius improbitate. [Qualis Lycambæ spretus infido gener,) Lycambæ datiuus casus. Archilochum aũt sigñat, qui Lycambem probrosis carminib. vsq. eo insectatus est, vt ille mortem sibi cõsciscerer, hoc autem eo fecit, & ille filiam suam in matrimonium promissam, mox denegasset. [Aut acer hostis Bubalo.) Æque datiui casus est, vt huic Bubalo. Hipponacta significat, qui æque Iambicis versibus Bubalum persecutus est.

Inultus vt flebo, inultus vt puer.

ASCEN. QVid immerenteis) Impiam cuiusdam insolentiam qui non remorsuros mordebat, castigat dicens. [O canis) .i. vir canina rabie. [Quid vexas hospites) .i. peregrinos, & externos. [Immerenteis) .i. qui nihil in te cõmeruerunt existens. [Ignauus) .i. sine opera, & arte torpens. [Aduersum lupos?) .i. acres, aut nociuos viros? [Quin) .i. potius [Si potes, verte (aut vertis) minas) .s. tuas. [Inaneis) .i. nullius efficaciæ. [Huc) .i. in me. [Et pete (aut petis) me remorsurum) i. qui remordeam te. Nam ego existens talis qualis, aut Molossus) .i. canis Epiroticus. [Aut Lacon) .i. canis Laconicus. [Fuluus) .s. in colore. [Appositorie vis amica) .i. quorum vterque est amica vis pastoribus .s. contra lupos. [Agam aure sublata) .i. erecta [Per altas niueis,) Sup. feram. [Quæcunque fera præceder. Tu vero eum complesti nemus voce timẽda) .i. latratu tuo, quem timent. qui te non noscunt. [Odoraris) .i. libenter si inuenias, odorabueris. [Cibum proiectum) Quia putidum, q d. sectaris imbelles, & tamen nihil capis. [Caue, caue) .s. me lacessere. [Nam ego asperrimus in malos, tollo cornua) In morem bouis petulci. vnde in Satyra de se facit dicentes. Fœnum habet in cornu. existens talis qualis gener .s. Archilochus. [Spretus Lycambæ) .s. socero eius infido, quia neganti filiam, quã ei despondetat, hoc est compellam te ad suspendium, sicut Archilochus Lycambem, aut existẽs tibi talis qualis acer hostis .s. Hipponax. [Bubalo) .s. pictori, aut sculptori, quem ad simile exitiũ compulit. [An putas sup. quod si quis petiuerit) .i. lacessiuerit me. [Dente atro) .i. inuido. [Ego flebo inultus vt puer?) Quasi dicat id minime fecero.

CLAR. QVin huc inaneis, si potis, vertis minas?) Quin, Mancin. exponit i. potius, oblitus qđ Valla, cuius studiosus lector fuit: exponat pro cur non. Ideoq́. hic locus interrogatiue legendus, quod nec Badius animaduertit qui verte, & pete legit, pro vertis, & petis, male vtrunque cum nec carmen, nec sensus patiatur.

## IN BELLVM CIVILE GESTVM CONTRA Brutum, & Cassium.

*Execratur belli ciuilis furorem, quo Romani ciues crudelius inter se, quam vllæ feræ, & lupi sui generis beluas non lædant, vt se mutuo homines, quanquam att, Fatis hoc potius imputandum sit, vt posteri dent pœnas ob parricidium a Romulo commissum in fratrem innocentissimum.*

*Ode VII. Dicolos, Distrophos: Vt s Ibis Liburnis inter alta nauium.*

––U––UU–––U–
––U–––U–



Vo' quò scelesti ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enses conditi?
Parum ne campis, atque Neptuno super
Fusum est Latini sanguinis?
Non vt superbas inuidæ Carthaginis
Romanus arceis vreret:
Intactus aut Britannus vt descenderet
Sacra catenatus via:
Sed vt, secundùm vota Parthorum, sua
Vrbs hæc periret dextera.
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Vnquam, nisi in dispar feris.
Furor ne cæcus, an rapit vis acrior?
An culpa? responsum date.
Tacent: & ora pallor albus inficit:
Mentesq́. perculsæ stupent.
Sic est. acerba fata Romanos agunt,
Scelusq́. fraternæ necis:
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

ANTO. 
Vò quò scelesti ruitis?) Hae Ode Romanos arguit ciuile bellum instaurantes. de quo tñ intellexerit, non facile dignosci potest. De bello quidem Actiaeo cõtra Antonium Cleopatram intelligere magis placer. Id enim finis armorum ciuilium fuit. de quo etiam prima Epodo Horat. innuit. [Quò quò scelesti ruitis?) Metrum est superioribus simile. Incipit autem ab exclamatione propter armorum tumultum. [Ruitis?) Sine consilio quidem. [Enses conditi) Post Cassij, & Bruti, & Sexti Pompeij interitum qui erant bella ciuilia, itaque omnis Romanorum vis, atque potestas ad duos tandem Antonium .s. & Augustum Cæsarem peruenerat, vt Appianus libro septimo meminit. Propter Cleopatram exinde desciuit Antonius. qua de re pugnatum est acriter apud Actium Epiri promontorium, vt latius prima

ma Epodo narrauimus. [Non sup. Fusum est Lat.sang. Inta-
ctus Britannus) Finis erat orbis ora Gallici littoris, nisi Britan-
nia insula nomen pene orbis,alterius mereretur octingentis, &
amplius millibus passuum longa porrigitur. Auctor est Solin.
Ptol. lib. ij. scribit, In insulis Britanniæ nec montes, neque pa-
ludes,nec fluuiorum fontes esse. [Intactus Britannus) D. Hiero-
nymus de temporib. sic ait, Claudius de Britannis triumphauit,
Orcadas & Orcadas insulas Romano adiecit imperio. in cuius gloriæ me
moriam filium suum Britannicum appellauit. Sunt autem Or-
cades xxx.angustis inter se ductę spatijs auctor Mela. Plin. etiam
lib. iiij. de ijs scrib. [Cathenatus) Ibat.n.victus. hostis autem triũ
phantem onerarus colla cathenis. [Sacra via) De hac supetius pa
tuit. [Sed) Sup. Fusus est Latinus sanguis. [Secundũ vota Partho-
rum,) Crasso pugnante in Parthos ingens clades accepta est ab
Romanis, vt latius secunda Ode lib. j. iurauimus, quare Par-
thorum animi ad summum elati sunt. deinde tamen sub M. An-
tonio repressi, prœlijs.n. octo, & decem superati sunt. Antonius
postea ad ciuile bellum conuertit animum. De Parthis autem le
gito App. in lib. qui Parthicus inscribitur. Vbi etiam legitur, ꝙ
Ventidius solus de Parthis vsque ad ætatem Appiani triumpha-
uit, qui sub Traiano Imperatore scripsit. Aduerte tamen Venti-
dium triumphasse priusquam Antonius in Parthos iuisset. [Sua-
dextera). i. bellis ciuilibus. [Neque hic lupis) Plin. lib. vij. de ho
Feritas hominis mine ait, Nulli rabies acrior, denique cetera animantia in suo
genere probe degunt congregari videmus, & stare contra dissi-
milia. Leonum feritas inter se non dimicat, serpentium mor-
sus non petit serpentes, ne maris quidem belluæ, ac pisces, nisi in
diuersa genera sæuiunt. At Hercule homini plurima ex homine
sunt mala. Seneca item epist. ciiij. sic ait, Ab homine homini quo
tidianum periculum, aduersus hoc te expedi, hoc intentis ocu-
lis intuere, nullum est malum frequentius, nullum pertinacius,
nullum blandius. Tempestas minatur antequam surgat, crepãt
ædificia antequam corruant, prænunciat fumus incendium, su-
bita est ex homine pernicies, & eo diligentius tegitur quo pro-
pius accedit &c. [Furor) Impetus, insania, ira. [Vis acrior). i. fa-
talis necessitas. [Culpa) Scelus aliquod cuius causa in seipsos ir
ruerent Deorum numine. [Tacent) Ostendit illos verbis supe-
rioribus conuictos tacuisse, deinde conscientia culpæ, & scele-
ris palluisse. [Perculsæ) Territæ memoria culpæ, ac sceleris. [Stu
pent) Torpent, incertæ sunt, sensu carent. [Sic est) Illis tacenti-
bus, pallentibus, & stupentibus innuit Fato & culpa Romanos
agi ad bella ciuilia supplicium subeuntes ob Romuli cædem in
fratrem admissam. [Acerba Fata Romanos agunt,) App. in lib.
qui Syrius inscribitur, narrat Magos Seleuco regi consulenti de
die, & hora iaciendorum fundamentorum vrbis, sic respondisse,
Fatalem quidem sortem, O rex, siue bonam, siue malam, neque
hominis, neque vrbis fas est permutare quædam.n. vrbium quem
admodum, & hominum sors est &c. [Scelus fraternæ necis) Vt
dij, in quorum tutela ea loca essent, augurijs legerent eum, qui
nomen nouæ vrbi daret. qui conditam imperio regeret, Palati
num Romulus, Remus Auentinum ad inaugurandum templa
capiunt. priori Remo augurium fertur sex vultures, iamq. nun
ciato augurio cum duplex numerus Romulo sese ostendisset,
vtrunque regem sua multitudo consalutauerat, inde cum alter
catione congressi, a certamine iratum ad cædem vertuntur. ibi
in turba ictus Remus cecidit. Vulgarior fama est ludibrio fratris
Remum nouos transilijsse muros, inde ab irato Romulo inter
fectum. ita solus potius Imperio Romulus, condita vrbs con-
ditoris nomine appellata, Palatinum primum. in quo ipse erat
educatus, munijt &c. hæc ex Liuio, Luc. etiam lib. j. ait, Frater-
no primi maduerunt sanguine muri. [Vt). i. postquam. [Sacer
nep.). i. execrandus, & horrẽdus. nã suo cruore id erãt expiaturi.
ACR. QVò quò scelesti ruitis?) Illud bellum cum exclamatione signi
ficat, quod ab Augusto gestum est contra Brutum, & Cas-
sium interfectores Cæsaris. [Enses conditi) Vaginis inclusi. [Pa-
rum ne campis) Ciuilis belli tempore. [Intactus) Ante inuictus.
[Vt descenderet) Vt victus pro triumpho duceretur. [Sed vt)
Qui occiso Crasso metuebant Romanos, nisi bellum ciuile e-
mersisset. [Sua vrbs hæc periret dextera.) Vt Lucan. In te verte
manus, nondum tibi defuit hostis. [Neque hic lupis mos) Vt
se ipsi persequerentur. [In dispar feris) Hoc est in diuersam na-
turam. [Vis acrior) Fatalis quædam necessitas. [An culpa) Vel-
ut interroget causas furoris. [Et albus ora pallor inficit) Velut
qui conscientiam peccati monstraret. vt, Pallor simul occupat
ora. Albus aũt palloris epitheton. [Acerba Fata Romanos) Hoc
est (tanquam illis tacentibus ipse intellexerit belli ciuilis origi-
nem) inde in nepotes tractam discordiam, quia occiso fratre Ro

mulus parricidium perpetrauit. vnde est; Fraterno Primi ma-
duerunt sanguine muri. [Sacer) Execrabilis.

QVò quò scelesti ruitis?) Elegãter in tumultum ab excla POR.
matione incipit. ab eos aũt dicit, qui furiosa mẽte instau
rate bellum ciuile conabantur. [Aut cur dextris Aptãtur
enses cõditi?) Qui iam conditi erant, cur dextris accõmodantur?
ac si diceret: Stringitis gladios in vagina iam conditos. [Neque
hic lupis mos, neque fuit leonibus vnquam, nisi in dispar foris)
Sensus est: Feræ nõ faciunt quod vos ò Romani, sanguinem inui
cẽ petentes. nam feræ quæ eiusdem sunt gñis, inter se pacem ha
bent, dispares se insectantur. [In dispar feris) Dispar aduerb. est
nunc, ac si diceret dispariter feris. [Furor ne cæcus, an rapit vis a-
crior?) Quæ est acrior vis, q̃ furor? aut nunquid Deoꝝ ira? [Ta
cent, & ora pallor albus inficit) Elegans otiositas, quasi his verbis
conuicti steterint, deinde conscientia sceleris palluerit. [Sic est,
acerba Fata Romanos agũt) Eleganter quasi tãdem inuenerit fu
roris huius causam, intulit. Sic est, sensus.n. sine dubio hic est: Fa
to agimur ad hoc bellũ, supplicium pendẽtes ob cędem Romuli
in fratrẽ admissam. [Sacer nepotib. cruor) Sacer vtique pro vene
rabili nunc intelligendũ, nisi forte epitheton (vt solet) ad ipsum
facinus reuocamus, vt sacer cruor, ꝓ sacro. i. execrabili cęde effu-
so dictũ sit. sacrum aũt & pro execrabili veteres dixisse notũ est,
& apud Virg *Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?*
QVò quò) Duæ sunt voces. Nam ordo est. [Quò ò scele ASCEN.
sti, quò inq̃ ruitis?). i. sine consilio fertimini? [Aut cur
enses conditi?). i. absconditi iam pacatis bellis. [Aptan
tur dexteris). s. vestris? [Et ne parũ sanguinis Latini?). i. Italici.
[Super Fusum cãpis, aut Neptuno). i. mari? q d. satis superque.
[Non vt &c.) Ordo est. Non sup. ideo sic ruitis, aut hæc facitis.
[Vt Romanus vreret superbas arces Carthaginis inuidæ) i. ini-
micos veteres expugnetis. [Aut vt Britannus) Populus ferox.
[Intactus). s. ab armis Romanis, aut nõdum subactus. [Descen-
deret). i. in contumeliam duceretur. [Catenatus). i. catenis à triũ
phante vinctus. [Sacra via). i. per viam sacram, quæ in Capitoliũ
ducit. [Sed vt, Vrbs). s. Roma. [Periret sua dextera). i. proprijs vi
ribus & intestinis bellis. [Secundũ vota Parthoꝝ) Qui. s. id maxi
mopere desiderabant. vnde ne illis cõplaceant merito abstineãt.
quo sensu dictum est Aen. ij. Hoc Ithacus velit, & magno mercẽ-
tur Attidæ. [Neque hic mos). s. sæuiendi in cõsimilem speciem.
[Fuit vnq̃ lupis, nec leonibus feris, nisi in). i. contra. [Dispar) s.
animal, aut genus animantium. Si legatur nunq̃, tunc determina
bit particula feris, vt sit. [Neque hic mos). s. sęuiendi. [Fuit lupis,
nec fuit leonibus feris). i. efferis, & sæuientibus. [Nunq̃ nisi in di
spar). s. genus animantiũ [Ne) Pro an. [Furor cæcus). i. vos excæ
cans. [An vis acrior?). i. Fatalis necessitas, aut occulta deoꝝ ire.
[An culpa?). s vestra. [Rapit) sup. vos. [Date rñsum). i. rñdere.
[Tacent, & pallor albus) Qualis ex pudore & timore nascitur.
[Inficit ora). s. coꝝ. [Et mentes perculsæ). i. attonitæ Deoꝝ ira.
[Stupent. Sic est). i. certe ea ratio est [Acerba fata, & scelus fra-
ternæ necis,) Quia Romulus Remum occiderat. [Agunt Ro-
manos) Quasi conditoris, sicut protoplasti scelus in oẽs poste-
ros defluxerit. [Vt). i postq̃. [Cruor Remi immerentis). i. inno
cui. [Fluxit in terram, existens Sacer). i honore prosequendus.
[Nepotibus). i. omnibus posteris, & minoribus. Hic ergo non
Augustum taxat, sed eos qui contra eum bella mouebant, quasi
Fatale sit, vt sub tam bono principe turba in arma ruat.
NEque hic lupis mos,) Sensus, & ordo est [Hic mos). s. vt MATT. Bonfinu.
hoĩes alter in alterum inuicem sæuiant. [Neque fuit lu-
pis, nec leonibus Nunq̃ (sup. iterum fuit) hic mos feris,
nisi in dispar). s. genus ferarum vt feris sit substantiuũ. Possumus
ẽt, & congrue nomen feris coniungere lupis, & leonib. sed ita tñ
vt nunquam oĩno legatur, non aũt nunq̃, hoc modo. [Hic mos,
neque fuit lupis, nec leonib. Nunquam feris). i. sæuientibus. [Ni
si in dispar). s genus ferarum. i. nisi in feras diuersi, & nõ sui gñis,
Quam sñiam mutuatus est ab Hora. nostro Plin. in princ. vij. nat.
hist. cum dixit leonũ feritas inter se non dimicat, & serpentium
morsus non petit serpentes &c. [Nec fuit leonib. Vnq̃, nisi in di-
spar feris.) Quidã pro Vnq̃, legunt Nunq̃ si Porph. ẽt exponit di-
spar dispariter. Mihi placet, vt feris sit adiect ad leonib. & dispar
ĩtelligamus genus. Vt sit ordo, Neq. vnq̃ hic mos fuit feris leo-
nib. nisi in dispar genus. Et sane hic est sensus simplex ac vetus.

## IN ANVM LIBIDINOSAM.

*In anum, quæ cum annosa esset, & fœtida, mirabatur Horatium in se tam frigidum, non animaduertens, se ob portentosam deformitatem ab illo fastidiri.*

Ode

*Ode VIII. Dicolos Distrophos: Vt, ibis Liburnis inter alta nauium.*

U-U--U---U-

--U---U-



OGARE longo putidam te seculo,
Vireis quid eneruet meas?
Cum sit tibi dens ater: & rugis vetus
Frontem senectus exaret:
Hietq. turpis inter aridas nateis
Podex, velut crudæ bouis.
Sed incitat me pectus,& mammæ putres,
Equina quales vbera,
Venterque mollis, & femur tumentibus
Exile suris additum.
Esto beata: funus, atque imagines
Ducant triumphales tuum:
Nec sit marita, quæ rotundioribus
Onusta bacis ambulet.
Quid? quod libelli Stoici inter Sericos
Iacere puluillos amant?
Illiterati num minus nerui rigent?
Minus ue languet fascinum?
Quod vt superbo prouoces, ab inguine
Ore allaborandum est tibi.

ANTO. 

OGARE longo) Hac Ode anum arguit eum interrogantem, cur ad Venerem tardus esset cum ipsa deformis, & æuo putida causam præberet. itaq. eius vitia exprimit. [Rogare longo) Metrũ est idẽ cum superioribus. [Rogate) Adde non pudet. est enĩ figura aposiopesis. i. reticentia vel interruptio, siue potius synecdoche est. fit. n. cum subtractam verbũ aliquod satis ex ceteris intelligitur. In aposiopesi vero quod taceat, incertũ est. fit aũt interceptum silentium cum quis irascitur, aut perturbatur, his. n. affectibus tm̃ sermonis defectio congruit, quæ omnia latius in carmine figurarum docuimus. [Putidam) Corruptam, & acerbe fœtidam. [Eneruet) Debilitet, relaxet. [Dens ater) Niger, & obscurus. Naso lib iij. de Arte inquit, Quid si præcipiam ne fuscet inertia dentes, Oraque suscepta mane lauentur aqua. [Rugis exaret) Idem Naso lib. iij. ait, Quam cito me miserum laxantur corpora rugis, Et perit in niueo qui fuit ore color. [Rugis) Quibusdam semitulis. [Exaret) Describat, designet. [Hiet) Pateat. [Podex) Est Romanorum podex, colosque Pelasgum. [Crudæ) .i. duræ, vel potius infirmæ. Crudus. n. dicitur qui cibum in stomacho habet ægre difficileque digestibilem, & quo offenditur vel tanquam nimio, vel tanquam noxio. [Sed incitat) Per ironiam. i. irrisionem, dicit se incitari ad libidinem á mammis illius putidis [Equina quales vbera) Propter carmen quales pro qualia dixit Accidentis. n. relatiuum sequenti substantiuo adhæreret. Est ergo figura alleotheta. i. aliter posita. solet. n. per hanc genus confundi. Virg. in Buc. Dulce satis humor. [Pectus, & mammæ putres) Figura est syllepsis. seu conceptio ꝑ genus, nam genus fœmineum concipit neutrum. Lucan itẽ in j. lib. Vis erat hinc leges, & plebiscita coactæ. id autem latius paret in Carmine figurarum. [Mollis) Lentus, & rugosus, non tensus vti puellis. [Femur) .i. pars coxæ anterior, posteriores n. partes dicuntur fœmina. Coxa verò est pars ipsa super femora. [Exile) Tenue gracile. [Suris) Dicuntur suræ tibiarum partes crassiores. [Esto beata) Sis, inquit Poëta, & diues, & nobilis, & gemmis ornata preciosissimis, non tamen effugies quin anus sis, & deformis. [Imagines) Apud antiquos defuncto aliquo imagines comitabantur gentilitia funera, quapropter totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat, populus. Quod Plin. docet lib. xxxv. Et nos latius diximus in Iuuen. Satyra viij. [Marita) Sponsa aliqua. [Onusta) Onustus dicitur, cui onus ipsum honori est, vt si quis hostium spolia ferat. Sed oneratus est, qualicunque pressus pondere. Onustus ab honore descendit oneratus ab onere. Auctor Seruius lib. j. Æneid. [Rotundioribus) .s. quam illius ipsius anus. per quod digniores baccas intelligit. rotundiores enim magis laudantur. [Quid) .s. est, vel significat. Est autem sensus. Quid est, vel quid significat, vel quid dicam, ꝙ Stoicos libens in puluillis habes, an propterea minus durescunt nerui illiterati, vel minus languet fascinum. i ipse Priapus? Illiterati autem nervi videbantur esse sine illorum librorum præsentia. ipsa autem vt docta videretur, illud agebat, quo magis inde amaretur. Sed quoniam anus erat, & turpis nihil iuuabat ad neruorum tentiginem. Nerui enim literas nesciunt, nec literarum studium habent, aut appetunt. Itaque potius ore illi erat laborandum. [Stoici) Philosophi a στοᾶ i. porticu dicti sunt apud Athenas enim porticus erat, vbi Zeno docebat, inde Stoici appellati. ij summum bonum in sola virtute ponebant. [Sericos puluillos) Seres (vt scribit Plin. lib vj.) regionem inhabitant, quæ spectat æstiuũ Orientem, lanificio siluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium caniciem. Solinus etiam addit, ꝙ lanuginis terram subtilitatem humore domant ad obsequium, quodque hoc illud est Sericum in vsum publicum damno seueritatis admissum, & quo ostentare potius corpora, quã vestire primo fœminis, nunc etiam viris persuasit luxuriæ libido. [Puluillos) Torulos, ceruicalia, & plumacia puluillus. n. diminutiuum est á puluino, qui apponi solet quo mollior sit sessio, siue caput, quasi pluminus. Tullius lib. ix. epist. Sella tibi erit in ludo tanquam Hypodidascalo proxima, eam puluinus sequetur. Qui autem generali magistro subest, dicitur Hypodidascalos, ab ὑπὸ, quod est sub, & διδάσκαλος magister doctor. [Iacere amant) Id quidem ostendendæ doctrinæ causa agebatur, vtque eorum tegmina non decorticarentur, vt item digniores viderentur, puluillos eis subijciebat. [Illiterati) Sensus est, An nerui sine literis minus arriguntur, vel neruus propter literas minus languet, qui neruus, vt ab inguine exurgat, ore est allaborandum illi, nam literæ nil faciunt ad arrigendum. [Rigent) Durescunt. [Fascinum) Priapus ipse. Nam (vt Plin. lib. xix. cap. vij. ait) Hortos, & foros tm̃ contra inuidentium fascinationes dicabant, in remedio erant Saturnica signa. Hinc Virg. lib. iiij Georg scribit, Et custos furum, atque auium cum falce saligna Hellespontiaci seruet tutela Priapi. [Superbo inguine,) Id est dedignanti propter anus turpitudinem. Inguen autem proprie summa coxæ pars dicitur iuxta pudenda. Prouoces, porro longeque voces. i. erigas. Iacebat enim in inguine neruus languidus propter illius turpitudinem.

ACR. ROgare longo) Inuehitur in eam, à qua dicebatur lentus in Venerem, & fœtoris ipsius, vel ętatis esse affirmat magis, ꝙ eam fastidit, q̃ ipse nihil possit [Et rugis vetus Frõtem senectus exaret.) Senecta enim nonnunquam ex rugis apparet. vt, Frontem obscœnam rugis arat. [Podex) Pudenda pars corporis, vt Iuuenalis, Et podice leui. [Sed incitat me pectus) Vt reuera incitat. [Venterque mollis) Luridus, rugosus. [Femur tumentibus exile suris additum) Ætate iam sine musculis, & suris indiscrete dissociatum. Beata diues, vt idem supra, Nescias an te generum beati Phyllidis flauæ decorent parentes. [Ducant) Tanquam nobilium funus, imagines te præcedant maiorum. [Nec sit marita quæ) Hoc est nulla mariti cura sit comptior gemmis. [Baccis) Gemmas dixit. vt, Colloque monile Baccatum. [Quid? quod libelli Stoici inter Sericos) Siue quòd amicos haberet Stoicos, vt eos amoris, & coitus notaret, siue quia libros ipsos legere consueuerat, vt docta videretur, quos ad ostentationem in sericis plumacijs reponebat. [Illiterati num minus nerui rigent?) Ita scolasticorum coitus eligis, tanquam minus in libidinem possint literas ignorantes. [Minusue languet fascinum?) Virilem penem fascinum dixit propter obscœnam figuram, quám in sequenti adiecerat lingua enim detersa fronte mulieres amputare se infantibus putant fascinum. [Superbo) Fastidienti. [Ore allaborandum est tibi) Aut lingua, aut magis blandimentis, vt Iuuen. Vox blanda, & nequam digitos habet.

POR. ROgate longo putidam te seculo, Vires quid eneruet meas?) In anum libidinosam scribit. quam aspernatur. Est autem sensus, Cum sis longæ ætatis iam, & deformis, ac putida, mirum est te desiderare complexus meos, presertim cum etiam sine iniuria vitium meatum hoc tibi prouenire non possit. [Et rugis vetus Frontem senectus exaret,) Virgilianum est: Et frontem obscœnam rugis arat. [Velut crudæ bouis.) Crudam, pro dura, aut indomita videtur dixisse. [Venterque mollis,) Mollem ventrem necesse est ei esse, quæ iam rugosa, ac dissoluta sit. [Et femur tumentibus Exile) Ingeniosa descriptio. Nihil enim tam deforme, quam crassiores pedes esse infra genua, quàm supra scilicet. Et

illud signate, ꝙ additum dixerit, quasi inconueniens in hæc dici ueritate tumoris, & exiliraiis. addita ergo quasi applicita ibi hæc aut apposita videantur. [Esto beata funus, atque imagines Ducant triumphales tuum) Placeas tibi licet generositate, ac diuitijs inquit, dummodo deformitatem hanc effugere non possis. In funere autem nobilissimi cuiusque solebant præferre imagines maioꝶ, quod obseruari videmus in funeribus principum. [Quid? quod libelli Stoici inter Sericos Iacere puluillos amát?) Signat illam vendicare sibi studium philosophiæ, & ob id cum literato frequenter esse ad regendam .s. libidinis vtilitatem. [Illiterati num minus nerui rigent?) Quid prodest, inquit, ostentare literatam esse, cum nihil hoc te adiuuare possit ad erigendum mihi penem, qui literas nescit, nec earum studium habet. Neruos pro virili membro dixit. & est ordo, Non minus rigent nerui. & rigent pro frigidi sunt accipe, ac per hoc lenti, & marcentes. [Minúsue languet fascinum?) Æque pro virili parte posuit q̃m præfascinandis rebus hæc membri deformitas apponi solet.

ASCEN. ROgare) Petulanter taxat anus impudentiam, vtens figurata loquendi indignantibus familiari. sicut, Me ne incepto desistere victam? vt sit, Pudet ne, aut ita ne decedet. [Te putidã).i. marcidam, & penitus corruptam. [Lõgo seculo) i. æuo. [Rogare quid eneruet).i. debilitet vires meas? fortasse in Venerem intelligit. [Cum dens sit tibi ater, & senectus vetus exaret) i. sulcet tibi frõtem rugis. [Et podex turpis).i. anus, aut inguem. [Hiet).i. hiatum, & aperturam faciat. [Inter nates).i. clunes. [Aridas).i. effœtas. [Velut bouis).i vaccæ. [Crudæ) i. male digerentis, & ita alui fluxum patientis. [Sed forte dices, quod pectus sup tuum putre incitat me, & mammæ putres, quales supp. hñt vbera equina).i. ventres equarum (nisi cum Seruio figurate dictum mauis quales pro qualia) [Et venter mollis) i. depressus. [Et femur exile).i coxæ modica [Additum suris tumentibus).i. insitis crurib. [Incitat) Sup me. Id autem per ironiam addit. [Esto beata.) Ordo est. [Esto).i concedatur vt sis. [Beata).i. diues. [Atque imagines triumphales).i. stemmata maiorum tuorum, qui triumpharunt. [Ducant) i. dum ducetur, sequantur tuũ funus. [Nec sit marita).i. vxor [Quæ ambulet onusta).i. cum honore onerata. [Baccis) i vnionibus aut margaritis. [Rotundioribus).s.q̃ tu, aut tuis, tñ sup turpis es vetula, verum quid sup sibi vult [Quod libelli Stoici).i. de philosophia Stoicorum. [Amant iacere inter puluillos) i. puluinaria, aut ceruicalia. [Sericos).i. serico panno inuolutos.i. cur, vt docta videare libros ad lectum tuum ponis, aut cur literatos potius, q̃ alios sectaris? [Num).i. nunquid. [Nerui illiterati) i illiteratorum. [Rigent) .i turgunt, & intenduntur minus, & fascinum.i. inguem, aut membrum virile. [Minus languet).s. inter libros. [Quod) s. [Fascinum? vt prouoces).i excites ad Venerem. [Ab inguine superbo) .i. docti viri te aspernantis. [Allaborandum est tibi ore).i. blandimentis Vnde Iuuen. Sat. vj. Quod n. non incitat inguem Vox blanda, & ne quam digitos habet. aut fellatricem notat.

MATT. Bonfinius. QVid? quod) Sensus est. [Quid?) Sup. dicis, aut aliud simile. [Num illiterati nerui) i. gominum illiteratorum mentulæ. [Et fascinum minus rigent aut languent Quod).i. quia. [Libelli Stoici amant iacere inter puluillos Sericos).s. tuos, vt intelligamus rigere, pro arrigi, & durescere, languere vero pro cadere, & marcescere, contra Porphyrionem, qui exponit rigere, pro marcescere, quod maxime absonum videri potest.

## DE BELLO ACTIACO.

*Latus ob Cæsaris victoriam partam apud Actium Epiri promontorium, petit a Mæcenate quando iterum vna comessabuntur, quemadmodum paullo ante fecerat cum Sex. Pompeius qui contra magna seruorum manu, Siciliam inuaserat, & mare latrocinijs infestabat, ab Augusto superatus est. nam, inquit Antonius, vt turpiter in muliercula gratiam nihil non agens patriæ sua exitium intentabat, ita ab Augusto turpiter fugatus, atque ad mortem compulsus est.*

*Ode IX. Dicolos, Distrophos: Vt,*

*Ibis Liburnis inter alta nauium.*

--U---U--.U-

--U---UU



VANDO repostum cæcubum ad festas dapes,
Victore lætus Cæsare,
Tecum sub alta (sic Ioui gratũ) domo
Beate Mœcenas bibam,
Sonante mixtum tibijs carmen lyra,
Hac Dorium, illis Barbarum?
Vt nuper: actus cum freto Neptunius
Dux fugit vstis nauibus,
Minatus vrbi vincla, quæ detraxerat
Seruis amicus perfidis,
Romanus, (eheu posteri negabitis,)
Emancipatus fœminæ,
Fert vallum, & arma miles: & spadonibus
Seruire rugosis potest:
Interq́. signa turpe militaria
Sol aspicit Conopeum.
Ad hunc frementeis verterunt bis mille equos
Galli canentes Cæsarem:
Hostiliumq́. nauium portu latent
Puppes sinistrorsum citæ.
Io triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactas boues.
Io triumphe, nec Iugurthino parem
Bello reportasti ducem,
Neque Africano: cui super Carthaginem
Virtus sepulcrum condidit.
Terra, mariq́. victus hostis, punico
Lugubre mutauit sagum:
Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus
Ventis iturus non suis,
Exercitatas aut petit Syrteis noto:
Aut fertur incerto mari.
Capaciores affer huc puer scyphos,
Et Chia vina, aut Lesbia:
Vel quod fluentem nauseam coërceat:
Metire nobis cæcubum.
Curam, merumq́. Cæsaris rerum, iuuat
Dulci Lyæo soluere.



VANDO repostum) M. Antonius post Parthos Cleopatræ amore ductus, quasi bene gestis rebus in regio se sinu deficiebat. Aegyptia mulier ab ebrio Imperatore precium libidinum Romanũ Imperium petijt. promisit Antonius veluti hæc omnia latius scribuntur a L. Floro. Itaque in patriam pugnaces nauis quingentas duxit auctore Plut. Peditum millia centum. Equitum millia xxiij. Antonio igitur circa Actium Epiri promontorium naueis habente, Cæsar Augustus illuc duxit naueis pugnaces ccl. peditum xc millia. Equitum fermè parem Antonio numerum. Inter pugnandum autẽ naues lx. Cleopatræ, quæ post magnas naues collocatæ erant, velis sublatis per medios pugnantes fugam arripuerunt. Antonius posthabitis omnibus in quinqueremem prosiluit, & Cleopatram insecutus est. Itaque ad Tænarum appulerunt Antoniana classis ægre decima hora superata est. Mortui non supra quinque milia fuere. Captæ autem naues trecentæ. Exercitus item omnis victori se dedit. Post hæc Cæsar ab Actio profectus Athenas. Hic igitur lætus victoria Horatius Mœcenatem suum alloquitur. vt vna optimo vino quamprimum gaudeant sicut etiam paullo ante victo Sex. Pompeio fecerant. Arguit inde Antonium, ꝙ muliebri Imperio se subdiderit, cum liber esset, & alter orbis Imperator. puerum tandem hortatur optima vina misceat. Iuuat enim mero dulcissimo curã, & metum rerum Cæsaris soluere. Penultima etiam Ode libri primi de Antonij, & Cleopatræ clade plurima idem Horat. meminit. [Quãdo repostum) ANTO. Antoni libido.

postum) Metrum est simile præcedentibus. Est autem ordo. O beate Mœcenas, lætus ego victore Cæsare, qñ sub alta domo (sic Ioui gratum) tecum bibam Cæcubum repositum ad festas dapes? *Vetus vinum* Præterea Plaut. in Cas. inquit, Qui vtuntur vino vetere, sapientes puto. *Cæcubũ.* [Cæcubum) Sinui Caietano contiguum erat Cæcubum oppidum, cui adiacebat vrbs Fondi in Appia via. Tota illa ora præcipua vina generabat. Verum Cęcubum, & Fondanum, & Setinum sicuti Falernum, & Albanum inter nobilia numerabatur. Auctor est Strabo lib.v. Plin. etiam lib.xviij. scribit, ꝙ antea Cęcubo erat generositas celeberrima in paulstribus populetis sinu Amyclano. quod suo tempore interciderat, & incuria coloni, locique angustia. Lib. vero iij. docet, Amyclas fuisse prope Tarracinam, Fundos, Caietamque versus, & à serpentib. deletas. *Turris Mœcenatis.* [Sub alta domo). i. in alta domo. Intelligit aũt Mœcenatis turrim, ex qua Nero incendium vrbis prospectauit. Suet. enim sic ait, Hoc incendium è turre Mœcenatiana prospectans, lætusque flammæ, vt aiebat, pulchritudine ἅλωσιν Ilij decãtauit in illo suo scenico habitu, hoc est captionem, seu captiuitatem, & expugnationem Ilij. Idem quoque scribit, Augustum ægrum cubare solitum in Mœcenatis domo. [Sic) Vt Cæsaris victoria gaudeamus. [Ioui gratum) Eius n. numine vicerat Augustus. *Dorus* [Hac Dorium) Dorus Dorienses Parnasso affines habitatores constituit, sibique superstites a se vocatos reliquit, quod Str. lib. viij. asserit. *Græci* & Plin. lib. vj. cap ij scribit, Tris tm̃ gentes Græcas iure dici, Doricam Ionicam, Aeolicam, ceteras Barbarorum esse. [Illis Barbarum) .i. Phrygium, Nam obliquam tibiam in Phrygia Midas inuenit, geminas tibias Marsias in eadem gente, Lydios modulos Amphion, Dorios Thamiras Thrax, Phrygios Marsias, Phryx cum tibijs canere voce Trœzenius Dardanus instituit, auctor est Plin. lib. vij. Diod. verò lib. vj. scribit Palladem tibiam eiusque cantum inuenisse. [Vt nuper,) Bibimus. s. [Actus cum freto) Ordo est: Cum dux Neptunius actus freto fugit vstis nauibus. *Sex. Põp.* [Dux Neptunius) Sext. Pompeius intelligitur, qui fuga euaserat ex Hispania, contractisque infelicis belli reliquijs cum insuper ergastula armasset, Siciliam, Sardiniamque habebat, iam & classe medium mare insederat. O q̃ diuersus à patre, ille Cilicas extinxerat, hic pyratas in patriam agitabat. Hæc ex Floro. App. aũt lib. v. scr. Agrippam in Sicilia pugnantem contra Sext. Pompeium naues in fugam adegisse, quarum septem supra decem celeri cursu reliquas antecedentes ad Pontum delatæ sunt. Aliæ intercludẽte Agrippa, partim ab insequentibus ex impetu repulsæ sunt, partim insurgentes confractæ, aut igni absumptæ. quæcunque verò in mari pugnam sustinebant, quæ gesta erant intuentes, seipsas dedidere hostib. Pompeius ipse ex classe se ꝓripiens Messanam subito confugit. Tres ex Cæsaris Augusti nauibus mari immersæ, Pompei octo supra viginti. Reliquæ autẽ combustæ sunt, aut redactæ in potestatem, aut ad terram compulsæ perierunt, septem & decem duntaxat fuga elapsis. Pompeius post hæc cognita peditatus defectione ad hostes, vestem immutauit, & ex imperatoria priuatum sibi induit. Deinde ex Messana in Pontum profugit, ac septem supra decem, quas præmisimus, comitatus nauibus ad Antonium se contulit. Peruenit tandem inter hostium manus Titius autem Pompei exercitum Antonio asciuit. Ipsum præterea Pompeium Mileti interemit, cum quadragesimum ętatis attigisset annum, siue propria ad id prouectus ira, siue iubente Antonio. Sunt qui Plancum non Antonium id iussisse existiment, hæc omnia ex App. lib v. Actus freto) Oppressus in freto Siculo ab Agrippa. [Dux Neptunius) Sextus Pompeius intelligitur quem appellat ducem marinũ, quoniam prædonibus mari dominabatur. [Vstis nauibus fugit) Nauium quippe Pompei octo supra viginti mersæ sunt, reliquæ aut combustæ, aut redactæ in potestatem, septem & decem duntaxat fuga elapsis, quibus è Messana in Pontum ad Antonium se contulit: Sed Mileti à Titio Antonij pręfecto interemptus est, vt paulò antè dictum est latius. [Quæ detraxerat seruis) Armauerat n. ergastula Pompeius in patriam, habens Siciliam, & Sardiniã. [Perfidis seruis) Non. n. Pompeio contra Romanos eoꝶ dños fauere debuerant. [Romanus) Ordo est. Romanus miles emancipatus fert vallum, & arma fœminæ, & potest seruire rugosis Spadonibus, eheu posteri negabitis. Sunt pręterea qui dicant, heu heu duarum syllabarum esse. Ego verò in antiq. lib. Eheu reperi. [Romanus mi.) M. Antonius intelligitur. is. n. post Parthos exosus arma in ocio agebat, sed captus amore Cleopatrę quasi bene gestis rebus in regio se sinu reficiebat. Ægypria mulier ab ebrio Imperatore pretium libidinum Romanum Imperium petijt, promisit Antonius. Itaque in patriam arma parauit. Pugnatum est ab Augusto contra eum, & Cleopatram apud Actium Epiri promontorium. Prima dux fugæ regina cum aurea puppe, veloque purpureo in altum se dedit, mox secutus Antonius. Sed instabat vestigijs Cæsar. deinde vsque in Alexandriam persecutus est. Qua capta Antonius sibi ipsi mortem consciuit. Cleopatra quoque iuxta suum Antonium admotis ad venas serpentibus sic morte, quasi somno soluta est. hic finis armorum ciuilium fuit. Hæc omnia ex L. Floro. *Emancipatus* [Emancipatus,) Id est sui iuris, & nullius potestati subiectus. propter autem filius, vel nepos, qui ab iugo, a potestate vel manu patris, vel aui est relaxatus, & sui iuris effectus, emancipatus dicitur. *Manumissus* Manumissus vero seruus dicitur a seruitute ereptus, vel emissus. Itaque emancipatio pertinet ad liberos, manumissio vero ad seruos. Marcus autem Antonius emancipatus dicitur a Poëta, quoniam sui iuris erat, & nulli subiectus. Erant enim duo tunc simul orbis imperatores. Augustus, scilicet & ipse Marcus Antonius. quod latius ostendit Plutarchus in Antonij vita Subiecit tamen, se Cleopatræ amoris gratia posse etiam hoc referri ad omnes milites Romanos cum Cleopatra sentientes quos appellat emancipatos .i. ab militia emissos, & relaxatus. Nam Antonius post Parthos exosus arma apud Cleopatram quiescebat cum suis omnibus. [Negabitis) Sunt enim adeo fœda, & indigna hæc, vt scilicet Romanos miles fœminæ, & Spadonibus seruierit, vt vix credi ab vllo possint aut debeant. [Fert vallum, & arma fœminæ) Gerit curam bellici apparatus Cleopatræ. Vallum autem ipsa munitio dicitur. nam valli sunt fustes, quibus vallum munitur. Seu per vallum & arma fœminæ, intelligit aureum sceptrum, & diadema reginæ, quæ omnia Antonius gerebat cum purpurea veste ingentibus gemmis astricta, vt scribit Florus. *Spado* [Spadonib⁹) Spado castratus aliquis dicitur. a σπάω, vel σπάζω, quod est aufero, traho, diuello. testes. n. euelluntur. Aiunt præterea quòd Eunuchus adolescens est. Spado vero ætate grandior. dicitur autem Eunucho ab εὐνὴ, id est cubile, & ἔχω custodio, quia id hominum genus adhibebatur seruandis cubilibus regum, & principum. εὐνουχίζω tamen castro significat. [Rugosis) Longæuis. *Spadões.* [Et spadonibus Seruire rugosis potest) Cum admiratione, indignationeq. id legendum est. Erant autem Spadones bello præpositi cum Antonio. Plutar. enim in Antonij vita sic scribit. Addebat Cæsar hæc verba, Antonium quidem amatorijs poculis infectum ne se quidem regere, ac gubernare posse. Pugnaturos autem contra ipsum fore Photinum, & Mardionem Eunuchum, & Chardionem, & Iradem Cleopatræ tonstricem, quibus Antonij imperium plurimum gubernaretur. In vita autem Pompeij ostendit idem auctor Photinum quoque Eunuchum fuisse, & Ptolemæi regnum ministrasse, dum Ptolemæus iunior esset. Hic etiam senatum primotum coëgit ad consultandum quid de Pompeio agendum esset, itaque cædendum esse iudicarunt. *Aegypti. Conopeũ* [Cnnopeum) Id velum erat quo in Ægypto ad arcendos culices vtebantur. vbi scribunt Herodotus, & Porphyrio. κώνωψ autem κώνωπος, culex dicitur. hoc vtebatur in sua naui Cleopatra, quæ nauis Antonias dicebatur, vt scribit Plutarch. Florus vero asserit, Clenpatræ nauim auream puppem, velumque purpureum habuisse. [Turpe haud enim decebat ijs delitijs vti in tanto bello. [Ad hunc,) Id est aduersus Romanum militem, videlicet Marcum Antonium.

[Galli) Multi reges Antonio fauebant, sed inter alios ab eo desciuerunt, antequam pugna inciperetur, Deiotarus, & Amyntas: qui quidem rex erat Lycaoniæ, & Galatiæ, vt Plutarchus edocet. Ephorus autem (Strabo teste lib. iiij.) Galliæ magnitudinem tradidit vsque ad Gades. Ergo Gallaria Galliæ pars erat. Propter Amyntæ itaque agmen hoc loco poëta inquit, Gallos in Antonium versos fuisse. quos poëta ipse iccirco memorauit, vt Romanorum ignauiam magis argueret. nam cum Galli indignarentur spadonibus seruire, multo magis Romani hac eadem re indignari debebant. Addit etiam aliud, quòd hostium naues. Id est Ægyptiorum latebant dum pugnaretur apud Actium, & inter pugnandum fugerunt. (Romani vero contra patriam ipsam certabant.) Quorum fuere duces cum ipso Antonio, Publicola, Cœlius, Marcus Octauius, M. Nisteius, Canidius. [Hostiliumque nauium puppes) Sexaginta Cleopatræ naues intelligit, quæ quidem dum nauale certamen haberetur, erant in tuto loco nihil agentes. Plutarchus id ostendit his verbis: Sed cum Agrippa leuum cornu circunduceret, coactus est Publicola longius se extendere. quamobrem cum media Antonij classis abrupta esset turbatis ordinibus, & implicatis parumper trepidatum est. Erat tamen commune certamen & pugna vtrinque æqua, cum naues lx. Cleopatræ, quæ post magnas naues collocatæ erant, velis sublatis per medios pugnantes

tes fugam arripiunt, suósquè perturbant. [Portu latent) .i. in tu
to loco. erant .n. post magnas naues collocatæ (vt ostendimus)
Ægyptiorum naues lx. [Citæ) .i. fugaces, veloces, & fugæ aptio
res. [Sinistrorsum) Intellige post naues sinistri cornu, in quo
Cælius erat, tanquam in tutiori. Antonius .n. & Publicola dex
trum habebant. econtra vero Cæsar dextro cornu sibi reserua-
to, sinistro Agrippam præfecit. Auctor est Plutar. [Io trium-
Triomphus. phe) Io vox est ouantis. Naso lib. ij. de Arte:

*Dicite Io Pæan, & Iò bis dicite Pæan:*
*Decidit incassses præda petita meos.*

Romulus aūt primus triumphum instituit sua in vrbe, trium-
phauit .n. de Ceninensibus, & Autēnatibus, hoc modo. Vltimus
ipse post pompam ibat purpurea veste amictus, comamque lau-
ro coronatus, & vt dignitatem regiam seruaret, curru quadriju-
go inuectus. Aliæ vero equestres, pedestresque copiæ sequeban-
tur instructæ egregie Deos laudantes patrijs Carminibus, sicque
vrbem intrarunt. post pompam autem, & sacrificium Romulus,
Extructo templo in vertice Capitolini collis Ioui, quem Fere-
trium Romani vocant, Ceninensium in eo regis sua manu inter-
fecti spolia consecrauit. Hæc omnia ex Diony. lib. ij. Quo autem
pacto posteri triumpharint latius diximus in Iuuen Sat. x. [Iu-
Iugurthinũ bellũ. gurthino bello) Bellum populus R. cum Iugurtha rege Numi-
darum gessit, quod magnum fuit, & atrox Demū à Baccho Mau-
ro℞ rege, & pacis auctore insidijs captus est, & vinctus Syllæ tra-
ditus, & ab eo ad Marium deductus, quem tandem vinctum in
triumpho Marius duxit cal. Ian. cum magna gloria, quo die etiā
ꝯm consulatum Marius inijt fauente populo et contra leges. au-
ctores Plutar. & Sal. [Africanum) P. Cornelius Scipio primus
nomine victæ à se gentis Africanus est dictus, vt scribit Liu. &
Plutarch. Is natus annos xxiiij. proconsul in Hispaniam missus
Carthaginem nouam vrbem opulentissimam, vbi Carthaginen-
sium duces oēm belli apparatum, & quicquid pretio dignum ha-
bebant congesserant, expugnauit, diripuitque. Hasdrubalis inde
castra vi cepit eo fugato cum paucis. Masinissam Numidiæ regē
Rom. populo sua virtute iunxit. Hispaniæ populi omnes, aut im
perium, aut societatem Romanorum acceperunt. Gaditani etiā
sponte se Romanos dedidere. Scipio receptis omnibus, pulsis
Carthaginensib. L. Lentulo, & Manlio Acidino prouincia tra-
dita Romam redit. vbi paullo post consul declaratus est. Con-
tendit postea in Siciliam, è Lilybæo, deinde in Africam ijt. vna
nocte Syphacis Numidiæ regis castra, & Hasdrubalis altera re-
cepit, atque incendit. Posthæc C. Lentulum, & Masinissam con-
tra Syphacem misit, quare in prœlio ille captus est, & ad Scipio
nem ductus. Hannibal itaque ex Italia reuocatus fuit in patriā,
vbi apud Zamam victus est a Scipione, sed è media cæde cum pau
cis effugit Scipio aūt Carthagine Rom. populo tributaria effe-
ctu, exercitum in Italiam reduxit. itaque celeberrimo triumpho
vrbem est inuectus. Auct. Liuius, & Plutar. [Super Carthaginē)
Hic Horatium allusisse puto ad illius sepulcri inscriptionem.
Nam (vt Plutarch. memoriæ tradidit) frequentior fama est Li-
terni Africanum mortuum, ibique ex sua institutione sepultum
esse, ne patria parum memor beneficio℞ suum funus celebraret,
monumentumque ei factum, ac statuam suppositā, quam postea
tempestate disiectam Liu. se vidisse testatur. Præterea apud Caie
tam in marmoreo sepulcro, Æneaque vrna hæc inscripta repe-
riuntur. Deuicto Hannibale, capta Carthagine, & aucto Im-
perio, hos cineres marmore tectus habes. Cui non Europe,
non obstitit Africa quondam. Respice res hominum, quam bre-
uis vrna premit. Ad hæc igitur allusit Horat. Quod autem A-
cron scribit, apud alios non legi, intercepta historia presertim
Liuij. Quod quidem si ipse olim ita legisset, placeret itaque.
[Terra, marique victus hostis,) Iam ad Antonium Poëta redit,
quem dicit terra, marique victum accepisset pullatum sagum in
variaque fuisse loca, vt Augusti victoriam ostendat. dixerat .n.
Victore lætus Cæsare. [Terra, marique) Quo tpe apud Actium
Naumachia pugnatum est terrestribus copijs ab Antonio, Cani
dius præerat cum xviij. legionibus, & xxij. millib. equitum, à
Cæsare Taurus, qui vtrique instructa acie in littore quiescebant,
euentum naualis pugnæ expectantes. Inter pugnandum fugit
Cleopatra cum nauib. lx. secutus est eam Antonius cum sola qn
queremi, Alex. & Siculo duntaxat comitibus. Eius classis cum
diu Cæsari restitisset, decima hora superata est. Canidius post-
ea noctu è castris fugit suosque prodidit, itaque illi se victori
Sagum. dedidere. auctor est Plutar. [Sagum) Erat sagum vestimentum
militare, vt scribit Nonius. Dicit autem Horat. Antonium post
amissam classem pullatum vestimentum accepisse relicto Puni-
co i. Tyrio, & purpureo. [Aut ille) Hostis .s. Antonius, qui fugien

do varia loca adijt. [Petit Cretam iturus ventis non suis) Hoc
ait Poëta, qm̄ Antonius fugiens quinqueremi, vt Cleopatram
assequeretur, ab illa in sua naui receptus est, sicque ad Tenarum
appulit, vt docet Plutarch. Vel ventis non suis .i. non prosperis,
non secundis, non exoptatis. Vnde & Sappho inquit, Non agi-
tur vento nostra carina suo. Est aūt Tænarus promontorium La
conicæ regionis Peloponesi, cuius limites sunt à Septentrione
Corinthiacus sinus, & Isthmos, deinde Creticum pelagus, ab
Ortu Solis etiam Creticum mare, vt Ptol. lib. iij. scr. Propterea
hæc igitur poëta inquit, aut petit Cretam &c. [Exercitatas aut
petit Syrtes Noto) Antonius .n. ab Tænaro discedens in Libyā
peruenit, Cleopatra vero in Cyprum remissa est. Vt aūt hæ, quæ
in Libya erant copiæ ab Antonio desciuerunt, voluit ille quidē
sibi mortem consciscere, sed prohibuerunt hi, qui secum erant,
delatus est igitur Alexandriam. [Syrtes) Sal. in Iug. scribit, Syr- Syrtes.
tes duos esse sinus prope in extrema Africa impares magnitudi-
ne, pari natura, quorum proxima terra prælata sunt, cetera, vti
sors tulit, alta, alia in tempestate vadosa. nam vbi mare magnum
esse, & sæuire ventis cœpit, limum, arenamque, & saxa ingentia
fluctus trahūt, facies locorum cum ventis simul mutatur. Syrtes
a tractu nominatæ, Inter eas situm oppidum Leptis à Sidonijs
conditum. hæc ex illo. σύρω, autem traho nobis signat Solinus
vero scribit, ꝙ vtræque Syrtes dicentis quinquaginta millibus
passuum separantur. sed aliquanto clementior, quæ minor est.
eas inaccessas vadosum, ac reciprocum mare efficit. cuius sali de
fectus, vel incrementa haud promptum est deprehendere, ita in-
certis motib. nunc in breuia rescindit dorsuosa, nunc æstib. inũ-
datur inquietis. De Syrtib. etiam Str. lib. iij. meminit. multasque
Luc. lib. ix. [Incerto mari) Pro ipse incertus, vel per incertum
mare, cuius nomen ignorabat, adeo remotum erat. [Capacio-
res) Postquam Antonij fugam victore Cæsare patefecit, lætitiæ
gratia vina optima iubet afferri. [Capaciores) Valde capaces, &
amplos, seu mauis ampliores alijs. [Scyphos) Scyphus Herculis Scyph.
poculum erat, ita vt Liberi patris Cantharus. Herculem vero fi-
ctores veteres non sine causa cum poculo fecerunt, & nonnunq̄
cassabundum, & ebrium. non solum ꝙ is heros bibax fuisse perhi
betur, sed etiam ꝙ antiqua historia est, Herculem poculo tanquā
nauigio ventis immensa maria transisse. Auctor est Macrob. lib.
v. Sat [Chia vina) Aut Lesbia, Chia vina Aruisia intelligit. Est .n.
Aruisium promontorium Chij, ex quo vinum, quod Aruisium
vocant, vt scribit Plin. lib. xiiij. cap. x. Chios autem insula est vnū
Cycladum teste Solino. Homeri sepulcro alijs antecedens. Str.
etiam docet lib xiiij. Chium, & Lesbum vina optima ferre. De
Lesbo autem plura diximus Ode j. [Nauseam coërceat) Nau-
sea proprie vomitus dr̄, qui fit ꝑꝑ sentinæ fœtidam aquam vnde
& a nauis dicitur. Tradunt autem optimo vino comprimi vo-
mitum. vtq. Celsus lib. ij. ait: stomacho idoneum est vinum au-
sterum, licet iam asperum sit. Item resinatum. & Plin. lib. xiiij.
scribit. Vini naturam esse exhaustu accendere calore viscera in-
tus, foris infuso refrigerate. [Dulci Lyæo soluere) Lyæus Bac-
chi nomen, ab λύω, quod est soluo. eo ꝙ mentem, & membra vi-
nū dissoluar, vnde sequitur Paralisis, de quo etiam Ode vij. dixi-
mus. Plin preterea lib. xiiij. scribit, nimio potu gigni ferè rerum
omnium obliuionem, mortemq. memoriæ, furoremq. etiam.

QVando repostum Cæcubum ad festas dapes) Repostum .i. ser A C
uatum, festis conuiuijs impendendum. Scribit autem de bel
lo Actiaco, quod cum Antonio, & Cleopatra à Cęsare Augu-
sto gestum est. [Tecum sub alta) In Mœcenatis .s. domo. [Sonan
te mixtum tibijs) Quòd est artificijs miscere lyrę tibiarum so-
nitus. [Hac Dorium illis Barbarum) Tibijs Barbarum .i. Phry-
gium. [Lyra, Dorium, Vt nuper, actus cū freto Neptunius Dux
fugit vstis nauib.) Hac deuotione, inquit, victo Antonio tecum
bibam, quam nuper superato Sex. Pompeio, qui seruorum ma-
num in Sicilia congregatam niuali prœlio in freto perdidit, &
insula pulsus est. Vnde, & Neptunium ducem vocauit, eligentem
maritimum conflictum. [Minatus vrbi vincula) Minatus est quę
detraxerat seruis fractis ergastulis. [Romani (eheu posteri ne-
gabitis) Emancipatus fœminæ) Ad Antonium retulit, quem di-
cit pro mancipio Cleopatrę datum, nec à posteris præ infamia
credendum, vt, Sequiturque nefas Ægyptia coniux. [Fert vallum
& arma miles) Quasi præceptis Cleopatræ Romani milites ser-
uientes, & arbitrio Eunuchorum, quorum illa obsequijs vteba-
tur. [Rugosis) Rugosi .n. ætate fiunt. [Sol aspicit Conopeum)
Conopes græce culices dicuntur, & quia in Aegypto multi sunt
& habitacula quæ sibi Aegyptij faciunt ad arcenda culicum mo-
lestiam Conopea appellantur. quidam reticulum dicunt Aegy-
ptiorum reginæ, quod supra lectum tenderetur aduersum culi-

ces inter vexilla portatum. [Adhunc frementeis) Contra Antonium, quia ad Cæsarem confugerunt, & equos aduersus Antonium cum sinistro conuerterunt. [Canentes) Laudantes: vt, Regemq. canebant. [Puppes sinisttorsum citæ) Veloces ad fugiendum: vt, Prima citæ Teucris ponā eertamina classis. [Intactas) Paratas ad sactisicandum pro triumpho. Intactas, aut integtas, & sinceras. vr, Et intacta totidem eeruice iuuencas. [Nec Iugurthino patem) Non tanta, ait, gloria triumphauit Marius de Iugurrha. [Super) Contra, deuicta enim Carthagine virtute Scipionis Africani, cum Afri aduersum Romanos denuo rebellarent consulto oraculo responsum est, vt sepulcrum Scipioni fieret, quod Carthaginem respiceret, nunc leuati cineres eius sunr Pyramide in Vaticano constituta, & humati in sepulcro eius in portu Carthaginem respiciente. [Hostis) Antonius. [Punico) Purpureo sago, aut patrio. [Ille) Metellus siue Antonius, vnde & Metellus Creticus dictus est. [Centum nobilem Cretam vrbibus) Vt Centum vrbes habitant magnas vberrima regna. [Ventis iturus non suis) Non prosperis, non optatis. [Exercitatas aut perit Syrtes Noto) Non Noto perit, sed Noto exercitatas, hoc est vento tempestuosas, & naufragas. [Aut fertur incerto mari) Pro ipse incertus. & iturus quo casus attulerit: vt, Ibant obscuri sola sub nocte per vmbram. [Capaciores) Pro lætitia maiores. [Fluentem) Imminentem, aut præ potu nimio flentem. [Metire nobis cæcubum) Imple vinum bonum, quod aduersum nauseam prosit. [Curam,) Id est sollicitudinem, & metum de absentia Cæsaris venientem ebrietate sopiri. [Dulci Lyæo soluere) Pellere, vt, Nunc vino pellite curas.

POR. QVando repostum cæcubum ad festas dapes) Ad hoc repositum, vt non nisi ad festas epulas proferretur. [Victore lætus Cæsare) Vt ex inferioribus apparebit, eam victoriam Cæsaris Augusti signat, quam de Antonio, & Cleopatra quæsiuerat. [Tecum sub alta (sic Ioui gratū) domo Beate Mœcenas bibam,) Vt nos ob victoriam Cæsaris læti epulemur, quippe cum ipse sit auctor eius victoriæ. [Sonante mixtum tibijs carmen lyra, Hac Dorium, illis Barbarum?) Nimirum tibijs Barbarum. diximus autem & supra tris esse species apud Græcos omnium carminum, Ionicum, Lydium, Barbarum. [Vt nuper actus cum freto Neptunius Dux fugit vstis nauibus) Vt nuper bibimus, subaudiendum cum Sextus Pompeius freto Siciliensi victus, fugatusq. est. Neptunium ducem Sextum Pompeium, noli simpliciter dictum accipere, quasi qui in mari dux fuisset, sed quod ad eam stultitiam processisset inflatus marinarum rerum felicitate, vt Neptuni filium se diceret, & Cyanea veste obduceretur. [Minatus vrbi vincla, quæ detraxerat Seruis amicus perfidis.) Et supra diximus Sextum Pompeium etiam fugitiuis in Sicilia solicitatis classem armasse. [Romanus (eheu posteri negabitis) Emancipatus fœminæ) Qui non intelligunt, putant importunum transitum repente a Sexto Pompeio ad Antonium factum, nescientes redire Poëtam ad initium Odes, vbi ait: Victore lætus Cæsare vbi de Antonio, & Cleopatra victorem vult accipi. Deinde comparatione lætitiæ præsentis mentione facta Sexti Pompeij, & sugæ eius referens id, quod cœperat, exequitur turpitudinem Antonij, partiumque eius. [Eheu posteri negabitis) Non crederent, inquit, posteri Romanos milites uelut dotales Cleopatræ datos, tam fœda sunt hæc, vt non videantur ab ullo Romano admitti potuisse. Ordo est: Romanus miles, & Spadonibus seruire rugosis potest. adiuuandum hoc pronunciatione: vt rei indignitas, & indignatio dicentis exprimatur. [Sol aspicit Conopæum) Quasi retis genus est ad culices prohibendos, quo maxime Alexandrini vtuntur: quia ibi ex Nilo culices abundant. [Ad hunc frementem vertere bis mille equos Galli canentes Cæsarem) Significat equitum Gallorum duo millia ab Antonij partibus ad Cæsarem transfugisse, quorum mentio iam facta est: ut Romanos, qui sub præpositis spadonibus æquo animo militarent, magis oneraret per comparationem Gallorum, qui hoc dedignati ad Cæsarem se contulerunt. [Hostiliumq. nauium portu latent Puppes sinistrorsum citæ.) Ordo est: Puppes hostilium nauium latent portu. Elocutionem attende mirandam, συνεκδοχὴν περίφρασιν. Sinistrorsum citæ autem quod dixerat, manifestum est Alexandriam versum esse. Intelligendum autem e litore Epiri ubi pugna naualis cum Antonio fuit. si Italiam petas in dextra necesse est: si Alexandriam in sinistra. [Iò triumphe, tu moraris aureos currus) Quasi Deum inuocat triumphum: tu, inquit, moraris currus, qui iam parati sunt. [Et intactas boues,) Id est indomitas non sic dixit, quasi fœminis tantum triumphantes sacrificent, sed quia metro quid gratius fœminino genere boues, quam masculino dicuntur. Denique vt Virg.

*Ille meas errare boues, vt cernis.*

[Iò triumphe, nec Iugurthino, parem Bello reportasti ducem) Non tanta, inquit, gloria C. Marius de Iugurrha triumphauit. [Terra, mariq. victus hostis Punico Lugubre mutauit sagum) Hoc est deposuit coccineam chlamydem Antonius, qua scilicet imperator utebatur, & accepit lugubrem, id est nigram. & utrum ob luctum victarum partium hoc facit, an ut in fuga lateat? [Exercitatas, aut petit Syrteis Noto) Nam & alibi ait, vtidas exercet Auster incerto mari. ἀναφορὰ ad ipsum, id est ipse fertur incertus consilij. [Vel quod fluentem nauseam coërceat Metire nobis Cæcubum) Quia austerissimum est Cæcubum vinum, merito nauseam coërcet, & metire, inquit, quia cyatho hauriebat ex cratere vinum.

QVando repostum &c.) Quia argumentum ex Mancinello patet. Ordo est. O Mœcenas beate, vt cui ex sententia succedunt omnia: quando (Quæ desideratiue ponitur patticula) ego lætus Cæsare, scilicet Augusto, victore .s. M. Antonij, & Cleopattę, bibam tecum sub alta domo, id est tueri tua. sic enim gratum, id est placitum est, Ioui. ut, scilicet ille vincat, & nos bibamus Cæcubum supple vinum repostum, pro repositum, id est seruatum, & receptum, ad dapes festas, id est festiuas, & hoc lyra sonante carmen mixtum tibijs, hac, scilicet lyra sonante Dorium, id est Doricum, quia lyræ solers, & cantor Apollo in Parnasso Dorijs vicino præcipue colitur, & illis, scilicet tibijs sup. sonantibus Barbarum, aut carmen, aut Barbarum pro Barbare, quia a Phrygibus inuentæ sunt, ut supp. bibimus, nuper .i. nunc parum est temporis, id est paullo ante, cum, id est quando: Dux Neptunius, id est marinus, scilicet Sextus Pompeius Cn. Pompeij Magni filius, actus, id est agitatus, freto, id est per mare: fugit nauibus vstis, scilicet ab Agrippa, fugit dico minatus, id est qui fuerat minatus vrbi, uincla, id est lora, hoc est seruitutem, quæ vincla detraxerat seruis perfidis existens amicus, scilicet eis. [Romanus) Prosequitur victoriam Augusti cum detestatione Antonij, dicens, Eheu posteri, uos negabitis id quod dicturus sum: quia monstruosum est, videlicet, quòd Romanus miles emancipatus, id est liberatus omni seruitute, & quam Sextus Pompeius, & quam Parthi minitabantur, fert uallum, & arma fœminæ, scilicet Cleopatræ, & potest seruire, id est in animum inducere ut seruiat, Spadonibus, scilicet Ægyptijs, quia illic Eunuchi, & Spadones sempee plurimi facti, rugosis, quia succo uirili exhausto, rugas ferè contrahunt. & Sol aspicit Conopeum, id est uelum ad arcendos culices, turpe, scilicet Martijs viris, inter signa militaria, scilicet Romana Galli, scilicet Galatiæ Amyntæ regis milites canentes, id est laudantes, Cęsarem, scilicet Augustum, verrere (aut verterunt) ad hunc, scilicet ad expugnandum, hoc est ad Roman. sic de generantem: bis mille equos frementes. quia bellicos, & animosos. Et puppes, id est posteriores nauium partes, citæ, id est veloces ad fugam, nauium hostilium, scilicet Cleopatræ, quas sexaginta habuit otiosas, latent, scilicet dum bellum gerebatur, in portu, id est in loco tuto: sinistrorsum, id est post naues sinistri cornu. Exclamat ergo præ gaudio poëta dicens: Iò, quæ exultantis aut ouantis vox est, triumphe, scilicet Augusto debite: tu moraris, id est in mora tenea: currus aureos, saltem auratos, & boues intactas, scilicet iugo, quas mactare destinauit. Iò triumphe nec reportasti ducem parem, scilicet Augusto, sup. è bello Iugurthino, vnde Marium triumphantem reduxit, neque reportasti parem Africanum, scilicet Scipionem, cui virtus condidit sepulcrum, id est titulum, super Carthaginem, scilicet deuictam. Acron autem dicit sit, Deuicta Carthagine uirtute Scipionis Africani, cum Afri aduersum Romanos denuo rebellarent, consulto oraculo responsum est, ut sepulcrum Scipioni fieret, quod Carthaginem respiceret. tunc leuati cineres eius sunt Pyramide in Vaticano constituta, & humati in sepulcro eius in portu Carthaginem respiciente. [Terra) Redit ad Antonium, dicens: Hostis, scilicet Antonius: victus terra per defectionem Canidij, & mari perfugam Cleopatræ: mutauit Punico, id est pro Punico, id est purpureo, seu Tyrio dibapho, accepit sagum, id est paludamentum militare: lugubre, quia nigrum. Ille, scilicet hostis victus utpote Antonius. aut iturus est Cretam nobilem, id est insignem centum vrbibus: ventis non suis, id est non secundis, neque quo uelit pellentibus aut petit Syrtes exercitatas, id est sinus illus maria vexatos: Noto, id est vento illo humido, aut fertur mari in- ASCEN.

certo.i.incognito, aut ipse incertus, quo Fata, ventiq; trahant. Et ideo ò puer: affer.i.apporta mihi scyphos capaciores.i.multum capaces, & vina Chia, aut Lesbia quæ transmatina sunt: vel Cæcubum vinum Italicum, quod coërceat.i.restringat: nauseam fluentem.i.vomitum ex vino externo prouocatum iuuat.s.nos soluere dulci Lyæo.i.vino. à dissoluendo enim dicitur Bacchus Lyæus. curam & metum rerum Cæsaris.i quem pro Cæsare suscepimus.

GLAR. VEl ex hac Ode liquet Odas non esse scriptas ita tpe posteriores, vt sunt ordine librorum. Eandem.n.Augusti victoriam tractat libro primo Carminũ, Ode penultima. [Hac Dorium, illis Barbarum?) Supersedissem sane de illis quidquam dicere, si non Porphyrion bis repeteret de modis. Treis (inquiens) species omnium Carminum supra diximus, Ionicum, Lydium, Barbarum. Hoc enim Ode vltima libro quarto etiam docuit. Ceterum in Porphyrionis verbis pro, Lydium ego Dorium lego. Et Lydium in Ionico modo intelligo non ob hoc tantum, quod Ionia in Lydia erat, sed quod modi etiam similes, vt populi vtriusque mores. Loquitur autem Porphyrion hic vulgato more. Erant si quidem tres modi vulgares, vt nunc quoque cantorum ac ludionum vulgus habet, vt, re, mi, hoc est Ionium in vt, Dorium in re, Phrygium siue Barbarum in mi. Nam Mixolydium non norunt etiam aliquanto doctiores Musici, & pauci nostra ætate vulgo tenores ad eum modum componere possunt. Nempe vt quartæ Diapente speciei, superne annectant primam Diatessaron speciem. Ad quem modum veteres Ecclesiastici miras effinxerunt cantilenas, hodie vel nullæ, vel paucissimæ ad eum modum a Symphonistis ꝑduntur. A veteribus tñ sumptas elegantissimè componunt. Ceterum septem esse tropos, siue modos nemo est qui ignoret, qui septem illas diapason species norit, à septem literis maioribus ad septem minores. Nostra ætas vocat septem essentiales literas tres porro modi Dorius, Phrygius, ac Lydius, suos habens subiugales, hypodorium, hypophrygium, ac hypolydium, cum quibus habent communia diapente systemata. Sic enim sex sunt modi, quibus additur Mixolydius, vt fiant septem. Verum ille si insene ad eius diapente annectes diatessaron, vt ipse superius habet, prorsus recidit in Dorium modum Itaque proprie Mixolydius, non habet subiugalem ab alijs distinctum natura, sed meditatione duntaxat id, quod ex hac quæ longe est argutior theoria facile intelligitur. Si quis.n.omnes diapason species mediet, & harmoniacos, quæ quidem mediari possunt (secunda.n. species Diapason harmoniacos mediari non potest, nec sexta arithmeticos) fient duodecim modi, quibus nostra ætas vtitur, sed appellatio manet a septem speciebus Diapason, vt supra docuimus libro tertio. Hæc commentatores docere debebant, sed nihil de ijs intelligunt. Nec ego quicquam dicerem nisi hi Carminum libri essent, vbi illa explicari conueniebat, sed nunc desinam, ne videar ostentator, quòd vitium à me ita puto alienum, vt nullum magis. Mancinellus putat satis esse, si quid de Doribus afferat, & quis primus tibiam inuenerit, quasi hoc multum pertineat ad explicationem huius difficultatis. [Puppes sinistrorsum citæ.) Placet quòd Porphyrion hoc loco doctè differit. Mancinellus ait sinistrorsum dictum de nauibus Cleopatræ, quæ post sinistrum cornu in portu steterint, quod nescio vt intelligendum. Si enim ab Oriente in Occidentem versa steterit Antoniana classis, nimirum portum Epiri à dextrum habuit. Acron celerrime pensum absoluit, ait enim, puppes sinistrorsum citæ, id est veloces ad fugiendum. Hoc quoque dubium, citæ nomen ne sit, an potius participium à cieo. Lector ipse despiciat quid sequatur. Quod autem paullo ante per Gallos Mancinellus Galatas intelligit, placet. At quæ ex Ephoro apud Strabonem citat, de Galliæ magnitudine vsque ad Gades, huic loco non quadrant. Neque Gallaria, Galliæ pars est, vt inepte collegit. Sed hæc non est opus conuinceee multis argumentis apud Geographiæ peritos, apud indoctos autem nil proficies quantumuis lucteris. [Cui super Carthaginem) Hic Acro historiam affert incerto auctore, quæ si vera esset, facile in eius concederem sententiam. Sed nihil eiusmodi apud classicos, vt puto repertas. Ego propemodum adducor à poëta hoc dictum ad hunc sensum, Cui virtus sepulcrum condidit super Carthaginem, quasi diutius duraturum quàm ipsa Carthago. quod etiam verum est. [Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus.) Ille Metellus, inquit Acron, siue Antonius. de Metello ineptum est hoc loco intelligere. [Metire nobis cæcubum,) Id est imple vinum bonum, idem inquit, quod aduersum nauseam prosit. Porphyrion autem, quia austerissimum est cæcubum vinum, inquit, merito nauseam coërcet. Quæ duo quam concordent, iudicet lector, nam ego planè non intelligo.

## AD MEVIVM POETAM.

*Imprecatur Mæuio poëtæ, æmulo suo nauigaturo subitam tempestatem, & tale naufragium, quale passi sunt Græci in monte Caphareo, ob vitiatam ab Aiace Oilei filio Mineruæ sacerdotem, cum à Troia excidio reuerterentur.*

### *Ode X. Dicolos, Distrophos: Vt,*

*Ibis Liburnis inter alta nauium.*

∴ u-u-u-u-u-uu

u-u---uu



ALA soluta nauis exit alite,
Ferens olentem Meuium.
Vt horridis vtrunque verberes latus,
Auster memento fluctibus.
Niger rudentes Eurus inuerso mari,
Fractosq; remos differat.
Insurgat Aquilo, quantus altis montibus
Frangit trementeis ilices.
Nec sidus atra nocte amicum appareat;
Qua tristis Orion cadit.
Quietiore nec feratur æquore
Quàm Graia victorum manus.
Cum Pallas vsto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem.
O quantus instat nauitis sudor tuis,
Tibiq; pallor luteus,
Et illa non virilis eiulatio,
Preces & auersum ad Iouem:
Ionius vdo cum remugiens sinus,
Noto carinam ruperit.
Opima quod si præda curuo littore
Porrecta mergos iuuerit:
Libidinosus immolabitur caper,
Et agna tempestatibus,



ANTO. ALA soluta nauis) Meuius poëtarum pessimus tum Maronis, tum Horatij æmulus, uti & Baius erat. Huic Meuio nauigaturo tempestatem poëta imprecatur hac Ode. [Mala soluta nauis) Metrum est simile prioribus. [Mala alite) Malo auspicio. [Differat) Dispergat. [Orion cadit,) Id est occidit. de hoc autem superius in Odis. [Grata victorum manus) De hac re legito Maronem lib.j Æn. ibi:

*Pallas ne exurere classem*
*Argiuum, atque ipsos potuit submergere Ponto,*
*Vnius obnoxam, & furias Aiacis Oilei?*

[Pallor luteus) Violaceus pallor, & croceus. Vnde etiam Horatius lib iij Carm. Ode vero x.inquit:

*Nec tinctus viola pallor amantium.*

Et Maro in Bucol.

*Mollia luteola pinguit vacinia calta.*

Et Apul.lib.xj inquit: Nunc albo candore lucida, nunc croceo flore lutea, nunc roseo rubore flammida. [Opima præda) Cadauer Mæuij intelligit, quod pingue fuisse innuit. Opimæ hostiæ præcipue pingues dicebantur, vt Festus ait. Et opima magnifica,

gnifica, & ampla spolia. [Libidinosus caper) Huic olentem Meuium apte comparauit.

ACR. M Ala soluta) Solui dr̃ nauis qñ de statione, vel portu dimittit, vt, Soluite vela citi. [Alite) Hic & hæc ales. sed hic pro auspicio posuit alite. [Olentē) Putentem: vt,

*Allia, serpyllumq; herbas contundit olentes.*

De quo & Virg.

*Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.*

[Horridis vtrunque verberes latus) Tempestatem imprecatur Meuio nauiganti. [Differat) Cessare faciat. [Montibus altis) Qui maiore tempestati subiacent altitudine sui. [Trementes) Commotas, & vi venti inclinatas. [Nec sidus atra nocte) Nigra sine amico nauigantibus Lunæ lumine. hoc est prospero, vt, Nec candida cursum Luna negat. [Qua tristis Orion) Tempestuosus, in occasu enim signi ipsius, maxime tempestates emergunt: vt, Nimbosus Orion. [Cadit) Occidit: vt, suadentque cadētia sidera somnos. [Quietiore nec feratur æquore) Pro minus concitato. [Quam Graia victorum manus) Talem nauigationis optat errorem, qualem post Troiæ excidium laborē Græci victores pertulerunt, aut naufragium reuertentes in monte Caphareo. [Cum Pallas vsto vertit iram ab Ilio) Minerua enim sacerdote sua ab Aiace vitiata, iram verterat à Troianis in Græcos: vt,

*Pallas ne exurere classem.*
*Argiuum, atque ipsos potuit submergere Ponto,*
*Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.*

[Et illa non virilis eiulatio) Planctus rationis expers, & magis fœminis conueniens, vt fœmineum clamorem ad sidera tollunt. Et Iuuen.

*Flagrantior æquo.*
*Non debet dolor esse viri.*

[Auersum) Non audientem, & iratum: vt, Auersa Deæ mens. [Ionicus) Adriacus. [Carinam ruperit) Nauem soluerit tempestate, a parte totum. Carina autem totius nauis compago est. [Opima) Præcipua, aut pinguis. [Porrecta mergos iuuerit) Hoc est si cadauer Meuij in littore electuoi marinis auibus iacuerit cibus. [Porrecta) Extenta: vt,

*Quaque iacet medium Rhodope porrecta sub axem.*

[Libidinosus immolabitur caper) Similitudini impudici, & petulantis poëtæ animal comparat immolandum si mortis eius voti compos extiterit.

POR. M Ala soluta nauis exit alite, Ferens olentem Meuium.) Hic est Meuius importunissimus poëta, quem & Virg. consimili contumelia nominat:

*Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.*

Olentem autem pro putido dictum accipe. est enim σχῆμα λειπόντος. [Mala alite,) Hoc est malo auspicio, & attende alitem hic fœminino genere dixisse, alibi masculino. vt qualem ministrum fulminis alitem. [Vt horridis vtrunque verberes latus, Auster memento fluctibus.) Iucunde quasi vento præsenti præcipiat, & vtrunque latus nauis vtique intelligendum est. [Niger rudentes Eurus inuerso mari,) Quid est inuerso mari? an contrarijs fluctibus? [Quæ tristis Orion cadit.) Qua nocte, scilicet. [Cum Pallas vsto vertit iram ab Ilio In impiam Aiacis ratem.) Hoc est ex Virg. lectione satis notum. [Et illa non virilis eiulatio,) Eiulatio potius id dicitur, quod est quasi gemitus flentis. πρόπος ὀνοματοποιΐα. [Ionius vdo cum remugiens sinus Noto carinam ruperit.) Vdo autem Noto, hoc est aquoso, ac pluuioso. [Opima quod si præda curuo littore) Opimam prædam corpus ipsius Meuij intelligamus. ex quo apparet pinguem fuisse.

ASCEN. M Ala sicut amico Virg. bonam nauigationem primo Carminum precatus est, ita hic malā Meuio vtrique inimico. Nam in Buc. dicit Maro:

*Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.*

Ordo est. [Nauis ferens Meuium olentem) .i. fœtidum hominem. [Exit soluta) .s. à littore. [Mala alite) .i. aue, hoc est auspicio. [Et ò Auster vente, memento, vt verberes vtrunque latus) .s. nauis. Fluctib. eius horridis, & Eurus ventus ab Oriente flans niger .i. nubilosus, & inimicus. [Differat.) Id est distrahat & in diuersa ferat. [Rudentes) Id est funes nauium, & remos fractos. [Et hoc mari inuerso,) Id est eo quod imum est sursum verso. [Et Aquilo,) Ventus à Septentrione flans à latere Orientali, qui vehemens dictus est, quod vt Aquila volat, insurgat supple tantus, quantus frangit ilices trementes, supple in altis montibus. Nec sidus pergit dicens. [Nec sidus supple vllum amicum,) Id est benignum. [Appareat nocte a.) .i. caliginosa & aduersa. [Qua Orion) .i. sidus Orionis ortu, & Occasu, sed potius in Occasu tempestatem ciens cadit tristis .i. inimicus nauigantibus. Nec Meuius feratur æquore quietiure, quàm supple vecta est. [Manu Graia,) Id est Graiorum victorum, scilicet Troiæ, cum Pallas vertit iram ab Ilio usto in impiam ratem Aiacis .s. Oilei, quam cum ceteris apud Capharea profligauit, quòd Aiax ille cum Cassandra in templo Deæ concubuerat. O quantus sudor instat nauitis tuis ò Meui, & quantus pallor luteus .i. croceus à luto pro colore, cuius prima lunga, instat supple tibi. [Et illa eiulatio) .i. exclamatio, non virilis quia muliebris, supple instat tibi, & preces instant tibi. [Ad Iouem auersum:) Id est indignatum, & non audientem. [Cum sinus Ionius,) Id est Ionij maris. [Remugiens Noto,) Id est uento illo. [Vdo,) Id est humido. [Ruperit carinam,) Id est uentrem nauis tuæ. [Quod si præda opima,) Id est pinguis, uidelicet cadaueris tui. [Porrecta curuo littore,) Id est circum curuum litus. [Iuuerit) Scilicet adesum. [Mergos,) Id est aues marinas facile mergentes. [Caper,) Id est hircus, quia tu fœtidus es, libidinosus, quia pro te libidinoso. Et agna, quam ut gratiorem iam deuoueo. [Immolabitur,) Scilicet à me. [Tempestatibus) Quæ te obruerunt.

## AD PECTIVM INDICANS SE AMORE captum, non posse uersus scribere.

*Ode XI. Dicolos Distrophos. Primus quisque versus est Iambicus, Hipponactius, Trimeter, Acatalectus, qualis ille. Ibis Liburnis inter alta nauium. Hoc modo.*

*Pĕctĭ -u nĭhĭl u- mē sĭ -u cŭt ăn u- tĕā u- ĭuuăt uu*

*Secundus vero quisque est Sapphicus, constat Penthemimere Heroica, & Dimetro Iambico. i. è duobus Dactylis, et syllaba, deinde è quatuor Iambis recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, hoc modo.*

*Scrībĕrĕ -uu Vĕrsĭcŭ -uu lōs - ămō u- rĕ pĕr uu cŭlsūm u- grăuĭ -u*

-uu--uu-u-uu
-uu-uu-u-uuu--u

P Ecti, nihil me, sicut antea, iuuat
Scribere versiculos, amore percul-
sum graui:
Amore, qui me, præter omneis, expetit
Mollib⁹ in pueris, aut in puellis vrere.
Hic tertius december, ex quo destiti
Inachia furere; siluis honorem decutit.
Heu me per vrbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui; conuiuiorum & pœnitet:
In quis amantem & languor, & silentium
Arguit, & latere petitus immo spiritus.
Contraq. lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium querebar applorans tibi:
Simul calentis inuerecundus deus
Feruidiora mero arcana promorat loco.
Quod si meis inæstuat præcordijs
Liberabilis: vt hæc ingrata ventis diuidat
Fomenta, vulnus nil malum leuantiæ:
Desinet imparibus certare summotus pudor.
Vbi hæc seuerus te palàm laudaueram:
Iussus abire domum, ferebat incerto pede
Ad non amicos heu mihi posteis, & heu
Limina durat, quibus lumbos, & infregi latus.

Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia; amor Lycisci me tenet:
Vnde expedire non amicorum queant
Libera consilia, nec contumeliæ graues:
Sed alius ardor, aut puellæ candidæ,
Aut teretis pueri longam renodantis comam.

ANTO. PECTI, nihil me,) Amico Pectio scribens Horat. ait, versus componere non iuuare se, vt olim, est enim graui amore perculsus Lycisci pueri. [Pecti, nihil) Primus versus hexameter Iambicus est, secundus vero duos habet Dactylos cum cæsura post quatuor de Iambico versu. [Hic tertius December) Ordo est. Hic tertius December decutit honorem siluis, ex quo destiti furere Inachia. In Decembri autem folio cunctis penè arboribus excidunt: paucæ enim excipiuntur. [Inachia) De hac eadem sequenti etiam Ode meminit. Heu me ordo est: Heu me quanta fabula sui per vrbem, nam pudet tanti mali, & pœnitet conuiuiorum. [Arguit) Ostendit. [Latere immo) Latera.n.gemitu laborat. [Spiritus) Anhelitus. [Contra ne lucrum,) Ordo est. Querebat ne tibi applorans ò Pecti nil valere contra lucrum candidum ingenium pauperis calentis, simul Deus inuerecundus mero feruidiore promorat arcana loco. [Lucrum) .i. auaritiam meretriciam, ob quam diues riualis Horatio præferebatur. hinc & Ouid. lib. ij. de Arte inquit:

*Ipse licet venias Musis comitatus Homere:*
*Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*

[Calentis) Amantis [Inuerecundus Deus) Vel Bacchus, vel Cupido. ij enim reddunt inuerecundos. [Arcana promorat) Latius iamiam superius de vini effectu patuit. Est autem sensus, quod vbi vino incaluerat, secreta sua Pectio manifestabat, conquerens quod eius ingenium candidum nil valeret apud auaram meretricẽ. [Liberabilis) .i. ira libera. libera quidem ab amore. [Ingrata fomenta) Querimonias intelligit nil amori proficientes. [Fomenta) Medicamenta. [Submotus pudor,) Id est honestas nunc ab amore submota desinet amori potentissimo certare. Est autem sensus, quòd si liber erit, non magis amori vacabit. [Vbi hæc,) Scilicet me nolle iterum amore subijcere. [Te palam) Coram te Pectio. [Seuerus) Grauis continens. [Hæc laudaueram,) Quòd submotus pudor desinet certare imparibus, id est quòd constans esse volebam. [Iussus) A te Pectio. [Postes) Inachiæ, scilicet. [Nunc gloriantis) Lycisci amore pueri se ardere nunc innuit.

POR. PEcti, nihil me, sicut antea iuuat) Metrum primo versu ternarium Iambicum. Secundus ex pentemimeri Dactylica, & Iambica. Alij dicunt esse ternarium Iambicum quadratum a Dactylico, & Iambico. [Pecti, nihil me, sicut antea iuuat Scribere versiculos) Dicit se amore detentum ad faciendum versus, nec delectationem habere, nec animum. [Expedir) Exequitur. [Siluis honorem decutit.) Hyemem significat per casus foliorum, vt cum siluis Aquilo decussit honorem. [Heu me per vrbem (nam pudet tanti mali) Fabula quanta sui, non conuiuiorum pœnitet, sed quòd fabula fuerit. [Conuiuiorum) Quod, vt finem amoris eius ostenderet, sub pœnitudine recordatur. [In quis) In quibus. [Languor) Stupor, siue animi torpor, siue eneruatus qui solet amatoribus euenire. [Arguit) Probat, vt, Degeneres animos timor arguit. [Et latere petitus immo spiritus) Quia & suspirijs aliquoties amor producitur, vt ille.

*Suspirans, immoq; trahens à pectore voces.*

[Contraq. lucrum) Contra meretriciam cupiditatem, quæ lucrum captans riualem præferebat Horatio, quæritur ingenium Poëtæ optimi nil valere. [Inuerecundus Deus) Dionys. [Simul) Postquam. vt,

*Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum.*

[Feruidiora mero arcana promorat,) Hoc est vno accendebatur in amorem. [Quod si meis inæstuat præcordijs) Vt iracundia commotus amaram à qua spernebatur, & ipse contemneret. [Ingrata) Sine effectu infita, vt, Frustraque laborem Ingratum trahit. & ibi enim de equi coitu loquebatur. [Fomenta, vulnus nil malum) Querelę in solatia doloris nec desiderio afferunt fructum. [Ferebar incerto pede) Ebrius, vt Terent. Neque pes, neque mens. [Dura) Implacabilia. quia exclusus limine est dũ amaret, ait. Infregi latus. [Lycisci) Delicati pueri. cuius amoe superbiam meretricis me fecit contemnere quam amabam. [Vnde expedire non amicorum queant Libera consilia,) Nullis ait consilijs à pueri eius amore, nisi forsan alio amore reuocabor. [Candidæ) Pulchræ. vt, Candida Dido. [Teretis Gracilis.

PEcti, nihil me, sicut antea iuuat) Pectium contubernalem alloquitur, indicans occupato sibi amore Lycisci pueri, nõ libere versus scribere. [Hic tertius December, ex quo destiti Inachia furere, siluis honorem decutit) Siluarum honorem, folia arborum. & Virg. dixit. POR.

*Frigidus & siluis Aquilo decußit honorem.*

Reuera autem mense ferè Decembris spoliantur arbores folijs. [Heu me per vrbem Fabula quanta sui,) Hoc autem quasi iuxta se posito illarum est, nam pudet tanti mali. quod ideo intulit, vt ostenderet cur ingemuisset. [In quis amantem languor, & silentium Arguit,) Arguit, media syllaba producte pronunciandum, quia præsentis temporis est. [Et latere petitus immo spiritus) Spiritum latere peti non pectore ait, quia in suspirando constat latera laborare. [Contraq. lucrum nil valere candidum Pauperis ingenium) Contra lucrum, contra studium lucri. i. contra auaritiam. Sensus autem est, querebar tibi plorans, quòd candor animi mei, & honesta simplicitas sine diuitijs nihil gratiæ haberet apud auaram puellam. Querebar applorans tibi. [Simul calentis inuerecundus Deus Feruidiora mero arcana promorat loco) Et vtique amore calentis accipiendum sensus verus est. Cum ebrietatis seueritatem pepulerat pectore meo, tum ego amoris mei iniuriam flens apud te querebar. Inuerecũdum ergo Deum, Liberum vult intelligi, quòd inuerecundum se per vinolentiam faceret. [Quod si meis inæstuat prçcordijs Libera bilis) Confundit lectorem varietas elocutionis. Obliqua enim modo ratione transiuit ad rectam. nam supra oblique dixerat: Querebar tibi nil valere candidum pauperis ingenium. At hæc iam est recta: Quod si meis inæstuet præcordijs. [Desinet imparibus certare summotis paribus) Imparibus æmulis, scilicet qui largiri multa possunt. cum ego non possim. Imparibus autem certare per datiuum casum figuratum est, vt Virg. Tibi certet Amyntas. [Vbi hæc seuerus te palam,) Hoc est seuere dixeram arrogans mihi constantiæ laudem. [Iussus abire domum,) A te, scilicet. [Quibus lumbos, & infregi latus. Vnde expedire non amicorum queant Libera consilia) Bene libera, quia veri amici bene solent delicta amicorum reprehendere studio emendationis. [Nec contumeliæ graues) Non iam amicorum, sed ipsius pueri qui amatur. [Aut teretis pueri,) Id est recta crura, aut brachia habentis. Teres autem in longum rotundum dicitur.

ASC. PEcti) Pectio amico familiari amores suos fatetur satis inuerecunde, dicens: O Pecti scribere versiculos, nihil iuuat sicut antea me percussum (aut perculsum) amore graui. s. Lycisci pueri: amore (repetit) qui expetit, id est persequitur, & excruciat me præter, id est super, omnes, scilicet alios amatores: vrere aut in pueris mollibus, aut in puellis, hic, id est præsens December tertius, ex quo, id est postquam destiti, id est desij, furere Inachia, id est amore Inachiæ puellæ, decutit siluis honorem, id est frondes, id est iam tertia agitur hyems, postquam dereliqui Inachia heu me quanta fabula sui per vrbem, cum scilicet furerem amore Inachiæ, quasi dicat quid dico? Nam pudet tanti mali, & pœnitet conuiuiorum, in quis, id est in quibus, languor & silentium, id est quòd in conuiuijs languens amore silerem, & spiritus, id est anhelitus meus, petitus. id est attractus, immo, id est profundo latere, arguit, id est euidenti argumento probauit supple me amantem. Et querebar, scilicet tibi & alijs, applorans ingenium pauperis, scilicet poëtæ nil valere contra lucrum candidit, id est auaritiam, quæ meretricibus candida uidetur, applorans dicit simul, id est statim, postquam deus inuerecundus, id est Cupido, vel potius eius prouocator Bacchus immodicus, promerat, id est promoueat, loco, id est statione sua, mero feruidiore, id est acri vino, arcana scilicet mea, id est intima præcordia, calentis, id est ardentis amore. Quod si bilis libera, id est stomachatio, & indignatio uera, inçstuet (aut inæstuat) meis prçcordijs, id est me ad ueram iram compulerit, sicut nunc simulabam iratum. ita ut diuidat, id est dispergat uentis, hæc fomenta, id est medicamenta, ingrata, id est has querimonias inutiles, quia nil alleuantia, id est imminentia, uulnus, scilicet amoris malum, id est perniciosum, pudor submotus, id est qui nunc clanculi à me amotus est, desinet certare imparibus, id est potioribus, id est nõ amplius uictus ceder, sed uincet. Vbi ego seuerus, id est tanquam seuerus, hoc est rigide sequens uerum, laudaueram hæc, id est huiusmodi propositum, palam, id est coram te, aut te conscio, ego iussus, scilicet à te, abire, domum, ferebar pede incerto, id est

tubante, ad postes heu mihi non amicos .i. ad hostia Inachiæ, & heu ad limina dura, vtpote quibus infregi lumbos, & latus meũ, cum neque lacrymis, neque precibus cederẽt. Amor Lycisci pueri gloriantis vincere mollitia quamlibet mulierculam, tenet nũc me, vnde .i. à quo libera consilia amicorum, nec graues contumeliæ amicorum, non queant expedire .i. soluere me, sed ardor .i. feruens amor alius puellæ candidæ, aut pueri teretis .i. proceri, renodantis .i. eligantis longam .i. prolixam comam.

## AD MVLIEREM FOEDAM ET ANVM.

*In anum libidinosam, & putidam, quæ Horatio munera, & literas solebat missitare, perinde ac ipse non sentiret quid illa sibi vellet eiusmodi liberalitate, nimirum ut cum esset fœdissima, & ob id contẽptissima, ab illo redamaretur, & ad voluptates suas abuteretur.*

*Ode XII. Dicolos, Distrophos: Vt,*

*Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.*

-UU-UU---+UU-- ,

-UU-UU-UU--



QVID tibi vis mulier nigris dignissima barris?
Munera cur mihi, quid ue tabellas
Mittis nec firmo iuueni, nec naris obesæ?
Nanque sagacius vnus odoror:
* Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis:
Quàm canis acer, vbi lateat sus.
Quis sudor vietis, & quam malus vndique membris
Crescit odor: cum pene soluto
Indomitam properat rabiem sedare: nec illi
Iam manet humida creta, colorque
Stercore fucatus crocodili: iamque subando
Tenta cubilia, tectaque rumpit:
Vel mea cum sæuis agitat fastidia verbis,
Inachia langues minus, ac me.
Inachiam ter nocte potes: mihi semper ad vnum
Mollis opus, pereat male, quæ te
Lesbia quærenti taurum monstrauit inertem:
Cum mihi Cous adesset Amyntas;
Cuius in indomito constantior inguine neruus,
Quàm noua collibus arbor inhæret:
Muricibus Tyrijs iteratæ vellera lanæ,
Cui properabantur? tibi nempe.
Ne foret æqualeis inter conuiua, magis quem
Diligeret mulier sua, quàm te.
O ego non felix, quam tu fugis: vt pauet acreis
Agna lupos, capreæque leones.

** Polypus Fucum simpliciter pro colore reperire licet, & fucare, pro colorare hic apud Horat.*

ANTO.



QVID tibi vis) In mulierem, & deformem, & olentem hic inuehitur, quæ quidem sæpe Horat. tum munera, tum literas mittere solebat Veneris gratia. [Quid tibi vis) Ode est similis vij. lib. j. [Bartis) .i. elephantis quorum quidem coitus aduersus est, vti & leonum, lyncum, camelorum, tigrium, & rhinocerotum. auctor est Solinus. Dicit autem elephantis dignam, quoniam auersi coeuntes ad eius deformitatem videre non possent. [Tabellas) Pugillares triplices intelligit, a tribus .s. folijs, qui quidem rebus amatorijs, & leuioribus seruiebant. Mart. lib. vlt.

*Pugillares triplicee*

*Tunc triplicee nostros non vilia dona putabis,*
*Cum se venturam scribet amica tibi.*

[Nec firmo iuueni,) Erat enim natus annos L. vt superius ostendit. [Neque naris obesæ) .i. crassæ. nam interdum etiam in naribus caruncule quędam similes mulieribus mammis nascuntur. eæque imis partibus, quæ carnosissimæ sunt inhærent, auctor est Celsus lib. vj habentes itaque taliaque, odorem aliquem non facile sentiunt. [Nanque sagatius vnus) Ordo est. Nanque vnus ego, i. solus &c. [Polypus) .i. caruncula modo alba, modo subrubra, quæ narium ossi inhæret, & modo ad labra pendens narem implet, modo retro per id foramen, quo spiritus à naribus ad fauces descendit, adeo increscit vti post vuam conspici possit strangulatque hominem maxime Austro, aut Euro flante, fereq. mollis est, raro dura. Auctor est Celsus lib. vj. [Hircus,) Id est hirci fœtor, qui sub brachijs esse aliquibus solet ob humorem illuc defluentem. Vnde Alexander Aphrodiseus in problematis ait, Cur axilla inter alia loca multo grauissime olet? vtrum ꝙ spiramentis fere caret, grauis autem odor in his præcipuus est propter putredinem, quæ ibi gignitur ob humiditatis moram, quæ nec dimouetur, nec exercetur philosophus item particula x. Probl. scribit, Cur alæ omnium maxime partium nostri corporis male olent? vtrum ꝙ omnium minime respirare possunt, malus autem odor locis huiusmodi contrahi maxime solet, quoniam putredo quiete interioris qualitatis cõsistit? an ideo ꝙ immobiles, inexercitatæque habentur? Scribit etiam ibidem, cur homines, qui virus redolent, fœdius quàm hirci oleant cum se odorifice vnguentarint. an hoc in multis accidere solet, velut cum acido dulce commixtum est, dulcius totum exultat. tum etiam omnes postquam sudarunt, grauius olent. vnguentum autem concalefaciendi vim habet, itaque sudorem potest prouocare. [Vietis membris) .i. languidis, sine vi, & naturalibus priuatis viribus, quod Fest. edocet. [Soluto penè) Emisso virili semine. Penem enim caudam vocabant, inquit Festus, à pendendo quidem [Humida creta) Erat in medicaminibus, & Chia terra candicans usus ad mulierum maxime cutem lactei coloris est hæc auctor Plin. lib. xxxv [Humida) Ob coitus sudorem. [Fucatus) φῦκος color dicitur Latine fucum dicunt, verso υ, græco in u. [Stercore crocodili:) Est crocodilo uita in aqua, terraque communis. Duo autem sunt eorum genera, aliquis multum infra magnitudinem, in terra tantum, odoratissimisque floribus viuit, ob id intestina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore refracta. crocodileam uocant, oculorum vitijs utilissimam cum porri succo iunctam, & contra suffusiones, uel caligines, illita quoque ex oleo cyprino molestias in facie enascentes tollit. Ex aqua uero morbus omnes, quorum natura serpit in facie, nitoremque reddit, lentigines tollit, ac uaros, omnesque maculas. Auctor Plin. lib. xxviij. [Subando) Subagitando. Est enim à suibus tractum, cum libidinem prouocant. [Tenta) Strata. [Tecta) Linteis, ac culcitra. [Vel mea cum) Ordo est, Vel quam malus odor undique crescat uietis membris, cum sæuis uerbis agitat mea fastidia. [Inachia langues) Lerba sunt illius anus ad Horat. [Ac me) .i. quam me. [Mollis) .s. es. [Ad unum opus,) Ad unum coitum. [Pereat) Ordo est. Male pereat Lesbia quæ quærenti, scilicet mihi taurum, monstrauit te inertem. [Taurum) .i. uirum uenereum, ac forte ut taurus est. nam (ut philosophus scr. lib. v. de Animalibus) vaccæ tauros non patiuntur propter rigorem genitalis, nimiamque tentiginem, sed clunibus subsistentibus semen recipiunt genitale. id autem & nos vidimus. [Cous) Cos insula est in Caria, vt scribit Mela, Strab. lib. x. inter Cycladas numerat, lib. autem xxiiij docet & insulam, & vrbem Con appellatam urbs uero non magna est, sed optime omnium habitata & aspectu iucundissima his, qui eo nauigant. Insulæ magnitudo est ad cccc. & l. stadia, tota fertilis, & quemadmodum Chius, & Lesbus optimo uino abundans, uiri Coi illustres fuerunt, Hippocrates, item Simus medicus Philetas poëta simul, ac iudicialis, Nicias. qui Coorum tyrannus fuit, & Ariston. hinc fuit Themnestus uir clarus, in administranda rep. Niciæ æmulus. [Iteratæ lanæ,) De purpura dibapha .i. bis tincta, intelligit, de qua latius in Odis. [Tibi) Horatio .s. [Mulier) Volebat .n. Horatium purpura ornare ita optima, ut inter conuiuas æquales etiam ab alienis uxoribus magis diligeretur.

*Cos.*

*Coi*

QVid tibi uis mulier) Eandẽ, quam supra alloquitur, impudentẽ in amorem suum. [Nigris bartis?) Elephantis, à barritu dictis, aut certe nigris, Indis, siue Mauris q nigri sunt. [Munera cur mihi, quídue tabellas) Quid mihi, inqt, munera, aut codicillos amatorios dirigis, dum libidini tuæ, nec sicut iuuenis sufficiam, nec fœtoris tui nescius sim. [Polypus, an grauis) Dicit se nec putorem narium, nec hircorum ferre, quo illa laborabat. ab hircorum .n. fœtore dicti sunt, & olentis titilli. [Quàm canis acer, ubi lateat sus.) Sagacitatem suam inuenien- ACR.

do muliebrium membrorum putorem cani comparauit fetas quærenti. [Vietis malus) Vt Terent. Vietus, veternosus, siue rugosis, & vetustate confectis. [Crescit odor, cum pene soluto) Penem tam mulieris, quàm viri posuit coitu finito. [Humida) Humefacta sudore. [Stercore fucatus crocodili,) Hoc.n. ad conseruandam cutem, vel candorem faciendum mulieres vti dicebantur. [Iamque subando) Metaphora à suæ, quæ subare dicitur. dum ergo tu cales tanta libidine rumpis stratum vt in coitu properes. [Vel mea cum sæuis agitat fastidia verbis,) Tanquã cum non satisfacientem furori suo verbis increpet. [Inachia langues) Verba Canidiæ inducit. [Inachiam ter nocte potes,) Aliam puellam nominat, de qua illam fatigare consueuerat. [Mollis) Debilis. [Opus) Pro coitu posuit periphrastice, vt Virg. cum de coitu boum loqueretur. Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior vsus sit genitalia. [Pereat male, quæ te Lesbia) Mala Lesbiæ imprecatur quæ sibi eum ostendit, dum illa validiorem quæreret taurum .i. iuuenem satisfacientem. [Cum mihi Cous) Nomen pueri de Co ciuitate, cuius inguinis nimierarem arbori comparat. [Muricibus Tyrijs iteratæ vellera lanæ, &c.) Hoc est pretiosę quę secundo fucabatur: vt, Tyrioque ardebat murice læna. [Cui properabantur) Interrogatiue pronunciãdum est. [Magis quem Diligeret mulier sua,) Tanquam quæ propterea vestibus preciosis ornaret, vt etiam a mulieribus alienis amaretur.

POR. QVid tibi vis mulier nigris dignissima barris?) In mulierem fœdam, atque anum hæc scribit, Barrhi aũt elephanti dñr. Vnde & vox eorum Barrhitus appellant. porro aũt elephanti feruntur auersi coire, ex quo videtur Poëta dicere eum his eam concumbere debere, qui illam non videant propter deformitatem ipsius. [Nec firmo iuueni) Hoc est valido, qui sufficere libidini tuæ possit. [Neque naris obesæ?) Hoc est, neque occlusæ nares, vt possim putorem tui corporis ferre. [Polypus, an grauis hirsutis cubet in alis, Polypus) Non in alis, sed in naribus intelligendum. [Quis sudor vietis, & quam malus vndique membris Crescit) Vieta autem dicuntur ex necessitate contorta. vt Terent. ostendit, Vietus, veternosus senex necessitate contortus. [Malus vndique membris) Hoc iam pronunciandum, vel efferendum cum admiratione. [Cum pene soluto Indomitam properat rabiem sedare,) Aspere, cum ex fastidio tui penis languet, tu tantum cupiens libidini tuæ satisfacere, dum moueris, sudas, diluisque cretam, & stercus crocodili, quibus faciem fricare consueuisti. [Iamque subando Tenta cubilia, tectaque rumpit,) subare proprie sues dicuntur cum libidinantur. inde translatio facta in cetera animalia. Tenta autem cubilia lectum dicit testibus, siue fasciolis subtentum. [Vel mea cum sæuis agitat fastidia verbis,) Vel illud ait, quale est, cum me quasi per blanditias corripit, q fastidio cum ea concumbam, imputans q exercitationem Venerem cum Inachia amica, q̃ cum ipsa agam. [Pereat male, quæ te Lesbia quærenti taurum) Mihi quærenti tauꝶ. Taurum autem pro valido, ac forti concubitore dixit. [Cum mihi Cous adesset Amyntas;) Hoc est cum non deesset mihi sagacissimi adolescentis occasio. [Muricibus Tyrijs iteratæ vellera lanæ) Purpuram tyriam, quæ iterum.i.bis, tinguitur conchylio. vnde hodie διάφαρ appellant. [Ne foret æquales inter conuiua, magis quem Diligeret mulier sua, q̃ te.) Blanditur dicens se magnopere festinare illi preciosis purpuris vestem conficere, vt ex hoc inter contubernales eius probaretur, quam illum diligeret.

ASCEN. QVid tibi vis) Petulanter petulantem anum carpit, dicens. O mulier dignissima barrhis.i.elephãtibus nigris (sunt.n. oẽs nigri. vnde de ipsis primum dictum est. It nigrum campis agmen. coeunt autem auerse, vt ab coitus fœtore, & obscœnitate minus offenderentur. quo circa illam ipsis dignam argute censet) Quid vis tibi.i.quid prætendis? cur mittis mihi munera, ve, pro vel. Quid.i.ad quid, mittis mihi nec iuueni firmo .i. satis potenti ad libidinem tuam explendam, neque naris obesæ.i. occlusæ & pinguis, seu crassæ? hoc est, neque habenti narem obtusam & occlusam, ita vt parum olfaciam. Obesum pro pingui ẽt apud Maro legũt, illic, Obesaque terga. aut obesæ.i.circumesæ, aut etecum tosæ naris, ita vt virtus odoratiua perierit. Dicit ergo, Cur mittis mihi neque te exaturare, neque fœtorem tuum sufferre valenti, munera & tabellas .i. triplices pugillares, in quibus amores & res amatoriæ inscribebantur. Docens etiam se non obesæ naris, addit, Nanque ego vnus .i. solus, odoror .i. olfacio (pro quo vulgarius dicitur odoro) sagacius .i. minore sagacitate, & peritia nasi (nam sagacitas nasi est. vnde Plaut. Sagax nasum habes) an Polypus, sup. sit causa fœtoris in naso. Est autem (vt Manc. recitat) caruncula quædam putida in naso. An hircus.i.hircinus fœtor, grauis.i. molestus, & difficulter tolerabilis, cubet i.quiete maneat (alludit autem ad cubilia hircorum, quæ fœtidissima sunt) in alis.i. sub axilis, hirsutis.i pilosis, sagacius dicit, q̃ canis acer .i. strenuo olfactu, sup. odoratur, aut sentit, vbi lateat sus .i. aper (posset dici vbi lateat sus acer, sed plus roboris est dicendo, Canis acer, vt se uel acri cani præferat) Odoror etiam sagacius, qui (aut quis) .i. qualis sudor (quia sequituris, suauius, qui q̃ quis legitur) & q̃.i.quantum, malus odor crescat (aut crescit) vndique membris vietis .i. flaccidis, & vetustate languescentibus cum .i. quando ipsa membra vetulæ, properant sedare rabiem indomitam.s.libidinis, pene.i. cauda virili, soluto .s. ab intentigine emisso semine, aut soluto è subligaculis. Nec creta humida.i.chia terra cretici coloris, & color fucatus .i. fuco, & adulterino colore quæsitus stercore .i. oleto, crocodili. illius animalis in Ægypto frequentis, manet illis.s. membris tuis vietis, quia sudore, & anhelitu resoluitur, iam .s. in coitu, & tu rumpis (aut ipsa rumpit) iam subando.i. subeundo. more suum diuturno coitu, cubilia tenta.i.strata, & tecta.i. cooperta tapetis, aut lineis coopertmentis i. tam immodice te agitas, vt cubile pene rumpas. alludit autem ad tentoria, quæ superne tegunt, vt vir muliere, tenta autem dicit propter penem, q. d. tu me & membrum meum rumpis, vel.i.etiam, dum tu agitas (ita reposuit Bonfinis, nam alij agitat legunt) .i. moues mea fastidia .i. quibus te fastidio, & contemno, verbis sæuis.i.superbis dicendo.s.ò Horati, tu langues minus. Inachia.i. minus fatigaris subagitando Inachiam, ac.i.q̃ me tu potes ter nocte.s.vna, Inachiam sup. cognoscere, aut (honor sit aurib.) future. quod ex more subticuit, sicut Comici miles, Ego Eunuchum illum vel sobrius, Tu autem es mihi semper mollis.i languens & impotens, ad vnum opus .s. Veneris. Pereat Lesbia male, quæ mihi quærenti taurum .i. fortem subactorem. monstrauit te inertem .i. ignauum, & torpentem, præcipue cum Amyntas Cous, ex Co insula iuuenis, adesset.i.præsto esset mihi, cuius neruus.i.mentula, inhæret constantior in inguine.i. membro muliebri indomito .i. indomabili, & semper prurienti, q̃ noua arbor inhæret collibus. Cui putas ò Horati, q. d. ne gratis à te stuprum quæsisse dicar (vnde prius, Munera cur mihi) uellera lanæ iteratæ .i. bis tinctæ, muricibus .i. purpuris Tyrijs properabantur .i. cito parabantur. Nempe .i. si nescis certe sup. properabantur tibi. Ne conuiua foret inter æquales.i coæuos sodales, quem sua.i. propria mulier.i. amica, aut potius uxor diligeret magis q̃ sup. ego te. O ego leuis .i. inconstans, & imprudens, & quam tu fugis ut agna pauet .i. pauore fugit lupos acris, aut ut capreæ sup. pauent leones,

## AD AMICOS.

*Ad amicos ne nimium se curis macerent, dum adhuc sunt iuuenes, sed per occasionem nonnunquam animum remittant, ex Chironis Centauri sententia, qui Achillem discipulum monebat, vt apud Troiam qui periturus erat vino & fidibus se exhilararet.*

*Ode XIII. Dicolos, Distrophos. Primus quisque versus est Heroicus, Hexameter, Catalectus qualis ille,*

*Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen, hoc modo:*

*Hŏrrĭdă -υυ tēmpē--stās cœ̄ -- lūm cōn -- trāxĭt ĕt -υυ īmbrēs --*

*Secundus vero quisque est Archilochius, constans Dimetro Iambico, & Penthemimere Heroica.i.quatuor Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam spondeo, deinde è duobus Dactylis, & syllaba, hoc modo.*

*Nĭuēs υ- quĕ dē υ- dūcūnt -- Iŏuēm υ- nūnc mărĕ -υυ nūnc sy̆l- υ ŭæ̆ υ-*

-υυ------υυ--

υ-υ---υ--υυ-υυ-




ORRIDA tempestas cœlum contraxit & imbres.
Niuesq́. deducunt Iouem. nunc mare, nunc siluæ
Threicio Aquilone sonant. rapiamus amici

Occasionem de die; dumque virent genua;
Et decet; obducta soluatur fronte senectus.
Tu vina Torquato moue consule pressa meo.
Cetera mitte loqui. deus hæc fortasse benigna
Reducet in sedem vice. nunc & Achæmenia
Perfundi nardo iuuat; & fide Cyllenea
Leuare diris pectora solicitudinibus:
Nobilis vt grandi cecinit Centaurus alumno,
Inuicte mortalis dea nate puer Thetide
Te manet Assaraci tellus: quam frigida parui
Findunt Scamandri flumina, lubricus & Simois.
Vnde tibi reditum certo sub tegmine Parcæ
Rupere: nec mater domum cærula te reuehet.
Illic omne malum vino, cantuque leuato.
Deformis ægrimoniæ, & dulcibus alloquijs.

ANTO. ORRIDA tempestas) Hac Ode amicos hortatur ad lætiorem vitam. Cum .n. nunc plueret, nunc ningeret, & in mari, ac siluis tempestas esset, occasionem ad voluptatem rapiendam esse docet, eo nanque tempore aliud agi non poterat. [Horrida tempestas) Primus versus hexameter est. secundus vero quatuor pedes habet ex Iambico versu, & duos Dactylos cum cæsura. [Cœlum) .i. nubes, aer .n. in nubes contrahitur, indeque imbres decidunt. [Et imbres.) Ordo est, Et imbres, & niues deducunt Iouem .i. deorsum ducunt aërem. Videtur .n. quodammodo cum pluuia aer descendere. [Siluæ) Metri causa trisyllabũ fecit [Occasionem) Dicitur occasio opportunitas temporis casu proueniens, vt Festus ait. [De die) .i. tempore ipso. [Virẽt genua) Dum vigent, & valent. [Obducta rugis) .i. obsita vi mœstis euenit. [Consule m) Horat. enim Manlio Torquato consule natus est. quod superius etiam scripsit. [Cetera) Sensus est: Vacandum esse conuiuijs tantum, cetera vero omittenda, vt sunt minus læta. nam Deus in melius forsitan reducet. [Achæmenio) .i. Persico. Achæmenes enim (teste Herod. lib. iiij.) fuit primus Persarum rex, à quo postea reges omnes vsque ad Darium descenderunt. [Fide Cyllenea) .i. lyra. Mercurius enim lyram inuenit, & Phœbus cytharam, de quibus late in Odis. [Nobilis) Vt sensus est, quo Centaurus Chiron Achilli alumno prędicens mortem apud Troiam, monuit omne malum vino, & cantu leuandum. eodem itaque modo, & ipse agit. [Grandi alumno,) Iuuen. item Sat. vij.

*Metuens virga iam grandis Achilles*
*Cantabat patrijs in montibus.*

[Assaraci tellus,) Troiam intelligit. Nam Dardanus Ioue natus genuit Erichthonium: is Troën Tros Assaracum, ex quo Capys natus est, inde Anchises, hinc Æneas &c. Auctor Naso lib. iiij. Fast. [Scamandri) Ex Ida Phrygiæ monte Scamander, & Simois fluuij descendunt in Troadem, vt Mela scribit. [Mater cerula) .i. Thetis marina. [Ægrimoniæ) .i. tristitiæ. Est autem ordo: Illic vino, cantu, & dulcibus alloquijs leuato omne malum deformis ægrimoniæ. Acrimonia autem est animi viuacitas, vt inquit Nonius. [Deformis) Deformes efficientis. [Dulcibus alloquijs) Dulcibus verbis dulci sermone.

ACR. HOrrida tempestas) Hortatur amicos suos, vt pluuio aëre, quo aliud facere non possunt, licentiæ, & poculis indulgeant. [Cœlum contraxit) Pro nubibus: vt, Iam cœlum, terramq. meo sine numine venti miscere. [Et imbres) Vt, Effusis imbribus atris tempestas sine more furit. [Dumq. virent genua,) Hoc est quando iuuentus uiret, senectus arida deponatur: vt, Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus. de iuuene. Ille pedum melior motu fretusq. iuuenta. [Obducta soluatur fronte senectus) Lætitia tendatur frons obducta mœrore. [Tu vina Torquato moue consule) Consule vina reposita proferri iubet, quo ipse natus est Manlio Torquato. [Deus hæc fortasse benigna Reducet in sedem vice) Si quæ minus læta sunt, vt quæ sollicitudinem moueant, de Deo speranda dicit, vt in melius mutentur, dummodo lætitiæ non prætermittatur occasio. [Achæmenio) Persico. [Et fide Cyllenea) Lyra, chorda, quam traditur Mercurius inuenisse, qua accepta ab eo Amphion cantu dicitur muros fecisse Thebanos. [Grandi Centaurus alumno:) Vt Iuuen.

*Iam grandis Achilles cantabat patrijs in montibus.*

[Nobilis vt cecinit) Nobilem Chironem dicit, cuius vmbram ponit Achilli prædicentem Fata sua. [Assaraci tellus,) Assaracus auus Anchisæ, à quo & Troiani. [Tellus) In qua sepeliendus erat. [Findunt Scamandri flumina) Scamander fluuius Europã ab Asia diuidere dicitur, ideo posuit findunt. [Lubricus & Simois) Fluuius Troianorum: vt, Vbi tot Simois correpta sub undis Scuta virum, galeasq., & fortia corpora voluit. siue pro natura aquæ lubricus. [Certo sub tegmine Parcæ) Vt, Rumpunt stamina Parcæ. [Cærula) Nomen à colore maris .i. marina: vt, Cæruleus Nereus. [Ægrimoniæ) Animi, vel ægritudinis.

HOrrida tempestas cœlum contraxit & imbres) Hortatur contubernales, vt quoniam ipso cœlo pluuio nequeãt aliud agere, in conuiuium secedant. Cœlum autem pro nubibus accipe, & contraxit in vnum coëgit, ac per hoc densas fecit intelligendum. [Et imbres Niuesque deducunt Iouem &c.) Quasi cum imbribus ad terras Iupiter descendat. [Rapiamus amici Occasionem de die:) Vtrum occasionem, quæ de die pluuio incidit, an vt conuiuia de die dicebantur à primo mane cepta? [Obducta soluatur fronte senectus.) Obducta .i. in rugas contracta, ac per hoc seuera, ac tristis. Sic ergo & senectutem pro grauitate ac seueritate accipe. [Torquato moue consule pressa meo.) Præcipit vina proferre Manlio Torquato consule diffusa, quo anno ipse natus sit, quod & alibi amphoram alloquens ostendit, sic dicens, O nata mecum consule Manlio. ad hoc ergo pertinet, ꝙ dicit Torquato meo. [Et fide Cyllenea) .i. chorda quam Mercurius inuenit ac per hoc lyram. [Nobilis vt cecinit grandi Cent. alumno,) Chiron .s. Centaurus, alumno .i. Achilli. [Deus hæc fortasse benigna Reducet in sedem vice.) Sensus est. Hæc quoque, de quibus sollicitus es, fortasse benignus restituet tibi Deus, vices rebus humanis cõstituit. [Vnde tibi reditum certo sub tegmine Parcæ Rupere,) Tale est & illud, Extrema & alijs Parcæ fila legunt. [Nec mater domum cærula te reuehet) Per matrem Thetidem, atque ex hoc metonymicos mare intelligamus. POR.

HOrrida) Inuitat amicos, & sodales ad hilare conuiuium dicens. [Tẽpestas horrida) .i. pluuiosa, & aspera. [Contraxit) .i. condensauit in nubes cœlum .i. aërem. [Et imbres, ac niues deducunt .i. deorsum, q.a in terram, ducunt Iouem .i. aërẽ in nubem contractum, & per pluuiam resolutum. [Mare supp. sonat nunc, & siluæ sonant nunc, Aquilone Threicio) .i. a Thracia flante. [Et ergo ò amici rapiamus Occasionem) .i. læte conuiuandi. [De die) .i. tempore. [Et dum) .i. donec. [Genua) .s. nostra. [Virent) .i. in vigore sunt. [Et dum decet) .s. per ætatem. [Soluatur senectus fronte obducta) .i. quæ erat obducta tristitia exporrigatur hilaritate. [Tu moue) .s. fundendo, & bibendo vina pressa Torquato consule meo) .i. anno natiuitatis meæ, quo Torquatus consul erat. [Mitte) .i. omitte. [Loqui cetera) .i. seriosa, quæ nihil ad lætitiam faciant. [Nam deus reducet fortasse hæc) .s. tristia, quæ agitare possumus. [In sedem) .i. tranquillitatem, & sedationem. [Vice) .i. vicissitudine. [Benigna) .i. fauorabili. [Iuuat) .i. delectat sup. me. [Nunc perfundi nardo Achæmenio) .i. Persico. [Et leuare pectora sup. à solicitudinibus duris (aut diris) fide Cyllenea) .i. lyra à Mercurio inuenta. [Vt) .i. quemadmodum. [Centaurus nobilis) .i. Chiron iustissimus Centaurorum s̃m Hom. [Cecinit grandi alumno) .s. suo sup. Achilli dicẽs, [O puer inuicte nate mortalis Dea Thetide) .i. licet ex dea mortalis tamen. [Tellus Assaraci) .i. Troiana, quam Assaracus aliquando possedit. [Manet te) .i. futura est tibi exitio. [Quam) .s. tellurem. [Frigida flumina Scamandri) Fluuij ab Ida profluentis. [Parui) .i. exigui. [Et Simois lubricus) .i. labilis, & difficulter retentibilis. [Findunt) .i. secant & absumunt, aut potius diuidunt per medium eius fluendo. [Vnde) .i. de qua tellure. [Parcæ) .i. Deæ Fatales. [Rupere) .i. rumpendo fila Fatalis vitæ negauerũt tibi reditum sub tegmine .i. contextu Fatorum. [Certo) .i. ineuitabili. [Nec) .i. & non & vnde, mater cærulea .i. cærulei coloris, quia marina dea non reuehet te domum .s. nauibus. [Leuato illic) .i. cum illic sis tis, vino & cantu, & dulcibus alloquijs .i. affationibus blandis. [Omne malum ægrimoniæ) .i. ægri animi, & tristitiæ deformis, quia est ægritudo animi etiam honesta. ASCEN.

## AD MOECENATEM.

*Purgat se apud Mæcenatem, quod promissum carmen non absoluerit amore nimirum prohibente. neque id sine exemplo nam, & Anacreontem amasse, & Mæcenatẽ ipsum vri ait, sed à puella Helena nõ inferiori.*

*Ode XIIII. Dicolos, Distrophos. Primus quisq; versus est, qualis. Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.* Horat.

*Mŏllĭs ĭn-υυērtĭă -υυ cŭr tăn υ-tām dĭf -- fūdĕrĭt -υυ īmis--*

*Secundus autem quisque est Iambicus, Archilochius, Dimeter, Acatalectus, qualis ille: Amice propugnacula, hoc modo.*

*ōblī -- uĭō-υ nēm sēn -- sĭbŭs υυ*

-υυ-υυυ-−−−υυ−−

--υ--- υυ

MOLLIS inertia cur tantam diffuderit imis
Obliuionem sensibus,
Pocula Lethæos vt si ducentia somnos
Arente fauce traxerim:
Candide Mœcenas occidis sæpe rogando.
Deus deus nam me vetat,
Inceptos, olim promissum carmen, iambos
Ad vmbilicum adducere.
Non aliter Samio dicunt arsisse Bathillo
Anacreonta Teium:
Qui persæpe caua testudine fleuit amorem
Non elaboratum ad pedem.
Vreris ipse miser. quod si non pulchrior ignis
Accendit obsessam Ilion,
Gaude sorte tua. me libertina neque vno
Contenta Phryne macerat.

ANTO. MOLLIS inertia) Cur inceptos Iambos omiserit interroganti Mœcenati rñdet amorem fuisse causam. [Mollis inertia) Primus versus hexameter est Dactylicus. Secundus vero Iambicus tetramet. [Mollis inertia) Ordo est, Cãdide Mœcenas occidis sæpe rogando. Cur mollis inertia &c. [Mollis inertia) Viles & molles reddēs segnitia. [Lethæos) Obliuiosos, λήθη n. obliuio dr̄: inde Lethe fluuius infernus. vnde bibentes obliuione afficiunt. [Deus deus) Cupido. s. [Ad vmbilicū) .i finem. nam in fine libri vmbilici ornamēti genus solēt poni. vnde Mart. finem tertij libri ita clausit: Ohe iam satis est ohe libelle: Iam peruenimus vsque ad vmbilicum. & alibi idē quoque ait: Nunq̃ grandia nec molesta poscit: Quæ cedro decorata, purpuraq. nigris pagina creuit vmbilicis. [Samio Bathyllo) Anacreō Lyricus poeta fuit ætate Pisistrati, & Pherecidis historici Pythagoræ magistri, vt scribit Eus. fuit is patria Teius, q Bathillū puerum Samium adamauit Teos aūt Ionum ciuitas est in penultima sita. hinc est Anacreō Lyricus. item Hecat. hist. vt Str. ait lib. xiiij. [Non elaboratum ad pedem) Id aūt pp amoris curā eueniebat. [Ipse) Tu Mœcenas. [Pulchrior ignis) Pulchrior puella, q̃ tua sit. intelligit aūt Helenam, dicens φ si Helena non fuit pulchrior ipsius Mœc. amica debet illa gaudere Mœc.

ACR. MOllis inertia cur tantam diffuderit) Dicit se inertia, & obliuione oppressum tanq̃ Lethæum sumpserit poculum. [Pocula Lethæos vt si ducentia somnos Arente fauce traxerim,) Vt Lethæi ad fluminis vndam Securos latices, & longa obliuia potant. [Candide) Pure, simplex. [Ad vmbilicū) Ad perfectionem, adfinem [Non aliter Samio dñt arsisse Bathillo) Bathillus Pantomimus fuit, de quo Iuuen. Molli saltante Bathillo. [Arsisse) Amasse. [Anacreonta Teium,) A Teia poetā [Qui persæpe caua testudine.) Qui per metrū amorem suum flebiliter cantauit. [Vreris ipse miser) Aut valde dixit, aut miser consolandi causa, tanq̃ qui frui amata non posset, quæ eius erat, signari non potuit, & de pactiono incongrue dicebantur. [Quod si non pulchrior ignis) .i. non melior, q̃ te iam vrit Mœcenas, quod gratificans dicit Terētiæ, q̃ amauit Mœcenas. [Obsessam Ilion,) Ad Helenam refert. [Me libertina neq. vno Contenta Phryne macerat.) Libertinam se amare Phyrnem affirmat, quæ licet viro non sit vno contenta, turpitudinem tamen eius se fatetur ferre pro amore.

POR. MOllis inertia cur tantum diffuderit imis Obliuionem sensibus) Ad Mœcenatē loquitur, significās illum frequēter de se quærere cur negligat carmina scribere. deinde quasi interrogationes eius volens effugere amorem causatur. [Inceptos, olim promissum carmen, Ad vmbilicū adducere iambos) Iambos vtrū carmen olim ꝓmissum, an olim inceptos, ambiguum est. Ad vmbilicum adducere pro finire, & consumere, qa in fine libri vmbilici ex ligno aut osse solent poni. [Non aliter Samio dn̄t arsisse Bathillo Anacreōta Teium) Attende per ablatiuum dictū arsisse Bathillo, & hoc sępe Virg. ꝑ accusatiuum dixerit Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. [Non elaboratū ad pedem) Hoc ideo, qa (vt supra ostendimus) Lyrici poetæ prout libet cuique versus sibi fingunt. [Vreris ipse miser.) Mœcenati h d. quia & ipse Terentiam dilexit. cuius & supra sic meminit: Manum puella suauio opponat tuo: Extrema, & in sponda cubet. [Quod si non pulchrior ignis Accēdit obsessam Ilion, Gaude sorte tua.) In honorem Mœcenatis gratificatur Terentiæ, Helenæ eam comparans. hoc aūt ait: Si non fuit Helena speciosior, iocunda hæc miseria est, & accēdit, Ilion, ad amorem magis pertinet quo Troia cremata est, nec immerito, quia ipse amor ignis solet dici.

ASCEN. MOllis) Mœcenati rñdens, ait? O candide Mœcenas, occidis sup me rogando. i. interrogando, cur mollis inertia diffuderit sensibus imis tantā, obliuionem. i. cur ita sopitis sensibus à canēdo refrigescam, veluti (aut vt si. i. perinde atque, traxerim fauce arenti. i sitienti, pocula ducentia somnos Lethæos. i. obliuiosos. Nam Deus s. Cupido. Deus. i. quem Deum esse affirmare cogor, vetat me adducere ad vmbilicum. i. ad cōsumationem, aut ad medium, iambos inceptos. i. iambicum carmen inceptum olim: appositorie carmē promissum. i. quod tibi promiseram. Dicūt. s. scriptores, Anacreonta. s. Lyricum Teium. i. ex Teo Ionum ciuitate, arsisse non aliter. s. q̃ ego ardeam, Bathillo. s. puero, aut saltatore, Samio. i. ex Samo insula qui. s. Anacreon, fleuit persæpe testudine. i. cythara, amorem non elaboratum ad pedem. i. ad mensuram iustam, vel potius ad pedem non elaboratum. i. non elaborate obseruatum. Ipse. i. tu ò Mœcenas, vt eris miser. i. miserando amore, φ si non pulchrior ignis. i. non fuit pulchrior Helena, quæ fuit facula monstrata Hecubæ parturienti Paridem, quæ accēdit Ilion. i. Troiam, obsessam. s. a Græcis. Est aūt à nominatiuo hæc Ilios. vñ prius vexata Ilios dixit, gaude tua sorte, qa te dignā amas. Nã Phyrne libertina. i. libertinæ cōditionis, nec (aut neque) contenta vno. s. amatore aut viro macerat me in amore sui.

AD NEÆRAM CONQVERENS periurijs illius se deceptum.

*Ode XV. Dicolos, Distrophos: Vt, Mollis inertia cur tantam diffuderit imis.*

-υυ-------υυ-

--υ-υυ-υυ

NOx erat: & cœlo fulgebat luna sereno
Inter minora sidera:
Cum tu magnorum numen læsura deorum
In verba iurabas mea,
Arctius, atque edera procera astringitur ilex
Lentis adhærens brachijs:
Dum pecori lupus, & nautis infestus Orion
Turbaret hibernum mare:
Intonsósque agitaret Apollinis aura capillos:
Fore hunc amorem mutuum,
O dolitura mea multum virtute Neæra.
Nam si quid in Flacco viri est:
Non feret assiduas potiori te dare noctéis:
Et quæret iratus parem.
Nec semel offensæ cedet constantia formæ:
Si certus intrarit dolor.
At tu quicunque es felicior; atque meo nunc
Superbus incędis malo;

Sis pecore, & multa diues tellure licebit:
Tibiq́ Pactolus fluat:
Nec te Pythagoræ fallant arcana renati:
Formaq. vincas Nirea:
Eheu translatos alio mœrebis amores:
Ast ego vicissim risero.

ANTO. NOX erat,) In Neæta scribitur Ode. arguitur enim illa periurij à Poëta. nam cum iurasset se perpetuam fore illius alteri postea hæserat. [Nox erat,& carmen est simile præcedenti. [In uerba mea) Secundùm uerborum meorum formam. [Viri) .i.veneni,uel naturalis uirtutis.nã (teste Nonio) uirus quandoq. pro naturali uirtute legitur .de quo latius diximus libro j. Georg ibi,Virosaque Pontus Castorea. [Potiori).i. riuali,qui potior & ualérior est apud te.[Parem.i. mutuo amantem puellam.[Offensę formæ).i.quã tu offendisti periurio. [Cõstantia) Continentia, & perseuerantia non succumbet formæ tuæ,sed libera erit. [Pactolus) Lydiæ fluuius aurifer. hinc aliter Chrysorroham uocant,ut Solinus ait. [Pythagoræ arcana renati) .i. quanquam philosophus sis. cur autem renati, in Odis late diximus. [Nirea) De Nireo item in Odis, ample.

ACR. NOx erat) Neæram amicam suam alloquitur, periurijsq. eius se deceptũ significat,quod amorem suum in aliũ transtulisset,quẽ negat perpetuũ futurum. [In uerba iurabar mea) Sicut ego ostendebam tibi iurare ita iurabas & secundum uerba quę proponebam iurabas arctius te mihi coniunctam fore, quàm ilici hederam.[Arctius)Diligentius [O doliura mea multũ virtute Neęra)Quia si iratus fuero contemnã te,& incipies dolere.[Nam si quid in Flacco viri est).i si quid habet in se virile Horatius. [Assiduas) Frequentes.[Potiori) Meliori riuali. [Nec semel offensæ cedet constantia formæ) Tunc constantia amatoris cedit formæ mulieris,quando læsus non audet abscedere.hoc est quod dicit, Si offensus fuero non cedam formæ tuæ i.non tibi seruiam, non perseuerabo iniuriam passus. [Tibiq. Pactolus fluat) Pactolus fluuius aureas trahens arenas.i.quanquam habeas tantas diuitias, vt tibi videatur Pactolus fluere. [Nec te Pythagoræ fallãt arcana).i.quãuis sis Philosophus. Pythagoras enim dicebat animas post mortem redire in aliena corpora. [Mœrebis).i.dolebis.

POR. NOx erat, & cœlo fulgebat Luna sereno Inter minora sidera) Quæritur de Neæra quod non seruet fidem iusiurãdi,quo se obstrinxerat,semper cũ Horatio victurã. dein de hortẽdum ipsum iusiurandum vult facete.noctis silentiũ erat, inquit,serenum ac Luna lucebat. [Cum tu magnorum numen læsura deorum) Ad euentum refert,quasi cum iuraret,iam perfidiã fallendi in animo haberet. [In verba iurabas mea,) Hoc est mea per verba conceptum iusiurandum. [Lentis adhærens brachijs) .i.amplexu brachiorum cum hæc iurares. [Dum pecori lupus, & nautis infestus Orion) Huic simile est, In freta dum fluuij current,dum montibus vmbræ Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet. Nam si quid in Flacco est viri.i.si quid virile Flaccus in se habet. [Non feret assiduas pote dare noctes) Potiori non ex sua persona Flaccus dixit,neque enim riualem sibi suum præfert,sed qui apud te potior est. Nec semel offensæ cedet constantia formæ quando semel offensa est.i.non vincetur constantia mea à tua forma,quo minus illam contemnat,& relinquat, si indignationem certam conceperam. [Et tu quicunque es felicior) Ad riualem hoc dicit. Atque meo nunc Superbus incedis malo.i tibi placens,ac gloriosus. [Sis pecore,& multa diues tellure licebit) Etiam diuitijs felix sis prter amorem. Neæræ. [Tibiq. Pactolus fluat).i.abundes auro,quia Pactolus fluuius aurum ferre dr̃.Nec te Pythagore fallant arcana renat.i.licet doctissimus sis. quare aũt renatus Pythagoras dicatur,notũ est,vt supra diximus. [Formaq. vincas Nirea) Hũc supra retulimus formosissimũ ab Hom. prædicari,hoc versu νιρεὺς δ' αὖ σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας, νιρεὺς, ἀγλαΐης θ' υἱὸς χαρόποιο τ' ἄνακτος νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ ἴλιον ... δαναῶν μετ' ἀμύμονα πηλείωνα ἦλθεν. [Eheu translatos alio mœrebis amores) Ingemiscit iam vicem illius, qui relinqui meruit. [Ast ego vicissim risero) Modo coniunctiuo dicitur tempore futuro. vt est illud Terentianum, vxore opus est, duxero.

ASCEN. NOx erat) Amatorie accusat Neærã periurij,hoc ordine: Nox erat,& Luna fulgebat cœlo sereno inter sidera minora,cũ tuo Neęra lęsura.s.periurio,numẽ magnorum deorũ,iurabas in verba mea.i.obseruare,quæ abs te petebã, adhærẽs brachijs meis lentius.i.adhærẽtius. atque.i.quàm ilex procera astringitur.i.stricte amplectitur hedera.s.frutice.Iurabas inquam hunc amorem.s.nostrum,aut inter nos fore mutuum,dum.i.donec lupus sup.fuerit infestus pecori,& Oriõ.i. sidus eius imperunsum, infestus.i.vim inferens nautis,turbarit (aut turbaret) pro turbauerit,mare hybernum.i.hyemale,& dum aura .i. ventus, agitarit (aut agitaret)capillos intonsos Apollinis hoc est in perpetuum. O Neæra doliturá multum mea virtute.i.propter virtutem meã. Nam si quid viri i. animi virilis est in Flacco,hoc est in me, loquitur tamen tanquam de alio in tertia persona. ipse Flaccus non feret.i.non perpetietur te dare potiori .i. ditiori, aut amantiori noctes assiduas,& iratus.s.tibi, quæret parem.i.amicam redamãtem se.Nec si dolor certus.i.firmus & constans,intrarit.s.pręcordia,constantia .s. eius,cedet .i. locum dabit formæ semel offensæ .i.per contemptum læsæ.Et(aut at)tu ò riualis,quicunque es felicior.s.quam ego atque incedis nunc superbus meo malo.i. damno,licebit.i.permittetur,sis.i.ut sis,diues pecore, & multa tellure,& Pactolus fluuius aurifer in Lydia fluat.i. fluendo afferat aurum tibi nec arcana Pythagoræ renati.s. secundũ eum fallant te.i.sis prudentissimus,& vincas forma Nirea fortissimum adolescentem vt prius paruit.Eheu quæ interdolentis vox,q.d.nihilominus tu mœrebis.i. mœste feres amores translatos alio .i. ad aliam amicam. Ast ego risero,si.s.euenerit,vicissim .i. per vices.

GLAR. LEntis adhærens Brachijs.) Acron hæc verba ita colligit, quasi ad puellæ iuramentum pertineant. Ait.n.iurabas arctius te mihi coniunctam fore quam ilici, hederam cum poëtæ verba aliter sonent. Nempe cum illius lentis brachijs adhæreret arctius atque hedera procera astringitur ilex. Tũ illam iurasse &c.Badius lentius legit,exponitq. adhęrentius,sed nemo in hoc eum sequitur atque ipse varie hoc in codice excudit. Nã si quid in Flacco viri est. Mancinellus vici est, exponit, veneni, vel naturalis virtutis non attendens hic iambum esse oportere, nec spondeum hic locum habere. Virus autem pro veneno primam producit,vt illud Virg. Ille malum virus serpentibus in dedit atris.

QVERITVR BELLIS CIVILIBVS
nullum imponi finem.

*Tanta est,inquit,Romanorum potentia,vt sese non ferant,sed in mutuam perniciem ferantur, vt videri posit fato quodam fieri vt subinde nouo atque nouo bello ciuili Roma peritura sit qua ne a socijs quidem & vicinis potuit vnquam euerti,neque ab extremis hostibus. quare consulit, vt exemplum Phoceorum sequantur, qui communi consensu patriam reliquerunt, diris execrationibus se deuouentes, si vnquam quisquam rediret in patriam,quod illis feliciter successit. Itaque ad fortiter audendum hortatur,& nauigandum ad felicem aliquam regionem,cuiusmodi esse fortunatas insulas, vbi omnia inseminata,& inarata nascuntur,planeq; sine vllo labore, & cultura proueniunt,& quidem felicissime. vbi nihil potest desiderari ad beatam vitam quemadmodum olim aureo seculo,cuius tãtum in illis vestigia relicta sunt.*

*Ode XVI. Dicolos, Distrophos. Primus quisque versus est heroicus, hexameter. hoc modo.*
*ālt̆ĕrā-υυ iām tĕrĭ-υυ tūr bēl--līs cī-- uīlĭbŭs-υυ ātās--*

*Secundus vero quisque est iambicus,hipponactem,trimeter,qualis ille.* *Ibis Liburnis inter alta nauium.*

*Quanquam in hac Ode secundus quisque versus constat è solis iambis, quod semel tantum legitur fecisse Horatius. Quamobrem versus ille, Eamus omnes execrata ciuitas,sic est legendus: Eamus omnes execrata ciuitas. Quod & Porphyrioni placet, vt sit figurata locutio,Eamus omnis ciuitas execrata hac, & quæ poterunt reditus abscindere dulces. Sunt enim omnes iambi, hoc modo.*

*Sŭīs υ-ēt ĭ -υ psă Rō υ- mă vī υ- rĭbŭs υ- rŭĭt υυ*

-υυ -υυ -- -- -υυ --
υ- -υ υ- υ- υ- υυ

Altera



Ltera iam teritur bellis ciuilib⁹ætas:
Suis & ipsa Roma viribus ruit.
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi,
Minacis aut Etrusca Porsenæ manus,
Aemula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Nouisq. rebus infidelis Allobrox,
Nec fera cærulea domuit Germania pube,
Parentibusq. abominatus Annibal:
Impia perdemus deuoti sanguinis ætas:
Ferisq. rursus occupabitur solum.
Barbarus heu cineres insistet victor: & vrbem
Eques sonante verberabit vngula:
Quæq. carent ventis, & solibus, & ossa Quirini,
Nefas videre, dissipabit insolens.
Forte quid expediat, communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla sit hac potior sententia: Phocæorum
Velut profugit execrata ciuitas:
Agros, atque lareis proprios, habitandaq. fana
Apris reliquit, & rapacibus lupis:
* Ire, pedes quocunque ferunt: quocunque per vndas
Notus vocabit, aut proteruus Africus.
* Sic placet? an melius quis habet suadere? secunda
Ratem occupare quid moramur alite?
Sed iuremus in hæc, simul imis saxa renarint
Vadis leuata: ne redire sit nefas:
Neu conuersa domum pigeat dare lintea: quando
Padus Matina lauerit cacumina:
In mare seu celsus procurrerit Apenninus:
Nouaq. monstra iunxerit libidine:
Mirus amor: iuuet ut tigreis subsidere ceruis:
Adulteretur & columba miluio:
Credula nec flauos timeant armenta leones:
Ametq. salsa leuis hircus æquora.
Hæc, & quæ poterunt reditus abscindere dulceis,
Eamus omnis execrata ciuitas,
Aut pars indocili melior grege. mollis, & expes
Inominata perprimat cubilia.
Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum:
Etrusca præter & volate littora.
Nos manet Oceanus circumuagus: arua beata
Petamus arua, diuites & insulas:
Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis:
Et imputata floret vsque vinea:
Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ:
Suamq. pulla ficus ornat arborem:
Mella caua manant ex ilice: montibus altis
Leuis crepante lympha desilit pede.
Illic iniussæ ueniunt ad mulctra capellæ,
Refertq. tenta grex amicus vbera:
Nec vespertinus circumgemit vrsus ouile:
Nec intumescit alta viperis humus:
Pluraq. felices mirabimur: vt neque largis
Aquosus Eurus arua radat imbribus.
Pinguia nec siccis vrantur semina glebis:
Vtrunque rege temperante cœlitum.
Non huc Argoo contendit remige pinus:
Neque impudica Colchis intulit pedem,
Non huc Sidonij torserunt cornua nautæ:
Laboriosa nec cohors Vlyssei.
Nulla nocent pecori contagia: nullius astri
Gregem æstuosa torret impotentia.
Iupiter illa piæ secreuit littora genti:
Vt inquinauit ære tempus aureum.
Aere, dehinc ferro durauit secula. quorum
Pijs secunda vate me datur fuga.

* Ite, legit Bonf. quocõstet mtior Horat.

* Id est, placet ne vobis hæc sententia.



Ltera iam teritur) In Romanos bella ciuilia repetentes hæc Ode scribitur. Consulit autẽ eis relinquere penitus patriam, confugereq. ad diuites insulas prope Oceanum manentes, quæ loca pijs tantummodo constituit Iupiter. Ibi.n.nullo Marte uexabunt, vti in vrbe Roma continue eueniebat. [Altera iam teritur) Primum carmen exametrum dactylicum est. sequens vero exametrum iambicum.[Suis viribus) Vnde & Liuius in Prologo ita scribit: Quanto rerum minus tanto minus cupiditatis erat nuper diuitiæ auaritiam, & abundantes voluptates desiderium per luxum, atque libidinem pereundi, perdendiq. omnia inuexere. [Marsi) De ijs superius late. [Æmula virtus Capuæ) Florus scribit, Campaniæ caput fuisse Capuam quæ quondam inter tris maximas Romam, Carthaginemq. numerata, pro qua vrbe populus Romanus Samnites inuasit. [Spartacus acer) De hoc in odis legito. [Nouisq. rebus) Id est coniurationi Catilinæ. [Infidelis Allobrox.) Allobroges Galliç populi sunt iuxta Rhodanum, quorum Metropolis est Vienna. Auctor est Strab. lib. iiij. Vrq. Salust. scribit: Catilina legatos Allobrogum ad societatem belli patrij sollicitauit. illi tamen incerti quid agerent, tandem rem omnem Q. Fabio Saogæ aperuerunt, Cicero postea per Sangam consilio cognito legatis præcipit vt studium coniurationis simularent &c. [Cærulea pube) Germanis omnibus crutes, & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora &c. Auctor est Tacitus. [Abominatus) Propter crudelitatem detestatus. [Impia perdemus) Ordo est: Perdemus nos impia ætas sanguinis deuoti.i.execrabilis, & detestãdi. [Rursus) Sicuti antequam Roma esset ædificata. [Barbarus victor) .i. voti compos. Barbari enim plures, & Augusto, & M. Antonio auxiliati sunt. [Eques) .i. equus ipse hominem portans omnes enim antiqui scriptores, ut hominem equo insidentem, ita & equum, cum portaret hominem equitem uocatunt. Auctor Macrob. lib. vj. [Quæque carent) Ordo est. Et insolens eques, id est audax, & impudens, dissipabit ossa Quirini quæ carent uentis, & solibus, appositio nefas videri. [Carent ventis, & solibus,) Varro post rostra fuisse sepulcrum Romuli scribit, vt ait Porphyrio. [Forte quid) Ergo est: Forte communiter, aut melior pars quæritis quid expediat carere, scilicet expedit malis laboribus. abstinendum igitur est á ciuili furore, & petere loca peiorum de quibus iam dicet. [Malis laboribus.) Sunt enim, & bona labores vt honesti &c. Malos autem labores, ciuiles, & bellicos motus intelligit. [Nulla sit hac potior sententia) Ordo est. Nulla sententia sit ac potior, scilicet ire quocunque ferent pedes, quocunque per vndas uocabit Notus, aut proteruus Africus velut Phoceorum &c. Consulit autem ut potius patriam ipsam relinquant alio tendentes, quam uelint ciuili furore concurrere. [Phoceorum) Phocis regio est Bœotiæ apposita, vt scribit Strab. lib. ix. Vtq. libro iiij. edocet. Phocenses cum ab natali solo discederent, in Gallia Narbonensi Massiliam condiderunt, habito prius Ephesi a Diana Oraculo, nam Aristarchæ matronæ admodum honoratæ Dea in somnis astiterat, imperans, vt accepto quodam á sacris simulacro, vna cum Phocensibus nauigationem Aristarcha subiret &c. Iustin. autem libro xxxiij. plura scribit. [Execrata ciuitas:) Ciuium multitudo pessima, abominabilis quasi sine sacro. [Sic placet? an melius quis habet suadere?) Per interrogationem hæc leguntur. Estq. ordo. Sic placet? an quis habet melius suadere? nam tanquam nomen posuit infinitum. [Simul imis saxa) Ordo est, Simul saxa leuata ab imis vadis renarint, id est iterum sursum natauerint. quod quidem erit nunquam. Nam saxa semper erunt in vadis imis, nec vnquam poterunt enatare. [Padus) Is fluuius est qui ab imis radicibus Vesuli montis exortus paruis se primum fontibus colligit, & aliquatenus exilis at macer mox alijs amnibus augescit, adeo vt per septem sese hostia effuodat. Vnum de ijs magnum Padum appellant. inde tam citus

eitus prosilit, vt discussis fluctibus diu qualem emisit vndam agat suumq. ét in mari alueum seruet, vt Mela docet. [Matina lauecit ca umina) .i. Matini montis Apuliæ apicem quod nunquã erit. [Apenninus) Is mons est, qui ab alpibus illis inchoans citeriorẽ Galliam ab vlteriori separant Septentrionem versus in Sieulum vsque protenditur fretum Italiam per medium secãs. quod Dionysius scribit. [Leuis) .i. vt sit absque pilis cũ sit hirsutus. [Amet æquora.) Innatet vti pisces, & ibi degat. [Mollis) Iners, & muliebris, non virilis. [Expes) .s. meliorũ. [Inominata) Infelicia quasi nullo omine, nulla religione cõdita. [Etrusca littora) Mare Tyrrhenum. [Oceanus) Apud quem sunt insulæ Fortunæ. de quibus late superius. [Termes oliuæ:) Proprie dicitur termes caulis olearum, vt Porph. scribit. Acron vero ait ꝙ termes dicitur extremus oliuæ ramus sicut vitium palmes. [Suam arborem:) Nõ insitam. [Crepante pede) Tanq̃ animali poëtice dat pedes aquæ. [Plura) .s. prædictis. [Vtrunque) imbre, & æstus. [Argoo remige) De Argo naui intelligit. Est aũt sensus, ꝙ illuc nõ auati, ut Iason & Phœnices, non impij, vt Medea, & Vlysses ierunt. Iupiter. n. solis pijs loca illa constituit. Potest ẽt sensus esse talis, ꝙ Argonautæ non petierunt loca illa, nec Cadmi socij q̃rentes Europã, nec Vlyssi cohors per multa vagata. nam si petijssent, nunq̃ se contulissent alio. [Cornua) Antẽnarũ s. [Impotentia) .i. uis. [Aere, dehinc ferro) Ordo est, Aere durauit secula, dehinc ferro. [Quorũ) .s. seculorũ quinatorũ ferro. [Secunda fuga) Prospera. n. fuga est mali seculi conferre se ad felicia loca p̃dita. [Datur) Suadetur.

ACR. ALtera iam teritur bellis ciuilibus ætas:) Altera qñ Antonius dimicauit contra Augustum. [Suis & ipsa Roma viribus ruit) Magnitudine sua laborat. [Marsi) Qui primi mouere bella ciuilia. [Æmula) Inuida. [Nouisq. rebus) Magnis, vt Pollio, & ipse facit noua carmina. [Nec fera cærulea domuit Germania pube,) Cęrulea ad oculos retulit, qđ stigmaticos hñt, aut gutta cesia oculorũ colore. i. carino. [Abominatio) Execrationibus habitus. [Deuoti sanguinis) Execrabilis, & detestãdi. [Rursus) Sicut antea. [Victor) Compos voti, vt illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro. [Ossa Quirini) Non n. licet patefieri tẽplum eius. [Iuremus in hæc,) Per hæc verba. [Imis) Deest ab. vt, Iliũ & omnis homo sumat Neptunia Troia. [Renarint) Supra male notauerint, vel sursum emerserint. Procurrerit, occiderit, processerit, quod fieri non potest. [Noua libidine) Nouo desiderio. [Subsidere) Succumbere. i. qñ Tigres conuenient cum ceruicis in amore, qui sibi discordant p naturam. [Credula) Vt credãt se leonibus. [Ametq. salsa leuis) Leuis hircus contra naturam, cum hispidus sit. [Mollis & expes) .i. quietiores, & qui amore soli genitalis nolit sectari meliora, resideat in Penatibus proprijs. [Vos quibus est virtus in animo) Sup discedite. [Muliebrem tollite luctum) Vt, Non hoc ipsa sibi tps spectacula poscit. Etrusca præter, & volate littora nauigate Tyrrhenũ mare. [Nos manet Oceanus) In quo sunt insulæ Fortunatæ ad aquas. Salust. in historia dicit victum voluisse ire Sertorium. [Diuites) Fœcundas. vt Virg. Diues opum variarũ. [Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis:) Vt, Ipsaq. tellus Omnia liberius nullo poscente ferebat. [Et nunq̃ fallentis) .i. fructibus abundantis. [Termes) Dr̃ termes extremus ramus oliuæ, sicut uitium palmes. [Pulla) Nigra, ad colorem pomi retulit. [Illic iniussæ veniunt ad mulctra capellæ:) Sic Virg. Ipsæ lacte domum referrent distenta capellæ Vbera. [Tenta) Distenta, plena. [Nec vespertinus circumegit versus ouile:) Vt, Nec magnos metuent armenta leones. [Nec intumescit alta viperis humus:) Vt Nec repit immensos orbes p humum, neque tanto Squameus in spiram tractu se colligit anguis. [Colchis) Medea. [Non huc Sidonij) Cadmi socios sigñat. [Cornua) Capita velorum cornua dñr. vt, Cornua velatarũ obuertimus antennarum [Laboriosa nec cohors Vlyssei) Vt supra, Nec cursus duplices per mare Vlyssei. [Nulla nocẽt pecori contagia) Vt, Nec mala vicini pecoris contagia lædent.

POR. ALtera iam teritur bellis ciuilibus ætas:) Queritur in hac Ode, quod bellis ciuilibus nullus finis imponatur. Altera ætas ergo. i. alterũ seculũ. [Suis, & ipsa Roma viribus ruit) Hoc est qđ T. Liuius ait, Vt iam magnitudine laboret sua. [Minacis aut Etrusca Porsenæ manus, Æmula nec virtus Capuæ) Æmula, inquit, quia imperium ereptum iri à Romanis sperauit. [Nouisq. rebus infidelis Allobrox.) Hoc ad tp̃s illud refertur, quo Catilinæ factio coniurauit, & pene legati Allobrogũ illi consenserãt. [Nec fera cærulea domuit) Cæruleos Germanos ad colorem oculorũ referens dixit. [Impia perdemus deuoti sanguinis ætas:) Hic concluditur sñia inde cœpta: Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi. Et deuoti sanguinis pro abominati atque execrati dictũ est. [Barbarus heu cineres insistet victor, & vrbem) Non barbariea execratur, sed ciuilia. quo ergo dicit? nisi forte ait futurum vt reliquias attritas bellis ciuilibus vrbis Romæ Barbari inuadant. [Quæq. carent ventis, & solibus, & ossa Quirini,) Hoc sic dr̃, quasi Romulus sepultus sit, non ad cœlũ raptus, aut discerptus. nam Varro post rostra fuisse sepulcrũ Romuli dicit. [Forte quid expediat, cõiter, aut melior pars Malis carere quæritis laboribus.) Subdistinguendum. hæc. n. interrogatiua figura dr̃. ait enim. Fortasse aut omnes cõiter, aut certe melior pars quæritis carere malis laboribus. melior ergo ꝓ eo quod est maior dictum est, sicut apud Virg. Nunc adeo melior qm̃ pars acta diei est. [Nulla sit hac potior sententia: Phocæorũ) Elocutionis sensus hic est ordinandus: Si queritis quid uobis agendum sit accipite consilium, vt nulla sit potior sententia, q̃ eatis quocunque pedes vos ferent, uelut Phocæorum ciuitas ꝓfugit execrata agros atque Lares patrios, habitandaq. Phana apris reliquit, & rapacibus lupis. Phocei autem relicto patrio solo in Galliam venerunt, Massiliamq. vrbem condiderunt. [Ferisq. rursus occupabitur solum.) Ingemiscit tam desertũ futurũ solum vrbis Romæ q̃ fuerat antequam ipsa Roma conderetur. [Ire, pedes quocunque) Hoc superioribus iungendũ est: Nulla sit hac potior sñia q̃ eatis quocunque vos pedes ferent. [Sic placet? an melius quis habet suadere? secunda) Sic placet, interrogatiue pronunciandũ est. Sensus. Hoc nempe placet, an aliquis vestrum habet melius quod suadeat? Et attende figuram elocutionis, an melius, q̃s habet suadere. Suaderet. n. verbum loco nominis positum est ꝓ suadela, q̃a sic accipiendũ, an quis habet meliorẽ suadelam. [Secunda Ratẽ occupare quid moramur alite?) Hoc iam hortatiue dr̃ quasi non proferendo meliorem suadelã professi sint optimum consilium esse proficiscendi. Secunda autẽ alite, prospero auspicio dr̃, vt supra. [Sed iuremus in hæc, simul imis saxa renarint Vadis leuata: ne) Per hoc reuertendum non esse dicit. hæc. n. saxa nunq̃ renabunt. [Neu conuersa domũ pigeat dare lintea: qñ Padus Matina lauerit cacumina:) Nec radices quidẽ Matini mõtis contingere põt Padus nedũ cacumina, q̃ppe cũ Padus fluuius Galliæ sit, Matinus mons Calabrię, p auxesin ergo vr̃ reditum execrari [In mare seu celsus ꝓcurrerit Apenninus:) Apẽninus mons mediam Italiam porrigitur longe à mari, sed eleganter dixit, In mare ꝓcurret. i. ꝓmontorium fiet. [Mirus amor:) Ipse ex subiectis ostendit q̃ mirum. [Adulteretur & columba miluio:) Iocunde adulteretur, q̃a dr̃ columba nulla alij succũbere, q̃ cui se semel iunxit. Nisi forte ad id retulit, ꝙ diuersum aial miluus sit à colũba. [Credula nec flauos timeant armenta leones:) Non q̃ semp credula sunt, sed in hoc credula facta, vt se leonibus cõmitiãt. [Ametq. salsa leuis hircus æquora.) Duplex diuersitas, ut amet ęquora hircus. i. vt in mari moretur, & ꝙ leuis fiat cũ alioqn setosus sit. [Hæc, & q̃ poterũt reditus abscindere dulceis, Eamus ois execrata ciuitas,) Ordo. Hęc execrata i execratione. i. iureiurãdo interposito, & est figura elocutio. Eamus ciuitas. vt, Pars in frusta secãt. Dulces aũt reditus non de his dicit, q̃ppe cũ abhorreãt eos, sed q̃ alioquin dulces solẽt esse. [Aut pars indocili melior grege. mollis, & expes Inominata perprimat cubilia.) Aut ois ciuitas eamus, inq̃t, aut pars maior remanear, q̃ mollis ai, & sine spe est, expesq. virturis. ferè aũt impiorũ ac deteriorũ maior modus est, hoc est i meliorib. victor, vt ait ille χειρόνων νίκη. [Inominata pprimat cubilia.) Inominata nunq̃d sic dcm̃ ẽ, vt abominata solet dici? an quasi nullo omine, ac nulla religione cõdita, & iõ ĩfelicia? [Nos maneat Oceanus circũuag': arua btã) Ordo ẽ. Oceanus circũ arua btã vagus. Fortunatas ãt ĩsulas sigñat, & bonũ epithetõ Ocean' vagus. [Et ĩputata floret vsq. vin.) Bñ vsq. quasi sp, aut nũq̃d ꝓ ralde positũ, quasi valde floret, ac p hoc fertilis. [Germinat & nunq̃ fallẽtis termes oliuæ:) Termes appellat ꝓprie caulis olearũ arborũ. Nunq̃ fallẽtis aũt, nõ est pperuũ epitherõ oleę, sed sibi nunq̃ fallẽtis. [Suãq. pulla ficus ornat arborẽ:) Elegãter & suã ornat. suã. n. ad illud ptinet, vt nõ insertas arbores fici, sed spõte natas intelligamus. sic. n. econtrario Virg. cũ de satiuis arborib. loqueretur, ait, Miraturq. nouas frõdes, & nõ s. p. Deinde qm̃ alibi fici q̃ spõte nascãtur. duræ atque inelegãtes solẽt esse, hic ait ficus ornat arborẽ suã, vt pulchrã, & gratã nascitur ostẽderet. Pulla aũt nigrã sigñat, sicut Virg. ait, Ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum. Vñ & pullã vestẽ appellamus. [Leuis crepante lympha desilit pede) Poëtica elegãtia dcm̃, & leuis lympha, & crepãte pede desilit sonus, Versus imitat̃ velocitatẽ & strepitum aquæ currentis. [Refertq. tenta grex amicus vbera:) Bene amicus refert, vt prædixerat sponta, Venire ad Mulctram, hoc intelligamus. [Pluraque felices mirabimur:) Plura, quam supra dixi. inde refert quæ sunt hæc plura. [Vtrunque rege temperante cœlitum.) Vt nec nimia pluuia humũ radat,

dat, nec cursum siccitas vrat. [Non huc Argoo contendit remige pinus. Neque impudica Colchis) Medeam significat, quæ Iasonem persecuta cum Argonautis nauigauit, per quod significat venencia ab eis ignota fuisse. [Non huc Sidonij torserunt cornua nautæ. Laboriosa nec cohors Vlyssei.) Subaudiendum, si.n.huc venissent, nollent recedere. per Sidonios autem Cadmum Thebarum conditorem vult intelligi. [Vlyssei.) Metri causa separatio.i.diæresis facta est, ut materia, & pictai solet dici nisi forte ita declinauit ut diei. nam utrunque nomen videmus producta syllaba terminari, ita & paullo post Achillei dixit. [Iupiter illa piæ secreuit littora genti) Hoc est, ad hoc secreuit, ut pia gente habitarentur. [Quorum pijs secunda vate me datur fuga) Quorum seculorum .i. ærei, ac ferrei fuga vobis pijs datur à me vate.i. datur uobis consilio meo vt effugiatis pessima secula.

ASCEN. Ltera iam teritur) Argutissime detestatur ciuilia bella, dicens. Altera ætas .s. Romanorum, quorum superioris ætatis plurimi extincti erāt, teritur iam bellis ciuilibus, & ipsa Roma ruit suis viribus. s. in se conuersis. Nos ergo impia, quia ferrea ætas, sanguinis deuoti.i.morti addicti, perdemus .i. destruemus, & exterminabimus sup. eam hoc est Romam, quā neque Marsi populi bellicosissimi in Italia, finitimi .i. quamuis confinio, vbi perniciosissimi sunt hostes, habitantes, valuerunt perdere, aut manus .i. potestas, Etrusca .i. Etruscorum, personæ .s. regis minacis, quia minantis Romanis necem, nisi Tarquinium Superbum regem suum recipiant, nec virtus Capuæ, oppidi præcipui in Campania Italica, æmula, id est quæ ex æquo imitari Romam contendit, nec Spartacus, gladiator ille acer, quia collecta manu seruorum tot strages dedit, nec Allobrox, id est populus ille Galliæ, in Delphinatu, & confinio, infidelis, id est non seruans fidem, rebus nauis, id est coniurationi Catilinæ, nec Germania fera.i.immaniter bellicosa pube, id est multa prole florente, cærulea.i.cæruleos oculos habente. domuit, & quam Annibal abominatus .i. pro diro omine execratus parentibus .i. à maioribus nostris supple non domuit. Nos inquam perdemus eam, & solum occupabitur rursus feris, ut a lupis, & ursis. qui illic antequam vrbs condita esset habitarant, & heu barbarus. s. auxiliarius victor insistet .i. pedibus impellet, cineres .s. Romanæ exustæ, si ita pergunt mutuis se occidere armis, & eques.i. equus ab equite rectus, uerberabit vngula sonante vrbem, & ipse insolens, id est petulans dissipabit (nefas videri, aut uideri .i. quod videri nefas erit) ossa Quirini .i. Romuli, quæ carent uentis, & solibus .i. quæ occulta semper fuerunt, quo Romulus in cœlum assumptus putetur. [Forte quid expediat) Perinde atque in rebus desperatis haberi solet, confuso utitur sermone, ut Æneas apud Maronem Æneidos ij. Iuuenes fortissima frustra &c. Ordo quoque varius esse potest, vt sit: Si forte communiter .i. omnes ex communi consensu, aut melior, id est sanior, & prudentior pars quæritis quid expediat, id est quid facto opus sit carere, id est ad carendum, aut ut careatis, laboribus malis, id est perniciosis, quales sunt in bellis intestinis semper. Et si supple id quæritis, nulla sententia sit potior hac, uidelicet ire, id est abire hinc quoque pedes ferant, & quocunque Notus, aut Africus superbus, quia prædominans, uocabit, scilicet vos, velut ciuitas Phocæorum execrata, id est execrabilis, aut execrata ab Apolline, qui illis ob scelus perniciosum dedit consilium, profugit, scilicet in Galliam Narbonensem, ubi Massiliam ac mare condidit vrbē Romanis semper amicam, & nunc quoque claram, verum damnatur Phocensium ciuitas quod profugit, id est porro fugit agros, atque Lares patrios (aut proprios) quod Romanos facere volentes impediuit Furius Camillus, & etiam Scipio Africanus aliquando. Porphyrio autem hic construit: Velut ciuitas Phoceorum profugit execrata, id est postquam erat execrata agros atque Lares patrios, & is sensus placet, & reliquit Phana, id est templa dijs dicata, habitanda aptis, & lupis rapacibus, Bonfinis censet post vocem ciuitas, addendum quæ relatiuum in eodem versu, sed absumendum à vocali sequenti. Item legendum, Ite & suadere, vt sit ordo: Nulla sententia sit potior hac, scilicet mea: Ite quoque ferent pedes, quocunque Notus uocabit, aut proteruus Africus velut profugit execrata ciuitas Phoceorum, quæ reliquit agros atque Lares proprios, & Phana habitanda aptis, & lupis rapacibus. deinde sequitur: Sic placet, id est placet ne vobis hæc sententia? an quis, id est aliquis uestrum, habet melius, id est rem aliquam meliorem, & magis conducibilem quam ea sit quam dixi suadere, id est dicite illam, & consulite in commune. Illis autem tacentibus sic peregit: Quid moramur &c. Hoc ordine res uideatur paullo facilior, sed quia vetus lectio tolerari potest, & data opera in re perplexa obscuri sunt poëtæ, nihil immutem. Sic placet.i.stat ne sententia sic profugere, vt illi fecerunt? an quis habet .s. paratum, aut excogitatum, suadere.i.quod suadet melius, quām.s. profugere? q.d. credo neminem melius suadere posse. Vnde prius execrata actiue summam non quam execratus sit Apollo, sed quæ patriam infelicem execrata bono auspicio meliorem petijt. Addit ergo, Quid moramur occupare ratem .i. naues quibus profugamus, alite .i. aue, secunda.i. felici, & prospero auspicio? Sed iuremus in hæc .i. in hoc pactum, aut hanc conditionem, ne sit nefas redire .i. vt liceat redire, simul .i. statim postquam, & non prius quam, saxa renatint, id est renatauerint, leuata, id est super aquas lata imis, id est ab imis vadis. quòd nunquam fiet, & ita vult abire nunquam redituros. Neu, id est néue, pigeat dare lintea, scilicet vela, conuersa domum, id est redire, scilicet tunc, & non prius, quando Padus lauerit cacumina Matina, id est verticem Matini montis in Apulia. quod etiam nunquam eueniet, nisi diluuium fiat. seu quando Appenninus celsus, scilicet mons, Italiam dirimens, procurrerit, id est more aquarum profluxerit, aut vt promontorium desiuerit in mare, & quando mirus, id est insolitus amor, iunxerit libidine noua, id est insolita, monstra, scilicet vt iuuet, id est delectet tigres, subsidere, id est se subijcere ad ineundum ceruis, & vt columba fidelissima auium, adulteretur miluio, id est cum miluo, seu miluio aue inimica nec armenta credula, id est confidentia, timeant leones flauos, & hircus leuis, id est depilatus, & imberbis effectus, amet æquora salsa, & fugiat, scilicet frondes collium. Eamus omnis ciuitas execrata id est nos qui sumus omnis, id est tota ciuitas, execrata, id est cum execratione, & maledictione protestata, hæc & sup. alia omnia, quæ poterunt abscindere, id est impedire, reditus duces, scilicet alijs, hoc est postquam per imprecationem, & execrationem dixerimus omnia, quæ impediant reditum, aut si non omnis ciuitas, eamus non pars melior grege Indocili, id est impersuasibili, hoc est nos qui sumus dociles, & saniore consiglio præditi, vt qui malumus patriam deserere, quam in perpetuo bello degerere. Nam si iurauerint nolle redire priusquam dicta eueniant, certum sit nunquam vellere redico. Dico autem melior non maior pars, sed pudentior, & grauior. quia sequitur mollis, & expes, scilicet pars quæ muliebris est, & nullam spem melioris terræ habet, perprimat, id est perpetuo premat cubilia, scilicet Romana, vt potci cubent ceteris abeuntibus, innominata, id est insausta, & nullo felici omine fabricata. Vos autem quibus est virtus, scilicet animi, hoc est qui non estis tam molli animo, vt potius velitis manere in tam perdita patria, quam nouas quærere terras, tollite luctum mulierem, id est ad mulieres pertinentem, quæ dum migrare coguntur lucent, vt Aeneid. v. ad finem exemplo docetur, & volare, id est celeriter nauigare, præter, id est prætereundo, littora Hetrusca, id est maris Tyrrheni. Oceanus circumuagus, id est vage fluctuans circa orbem terrarum, manet .i. expectat nos petamus arua, arua inquam beata, & insulas diuites .i. fortunatas, quas Salustius in Oceano asserit. Diodorus autem vult in meridiano Oceano esse. Plinius vero vltra Aquilonem. vbi tellus inarata reddit quotannis, id est singulis annis: Cererem, id est fruges, & vinea imputata, id est non putata, nec recisa, floret vsque, id est continue, & germes, id est ramus nouus oliuæ, nunquam fallentis, id est semper fructum ferentis germinat, & ficus pulla, id est nigra, dum natura est, ornat suam, id est in qua nascitur, arborem. Mella caua, prosequitur felicitatem, & fœcunditatem Fortunatarum insularum, dicens. Et supple vbi mella manant, id est distillant, ex ilice, id est arbore illa glandifera, caua, id est cauata, & lympha, id est aqua liquida (vnde additur leuit) desilit, id est deorsum salit de altis montibus, pede, id est scaturigine, aut vortice, crepante, id est crepitum dante. Capellæ veniunt illic iniussæ, id est non coactæ, aut vocatæ, ad mulcta, id est vasa in quæ mulgentur, & grex amicus, scilicet ouium, & etiam aliorum animalium vtilium, refert, scilicet ex pascuis vbera tenta, id est distenta lacte, nec, id est: & non vrsus vespertinus, id est sub vesperam exire solitus, circumgemit, id est desiderio edendi non gemit circum ouile, id est caulas. Nec humus alta, id est edita, intumescit viperis, id est perniciosissimis serpentibus. Et nos felices, scilicet vbi illic fuerimus, mirabimur plura, scilicet quam dicta sunt videlicet, vt, id est qualiter, neque Eurus ventis ille aquosus radat, id est perstringat arua, imbribus largis, id est quòd illic nunquam officit segetibus vis aquarum, nec tamen semina pinguia vrantur glebis siccis, & hoc rege cœlitum, id est Deo temperante, id est moderante vtrunque, scilicet & pluuiam, & siccitatem Pinus, id est nauis ex pinu facta, non contendit huc, id est ad has insulas, remige Argon, id est ea intentione

tione, qua Colchos petierunt Argonautæ, scilicet ob aurei velleris cupiditatem, neque Colchis, scilicet Medea in Colcho nata, impudica, id est uenefica, & ob stuprum patrem, & patriam perdens, intulit pedem huc, id est non intrauit in has insulas, sicut cum Iasone Corinthum ingressa est, & nautæ Sidoni, id est Phœnices negotiatores ob auaritiam nauigantes, non transierunt cornua, scilicet antennarum, huc, id est ad has insulas, nec cohors Vlyssei laboriosa, id est multis laboribus, & varijs doloribus agitata, non contendit huc, & nulla contagia nocent supple hic pecori, scilicet ouium, & nullus, id est non vllius, impotentia, id est vis nulli parcere potens, astri .i. influentiæ cœlestis, æstuosa, id est ardens, nam torret sup. hic gregem, quia Iupiter secreuit, id est segregauit, & recepit, genti piæ, id est religiosæ, illa littora, scilicet Fortunatarum insularum, vt id est postquam, Iupiter inquinauit aureum tempus ære, id est aureum seculum, quod erat sub Saturno patre eius, mutauit in æreum. Græci tamen ponunt argenteum intermedium. vnde & Iuuen. Sat. vj. Viderunt primos argentea secula mœchos. Nam sup. Iupiter, durauit, id est duriora, & peiora fecit (Nam aurum quanto mollius, tanto melius dicitur) secula ære, id est conuertendo in ærea, & de hinc ferro, id est faciendo ferrea, in quibus nunc sumus quorum, scilicet seculorum ærei, & ferrei, fuga secunda, id est prospera, datur, id est conceditur pijs, me uate, id est uaticinante, quia potest se in Fortunatas insulas recipere. per quod videri potest consulere sibi mortem conscire, vt his malis liberati illis bonis gaudeant, nam vt viui illuc transfugiant, ridiculum videtur.

DOCT. interpr. PHocæorum) Ibi quo per cōmune consilium Phocenses Ioniæ populus patriæ solum reliquerint deuotionibus adacti atque execrationibus quibusdā manifestatur. Vide Adag. Phocensium execratio. [Ire, pedes) Quocunque pedes ferunt, parœmia est, pro eo quod est, quouis. Quadrabit ubi nihil certū spectatur ad quod nostri dirigantur conatus. Idem poëta lib. iij. Ode ij. I pedes quo te rapiunt, & aura.

MATT. Bonfinis. EAmus) Omnis Sic legendum esse carminis ratio postulat, & hoc pacto distinguenda sunt verba ipsa, & dictiones Eamus omnis execrata ciuitas, aut (sup. iterum eamus) pars melior indocili gregi .i. nos qui sumus indocili grege, & plebe meliores. Mollis & expes .s. pars .i. illi qui sunt molles, & sine spe perprimunt .i. semper premant innominata cubilia. Et propterea peregit. Vos, quibus &c.

GLAR. ALtera iam teritur bellis ciuilibus ætas) A morte Tyberij Gracchi, quando primum bellum ciuile fuit, auct. Dionysio, ad finem vsque bellorum ciuilium, intercessere anni centum ac duo. Itaque Porphyrion, altera ætas .i. alterum seculum recte exponere videtur. Acron autem Marsos primum mouisse bella innuit, ideoq. ætatem accepisse uidetur pro tertia centenarij parte, vt Herodotus tradit libro ij. Erant autem ab eo bello vsque ad finem bellorum ciuiliū anni plus minus sexaginta. Ideoq. iam teritur, inquit poëta, altera ætas, nondum exacta erant, quæ idcirco annotanda duximus, ne temere damnemus, quæ aliquo pacto iustam habere possunt defensionem. Et certe a poëta quædam ita ambigue prolata sunt, vt studio quæsisse uideri queat, ne desit Grammaticis de quo rixentur. [Nouisq. rebus infidelis Allobrox.) Vel hæc exemplo esse possunt eorum q̄ iamiam diximus. Videtur enim Horatius dicere: Quam neque Catilina perdere potuit, qui prope totam concitasset Galliam in Rempub. At Allobroges laudandi, qui nouis rebus suā fidem non dedere, se honestum vtili prætulere. Possunt autem alia esse lectorum iudicia. Acron enim exponit nouis, id magnis, quod mihi displicet. [Impia perdemus deuoti sanguinis ætas.) Hic concluditur (inquit Porphyrion) sententia inde cœpta. Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi. Quare miror quid Mancinello venerit in mentem, ut suppleret accusatiuum nos. ait enim. Ordo est Perdemus nos impia ætas sanguinis deuoti. Badius non neglexit. Aptius autem idem Mancinell. Taciti verba de cæruleis Germanorum oculis, quam quidam alius de Britannis Cæsaris uerba adduxit. [Nefas videri) Legendum uideri propter carmen, quantumuis reclament codices. Neque enim alios pedes præter Iambicum hoc loco recipit. [Aut melior pars.) Melior pro eo quod est maior dictum est, ait commentarius hoc in loco Porphyrionis, ut habent quidam codices, at ego Acronis puto. Nam Porphyrion postea ad hoc carmen: Aut pars indocili melior grege, mollis, & expes Innominata perprimat cubilia: Aut omnis ciuitas canius, inquit, aut pars maior remaneat, quę mollis animi, & sine spe est. Hæc ille. Ergo melior exponendum pro sanior. [Phocæorum Velut profugit execrata ciuitas: Agros,) Porphyrion coniungit, ciuitas execrata agros atque lareis patrios, quod placet. Hic libet ridere nostrum nugonem ac insignem fatuum, qui hoc in loco tria mutare ausus est verba, nulla motus ratione, quam q̄ ita placuit. post, ciuitas addit quæ, (hoc enim habet ille, ubique aliquid hiat) & ite legit, pro ire, suadet, pro suadere. Mirum vero quam ille sibi placeat hoc inuento tanta in alieno opere est audacia. Phocæorum autem cum diphthongo puto scribendum, pro Phocæorum, a nominatiuo Phocæus. Vbi notandum, Phocæam esse nomen urbis Ioniæ in Asia, vnde denominatiuum Phocæus, Græce φωκαιεὺς apud Herodotum, & φωκαεὺς apud alios. Latine Phocæenses tetrasyllabon. Longe vero est regio Phocis in Gręcia. vnde denominatiuum φωεὺς, uel φωκιός. Verum hic scribendi error ita inualuit, & in Latinis, & in Græcis codicibus, ut Planum sit illos hanc differentiam, uel ignorasse, aut obseruare noluisse. Mancinellus etiam historiam hanc narrans de Massilientium origine, nomina, regionesq. confudit. Nihil enim hic de Phocensibus in Græcia, ut ille narrationem incipit. Verum historia nota est apud Herodotum libro primo. In Strab. Græco codice iam φωκαιεῦσι leges φωκεῦσι pro φωκαιεῦσι, cum de Ionici loquitur, sed errore librariorum haud dubie. A Phocæensibus est Adagium φωκαέων ἀρὰ, id est Phocæensium execratio, de quibus hoc loco poëta. & a quibus Massilienses in Gallia Narbonensi originem trahunt. A Phocensibus autem regionis Græce alterum est adagium φωκέων, siue φωκικὴ ἀπόνοια, id est Phocensium desperatio. De his erudite Doct. in Chiliadibus. [Laboriosa nec cohors Vlyssei.) Metri causa, inquit Porphyrion, separatio, id est diæresis facta est, ut materia, & pictai solet dici, nisi forte ita declinauit, vt diei. Nam vtrunque nomen uidemus producta syllaba terminari. Ita & paullo post Achillæi dixit. Hæc ille. Quæ uerba ego plane non intelligo: Cum nomina tertiæ declinationis τῶν συνεχομένων apud Græcos in nostram Latinam traducta, et habeant in genitiuo, ut Orpheus Orphei, Tydeus Tydei. Ita Achilleus Achillei, & Vlysseus Vlyssei. Mirum uero quod in sextam Oden libri primi nihil eiusmodi notauerint hic noster Porphyrion, ubi est, Nec cursus duplicis per mare Vlyssei, ut suspicer hæc corrupta esse. De datiuo autem Græco. non est dubium quin & ει diphthongum in ei resoluta habeat. Sed & diei ineptum exemplum esse uidetur.

EAmus omnes execrata ciuites) Sic habetur in omnibus, quæ quidem ipse viderim, exemplaribus. Sed quoniam in hac ode secundi quique versus constant è solis iambis, quod studio se fecisse videtur Horatius, omnis legendum est, ut sit omnis ciuitas eamus, quæ est, ut Porphyrio ait, figurata elocutio, ut Pars in frusta secant. hinc subiungit Porphyrio, aut omnis ciuitas eamus, inquit, aut pars maior remaneat, quæ mollis animi, & sine spe est, expersq. uirtutis. Est autem ordo, omnis ciuitas execrata hæc, & quæ poterunt abscindere redditus dulceis, eamus execrata, hoc est execratione, & iureiurando interposito, sic supra. Forte communiter quæritis, quid expediat, aut melior pars carere malis laboribus, nulla sententia sit potior hac, ire quocunque ferent pedes, quocunque Notus, aut Africus proteruus vocabit per vndas}, uelut ciuitas Phoceorum execrata agros, atque patrios lares profugit, reliquitq. fana habitanda apris, & lupis rapacibus. execrata agros, & patrios lares, sic dixit, ut Salustius in Catilinario, Interea plebs coniuratione patefacta, quæ primo cupida nouarum rerum nimis bello fauebat, mutata mente, Catilinæ consilia execrari, Ciceronem ad cœlum tollere, ueluti ea seruitute erepta, gaudium, atque lætitiam agitabat. [Nos manet Oceanus circumuagus. arua beata. Petamus arua diuites & insulas.) Sic est legendum, non arua beata petamus aura. tum ut secundus versus constet è solis iambis, ut ceteri, tum etiam quia bis dicendo, arua arua petamus beata, maiorem habet ad persuadendum uehementiam, ut relinquant patriam. & circumuagus est proprium Oceani epitheton, quia vagatur circum omnem terram nec placet his Porphyrionis expositio, Oceanus circum arua beata vagus, quia valde siccum est, & quasi imperfectum quod sequitur, petamus arua, nisi addatur epitheton. ALDVS MANV.

## Ode XVII. Epodon.

Tuusq. venter pactum eius.

Videtur legendum partumeius, ut sit à partu partumeius, quòd fœcunda esset Canidia, id quod ex Acrone colligitur, cum dicit. Partumeium dicit filium Canidiæ, quem habere se fœcunditatis

ditatis gratia lætatur. q̃q̃ ipse sic construo, & tuus venter Parrum eius .i. fœcundus est tibi, quia subiungit, & obstetrix lauit pannos rubros tuo cruore.

Vtcunque fortis exilis puerpera.

Porphyrio, & qui eum secuti sunt, exilis nomen esse diunt, cum sit verbi exilio secunda persona, nec aliter stat versus, vt si iambus in quarta sede, in qua spondens esse non debet, quod & ipse Horatius in Poëtica sic docet:

Spondeos stabileis in iura paterna recepit.
Commodus, & patiens, non vt de sede secunda
Cederet, aut quarta socialiter.

Quod si exilis hic nomen sit, foret spondeus in quarta sede contra legem Trimetri Iambici, quali vsus est Horatius. Scanditur autem sic.

*ŭtcūn -- quĕ fŏr u- tĭs ĕx u- ĭlĭs u- pŭĕr u- pĕră vu*

Quod ooo aduertisse Porphyrionem, miror.

## ROGAT CANIDIAM
Magam, vt sibi parcat.

*Iterum Canidiam infectatus, sed ironice orat per omnia sacra magica. vt iam sibi parcat, velle enim illi libenter cedere. & victum fateri, modo non grauetur ipsa veneficum, quo dementauerat, a se auferre se iam nimium expertum quid illa carmine suo poßit, iam satis pœnarũ dedisse proinde parcat supplici vel Achillis exemplo qui Telephum hostẽ seruauit & Hectorem Priamo patri reddidit, & Circes, quæ Vlysis socios pristina forma restituit.*

*Ode XVII. Monocolos. Sunt enim omnes versus Iambici, hipponactei, trimetri, acatalectici, qualis ille. Ibis Liburnis inter alta nauium. hoc modo.*

*Iām iam ĕf -- fĭcā u- cĭ dŏ -- mănūs u- scĭēn u- tĭæ u-*
*Sŭpplex -- ĕt ō u- rōĭē -- gnă pēr u- Prōsēr -- pĭnæ u-*

-- u -- -- u - u - u -
-- u - -- u - -- u -



* dare

AM iam efficaci * do manus scientiæ
Supplex: & oro regna p Proserpinæ,
Per & Dianæ non mouenda numina,
Per atque libros carminum valentium
Refixa cœlo deuocare sidera,
Canidia parce vocibus tandem sacris:
Citumq́. retro solue solue turbinem.
Mouit nepotem Telephus Nereium:
In quem superbus ordinarat agmina
Mysorum: & in quem tela acuta torserat.
Vnxere matres Iliæ addictum feris
Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem:
Postquam relictis mœnibus rex procidit
Heu peruicacis ad pedes Achillei.
Setosa duris exuere pellibus
Laboriosi remiges Vlyssei
Volente Circe membra: tunc mens, & sonus
Relapsus, atque notus in vultus honor.
Dedi satis, superq́., & pœnarum tibi
Amata nautis multum, & institoribus.
Fugit iuuentas, & verecundus color
Reliquit ossa pelle amicta lurida:
Tuis capillus albus est odoribus:
Nullum à labore me reclinat otium:
Vrget diem nox, & dies noctem: neque est
Leuare tenta spiritu præcordia.
Ergo negatum vincor, vt credam miser,
Sabella pectus increpare carmina:
Caputq́. Marsa dissilire nenia.
Quid amplius vis? ò mare, & terra, ardeo,
Quantum neque atro delibutus Hercules
Nessi cruore: nec Sicana feruida
Furens in Aetna flamma. tu, donec cinis
Iniuriosis aridus ventis ferar:
Cales venenis officina Colchicis.
Quæ finis? aut quod me manet stipendium?
Effare: iussas cum fide pœnas luam:
Paratus expiare, seu popofceris
Centum iuuencos: siue mendaci lyra
Voles sonari: tu pudica, tu proba,
Perambulabis astra sidus aureum.
Infamis Helenæ Castor offensus vice,
Fraterq́. magni Castoris, victi prece,
Adempta vati reddidere lumina.
Et tu (potes nam) solue me dementia,
O nec paternis obsoleta sordibus,
Nec in sepulcris pauperum prudens anus
Nouendialeis dissipare pulueres.
Tibi hospitale pectus: & puræ manos:
Tuusq́. venter partumeius: & tuo
Cruore rubros obstetrix pannos lauit.
Vtcunque fortis exilis puerpera.



AM iam efficaci) Per ironiam fatetur Horat. se Canidiæ veneficis cedere. petitq́. ab illa veniam, dicens se ardere q̃maxime, & vexari dementiaagentibus veneficijs. [Iam iam efficaci) Metrum est simile primæ Ode Epodon. [Do manus) Tanquam victus. [Efficaci) Perfectæ, & effectus capaci. [Scientiæ) Scilicet veneficiorum Canidiæ. [Proserpinæ) Hac enim ueneficæ inuocant. [Non mouenda) Non tentanda, nc .s. irascantur. [Carminum) .s. Canidiæ. [Sacris) Execrandis. [Turbinem) Quo quasi eius mentem ligauerat. [Mouit nepotẽ) Per aliorum exempla docet eam precibus flectendam. [Nepotem Nereium) .i. Achillem Nerei nepotem ex Thetide natum. [Telephus) Is fuit Herculis filius in Mysia magno in honore habitus, vt scribit Diod. lib. v. Cum autem à Mysia Græcos arcere voluisset ab Achille percussus est in femore sinistro, consulto exinde oraculo intellexit, nullo pacto sanari posse, ni rursus eodem loco ab Achille vulneraretur. Vnde (vt Plin. scr. lib. xliiij. c. xviij.) rubigine Telephum proditur sanasse Achilles, siue id ærea, siue ferrea cuspide fecerit, ita certe depingebatur ex ea decutiens gladio. Rubiginis autem vis est ligare, restringere. [Ad dictum) Damnatum, & deuorum. [Homicidam) Fortem. [Procidit) Geniculatus est. Quomodo autem Priamus duce Mercurio petierit Achillem pro Hectoris cadauere redimendo, late in Odis dictum est. [Peruicacis) Peruicaces dicuntur, qui in contentione vsque ad peruincendum perseuerant, vt Porph. scribit. [Remiges Vlysse) Quo pacto ij conuersi fuerint in apros, & alias feras a Circe, legito lib. xiiij. Met. apud Nasonem. [Sonus) Sermo. [Notus honor in vultus) .i. vultus hominum. [Amata nautis) Ostendit, q̃d pastus fuerit Canidiæ veneficio. [Institoribus) Mercatoribus. [Verecundus color) .i. rubor. ipse nanque pallidus effectus erat. [Reclinat) Remouet [Vrget diem) Ostendit se noctesq́., diesq́. cruciari. [Negatum pectus) Amori .s. alicuius. [Sabella carmina) Marsos intelligit Samnitibus uicinos, qui valebant carminibus, vt superius patuit. [Increpare) Effingere consumere, cruciare. [Dissilire) Turbari, corrumpi. [Nenia) Incantatione. de qua late superius. [Quid amplius vis?) Tu Canidia .s. [Atro) Venenoso. [Delibutus) Perunctus. [Nessi cruore) De hoc supra latius. [Nec Sicana) Ordo est, Nec quantum ardet feruida flamma vrens in Ætna Sicana [Tu, donec cinis) Ordo est. Tu .s. Canidia tanq̃ officina cales venenis Colchicis, donec ferar aridus cinis ventis iniuriosis. [Aridus cinis) .i. exustus. [Colchicis) Qualibus Medea Colchis vtebatur, vel venenis Colchicis, id est venenosissimis herbis quales apud Colchos esse dicuntur. [Stipendium) Tributũ, vt tibi tradã. [Mendaci lyra) .i. falsis, & fictis laudibus.

[Sidus aureum.) Ordo est: Tu perambulabis astra sidus aureum .i. inter sidera eris relata. [Infamis Helenæ) Stesichorus Lyricus poëta Siculus vituperationem Helenæ scribens, cæcatus ex Castoris, & Pollucis indignatione. postea vero responso Apollinis eiusdem laudes descripsit quare oculorum aspectum recepit placatis, & Castore, & Polluce. [Et tu potes) Ordo est: Et tu Canidia solue me dementia, nam potes. [O nec paternis obsoleta sordibus) .i. inquinata, uel polluta vilibus parentibus. omnia tamen (vt dixi) per ironiam dicũtur. [Nouendiales pulueres) Reliquiarum cineres intelligit. Nouendiale .n. sacrificium dicitur, quod nono die mortuo fit, ex quo sepultus est. [Hospitale) Benignum mite placidum [Pactum eius) It enim eius filius supposi- tus erat, propterea id inquit. [Obstetrix) Ea dicitur quæ infantes in ortu suscipit ab obstando. Obstat enim & opponitur parturienti. [Vtcunque fortis exilis puerpera) Ordo est. Tu exilis puerpera, id est quando paris, utcunque fortis, id est quomodocunque, & maxime fortis es. Laudat enim eam, quòd quamuis exilis esset, attamen in puerperio fortis erat. Omnia demum per illusionem accipe.

ACR. IAm iam efficaci do manus scientiæ) Iterum in Canidiam magam dicit, ꝙ efficaces eius artes probauerit. [Defixa cœlo deuocare sidera) Vt, Sistere aquã fluuijs, & vertere sidera retro. [Mouit nepotem Telephus Nereium) Telephus rex Mysorũ. his Græci ad Troiam euntes, putantes eos Troianos esse, bellũ intulerunt. Telephus restitit, & singulari certamine cum Achille conflixit, à quò & vulneratus est, sed cum postea errore cognito in amicitiam redijssent, ab Achille herbis curatus est, quarũ scientiam habebat Chirone docente. Quod exemplum ideo ponit Horatius, vt sicur Achilles Telepho, ita sibi Canidia ignoscat. [Homicidam) Pro viro forti posuit. [Postquam relictis) Etiam Priamo, inquit, roganti pro Hectore Achilles victor ignouit. [Dedi satis, superq., pœnarum tibi) Vt, Parcere subiectis. [Lurida) Tabida, nigra. [Nullum à labore me reclinat otium) Nullũ tempus sibi præstari carmine eius ad requiem ostendit. Increpare dirumpere, siue incitari. [Caputq. Marsa dissilire nenia) Vt tanquam mortuũ canam. [O mare terra) Sub indignatione exclamat. Vt Terent. O cœlum, ò terra, ò maria Neptuni. [Ardeo) Dicit se non voluntate amare, sed ui magici carminis. [Ætna) Mons est Siciliæ semper ignitus. [Quod me manet stipẽdium? Certis enim stipendijs milites otia merebantur. [Siue mendaci lyra) Tanquam de ea falsa caneret per timorem [Infamis Helenæ Castor offensus) Stesicorus poëta Siculus dum vituperationem Helenæ dixisset, indignatione Castoris, & Pollucis oculos amisit, sed placati postea lumina ei reddiderunt. [Tibi hospitale pectus, & puræ manus) Ironicos autem laudat omnia, hospitale pectus, puras manus, & puerperium, cum pollutam eam humanis sacrificijs retulisset. [Tu usque venter partumeius) Partumeium dicit filium Canidiæ quem habere se fœcunditatis gratia lætabatur. [Et tuo cruore rubros obstetrix pannos lauit) Cacophaton in sensu.

POR. IAm iam efficaci do manus scientiæ) In hac Ode figuratim cũ Canidia agit, nanque ut satisfaciat, lacerat eam elegant vrbanitate. [Scientiæ) Veneficiorum. s. intelligendum [Supplex, & oro regna per Proserpinæ) Eleganter, quasi per deas ipsius orat eam, quia veneficæ Hecaten coluit. [Per & Dianæ non mouenda numina) Hoc est non lacescenda, vt moueãtur. i. irascãtur. [Per atque libros carminum valentium) Ordo, atque per libros carminum. ipsius aũt Canidiæ dicit. [Parce uocibus, tandem sacris:) Vocibus verbis, Dialogos nunc de sacris, quia sacrum religiosum, & execrabile significat. [Citumq. retro solue) Retro solue, id quod dubium est resolue, dicimus citum .i. cito, turbinem aũt dicit ꝙ quasi obligauerit mentem eius. [Mouit nepotem Telephus Nereium) Exempla affert, quibus ostendat etiam inimicos precibus eorum, quibus irati erant ad miserationem adductos. notum aũt historia, Telephum ab Achille vulneratum esse, fragmentoq. hastæ, qua vulneratus erat, ab eodem Achille curatum. [Homicidam Hectorem) Aliter esse dicit, q̃ vulgo dicitur. Nune .n. pro viro forti dictum, qui multos in bello occiderit. [Heu pertinacis ad pedes Achillei) De hac diuisione in superiore Ode locutus sum circa nomen Vlyssis. Peruicaces autem dĩt, qui in cõtentione vsque ad peruincendum perseuerant. [Amata nautis multum, & institoribus) Amata vocatiui casus est, ò amata. sed hoc vrbanissima contumelia dicitur, quia sub illa laude ꝙ adeo pulchra sit, vt à Multis ametur. [Fugit iuuentas, & verecũdus color) Sibi dicit Horatius hæc fugisse per cruciatum, quem de carminibus illius patiatur. Verecundum autem colorem eleganter pro rubore dixit, ex quo significat se pallere. [Tuis capillus albus est odoribus) Nunc ostendit quare supra dixit Fugit iuuentas. [Nullum à labore me reclinat otium) Laborem animi vult intelligi quasi quibusdam tormentis animi per veneficia illius erucietur. [Neque est leuare) Figurata elocutio, pro neque contingit. Adductus sum ut credam Sabellis carminibus defigi mentes humanas. Sabella autem carmina pro Marsis posuit, & neniam pro incantatione. alioquin nenia proprie carmen est, qđ mortuis cantatur. [Cales venent officina Colchicis) Ipsam mulierem officinam venenorum diserte dixit. Colchicis autem manifestum est propter Medeam dici. [Quæ finis? aut quod me manet stipendium?) Quod vult intelligi, quod apparet ex eo, quod statim infert: Iustas cum fide pœnas luam. [Infamis Helenæ Castor offensus vice) Sthesicorum ferunt cæcum factum esse, ꝙ infamia carmina in Helenam fecisset deinde oraculo admonitum palinodiam fecisse .i. contrario carmine eam laudasse, & lumina recepisse. [Solue me dementia) Ordo est. Solue me dementia, nam & tu potes. [O nec paternis obsoleta sordibus) Vrbanissime obscura dicitur ironia in contrarium nanque accipienda hæc: Quis enim sic laudar, qui simpliciter agit? ò quæ non es sordidi generis, nec ossa humana ad maleficia colliges, & reliqua. [Nouendiales dissipare pulueres) Cineres reliquiarum vult intelligi. nam nouendiale dicitur sacrificium, quod mortuo fit nona die quam sepultus est. Nec illud sine amaritudine est in superiori versu, ꝙ anum illam appellet, quę adhuc amari velit. Et adnotandum pluraliter dixisse pulueres. [Tuusq. venter partumeius) Per ironiam hæc dicuntur. vult intelligi illum partumeium, qui filius eius existimabatur supposuisse sibi, non peperisse. [Et tuo cruore rubros obstetrix pannos lauit, Vtcunque fortis exilis puerpera) s̃m ueterem declinationem præsenti tempore dicitur lauit. vtcunque autem quotiescunque significat, & est sensus. Quotiescunque paris puerperio sanguinaros pãnos obstetrix lauat Sed illud argute dictum: Exilis fortis puerpera, qa fortem vult intelligi eam .s. quæ non peperit. Exilem autem sub illa specie, quasi puerperio facta sit deformis per exilitatem corporis ad maciem naturalem, dicit.

IAm iam) Graphice irridet Canidiam placentem sibi, ꝙ veneficijs multa posset, supplicans per ironiam, vt sibi parcat. vnde dicit, O Canidia, ego supplex do iam iam, id est iam tandem, manus, id est fateor me uictum, & subijcio me, scientiæ, scilicet tuæ, ut in veneficijs, efficaci, id est efficienti quicquid uolet. Et oro per regna Proserpinæ, quæ magicæ, & ueneficæ arti præest, & per numina Dianæ non mouenda, id est non commouenda ad iram, atque per libros carminum, id est incantamentorum, valẽtium deuocare, id est deorsum, & in terras uocare sidera defixa (aut refixa) .i. resoluta, quæ prius erant fixa cœlo, Pace tandem uocibus sacris, id est diris, & imprecationibus in me abstine, & solue solue, inquit retro, id est fac retrorsum, quasi dicat quia amplius tolerare nequeo, turbinem citum, id est girum, quo me implicasti, me turbantem & agitantem subito in furiam. ASCEN.
Quod ut faciat, conatur eam inducere exemplis summorum uirorum, qui deposita ira uictis pepercerunt, dicens: Telephus rex Mysiæ vulneratus ab Achille, mouit, scilicet ad pietatem nepotem Nereium, id est Achillem Thetidis, quæ vna Nereium est, filium, in quem, scilicet Achillem. Telephus superbus, quia non patiens ipsum transire per regna sua, ordinarat agmina Mysorum, & in quem torserat, scilicet Achilles, tela acuta, id est hastam, cuius rubigine postea eum sanauit. Vnde Ouid. Vulneris auxilium Pelias hasta tulit. Matres Iliæ, id est Troianæ luxere (aut vnxere, ut alij legunt) Hectorem homicidam, id est ferocem, qui nemini pepercit, addictum, scilicet a dijs, alitibus, atque canibus feris postquam ter circum mœnia tractus illis expositus erat, postquam rex, scilicet Priamus, procidit ad pedes Achillei, id est Achillis (à nominatiuo Achilleus) heu peruicacis, id est uincere contendentis, & in opinione permanentis. Vnde in Arte dicit: Scriptor honoratum si forte reponis Achillem. Impiger, iracundus, inexorabilis, acer: Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis. Quomodo autem ad eum a Mercurio perductus uenerit Priamus, prius visum est. Vnde & Æneid. j. Exanimumq. auro corpus vendebat Achilles. Procidit in quam mœnibus, scilicet Troianis relictis, quia clam in tentoria Achillis ingressus est. Setosa, alijs exemplis, & argutioribus contendit Canidiam debere placari, & ignoscere supplicanti, cum Circe Solis filia, & ueneficij peritissima Vlyssis socijs veniam concesserit, eosq. in pristinam formam reduxerit, dicens: Remiges Vlyssei, id est socij Vlyssis qui illi remigandi officium præstiterunt, laboriosi, quia decennali nauigatione afflicti, exuere, id est

id est exuerunt, hoc est deposuerunt, membra setosa, id est vatis feris oblita. uersi .n. erant plurimi insues, pellibus duris, quia etiam fetinis, & hoc Circe uolente .i. concedente, ut in pristinā formam redirent tum .i. tunc cum Circe id uoluit, mens & sonus.i.loquela humana, & honor notus .i. pristinus decor humanus, relapsus est in vultus .i. in facies eorum. O amata multum nautis, & institoribus.i.mercatoribus, ego dedi tibi satis superq. pœnarum.i. satis à te punitus sum, ꝙ in te scripseram, quia iuuentas.i.iuuenilis ætas fugit.s.me & color uerecundus.i.rubens, qualis est verecundia perfusis. & pueris, reliquit ossa.s.mea, amicta.i.obsita, pelle lurida.i.multum pallida, & obscœna. Capillus sup meus, est albus tuis odoribus.i. medicamentis, aut philtris. Nullum otium reclinat me à labore.i. sum in continuo labore. Nox vrget diem, & dies vrget noctem .i. neque noctu, neque interdiu requiem habeo, sed noctu diem, & interdiu noctem desidero, neque est .i. & non datur mihi leuare, spiritu .i. respiratione præcordia tenta .s. philtris tuis. Ego (aut ergo) miser vincor, ita vt credam pectus sup. meum negatum .s. amori tuo increpare.i. increpare crepitu quodam carmina Sabelle .i. Marsica, hoc est fascinatoria, & caput meum dissilire.i.in diuersa salire, Nenia .i. magico cantu. Marsa.i.quo Marsi valent. Quid uis amplius? deinde quasi impatiens exclamat tragice. O mare, & terra, ego ardeo sup. tantum, quantum neque arsit sup. Hercules, delibutus .i.perunctus in subtunica, seu camisia, atro cruore Nessi, quo Deianira ipsam imbuerat, nec quantum ardet feruida flamma vrens in Ætna Sicana.i.monte Siciliæ. Tu ò Canidia, officina.i.tanquā officina, aut fornax, cales venenis Colchicis .i. qualibus Medea vsa est veteris in me, donec ego ferar.i.auferar à uentis iniuriosis, cinis .i. effectus cinis aridus, hoc est totus exhaustus. Quæ finis sup. erit? an quod stipendium manet.i.expectat me? effare.i.eloquere, edoce me? Ego luam.i persoluam, cum fide.i.fideliter, pœnas iussas.i.quas iusseris, paratus expiare .i. purgare me tibi, seu poposceris centum iuuencos, seu uoles sonari.i.prædicari, mendicari lyra.i.falsis carminibus, quibus virtutem tuam prædicē in hac forma, tu pudica, tu proba, sidus aureum .i. translata in sidus aureū, perambulabis astra.i.incedes inter sidera per media astra. Alio autem exemplo docet ob carmina ignoscendum, quia Castor offensus à Stesichoro vice Helenæ infamis .i. infamatæ per eum, & frater magni Castoris.s. Pollux etiam offensus uice sororis infamatæ, uicti prece.s.Stesichori, reddidere uati.i. poëtæ Lyrico.s.Stesichoro, lumina adempta.i.uisum prius ablatum. Et tu ò Canidia solue dementia.i.furore, nam tu potes.s.me soluere, ò nec obsoleta.i.inquinata, sordibus paternis.i.maiorum tuorum, neque anus pudens (aut prudens) .i. præ pudore verita, dissipare pulueres nouēdiales.i. cineres defunctorum peractis exequijs post nouem dies, in sepulcris pauperum, quia eos dissipare pro magico vsu solebat. Meminerimus autem omnia per amaram irrisionem dici, ita vt dum laudare videatur, summopere dānet, vnde addit. Pectus sup. est tibi hospitale.i.mite, & placidum, ut hospitem decet, & manus puræ .i. innocentes, & venter tuus est partumeius.i. fœcundus partu frequenti, videtur autem deductū vocabulum a partu & meio. nam parturientes micturiunt, sic legit Philologus, non pactum eius. Ironicos itaque partumeius dicitur, nam partus suppositus erat. Et obstetrix lauit pannos rubros tuo cruore, quem .s. cum filio in partu emiserat, quæ tamē nihil pepererat, tu puerpera vtcunque.i.quacunque virtute, fortis.s.præter morem aliarum puerperarum, exilis .i. extra statum salis, veluti nullo labore fatigata, quod etiam indicium est non veri partus, est ergo exilis media breui secundæ personæ ab exilio exilis exsilit, vt & ratio carminis exigit, & sententia comprobat, & Bonfinis adnotauit.

DOCT. interpr. DEuocare sidera) Maleficæ mulieres incantamētis quibusdam Lunam in terram detrahere credebantur, vnde natū est Adagium. In tuum ipsius malum Lunam deducis.

GLAR. ERgo negatum vincor, ut credam miser.) Quidam legunt, ego, pro ergo & connectunt, negatū corpus, quod sequenti versu sequitur. Sed magis mihi placet, ut ergo legatur, exponaturq. negatum.i ut negem. Sabella autem carmina pro Marsis non exponam, quod proxime sequatur Caputq. Marsa dissilire nænia, etiam si ita exponit Porphyrion, ac eum secutus Mancin. Quanquam Mancinellus parum memor est quid exposuerit lib. iij. Ode vj. ad illud Sabellis docta legionibus. Vbi ex Plinio ostendit Samnites etiam Sabellos dictos, á Græcis Sannitas. Tolerabilius erat si Sabina hoc loco exposuisset, vt Seru. iij. Georg. facit ad illud Virgil. Dentesq. Sabellicus exacuit sus. Quanquam in huius Odes commentario quædam Acronis, uidentur commixta Porphyrionis uerbis, aut assuta ab aliquo impostore, ut illud ad finem de, exilis, neque ego Porphyrionē hoc ignorasse puto uerbum videlicet esse, non nomen. Neque.n.duo epitheta vni tribuuntur substantiuo absque copula.

## CANIDIA RESPONDENS INDVCITVR eodem carmine.



VID obseratis auribus fundi preces?
Non saxa nudis surdiora nauitis
Neptunus alto tundit hibernus salo.
Inultus vt tu riseris corytia *
Vulgata sacrum liberi cupidinis?
Et exquilini pontifex venefici
Impune vt vrbem nomine impleris meo?
Quid proderit ditasse Pelignas anus?
Velociusue miscuisse toxicum,
Si tardiora fata te votis manent?
Ingrata misero vita ducenda est in hoc:
Nouis vt vsque suppetas doloribus.
Optat quietem Pelopis infidus pater,
Egens benignæ Tantalus semper dapis:
Optat Prometheus obligatus aliti:
Optat supremo collocare Sisyphus
In monte saxum: sed vetant leges Iouis.
Voles modo altis desilire turribus:
Modo ense pectus Norico recludere:
Frustraq. vincla gutturi innectes tuo,
Fastidiosa tristis ægrimonia.
Vectabor humeris tunc ego inimicis eques:
Meæq. terra cedet insolentiæ.
An quæ mouere cereas imagines,
Vt ipse nosti curiosus, & polo
Deripere Lunam vocibus possum meis:
Possum crematos excitare mortuos.
Desideriq. temperare poculum:
Plorem artis in te nil valentis exitum?



VID obsetatis) Hac Ode Danidia inducitur respondere superiori, ait itaque illa nullo pacto velle Horatium soluere dementia cum ipse eius arcana manifestauerit, vrbemq. totam eius nomine impleuerit. [Quid obseratis) Carmen est simile præcedēti. [Obseratis) Obstructis tectis, clausis. [Hibernus) Æstuosus. [Inultus vt) Sensus est. Patiar ne vt tu inultus &c. [Cocyttia) Inferna, a Cocyto flumine, veneficia autem infernis fiunt inuocationibus. Commisisseq. Horatio sua secreta sacra Cania videtur, tanquam Pontifici. [Sacrum liberi cupidinis?) Appositio est, liberi cupidinis Regnat.n. & in dominos ius habet ille deos, uel liberi cupidinis .i. amoris in liberum aliquem, & ingenuum. [Exquilini venefici) Pro veneficij. In Exquilijs autem sepulcra erant, hinc ibi veneficia fiebant. [Pontifex) Tanquam Pontifex, & iudex, ac censor sacrorum. [Pontifices enim sacrorum curam habebant. [Impune) Sup. patiar. [Pelignas anus) Vt te, scilicet hac dementia liberarent, qā quidem meis ueneficijs cruciaris. de Pelignis uero in Odis legito. [Velocius) Id est quod te uelocius perimar, ne veneficijs meis diutius crucieris. [Tardiora uotis) Tu enim perire velles, nec potes. [Suppetas) Suppedites, opituleris. [Pelopis pater,) De Pelope, Tantalo, Prometheo, Sisypho videto in Odis. [Norico) De Noricis, & Norico ferro late in Odis dictum est. [Fastidiosa) Ordo est. Tunc ego tristis fastidiosa ægrimonia uectabor eques inimicis humeris.i.tuis. [Insolentiæ) Importunitati, impudentiæ, audaciæ, & magnæ potentiæ. [Mouere) Moueri facere. [Desideri) Pro desiderij.i.Cupidinis, & Amoris. [Plorem artis) Sensus est. Cum tot, & tanta (vt dixi) efficere ualeam, plorabo ne in te meam artem nil posse? quasi dicat minime, sed te maxi-

maxime cruciabo quocunque modo.

ACR. QVid obseratis autibus tundi preces?) Vt, Cur mea dicta negat ductas dimittere in autes. [Non saxa nudis surdiora nautis) Inducit Canidiam precibus suis implacabiliter respondentem. [Dapis) Huius dapis.

POR. QVid obseratis autibus fundi p̄ces?) Fecit Canidiam rn̄dentem [Obseratis autibus surdiora) Dicit Canidia significans se preces eius nolle audire. [Inulrus vt tu rise ris) Vt Canidia cōmisisse Horatio sacrificia sua, q̄ illæ ridens diuulgauetit. [Cocyttia) Cocytia aūt sacrum Cupidinis esse dicit, quia maleficia hæc, quæ per inferna fiunt, ad amotem pettinere vult intelligi. Et liberum cupidinē dixit, ꝙ quasi nulli obnoxius sit, & oēs amotes laudat, sic denique & apud Vitg. dr̄. Nate patris summi, qui tela Typhoëa temnis. Cocytia sacra dn̄r, quę inferis dijs à veneficis fiunt, inde fortasse ꝙ Cocytus fluuius sit Inferorum. Et Exquilini Pontifex venefici (Pontificem nunc quasi censorem, ac iudicem dicit) quia Pontifices de factis iudicant. Exquilini aūt merito, quia (vt ostendit sępe) extra portam Exquilinam, hoc est ibi in aggeribus religiones, & sepulcra erant, inter quæ noctibus illa malefica sacra conficiebat. [Quid prodetit ditasse anus?) Fallit sensus hic, quasi Canidia dicat se Pelignas anus donis ditasse, & veneficiorum suotū attes se doeete, sed subiecta repugnant huic intellectui, ergo sic potius intelligendum quid tibi prodest Horati adhibuisse tibi magnis mercedibus Pelignas anus, quæ veneficijs meis te per carmina liberarent? [Velocius) Per quod tibi Horati arcesseris, vt tormenta vitæ carminibus meis irrogata effugeres. Sed tuo. [Fastidiosa) Tardius moreris q̄ optasti. [Nouis) Hoc est vt suppedites, & quasi ministter sis cruciatibus. [Vetabor) Quid est humeris vectabor? nisi forte subaudiendum extrinsecus lectantibus, aut quid tale, sic .n. iactare humeros solent qui gloriantes incedunt, ꝙ si ita est, inimicis eques iungēdū erit, vt si diceret, equitabo super inimicos meos: Aut nunquid humeris inimicis? quod si ita est inimicis vectabor intelligamus, quasi super inimicorum meorum humeros ero: ac sic vectabor, atque equitabo. [Fastidiosa) Vitæ fastidiosæ .s. & sunt ablatiui casus fastidiosa ægrimonia. [Terra cedet insolentiæ) Nunc quasi nouæ potentiæ intelligendum. [Curiosus, & polo) Choro stellarum s. [Desiderij.) .i. amoris potionem conficere. [Plorem) Sensus hic est: An quæ difficiliora facere possum .i. cereas imagines animare, & Lunā cœlo euocare, & vmbras mortuorum ab Inferis elicere, ac per hoc potione mentē amore incēdere, nihil in te potero, artisq. meæ circa te impotentiam flebo?

ASCEN. QVid obseratis) Inducitur Canidia superioribus sic rn̄dens. Quid i. ad quid ò Horati, fundi preces auribus .s. meis, obseratis .i. occlusis tibi? quia Neptunus bybernus .i. hyberno tempore, maris fluctus non tundit .i. concutit, alto salo .i. profundo mari, saxa surdiora .i. minus pia nauitis, (datiuus est) nudis .i. eiectis, aut ad scopulos impulsis. Inultus .i. patiar ne vt tu inultus, riseris .i. deriseris, sacrum Cupidinis liberi .i. à nullo subacti, & cunctos subigentis, appositorie cocyttia .s. sacra .i. quæ illi a nobis quasi Deo fiunt, dum philtra cōficimus, vulgata .i. diuulgara à te, vt & tu Pontifex .i. à nobis Pontificio donatus, & arcanis eruditus, venefici pro veneficij. Exquilini .i. quod extra portam Exquilinam fieri solet, impleris .i. impleueris, impune .i. sine vindicta, vrbem meo nomine .i. infamia mea. Quid proderit te ditasse .s. donis tuis, anus .i. vidas, pelignas .i. Sabinas. & miscuisse toxicum .i. venenum, velocius .i. præsentius, & citius enecans? q. d. nihil. Sed (aut si) Fama .i. expectant te, tardiora votis .s. tuis .i. quam velis, vita ingrata ducenda est tibi misero, in hoc, id est ad hoc, vt suppetas, id est suppedites, & satis sis, vsque, id est continue nouis laboribus. Tantalus infidus pater Pelopis, qui sacra Deorum reuelauit, egens semper dapis benignæ, quia impia dapes vtpote filium Dijs apposuetat, optat, scilicet apud inferos, quietem. Et Prometheus aliti, scilicet vultuti eius cor exedenti, optat quietem. Et Sisyphus optat collocare saxum in monte superno, sed leges Iouis, volentis quemlibet manere, vt mortuus est, vetant, scilicet finite labores. Tu voles modo, id est aliquando, desilire altis turribus, & voles recludere, id est aperire modo, id est aliquando, pectus, scilicet tuum, ense Norico, id est durissimi ferri, aut falcato, & innectes tuo gutture vincla, id est vincula, frustra, quia non poteris strangulari, existens tristis ægrimonia, id est molestia animi, fastidiosa, Ego, inquit Canidia, vectabor eques, humeris inimicis, id est super humeros tuos, & terra cedet insolentiæ, id est petulantiæ meæ. An ego possim, ut ipse, id est tu curiosus, nosti mouere, id est facere, ut quasi per se moueantur, imagines cereas, & deripere Lunam cœlo vocibus, id est incantamentis meis, & possim excitare .s. ad vitam, mortuos crematos, & temperare poculum desideri, pro desiderij .i. amoris, plorem exitum artis meæ nihil habentis .i. potentis in te? quasi dicat minime.

# Q. HORATII FLACCI
## CARMEN SECVLARE, AD DEOS PRO IMPERIO ROMANO.



*Carmen hoc seculare appellatur, quod secularibus ludis, qui centesimo quoque anno fiebant, cani consueuerit ab electis ad hoc pueris prætextatis, & puellis virginibus, idq; Apollini, & dijs ceteris pro incolumitate populi R. & salute totius imperij. Erat autem hoc institutum ex versibus Sibyllæ cuiusdam, quæ quoto quoque anno, & quibus ceremonijs, & in quo loco fierent, præscripserat. Precatur ergo Apollinem, vt vna Roma nihil sit maius neque excellentius, Dianam vt partus fortunet. Parcas, vt quæ instant fata in melius vertant, & in summa deos cæteros, vt iuuentutē bonos mores senibus quietem, & felicitatem populo R. donent, vt semper quidem victor, verū in supplices mitis, qui iam maxima orbis parte subiugata Scythis ipsis, & Persis Indisq; formidabilis est, atque adeo eius amicitiam ambiant. Postremo hymnum absoluit, commendatis Apollini, & Dianæ precibus, quas a dijs exauditas sperat.*

*Ode Dicolos, Tetrastrophos: qualis ille,*

*Iam satis terris etc. hoc modo.*

-U---UU-U-U
-U---UU-U--
-U---UU-U-U
-UU--



PHOEBE, siluarumq. potens
Diana,
Lucidum cœli decus, ò colendi
Semper, & culti, date quæ precamur
Tempore sacro:
Quo Sibyllini monuere versus,
Virgines lectas, puerosq. castos
Dijs, quibus septem placuere colles,
Dicere carmen.
Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis; & celas; aliusq., & idem

Nasceris: posſis nihil vrbe Roma
Viſere maius.
Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia, tuere matres:
Siue tu Lucina probas vocari,
Seu genitalis
Diua, producas ſobolem: patrumque
Proſperes decreta ſuper iugandis
Fœminis, prolisque nouæ feraci
Lege marita:
Certus vt denos decies per annos
Orbis, & cantus, referatque ludos,
Ter die claro, totiesque grata
Nocte frequenteis.
Vosque veraces cecinisse Parcæ,
Quod ſemel dictum eſt, ſtabilisq. rerum
Terminus ſeruat, bona iam peractis
Iungite fata.
Fertilis frugum, pecorisq. tellus
Spicea donec Cererem corona:
Nutriant fœtus & aquæ ſalubres,
Et Iouis auræ.
Condito mitis, placidusq. telo
Supplices audi pueros Apollo:
Siderum regina bicornis audi
Luna puellas.
Roma ſi veſtrum eſt opus: Iliæq.
Littus Etruſcum tenuere turmæ,
Iuſſa pars mutare lareis, & vrbem
Soſpite curſu:
Cui per ardentem ſine fraude Troiam
Caſtus Aeneas patriæ ſuperſtes
Liberum muniuit iter daturus
Plura relictis:
Di probos mores docili iuuentæ,
Di ſenectuti placidæ quietem,
Romulæ genti date, remq., prolemq.,
Et decus omne.
Quique vos bobus veneratur albis
Clarus Anchiſæ, Venerisq. ſanguis:
Imperet bellante prior, iacentem
Lenis in hoſtem.
Iam mari, terraq. manus potenteis
Medus, Albanasq. timet ſecureis:
Iam Scythæ reſponſa petunt ſuperbi
Nuper, & Indi:
Iam fides, & pax, & honor, pudorq.
Priſcus, & neglecta redire virtus
Audet: apparetq. beata pleno
Copia cornu.
Augur, & fulgente decorus arcu
Phœbus, acceptusq. nouem camœnis,
Qui ſalutari leuat arte feſſos
Corporis artus:
Si palatinas videt æquus arceis,
Remq. Romanam, Latinumq. felix:
Alterum in luſtrum, meliusq. ſemper
Proroget æuum.
Quæque Auentinum tenet, Algidumq.
Quindecim Diana preces virorum
Curet: & votis puerorum amicas,
Applicet aureis.
Hæc Iouem ſentire, deosq. cunctos
Spem bonam, certamq. domum reporto,
Doctus, & Phœbi chorus, & Dianæ
Dicere laudes.

## COMMENTARIOLVS IN CARMEN Seculare per Anton. Mancinel.



Phoebe, ſiluarum) Seculares ludi apud Romanos, inquit Pompeius Feſtus, poſt centum annos fiebant, quia ſeculum in centum annos extendi exiſtimabant. Horatius autem hoc loco ſcribit, ludos Seculares fieri ſolitos anno cx. fiebantq. in campo Martio, vt tradit Zoſimus Græce referens Sibyllinos uerſus ſuper his editos in quibus continetur, vt anno cx. in campo Martio ſolennia ſacra fierent, & nocte, & interdiu, Parcis autem furuæ agnæ mactarentur, caprigenumq. pecus, ſimiliter & Dianæ. Terræ vero ſcophra. Ioui Tauri candidi interdiu. Iunoni nitida iuuenca, Apollini Pæanas Latini pueri patrimi, & matrimi, & puellæ patrimæ, & matrimæ canebant in templo. Nuptæ ad aram Iunonis orabant. Accipiebant februa viri, & fœminæ, preſertim fœminæ. Dehinc in templis ferè omnibus primitias portabant, ſic .n. agendo omnis Italiæ tellus Romano iugo, Romanoq. ſceptro colla ſubdere non recuſaret. Hæc quidem in Sibyllinis verſibus continebantur. Addunt alij, quod primo die princeps ipſe, & Quindecimuiri mane Capitolium aſcēdebant, ibiq. ſacta de more agitabant, tum in theatris conueniebant ad ludos in honorem Apollinis, & Dianæ faciendo. Sequenti vero die nobiles matronæ conueniebant in Capitolium. Supplicabāt Deo, frequentabant lectiſternia, canebant hymnos. Tertio denique die in templo Apollinis Palatini ter noueni pueri prætextati, totidemq. virgines, patrimi omnes matrimiq. Græca, Romanaq. voce carmina, & Pæanas cōcinebant quibus imperium ſuū, & incolumitatem populi dijs immortalibus cōmendabant. Ludi autem celebrantur omnibus theatris omnium generum, & ſacrificia templis omnibus fiebant noctu pariter, atque interdiu. Sed (vt ſcribit Trāquillus) Secularibus ludis Auguſtus iuuenes vtriuſque ſexus prohibuit vllum nocturnum ſpectaculum frequentare, niſi cum aliquo maiore natu propinquorum. [Phœbe, ſiluarumq potens Diana) Ordo eſt. O Phœbe, & Diana, Siluarum potens, appoſitio lucidum cœli decus &c. [Colendi) Venerandi. Cleanthes (vt ſcribit Cicero de Natura deorum) dixit mundum eſſe Deum. Varro etiam ſcribit: Terram, & cœlum (vt Samothracum initia docent) eſſe deos magnos. [Quod Sibyllini) Placet vt quod, & quo legatur. Antiqui .n. codices utrunque habent. Erit itaque ordo. Quo .ſ. tempore ſacro Sibyllini verſus monuere virgines &c. At ſi legeris quod, dicatur. Date virgines lectas, & pueros caſtos dicere Carmen dijs, quibus ſeptem placuere colles. Quod Sibyllini monuere verſus, & ſic per parentheſim hoc carmen legetur. Poteris etiam ita ordinare. Quod .ſ. tempus ſacrum monuere Sibyllini verſus, deinde iterum repetatur. Date virgines lectas, & pueros caſtos dicere carmen dijs &c. Sibyllini autem verſus (vt oſtendimus) iubebant, vt anno cx. in campo Martio ſolennia ſacra fierent. Rite igitur dices. Quod .ſ. tēpus ſacrum Sibyllini verſus monuere. [Lectas) Electas, nam patrimæ eligebantur. [Septem colles) Vt Tarpeius, qui Capitolinus dicitur, & olim Saturnius. Item Auentinus, Palatinus, Cœlius, Exquilinus, Viminalis, & Quirinalis. [Alius) Videtur .n. cum oritur mane quoque alius eſſe cum veſperi in Occidente latuerit, attamen eſt idem. [Rite maturos) Ordo eſt O Ilithyia lenis rite aperire maturos partus, tuere matres. Poſtea vero talis erit alter ordo. O Diua ſiue tu probas vocari Lucina, ſeu genitalis, producas ſobolem &c. [Lenis) Facilis, mitis, propitia. [Aperire partus) De Lucina, & Diana partubus fauentibus, & in Odis, & in Epodis late dictum eſt. [Ilithyia,) Hoc nomine Diana appellabatur parturientibus præpoſita, vnde & Naſo lib. ix. Met. introducit Alcmenā Iole Hylli vxori ita loquentē, Faueant tibi numina ſaltem. Corripiantq. moras tunc cum matura vocabis Præpoſitam

positam timidis parientibus Ilithyiam. quam mihi difficilem Iunonis gratia fecit. [Seu genitalis)Solis, & Lunæ natura ad oĩum generationem plurimum confert. Sol.n. igneus, ac spiritalis existit. Luna uero humida ac frigida. Aër vtrique cõmunis, ab eis itaque generari, atque nutriri corpora omnia, rerumq. singula à sole, & Luna perfici dñt, auctor est in ijs Diod. lib.j. [Decreta p.) Nuptiales leges intelligit. [Iugandis)Matrimonio coniungendis. Est autem ordo, Super iugandis fœminis, & super marita lege feraci nouæ prolis. De lege aũt Iulia hic intelligitur, de qua latius diximus in Iuuen. Sat. ij. ibi. Vbi nunc lex Iulia dormis. [Certus vnde nos)Ordo est. Vt certus orbis per annos decies vndenos ter die claro, & toties grata nocte referat cantus, & ludos frequentes. [Vosq. veraces) Ordo est. Et vos Parcæ veraces cecinisse, iungite bona fata iam peractis, & terminus rerum stabilis seruet quod semel dictum est. [Condito telo) In Odis dictũ est de arcu, & sagittis, quas in manu sinistra tenet Apollo. Si pro si quidem. (Vestrum opus)Nam Apollinis consilio in Italiam venit Æneas vrbis Romæ auctor. Cum.n. apud Delon in Apollinis templo dixisset Æneas. Da propriam Tymbreæ domum da mœnia fessis. Et genus, & mansuram vrbem serua altera Troiæ Pergama, reliquias Danaum, atque immitis Achilli. quem sequimur quo ue ire iubes, vbi ponere sedes. Da pater augurium atque animis illabere nostris. Respondit Apollo. Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum. Prima tulit tellus eadem vos vbere læto Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem. Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris. Et nati natorum, & qui nascentur ab illis. Hæc Phœbus &c. Ea cuncta habentur lib. iij. Æn. apud Maro. vbi etiam Penates dormienti Æneæ Apollinis iussu dixerunt. Corythum, terrasq require Ausonias &c. [Iussa pars) Appositio est. Iussa autem diuum oraculis vnde lib. iij. Æneid. ait Æneas. Diuersa exilia, & desertas querere terras Augurijs agimur diuum &c. [Cui).s. parti Troianorum Est autem ordo Cui castus Æneas patriæ supstes daturus plura relictis muniuit iter liberꝝ p Troiam ardentẽ sine fraude.s. ipsius Æneæ. Dicendo aũt sine fraude, ostendit Æneam non fuisse proditorem, ut aliqui scripserant, & hoc in Augusti laudem. [Plura relictis) Plura illis quæ apud Troiam reliquerant. [Romulæ genti)Pro Romulæ. [Quique vos) Qui legendum est, non quæ, de Augusto .n. intelligitur, nam de ipsa gente Romulea iam dixerat. Codices attñ aliqui antiqui ẽt quæ hñt. Quod aũt quæque vos legendum minime sit, ostendit ẽm quæ coniunctio, nam superabundaret in ordine, qui talis esset. Et quæ sup. Romulea gerens, appositio clarus sanguis &c. Legas igitur, quique vos &c. Imperet bellante. Ordo est. Prior bellãte.i. potior, ac melior agente bella imperet lenis.i. mitis, in hostem iacentem.i. deuictum. Virg. lib. vj. Tu regere imperio populos Romane memento. Parcere subiectis, & debellare superbos. [Medus,)Parthus etiam intelligitur, de quibus late superius. [Albanas).i. Romanas. Roma.n. ex Albanis originem habuit. [Scythæ, & Indi) De ijs etiam in Odis, hæc autẽ ostendunt etiam quique vos legendum esse, vt de Augusto intelligatur. [Iam fides) Post bella confecta quod egerit Augustus, & in Odis, & in Epodis dictũ est. [Copia cornu.)De Cornu copiæ in Odis legito. [Augur Phœbus,) Quare augur, & cum arcu, late in Odis. sic ẽt de Camœnis. [Salutari arte) Apollini medẽdi ptãs attribuitur, quia temperatus Solis calor morboꝝ oĩum fuga est. auct. Macr. lib. j. Sat. [Palatinas arceis) Augustus.n. Apollinis templum in ea parta Palatinæ domus excitauit, q̃ fulmine ictam desiderari adeo aurispices pronunciarant. Addita porticus cum bibliotheca latina græcaq. quo loco iam senior sæpe ẽt senatũ habuit. auctor est Tranq. [Latiumq. felix.) Ordo est. Et felix videt Latium. [Alteꝝ in lustrũ,)Lustratum pro seculo posuit. nec sine causa lustrum ait, qm̃ lustrum quinquẽnium dicebatur quod post quinquẽnium vnaquæque ciuitas lustrabatur, hinc hoc loco lustrum appellat ludos Seculares, quia tunc & ciuitas, & omnes ferè lustrabantur. [Quæque Auentinum) Ibi.n. Dianæ templum erat sed in ceteris Dianæ templis ceruorum cornua affigebãtur, in Auentino boum suspendere consueuerunt. [Quid ita) Lege Plutarchi Problemata. Item de templo Dianæ latius lib. iiij. Dionysi. [Algidum)De hoc in Odis. Quindecim vi. ij. enim ludis Secularibus præerant. [Hæc Iouem sentire) .i. uelle hæc.i. vt Diana curet quindecim virorum preces, & puerorum vota. [Hęc Iouem sentire)Ordo est. Iouem, Deosq. cunctos sentire hæc reporto domũ spem bonam, & certã. [Et chorus).i. pueroꝝ puellarumq. cętus ad sacra collectus. [Doctus)Per hoc.s. carmẽ dicere laudes Phœbi, & Dianæ reportat domum spem bonam, & certã.

ACR. PHœbe, siluarumque potens Diana,) Secularis carminis duplex deuotio esse consueuerat, aut enim pro sedanda, aut pro vitanda pestilenti, aut pro certo, & cõstituto numero annoꝝ, centesimo.n. decimo anno in Capitolio a pueris, & puellis impuberibus cantabatur. Ideo aũt tempora numeraturus ab Apolline, & Diana principium sumpsit, q̨a ipsi in honore Solis habebãtur, & Lunæ vt Virg. Georg. carmẽ dictutus sub alioꝝ vocabulis numinum ipsos inuocauit, dicẽs. Vos à clarissima mundi Numina habẽtem cœlo quæ ducitis annum Liber & alma Ceres, [O colẽdi Semper &c.) Colẽdi in futurum, culti in p̃teritum. [Dijs, quibus septem placuere colles,) Romam significat in septẽ collibus. Ac Virg. Scilicet & rerũ facta est pulcherrima Roma Septẽ quę vna sibi muro circundedit arces. [Alme Sol) Econtrario perpetuum Solis lumẽ ostendit dando ei, & præteritum, & futurum tempus, dũ idem alius renascitur. Sicut enim ortu suo diem, ita discessũ noctem facit. [Possis nihil vrbe Roma Visere maius) Magnitudinẽ suam precatur vrbi Romæ seruari. [Aperire) Ædificare. [Lenis Ilithyia,) Lenis.i. propitia. Ipsam.n. Lucinam Lunã, & Dianam ostẽdit, quam mystico nomine, sicut in sacris dicebatur, Ilithyiam nominauit, sic eã, & Homerus vocauit, ipsa.n. partubus mulierũ putabatur fauere. [Seu genitalis) Genitalẽ vocauit Dianam, q̃ & Lunam intelligi voluit, q̨a vt calore Solis animantur semina, ita Lunæ humore nutriuntur, penes ipsam enim & corporum oĩum ratio esse dr̃ & potestas. [Patrumq. prosperes decreta) Nuptialibus, inq̨t, legibus faueas. [Feraci Lege) Fœcunda, q̃ procreandoꝝ liberorum causa promulgata est, quæ lex Iulia dr̃. [Certus vndenos decies p annos) Decies vndenos annos cẽtum decem dixit p orbem, circuli annalis peractos, pro quibus, & carmen Seculare dicebat̃. Ludi.n. Seculares ternis diebus, & noctibus agebãtur, pro cultu Solis die, & nocte Lunæ. [Vosq. veraces cecinisse Parcæ,) Quę vera mortalibus p̃dicant futura. Et vos ait p̃speritare sacrum carmẽ, quod pro perpetuitate imperij Rom. ex Sibyllæ libris in celebritate ludoꝝ constitutum est, vnde est. His ego nec metas rerum, nec tp̄a pono. Imperium sine fine dedi. [Stabilisq.) Perpetuus, & immutabilis. [Iam peractis) Perfectis rebus vberiora Fata iungite, quæ nihil habeat aduersitatis. [Fertilis frugũ, pecorisq. tellus Spicea donet Cererem corona) Laudat Italiam, & optat frugũ vbertatem, & prosperam pecoꝝ fœturã. Vnde & coronas offerri Cereri pro messium fertilitatẽ promittit [Et aquæ salubres,) Dulces, serenæ, vt Tum tenues dare rursus aquas, & pascere rursus. [Et Iouis auræ) Serenus aër, vt Solis ad occasum cũ frigidus aëra vesper temperat. [Cõdito mitis placidusq. telo) Mitem & placidũ dicit Apollinem q̨ est sagittis armatus. Sin.n. iratus. Actius hæc cernens arcũ intendebat Apollo. [Siderũ regina) Ita pro puellis Lunam, vt Apollinem pro pueris precat̃. [Roma si vestrum est opus) Si Romam, inq̨t, numina coli iussistis turmis Iliacis, statutis vestris fauete, vt semper felix sit, vt apud Virg. Si tot rñsa secuti. Quæ superi. Manesq. dabant, siue pp Iliam sacerdotem Romuli matrẽ. [Littus Etruscũ) Propter Euandrum, qui illic prior regnauit. [Iussa) Deorum responsa, vt Augurijs agimur diuum, & alibi. Mutandæ sedes, & Italiam Lyciæ iussere capessere sortes. [Sospite cursu,) Proptee nauigationem. vt Bellum ingens geret Italia, populosque feroces Contundet, moresque uiris, & mœnia ponet. [Cui per ardẽtem sine fraude Troiam)Aut vt Troia non proditione videretur euersa, sed Fato, aut sine fraude, sine læsione, vt Bistonidum sine fraude crines. [Castus Æneas) Pro religioso siue propitio posuit, vt hac casti maneant in religione nepotes. [Liberum muniuit iter)Vt Flammam inter & hostes Expedior, dant tela locum, flammæq. recedunt. [Daturus Plura relictis,) Posteris maiora daturus, da syllaba breuis semper est, præter in imperatiuo, vt, Accipe, daque fidem. [Remque prolemq., Et decus oẽ.) Imperium, decoremque optat, & populum, vt populo imperium, & populus imperio Roma. præstetur. [Quique vos bobus veneratur albis) Vt Hinc albi Clitumne greges & maxima taurus Victima, per q̃ rem deuotionem Rom. vult intelligi religiosam. [Lenis) Mitis, vt Parcere subiectis. [Clarus Anchisæ, Venerisque sanguis:) Per Aeneam Romani accipiendi. [Bellante prior,) Siue Augustum priorem dicit ad arma aduersum rebelles, & subiectis mitem. vt, & Parcere subiectis, & debellare superbos, siue quia Rom. mos erat, vt iustis causis bella susciperẽt & nisi per fœciales edicta belli cã minime pugnarent. [Albanas secureis:)Romanos magistratus. Albanas dixit, vt Albaniq. patres. [Iam Scythæ respõsa petunt superbi).i. p̃cepta, q̃ eos auctor seruare iuberet, vt Hic mihi respõsum primus dedit, & hoc in laudẽ Augusti. [Nup, & Indi,) Vt, Imbellẽ auertis Romanis artibus Indũ. [Iam fides, & pax, & honor, pudorq.)Armis pacẽ, & honorem, pudoremq. Romanos dicit quæsisse, & reparata virtute superiori tempore neglecta redijsse fortunam. ipsa enim est quæ copiam beato, id est diuitie

corau distandir. Audet re properat, nil iam dubitat vt Virg. Magnus ab integro seculorum nascitur ordo. [Augur,& fulgente decorus arcu) Propter augurium,& sagittarum vsum, atque musicam. Virg. Augurium,cytharamq́ dedit,celerisq́. sagittas. [Acceptus nouem Camœnis) Dilectus, quia sibi consecratæ sunt Musæ. [Qui salutari leuat arte fessos) Ipse.n.est deus medicinæ. [Leuat) Medicinali peritia [Si Palatinas videt æquus arces) Propitius. vt,Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis. [Alterum in lustrum) Vt sequentem anum semper meliorē exhibeat. Prorogat,dilatet,differat. & est tps pro tpe pro prorogabit. [Quæque Auentinum) Sensus est: Et si Diana quæ Auentinum tenet, & Algidum quindecim virorum preces curat, & votis puerorum aures applicat,in alterum lustrum æuum proroget.[Algidumq́.) Locus est,vel mons appellatus ab assiduo frigore. [Quindecim Diana preces virorum) In templo.n. Dianæ deputati erant quindecim viri tam ad responsa captanda,q̃ ad sacrificia offerēda. [Amicas) Propitias. [Hæc Iouem sentire deosq́. cūctos) Finis sacri carminis hoc babeat vt in hæc verba deuoto solueretur qn̄ dicerent sentire Iouem vota, & deos cunctos, ad oīa ēt numina p̄cationem carminis peruenisse,auditus spe se certa domum reuerti.

POR. PHœbe,siluarumq́. potens Diana,) Hoc carmē Seculare inscribitur,cum .n. Seculares ludos Augustus celebraret, s̄m ritum priscæ religionis, à virginibus puerisq́. prætextatis in Capitolio cantatum est. [Lucidum cœli decus,) Hoc ad ambos refertur, ad Phœbum, qn̄ idem Sol est,& Dianam, quia eadē Luna est [Date quæ precamur Tpe sacro:) Non tpe prisco dicendum est,sed tpe quo prisca imitantur. [Dijs,quibus septē placuere colles) .i. quibus Roma placuit,quæ in septem collibus cōstituta est. [Aliusq́., & idem) Cacozelon.nam quomodo potest quis,& idem esse & alius? videtur ad illud retulisse, ꝙ idem quidem Sol semper sit,sed renouans diem alius videatur. [Possis nihil vrbe Roma Visere maius) Et hic ex superiore audiendum p̄camur. [Rite maturos aperire partus probas) Pro facilis ac propitia aperiundis partubus, ostendit autem eandem Lucinam, & genitalem Deam appellari. [Diua,producas sobolem,partumq. Prosperes decreta super iugandis Fœminis,prolisq́. nouæ feraci Lege marita) Implicata phrasis,quæ sic ordinanda est, Diua producas sobolem proli nouæ,partumq́. decreta prosperes, & super iugandis fœminis, maritaq. legi feraci. Maritam aūt legem pro maritali Plautina videtur auctoritate dixisse similiter enim, & ille locutus est, vbi ait senex,pulchra ædepol dos pecunia est alter respondit,quæ quidem non marita est, pro eo quod est, quæ non maritalis est. [Certus vt denos decies per annos Orbis,& cantus referatq́. ludos,) Orbē nunc circulum tpum in se.s.redeūtium accipe certum aūt pro pleno atque perfecto. Sensus.n. hic est: Vt perfectus orbis annoꝝ centū & decem cantus referat, & ludos,pro eo quod est homines certi tpis cantus referant, & ludos. [Vosq́. veraces cecinisse Parcæ,Quod semel dictum est,stabilisq. reꝝ Terminus seruat,) Syllepsis est, ex verbo .n. singularis numeri seruet,pluralis nascitur seruent. [Quod dictum est semel stabilisq́. reꝝ) Epithetō est termini. [Bona iam peractis Iungite Fata peractis) .i. præteritis fatis bona iungite fata, ac per hoc cōcessum ordinem facite bonoꝝ futuroꝝ [Nutriant fœtus & aquæ salubres,Et Iouis auræ.) Fœtus generaliter omnium reꝝ accipe, & animalium,quæ ad utilitatem nostrā pertinent. Salubres autē non tm̄ aquæ verum ēt auræ intelligendū. [Condito mitis,placidusq́. telo Supplices audi pueros Apollo:) Hic sensus s̄m eoꝝ opinionem conceptus est,qui Apollinem pestilentem Deum putant esse. Porro aūt quidam dij ideo placantur vt prosint quidam ne obsint, s̄m ꝙ de Apolline dicitur: Condito mitis, placidusq́. telo supplices audi pueros Apollo,ne noceat .s. Videtur aūt Homerus sic & de illo sensisse,cum ait, τὸν δ᾽ ἤκουε φοῖβος ἀπόλλων. βῆ δὲ κατ᾽ οὐλύμποιο, per quod significat ab eo pestem Græcis immitti,& planctus. Plaut. in Mercat. fabula idem sentit, cum inducit matrem familias precari Apollinem nato suo vt parcat. [Siderū regina bicornis) Poëticum est dicere Lunam siderum reginam, ꝙ clarior inter astra videatur. [Roma si vestrum est) Quare Romam Apollinis, & Dianæ dicat nondum video, nisi forte ex lectione Virgiliana hoc cœpit,vbi dicitur frequenter, Apollinis oraculis instructum Æneam Italiam perijsse. ad quem intellectū, & ipse nos adduxit poëta inferendo, Iussa pars mutare Lares, & vrbem,sine dubio .n. oraculo iussa intelligitur. Pars iussa aūt ad illud refertur,ꝙ non oēs Ilienses cum Ænea fuerint,sed pars eorum alibi. [Cui per ardentem sine fraude Troiam) Cum utique fraude Græcorum incensa Troia sit,sed sine sua fraude. [Castus Æneas patriæ superstes) Quod ideo videtur dictum, quia quorundam opinione infamatus Æneas est crimine p̄ditionis. [Daturus Plura relictis) .s. suis Troianis,quos secum in Italiam adduxit daturus plura quam in patria amissa reliquerant. Relictis ergo à nominatiuo plurali venit generis neutri quod est relicta. [Quique vos bobus veneratur albis Clarus Anchisæ,Venerisq́. sanguis:) Hoc ad Cæsarem Augustum pertinet, quia Iulia gēs ab Iulo,& per hoc Venere,& Anchisæ descendisse existimatur. [Bellante prior,iacentem Lenis in hostem.) Sic & Virg. Parcere subiectis,& debellare superbos. [Iam mari,terraq́. manus potētes) Subaudiendum vtique est Romanoꝝ. [Iam Scythæ responsa petunt) .i. expectant præcepta Romanorum per quod subiectos esse Imperio Romanorū intelligi vult. [Et neglecta redire virtus) Audet neglecta superiore tpe nunc.i. temporibus Augusti. [Apparetq́. beata pleno Copia cornu.) Quasi corporalem Deā hic accipe Copiam vtique rerum omnium abundantiam. [Si palatinas videt æquus arces,) Apparet iam eo tpe ab Augusto dedicatum fuisse in palatio Apollinis templum cuius,& Virg. sic meminit: Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi, Dona recognoscit populoꝝ. [Alterum in lustrum,meliusq́ semper Proroget æuum.) Sensus est. Si acceptas aras habet Apollo, quæ in palatio dedicatæ sunt si propitius Romanos aspicit, melius seculum tribuat futurum. [Quæque Auentinum tenet Algidumq́. Quindecim Diana preces virorum Curetur: & votis puerorum amicas, Applicet aureis.) Hic quoque & superiore sensu p zeugma si particula arcessenda est vt sit, si quindecim virorum preces Diana curat,& si amicas aures applicat puerorum votis (& quæ ex superiore Dianam pertinebit) alterum in lustrum meliusque semper proroget æuum. [Hæc Iouem sentire, deosq́. cunctos Spem bonam,certamq́. domum reporto Doctus, & Phœbi chorus,& Dianæ dicere laudes,) Phœbi,& Dianæ.

PHœbe,) Carmine hoc Seculari prosequitur laudes Apollinis,& Dianæ sororis eius dicens. O Phœbe .i. ò Apollo splendide,& ò Diana potens siluarum, quia montium custos,& venatrix,appositorie lucidum decus .i. ornamentum cœli. sunt .n. Sol & Luna, O colendi semper, quia nunquam satis culti, & tamen semper culti .i. venerati, date .i. concedite quæ precamur,date inquam quod Sibyllini versus monuere,videlicet virgines lectas i.electas,vtpote vtrunque parentem habentes,& sine macula,aut mancitate, & pueros castos dicere tempore sacro,id est CX. quoque anno,cū Seculares agendi sunt ludi, carmen vobis,& ceteris dijs,quibus septem colles, quos Romanus murus includit, placuere .s. ad inhabitandum. O alme Sol, qui promis,id est profers diem nitido curru .s. inuehendo ipsum in nostrum hemisphærium,& celas,id est oculis auferendo eum, & qui nasceris alius,id est quodammodo nouus,& tamen idem,tu nihil, id est non aliqui, non possis visere,id est visum ire, aut videre, aliquid maius vrbe Rom. vnde patet eam summe placere. [Rite) Prosequitur hoc hymno preces in ludis Secularibus, canendas,dicens, O Ilithyia,id est Diana placatrix, ab ἱλάσκομαι, quod est placo, seu ἱλάσκω, quod est Deos benignos facio, vnde additur hic lenis, id est benigna placida, & parata, aperire rite, id est decenter,& tempestiue partus maturos,siue ò Dea tu probas,id est approbas,& vis vocari Lucina,seu genitalis,id est ad generationem faciens, tuere, id est protege, matres, id est prægnantes, & producas, scilicet ad ortum sobolem, id est nouam propagationem, & prosperes, id est prospera facias, decreta, id constituta & placita patrum, super, id est de fœminis, id est filiabus iugandis, id est matrimonio iungendis, & super marita, id est vxore,feraci,id est fœcunda lege, id est obseruata lege Iulia contra adulteros, prolis nouæ, id est quæ ferat nouam prolem legitime, hoc est sine adulterij vitio, vt orbis certus, id est certa reuolutio, aut circumitio temporis, per decies vndenos, id est per centum,& decem annos, referat, id est reducat Romæ, cantus, id est hymnos, & ludos, scilicet Seculares, frequentes, id est celebratos, ter die claro, id est festino & solenni, & toties,id est etiam ter,nocte grata,id est etiam festiua. Et vos Parcæ,id est Deæ fatales, veraces cecinisse, id est in eo quod cecinistis,& constituistis,iungite fata bona,scilicet futura, Fatis supp. iam peractis,& terminus,id est exitus rerum,stabilis,seruet (aut seruat) quod semel dictum est, id est conseruate quod per Sibyllam dixistis, non perituram Romam dum hi ludi celebrentur. Tellus fertilis frugum, & pecoris donet, id est muneret, Cererem,scilicet inuentricem frugum,corona spicea,id est spicis conserta, & aquæ, & auræ Iouis, id est venti, salubres,id est salutares,nutriant fœtus, Et ò Apollo audi mitis, & placidus, & hoc telo,id est sagittis tuis, quibus iratus pestilentiam infers, condito, id est incluso in pharetra, pueros supplices, id est supplicantes, & ò Luna regina siderum, quia noctu inter sidera regnas, ASCL.

gnas,bicnthis, id eſt habens,dum nouilunium eſt, bina cornua, audi puellas ſupplices. Audi,inquam, ſi (vt dicũr) pro quia Roma eſt veſtrum opus.i.vobis auſpicib. conſtituta,& ſi turmæ Iliæ .i. Troianæ tenuere littus Hetruſcum.i.venerunt per mare Tyrrhenum in Italiam (de quibus Iuno Æneı, id eſt Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor) appoſitorie pars ſcilicet Teucrorum,iuſſa,ſcilicet a Dijs,mutare Lares .i domos, & Penates & vrbem curſu ſoſpite, id eſt proſpero, & incolumi cui, ſcilicet parti iuſſæ, Æneas caſtus .i. impollutus a dolo, & proditione, ſuperſtes patriæ .i. ſuperſtans deorum voluntate dum patria cecciderat,muniuit iter liberum.i.fecit ſibi viam liberam per Troiam ardentem, ſine fraude, ſcilicet ſua hoc eſt ipſius Æneæ daturus, id eſt conſeruatus vt daret comitibus, & dijs quos ſecum auexit. plura relictis.i.quam reliquerant,quia melior eſt Roma, quam Troia. O dij date iuuentæ docili.i. capaci doctrinæ, mores probos.i. approbandos,& date ſenectuti, id eſt ſenio confectæ turba,placidæ .i. tranquillam vitam,& pacem amanti quietem & date genti Romulæ .i. à Romulo ortæ,aut inſtitutæ, rem,id eſt diuitias,& imperium, & prolem,id eſt progeniem, & omne decus Legendum eſt Remque prolemque pp carmen, Et clarus ſanguis Anchiſæ,& Veneris .i. Iulia domus,qui veneratur vos, ſcilicet dum triumphat, vt Iulius prius, & nunc Auguſtus, bobus albis.i.candidis imperet prior .i. præſtantiot, melior ac potentior,bellante .i. rebellante ſi forte quis rebelles, exiſtens lenis, id eſt mitis, in hoſtem iacentem, id eſt fatentem ſe uictum Medus.i.Parthus timet iam manus,& ſecures Albanas.i. Romanas. potentes terra & mari,& Scythæ,& Indi ſuperbi nuper .i. paullo ante,petunt nunc reſponſa.i.oracula parti ſuæ timentes.[Iam fides)Ordo eſt,fides & pax & honor,& pudor priſcus.i. prioris ſeculi,& virtus neglecta.i. multum temporis. audet iam redire, & Copia beata apparet ſup.cũ cornu pleno.ſ.omnis boni. Et Phœbus augur.i.diuinandi peritus, quia Sol omnia videt & decorus arcu fulgente,quia arcitenes à Marone, & longe iaciens ab Home.dicitur,& acceptus.i.gratus nouem Camœnis .i. Muſis, quia in medio reſidens complectitur omnia Phœbus.eſt n.medius planetarum Sol qui leuat arte ſalutari.i. medicinali. vnde ipſe apud Ouid.lib j.Met.Inuentum medicina meum eſt, opifexq. per orbem Dicor,& herbaꝝ ſubiecta potentia nobis. A Sole .n. virtutem accipiunt herbæ.artus corporis feſſos.i.ægros ſi videt ęquus .i.benigno aſpectu arces Palatinas,quas illic Auguſtus ei conſecrauerat,& rem Romanam.i.imperium, & Latium felix prorogat.i.extendat,æuum.i.vitæ durationem,in.i.uſq. ad alteꝝ.i. proximũ,luſtrum.i.ſeculum,quo magnum luſtrum condatur, & prorogat ſemper melius.i.proſperius,& probius. Aut ſic, ſi uidet æquus arces Palatinas prorogat rem Romanã, & Latium felix in alteꝝ luſtrum,& in æuum ſemp melius. Et ſi ſup. Diana quæ tenet Auentinũ,& Algidum,ubi ędem habet,uidet ęqua Palatinas arces,curet preces quindecim uirorum,qui ludis ſecularib. præſunt,& applicet aures amicas.i.ſauorabiles uotis puerorum, Ego,inquit poëta,reporto domum.ſ.ex æde ſacra, bonam, & certam ſpem, quaſi reſponſum acceperit à ſpiritu Iouem, & Deos cunctos ſentire hæc.ſ.quæ precatus eſt.& chorus.ſ.puerorum, & puellarum,doctus,ſup.eſt per hoc carmen,dicere.i.declarare,laudes Phœbi,& Dianæ,q.d. poëta,optatum ſe conſecutum finem, quem qui & nobis Deus Optimus Maximus conceſſit,ſit benedictus in ſeculorum ſecula. Amen.

GLAR. ANgelus Polit.Miſcell. c.lxviij. eleganter à diſerte de his diſſerit ludis.Ceteꝝ ſeculares ludos, non quod fieret anno vel c. denique, vel ẽt cẽteſimo decimoq. nuncupatos putat. Sed ob id magis,inquit,ꝙ plerunque ſemel hominis ætate fierent vt multa alia, quæ rata ſunt, poſt ſeculum euenire loquentium conſuetudo vſurpat.Hæc ille.Quaſi vero nõ,& ſeculũ hominis,centum intelligantur anni. Nam ætatem hominis intelligere ſeculum,ne ipſe quidem Domitio Martialis cõmentatori concedit.Ego ſeculum.C.annos intelligo,ac inde ſeculareis dictos ludos. Ætatẽ vero hominis eſſe xxxiij. an. ac menſeis iiij. vt ex Herod.lib.ij.docuimus,uidelicet i ſingula ſecula ternas hominum ætates. Et apud Herod.recte dictum trium ſpatio ætatũ ſolitos inſtauri ludos ſeculares. [Rite maturos aperire probas) Aperire.i.ædificare,exponit Acron. Sed id ego corruptum puto. Idem Acron paullo poſt,decies vndenos annos centum dixit, inquit,quare puto Acronem legiſſe, non vndenos, ſed vt denos, & ſequenti verſu,& cantus,non vt cantus,quod placet. Rurſus idẽ poſtea Ilias turmas referri poſſe putat ad Iliam matrẽ Romuli, qđ ego neutiquam puto.Eodem loco iuſſa nomen putauit,exponitq. iuſſa.i.deorum reſponſa,cum iuſſa,ſit participium.[Remq. ptolemq., Et decus)Verſus eſt hypermeter.Ceteꝝ ego expone rem [Rem).i.diuitias.[Ptolem).i.liberos.[Decus).i.imperium. [Quæque Auentinum tenet,Algidumq. Quindecim Diana preces virorum) Hæc carmina ac ſequẽtia ad finem vſque, magnam habent,& obſcuritatem,& difficultatem. Porph.ait,Hic quoque ex ſuperiore ſenſu per zeugma,ſi,particulam arceſſendam eſſe,ut ſit ſi xv. viroꝝ preces Diana curat. At eo quidem modo nullus ſit ſenſus abſque altera huius propoſitionis parte. Ideoq alij,ſi, repetunt, ſed cum verbis priorum carminum, ſi Diana æqua videt palatinas arces,curet preces xv. virorum,procurabit,vt illud ꝓroget,pro prorogauit Acron expoſuit, non inepte meo quidem iudicio. Et ſolent poëtæ quandoque modos ac tempora propter carmen confundere. Vltimum autem verſum Sapphicum cũ Adonico,vt Acron exponat non video, & Porph.mutilus eſt cõmentarius. Alij autem non chorus Phœbi exponendum putant, ſed ſupplenda quædam,vt ſit ordo,Chorus puerorum puellarumq., doctus dicere laudes Phœbi & Dianæ, reportat etiam domum bonam certamq. ſpem,ut ego. Sed in hoc toto carmine videtur popularis eſſe ſtilus, quemadmodum in Prologis Terentij aliã, quam in ipſo actu videmus phraſin.

## Iodocus Badius Aſcenſius Carolo ab Villa noua: Antonio à Porta, Clementi Mulato, Antonio Toledoni, Iacobo Phœnolo, ceteriſq. è Lugdunenſi pube bonarum literarum ſtudioſis. S.

ADhortatus ſum vos adoleſcentes optimi ſæpenumero ante hac ad virtutis, literarumq. cultioꝝ ſtudia,vt ad quæ vos & vrbis,& pręceptoris veſtri auctoritas inuitet. Nunc vero ornatiſſimi archipræſulis noſtri Franciſci de Rhoaz illuſtre ad omnem virtutem, probitatemq. exemplar & ſpeculum, ad ſui imitationem vos pene compellit. Turpe ſiquidem, ac dedecoſum foret ſub tam vigilanti paſtore gregem dormitare, quod ne faciatis artem hanc poëticam rurſus lucidaui,& (vt dicunt) regulis proſaicis auxi. Valete,& proficite. Rurſum ex ædibus noſtris apud Parrhiſios ad cal. Oct. Anni M. D. X I.

## Iodoci Badij Aſcenſi in Artem Poëticam Horatianam familiaris interpretatio, adiectis ferè ſingulis locis regulis addiſcentibus admodum commodis.

HVmano capiti &c.) Ad operis huius compoſitionem iuxta Seruianum præceptum ſex per ordinem annotare cõſueuimus. Poëtæ vitam. Titulum operis. Qualitatem carminis. Scribentis intentionem. Numerum librorum.& Explanationem. Verum quia Poëtæ vita in principio Carminum explanata eſt,nunc eam fruſtra reperiuerimus. Titulus autem operis eſt, Q. Horat. Flacci ad Piſones de Arte Poëtica inſtitutio. Pro quo intelligendo audiamus Diomedẽ. Poëtica,inquit,eſt fictæ veræq. narrationis congruenti rhythmo,vel pede compoſita metrica ſtructura ad vtilitatem,voluptatemq. accõmodata. Diſtat autẽ Poëtice à Poëmate, & Poëſi, quod Poëtice ars ipſa intelligitur. Poëma autem pars operis,vt Tragœdia. Poëſis contextus, & corpus totius operis effecti vt Ilias, Odyſſea, Æneis. Poëmatis genera ſunt tria. Aut enim actiuum eſt,aut imitatiuum quod Græci δραμματικὸν .i. drammaticon, vel μιμητικὸν .i. mimeticon vocant. Aut enarratiuum,vel enunciatiuum,'quod Græci ἐξηγητικὸν .i. exegeticon,vel ἀπολογητικὸν,apologeticon dñt: Aut cõmune, vel mixtum,quod Græci κοινὸν,cœnon,vel μικτὸν,appellant. Drãmaticon,vel actiuum eſt in quo ꝑſonæ agunt ſolæ ſine vlla poëtę interlocutione,ut ſe hñt Tragicæ,vel Comicæ fabulæ, & quædã Bucolice apud Virg. vt, Tityre tu patulæ. Dic mihi Damœta, & te Quo Mœti pedes. Dramatici aũt Poëmatos gña ſunt quatuor apud Gręcos. Tragica,Comica,Satyrica,Mimica Apud Romanos prætextata, Tabernaria, Attelana, Planipes, Exegeticon, vel enarratiuum eſt in quo Poëta ipſe loquitur ſine perſonæ vllius interlocutione, vt ſe hñt tres libri Georgicæ apud Virg. Et prima pars quarti. Item carmina Lucretiana. Huius aũt ſpecies ſunt tres Angeltice, Hiſtorice, Didaſcalice. Angeltice eſt qua ſententiæ ſcribũtur,vt eſt Theognidis liber, Hiſtorice qua narrationes,& genealogię cõponunt,vt Heſiodi Theogonia. Didaſcalice

est qua comprehenditur philosophia, vt libri Varronis, Empedo elis, Lucreti. Item astrologia, vt Arati, & Ciceronis. Cœnon vel cōmune est in quo poëta ipse loquitur, & personæ loquentes introducuntur, vt est scripta Ilias, & Odyssea tota Homeri, & Æneis Virgilij. Huius species sunt duæ. Prima heroica, vt Ilias, Æneis. Secunda Lyrica, vt Archilochi, & Horat. Item nūc quoque Elegia, vt Ouid. Fasti de quibus omnibus suo loco latius dis seremus. Pro descriptione Poëticæ subnotandum est triplicē esse materiam scribentium, triplicem stylum, triplex potissimum decorum, triplicem qualitatem, triplicem finem, & his similia.
*Materia triplex.* Materia quidem triplex est, quæ his nominibus significatur, Argumentum, Fabula, Historia de quibus omnibus latius dicemus ibi. Sumite materiam vestris qui scribitis æquam Viribus, vbi
*Qualitas carminis.* &c. quæ hic tacta sunt paucis explicabuntur. Qualitas carminis à numero pedum est hexametra, ab argumēto didascalica, seu do-
*Scribētis intentio.* ctrinalis, a stylo mediocris. Scribentis intentio est Pisones, ceterosq. Romanus in Artem Poëticam instituere, ut docte scribāt, & scripta castigent, doluit .n. poëtæ artem tam diuinam, & tam paucissimis datam, à tot imperitis tam impudēter vsurpari. Grecos præterea propter exactam in castigando diligentiam Rom. præferri. Quanti autem sit poëtica Ars, & nomen, poetæ per indicem inuenies. Numerus librorum hic non quæritur, vnus .n. nec sane magnus, sed vnionum dignitate æstimandus, habet .n. cōmoditatem quam maximam, & delitias plurimas. Nam doctrinam optimam salibus suis sic condijt, vt nutriat, & delectet commode. Sunt qui in quinque particulas diuidant. In quarū prima inquiunt. Poëta vitia extirpat. In secunda verbi decorum instituit. In tertia rerum qualitatem, & personarum decora, & discrimina, item Poëmatos genera, & inuentores demonstrat. In quarta actores, formam agendi, & quō consummata fuit, docet. Et in quinta ad diligentem castigationē cohortatur. Prima est in principio. Secunda incipit ibi: Sumite materiam. Tertia ibi. Res gestæ regumq. &c. Quarta ibi. Tibia non ut nunc. Quinta ibi. Nil tantum nostri liquere poëtæ. Quas quidem particulas licet non omnino impermixte, ex ordine tamen persequitur poeta. His prænotatis ueniamus ad explanationem.

# Q. HORATII FLACCI
## DE ARTE POETICA LIBER, AD PISONEM.





VMANO capiti ceruicem
pictor equinam
Iungere si velit, & varias in
ducere plumas,
Vndique collatis mēbris:
vt turpiter atrum
Desinat in piscem mulier
formosa superne:
Spectatum admissi risum
teneatis amici?
Credite Pisones isti tabulæ fore librum
Per similem, cuius, velut ægri somnia, vanæ
Fingentur species, vt nec pes, nec caput vni
Reddatur formæ. pictoribus, atque poëtis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.
Scimus, & hāc veniam petimusq., damusq. vicissim.
Sed non vt placidis coëant immitia: non vt
Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.

IANVS



VMANO &c. In hac prima itaque patre Poëta imitatus solertem, & non ignauum agricolā prius nociuas herbas, id est vitia, & errores euellet quàm sementem vtilem, id est bonę compositionis artem inserat. Et ab eo vitio auspicatur, in quo primus, & ob id plurimus error cōtingere solet. Modicus enim error in principio (vt philosophi verbum est) maximus fit in
*Soresmos.* fine. Auspicatur inquam à Soresino, id est mala accumulatione seu aggregatione. σωρὸς enim, hoc est soros, dicitur cu-
*Coinismos.* mulus seu aceruus, vel à coinismo, id est vitiosa communicatione, seu commixtione sermonis. κοινὸς enim, hoc est coinos dicitur cōmunis, sed quod Græce kinos profertur, latine cœnos dicitur, quia per oi diphthongo Greci i, nos e proferimus. Vnde epicœnum sub commune, & cœnobita cuius est cōmunis vita. Sed vt quo occepi pergam, maximus ornatus rei est, vt sit vniformis seruata, sci-
*Symmetria* licet Symmetria, id est commen-
*Mundus* suratione. Ob id enim totum vniuersum opus Dei mundum, id est ornatum appellamus, ꝙ cum singulæ eius partes bone sint, totum tamen longe melius est. quod spiritus sanctus nobis per Mosen indicauit de singulis dicitur: Et vidit Deus quòd esset bonum de vniuerso autem, Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Vbi signanter valde additur, quia cum singula essent bona vniuersa erant valde bona. Compositurus itaque carmen debet in morem architecti totam materiam suam animo me-
*Oeconomiam* tiri, ut bonam œconomiam, id est domus seu ædificij, hoc est structuræ totius regulam ac dispositionem ad amussim seruet. Cui Menander ille Comicus tantum concessit, vt ea habita, atque animo concepta, Comœdiam absoluisse se gloriaretur. Ea enim bene præconcepta nisi imperitus fuerit artifex, facile dictum vitium vitauerit. De quo M. Fabius Quintilianus libro octauo capite, de ornatu sic loquitur: Soresmos, siue (vt alij legunt.) comismos, appellatur quædàm mixta ex varia ratione linguarum oratio, vt si Atticis, Dorica, Ionica, Æolica etiam dicta confundas. Cui simile vitium est apud nos, si quis sublimia humilibus, vetera nouis, poëtica vulgaribus misceat. Id enim tale est monstrum quale Horatius in prima parte libri de Arte Poëtica fingit, Humano capiti ceruicem pictor &c. Dicit autem Poëta ad Pisones sic. Si pictor velit iungere, id est annectere, capiti, humano, Genesis primo, vbi, id est virginea, & muliebri, ceruicem equinam, id est oblongam, cuiusmodi habet & equus, & inducere varias plumas, id est partes plumatum auium, membris collatis, id est compòsitis, & congestis, vndique, id est ex quacunque parte animalis ita supple, vt mulier formosa superne, id est à parte superiore, vtpote a facie, desinat, id est terminetur, turpiter, id est sine commensuratione, in piscem atrum, id est difformem, vtpote putricem, vos admissi, id est intromissi, spectatum, id est ad spectandum: O amici Pisones, teneatis, id est positis ne continere risum? quasi dicat socio quod minime. Et si, inquit, ò Pisones non positis uidere talem tabulam quin rideatis, neque poëma non seruato decoro, atque œconomia sine risu contueri poteritis, quia ò Pisones credite librum fore, id est futurum esse, persimilem isti, scilicet vili tabulæ, id est picturæ, cuius supple libri, species vanæ, id est inutiles, & ridiculosæ, finguntur, id est componuntur, veluti, id est tanquam, somnia, id est insomnia, & phantas-

phantaſmata, ægri, id eſt hominis ægrotantis, & debilitate ee-rebri laborantis, ita vt nec pes, id eſt finis, ſi à ſummo inci-pias, nec caput, id eſt principium, reddatur vni formæ, id eſt vni compoſitioni volus qualitatis. Deinde facit obiectionem dicens. Pictoribus, atque poëtis quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. Cuius ordo eſt, ac ſi dicant Piſones, Horati, Vetus eſt Prouerbium, quod æqua, id eſt æqualis poteſtas audendi ſupple pingere, & fingere, vel (vt alij legunt) addendi, quidlibet, id eſt quamlibet, rem fuit ſemper pictoribus, atque poëtis, id eſt pictores, & poëtæ habuerunt ſemper poteſtatem pingendi, & fingendi quicquid uellent. Qui ergo vitio datur ſi pro libito operantur? Reſpondet Poëta, Scimus ſupple hanc poteſtatem fuiſſe ſemper pictoribus, atque poëtis, & nos poëtæ petimus, id eſt precamur quando quid ſcribere volumus, hanc veniam, id eſt hanc conceſſionem, & damus viciſſim, id eſt quaſi per vices, & mutuo, ſcilicet alijs petentibus, quaſi dicat & nos quando aliquid componimus ex libito fingimus, & ex libito fingentibus ignoſcimus ſi modo nos legem ſeruemus, & illi legem ſeruent. Sed non ita ut immitia, id eſt fera & crudelia, coëant, id eſt connectantur, placidis, id eſt leuibus & mitibus rebus non etiam ſic vt ſerpentes, id eſt res humiles, & humi reptantes, geminenrur, id eſt multiplicentur auibus, id eſt rebus ſimilibus nec ſic vt agni, id eſt res pacificæ, & imbelles, geminentur tigribus, id eſt rebus ferocibus, & rapacibus, quaſi dicat licitum, quidem eſt pictori pingere, & poëtæ fingere dummodo in ipſa pictura, & figura nihil ſit repugnans, aut à natura abhorrens, quia nihil aut pingi, aut fingi debet quod non ſit vero ſimile, nihilq. à poëta introduci quod, aut notæ hiſtoriæ repugnet, aut antique Philoſophiæ, ueterumq. Theologiæ contradicat. Niſi quatenus poëtis permiſſum eſt, qui affectiones loquentium, & ſecundum diuerſos locos ſæpe diuerſas ſequuntur philoſophorum ſententias, atque opiniones. Vnde Æn. j.

*Cana fides & Veſta, Remo cum fratre Quirinus*
*Iura dabunt.* Ar eiuſdem quarto:
*Nuſquam tuta fides etc.*

Item ex perſona Iouis Æneid. j. de Romanis dicit,

*His ego nec metas rerum, nec tempora pono:*
*Imperium ſine fine dedi.*

Qui ex ſua perſona dixit Georg. ij.

*Non res Romana perituraq; regna.*

Item ex ſententia Epicureorum dicitur.

*Nec curare Deum credis mortalia quenquam.*

Ex aliorum autem.

*Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores.* Item Horat.
*Neque enim Diana pudicum Liberat Hippolytum.*

Quem Maro Virbium, id eſt bis vitum factum dicit, & Pæonis artibus liberatum à morte. Longum eſſet diuerſitatem fabularum recenſere, tutius autem eſt maiorum, atque peritorum au ctoritate fulciri. Et hæc de ſententia & ordine. Quantum ad vocabula, & filum orationis meminerimus primo loco Poëtam vt eſt ad inuentionem aptiſſimus, conuenienter uti metaphora à pictoribus ſumpta. Nam uterque vſque adeo ſibi conſentit, vt & poëta pingere, quod de Virg. dici ſolet, & pictor ſcribere, ut apud Plaut. Non potuit pictor melius eius faciem deſcribere, non immerito dicatur, ſicut vtriuſque opus legi. Poëtæ quidem in Bucol.

Scribere legi. *Pierides vitulam lectori paſcite veſtro.*

Et apud Perſium, quis leget hæc? Pictoris autem in vj. Æn. vbi de pictura Dædali dicitur.

*Quin protinus omnem Perlegerent.*

Colores, Præterea vterque opus ſuum coloribus exornat, vterque varietati ſtudet, & rerum memoriæ conſulit. Nam quod doctis poëta literis, hoc rudibus pictor tabellis efficit. Sicut itaque pictor artis expers videbitur ſi iuſtam membrorum inter ſe commenſurationem non obſeruet: ſed Andromaches caput Sapphus corpuſculo annectat ſic poëta ſi heroas, principesq. viros ſcripturus rerum viliſſimarum meminerit, aut in Elegorum Lyricorum ue luxuriam deſcenderit. Et ſicut ille errat dum varias rerum particulas ſub vnam formulam congerere conatur, aut à natura abhorrentia effingere, aut inter ſe repugnantia coniungere, ita hic, id eſt poëta dum res arduas cum humilibus, lætas cum triſtibus vera cum aperte falſis commiſcet.

Humano capiti, de muliebri loquitur, dicturus Mulier formoſa ſuperne. Homo enim communis eſt generi, ſed fœmineum Epitheton refugit: non enim vna homo vulgo dicitur, Homo.

Ceruicē. Ceruicem: Hortenſius (vt dicit Quintilianus in octauo) primus protulit, alijs ceruices dicentibus. Superne aduerbium de loco in loco, ad locum dicitur. Spectatum, primum ſupinum eſt quod ſemper motum expreſſum, aut latentem deſiderat. Quidlibet audendi, non leges quodlibet, quia quidlibet cum ſit ſubſtantiuum per ſe plenum eſt, quodlibet autem adiectiuum non ſine ſubſtantiuo ponitur. Cetera manifeſta ſunt dummodo meminerimus illic: Sed non vt placidis: Poëtam aggredi vitium ineptæ digreſſionis, de quo in ſequentibus latius dicam, & alios legere audendi, alios addendi, ſed verior eſt lectio audendi veriorq. ſententia. Nam non omnes quod concipiunt exprimere poſſunt, vt patebit ibi: Et fortaſſe cupreſſum Scis ſimulare. itaque licet quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas, non tamen addendi. Non ſine delectu autem poſuit Poëta ea quæ in textus habentur animalia. Nam ſerpente dicuntur a ſerpendo. ſerpens autem penitus humi ingreditur, aues autem quia ſine viæ limite in ſublime, quo uolunt auolant. intelligit ergo humillimum genus, & altiſſimum. Tigri autem nihil ferocius aut concitatius, at agno nihil imbellius aut placidius. ijs ergo res ſummopere repugnantes intelligit, ſicut ſerpente, & aue characteres maxime diſtantes. Qdlibet.

Regula quæ ex hoc textu elicitur eſt hæc.

Compoſiturus, ſeu conſcripturus quodlibet opus ſic rem omnem excogitabit, excogitatam diſponet, diſpoſitam ornabit, vt nihil monſtri ſimile, aut repugnans in eo ſit, ſed omnia ſimilia, atque inter ſe quadrantia.

Tria ergo primum ſunt neceſſaria: Materiæ totius excogitatio, atque inuentio. Excogitatæ aptata œconomia, ſeu diſpoſitio. aliter enim in poëmate, aliter in Hiſtoria locabuntur res narrandæ, & diſpoſitæ exornatio, in qua elegantiæ, & decori habenda eſt ratio.

HVmano capiti) Non ſolum in omni vita, ſed etiam in oratione nihil eſt difficilius, quàm videre quid deceat, πρέπον Græci vocant, noſtri decorum. Cuius ignoratione, cum in ſententijs, tum verbis peccant, nihil æque vitandum, ac contraria. Vitabimus autem ſi iudicium conſiliumque adhibuerimus. Quæ veluti guſtus, atque odor, nulla poſſunt arte tradi. Sed ea adſequimur via, ſi rationem quandam alte petemus, pleraque ponderabimus, & locis temporibus, perſoniſque dicenda ſint, accommodabimus. Maximam in primis curam exigit fictio, in qua tria ſeruari neceſſe eſt, vt aut qualia fuerint, aut ſint, aut qualia dicuntur, & exiſtimantur, aut qualia eſſe expediat, referantur. Eſt & ſuus conuenientiæ labor adhibendus, vt quæ in naturam cadunt, fingantur, illius ordo non perturbetur, nec rationalia cum ratione carentibus coniungantur, nec contraria copulentur, nec ab artis abſint rectitudine, omnia eodem tendant, ab ijſdem proficiſcantur partes magnitudine, natura qualitate conueniant, Si Achilles iracundus, inexorabilis exlex deſcribitur, facile a bello abſtinebit Græcorum omnium precibus non flectetur, ſua in bello munia non præſtabit, monſtrum erit, & ſi Patrocli morte non agitabitur, ni Hectoris cadauer circa mœnia raptabit, ni ad Patrocli ſepulcrum Troianos mactabit. Erit contrarium ſi Tireſias ſuam deplorauerit cæcitatem, ſi Polyphemus atieris fortunam non laudabit, quia cæcus. Nec vitio carebit rurſus poëma ſi pius Aeneas cum deſpe tutandæ patriæ deciderit, non patrem, vxorem, filium tutabitur, non ſacra ſuſcipiet, penates cuſtodiet, ſi ulla frangetur tempeſtate, ſi clauo fixus cupidinis, à Didonis ſinu auelli non poterit, ſi denique pacem, rogatus negauerit. Ne ergo inter ſe pugnantia licentioſi poëtæ efficiant, ſed uenuſtate, & proprio decoro conformata deſcribant. [Humano capiti ceruicem pictor equinam, &c.) Naturæ imitatio eſt pictura, cui ni reſpondeat, portentum faciet, non pigmentum. Riſum, inquit, concitabit pictor, ſi tabellam propoſuerit, effigiemque effinxerit, quæ muliebri vultu, & equino collo ſit, corpus habeat plumis obſitum, deſinatque tandem in piſcis caudam. Eadem eſt ratio in poëmate, ut, ni quadret undecunque, rideatur merito, & explodatur. Bene poëticam picturæ comparat, cum poëta nihil aliud ſit, quàm loquens pictor, & pictor, mutus poëta. Vterque oras, regiones, formas, ſpecies, pugnas, acies remigium hominum ferarumque motus effingit. Vnde pictorum, poëtarumque portenta, quæ de inferis traduntur finguntúrque, uocat Cicero. uterque pingit, ſed poëta felicius, cuius colores tempore non ſeneſcunt, non tempeſtatibus obliterantur, non vi vlla delentur, ſed ætate tanquam igni aurum redduntur pretioſiores. [Amici) Etiam irridebitis. [Vanæ ſpe- IANVS

cies.) Id est somnia. Omnium quæ videre sibi dormientes videntur quinque sunt nomina. Somnium regitur figuris, & velatur imaginibus. Visio est, cum id quis videt, quod eodem modo quo appatuerit, eueniet. Oraculum, cum à parente, vel à sacerdote, vel à Deo admonemur insomnia in ipso tantum somno sunt, nullamq. vtilitatem, vel significationem relinquunt, & talia se ingerunt dormienti, qualia vigilantem fatigauerant. Visum, quod phantasma Græci vocant, fit, cum inter vigiliam, & multam quietem adhuc vigilare se existimans qui dormire cœpit, aspicere videtur irruere in se passim vagantes formas à natura, seu magnitudine, seu species discrepantes. Somnia à quiete animi maxime pendet. Hinc fit, vt virtute præditi meliora videant somnia apud etiam vigilantes meliora meditentur animo, vel corpore affecti deteriora concipiant. vt & homines morbo laborantis proposita animi sunt vitiosa, nec propter corporis perturbationem animus porem quiescere. [Finguntur species.) Quicquid usquam existit, substantia est. nam accidentium proprie esse. est alteri inhærere. Substantia aut incorporea est, aut corporea. Hæc vel anima carens, vel animata. Animata aut sensum non habet, aut sentit vt animal. quod aut irrationale est, aut ratione, vt homo, quæ species est dicta à nostris philosophis specialissima, quòd ita sit species ut genus esse non possit. Species ergo ea est, quæ dicitur de multis qui numero tantum discrepent. [Vanæ.) Quod nunquam sint. Nam eorum quæ non sunt, nulla est diffinitio, & quæ non diffiniuntur, scientia non possunt comprehendi. [Vni formæ.) Nam vniuscuiusque speciei vna est forma substantialis. Forma aut substantiam denotat, aut accidens. Substantialis est quæ dat esse rei. Accidentales infinitæ sunt. Nam vniuersæ res constant ex materia, & forma, & à forma vnumquodque appellatur. [Pictoribus atque poëtis.) Prouerbium de poëtarum licentia, quibus impune videtur licere, vt suo fingant omnia arbitratu. sed longe secus est, neque enim libera datur potestas, verum circunscripti quidam fingendi ambitus conceduntur, præsertim in fingendo, in quo magna est ratio adhibenda. Fabulæ enim si aurium mulcendarum tantum gratia fingantur, & nihil subsit bonæ frugis, vel saltem ad communem vitam, merito eliminantur. Illæ quæ in sapientiæ sactario excogitatæ sunt, ad quandam virtutum speciem hominis alliciunt intellectum. Sed eæ aut argumento ficto sunt, & per mendacia totus ordo contexitur, aut veri fundantur soliditate, quòd perfecta quædam, & composita proferantur. In illis nihil magnum, nihil arcanum. Eæ omnem continent philosophiam. Verum, & ipsæ, in aliam scisse discretionem, diuiduntur. Aut enim narratio per turpia, & indigna nominibus, ac monstro similia componitur. Quod ipsum fieri vetat Plato. aut sacrarum rerum notio honestis tecta verbis, & decoris vestita rebus enunciatur. Quod fecit Orpheus, qui suorum dogmatum mysteria fabularum inexit in volucris, & poëtico velamento dissimulauit. Ad cuius exemplar Pythagoras suam ipse finxit formauitq. philosophiam. Neque enim natura nudam se apertamq. æquo animo ostendit patitur, ne vulgo indignis manibus attrectetur. Sed ænigmatum nodis, & figurarum velamentis gaudet operiri, vt à solis tractetur sapientibus. Hinc Pythagoras quibusdam præceptis philosophiæ velauit. hinc Ægyptij pro templis sphinges apponebant. hinc Numerio philosopho quod Eleusina sacra interpretanda vulgauerat, somnia prodiderunt Eleusinás Deas prosedas in lupanari prostare poscinumias. Eæ ergo sunt fabulæ altissimis plenæ misterijs, rerum secretarum contemplationem totiusq naturæ cognitionem complectentes. In his se poëta exerceat, huiusmodi Socraticis agatur furoribus. quicquid hausurus sit, hinc hauriat. quicquid finxerit, hinc deducat, ne sua temere immisceat, ne serpentes auibus coniungat. [Pictoribus) Manet in incœpta metaphora, & responsiuncula. [Petimus veniam.) Non placet Actonianum illud, vt veniam petamus tanquam poëtæ, demus tanquam critici. Quin potius innuisse puto vt alternis vitijs ignoscamus, & eodem scuto opus est, vicissim nos obtegamus, atque ideo (vicissim) subiunxit, quod & veniam demus, & quasi debitum reddi petamus. Datur autem hæc poëta venia, si, quę fingantur, ita constent, vt vni formæ respondeant, & rerum congeries præter naturam non sit, nec agni tigribus copulentur. Quod facit poëta, cum sublimia humilibus vetera nouis, poëtica vulgaribus miscet. Id vitium ἀἰρνασμὸν Græci uocant. [Inceptis gr.) Recte post totius operis conuenientiam dispositionem, ordinemq. collocat. Neque est quod tam faciat è proposito discedere, nec in incepto persistere, quam non omnia conuenientiæ percepta mente, cognitioneq. complecti. Natura rerum nihil habet ordine præstantius, quo sublato, omnia hæc pereant, necesse est, & in veterem confusionem antiquumq. chaos reuoluantur. Exercitus simul ac turbari cœpit, profligatur. Statuam effingas, neque quæque membra suis locis disponas, prodigium facies, poëma hoc ipso ordine carens fluitat, & tumultuatur. qui sunt ædificaturi, licet saxa arenam, & quæ ad opus sunt necessaria congesserint, nisi illis collocandis, disponendiq. adhibuerint artificium, nihil præclari operis surget. Si pro vestibulo cubiculum, pro aula laratium collocarint, non hæc solum membra, sed omnem domum perturbabunt. Sic quæ poëta meditetur, quantumlibet magnas adferat cogitationes, & diuina congerat inuenta, nisi magno ordine suis quæque locis statuerit, meditata digesserit, & in se commissa deuinxerit, cumulum rerum faciet atque congestum. Difficile est suo omnia loco disponere, ad quod magnum adfert auxilium memoria, vt quæ quisque dicturus concipiat, vbi conueniant, videat, nec dissona alienis locis collocet, inceptiue oblitus, longius a fine vagetur. Licet tamen a materia digredi paullum, & in ipso itinere si non discedere, certe deflectere, ne lector similitudinis satietate fatigetur. qui tamen fallendus est ne sentiat se abduci, se ratione ipsa deserri putet, atque hac potissimum in re, magna sunt ingenijs frena adhibenda, ne veluti segetes fœcundæ, & vberes emittunt herbas frugibus inimicissimas, sic illa, quamuis magna, & vtilia, aliena tamen gignant.

HVmano capiti) De inæqualitate operis loquitur, & dat præceptum scribendi poëma. Et prius præceptum est de dispositione, & conuenientia carminis. Scribit autem ad Pisones, viros nobiles, & disertos ad patrem, & filium, vel (vt alij dicunt) ad fratres. Capiti autem comparat poëma, quod sine œconomia sit picturæ eiusmodi simile, quæ habeat ceruicem equinam, & diuersorum animalium membra, & pennas quæ persona desinat in piscem. [Et varias inducere plumas.) Imponere plumas varijs coloribus natura floridas, vel varios diuersarum auium colores. [Vndique) Ex diuersis, scilicet animalibus. [Collatis membris.) Coniunctis ad superiorem, & descriptam formam, vt habeat humanum caput, & collum equi, & caudam piscis. Et multum præcipit conuenientiam, poëtam seruare debere. [Atrum) Fœdum, magnum. [Desinat) Finiatur. [In piscem) Hoc est in marinam belluam .i. pistricem. [Formosa superne) Vt facie sit formosa mulier inferius autem monstris varijs deturpetur. [Superne) Superiore parte, vultu & ceruice. [Spectatum admissi risum teneatis amici.) Si fueritis admissi ad spectaculum, ò Pisones non ne risum poteritis tenere? Vel spectatum admissi, id est quasi ad spectandum missi. Et est sensus, Si admissi fueritis introire ad spectandum tale animal pictum poteritis risum tenere ò Pisones? [Cuius velut ægri somnia vanæ Finguntur species.) Qui non habet ordinem, cuius ita vanæ sunt species quemadmodum ægrotantium somnia, quę videntur habere imagines varias. [Pes) Finis. [Caput) Principium. [Vni reddatur formę) Vni corpori, ut neque principium conueniat. [Æqua) Pro ęqualis, quasi per obiectionem, ita vt alter responderit. Est, inquit, potestas, sed non vsque adeo vt iniqua fingantur. [Scimus) Hoc ita esse. [Et hanc veniam petimusq damusq. vicissim.) Sicut nos licentiam concedimus alijs scribere, ita nobis pelimus licere Petimus, quasi poetę, damus quasi critici. [Sed non ut placidis.) Ita debemus habere licentiam scribendi, & sic debent esse artificiosa poemata, vt non mitia adiungantur asperis immoderate. [Geminentur) Iungantur. ACR.

HVmano capiti) Hunc librum, qui inscribitur de Arte poëtica, Ad Lucium Pisonem, qui postea vrbis custos fuit misit. Nam ipse Piso poëta fuit, & studiorum liberalium antistes. In quem librum congessit pręcepta Neoptolemi de Arte Poëtica, non quidem omnia, sed eminentissima. Primum pręceptum est περὶ τῆς ἀκολουτίας. Nam ut pictor, si humano capiti, equi dederit ceruicem, eamq noluerit decorare pennis, & inferiorem partem membrorum exprimere piscis effigie, superiorem vero mulieris exornare specie, videbitur quòd valde contra naturam omnia, faciat, ita poëtices ornatus causa, si plus quàm exigit materia aliquid institutum ornetur, contemnit. [Risum teneatis amici?) Percontantis est hęc vox, & pręcipientis vtique rideri oportere. [Pictoribus atque poëtis quidlibet audiendi semper fuit ęqua potestas.) Sequens pręceptum est, omnes quidem poëtas potestatem habere fingendi, ita vt aliquid faciant, non vt velint cum auibus serpentes, vel cum agnis tigres iungere. POR.

Piso-

GLAR. Pisones Calphurniorum cognomen, eximia familia, uirique ex ea plures, maxime post bellum Macedonicum, inter quos Lucius Calphurnius Piso, C. Cæsaris socer, & C. Piso Ciceronis gener, Prioris meminit Plutarchus in Cæsare, posterioris ipse Cicero de Claris Oratoribus. Sed ego malim, de ijs qui sub Augusto uixere Pisonibus. Lucio ac Cn. uiris consulatibus intelligere. De Lucio plane intelligit Porphyrion. Filij, ut uocari non legant. Itaque ad patrem Lucium Pisonem, at eius filios scripsisse satis claret ex sequentibus poetæ uerbis, Maxima pars uatum Pater, & iuuenes patre digni, ubi inepte meo iudicio Acron exponit, magister & discipuli. Ab initio autem huius operis idem exponit, ad patrem & filium, uel ut alij dicunt, ad fratres. Hæc ille adeo nihil apud hunc certi est.

ASCEN. Postquam Poëta animaduertit in eos, qui malam œconomiam facientes, compositionem ex uarijs argumentis rerum non cohærentium, aut inter se repugnantium, aut à natura alienarum, aut ex diuersis characteribus dicendi coaceruant, nunc reprehendit eos qui propter ostentationem ingenij sui ad id, quod maxime natura aspirante possunt inutiliter digrediuntur: aut qui grauem materiam nimis delitiosis egressibus in lasciuiam trahunt, & dicit: Vnus & alter pannus, id est una & altera pannola, id est ex uarijs frustis ac particulis rerum Ecbasis; hoc est digressio, pannus dico purpureus, id est particula per digressionem addita resplendens, & luxuriosa, qui, id est ut splendeat, id est reluceat, late, id est ampliter, assuitur, id est inutiliter, & inepte annectitur, plerunque, id est vt plurimum, uel frequenter inceptis, id est exordijs, grauibus, id est res graues præ se ferentibus, aut a graui sumptis, & professis, id est pollicitantibus, & profitentibus, seu præ se ferentibus, magna, id est magnarum rerum altiloquentiam, cum, id est quando lucus, id est silua incędua, Dianæ, id est illius Deæ uenatricis, & uenationis, & cum, id est quando, ara, ad quam sacrificabantur infantes uiui, Dianæ describitur. & cum ambitus, id est circuitus, aquæ, id est alicuius fluuij aut amnis, properantis, id est amœnius decurrentis, aut cum flumen Rhenum, cuius amœnissimus est prospectus propter ciuitatum, castellorum, prætorumque varietatem, & ornatum, aut arcus pluuius, id est Iris, Mille trahens varios aduerso Sole colores, describitur ad ostentationem, & fortassis graphice atque diserte, sed nunc, id est tali tempore, non erat locus, id est opportunitas, his, id est huiusmodi rebus describendis, & fortasse, id est ponamus a casu quod tu scis simulare, id est ad viuum, & ad similitudinem rei naturalis effingere, aut depingere, cupressum, id est arborem præamœnam, & ad hortorum delitias propter fragrantiam, & frondium decus maxime. idoneam. quid hoc supple conducit, & prodest tibi, si is ipse supple qui pingitur à te, ære dato, id est mercede soluta, enarat, id est è fluctibus natando ad littus euenit expes, id est sine aliqua spe totus miserabilis, & mœstus, & nauibus fractis, id est diruptis, & submersis? quasi dicat nihil innuens consimile in re Poëtica esse, vt dicam Amphora cœpit institui, id est vas magnum cœpit fieri, rota currente, id est cum primum figulus rotam in gyrum traheret. Cur vrceus, id est uasculum exiguum, exit, id est in exitu, & in fine conspicitur? hoc est, cur tu tam grandia, & magnifica in propositione tua polliceris, & tam exilem, atque tenuem compositionem perficis? denique, id est vt tandem aperte, & vno verbo dicam quoduis supple Poëma, siue Syntagma sit simplex, id est non pannosam ex varia digressione, & vnum, id est vniforme, non altisonum in principio, & humile, aut depressum in fine. Per quæ concludit inutilem digressionem, & ineptam rerum, stylorum ne confusionem summopere vitandam. Apta autem digressio tribus modis fit, vt

Digressio apta. quarto Quintiliani colligitur. Aut probandi alicuius gratia. vt descriptio portus in primo Æneidos, ubi dicitur, Est in secessu longo locus &c. ad probãdum uerisimile esse naues Æneæ illic occultatas esse cum Tyrij ceteras comburere parent. Item descriptio nauis in quam descendisse uisus est Turno Æneas in nono, ut uerisimile sit Turnum è conspectu Æneæ sic ablatum esse. Aut transitionis gratia, ut uidelicet congruus fiat transitus de materia in materiam. ut Ouidius in Metamorphosi, fluuios describit, ut per eos in uarias materias ingrediatur. Aut denique apparatus gratia, qui tunc contemnendus est, si uel ad œconomiam, uel ad principalis argumenti declarationem facit, ut descriptio conuiuij Didonis in primo Aeneidos. Fit itaque apparatus huiusmodi, uel rei similis adductione, uel Pathica acclamatione, uel dicendorum apertione. Quod ergo necessarium est, aut non affectanter iucundum, prætermitti non debet. Itaque non damnat Poëta si quis, aut lucum Dianæ, & illic auium concentus, herbarum spiramenta, florum ornatus, arborum vmbras, & specimen, riuorum tepidum murmur fontium scaturiginem, animalium depascentium mœrorem, atque id genus alias amœnitates describeret, nisi tunc faceret cum non esset his locus, & ita de reliquis. Vtitur autem Poëta quibusdam vocabulis signanter. Non enim sine ratione dicit purpureus pannus, qui præter ceteros lucet, & non dicit quod intexitur, sed quod assuitur, vt ostenderet non de contextu, & principali argumento rei, sed extraneum esse.

Lucus. Nec sine ratione dicit lucus, id est silua incædua, quæ propter religionem loci non cæditur, & ita plurimum ornatus habet. nam in fabula alta feratum, & volucrum concentorium dici potest. Affectanter quoque ara Dianæ describenda dicitur, ad quam magica arte infantes viui ex maternis visceribus rapti mactabantur. Ad quam etiam Agamemnon Iphigeniam filiam suam legitur trucidasse, aut, quod Seruius asserit, cum necessa pro ea cerua ad Thoantem regem Tauricæ regionis confugisset, sacerdosque Dianæ Dictynnæ facta esset, & Deam secundùm morem sanguine humano placaret, agnouit Orestem

Ara Dianæ. fratrem qui leuandi furoris causa cum amico Pylade Colchos petierat. Vnde latus patet ad digressionem campus. Quis enim tam sterili ingenio, vt non moueat parthos ex materno vlulatu, ex infantulorum innocuo cruore illic fuso ex sacrificij enormitate, ex Iphigeniæ casu, ex Orestis inopinato accessu, ex Pyladis amica assistentia, & ex sexcentis alijs? hæ igitur res plurimam digressionem pariunt sicut fluuiorum ambitus, maxime Rheni descriptio, qui cum inter Germaniam, & Galliam ad Oceanum Britannicum defluat, plurimos meatus ostendit. Quod autem dicit Rhenum neutro genere, est, quia coniungit hoc nomen flumen. Fluuiorum si quidem nomina tunc masculina sunt quando subaudiatur, aut apponitur fluuius non flumen. In descriptione quoque arcus pluuij plurima potest esse digressio. Egregie autem dicit. Scis simulare, id est ad similitudinem rei naturalis effingere, quæ prima virtus, & pictoris, & poetæ, & oratoris. vnde Quintilianus in octauo in titulo de ornatu, Magna virtus est, res (de quibus loquimur) clare, atque vt cerni videantur, enunciare, atque huius summæ (iudicio quidem meo) virtutis facillima est via. naturam intueamur, ac sequamur. Omnis enim eloquentia circa opera vitæ est. Est autem Græcum prouerbium sumptum a pictore, qui cum egregiæ simulacrum cupressum, eam omnibus operibus suis immiscuit. quod ineptissime fieret, si arbor ad delitias iucunda in re tristissima vtpote in naufragio describeretur. Sicut enim videre est apud Persium, & Iuuenalem, solebant qui naufragium fecerant se in trabe depictos portare, & picta se tempestate tueri, ne semper congerentur suos casus exponere, & vt commiserationem sui excitent. Consimiliter quoque qui molliculos habent numeros, aut felices metaphoras, aut congrua epitheta, aut sonoras voculas, aut graueis sententias, aut faceta dicteria, aut vrbana scommata, aut lepidos sales, aut alias qualuis Veneres, aut Charites, seu Gratias, eas vbique plusquam satis, ostentat, nullumque carmen conficiunt, in quo sua Venere non vtantur. sed (vt Quintiliani verbum est) affectatus, nimiusque fucus summopere vitandus est: præcipue vero quoties importunus: atque impertinens fuerit. Expes dicitur sine spe, destitutus, & desolatus, & habet nominatiuum, & vocatiuum singularem nominatiuum, accusatiuum, & vocatiuum in plurali. Quod autem dicit nauibus fractis pluraliter, facit ad augendam miseriam, sicut Venus in primo Æneidos, Nauibus infandum amissis, cum una esset tantum amissa Amphora est vas amplum, quod circunfertur quasi ex latino, & græco, Nam am dicitur circum, & phora latio, vt φορέω fero. Vrceus vasculum ad recipiendum oleum. Innuit ergo vt quoduis Poëma sit simplex, quo ad stylum: & vnum, quo ad materiam. De stylo autem, & materia locuti sumus in præambulis. vbi docuimus triplicem esse stylum, qui triplici materiæ cõgruit. Nam res humiles humili, mediocres mediocri, & sublimes sublimi comperunt.

Cupressum seu simulare. 

Regula.

Non igitur rem grauem auspicati, aut grauiter dicere polliciti, res leuiusculas, aut quantumuis splendidas delitiolas, quanquam enim ad eas nati videmur, impertinenter ingereremus, necesse enim est, sit quoduis simplex duntaxat, & unum. Quo circa cauenda est ostentatio ingenij in re minus apta, ut aptissimo docemur hic exemplo.

Inceptis

Inceptis grauibus plerunque, & magna professis
Purpureus, late qui splendet, vnus, & alter
Assuitur pannus: cum lucus, & ara Dianæ,
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus.
Sed nunc non erat his locus: & fortasse cupressum
Scis simulare. quid hoc? si fractis enatat expes
Nauibus, ære dato qui pingitur? amphora cœpit
Institui: currente rota cur vrceus exit?
Denique sit. quod vis simplex duntaxat, & vnum.

IANVS INceptis grauibus) Magnum poëmatis vitium est, vbi grandis proposita sit materia, excessus facere, & egressiones importunas. per locos presertim communes. Duo autem sunt ob quæ maxime hac in re precatur, nimium ingenium cui imperari non possit, & iudicij inopia, quòd si flosculos quosdam abdiderint, putent ab eruditis probari. sed cum illiusmodi descriptiones absint à proposito, vituperantur. Hi sunt poëtæ illi, quos pingue quiddam sonare ait Cicero, quosque inæquales vocant Seneca. Non negatim tñ donanda esse ingenijs multa, sed cõdonanda vitia sunt, non portenta. Virg. Geor. lib. iij. sic pestilentiã describit, vt nec discedat à materia, nec vagetur diutius. Idem facit in Fama, & in suis catalogis. Lucanus in prodigijs, Massiliensi nemore, catalogis, magisq. nimis est. In hoc genere sunt omnes locorum, oppidorum, temporum descriptiones, quæ si nimium luxuriarint, sunt damnandæ. Sunt & argumentationes, ne poëta non quicquid, potest dicat, sed quicquid decet, nec argumentis argumenta colligat, & probationes, quasi nihil satis firmum sit, probationibus firmet. Nec minus digressio fit in elocutione & quædam poetica euagatio, cum plus dicimus, q̃ conueniat, quale est Virgilianum illud,

*Num capti potuere capi,* Et Lucan.
*Temporis angusti mansit concordia discors.*

Messala aiebat in eo carmine Virgiliano,

*Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ,*
*Hectoris, Aeneæq; manu victoria Graium* Exit

Hic Virgilium debuisse desinere quod sequitur.

*Et in decimum vestigia rettulit annum.*

Sed hæc poetis condonantur, nec, tam paruis, decet, maculis offendaris, dummodo ratio, & quidam euagandi modus adhibeatur, vt sequentia prioribus annexa vnum corpus efficiant. quod non faciet poëta, si grandia professus in varias egredietur descriptiones, & pollicitus ardua, tempestatum aut pluuiarum tenui occupatione occupabitur, quem iure figulo comparar Horatius, qui cum amphoras cœpit, vicem effingat. [Assuitur) Pro panno flosculos ostendit, exiguasque descriptiones, quælicet purpureæ preciosæque sint, non tamen principio conueniunt [Professus grandia) Ergo Panegyricum balnea, silitas, & eiusmodi scribentibus vagari licet, quod magna non polliceantur. [Magna) Tantum magna professis. [Ara Dianæ) De Diana Taurica intelligit, ad cuius aram hospites mactarentur, Iphigeniæ, & Orestis aduentu celebrata, quibus illius simulacrum in fasce lignorum absconditum auectum est, vnde Fascellinis Diana dicta. Lucum dixit ob Aritiam, vbi illi templum ædificatum est. [Rhenum) Neutro genere protulit, quod flumen dixerat. Diuidebat olim Galliam a Germania, nunc Germanorum virtute vicinis locis occupatis, mediam penè intersecat Germaniam, è Rheticis alpibus ortus, septentrionali oceano miscetur. [Arcus) Aut rerum naturalium naturam vult ostentare scite. Per ariam Dianæ vult intelligere res sacras Horatius, quas vult poëta ostentare callere se. [Pluuius arcus) Irin intelligit. Poetæ tunc Irim de cœlo mitti introducunt, cum verum præsentium status est mutandus, quod Iris indicium est aëris p-mutationis, a sudo aëre nubium concitans globos. [Cupressum) Græci Cyparissum dicunt, in quo nos y in v verrimus, vt in cumino, & gubernatore. [Amphora) Græca est dictio, nec vas est certæ mensuræ, cum sit ingentis magnitudinis. Figuli rotam inuenit Anacharsis, cuius circuitu vasa formantur. inde quia apud Homerum figuli tota inuenitur, aiunt versus illos falsos esse, & subditios. [Denique) Præceptum concludit, debere esse poëma vnum, & simplex cœptæ materiæ correspondeat, nec mixtum aut implicitum sit.

ACR. INceptis grauibus) Aliud præceptum. Docet non importune inducendam esse parabolam, aut descriptionem, sed aut parabola, aut descriptio apte debent iungi incepto bene poemati. Qui enim incipit granditer, & leuiter finit, vituperandus est. [Professis) Aut his qui conantur aliquid scribere. Aut respexit ad naturam quorundam poetarum, qui incipiant describere grandia, & in communes exeant locos, qui tametsi boni sint, tamen superflui habentur, & plerunque ridentur. In magno poëmate excessus debemus adspergere, quasi ad reficiendas aures, pro bono colore, excessus dicit. [Assuitur pannus) De his dicit qui seueram, & subtilem materiam cœperint scribere, flosculos quosdam interponunt. Zeugma ab inferiori. Ordo est, pannus assuitur qui splendeat, vt bona sit quidem œconomia, sed incongrua, cum lucus, & ara describitur Dianæ supple ab inferioribus. [Per amœnos) Riuus per campos discurrẽtes. [Ambitus) Circuitus. [Pluuius,) Id est pluuiosus. [Aut flumen Rhenum) Notandum flumen Rhenũ genere neutro. Salust. in historijs nomen Danubium habet. [Sed nunc nõ erat his locus) Vt de his posses scribere, quasi aliquis responderit, Nõ erat locus, vt hoc describere, sed quoniam bene scribis, ideo introduxisti. [Et fortasse cupressum) Irrisio pictoris cuiusdam qui nihil aliud quam cupressum nouerat depingere. Prouerbium est in malum pictorem, qui nesciebat aliud pingere, quam cupressum. Ab hoc naufragus quidam petiuit, vt vultum suum exprimeret, ille interrogauit, num ex cupresso vellet adijci aliquid, quod prouerbium Græcis in vsu est. nam naufragi ad misericordiam cõmouendam, casus suos in tabula describunt. vt Iuuenal.

*Vim rogat, & picta se tempestate tuetur.*

Simulare) Greco prouerbio vsus est, quasi scribere. [Quid hoc) Quid ad naufragium qui dat pecuniam vt describatur cupressus, pertinet? Ita ergo qui scribit, nisi opportune scripserit, non sibi comparat gloriam, sicut ille qui male cupressum depingit. [Amphora cœpit) Hic quidam dicunt præceptum aliud esse, alij eum de œconomia adhuc loqui. [Cur vrceus exit?) Id est, Cum a magnis incipias, cur in minora desistis? cur vile sit opus tuum? & est translatio à figulis. Rotam autem dicit, quæ cum voluitur, vasa finguntur a plaste. [Denique sit quiduis simplex duntaxat, & vnum) Quicquid vis scribere, simplex sit i. cœptæ materiæ, & nõdum finitæ non debes aliam adiungere.

POR. INceptis grauibus) Præceptum tertium est natura quorundam poetarum pessima, qui incipiunt grandia describere, deinde in locos communes exeunt qui, licet boni sint. tamen ridentur ac superuacui habentur nisi loco positi sint. Purpureus late qui splendeat, vnus & alter Adsuitur pannus. Per hoc, locos communes significat. [Aut flumen Rhenum) Non dixit genere masculino Rhenus, sed neutro hoc Rhenum. quia hoc est flumen. [Et fortasse cupressum Scis simulare) Hoc prouerbium est in malum pictorem, qui nesciebat aliud bene pingere quam cupressum. Ab hoc naufragus quidam petiuit, vt fatum suum exprimeret, ille interrogauit, num ex cupresso vellet aliquid adijci. quod prouerbium Græcis in vsu est. [Amphora cœpit Institui currente rota, cur vrceus exigit?) Hoc dicit, quare cum de alia materia institueris scribere, aliam efficis? quo modo ridendus est figulus, qui cum destinauerit amphoram fingere, vrceum efficiat.

DOCT. interp. FOrtasse cupressum) Simulare cupressum, Acron admonet prouerbium esse à quopiam imperito pictore ortum qui præter cupressum nihil nouerat pingere. Concinne vsurpabitur in eos, qui quod didicerunt, id vbique intempestiuiter inculcant, cum ad rem nihil attineat. Vide item Cœlium libro decimotertio, capite trigesimosecundo.

ASCEN. QVia Poeta docuit malam œconomiam, ineptam exaggerationem materiæ, discordem rerum cõmunicationem, & impertinentem digressionem vitare nouitque neminem scribere, qui eadem vitia vitare nolit, ostendit quare non omnes euitent. Nempe q (vt alibi dicit) Dum vitant stulti vitia in contraria currunt. Monet ergo vt hæc prædicta &c. vitia caute fugiamus, sic vt in medio consistentes in neutram partem transgrediamur. Et dicit, O pater, hoc est ò tu Luci Piso, & uos iuuenes Pisones digni patre supple tali. uipote studioso & bono, nos plurima pars vatum. i. nos plurimi uates, decipimur specie, id est similitudini, recti, id est rei recti rectæ ac debitæ, quia dum laboro esse breuis, id est dum aliquis laborat esse breuis, fio. i. talis efficitur, obscurus (suam personam more declamantium in uitia inserit de se minime loquens) Nerui, id est solida compositio, & uirium plena animique, id est animosa sententia, deficiunt, id est derelinquunt, aut potius fugiunt, & sui de-

fectum

sectum habere cogunt. sectantem, id est eum qui nimis sectatur, leuia .i. concinna, & bene currentia, id est sæpe enetuatos versiculos scribet, qui dat operam vt scribat delicatos, professus, id est qui profitetur, & in principio operis pollicetur grandia, id est sublimia carmina, turget, id est inflatur, & spumosam carmen efficit, tutus nimium, id est qui nimium amat, & cupit esse tutus, & timidus nimium procellæ, id est qui nimium timet altitudinem maris, quæ fere procellosa est, serpit .i. repit, humi .i. in terra, hoc est qui nimium veretur sublimiora q̃ possit aggredi, qui imperitus est nec potest consistere in medio, labitur in nimis humilia. Et hæc contra eos, qui in malam œconomiam imprudenter vitant. Is autem qui cupit .i. vult variare, id est mutare prodigaliter, id est monstrose per modum prodigij, rem vnam, id est quæ deberet esse vniformis, appingit, id est similis est appingenti, siluis, id est locis saltuosis, delphinum .i. piscem illum marinum, & fluctibus supple marinis, aprum .i. porcum siluestrem. Et causa est, quia fuga .i. vitatio, culpæ .i. vitij, ducit in uitium sup. oppositum, si ipsi fuga caret arte, id est peritia. Probat deinde exemplo cuiusdam fabri ærarij, qui singulas partes hominis graphice excudebat, & tamen totum seruata Simmetria effingere nesciebat. Ad cuius similitudinem multi singulas res Poematis docte, & diserte faciunt, totum tamen quia œconomiam ignorent, confirete decore nesciunt. Sunt autem qui hunc

*Imus* fabrum putent esse dictum Imum nomine. Acron tamen & Porphyrio (quamuis Acron vtrunque dicat) potius â loco sic, dictum arbitrabantur. Dicit enim Acron, Æmulius ludus est in quo Æmilius gladiatores suos habuit. circa hunc ludum Imus erat quidam statuarius. Alij dicunt Imum, id est breuem, Alij in extrema parte positum Porphyrio sic, Æmilij Lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nunc Polycleti balenum est. Hic demonstrat ærarium fuisse fabrum imum, hoc est in angulo ludi tabernam habentem. Ordo igitur est, Faber ærarius, id est qui statuas æreas effingebat imus .i. immo loco habitans circa ludum gladiatorem sup. Aemilium, id est Lepidi Aemilij, exprimet sup. quando mercedem dabis, id est ad viuum effinget, ungues, & imitabitur ære, id est ex materia ærea, capillos molles .i. molliter fluentes. sicut in Virg. in sexto. Excludent alij spirantia mollis æra, Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus. Exprimet inquam existens infelix, id est infaustus, summa .i. consumatione, & perfectione operis, quia nesciet ponere, id est finire debita positione, & situ membrorum. totum, id est totam effigiem. Si ego, inquit Poëta, cutem, id est laborem componere quid, id est aliquid, non uelim me esse magis hunc, id est huiusmodi uel talem, q̃ me spectandum, id est spectabilem, & pulchrum, nigris oculis, id est propter nigros oculos, & nigro capillo, id est propter nigrum capillum, uiuere naso prauo, id est marcido & turpi, quasi dicat nolim singulas partes scire pone-

*Ponere Componere* re, nisi & totum componere scirem. Leuia prima longa sunt plana, polita, & non aspera Procellæ sunt inflaturæ maris ex aqua,

*Leuia* & vento â percellendo dictæ. Prodigialiter non prodigaliter legē-

*Prodigialiter* dum est quia prodigus secunda corripit. Delphinum, hic est secundæ declinationis. A genitiuo .n. delphinos fit nominatiuus

*Delphinus* delphinus, sicut ab elephantos elephantus. Hunc, id est talem. si-

*Hic* cut in nono Aeneid. Hunc ego te Eutyale aspicio. Exprimet, in-

*Acro* quit Acro, aut Acron (utrunque enim scribitur, sed Acro latine magis, Acron græce, sicut Plato & Platon, & Cicero, & Ciceron, &c. & imitabitur, & nesciet, futura sunt pro præsentibus. Si tamen intelligas quando ei mercedem dabis, aut quando volet, nihil præter consuetudinem erit. Molle opus laudatur, sed *Molle*

artifex vituperatur. Reliqua nota sunt. De apta tamen breuita *Breuitas*

te non nihil dicemus, de quo Cicero in Rhetorice veteri de *apta*

enarratione loquens, ita inquit, Nunc de enarratione ea, quæ causæ continet expositionem, dicendum videtur. Oportet igitur eam tres habere partes, vt breuis, vt apta, vt probabilis sit. Breuis erit si vnde necesse est, inde sumatur initium, & non ab vltimo repetatur, & si cuius rei satis erit summam dixisse, eius partes non dicentur. Nam sæpe satis est quid factum sit dicere, non vt enatres quemadmodum factum sit. Et si non longius, quam scitu opus est in enarrando procedetur. & si nullam in rem aliam transibitur, & si ita dicetur vt nonnunquam ex eo quod dictum sit, id quod dictum non est, intelligatur & si non modo id quod obest, verum etiam id quod nec obest nec iuuat, prætetibitur, & si semel vnumquodque dicetur, & si non ab eo in quo proxime desitum erit, incipietur deinceps. At multos imitatio breuitatis decipit, & cum se breues putant esse, longissimi fiunt, cum dant operam, vt res multas breuiter dicant, non vt omnino paucas res dicant, & non plures, q̃ necesse sit. Nam plerisque breuiter dicere videntur. qui ita dicunt. Accessi ad ædes puerum vocaui respondit, quæsiui dominum domi negauit esse, hic tametsi tot res breuius non potuit dicere, tamen quia satis fuerat dixisse, dominum negat esse domi, fit rerum multitudine longus. Quare hoc quoque in genere vitanda est breuitatis imitatio, & nō minus rerum non necessarium, q̃ verborum multitudine supersedendum est. Et hinc de partitione paullo post breuitas est, cum nisi necessarium nullum assumitur verbum. Hæc ille. Oportet ergo qui breuitate vti volet, esse disertum, vt tunc vtatur quando opus est. Nam sæpe oratorie rem vnam in partes diuiseris: sicut Virgil. in 1. triennium vitæ Æneæ in tres ætates, & tria hyberna tempora, vt si Iupiter triennium dixisset, modicum quid promisisse videretur. Nouit ergo ornator, & consimiliter poëta tunc constringere, nunc dilata materiam suam. Neque vero loquimur de ea breuitate in qua eclipsis est, hoc est vocabula desunt. Nam ea nunquam laudabilis est: nisi quod desit de se constet, hoc est nisi breuitas fiat sine obscuritate. Sciendum præterea illic, qui variare cupit rem prodigialiter vnam, oratori semper vitandam, & poëtæ raro concessam carpi, & reprehendi licentiam, qua non digredimur solū, sed & materiam mutamus. quæ mutatio ijs, qui res varias docet vt sunt didascalici .i. doctrinales vitiosa non est, sicut ijs qui rem vnam incipientes narrare, prius q̃ eius narrationem absoluant, rem penitus diuersam, & nihil ad institutum pertinentem interserunt, & postea ad institutum redeunt, qui nimirum (vt Poëta dicit) variant rem prodigialiter. Etenim monstro simile est ita res commiscere.

Regula igitur est.

Transitionem in aliam materiam ita faciemus, vt compositio non sit monstri, ac prodigij similis. Præterea non sic vnum vitabimus peccatum, vt in aliud incidamus, sed rem uiribus nostris æquam aggressi sic pertractabimus, ut finis principio, ac medio respondeat. Qui tamen penitus diuersa docent, satis fecerit si corpus sit vnum, licet membra diuersa, dummodo non repugnantia.

IANVS Maxima pars uatum) Nulla viueodi virtus est, cui non suum uitium sit proximum. In uiuendo timiditas, & astutia prudentiam assimulat, seueritas iustitiam fingit, temeritas velatur fortitudine, parcitas tegitur temperantia. Ad quas si quis affectet, nisi doctrina rerumque cognitione firmatus fuerit, hallucinabitur, cecutiensque quicquid se primum offeret, pro recto sequetur, sæpeque pro uirtutibus uitia, quæ illarum mentita speciem obuiam ueniunt, amplectetur. In loquendo duo suntque obseruantur, res & uerba. Res sedem uerbis, uerba rebus dant

Maxima pars vatum, pater, & iuuenes patre digni  
Decipimur specie recti. breuis esse laboro,  
Obscurus fio. sectantem leuia, nerui  
Deficiunt, animiq́. : professus grandia turget :  
Serpit humi, tutus nimium, timidusq́. procellæ.  
Qui variare cupit rem prodigialiter vnam :  
Delphynum siluis appingit, fluctibus aprum.  
In vitium ducit culpæ fuga ; si caret arte.  
Aemylium circa ludum faber Imus & vngueis  
Exprimet : & molleis imitabitur ære capillos :  
Infelix operis summa : quia ponere totum,  
Nescit. hunc ego me, si quid componere curem,  
Non magis esse velim : quàm prauo viuere naso  
Spectandum nigris oculis, nigroq́. capillo.

lumen. In rebus inuentio obseruatur, in verbis elocutio quæritur, in vtrisque collocatio. Quæ inuenienda, & quomodo inuenta collocanda, satis duobus præceptis dictum est ab Horatio. Iam suas partes exigit elocutio minor illa quidem inuentione sed non facilior, & poëtis maiori obseruanda. Inuenire enim, & disponere, quamuis possit prudens, & studiosus, eloqui tamen, id est quæ mente conceperis, promere, non nisi ingeniosissimi, vt orator, & poëta. Nec tamen ita est sectanda elocutio vt rerum, qui nerui sunt poëmatis, neglecta diligentia, toti circa

ca inanem verborum sonitum occupemut, & versiculati sermone opus non exornemus, sed effœminemus. Nam veluti forma picta, ficta colorata offendit, sic nimis cultum poëma luxuriosum, & plus æquo magnificum, stomachum mouet. Sunt ergo eloquendi uirtutes, quas figuras dicimus, tres, in quibus omnis oratio non vitiosa versatur grauis vna mediocris altera tertia attenuata appellantur. Sed vicina habent vitia, & propter qua, in quæ facile incauti delabuntur. Grauem qui sectantur, tumidi fiunt quandoque & inflati, suffultam id genus appellant. Mediocris studiosi, languidi sæpe euadunt, & enerues, quod dicunt dissolutum. Attenuatæ figuræ amatores, aridi exeunt, & exangues, quod exille appelant. Sed hæc omnia, dicendi præstantissimus magister stylus, commeodat. cui omnis artis, ingenij, prudentiæque loci, omnesque se efferunt sententiæ. Hic verba omnia, quæ cuiusq. sunt generis maxime illustrta eligit, collocatque, & facit vt pure, & latine loquamur, deinde plane, & dilucide, tum vt ornare, ad rerumque dignitatem apte, & decore. Mutatur autem is crebro. talisque ex stylus vt plurimum, qualis est vita. In Ennio, sub quo nascens primū nec satis firma poëtica, lacertos mouere cœpit. Mera est oratio, & simplex dicendi genus, vt castissimam illius seculi videas integritatem. Pacuuius paullo ornatior, cultior & elaboratior. nam de Terentio nostro tam potest iri inficias, a Lælio, & Scipione composita fabulas, q̃ negari ingentem illis fuisse grauitatem. Virgilius vbertatem copiam, iudicium, & rerum illam dominam redolet Romam. Cœpit Ouidius cum seculo luxuriari. Nam Tibullam nemo neget ocio marcescere, nec furor ille Netonianus latet in Lucano Senecam affectare nimis non sui seculi sapientiam tragœdiæ indicant. Sub Domitiano vt recte viuere, sic recte scribere difficillimum fuit. Hinc durus Statius quem plus conari sentias, q̃ assequi. Syllium scias intellexisse quid melius esset, nec voluntatem, quin sublimius scriberet, & excelsius, sed ingenium ac vires defuisse. Itaque sanè licet affirmare, eundem ingenio colorem esse qui animo sit. Pictores plerunque & statuarij quo habitu corporis sint, ipsis operibus cognoscuntur. sic poëta, si animo fuerit sano, & composito & temperato, & siccum & sobrium habebit ingenium: illo vitiato, hoc corrumpitur. Danda est ergo opera, vt sicut animum, sic stylum excolamus. Optimum quē que imitemur, nullum sit verbum rubiginosum nulli sensus tarda, & inerti structura componatur, sic quod aures demulceat, q̃d oculos delectet. Denique sermo talis sit, quale hominis corpus, vt nec venæ appareant, nec ossa numerentur sed temperatus ac bonus sanguis impleat membra, & exurgat toris, & ipsos neruos robur tegat, & decor commendet. {Breuis esse laboro} Magna virtus, res de quibus loquimur, clare, atque, vt cerni videantur enunciare, nec in omni sermone quicquam tam est elaborandū q̃ vt intelligamur, nec lectorem fatigemus. Triplex est ad hanc rem via. aut enim sic loquemur, vt nihil addi possit, aut vt nihil detrahi est & inter vtranque tertia vt nec assurgat oratio, nec penitus deprimatur. Breuitate vtemur in rebus minimis, quæ dicuntur ieiunius, nec his potest orationis vbertas adhiberi, sed quicquid dilucidum est præclare dici videtur: quæ si quis ornare velit, rem agat puerilem, cum tamen debeat planè, & perspicue expediri. delectat breuitas, cum altiorem præbemus intellectum, q̃ ipsa per se verba declarent: aut plus significamus q̃ dicimus: vt illud Virgilianum,

Demissum lapsi per funem.

Quo equi magnitudo demonstratur, aut etiam, quod non exprimimus, innuimus. vt,

Quos ego.

Illa autem laudatur potissimum, quæ plura paucis complectitur. Vergil.

Et campos vbi Troia fuit.

Cui illud contrarium est,

Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ.

Et Ouidianum illud,

Iam seges est vbi Troia fuit.

Sed huius breuitatis studiosi fiunt plerunque obscuriores, non rerū obscuritate, vt in Tymæo Plato, sed de industria, veluti Heraclitus Scotinus Obscuritatem maxime facit inuisitatorum, & exoletorum verborum receptio, eorumq. ambiguitas, & non seruata proprietas. Sicq multa vitabimus ꝙ humilia putemus verba, & infra rerum dignitatem, eaque circunscribemus, vt qui sparthum erat dicturus, hibericas ait herbas. Fit rursus obscuritas contextu, nec tam longus sit, vt cum nequeat intentio persequi, vel verba differuntur, diuq. expectata vix ad clausulas redeunt, vel medio sermoni aliquis sensus inscribitur: vt.

Saxa vocant Itali, medijs quæ in fluctibus aras.

Et rursus dum equinum inscribit pullum.

Nec vanos horret strepitus.

Pluribus insertis, quinto demum versu.

Si qua, inquit, sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit.

Vitanda & sermonis ambiguitas. ut,

Aio te Æacida Romanos vincere posse.

Potissimam nubem inducunt sermoni, qui inania congerunt verba. & communem loquendi consuetudinem perosi, spe nitoris ducti, ita miscent & iungunt sensus, vt exolui nequeant, quique asperam amant, & perfractam compositionem dilluebant de industria si quid effluxerit placidius, nec iuncturam volunt sine salebra, vitilemq. putant & fortem, quæ aures inæqualitate percutiat. Ex his sunt illi, quos deflexa verba, tanquam exquisitoria delectant non secus q̃ pomiliones, strumosi, distortisq. corporibus maiori apud quosdam sunt in pretio. Sic nihil delectat ex communi, ꝙ recta nihil ex ingenio habere puteni, quæ pelits totam occupauit Æmiliam. Nec minore contrahitur obscuritas in similitudinibus, si ignotæ sint, & obscuræ cum quod illustrandæ rei gratia assumitur, clarius eo ipso esse debeat, quod illuminatur, qualis est Virgilij illa.

Qualis vbi hybernam Lyciam, Xantiq. fluenta
Deserit, aut Delon maternam inuisit Apollo.

Quos Horatius reprehendit. Hi sunt quibus breuitatis æmuli necessario orationi verba subtrahunt, quibus sententiæ amputantur, & verba ante expectatum cadunt satisq. putant factum, si ipsi sua intellexerint: quod nolint lectorem ociosum. hincq. putant se haberi doctissimos, si, quæ dictent interpretanda sint. Suetonius refert Tyberium Cæsarem morositate stylum obscurasse solitum. Fit enim plerunque vt iudicij nimia seueritate, & tristi censura nihil absolutum putemus, nisi in quo vehementissime elaboratum sit. Hinc nimia cura quæ scribas peiora fiunt, neque tam lima poliuntur, quàm exteruntur. Appelles hac se vna in re a Protogene superari fatebatur, quod ille manū de tabella sciret tollere. Calimachus κακόζηλος dictus est, quod nullum diligentiæ finem haberet. In Salustio mira contingit in breuitate felicitas, certabat cum optimis sententijs, nec illas corrumpebat, sed vincebat. qui cum parente breuitatis Thucydide breuitate contendit, vicitq., & in suis castris eum cecidit. Sic enim sententiam a Thucydide dictam expressit, vt paucioribus comprehenderit verbis, & nihil saluo sensu detrahi possit. ea est, Res secundæ mire sunt uitijs obtentui. Titus Liuius tamen corruptam hanc sententiam obijcit Salustio, non Thucydidis amore, sed vt læderet quem non timebat, putaretque facilius posse a se Salustium uinci, fiante à Thucydide uinceretur, sed ueluti ex breuitate timenda est obscuritas, sic cauendum ne pro periphrasi perissologiam effingamus, & macrologium, id est longior quam oportet sermo fugiendus, & superfluis onerata uerbis oratio uitanda. Lepide M. Tullius, cum quidam filium in utero matris decem mensibus fuisse dixisset, Aliæ, inquit, in penula solent ferre. Est & uitium maximum, sententas repetendo corrumpere, & dum contentus non sis bene semel dixisse, facere ne bene dixeris repetendo, Ouidius cum Polyxena esset adducta, ut ad Achillis tumultum immolaretur, Hecubam facit dicentem,

Cinis ipse sepulti
In genus hoc sæuit.

poterat hoc contentus esse. adiecit,

Tumulo quoque sensimus hostem,

Nec is contentus addit,

Æacide fœcunda fui

Pulchrum erat. si quod bene cesserat, reliquisset. neque .n. minor uirtus est scire desinere, q̃ dicere. sed sua non ignorauit Ouidius uitia, sed amauit, & quo peccabat, in alijs reprehendebat. nam cum Varronis carmina legisset,

Desierant latrare canes, urbesque silebant,
Omnia noctis erant placida composta quiete.

Dixit meliores fore uersus, si secundi ultima pars absconderetur. Nec mediocri eget cura compositio, ut non solum turpem sonum uerba iuncta non edant, sed ne occasionem turpitudinis dent, quale illud,

Incipiunt agitata tumescere.

&, Placidumque petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.

Quod si orator corrumpitur uerbis maxime improprijs, redundantibus, comprehensione obscura, compositione fracta, uocumq. similium aut ambiguarum captatione puerili, certe si pro

prijs

prijs vtemur verbis recto ordine, non in longum dilata conclu-
ſione, nihil deerit, nihil ſupererit, adapertum ſaciemus poëma
& dilucidum. [Decipimur ſpecie recti) Cacozelon vocant, quo-
ties ingenium iudicio caret, & ſpecie boni fallitur omnium in
eloquentia vitiorum peſſimum. Zelus eſt vbi ſententia tempe-
ratur, vt nec modum excedat, nec infra deijciatur. [Quod ſi plus
æquo res extollitur, cacozelus, ſi ad infima deijcitur, chamæ-
zelus dicitur. Dionyſius hæc. [Sectantem leuia) Inter graue, &
attennatum dicendi genus quoddam eſt intermedium interie-
ctum, & quaſi temperatum, nec acumine poſterioris, nec flu-
mine vtens ſuperioris, cuius proprium eſt vno tenore fluere ſo-
lamque afferre æqualitatem, & facilitatem, omnemque ora-
tionem verborum ſententiarum modicis ornamentis diſtingue-
re, & dicendi quoddam candido genere delectare, non arctis
iunctum numeris, ſed ſolutum libetius, non atrox, non mirabi-
le, ſed caſtum & verecundum, non quod animos perturbet, ſed
placet, non tam perſuadeat quam delectat concinnisque vtatur
ſententijs, & probabilibus. Debet autem hoc in genere neruo-
rum, vel minimum, ſuauitatis eſſe plurimum, quippe cui om-
nia dicendi ornamenta conueniant, & q translationes quaſi ſtel
læ illuſtrent. vt cum Ennius artem, & vrbem orbas dixit.
Alligantur & huic quidam lepores, vt inſignis & florens ſit ora-
tio. ſed niſi ſumma aſſequamur, diſſoluti & neruis articulisque
effracti euademus. In quod vitium decidimus deſidia diſcentiū
& inſcitia præcipientium. Sat enim putamus bonos nos poëtas
eſſe, ſi molliter finxerit carmen, ſi commode cantetur, & ad ſi-
des referatur, ſi numerum variarit, ſi non vno ſemper modo cæ-
ſuras fecerit. atque ita dum dulces eſſe volumus, prædulces ſu-
mus, & effracti explicatione non ſplendida, ſed operoſa, & cul-
tu nimis acquiſito, verborum compoſitione molli, oratione
magis laſciua quam læta. Quod ſi digrediendum ſit, malim
poëtam hirta indutum toga, q̃ fucatum, & meretricis veſtibus
inſignitum. Feramque commodius rudem Ennij muſam, q̃ cul-
tum carmen Adriani, vt Animula vagula, blandula hoſpes, co-
mesque corporis, quæ nunc abibis in loca? Pallidula, rigidula,
nudula, nec vt ſoles dabis iocos. Aut tinnitus Gallionis, aut ca-
lamiſtrum Mecœnatis debilem facito manu debilem pede, coxa,
tuber adſtrue giberum lubricos quare dentes, vitam dum ſupe-
rem bene eſt, hanc mihi vel acutam ſi ſubdas crucem feram. Et
alibi, Quid turpius amne ſiluisque ripa comantibus? vide vt al-
ueum lyntribus arcat verſoque vado remittat ortos. Et illud,
Sol & aurora rubent, plurima inter ſaxa mouit aqua fraxinos
ne exequias quidem vnus inter miſertimos viderem eas. Quis
cum hæc legit verba tam improbe ſtructa, tam negligenter abie
cta, tam præter omnem conſuetudinem poſita, non illum ſpa-
donibus comitatum ſupinum videat, & diſcinctum? Quo er-
go pulchriora ſunt quæ ſenſu, & elocutione diſſolueris, eo o-
rationem magis deformem facies, q luce verborum, colloca-
tionis negligentia deprehenditur. Primus Caſſius Seuerus ab
illa veteri dicendi grauitate, & directa via flexit orationem. De-
ſerunt nerui quoties firmus ſane paries, & duraturus non pla-
cet, niſi ornatus, pictus & expolitus, quod fit verborum laſci-
uia, ſententiarum lenitate, compoſitionis licentia.
[Profeſſus grandia) Magna, & ornata verborum conſtructio
maieſtas, amplaque grauitas ſententiarum grandiloquium fa-
ciunt poëma, vehemens, varium, copioſum, ad commouendosq́.,
& conuertendos animos inſtructum atque paratum, in quo non
minor ſit vis quàm copia, crebra epitheta, propria, probata, ſi-
ne quibus nuda ſit oratio, & incompta. Volentibus id aſſequi,
nunquam ſpecies ab vtilitate diuidenda eſt. Sit illius Studioſus,
verbis nitidus, magnus ſublioris, figuris iucundus, translatio-
nibus magnificus, compoſitione elaboratus, tanquam eloquen-
tiæ propola. Grandiloquos plerunque faciunt poëtas, fauor po
pularis, & larga principum manus. Neque enim poteſt tenue
pectus magna concipere, nec non niſi magno in opere probari.
Nobiles equos longus curſus, & magna ſpatia commendat, ſic
poëtam latus campus oſtendit, per quem niſi liber feratur, &
ſolutus, frangitur & debilitatur. Illum populi plauſus accendit
huic magni honores diuitiæ, muneraque vires miniſtrant. Miran
tur Virgilium addidiſſe ſubitarium finem carmini canentem.
at ego minus miror. cui enim diuinum non excitet ſpiritum Au
guſtus auditur, & vniuerſus populus Romanus ſpectator? qui
illius inclitis verſibus in theatro aſſurrexit vniuerſus, & forte
præſentem ſpectantemque Virgilium veneratus eſt ſic quaſi Au-
guſtum. non enim ſemper poetæ non aſſurgendum. Habet
Venerem ſubmiſſa quandoque oratio, preſertim ſi quid dicen-
dum incidat humile, cauendum ne tam graui dicendi generi ma-
cula inuratur. Virgil.

Cæſa, inquit, iungebant fœdera porca.

Fecitq́. elegans fictio nominis ne vile eſſet, quod fuiſſet ſanè ſi
(porco dixiſſet. Ridetur poëta ille qui ait,
Prætextam in ciſta mures rolere Camilli.
At illud Virgilianum admiramur, Exiguus mus.
Facit additum epithetum ne plus expectemus, & caſus primus
minus dedecet, & inuſitata vnius ſyllabæ clauſula gratiam facit.
Si ergo ſemper ardens, ſemper grauis, ſemper acer fuerit, inque
hoc vno ſe exercuerit, aut huic tãtum generi ſtuduerit, vix ſanus
poterit iudicari. Cupiunt ſublimitatem in poëmate quæ ſenſu
carentia actum quendam, & animum ſumunt: vt,

Pontem indignatus Araxes,

Ferrumq́. armate veneno.

Sed veluti modico vſu ac opportuno attollitur, ſic frequenti tæ-
dio cumpletur. Fit autem ex graui ſuffultum, & turgidum, ſi in-
faniam affectabit, & grandius aliquid q̃ res poſtulet, narrabit. Eſ
ſet huiuſmodi Virgilianum illud,
Templa Dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto.
Niſi ſubeſſet hiſtoria. Caſſius Seuerus reprehendi meruit, quod
ſemper ardens, ſemper eſſet concitatus, & crebris plenus ſenten-
tijs. Quod vitabit poëta, ne pro grandi turgidus fiat. [Serpit
humi) Humile dicendi genus numeris penè ſolutum eſſe opor-
tet, tenue, vagum. Sed ne licenter errare videatur, nimium cul-
tum horreat. ſed idipſum decet, quod nihil habeat ornati, & ſua
ſit pulchrum ſimplicitate. non gemmæ, non cincinni, non cala-
miſtri appareant, fucus omnis repellatur, ſola munditia, ſola
remaneat elegantia, acutæ ſententiæ, & crebræ quæ in hoc ge-
nere, etiam ex abdito erutæ delectant, ſermo purus, in tranſ-
ferendis verbis verecundus, in priſcis parcus, inuſitatis frequens,
translationibus delectetur, paullo etiam libetius, & quam mol-
liſſimis, compoſitio placida, lenis ſubmiſſa, non verba iteren-
tur, non vetuſtates quærantur, non ſimiliter concludantur,
non paria paribus referantur, nulla lumina aſſumantur illu-
ſtria, nec proſopopœię fiant, vt ab inferis mortui excitentur.
Sales facetiæque mirum quam huic generi conueniant. Pro-
prium autem eſt docere omnia, & dilucidiora facere, non am-
pliora, ſubtili quadam & preſſa ratione. nihil ſordidum, nihil
captatum, nil contra ullum propoſitum, ſenſus honeſti, nec al-
tius dicti, nec magnifice, ſed in ſententiam coacti. abſint ſtimu-
li illi acres, & ſubiti ictus ſententiarum, furorque ille poëticus
non elatus, violentus, torrens, ſed effuſis. purus fluens. Con-
nexio non excitet, non pungat, non feriat: ſed interdum præ-
terlabatur ocioſa, & ſine tædio ſpatietur. nec tarear hoc ſuaui
dicendi genere, habet enim quandoque plus virium remiſſa, &
lenis oratio, quàm ille ſummus ardor, & contentio. Cum de
rebus dicitur grandioribus, ipſæ res verba rapiunt, ita fit cum gra
uior tum ſplendidior. Sed tenues res dicuntur ieiunius, quibus
vix orationis vbertas poteſt adhiberi, ſatisque habent ſi diluci-
de dicantur, & perſpicue. Sed cauendum, ne dum niſi tritum vo-
lumus, & commune, in ſordes incidamus, & aridi exanguesque
euadamus, ne dum plus iuſto coli fugimus, plus iuſto ornamen
ta negligamus: & dum crura nolumus, alas velamus. Serpunt
enim humi qui ita rem tractaor, vt debent, ſed aliquaoto minu-
tius. Qui aculeis quibuſdam, interrogatiunculisque punguot
anguſtis, quibus licet lector aſſentiatur, nihil tamen animo mu-
tatur, idem abit qui aduenerat. Serpit rurſus humi qui dum vi-
tat ne ut flumen infinite feratur oratio, eneruat compoſitio-
nem, vt nulla eſſe vis poſſet, vitium ineſſe Siculis refert M. Tul-
lius. Non ſit ergo poëta hoc in genere humilis, ſed placidus:
non abiectus, ſed nitidus, non depreſſus, ſed planus. [Serpit
humi) Qui dum vult conſuetudinem imitari, & putat ſe ob fa-
cilitatem poſſe aſſequi, experiens decipitur, & dum plurimum
ne ſit ſanguinis cauet; omnem ſuccum demit, dumque maxi-
mas vires ſtudet ſubtrahere. non aduertit integram. orationis
eſſe oportere valetudinem. Ne pudet bonus poëta uno eo-
demque genere ſemper vtendum, ammiſtenda ſunt hæc ipſa, &
omnia ſimul copulanda, nec in vno diu præſtandum, ſed tan-
quam in aciem omnibus inſtructus armis poëta exierit, nunc
hoc, nunc illo, veluti res dicendæ exegerint, vtetur. eodemque
in opere nunc dicet ſummiſſius, nunc aget preſſius, nunc totus
aſſurget, & exultabit audacius, nec id temere vel arbitratu, ſed
quemadmodum dicendorum ratio popoſcerit, moderabitur.
Tripartitam hanc varietatem, locum, tempus, perſonas inſpi-
ciet. Quoties probãdum aliquid, quoniam neceſſitatis eſt, ſub-
tile ſequemur, & tenue. cum delectare placet, in quo omnis in-
eſt ſuauitas, modicum, & mediocre genus tentabimus, dice-
musque

musque explanatius, tum etiam vberius, & ad popularem intelligentiam accommodatius. Si vero flectendi sunt animi, & mouendi, vehemens illud & arduum, cuius proprium est uincere aggrediemur: atque ita humilia dicemus subtiliter, temperata mediocriter: grauiter magna. Denique si quid de vita de moribus, de omni consuetudine scripserimus, tenue erit, iucundum & ad delectationem accommodatum. Si quando animi perturbantur, vehemens incensumque fuerit & concitatum, eadem vtetur in stylo ratione, modo maturus erit, & grauis, modo huic contrarius, ardens, erectus, infensus. Cumque proprius suus sit cuique stylus, & hic fluat, & redundet, ille breuiter, & circuncise dicat, hic siccus & sobrius quâdam amet dicendi frugalitatem ille pinguis florida lasciuiat oratione, bonus poëta nulli addicet se, nec quo illum fortuna tulerit, tanquam hospes deferetur, sed permiscebit omnes stylos, & omnia, & ex omnibus suam sibi eloquentiam conflabit. Virgilius non iam hominis, sed poëticæ nomen, non eadem omnibus in locis, etiam in Aenea vtitur contentione. Mutatur crebro, nonnunquam etiam ad quotidianum genus sermonis accedit, nec semper eundem perpetuumque dicendi spiritum sine ulla commutatione obtinet. modo argutijs agit, & acumine, modo totus assurgit, modo a grauissimo discedens ad medium delabitur, modo arctatur, vt magis contra iram possit, nunc inundat copiosissimus, ut nihil sit addendum, nunc siccus est & sobrius, nunc cultus, & floridus, nunc hæc omnia permiscet, & facit unum quoddam ex omni vniuersitate pulcherrimũ temperamentum. Hunc ergo imitemur, hunc sequamur, ab hoc ne latum quidem vnguem digrediamur, si poeticam assequi desideramus. [Qui variare cupit) Nihil poterat post tria dicendi genera opportunius collocari, quàm ipsa uarietas, cum figuram in dicendo commutare oporteat, vt facile satietas uarietate vitetur. atque ideo verborum sententiarumque flores spargentur, non æqualiter, sed distincte, tanquam insignia quædam, & lumina. Picturam nulla æque res commendat atque varietas. Musica reclamet si vnam serues æqualitatem, nec flexiones admittas. Ipsa terra hic læta segetibus est, & pratis, ibi siluis, & rupibus hispida, hic sicca harenis, hic irrigua fontibus, pars vasto aperitur mari. Nihil denique aut animo, aut corpori placebit, si uarietatem sustuleris, quod maximis voluptatibus semper fastidium sit finitimum, & similitudo mater sit satietatis. Poëma sine intermissione, sine reprehensione, sine varietate, licet clarum sit pictum coloribus, non tamen erit in delectatione diuturnum. Homœologia fit, quoties nulla uarietatis gratia tædium leuatur, quæ non animo solum, sed etiam auribus est ingratissima. Itaque bonus poëta non in eadem semper hærebit sententia, sæpe declinabit a proposito, sæpe se ipsum reuocabit, sæpe eadem multis modis versabit, & quæ dixit repetet, sæpe argumenta rationibus concludet, interrogando urgebit, & rursus ipse sibi ad interrogata respondebit. nunc hominum mores describet, nunc muta quædam inducet loquentia, nunc similitudines comparabit. vtetur exemplis, occupabit quæ opponi posse uideat, breuitatem sequetur, modo rem diffuse subijciet oculis modo supra feretur q̃ fieri possit. nunquam denique in vno eodemque scribendi, stylo consistet: Veruntamen hæc nisi collocata, nisi structa, nisi nexa recte fuerint, siluis delphinum adpingemus. nam quid poterit esse tam monstro simile, q̃ unam rem variare indecore, nec personarum respicere conuenientiam, & lenem se præbere, vbi vi agendum sit, asperum esse, ubi lenitas desideretur, nec scire dicendi genera, & figuras apte, cõmode, suisq́. locis collocare? An non etiam fluctibus aprum collocabimus, si ad id quod proposueramus, alicuius placentis uerbi decore rapiemur? si non ornamenta quæremus, sed lenocinia? si non sat erit bene, & præclare dixisse, etiam belle, & festiue uolemus? si rebus nomina modum excedentia aut non accedentia imposuerimus? si nihil proprium placebit, & in transferendis nimium delectabimur, splendoremq́. conabimur accersere, & uerbis utemur aliud significantibus, & similitudinem non seruantibus? Variabimus etiam prodigialiter, cum uno nimis uerbo utemur & in eius significatione iocabimur, ut in Satyris Q. Ennij, Nam qui lepide postulat alterum frustrari quem frustratur frustra. eum dicit frustra esse. Nam qui sese frustrari quem sentit qui frustratur, is frustra est, si non ille est frustra. Nec minus agit prodigialiter, qui in aliam, q̃ incœperit, materiam, exijt. Pacuuius reprehenditur, quod cum Zetum, & amphionem fratres de musica introduxisset disputantes, omnis disputatio in sapientiæ rationẽ, & uirtutis utilitatem consumitur. Virg. male audiuit. i. reprehensus, & accusatus est, quod comparationem illam de Diana ad Didonem uariauit indecenter.

Qualis in Eurotæ ripis, &c.

Quid enim simile, inquit, Didoni, serio incessu incedenti inter Tyrios principes, operi instanti regnisque futuris, cum Dianæ venatibus ac lusibus, & pharetra? sed licuit illi euagari, variareque similitudinem. Eidem vitio dant quod in Ætnæ descriptione variarit indecenter tertio,

Portus ab accessu, &c.

Voluissent nimium reprehendendi cupidi homines, illum aut rei causas exquirere, vt Claudianus, aut spumantis materiæ flumina ostendere, vt Pindarus, sed artificiosus poëta, vt ostendat rei miraculum a portu aduersus Ætnam, ea narrat, quæ procul potuere nauigantes deterrere. nam quod

Ad cetera, nubem
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla.

Reprehendunt quod non fumare soleant, quæ sunt candentia, puerile est. neque enim fumantem dixit candente fauilla, sed nubem candentem fauilla, oblitusque est noster Gellius hanc locutionem libro quinto notasse pro Virg. contra Iulium Iginum,

Ipse quirinali lituo, &c.

Nemo ergo poëtarum tam docte hac vsus est varietate, quàm Virg. presertim in catalogo, vbi potissimum discedit ab Homero, nec ordinem vrbium populorumque seruat, nec eandem semper repetit figuram, sed variat, quod castæ aures Latinæ crebram horreant repetitionem, atque illa in eo maxime delectat varietas, quod nec singulos inducit duces pugnantes, quodque plures inter pugnandum nominet, qui prius non sint dicti, quòd nec duces manum conferant semper, nec in catalogo nisi primi describantur.

Variare cupit rem prodigialiter vnam) Varietas, inquit M. Tullius, Latinum verbum cum sit, proprie in disparibus dicitur coloribus, transferturque in multa disparia. Qui, inquit, varium studet poema efficere, atque vt similitudinem vitet, plus iusto vacat eloquentiæ, vtque admirationem excitet, & noua inserit & miranda, nisi artem norit, in proximum vitiuo cadet, medijque terminos excedet, & suæ illæ in poëmata varietates tam erunt prodigiosæ, quàm si pictor in siluis delphinum pingeret, aut aprum in fluctibus.

Vnam) Recte vnam, neque enim prodigium erit plures simul materias committere vnam eandem rem, sed eandem nimis discutere, nimis exornare, frustulatimque rimari, id est quod vitio datur. Prouerbium huiusmodi erat apud Græcos delphinus in sicco, quòd statim moriatur. Videtur autem Horatius se suo telo iugulare, qui in Odis scripserit,

Piscium in summa genus hæsit vlmo,
Nota quæ sedes fuerat columbis,
Et superiecto pauidæ natarunt
Æquore damæ. quin & Ouidius,
Et summa, inquit, piscem deprehendit in vlmo. nec diu post,
Et modo qua graciles gramen carpsere capellæ,
Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocæ.

Sed datur venia, quod inundationem describant, quam fas est per amplificationem exagerare.

In vitium ducit) Ob virtutem vitiorumque vicinam, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur.

Culpæ fuga) Timendum est, ne dum alterum fugias vitium in alterum cadas. In epistolis hanc repetit sententiam,

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Si caret arte) Qui imperiti sunt, nec vllam nouere artem, licet magno sint ingenio, quod ignorent quæ subiungenda sint magnis incœptis, quæ fulcienda, quæ relinquenda, quæ variãda, dissolutum poëma faciunt, & ex diuersis congestum, vt cohærere non possit, simile puerorum commentarijs, in quos magnas sententias, & res bonas, nullo tamen ordine referuntur. Vnde fit vt indocti maiorem habere copiam videantur, quod dicunt omnia. Doctis electio placet, & modus. Debent ergo in poëta spectari, natura, doctrina, vsus. natura ingenio, doctrina scientia, vsusfructu continentur.

Æmilium circa ludum) Bene ageretur cum poëtica, si quamlibet eius partem assecuti, in nostram tota veniret potestatem. Veruntamen quædam est totius forma, partiumque connexio, vt, si quid vlli membro defuerit, frustra sit in ceteris laboratum. Erunt enim multi, quos non deseret inuentio, non corrumpet collocatio, non stylus decipiet, non fallet variatio, sed cum in vnum omnia corpus redigentur, illa Venus decorque poëticus destituet, nec omnia vbique paria sibi eademq́. erunt. Bonus poe

ta vno

tis vno ibit gradu, vna uia gradietur, sic colloeabit singula, vt proximis respondent, nec stylus cum materia discrepet, aut variatio cum inuentione discordet, aut dispositio cum conclusione dissentiat. Quin & in re etiam tenui sæpe occupantur poëtæ nec tam contextu quam flosculis ornamentisque detinentur, maioremq́; vni ornandæ parti operam, q̃ ceteris impendunt. vnde quicquid est, inæquale est, nec totum laudatur opus, si quædam emineant notabilia. nòn celebratur silua in qua vna arbor magna sit & spectata, nisi in eandem tota surgat magnitudinem tota inspicienda res est, tractanda tota. poëma non vno sit membro admirabile, sed omni corpore, nec solo laudetur membro, sed singulis. quin nec totum laudetur, si vni parti sua defuerit pulchritudo. Nec recuso quo minus singula membra ornentur, omnia. non dicetur formosus adolescens, cuius oculi laudentur, aut os, aut manus, sed ille cuius vniuersa facies partibus singulis abstulit admirationem. Poëtæ ergo nihil deesse oportet, nihil superesse. sciat æque desinere, ac dicere. nec quicquid erit patietur frigescere. semper crescat oratio, nouasque vires eundo acquirat, cui cum ad summum perduxeris, quicquid adijcias detrahere videaris, vt facile deficiat qui descendat. Potissima laus in summa subducenda consistit, quam nisi quis recte opportuneque putauerit, omnis ratio confundetur. Aemiliorum familiæ patritiæ, & vetustæ initium dedit Mamercus Numæ filius vult creditus, sit dictus quod eodem fuerit nomine filius Pythagoræ. Is cum mira esset sermonis lepiditate, ob id ipsum Aemilius est appellatus. nec diu Mamerci nomen in vsu fuit post illum ter dictatorem, & anno ac semis censorem. Trifariam inuenio diuisam familiam, vt alij Pauli, alij Scauri, alij Lepidi nominentur. Pauli celebratur ars in bello in Pyrrhum, vbi Valerius Torquatus absorptus, dedicata. vnde postea oracula reddebantur. Sed uigore, fideq́. in rempub. nescio an quisquam illum uicerit, qui ad Cannas sponte perijt. cuius filia Africani uxor fuit. filius autem patri non dissimilis celebratissimum illum è Macedonia uicto Perse triumphum duxit: quo tempore Domitij Aenobarbi sunt dicti. huius filij duo in adoptionem dati, alter Maximis, alter Scipionibus, duo uiuente adhuc patre mortui. in quo hæc Paullorum defecit familia. licet quendam Propetr. Paullum celebret. Scauris dispar fortuna, quippe qui supra tres ætates iacuerint obscuri, usque ad Marcum illum senatus principem, cuius pater carbonariam fertur artem exercuisse. hic ille est qui Varum accusatorem tam lepide luserit, ex cuius munificentia Athletarum certamen tractum Romæ qui de uita sua libros treis scripsit, Dolabellam accusauit, Metellam pontificis Maximi filiam duxit uxorem, domumque habuit magnificam in ea parte palatij, qua ad uiam sacram descenditur, cuius columnæ positæ postea sunt in theatro Marcelli, cuius filius Sullæ priuignus scenam dedit temporariam, qui Tertiam Mutiam à Pompeio impudicitiæ crimine repudiatam uxorem duxit, accusatus à M. Tullio defensus est. Hunc puto illum esse, quem in Syria præfectum dimissum ferunt a Pompeio, cuius sororem, Antistia repudiata, idem duxerat Pompeius. Fuere Scauri usque ad Claudij Imperatoris tempora, inter quos declamator ille in precio est, cuius orationes senatusconsulto combustæ sunt. Ferturque alius ad fasces prouectus, qui ancillarum suarum menstrua uorabat. Tandem ea familia in Scauro, qui etiam Mamercus est dictus, maiestatis accusato, extincta est. Nam Terentium Scaurũ, qui Caselli errores notauit, non puto ex his esse. At Lepidi nõ tam antea vtiles q̃ postea perniciosi populo R. fuere. Laudandus, qui puer bello Celtiberico ciuem seruauit, cuius statua in Capitolio senatusconsulto posita est, quiq́. censor, & Pontifex maximus, cum L. Flacco reip. causa in gratiam redijt. nec minus Porcina orator, & qui uiam à Placentia Ariminum perduxit, quiq́. princeps senatus quinquies fuit.

Execrandus vero, quem Pompeius Italia eiecit, & ante omnes

Qui gessit socijs impia bella tribus,
Qui libertatem Mutinensi Marte receptam,
Obruit auxilijs vrbe gemente nouis.

Post quem secunda progenies auo similis, meritas pendere pœnas sunt coacti. [Ludum) Licet plerunque absolute literarium intelligamus, attamen hoc loco pro gladiatorio accipimus, vbi se exercitent gladiatores, vt matutinus, vt gallicus, magnus. Iudicat autem eius statuarij tabernam, qui vngues exprimeret recte & capillos. [Imus).i. in ima parte habitans, vt ab summo ad imum .i. statim vltimus post ludum Aemilium. [Exprimet) Exprimere sciet. [Vngues) Non tam poetica, q̃ cetera corpora ex ijs ipsis speciem accipere debent, ex quibus vires. Si quis eadem corpora muliebriter comat, fœdissima sunt ipso ferme labore, nec ornat corpus, sed mens detegitur. Translucida illa & versicolor quorundam elocutio res ipsas effœminat, quæ illo verborum ambitu vestiantur. Poëma, si toto corpore valeat, vngues polire, & capillos reponere, non putemus ad nostram curam pertinere. [Molles,) Id est mobiles, animatus & viuos, vnde est illud Virgilianum.

Excundent alij spirantia mollius æra.

[Imitabitur,) Id est excudet. [Summa) Quod nos breuiarium dicimus, olim, cum Latine loqueremur, summarium vocabatur. [Totum) .i. summam nesciet finire venustatem, & decus poëmati addere. Est enim quædam Venus quæ explicari nequit, sed ex diutino vsu tanquam ex igne statim prosilente succensum lumen solet in animum irripere. [Ponere) Coniungere totam machinam finire. [Hunc) Talem huiusmodi poëtam, & fictorem, qui in summa peccabit. [Cutem) Velim. [Prauo) Turpi. [Nasum) In quo plurimum est decoris. [Nigris) Pulchris in Odis ait, Nigris oculis, nigroque crine decorum, quod hi nigri sint decentissimi, mirumque adijciant formæ augmentum. Coma vt nitida esset, & discriminata, maxime dabant operam Lacedæmonij pueri, q Lycurgi dictum illud esset, Coma pulchros venustiores fieri deformes autem ferociores.

Maxima pars vatum) Apostropham facit ad Pisones .i. pars poetarũ decipimur studio virtutis, & imagine boni dum p̃ferimus veritatis imaginem delabentes in vitia. [Pater, & iuuenes,) Et magister, & discipuli. [Breuis esse laboro) Quasi diceret, volo scribere breuiter. Laus est.n. breuiter narrare, sed dum vult aliquis breuiter narrare, fit obscurus. [Sectantem leuia nerui Deficiunt, animique) Sæpe eneruatos versus scriber, qui dat operam, vt scribat delicatos. [Leuia) Splendentia, bene cadentia: vt, Pars leues ocreas lento ducunt argento. [Serpit humi.) It per terram .s. dicendo vilia, ille qui tute vult scribere, & non audet se magnis imponere rebus. Dum quidam inflatos versus vitant, fiunt viles, terræque fit proximus qui timet inflate dicere dum se tueri vult. [Qui variare cupit rem) Qui uult uarium scribere, sæpe inepta scribit. [Prodigaliter) Mirabiliter, monstrose. [In virium ducit).i. dum vult fugere culpam, cadit in vitium. Docet hic non esse indulgendum eloquentiæ, ne quis incidat in opinionem inepti, & superflui, id est culpæ fuga ducit in vitium, si nescit aliquis culpam vitare. vt ipse alibi: Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. [Æmilium) Ab Aemilio inuentum, qui faciebat statúas quæ ponebantur in harena, vbi ludi celebrantur. Aemilius locus in quo quidam Aemilius gladiatores suos habuit. Circa hunc ludum Imus, erat quidam statuarius. Alij dicunt imum breuem. Alij in extrema parte positum ludi, qui cum vngues, & capillos, & alia membra bene formaret, in perfectione statuæ deficiebat. Hic ergo dicit nihil oportere deesse poëtæ. [Exprimet, & imitabitur) Futurum pro præsenti. [Infelix) Sup. in perfectione operis non doctus, sed infelix. [Ponere) Finire. [Totum) i. finem. i. venustatem consumationis. Interdum enim videmus singula membra artificiose facta, & totius operis formam minime placituram. [Hunc) Talem. vt, Hic finis Priami fatorum, hic exitus illum Forte tulit. [Si quid componere curem) Nolo me parte quadam corporis fœdissimum esse, & reliquis splendidum, sed magis opto integra esse specie. ita enitor omni parte poëta videri, nulla in parte alia discrepans. [Non magis esse uelim) Si me, inquit, huic fabro conferre voluero, ero dimidia corporis parte ridendus, ut partem ridendam habeam, quamuis laudandus spectandus sim in alia. i. hunc me esse nolo, id est huic similis esse recuso, qui perfectus non est. [Quam prauo uiuere naso) Marcido, turpi. Si velim, inquit, aliquid scribere, nolim huic esse similis, sed magis volo me esse pulchrum nigris capillis & oculis, & cum torto naso, quam scribere poëma cui aliquid desit. [Spectandum) Laudandum i. uidendum, vt vna pars pulchra, alia deformis sit, quod dedecet. ACR.

Maxima pars vatum Decipimur specie recti.) Hoc tale παράγγελμα est: Erramus, inquit, & dum conamur veram virtutem sequi, in vicina virtuti vitia incidimus. nam breuiter scribentem sequitur obscuritas, leuia componentem nerui inhibẽt, diserta profitentem uitia spreta rerum inspectio. [Qui uariare cupit rem prodigaliter unam) Aliud hoc præceptum est, non esse fabulis indulgendũ, nec extenuandam vsque in vitia materiã. [Æmiliũ circa ludum faber Imus) Aemilij lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nũc Polycleti balneum est. hic demõstrat ærariũ fuisse fabrum imum, hoc est in angulo ludi tabernam habentem. POR.

Nimium, timidusque procellæ) Serpit humi oratio, quæ pressiur humiliorq́. est quàm oportet, semper quasi iacens, DOCT. *interpr.*

nun

nunquam assurgens. Iste quidem dicendi vsus à nauigantibus translatus est, aut ab ijs, qui procumbentes in tertam ita repant, ne rectos turba ventorum aufetat.

ASCEN. IN hac parte, quam secundùm posuimus, Poëta sermonis de corum explicaturos, monet quemlibet materiam æquam viribus suis sumere. Nemo etenim natus ad humile, aut medio cre dicendi genus, ad sublime feliciter aspirauit. quod innuit Maro dicens in Buc. Cum canerem reges, & prœlia Cynthius aurem Vellit, & admonuit, pastorem Tityre pingues Pascere oportet oues deductum dicere carmen. quod est? Apollo monuit me natum ad humile dicendi genus vtpote Bucolicum, non canere reges, & prœlia .i. non aggredi heroicum carmen, quod altisonum est, & sublime. Nec mirum, quia (vt inquit Propert.) Naturæ sequitur semina quisque suæ. Et si in mechanicis ad quod se quisque opus natum senserit, in eo opere maxime proficit, non abhorrens à vero est in literatijs quoque lucubrationibus sectandam esse summopere naturam, qua duce nemo facile errauerit. Vt ergo quis & facunde, & diserte, & ex ordine quod vult, dicat, summopere necesse est, vt materiam æquam viribus deligat. Nam non omnibus vna vena est. Vnde etiam poëta noster sibi negatam fatetur carminis heroici maiestatem dicens lib. Sermonum ij. Sat. j. ad Trebatium dicentem, Aude Cæsaris inuicti res dicere, multa laborum præmia laturus (dicens inquam sic) Cupidum pater optime, vires Deficiunt, neque .n. quiuis horrentia pilis Agmina, nec fracta pereuntes cuspide Gallos, Aut labentis equo describat vulnera Parthi &c. Est autem (vt prælibauimus) materia triplex. Primo, quia aut omnino vera est, & re vera gesta vt in historijs. aut non vera est, sed veræ similis, & quæ geri potuit, vt argumenta Comica, aut neque vera, neque vero similis, vt multæ fabulæ poëticæ, qualis apud Virgil. asserens naues Æneæ mutatas in Nymphas. & multæ transformationes apud Ouid. quibus tamen aut ad naturam, aut ad historiam, aut ad mysticam rem aspiciendum est. Hæc autem tria videlicet fabula, historia, & argumentum diffiniuntur à Cic. lib. j. ad Heren. sic, Fabula est quæ neque veras, neque verisimiles continet res. vt eæ quæ in Tragœdijs traditæ sunt. Historia est res gesta, sed ab ætatis nostræ memoria remota. Argumentum est ficta res, quæ tamen fieri potuit. velut argumenta Comœdiarum. Sunt præterea quædam materiæ sublimes, & de diuinis, & heroicis ac regalibus rebus tractantes, quæ sublimi charactéri, atque heroico carmini competunt. Sunt mediocres, vt doctrinales, quæ mores, leges, instituta, aut artes docent, siue hæ liberales sint, vt Astrologia Arati, & physica Lucretij, siue mechanicæ, vt agricultura Hesiodi, & Maronis, quibus mediocris charactet, ac carminis qualitas competit. Sunt ad hoc humiles, vt pastorales, histrionicæ, humilesque apologi, ac triuiales doctrinæ. quibus infimus character humillimaque qualitas competit. Stylus prætetea, seu character, seu figura, seu genus dicendi, est tam in oratione q̃ in carmine triplex. Nam est genus dicendi vber, seu sublime, aut altisonum. est gracile, seu tenue, atque humile, est mediocre. Vberi dignitas atque amplitudo est Gracili venuste, & subtilitas. Mediocre in confinio est utrisque modi particeps. Decorum ad hoc ut in sequentibus latius patebit, potissimum triplex est. Rerum uerborum & personarum. [Qualitas quoque carminas. ut stylus (nam fere pro eodem accipiuntur) est triplex potissimum, Sublimis, mediocris, & humilis. Genus Poëmatum prætetea (vt ostensum est) triplex est, Narratiuum, actiuum, & mixium. Quod agitur, triplici agentium calceamento distingui solet, ut dicetur ibi, Archilochum proprio &c. Est prætetea triplex intentio poetis, ut explicabatur ibi, Aut prodesse uolunt &c. Dicit ergo poeta, vos qui scribitis .i. scribere intenditis, sumire .i. vltro capite & deligite, materiam æquam, id est æqualem viribus uestris (quia sumere minorem pusillanimi est, maiorem temerarij) Et uersate, id est considerate, diu, id est plusculo tempore, quid humeri uestri, id est uires uestræ, recusent, id est refugiant, ferre, id est portare, & quid humeri uestri ualeant ferre. Quia nec fœcundia, id est bene fandi donum naturale, aut acquisitum, nec ordo lucidus, id est rem lucidam faciens, deseret hunc (Orator diceret eum) cui res erit lecta, id est electa, id est qui rem diligeret iuxta vires suas.

*Naturæ dux vitæ* · *Materia triplex.* · *Fabula* · *Historia* · *Argumentum* · *Stylus triplex.* · *Decorum triplex.*

Sumite materiam vestris, qui scribitis æquam
Viribus: & versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. cui lecta potenter erit res?
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis hæc virtus erit, & Venus: aut ego fallor:
Vt iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
Pleraque differat, & præsens in tempus omittat.
Hoc amet; hoc spernat promissi carminis auctor.

IANVS SVmite materiam) Non possunt vitia quæ ab Horatio fugienda notantur, tam facile vlla via vitari, q̃ seipsum metiendo, suum ingenium, suas vires pensiculando. cum enim seipsum quis perspexeris, totumq. tentarit, intelligit q̃ apta, q̃ idonea habeat instrumenta ad id quod affectet, ad sequendum, nec aggreditur quibus se impa rem esse cognoscet, sed q̃ quisque nouit artem, in ea se exerceat. Inde exclamat ille,

Qua potest quisque, in ea conterat arte diem.

Virgilius nondum Deo plenus: regum Albanorum res gestas exorsus omisit. Propertius, & Horatius quo minus Augustum celebrarint, Heroici carminis maiestate, & sublimitate sunt deterriti. Dum pudor,
Imbellisq. lyra musa potens vetat.
Laudes egregij Cæsaris, & tuas
Culpa deterere ingenij.

Nihil ergo turpius q̃ malignum pondus, quod ferre nequeas capiti committere quo mox cogatis poplitem flectere, & ab incœpto abstinere. Versandum animo, an possis cogitata exequi & ad metam perducere. sed tamen ita versandum, ne dum bene dicere desperamus, cupiditate, & labote consumamur. ad perfectum enim studio, non indignatione opus est. notumq. est illud Iulij Flori Stultum esse, velle melius dicere q̃ possis. Curandum vt q̃ optime dicamus, dicendum tamen pro facultate, nec putandum sola illa bona esse quæ latent, & quæ inuenire nequeamus. [Versate) Tractum a baiulis, qui vecturas onerum corpore suo factitant. quod genus Græci βασαζέντες vocant. [Cui lecta) Præmium subducit bene versantibus eorum materiam. [Cui) Cum ad sumendam pro viribus materiam inuitasset, opportune fructum ostendit. [Potenter) Quantum quis potest, nouum aduerbium recte formatum. [Facundia,) Id est qui non, vt vellet, sed vt potest, materiam elegerit, is nec vbertatem verborum ditemque dicendi copiam desiderabit, nec dispositione confundetur. [Ordinis hæc virtus) Licet sint quamuis formosa quæ inueneris, nisi diligentia collocentur, omnis venus, omnis suauitas desideratur. Nihil est bonis ingenijs feracius, quæ veluti fœcundæ segetes nō solum fruges: sed etiam herbas effundunt frugibus inimicissimas, quas ordo euellet. Poëta impetatorem imitabitur, suo quæque loco vbi plurimum proficere, & valere possint, tanquam equites, pedites, leuemque armaturam in maximis, opportunisq. partibus collocabit, & veluti ille in pugnando, sic in dicendo hic facile victoriam consequenti. Tanti autem est ordo, vt vel deformia poëmati inserere, non dedeceat, nō vt emineant, seu necessaria sint, sed vt suos locos temendo, meliorem locum concedant melioribus, vt quædam in corporibus membra videmus inesse. Schemata & metaplasmos ita amant poetæ, vt manifesta etiam vitia sequantur, quæ si detrahas, carmini suauissima demas condimenta, sin vnum in locum congerantur, totum vt acre, putidum, rancidum fastidimus. Ordo igitur ea gubernans, & moderans, nec apud se nimia, nec vbilibet aliena esse patietur. Summissa quædam impolitisque simillima inter ipsos talos ac venustos locos sese interponens illustrat oratio quæ si sola sit, proijcitur tanquam vilis, si autem desit, illa pulchra non prominent, non in suis quasi regionibus, possessionibusque dominantur, ibique ipsa propria luce obstant, totumque confundunt. [Aut ego fallor) Veluti corrigentis .i. aut ego poëticam non noui. [Vt iam nunc dici) Ordo duplex est naturalis primum, quo ita res exponenda vt gesta est. Alter artificialis dicitur, quo á medijs rebus incipimus. Ille historicis, hic conuenit poëtis. Hoc fecit Virg. qui à nauigatione incepit Æneæ, non à Troiæ excidio. Si enim primum excidium narrasset, non posset quæ voluit de Didone effingere. Hoc comici faciunt, & tragici. Lucanus q̃ a principio belli ciuilis ordiatur, á multis excluditur Helicone. [Iam nunc dicat) .i. modo vtatur ordine naturam. [Pleraque differat) .i. modo vtatus ordine artificiali. [Præsens in tempus) Multa occurrunt, quæ si differas, sint profutura, præsentia nihil efficiant boni: vt Virg. in lib. iij.

Classemq. sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Quo in loco omittit, vt lepidius referat in nono. [Præsens in tempus) .i. nunc differat. [Auctor) Poëta. [Hoc amet)

amet).i quod est par suis viribus. [Hoc spernat) Quod non potest bene reddere dilucidum.

ACR. SVmite materiam) Præcipit poëtis, vt eam materiam eligant quæ vires eorum non excedat antequam materiam incipias, vide an incœpta possis implere. [Versate) Considerate. [Cui lecta potenter) Qui possibilia eliget possibiliter implebit. [Nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo) .i. dispositio, quia reuera ordo manifestat omne quod dicitur. [Ordo lucidus) ἐπίδηλον quia ordo facit lucidam orationem. [Venus) Venustas. [Aut ego fallor) Aut ego fallor, aut ista est ars quam dicturus sum, vt quædam dicat, quædam seruet in aliam partem, vt quæ debent dici, sine dilatione dicantur, quæ non debent, pro tempore differantur. [Iam nunc) In præsenti. [Iam nunc debentia dici) Quæ in præsenti dicenda sunt. [Pleraque differat, & pręsens in tempus omittat) Vt Virg. in nono narrat quomodo fabricatæ sunt naues quibus de Ilio nauigauit Aeneas, cum in tertio non dicat. [Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor) Quod debet dicere in præsenti, quod debet dicere in futuro, vt non omnia dicat quæ veniunt in mentem.

POR. SVmite materiam vestris qui scribitis æquam) Præcipit eis qui sunt poëtæ, vt eam materiam eligant quam possint implere. [Cui lecta potenter erit res) .i. qui legerit id quod pręstare possit. potenter figurauit εἰς τὸ δυνατὸν. [Ordinis hæc virtus erit, & Venus, aut ego fallor) Loquitur nunc περὶ τῆς ἐργασίας, quo ordine seruandum à poëtis Venerem, aut decorem carminis significat.

GLAR. CVi Lecta potenter erit res) Hic libet rursus nostrum ridere annotatorem, tot verbis in oẽs doctos debaccharum quicunque datiuum (mihi) per ablatiuum à me, & similia exponere solent. Nam per ablatiuum ablationem significari per datiuum acquisitionem præcipit, quasi hoc nemo sciat. q̃q̃ qualis est acquisitio, cum dicitur, Paulo amputatur caput, & Socrati eripitur pecunia, & in mille similibus? Verum enim vero in hoc Virgilij, Cui non dictus Hylas, quare non liceat exponere (cui) .i. a quo? Et in hoc eiusdem, Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit, quid prohibet exponere (mihi) pro à me? Hic.s. tam nobilis grammaticus obstabit. Sed obstant ex auctoribus allegata exempla minime. Neque enim nos negamus recte dici, lecta mihi, vt Quintilianus sæpe habet, & item alij, sed quod non liceat mihi exponere pro à mecum additur passiuum participium, hoc quidem inficias imus. Præterea quædam exempla perperam adducit, vt illud ex Ode xxvj. lib. j. Carminum, Quis sub arcto Rex gelidæ metuatur oræ, Vbi ineptissime hic gelidæ oræ, existimauit datiui esse casus, cum sit genitiui, vt in eam Oden obiter diximus. Et illud, Cæco carpitur igni, eiusdem iudicat esse casus, cum sit ablatiui casus. Quod si mihi liberet in adnotationibus ita splendide rhetoricari, vt hoc loco ille fecit, omnes Arcadas ac Bœotios vocans, qui eius non adstipularentur sententiæ, ostenderem huic nugatori q̃ sit Atticus, immo quam sit audatulus, vt nihil aliud dicam. Sed aliud agimus. [Et præsens in tempus omittat) Eiusdem acuminis est, quod ad hæc poëtæ verba idem prodidit. Placet mihi, inquit, vt (præsens) ad auctorem referatur, non ad tempus, vt sit præsens, id est operi suo fauens. aut si ad tempus omnino referendum est, sit talis ordo, auctor pleraque differat, & omittat præsens.s. tempus .s. aliud. Hæc ille docte vt alia. Laurentinus Valla lib. iiij Elegantiarum, exponit in præsens tempus .i. in suum tempus, & idoneum. Idq. mihi magis arridet.

MATT. Bonfinus. PLeraque differat) Placet mihi, vt aut præsens ad auctorem referatur, non ad tempus, & sit præsens, id est operi suo fauens aut si ad tempus omnino referendum est, sit talis ordo: auctor pleraque differat, & omittat præsens, scilicet tempus, in tempus, scilicet aliud, non autem omittat, scilicet pleraque in præsens tempus, id est in tempus illud, quod tunc erit præsens, in quo deprehendere videar absurdi nescio quid equidem, & absoni.

ASCEN. PRo verbi decoro seruando monet, vt in nouitijs tenues.i. parci, & cauti.i. circunscripti, & prouidi sumus, ne aut ridiculi, aut futiles habeamur. in tritis aũt, & vulgatis non vulgares, sed egregij, vtentes eis aliqñ translatiue, quæ tunc tantum gratiam habent qñ quo transferuntur facile agnoscitur. De hac re ita dicit Cic. in de Orat. Ergo ille tenuis orator modo sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus, & parcus, & in priscis, reliquisq. ornamentis, & verboꝝ, & sententiarum remissior. hæc ille. quæ his poëtis nostri verbis conformissima sunt. Sed vt ad auctorem nostrum peculiarius respitiam, considerabo q̃ anxie, & scrupulose vocabulorum nouitiorum fingendi potestatem faciat. Si forte, inqt, necesse est &c. q.d. Si reprehensionem euitare voluerimus: hæc occurrant oportet, vt videlicet sit necessarium rei nouæ vocabulum effingere, cum vetus nondum sit, aut non extet. Deinde vt id pudente faciamus (non staret autem versus, nec tanta esset vis sententiæ, si prudenter legatur) præmuniendũ videlicet, vt dicemus huiusmodi periculis, vt ita loquar &c. Tum vt paree, nec affectasse videamur rebus nouis, aut innominatis vocabulum dare. nec carmen staret si parte legatur. Nam ablatiuus tertiæ in e correptum desinit, aduerbium comparabile in e productum leges ergo parce. Tum vocabulum Græco fonte cadat, ne barbarum sit penitus. Denique si id licentiæ non laudi dandum putabimus. Neque vero periculosius fingemus etiam doctis penitus incognita: sed cinctutis non exaudita Cethegis. Mirus autem artifex poëta, quod præcipit etiam exemplis docet. Nam cinctutis nunc pro cinctis dixit. Sicut induperatorem Satyrographus pro imperatore. Cethegorum autem familia (vt ex Salustio in Catilina colligere licet) nobilis fuit Romæ: & summum bonum in celeritate constituit. Præterea noue dixit Inuideor: pro eo quod est mihi inuidetur. Apte autem dicit detorta: quasi non nata sponte, sed violenter expressa. Græco fonte: Metaphora est à riuis. atque ita docet quomodo etiam veteribus noue vtemur. Sed quia idem ferè iudicium est de veterrimis, & recentissimis vocabulis, vtraque enim sunt fugienda, audiamus quid de vetustis censeant peritiores. Vitanda autem esse nimium vetusta vocabula apud Aulum Gellium Atticarum noctium libri primi, capite decimo, sic admonemur, Phauorinus philosophus adolescenti veterum verborum cupidissimo, & plerasque voces nimiũ priscas, & ignotissimas in quotidianis: communibusque sermonibus exponenti: Curius, inquit, & Fabritius, & Coruncanus antiquissimi nostri, & his antiquiores Horatij illi trigemini planè, & dilucide cum suis fabulati sunt, neque Auruncorum, aut Sicanorum, aut Pelasgorum, qui primi coluisse Italiam dicuntur, sed ætatis suæ verbis locuti sunt. Tu autem perinde quasi cum matre Euandri nunc loquare, sermone multis annis iam desito vteris, quòd scire, atque intelligere neminem vis quæ dicas. Non ne homo inepte, vt quod vis abunde consequaris taceres? Sed antiquitatem tibi placere ais quòd honesta, & bona, & sobria, & modesta sit. Viue ergo moribus præteritis, loquere verbis præsentibus. Atque id quod à C. Cæsare excellentis ingenij, ac prudentiæ viro in primo de analogia libro scriptum est. Tanquam scopulum sic fugias inauditum, atque insolens verbum. Hæc ille. Quintilianus autem libro primo Institutionum suarum, titulo de vetustate sic: Verba & à vetustate repetita non solum magno assertores habent, sed etiam afferunt orationi maiestatem aliquam non sine delectatione. Nam & auctoritatem antiquitatis habent, & quod intermissa sunt, gratiam nouitati similem parant. Sed opus est modo, vt neque crebra sint hæc, nec manifesta, & quia & iam nihil est odiosius affectatione, neque vtique ab vltimis etiam obliteratis repetita temporibus qualia sunt topper, & antigerio, & exanclare, & prosapia, & Saliorum carmina uix sacerdotibus suis satis intellecta. Sed illa mutari uetat religio, & consecratis utendum est. Oratio uero cuius summa uirtus est perspicuitas quam sit uitiosa si egeat interprete? Ergo ut nouorum optima erunt uetera, ita ueterum maxime noua. Hæc illi. Quorum alter penitus uitanda docet ueterrima quæque, alter cum moderamine nisi exoleta fuerint, in sermonem nostrum asciscenda. De qua re compendiose sanè atque utiliter, ut in reliquis, sic loquitur Sulpitius: Ex obscuris, & exoletis quæ omnino uitanda sunt, famam eruditionis non affectabis. Cauebisq. eam nimiam diligentiam, & circunlocutionem, quæ obscurans orationem, gratiam & fidem amittit. Dicendumq́ est aperte: ne ad nos intelligendos sit opus interprete. Nam non intelligi uel maximum uitium est. Quatenus aũt auctoritas maioꝝ nobis imitanda, sic prosequitur idem Quintilianus, eodem capite dicens: Similis est circa auctoritatẽ ratio. Nam etiam si potest uideri nihil peccare qui utitur his uerbis, quæ summi auctores tradiderunt, multum tamen refert non solum quid dixerint, sed etiam quid persuaserint. Neque enim tuburcinabundum, & lurcinabundum iam in nobis quisquã ferat: licet Cato sit auctor. Nec hos lodices, quanquam id Pollioni placeat. Neque gladiolam, atqui Messala dixit. Nec parricidatũ, quod in Cœlio uix tolerabile uř, Nec collos mihi Caluus persuaserit, quæ nec ipsi iam dicerent. hæc ille. Non ergo omnia q̃ auctoritatem habent nisi & consuetudinem habeant, imitari liceat. Non enim quia in Plauto legimus delitiam, papauerem, gutturem. & in Cicerone nex, & odias. & in alijs quæ usu grammaticorum

Margin notes: *De nouis fugiendis* — *Cethegi* — *De uetustis fugiendis* — *De auctoritate quatenus nobis imitanda sit.*

maticorum interdicuntur, sic quoque loquemur. Vt vero quid de consuetudine, quam seruarum oportet, sentiendum sit non ambigitis, subicci eiusdem Quintiliani lib. j. titulo de consuetudine veteris sermoni, verba, quæ huiusmodi sunt, Superest igitur consuetudo. Nam fuerit pene ridiculum malle sermonem, quo locuti sunt homines, quam quo loquantur. Et sane quid est aliud vetus sermo, quàm vetus loquendi consuetudo? Sed huic ipsi necessarium est iudicium, constituendumque in primis idipsum quid sit, quod consuetudinem vocemus. quæ si ex eo quod plures faciunt nomen accipiat, periculosissimum dabit præceptū non orationi modo, sed (quod maius est) etiam vitæ. Vnde enim tantum boni, vt pluribus, quæ recta sunt placeant? Igitur vt vellere, & comam in gradus frangere, & in balneis compotare, quamlibet hæc inuaserint ciuitatem, non erit consuetudo, quia nihil horum caret reprehensione. At lauamur, & tondemur, & conuiuimus ex consuetudine. Sic in loquendo non si quid vitiose multis insederit, pro regula sermonis accipiendum erit. Nam ut transcam, queamadmodum vulgo imperiti loquuntur, tota sæpe theatra, & omnem circi turbam exclamasse barbare scimus. Ergo cōsuetudinem sermonis uocabo consensum eruditorum sicut viuendi consensum bonorum. Hæc ille, quæ de his satis. Idem tñ Quintilianus da varietate uocabulorum de antiquis, ac translatitijs sic disserit lib. j Propria sunt uerba cum id significant, in qd' primum denominata sunt translata cum alium natura intellectum, alium loco præbent. vtitatis tutius vtimur, noua non sine quodam periculo fingimus. Nam si recepta sunt modicam laudem afferunt oratori. Repudiata etiam in iocos exeunt. Audendum tamen. Nanque, vt Cicero ait, etiam quæ primo dura visa sunt, vsu molliuntur. Consuetudo vero certissima loquendi magistra, vtendumque plane sermone, vt nummo, cui publica forma est. Idem lib. viij. Cum sint autem verba propria, ficta, translata, proprijs dignitatem dat antiquitas. Nanque, & sanctiorem, & magis admirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat vsus. Eoque ornamento acerrimi iudicij P. Virg. est vsus. olli enim, & quia nam, & mis, & pone pellucent, asperguntque illam quæ etiam in picturis est gratissima vetultatis imitabilem arti auctoritatem. Sed vtendum modo, nec ex vltimis tenebris repetenda, & paullo post, Multa ex Græco formata noua ac plurima Sergio, Flauioque dura, quemadmodum videntur vtique ens, & essentia, quæ cur tantopere adspernemur nihil video, nisi q̄ iniqui iudices aduersus nos sumus. Ideoque paupertate sermonis laboramus. Quædam tamen perdurant. nam & quæ vetera nunc sunt, fuerunt olim noua, & quædam in vsu p̄ quam recentia. Et iter℞ paullo post, Nam cum sint verbo℞ alia (vt dicit Cicero) natiua i. quæ significata sunt primo sensu, alia reperta, quæ ex his facta sunt, vt iam nobis ponere aliqua, quæ illi rudes homines primiq. fecerunt, fas non sit. At deriuare, flectere, cōiungere quod natis postea concessum est, quando desijt licere? Et si quid periculosius finxisse videbimur quibusdam remedijs præmuniendum est, vt ita dicam, si licet ita dicere, permittite mihi sic, aut consimiliter. hæc ille. Sunt autem qui tribus de causis nouis, aut translatitijs cum venia vti nos moneant, vel quia res nouitia est, & ob id veteri vocabulo carens, vt bombarda machina bellica nuper inuenta, quod vocabulum fictum est a bombo, id est à sono, & ardeo, quia cum ardore editur. Similiter quando rei deest vocabulum, vt grossus, aut nodus in vitibus ex quibus pampinus exit quo gemmas Maro vocat, propter gemmas quæ in nodis digitorum pellucent. Sic sitire segetes, & fructus laborare dicimus, Aut quia res obscœna est. Vnde Virg. folliculum concipiendi seminis genitale aruum, & sulcos appellauit, dicens Georgicorum tertio, Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior vsus Sit genitali aruo, sulcosque oblimet inertes. vel quia nota, & iucunda est translatio, ut flumen & torrens notum est uocabulum aquæ fluentis. Transfertur autem ad orationem, q̄ simile quiddam habet. nam utrunque fluit, & lumen orationis, & generis claritarem, & concionum procellas dicimus. vt Cicero pro Milone, Clodium fontem gloriæ appellat. Debent enim in translationibus tam verborum, q̄ rerum duo seruari. Alterum vt claræ sint, alterum vt non dissimiles ijs ad quæ transferuntur. Accurandum quoque est ut metaphoræ, id est translationes perdurent. Turpe enim est a translatitijs ad ꝓpria, & ad primigenta, uel econuerso redire. vnde (vt Cicero docet) si quis amicos simulatos hirundines uocat, q̄ sicut hirundines aduenrante hyeme auolant, ita illi ingruente aduersitate aufugiunt, non dicet, Sperauit cibo meo gallinam educasse, sed hirundinem offendi, prima enim hyeme aufugit, sed auolauit. ut autem, inquit Quintilianus, translata probari nisi contextu

*ve cōsuetudine ve teri sermonu*

*Verba propria, & translata*

*Consuetudo*

*Verba antiqua*

*Noua verba*

*Ens essentia*

*Fictitia præmunienda sunt*

*Quando nouis vti liceat*

*Bombarda*

*Gemma*

*Translatio apta*

orationis non possunt. Sed ad explanationem veniamus, quæ talis est, Tu tenuis, id est exilijs & modicus, & cautus. i. circunspectus, in serendis, id est de nouo fingendis, verbis, id est vocabulis, dixeris egregie, id est excellenter, & non vulgariter, si iunctura, id est compositio callida, vtpote facta à viro experto. i. elegans, & insueta elocutio, & cohærens sermo, reddiderit. i. effecerit, verbum notum, id est tritum, & vulgare, nouum, id est quasi recens ortum ac inuentum. si necesse est forte, id est à casu, abdita rerum. i. abditas, & nondum nominatas, monstrare, id est significate, indicijs, id est vocabulis conceptum mentis indicantibus recentibus. i. recenter factis, continget. i. cum difficultate eueniet, & licentia sumpta pudenter. i. cum pudore, dabitur. i. condonabitur, fingere verba supple non exaudita. i. non intellecta, Cethegis. i. eiusmodi viris, quales erant Cethegi, cinctutis. i. ad bellum accinctis, & militatibus. Nam imbelles Virg. discinctos appellat, dicens, Fecerat igni potens discinctos Mulciber Afros. Et Persius, Non pudet ad morem discincti viuere Nacæ? & verba uoua, & ficta nuper. i. recenter, habebunt fidem i. pondus, & auctoritatem, si cadant. i. deriuentur, detorta. i. versa, parce. i. sobrie, de fonte Græco. i. origine Græca. Autem pro sed, quid dabit, id est permittet: Romanus Cæcilio, & Plauto veteribus Comicis, ademptum, id est negatum, Virgilio, & Vario poëtis recentioribus? quasi dicat nihil. Et si ego possum acquirere pauca supple vocabula noua. cur inuideor. i. cur mihi inuidetur? (Et hoc dicens noue vsus est verbo.) Cum. i. quandoquidem, lingua Catonis, & Ennij, id est Ennij poëtæ. ditauerit. i. locupletauerit, sermonem patrium, id est Latinum: & protulerit. i. effinxerit, noua nomina. i. noua vocabula rerum, licuit. i. licitum fuit, & licebit semper, perducere. i. ad notitiam hominum deducere, nomen. i. vocabulum, signatum. i. effictum, nota. i. notamine, siue moneta præsente. i. qua præsentes vtuntur. iuxta verbum Quintiliani, qui sermone vt nummo, cui publica forma est, vtēdum vult, est enim translatio à nummis. vt. i. quemadmodum: siluæ mutantur folijs. i. frondibus sui, in annos, id est per annos, pronos. i. volubiles, & decliuos, cito labentes, & instabiles, ut inquam prima supple folia cadunt. i decidunt, ita uetus ætas uerborum. i. uocabulorum, interit. i. deperit, & uerba modo, id est paullo ante, nata. i. efficta, florent, & uigent ritu, id est more iuuenum, qui sunt in flore ætatis. Est autem exemplum sumptum ex sexto Iliados, vbi Diomedes cum Glauco certans, eius genus percontatus est. Ad quem Glaucus in hæc uerba sic traducta respondit: Quid genus, & stirpem rector generose requiris? Tale uiris genus est, quales in robore frondes. quæ. s. intereunt, & renascuntur. Nec ab re dicit in annos, quasi dicat in circulos, quia uicissitudo rerum circularis est. Et dictus est annus. quasi circum natans. ab an, quod est circum, & ideo ab Homero depingitur dracone caudam suam mordente. iuxta quod Virgil. in Georgicis: redit agricolis labor actus in orbem: Atque in se sua per uestigia uoluitur annus. Probat autem tribus argumentis, atque exemplis perire omnia, perire homines, perire uerba, si quidem recipitur in terram fluctus, & quæ antea arabatur, modo sit locus nauibus. si ergo natura mutatur maris, & terræ, quanto magis debemus credere perire homines, & uerba eorum? bene ergo dicit: Debemur morti nos, nostraque. ubi etenim terra in mare ducitur, paludes uertuntur in segetes, flumina suum mutant cursum, quid non mortale credas? Ostendit ergo argutissime ex uisceribus Astrologiæ, & naturalis scientiæ uocabula recentiora debere recipi. Nam si peruetustis uti non licet, operæpretium est si loqui uolumus, noua fingamus, ueluti quia decrepiti, & nimium senes uiuere non possunt, necesse est ut mundus perpetuetur, noui nascantur homines. Quod autem uocabulorum usus ab homine inuentus interire debebat natura sic uolente, ut recentiora floreant, probat per uiolentiam naturæ a maioribus (ut dixi) exemplis. Primum est de Lucrino lacu, qui est iuxta Cumas: per quem Auernus in mare defluit. unde Virg. Georgicorum secundo: A memorem portus Lucrinoque addita claustra: Atque indignatum magnis stridoribus æquor, Iulia qua ponto longe sonat unda refuso. Vbi Seruius, In baiano sinu Campaniæ contra Puteolanam ciuitatem duo lacus sunt, Auernus, & Lucrinus qui olim propter copiam piscium uectigalia magna præstabant. sed cum maris impetus plerunque erumpens exinde pisces excluderet, & redemptores grauia damna paterentur, supplicauerunt senatui, & profectus Caius Iulius Cæsar ductis brachijs exclusit partem maris, quæ ante infesta esse consueuerat, & reliquit breue spatium per Auernum, quo & piscium copia posset intrare, & fluctus non essent molesti. quod opus Iulij dictum est. Et hic regis opus appellatur. Nam

*Ann*

regis

regis opus est mare adimere terræ, vel admittere. Reges enim talia facit. secundùm Actonem tamen non Iulium, sed Augustum dicit. Et re vera vtriusque opus est, quia tempore Augusti iterũ erupit mare, sed Augustus nisus est iterum repellere. Vnde Virg. ix. Æneid. Qualis in Euboico Baiarum littore quondam Saxea pila cadit, magnis quam mollibus ante Constructam iaciunt Põto, sic illa ruinam Prona trahit penitusque vadis elisa recumbit. Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ, quibus verbis ostendit humanam diligentiam contra naturæ ineptum nil posse. Secundum exemplum est de palude Pontina quam (vt ex compendijs in xvj. Liuij colligitur.) Cornelius Cethegus desiccauit ita iam arata largam vbertatem frugum afferret. Hæc Horatij tempore inundatione laborauit quam Iulius Cæsar desiccare voluit, nisi præuentus morte fuisset. De his tamen sic dicit Acrõ: Diuus Augustus duas res diuinas fecit: Pontinam paludem siccauit, vt ad mare meatum haberet, post etiam arari posset. & portum Lucrinum muniuit. Tertium exemplum est de Tyberi, qui Augusti tempore repletus fragmentis murorum erutorum Romam obruit pro magna parte. Vnde Augustus ei aliam viam signauit ab eo loco, quod Velabrum à velis, vel à uectura dicebatur: vbi Vertumnus colitur. De quo propert. in secunda quarti: Romanum satis est posse uidere forum: Ac quoudam Tiberinus iter faciebat, & aiunt: Remorum auditos per uada pulsa sonos. At postquam ille suis tantum concessit Alumnis, Vertumnus uerso dicor ab amne Deus. Seu quia uertentis fructus præcipimus anni. Vertumni rursus credidit esse sacrum. Ordo igitur est: Nos debemus, id est obnoxij sumus: morti, id est interitui, quæ pro & nostra debentur supple morti, siue Neptunus, id est fluxus maris: receptus supple in alueos suos tanquam in locum proprium, arcet, id est amouet: classes, id est naues terra, Aquilonibus, id est per tales uentos, quod supple est opus regis, utpote Iulij Cæsaris, & postea Augusti, siue supple palus Pontina diu sterilis, id est infœcunda, & apta remis, id est nauigationibus, alit, id est mittit uicinas urbes, & sentit aratrum graue propter fœcunditatem terræ, quæ quia pinguis est aratro adhæret. seu amnis utpote Tybris, doctus ab Augusto iter melius, id est conuenientius mutauit cursum suum, iniquum, id est contrarium, & nociuum frugibus. facta mortalia. i. mortalium, peribunt, id est interibunt, nedum, id est non modo, honos, id est decor, & viuax gratia sermonum, id est locutionum, & uocabulorum, haud, id est non stet, id est perduret, hoc est non solum uocabula non permanebunt in uigore, sed & alia omnia hominum inuenta peribunt cum & naturalis immutentur, Multa uocabula renascentur, quæ cecidere iam, & multa cadent, id est interibunt, quæ nunc sunt in honore si usus uolet penes quem supple usum, id est in cuius potestate est, arbitrium, id est liberum iudicium, & uis, id est potestas, & norma, id est regula loquendi. Addamus superioribus pauca. Primum illic, Græco fonte cadant, illud Quintiliani libro octauo. Vt primo libro dixit, Græcis magis concessum est fingere, qui sonis etiam quibusdam non dubitauerunt nomina aptare, non alia libertate quàm illi primi homines rebus appellationes dederunt, nostri aũt in iungendo, aut deriuando paullum aliquid ausi vix in hoc satis recipiuntur. Secundo quosdam peritos viros legere. Quod autem non quid autem, vt sit ordo. Dabit Romanus Plauto & Cæcilio, quod ademptum est Virgilio, & Vario? q. d. minime. Et argumentatur ab auctoritate, quia non minor videtur esse auctoritas posterioribus, quàm prioribus. Plautus ex Vmbria Sarsinas fuit, de quo Aulus Gellius lib. iij. cap. iij. In pistrino Plautum inscripsisse, Varro & plerique alij memoriæ tradiderunt, cum pecunia omni quam in operis artificium scenicorum pepererat, in mercationibus perdita inops Romam redisset, & ob acquirendum uictum ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. Cuius epitaphium Varro in libro primo de poëtis ponit, dicens, postquam est morte captus Plautus Comœdia luget, Scena est deserta, Risus, ludus, iocusque, & numeri Innumeri, simul omnes collacrymarunt. Cæcilius autem hic Statius dictus, natione Gallus fuit Insuber, Alij quasi Gallis eam gloriam inuidentes Mediolanensem, & Ennij contubernalem dicunt fuisse, Obtinet autem, Sedigio iudice, primum inter Comicos locum. Multum tamen a Menandro eum frigere docet Gellius lib. ij. cap. ix. Tertio ibidem melius legi Vario quàm Varo. Varus enim belliger, & poëta fuit, qui Aeneida Virgilianam corrigendam suscepit. Varius autem, de quo auctor noster in carminibus scribit, Vario fortis, & hostium victor Mæonij carminis alite, & primo Sermonum, Plotius, & Varius Sinuessæ, Virgiliusque Occurrunt animæ quales neque candidiores. Terra tulit &c. Et in eodem Satyra x. Forte Epos acer ut nemo, Varius ducit, molle atque facetum Virgilio annuerant gaudentes rure Camœnæ. Item ueram lectionem esse puto, Nedum sermonum haud stet honos. si enim dematur negatio haud sensus esset, honorem sermonis stare, quod poëta pernegat.

*Vertumnus.* *Græcis permissis fingere* *Quod autem* *Plautus* *Cæcilius Gallus* *Varius*

Nunc ad regulam, quæ talis est.

In uocabulis effingendis, & parci ac cauti erimus, poterimus autem tritis uocibus nouarum gratiam mereri, si eas callide, id est per quandam translationem, aut constructionem non uulgarem coniunxerimus. Quod si rebus præsertim nouis, ac nuper inuentis necessem est nouum uocabulum imponere, imponemus id parce prudenter, id est præmisso uerbo & ueniæ, & iusta Græcam originem. Neque uero decenter fingere utamur, cum naturali indicet rerum innouationem, quæ tam in uerbis, quàm in ceteris rebus naturalibus, & humanis, id est artificialibus toleranda est. Summopere autem annitendum est, ijs potissimum utamur, quæ præsens doctorum consuetudo, atque usus comprobat.

In verbis etiam tenuis, cautusq. serendis,
Dixeris egregie: notum si callida verbum
Reddiderit iunctura nouum. si forte necesse est
Indicijs monstrare recentibus abdita rerum:
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget: dabiturq. licentia sumpta pudenter.
Et noua, fictaq. nuper habebunt verba fidem: si
Græco fonte cadant, parce detorta. quid autem
Cæcilio, Plautoq dabit Romanus, ademptum
Virgilio, Varioq.? ego, cur acquirere pauca
Si possum, inuideor? cum lingua Catonis, & Enni
Sermonem patrium ditauerit: & noua rerum
Nomina protulerit? licuit, semperq. licebit,
Signatum præsente nota producere nomen.
Vt siluæ folijs pronos mutantur in annos:
Prima cadunt. ita verborum vetus interit ætas:
Et iuuenum ritu florent modo nata, vigentq..
Debemur morti nos, nostraq.: siue receptus
Terra Neptunus, classeis Aquilonibus arcet,
Regis opus: sterilis'ue diu palus, aptaq. remis
Vicinas vrbeis alit: & graue sentit aratrum:
Seu cursum mutauit iniquum frugibus amnis,

IANVS

In Verbis etiam tenuis) Totius poëticæ fundamentum elocutio emendata, & Latina, quam scire non tam est præclarum q̃ turpe nescire. Cæciliũ, & Pacuuium male locutos accusat vetustas, atque eo actius, ꝙ in illa ætate vt innocentiæ, sic Latine loquẽdi summa laus fuit nemoque Romæ viuebat aliqua domestica barbarie non infuscatus, qui non recte loqueretur. Crescente deinde imperio, cum ex diuersis locis inquinate loquentes cõfluxissent, paullatim vulgo cœpit Romanus sermo corrumpi, ita vt candor ille Latinæ linguæ Liuius ab Asinio Pollione Patauinitatis accuserẽ. Eadem ratio, & Athenis accidit, tantique fuit Attice loqui, vt Theophrastus, q optime omnium loqueretur, ab Attica anicula, cum quàti aliquid venderet preconaretur, hospes sit appellatus, quod fertur tulisse molestissime, ꝙ non hospitis effugerit speciem, cum ætatem ageret Athenis. quin & Demosthenes male fertur ab Æschyne audisse, ꝙ non verba, sed portenta loqueretur, ob eamque rem vt putidus exagitaretur, quo magis expurgandus est sermo, & diligens ratio adhibenda, & vnũ quodque verbum mittendum sub trutina, qualeque sit inspiciendum. verba enim quibus Latinus sermo vtitur, aut nostra sunt, aut pelegrina, aut simplicia, aut composita, aut propria, aut translata, aut inusitata, aut ficta. Nostris vtendum crebrius, quæ in Latio sint nata, & cum vrbe Roma educata. Peregrina non sectanda nec quærenda, nec curiose magis q̃ Latine loqui videamur. sunt autem pelegrina ex omnibus fere gentibus, Prænestinis, Sabinis, Oscis, Tuscis, Atellanis, & omni fere Italia. quin & Gallis, Afris, Sardis, Hispanis, sed Græcis potissimum, vnde nostra maiori ex parte deducta. qua ex re tanta Romanæ linguæ mutatio facta est, vt pri-

Doctus iter melius: mortalia facta peribunt:
Nedum sermonum stet honos, & gratia viuax.
Multa renascentur, quæ iam cecidere: cadentq́.,
Quæ nunc sunt in honore vocabula: si volet vsus:
Quem penes arbitrium est,& vis,& norma loquendi.

mum fœdus inter Romaoos, & Carthaginenses ictum L. Iunio Bruto, M. Valerio consulibus, statim post eiectum urbe regiũ dominatum, ne antiquitatis qui dem peritissimos pleraque nisi difficulter intelligere potuisse, afferat Polybius. Quare illi uidentur errare, qui eandem Romanam Latinamq́ue linguam putant cum omnino Latina illa sit vetusta, Romana vero hæc noua ex multis compacta componuntur autem apud nos verba, aut ex nostris tam integris quam corruptis duobus, aut ex nostro, & peregrino, aut ex duobus peregrinis, quin etiam ex nostris tribus, vt Capsis, id est cape si vis. Lupercalia, quæ à luendo per ea ptum componuntur. nam à (luo) & præpositione per & (captum) lupercalia componuntur. Solitaui ilia, quæ sue, oue, & tauro fiebant. Propria sunt certa rerum vocabula, penè cum ipsis rebus nata. quæ si abiecta, obsoletaq́. sint, vitanda sunt, lectis, & illustribus vtendũ proprijs dignitatem dat antiquitas, fit enim sanctior, & admirabilior oratio, si quædam non quibuslibet in vsu inserueris. sed ab his abstinendum, quæ ab omni vsu sint remota, & ex pontificum commentarijs, vetustissimisq́. fœderibus contracta, vnde famam eruditionis quidam adfectaot, vt quædam quasi soli scire videantur. Propriorum virtus est scire artium, studiorum nauticæ, rei militaris rusticæque, & ceterarum proprietatem scire, & consuetudines. ne dictum consulem. dicas dictatorem renunciatum, aut designatum, legem factam, senatusconsultum promulgatum, aut latum fugienda tamen aliquando proprietas, veluti in obscœnis, sordidis, & infra dignitatem humilibus translata necessitas inuenit, & vt in uestitu accidit, delectatio celebrauit. Delectat autem maxime, quòd ingenij. specimen sit transilire ante pedes posita, & longe repetita sumere, faceteque, vt qui audit, alio deducatur cogitatione, nec tamen aberret. Traosferuntur animi, & referuntur, mouentur, sed obseruandum, vt conueniant, similia sint, & clariorem rem faciant si quando licentiosiora fuerint aliquo uerecundo adminiculo fulcienda, ne omnino abrupta videantur. fictis nouisque abstinendum quòd, & ægre cum decore formentur, & homines ferè, quæ non recognoscunt, aspernantur. Nouantur aut si Græca transferantur, aut Latina coniungentur deriuentúrue, ut perpessionem dixit Cicero, & Cato autumnitatem. quando tamen nouantur, videndum an vsquam in Latina sint lingua, quæ sanè ditior est quam putent qui in illius adytum non penetrarunt. Omnis verborum laus non rationis, sed consuetudinis quam sequi debemus, & in ea exerceri. Caius Cæsar in libro de ratione latine loquendi ad M. Tullium Ciceronem ait. Ac si vt cogitata præclare eloqui possent, nonnulli studio, & usu elaborauerunt, cuius te penè principem copiæ, & inuentorem, bene de nomine ac dignitate populi Romani meritum esse existimamus, hunc facilem, & quotidianum nouisse sermonem, nunc pro relicto est habendum. [Egregie) Docte translate, commode. [In verbis etiam tenuis) Tenuem pro subtili posuit, & molli, non aspero. [Serendis,) Id est componendis. Collocationes enim verborum sunt, compositio, concinnitas, numerus. [Tenuis) In proprijs. [Cautus) In translatis, bona verba sunt splendida, antiqua. propria, translata, mala vero vulgaria, obsoleta, aliena, gentilia, obscura. [Egregie) Debent ergo uerba esse usitata, & eximia, quæque in ueteribus scriptis sint frequentata. [Nouum) Ad id quod diximus, allusit. Nouantur etiam uerba, si ex notis coniungantur, ut aurifodina, oauum ut appromitto. [Iunctura) Compositio. Laberius nouis licentiosus hac in re est habitus, qui Mendicimonium dixit adulteritatem & depudicare, & manuari, id est furari, inuolare, multaque alia huiuscemodi. [Si forte necesse) Si in qualibet arte non ingenua solum, & liberali, sed & sellularia, licet ijs qui in eis uersantur earum rerum quæ nouæ sunt, uocabula constituere, quo magis liceat poëtæ. cui de medio foro uerba arripere, ꝙ sordida sint, plerunque ne splendentia quidem non licet? Sexcentæ res sunt presertim in philosophia, quæ nomina desiderent, nec habent quæ cum habeant, fastidio nostro perdiderunt, id autem est indignius, quòd in egestate fastidium non conuenit. Nouanda sunt igitur uerba, sed si careamus, ne si asilium habemus, tu œstron inculces, atque ideo forte addidit. [Indicis) Indicia, animorum sunt uerba [Abdita rerum) Aut de occultis rebus, id est naturalibus intelligit, aut de ijs quæ inueniuntur in dies, & in hunc diem latuerunt, ut nihil sit quo prohibeamur bombardam dicere campanam, & stapedem. nam ba-

rones, episcopus, parœcia apud Ciceronem leguntur. Vir nostroq́. tempore utraque lingua doctus Gaza, Ouiparis, & Viuiparis optime usus est. Neuius in his formandis nimia est usus luxuria, quippe apud quem pudicolor dicatur Aurora noctitolor Memnon, & silenta loca murcidæ.i. ignauæ, dulciotiloquus, & vituperones legantur. [Callida iunctura) Docta compositio, & doctæ sapienterque coniuncta. [Cinctutis Cethegis) Licet eloquentiam in Bruto, Valerio, Appio, Fabritio, primisque illis Romanæ reipublicæ fundatoribus fuisse negari non possit de quo tamen extet, memoriæque sit proditum eloquentem extitisse primus est Marcus Cornelius Cethegus, quem his celebrat carminibus Ennius:

*Additur orator Cornelius, suauiloquente*
*Ore Cethegus, Veturio collega Philoni.*
*Is dictus ollis auris popularibus olim,*
*Qui tum viuebant homines atque æuum agitabant,*
*Flos delibatus populi, & suada medulla,*

Huic si tanta fuit eloqueotia, quantam in eo prædicat Ennius, cum infans esset Latina res, multa nouare fuit necesse, vt quasi auctor esset conditorque verborum. Ob hoc Horatius noua verba Cethegis ait non exaudita, atque ideo subiunxit. [Cinctutis) Quod is mos fuerat Cethegis, vt seminudi in bellum proficiscerentur. vnde Lucanus:

*Exertiq́; manus vesana Cethegi.* Et alibi,
*Nudiq́; Cethegi.*

Syllius octauo libro:

*Ipse humero exertus gentili more parentum*
*Difficili gaudebat equo.*

Nam & Ouid. cinctutos dixit lupercos. Primis illis Romæ temporibus, tunicæ in vsu non erant, statuæ Romuli in Capitolio, & Camilli in Rostris togatæ sine tunicis visebantur, quo habitu delectatum ferunt Catonem, vt capistro sub toga cinctus in forum prodiret, quod volens innuere Hor. cinctutos dixit Cethegos, ni malis cinctutos pro expeditis accipi, nec discinctis .i. ad pugnam paratis, vnde præcincti strenui dicebantur, vnde ἄζωνος strenuus Græce appellatur, vtcunque, dum cincturos dixit, id voluit intelligere, non illis audita, quibus licebat vndecunque noua verba effingere. Cethegi dicti sunt Cornelij, quod nomen in multis Roman. familijs adscitum est Cornelij appellati Scipiones, Lentuli, Sullæ, Cinnæ, Labeones, quod etiam sumpsere sibi Celsus, & Tacitus, Ruffini, Nepotes, Cossi, Asinæ. [Pudenter) Nõ scurriliter. Theophrastum refert Cicero dixisse metaphoram verborum debere esse pudendam. [Parce detorta Græco) Quoties interpretamur, si vno verbo Græcum verbum exprimere non possumus, idem pluribus verbis tentabimus, vel Græco vtemur, si Latinum non occurrerit, vt in Ephippijs, quæ parce sunt detorquenda, vt propola, qui ille est, qui vænum res exponit, vt Plautus in Aulularia, Gelasinus, Schœnobatem sunt qui nolint. Diuus etiam Hieronymus imparce synotidem dixit pro iugo. [Quid autem) Argumentatio sumpta ex M. Tullij tertio de finibus, apud quem ipse Cicero Catonem alloquitur. Si enim Zenoni licuit, cum rem aliquam inuenisset, inusitatum inauditumq́ue ei nomen imponere, cur non liceat Catoni? [Cæcilio) Hic ille est Statius, qui a M. Tullio malus Latinitatis auctor perhibetur, cui Volcarius Sedigitus palmam statuit de comico, seruus is fuit, nam Statius seruile nomen erat, post ea versum est in cognomentum, appellatusque est Cæcilius Statius. Cæcilij Romæ dicti sunt Metelli, orti a Cæculo Prænestis conditore, vel a Cæa de Troiano Æneæ comite. [Plautoq́ue) Plautus latinæ linguæ genius, M. Accius dictus est, & à pedũ planitie Plotus, mox Plautus dictus. M. Catonis ætate Romæ floruit P. Clodio L. Porcio consulibus, Catone censore mortuus est, centum viginti annis ante consulem Ciceronem. [Virgilio) Virgilius acerrimi vir iudicij, quamuis verborum nouationibus non delectetur, sic tamen antiquis vsus est, vt tanquam vsitata eluceant. Ollis dixit, quia nam, pone, pollucet, cernere ferro, cæteraque, iusto pro iustero, vellemq́ue, dum nihil posset fingere, quod non insigniter asperum, durum, absurdumq́ue esset maluit Græcis vti, vt speleæ ferarum, trieterica, Thyas, & Orphi, Inousque Palæmon, quod de p̃ceptore suo Parthenio sumpsit. Lychnum maluit q̃ lucernam, quin & peregrina amauit: Vros enim dixit, &

Camuris hirtæ sub cornibus aures.

Idest,

Id est, in se redeuntibus.

(Vsrioq.) Varius poëta Virgilij Horatijq. amicus Thyestem Tragœdiam edidit, in qua summopere laudatus est, vt in Medea Ouid. sed non defuerunt qui de laudum cumulo demerent quod Virg. scripto eam edidisset pro suo. Fuere tamen eodem tempore, & Vstius poëta, & Varius dux, licet & hic è poëtica non expunctus. Vari Alfeni dicti sunt, & Accij. [Inuideor) Non nouum protulit, sed ante à Plauto vsurpatum, qui in Truculento ait. qui inuident, egent, illi quibus inuidetur, rem habent, ni velis impersonale dictum antea inuideor nusquam. Mire tamen cum de nouatione loqueretur uerborum, verbum aut nouauit, aut uetustum protulit tanquam renouatum. [Possum). s. recte nouare verba, & parce, detorquere à Græco fonte. [Catonis lingua) Eum intelligit Catonem, quem tam necessarium fuit nasci reip. quam Scipionem, alter enim cum nostris hostibus, alter cū motibus bellum gessit, unde Censorinus, quasi malis motibus deuictis appellatus est. Canterio vehebatur hippoperijs impositis. Cornelius Nepos ait, eum quæstorem ex Africa redeuntem Q. Ennium è Sardinia deduxisse, quod non minoris existimatū, quam quilibet amplissimus Sardiniensis triumphus. Carmen scripsit de motibus. Salust. à Leneo Pompei magni liberto reprehensus est, quod Catonis verborum ineruditissimus fur esset, vnde noto incessitur epigrammate:

*Et verba antiqui multum furate Catonis,*
*Crispe Iugurthinæ conditor historiæ.*

[Et Enni) Cum duo fuissent Enni, nec id indocti animaduertissent, factum est vt de patria, & libris ambigatur. Hic tamen ille est Rudiensis, qui primus res Romanas Heroico carmine complexus est, quem imitatos Ciceronem, & Virgilium non impune accusat Seneca, quippe cui respondet Aulus Gellius. [Signatum) Perstat in sumpta metaphora ab ære, vir perfectissimus dixit, verbis vtendum esse, vt numis publica moneta signatis. [Vt siluæ folijs) Confirmaturus nouari posse verba. Male, inquit ageretur de re Latina, si cum multa intereant, non noua orirentur. Intereunt autem verba, & nostro fastidio, & politiori iudicio, quòd antiquis rusticamus placebat sermo, & qui plenioris soni esset, sequens ætas facta delicatior manum iniecit, & veluti disciplinam pristini seculi, ita & sermonem fastidire cœpit, & noua uerba parturire, antiquatis illis noua substituit, antiquorūque illam pinguitudinem exilirare sermonis castigauit. Hinc u litera paullulum cessit de medio, & i cœpit delectare, ut Manibiæ, libido, maximus, commissator, delixus, arispex, contimax, aucipium, sed verborum eadem ratio est quæ, & uini, ut nec nouum placeat nec nimis vetustum ullum habeat suauitatem, quædamque in eo sit ætas, cum non de musto ac lacu sumitur, nec natum consule Tullo, aut Opi mio quæritur. Delectant tamen quædam antiqua repetita, ut peccatu dixit Cicero, & fretu, & antistitas. Adferunt enim plerunque uetusta uerba, quia intermissa sunt, gratiam nouitatis similem, quæ etiā antiquitatis auctoritate iuuatur. Modus ergo adhibendus, semperque Cælaris illud notum ante oculos, ut tanquam scopulum sic insolens uerbum effugiamus, non minus obliterata repetenda, ut exantlare, prosapia, aplauda, floces, flaces, hallucinari, caperarum, & plurima id genus, quæ illi solent libenter usurpare, qui sero in literis profecere, ut quæ nunquam didicerint, cum semel scire cœperint, magnifaciant. Sisenna usitati sermonis emendator à Caio Rufio, cum Sputatilicia dixisset, lepide irrisus est. [Vt siluæ) Comparatione ostendit nihil stabile esse in rebus humanis. [Interit) Perit, extinguitur, Plautus. Qui per uirtutem peritat, non interit. [Nata) Ficta, nuper facta. {Vigent) Vigorem habent, delectant. [Nos, nostraque) Argumentum á maiori. Si nos, inquit, nostraque omnia etiam grandia, & quæ immortalia putantur, peribunt, an putamus uerba nun interitura, quæ tanquam folia singulis annis decidunt, & renascuntur, nec habent quicquam stabile? [Receptus) De Lucrino lacu intelligit à C. Iulio Cæsare magnis molibus incluso, quod opus Virg. celebrat lib. ij. Georg. Iulia qua ponto, &c.

Augustus deinde profecturus in Pompeium, portum Iulium apud Baias immisso in Lucrinum, & Auernum mari, larum effecit. [Receptus) Inclusus. [Regis opus) Puto intelligi de Iralico Labyrintho, quem fecit sibi Porsenna rex Hetruriæ sepulcri causa, simul ut externorum regum uanitas quoque ab Italicis superaretur. Plinios meminit lib. xxxvj. [Sterilis) De Pomtina intelligit, quam duo amnes faciunt, aufidus, & Vfens, quę uiginti quatuor urbium loca occupabat, eam exiccauit Cornelius Cethegus consul, cui ea prouincia obuenerat, agerque ex ea factus est. Caius Iulius Cęsar, quin siccaret, morte pręuentus est, idemque Hostiensem portum rei difficultate deterritus omisit, quem postea Claudius Imperator perfecit. [Vicinas vrbes) Anxurem, Pipernum, Saturam, Seciam, sed & Capenates, Lucumque Feroniæ.

Annis) Tybris. [Doctus) Ab Agrippa nomine Augusti. [Iniquum) Tybris cum omnia longe, lateque inundaret, & crebro magnā iacturam agri Romano inferret, Augustus alueo purgando aium adiecit. Et qm̄ nihil est quod tam faciat inundationes, q̄ sinus fluuiorum, q̄ recto non possint cursu deferri, quem ad velabrum Tyberis flecteretur, dato Agrippæ negotio, in hunc quē cernimus, rectum alueum redegit. totumque purgauit, terminos in ripa disposuit, quos effossos vidimus hac inscriptione.

IMP. CÆS. DIVI FILIVS, AVG. PONT. MAX. TRIBVNI POTEST. XVII. EX SENATVSCONSVLTO TERMINAVIT. R. R. EX PROXI. CIPP. PED. XL. S. Id est, Rudetibus reiectis ex proximis cippis pedes quadraginta semis. [Mortalia facta) Quid enim aliud agunt nouæ leges, nisi vt veteres pellant, & prioribus derogent? quin & cœli hæc marisque facies conflagrabit vniuersa, & in antiquum chaos fundetur. [Mortalia facta peribunt) Est enim necesse, vt quæ ortum habeant, occidant, eaque potissimum, quæ hoīes fecerint. Stultum .n. esset putare mortalem quenquam posse aliud perficere immortale. [Nedum) Si ergo mutantur omnia, neque quidquam tam magnum est, qđ non vices patiatur, an mirandum est vocabula interire, & noua renasci? Vtimur hac particula (nedum) præposita maiori re. [Viuax) Quæ diu viuat. [Vsus) Cum vbique possit, omniumq. rerum sit dominus, in verbis tamen potissimum dominatur, qui illorum sit solum quoddam, & fundamentum. Is ille est optimus dicendi artifex, & magister, quo duce multi paruo ingenio, nullis penè literis, vt bene loquerentur, sunt consecuti. M. Varro in illis libris de lingua Latina ad M. Tullium qui desiderantur, in omnibus penè verbis consuetudinem dominari affirmabat, omnia enim analogiæ, & anomaliæ disputatio (quarum altera Aristarchus, alteram Crates peritissimi grammaticorum Græcorum, summa ope defendebant) solo vsu consuetudiniq. remittatur. Darius ille magnus Asiæ regnator quanti esset vsus volēs ostendere, accitis ad se Gręcis, qui eius parent imperio, rogabat, cuiusnam pretij magnitudine patres mortuos comederent, nunquam se facturos responderunt. Tunc vocatis ex India qui Gallaciæ vocitantur, apud quos hęsitandi parentes mos est, adhuc Græcis astantibus, quomodo præmio sciscitatus est admitterēt, vt parentum corpora cremarentur, responderunt Darium loqui meliora, hoc pacto ostendit vsus, & consuetudo quanti esset. Afranius togatarum poëta, sapientiam vsus, & memoriæ filiam dixit: quod sapientem non disciplinis tantum instructum, sed in noscendisq. rebus versatum esse ostendit.

Eius versus est,

Vsus me genuit, mater peperit memoria,
Sophiam vocant me Graij, vos sapientiam.

Cauendum est autem in verbis ne decipiamur, vt pro vsu abusum sequamur, qui illius mentitus speciem imprudentibus se offert, neque.n. vitia, etiā quæ inuaserint ciuitatem, probamus, si enim vsum putabimus q̄ plures faciant, periculosum erit, & formidabile, cum plures semper pro malis accipiantur. Erit ergo usus uiuendi consensus uoluntasq. bonorum, sic loquendi cōnsuetudo, & quædam quasi coniuratio eruditorum. [Vis) Ratio.

IN uerbis etiam tenuis) Si facienda sunt tibi noua uerba obseruata, ut ea dicas quæ placeant, & habeant auctoritatem. [Dixeris egregie) Cum laude dices uerbum uulgare, si illud bene composueris. Aristotelis libros quidam transtulit, sed cum uolens transferre τὸ ὄν, non inueniret quomodo diceret finxit ens, & laudem quæsiuit. Exponit de uerbis ueteribus, & nouis, quomodo poëtica licentia fiant. Nam aliqua, licet uulgaria sint, tamen cum aliqua compositione posse splendescere. [Callida iunctura nouum) Elegans, & noua elocutio, & cohærens sermo. Optimum enim dicendi genus, si noua uerba opportune, & proprie ponantur. [Si forte necesse) Nouum uerbum bene facis, si fuerit necessitas. [Indicijs monstrare) Proferres res nouas .i. ne facias uerbum nouum quando necessitas non est. [Indicijs monstrare recentibus addita rerum) Mire dixit. Indicia.n. animi, uerba sunt. Indicijs ergo recentibus, rudi inuentione uerborum, quia indicia rerum, uerba sunt, secundùm Philosophos. [Cinctutis) Antique dixit, id est militaribus uiris, & ad militiam paratis, unde per contrarium dixit poëta. Discinctos Mulcibee Aphros. i. imbecilles ad militiam. [Non exaudita) Non ante comperta, nondum cognita, pro eo quod est antiquis incogni- ACR.

ta.i. si necessitas fuerit tibi vti verbis recentibus, quæ non audierunt Cethegi antiqui oratores licet vti, sed moderate, vnde ait. Dabitur licentia sumpta pudenter. [Verba fidem) Noua verba nota habebunt fidem, si de Græcis verbis contorta fuerint, vt quod Græci κώνωπα dicunt, nos culicem. [Quid autem Cæcilio, Plautoque dabit Romanus) Quare negauerint Romani Virgilio, & Vario, quod dederunt antiquis poetis. i. noua verba facere? Et hoc dicit, non quod negauere, sed quasi causam quærens, quæ nam esset ratio si voluissent negare.

*Nam si hos prohibet, nec illis licuisse demonstrat.*

[Virgilio, Varioque) Cæcilius ante Virgilium, & Varium fuit, ideo dicit, Virgilium, & Varium nihil posse dicere quod illi non dixissent. Ergo oportet illos quærere noua verba. [Ego cur acquirere pauca si possum, inuideor?) Mire, dum de fingendis verbis loqueretur, secundum Græcos ipse effinxit inuideor, id est inuidiam patior, Inuideor enim negatur posse dici, aut inuideor, prohibeor. [Cum lingua Catonis, & Enni) Marcus Furius, & Cato ille qui Censorius dictus est, & Ennius, quod priores patres dixerunt, illi in suis carminibus posuerunt, & super hoc noua verba inuenerunt. [Dubitauerit) Locupletauerit, auxerit nouis verbis. [Signatum) Hoc tractum est a nummis. [Præsente nota) Notamine præsentis temporis. Verbi gratia, fruitus ante dicebatur, modo fructus, ante punxit dicebatur, modo pupugit dicitur. Vel præsente nota, verbo nouiter inuento, vt hoc nomen inuentum est tempore principis illius. [Producere) Ad notitiam hominum deducere. [Vt siluæ folijs pronos mutantur in annos) Pronos, volubiles, decliuos, & cito labentes, & instabiles, ne aspernentur noua verba, comparatione nouorũ foliorum docet placere. [In annos) Per annos, & est Homerica comparatio. [Debemur morti) Argumentis probat perire omnia, perire homines, perire verba. Si quidem recipitur in terram fluctus, & quæ ante arabatur, modo sit locus nauibus. Si ergo natura mutatur maris, & terræ, quanto magis debemus credere homines, & verba eorum? Perimus ergo nos & nostra, vbi terra in mare ducitur, paludes vertuntur in segetes, flumina suum mutant cursum. [Receptus terra Neptunus) Mare in terram recipitur, quando portus componitur. [Regis opus) Augustum dicit, qui siccauit Pontinam paludem. Nam regis opus, est mare admittere terræ. Reges enim talia faciunt. Diuus Augustus duas diuinas fecit Nam Pontinam paludem siccauit, vt ad mare meatum haberet, vt post & arari posset, & portum Lucrinum muniuit, de quo Maro. An memorem portus, Lucrinoque addita claustra? Atque indignatum magnis stridoribus æquor. Iulia qua Ponto longe sonat vnda refuso? [Sterilisque diu palus) Lucrinum portum significat, & alios qui manu facti sunt ab Augusto, & alia regum opera. Hoc est regis opus, quod nullus facere potest nisi rex. [Seu cursum mutauit iniquum frugibus amnis) ἀπὸ κοινοῦ, siue generaliter, vt quidam accipere volunt quando campos aptos agriculturæ liberant, auertentes flumina quæ infesta sunt eis. [Amnis) Tyberim intelligimus. Hunc. n. deriuauit Augustus qua nunc incedit. Ante enim per Velabrum fluebat. Vnde & Velabrum dictum, quod velis transiretur. [Doctus iter melius) Inductus meliori via. [Mortalia facta peribunt) Zeugma a superioribus. [Nedum sermonum stet honos,) Id est. Si hæc omnia mutantur, verborum gratia perennis manere quo modo potest? [Honos) Pulchritudo. [Viuax) Perpetua. [Multa renascentur) Item fient quæ iam fuere, vocabula supple, & commercia sermonum, quæ sunt sublata de vsu. [Si volet vsus,) Id est, consuetudo & ratio loquendi. Ratio. n. vsu, & consuetudine vincitur. Vsus. n. facit auctoritatem, interdum, & consuetudo vincit regulam, vt frequenter Cicero modium ponit pro modiorum, & liberum pro liberorum, hoc vsu dicitur. [Quem penes) Conuersio est, id est penes quem. [Arbitrium,) Id est iudicium, cuius in potestate est vsus sermonis, & vis loquendi.

POR. DIxeris egregie, notum si callida verbum) Exponit nunc de verbis veteribus ac nouis quomodo poëtica sint. Nã licet aliqua vulgaria sint, ait tamen illa cum aliqua compositione splendescere. Verbi gratia, Curgulio sordida vox est, ornatu accedente vulgaritas eius absconditur, hoc modo, Populatq. ingentem farris aceruũ Curgulio. Curgulio apud Hom. est qui faba libenter uescitur. [Si forte necesse est Indicijs monstrare recentibus) Quod si iam, inquit, ad rem aliquam explicandã uerba antiqua non suffecerint, permittitur poetæ noua fingere. Indicia uerba appellauit, philosophi enim dicunt indicandarum rerum causa, inuentas esse uoces. [Fingere cinctutis non exaudita Cethegis Continget) Omnes enim Cethegi morem seruauerunt eundem Romæ, inter cetera descriptam comam retulerunt. Nunquam enim tunica vsi sunt. Ideo cinctutos eos dixit quoniam cinctum est genus tunicæ infra pectus aptatæ. Eis ergo non exaudita verba, tanquam insolita, & intercisa nemo dixit. Est autem intestinum pusillum. Et deinde uerbi gratia, sic alapam cum vno digito imam fecimus auriculam. [Et noua fictaque nuper habebunt verba fidem, si Græco fonte cadant parce detorta) Et magis, inquit, auctoritatem mereri possunt noua verba, si à Græco fuerint in Latinum deriuata. Transiulimus triclinium, quod antea cœnaculum vocabamus, quia ibi cœnabatur. οἶνον vinum, & a cylice calicem, & a coccyce cuculum. [Ego, cur acquirere pauca Si possum inuideor?) Cum Plauto Cæcilioque permissum sit verba fingere, cur mihi non liceat Latinum ampliare sermonem, & nouis vti verbis? Inuideor, posuit, pro inuidetur mihi. [Debemur morti nos, nostraque) Comprobat nunc morti vniuersa esse destinata, etiam verba interire cum opera hominum. [Sterilisque diu palus) Diuus Cæsar duas instituerat res facere, Portum Hostiensem munire, & Pontinam paludem, quæ est in Campania, ad quadragesimum miliarium emittere in mare. Hanc ergo significat in hoc recepisse, vt iam aretur. [Seu cursum mutauit iniquum frugibus amnis) Tyberim intelligimus, hunc enim Agrippa deriuauit qua nunc vadit, antea per Velabrum fluebat. [Cadentque quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus) Hoc est, ratio loquendi. usus enim nihil aliud est, quam regula sermonis Latini.

Cum lingua Catonis, & Enni) M. Furius, qui & Censorius dictus est Cato, inquit Acron. In quibus verbis M. Portius legendum, non M. Furius. Et quæ continuo sequuntur verba eiusdem Acronis. Quod priores patres dixerunt, ego de Catone, & Ennio intelligo. Deinde quę eiusdem rursus sequuntur. Illi in suis carminibus posuerunt, & super hoc noua verba inuenerunt de Virgilio, Varoque. Neque enim Cato vlla carmina composuit, sed orationes ac historias, vt testatur Cic. de Clar. Orat. At hæc non sunt tanti. Illud quod super hæc poetæ verba. Regis opus sterilisq. diu palus: idem Acron dicit, corruptum puto. Nam cum primum hoc de Pontina palude exposuisset, non ita multo post de Lucrino portu refert intelligendum. Sed sunt commixta commentaria, vt iam sæpius indicauimus.

NEdum sermonum stet honos) Nedum, sanè quam elegãter pro tantum abest, vt posuit: vt Terent. in Heautont. Satrapes si siet amator, nunquam sufferre eius sumptus queat. Nedum tu possis. Non me latent, quæ libro secundo de hac dictione à Valla pręcipiuntur, atqui haud scio num quis ea ita seruarit. Quod autem Badius negationem adijcit, atque ita legit. Nedum sermonum haud stet honos, declinandum est, atque fugiẽdum, immo ego admiratus sum vehementer quid ei in mentem venerit, cum hæc tam temere mutaret. GLAR.

IN hac parte aggreditur Poëta decorum rerum prœlibans varia genera, & varias qualitates carminum cum eorum inuentoribus iuxta diuersitatem rerum. Et primo loquitur de heroico carmine, quod & dignitate, & antiquitate primũ esse constat. Dignitate quidem, quia (vt Græce diffinitur) est diuinarum, & heroicarum, humanarumq. rerum continentia. Itaque argumenti dignitate ceteris præstat, quia Tragicæ res ob id humiliores censentur quòd tristem exitum habent. Excellit præterea styli qualitate, seu charactere. Nam cum triplex sit scribendi character, humilis siue tenuis, quò in Bucolicis Virgilius vsus est, & mediocris, quo in Georgicis, & sublimis siue altiloquus, quo in Æneide, sublimis maxime heroico carmini quadrat, quod Græce Epos dicitur, ab eo quod est ἕπομαι, id est, est sequor, quia in eo dicenda ea quæ iam dicta sunt, perpetuo tenore sequuntur. Nam raro partem orationis, & rarissime sententia totam cum carmine terminamus. Neque vero quodlibet hexametrum heroicum dicitur, quia & Satyrica, & doctrinalia hexametra sunt, sed non continuo heroica, quia non continent heroum gesta, neque diuorum, hominumque iuncta. Antiquitate quoque præstat, quia (ut inquit Plinius) heroicum carmen oraculo debemus, unde Poëta noster postea, Dictæ per carmina sortes. Et uitæ monstrata uia est, & gratia regum Pierijs tentata modis, ludusque repertus. Et longorum operum finis ne forte pudori Sit tibi Musa lyre solers, & cantor Apollo, unde & Pythium hoc carmen dicitur, quia cum Apollo in matris ultionem Pythonem serpentem intermisset, accolæ eius Dei laudes hoc carmine celebrabant. Vel quia Pythiæ Phœbi sacerdotes hoc uersu ipsius oracula, seu responsa pronunciabant, quæ ideo Pythiæ dictæ sunt, quod Pythonis corio tripos Delphicus tegebatur, vnde & cortinam dictam uolunt. ASCEN.

Heroici carminis

Epos

Hexametrum

Antiquitas heroici carminis

Pythium carmen

Pythia

sunt. Quod autem hoc carmine heroum gesta canenda sint, maxime indicauit Homerus, qui (vt inquit Plinius) fons ingenio rum est. &, vt Donatus etiam Comicis, & Tragicis legem præscripsit, is autem Iliada de regum gestis, & fortissimorum ducum egregijs facinoribus descripsit, cuius decorum ita colligit Sulpitius. Hexametri heroici decorum in apta pedum commixtione, & varietate seruabit, si pes non terminet partem orationis, *Hexame in heroi co decorū* nisi forte in primo, quarto, quintóue loco. Et si Dactylici pedes alternis vel interiectis spondaicis temperentur, & contra, illepidus est enim versus prosæ, intercisaque nimis orationis succussans, & maxime si secundus pes partem orationis terminet vehementer offendit, quod fiet minus indecore in tertio, si in monosyllabum designat, & dictiones exiguæ sint. Languide prosterni videtur, qui spondeum habet in quinto. Insurgunt, & fluunt canore quinque continui Dactyli. Incedúntque cum decore Spondei quatuor, si ipsa res exigat. Sententia in versus sequentis partem discurrens, multorumque carminum inter se multiplicatio, q̃ alij cæsuram, alij comma appellant, plurimum iucunditatis habet in loco, vt vbi aut suauitate, aut continuatione, aut vehementia opus est. Absoluto vero sensu constātia plus interdum grauitatis censentur habere. In trisyllabam vocem si desinant, fortius videntur insurgere. In monosyllabam nisi encletica sit, frangi videntur. Male in pentasyllabam, & tetrasyllabam desinunt, gratius in bisyllabam. Vocalium crebras concursiones eiusdemque literæ, & syllabæ assiduitatem, dissonantiamque, & sibilationem magis etiam q̃ in soluta oratione studiose vitabimus, omnemque cultum cum latinitatis integritate seruabimus. Verbis vtemur electis nunc suauibus, nunc canoris, vt res postulabit. Quare tenenda est vis elementorum, vocales enim non sunt vocis eiusdem, i angustior est, e plenior, reliquæ pleniores, semiuocales sonoræ sunt, maximeque l m. r. x. s. aspera est, frequentata sibilat, i presertim antecedente. Sed omnem asperitatem ipsa pronunciatione tam in singulis q̃ in connexis consunantibus facile cognoscemus, hæc & plura ille. Maxima autem laus est in hoc versu, si primo, quarto, ac sexto loco Spondeus sit, vt apud Virgilium. Decet ille videt, sua iam promissa reposci. Item. Immotamque coli dedit, & contemnere ventos. Item. Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos. Ex quinque Dactylis fluit, vt Panditur interea domus omnipotentis Olympi. Spondeus quinto languidum quidem versum facit, sed loco congruum, vbi aut languor est dicentis, aut sententiæ grauitas. Languor dicentis est in illo secundo Æneidos. Constitit, atque oculis Phrygia agmina circunspexit. Et in illis artificiosis versibus, quos in vita Augusti Suet. citat:

*Impia dum Phœbi Cæsar mendacia ludit.*
*Dum noua diuorum, cœnat adulteria.*
*Omnia se à terris tunc numina declinarunt.*

Fugit, & auratos Iupiter ipse thoros, &c. quasi numina (nam de Sinone manifestarium) mœsto animo discesserint, atque ita tardato gressu. Grauitas autem rerum, aut sententiarum est in illo. Virgiliano, Chara deum soboles magnum Iouis incrementum. Semper autem (vt Seruius præcepit) vbi spondeus est in quinto loco, ponitur Dactylus in quarto. Plura patebunt in Elegiaci carminis decoro. Dactylus in sexto non ponitur, nisi abundans syllaba vocali sequenti absumatur. Ordo textus est. Homerus poëta ille insignis: monstrauit. i. indicauit nobis exemplo suo, quo numero. i. quo genere carminis: res gestæ regum, & ducum, & bella tristia (quod est bellorum perpetuum epitheton) possent scribi, id est decantati: quia heroico hexametro, quo vsus est.

Vnde sit regula.

Heroom, principiumq. virorum inclyta facinora Heroico carmine, quale est Homeri in Iliade, & Maronis in Æneide, describi volunt.

Res gestæ, regumq́, ducumq́, & tristia bella
Quo scribi possent numero, monstrauit Homerus.

IANVS Res gestæ) Vnúquodque poema materiam in se continet, & tractationē, materia in verbis, tractatio in verborum est collocatione. De verbis copiose dictum est ab Horatio. super est vt collocationes exequatur, quarum tres partes feruntur, compositio, concinnitas, numerus, & quia non eúdem numerum vnaquæque res desiderat, quo carmine, quæcunque cupias, sint complectenda, ostendit, ne res grandes tenui humiliq. carmini cōmittas, aut amores conuiuiaq., quæque iocos exigunt, heroico tradas enarranda. Heroici carminis inuentionem Apollini acceptam ferimus, quod eo carmine oracula olim respondebant. Hinc & Pythius, versus dicitur, ꝙ interfecto ab Apolline Pythone accolæ hexametrum heroicum sex spondeis cō positum cecinerunt. deinde soluta spondei altera syllaba sine damno temporis cœpit inseri. Iudæi Apolline excluso putant Mosen hoc carmine primum cecinisse. Apud Græcos licet dubitari nō debeat, quin ante Homerum fuerint poëtæ, quod ex eius carminibus intelligi potest, quæ apud Ilium in procorum epulis canebantur, tamen primus heroum res gestas hoc versu cecinisse putatur Homerus, hinc heroicus dictus, nam & Epicus dicitur, ꝙ sermonum capax, quodq́. per eius pedes simplicius, & facilius verba eant, & decurrant. Hunc Ennius longum vocauit. Dignitate primus est, plena oratione grauis, & grauitatis honore sublimis, multaq. pulchritudinis venustate præclarus. Huic carmini potissimum conueniunt fabula, allegoria, antiqua historia, conueniens dictio.

ACR. Res gestæ) Docet quomodo singulæ res, & quibus metris scribendæ sint. [Numero) Metro: vt, Numeros memini, si verba tenerem.

POR. Res gestæ, regumq. ducumq.) Incipit nunc loqui de omnibus metris: de elegiaco, & iambico.

ASCEN. *Elegia* Prosequitur Elegiacum carmen, de quo Diomedes grāmaticus in hæc verba, Elegia est carmen compositum hexametro versu pētametroq. adinuicem positis, vt Diuitias alius fuluo sibi congerat auro.

Et teneat culti iugera magna soli, quod genus carminis scri- *Tibulli carmen.* pserunt apud Romanos Propertius, & Tibullus, & Gallus imitati Græcos Callimachum, & Euphorionem. Elegia autem dicta siue à lugendis mortuis, ferè enim defunctorum laudes hoc car- *Elegiaci scriptores Elegiæ.* mine comprehendebant, siue à miseratione, quæ Græco ἔλεος dicitur: quod Tyrthenus, Græcique Elegias isto metro scriptitauerunt. Cui opinioni consentire videtur Horatius ad Albium Tibullum Elegiarum auctorem scribens, qui ab ea, qua diximus miseratione, Elegos miserabiles dicit, hoc modo, Neu miserabiles decantes Elegos. Apud Romanos autem id carmen quod cum lamentatione extremum, atque vltimum mortuo canitur. Nenia dicitur. Elegia autem videtur cognominari *Nenia* ꝙ mortuis, vel morituris ascribitur, hæc ille. De inuentore aūt huius carminis, vt Poëta noster asserit, inter grammaticos controuersia est. Sunt tamen quibus placet vt Theocles Naxius cū insaniret, ipsum inuenisse dicatur: Nam (vt dicunt) elegia ab ἐλεγίνω. i. insanio dicitur. De huius carminis decoro Sulpitius Verulanus ita differit. Pentametrum Elegiacum sensum conclude- *Pentametri decorum.* re debet, suauisq. in vocem bisyllabam desinit. Proxime pentasyllabam tetrasyllabamque. Pessime in trisyllabam, & monosyllabam, hæc ille. Nunquam ergo præcedentis pentametri sententia hexametro sequenti perficietur, sed ediuerso, & ferè binis versibus sensus concludetur, aut in binis prioribus erit quædam suspensio: quæ binis sequentibus penitus absoluetur. Nam rarissimum est vt in sextum suspendatur sententia. Et quia binis ferè sententia concluditur, ideo quidam vnum versum esse voluerūt, undecim. s. pedum. Pulchrum præterea est (quod & fluens efficit carmen) tam hexametrum, q̃ pentametrum gemina continere epitheta, siue adiectiua cum suis substantiuis, quorum talis solet esse situs: ut ambo adiectiua præponantur, & substantiua subsequatur: sic vt prius substantiuum priori adiectiuo respondeat, & posterius posteriori.

Vt apud Tibullum:

*Aut gelidas hybernus aquas cum fuderit Auster.*

Quem sacri impresso mutua dente Venus. In qua re cauendum est ne consimilibus vocalibus terminentur, sicut in Bucolicis. Mollia luteola pingit vacinia caltha. quæ confusio tamen per quantitatem syllabarum tollitur. Potest etiam præponi vnum adiectiuum, & inter ipsum & substantiuum aliud adiectiuum poni cum suo substantiuo, sicut in uersu iam dicto. Et teneat culti iugera magna soli. Idem Tibullus, Vincuntur molli pectora dura prece. Pulchrum præterea est ut prima syllaba tertij pedis sit ultima dictionis: & primus pes sit Dactylus, & secundus spondeus, nec frequens est uocatiuo uersum claudere, sed totum carmen quauis bona sententia finire non indecorum est. Neque uero semper eadem obseruanda sunt. Nam varietas ut in picturis, ita in omni dicendi genere gratiam habet. At (vt Quintil. monet) nimius fucus, exquisitusque ornatus uitandus est. Quoniam aūt pulcherrimum est ut uerba rebus quadrent. Qui etenim Epitaphia, aut Nenias hoc carmine scribere uolet,

*Verba rebus aptanda.* sicut sententias graues, & seueras, ita verba, & seuera, & rigida habebit Qui epigramma salibus, & facetijs plurimis vtetur Qui amores, iocis, blanditijs, minis, nugis, precibus, suspicionibus, suspirijs, questibus, gaudijs, mœroribus, & id genus rebus alijs eos conferciet. qui res sacras aut quamuis disciplinam, vt Ouid. in Fastis, multis eruditionibus, varijs historijs, & sententijs cógruis locupletabit. Non ergo sola querimonia Elegiaco carmine describitur, vnde dicit Poëta. Querimonia.i. querela ut defunctorum aut misere amantium, inclusa est primum.i. á prima institutione versibus vtpote Elegiacis, iunctis.i. connexis, impariter.i. impari numero pedum, quia hexametro cum pentametro, sententia compos voti.i. desiderij sui, hoc est quæ potitur voto, est etiam inclusa postea, uel apud posteros. Tamen grammatici certant.i. disputant, & contendunt, quis emiserit.i. primum ediderit. Elegos.i. luctus, hoc est uersus Elegiacos, exiguos.i. modicos respectu heroicorum, uel quia Epigrammata, Epitaphia, & alia breui hoc carmine scribuntur, vel quia sententiæ non in multos versus extenduntur. Et lis.i. controuersia, est adhuc sub iudice.i. nondum est sententia data, quia adhuc dubitatur quis fuerit auctor. Auctor edit, & emittit opus, quod exire dicitur. Persius, sit quid tamen aptius exit. Qui in contemptu diminutiuo utitur, dicens, Si qua Elegidia crudi Dictarunt proceres. Sicut ab epistola fit epistolium.

Regula.

Res lamentabiles, vt Epitaphia, & misere amantium querimoniæ, Elegiaco versui cuius incertus est auctor conueniunt.

Versibus impariter iunctis querimonia primum,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor:
Grammatici certant: & adhuc sub iudice lis est.

IANVS Versibus impariter iunctis) Elegiam quis primus scripserit in ambiguo est, sunt qui Etheoclem Naxium primum ueluti furentem hoc carmen cecinisse, nec desunt qui Archilocho tribuant. Terentianus Callinoum putat. Hoc sane constat, defunctorum laudes hoc carmine celebrati solitas, unde sibi nomen elegia sumpsit, hinc & miserabiles uersus dicti ad Horatio ad Tibullum. Crediderim ego, præficas, quæ conductæ plorabant in funere, hoc carmine usas, lugubrem næniam cecinisse. Pentameter licet hexametro subiungatur, legimus tamē, & monocolon, ut illud in Commodum imperatorem,

*Commodus Herculeum nomen habere cupit,*
*Antoninorum non putat esse bonum.*

lege Lampridium.
[Impariter) Terentius Scaurus in commentarijs in arte poëtica libro decimo, impariter aduerbium figurasse, inquit Horatium. [Inclusa) An inclusa.i. descripta, & comprehensa, an ad id allud.t, quod necesse sit sententiam duobus versibus concludere. [Compos) Vt illud Propertianum,

*O me felicem, ò nox mihi, &c.*

Callimachus, & Philetas primas sibi in elegia vendicant partes apud Græcos, ex nostris Tibullus cum propertio certat. [Exiguos) Tenues, molles. [Lis est) Iridet grāmaticos, q̄ de re leui & inutili certēt. [Grāmatici) Qui & critici sunt appellati, sed Horatius eos irridet, seu respexit, quia eorum est omnia indagare.

ACR. Versibus impariter iunctis) Elegiacum significat, quia elegia cum metrum minus habet syllabarū, q̄ heroicus uersus qui præcedit, quod elegiacum metrum cōstat ex penthemimeri.i. ex duobus dactylis, & syllaba, quis tamen inuenerit elegiacum, incertum est. Versibus impariter iunctis.i. alterno metro. Vnus enim hexameter versus, est alter pentameter. Hoc inquit, metro primo tristia, post etiam cœpere læta describi. [Post etiam inclusa est) Res tristes, & lugubres primo elegiaco carmine scribebantur, post etiam lætæ.

POR. Versibus impariter) Imparibus. Nam hexametro priore, sequenti pentametro scribuntur.

COEL. Qvis tamen exiguos) Propter inconstantiam quæ inter Græcorum est auctores de his rebus, sic Horatius loquitur. Sunt enim qui elegum carmen primitus enunciatū tradunt à Naxio quodam, Sunt item alij qui a Polymnesto Colophonio. Cœl. lib. v. cap. xxij.

IAC. BON. Grammatici certant) Huic dubitationi nos, inquit Bononiensis, ex Terentiano illud adiungimus: Pentametrum dubitant, quis primum finxerit auctor.
Quidam non dubitant dicere Callinoum.

ASCEN. *Iambicū carmen* Hic ait de Iambici carminis inuentore, ostendens pedem, vnde carmen dictum est etiam Comicus, & Tragicos sibi sumpsisse. De cuius quidem pedis, eiusq. carminis decoro, cum illic dicendum sit: Syllaba longa breui subiecta vocatur Iambus, nunc iīn quę pręsentem locum aspiciunt annotabimus, vnde dicit, Rabies.i. furor excandescens, & nimium vehemens, armauit.i. quasi telis muniuit in Lycamben: Archilochum.i. poëtam illum iambo sup. pede, proprio.i. ab ipso ad hoc munus inuēto Socci, qui sunt calcei Comœdorum, id est ipsæ Comœdiæ: cœpere.i. assumpserunt, hunc pedem, id est Iambum, & cothurni, id est calcei Tragœdorum, grandes, id est altisoni, cœperunt pedem hunc aptum i. quadrantem, & congruum, sermonibus alternis, id est alterius, ut Acron sentit, siue Comœdiæ, siue Tragœdiæ, & uincentem, id est superantem, & sedantem, strepitus, id est turbas, & commotiones, populares, id est ipsius populi. Et natum, id est natura idoneum, rebus agendis, id est ad agendas res. Circa quæ primum respiciendum est ad historiam, quæ huiusmodi est. Lycambes ciuis Lacedæmonius Neobolen filiam desponsauit Archilocho poetæ, quam eidem postea denegauit. Ob quam rem indignatus Archilochus sic in patrem, filiamque Iambicus carminibus inuectus est, vt patet impatiens contumeliarum, morte Iambos illius vitare voluerit. Nam ad laqueum confugit, & seipsum suspendit. vnde Ouid. in Ibin, Tincta Lycambeo sanguine tela feram. Erat autem Achilochus poeta, Parius, cuius scripta Lacedæmonij publico edicto submouerunt, vel propter turpitudinem, vt videre est apud Valerium maximum de Seueritate, vel propter inuisam Lacedæmonijs sententiam, vt Plutarchus in Apophtegmatis sentit, dixit enim melius perdere arma, quam vitam, cum contra Lacedæmonij Vitam cupiant pro laude pacisci. Sunt qui Iambum ab ἰάπτω, id est noceo, maledico, mitto cum detrimento, alij ab ἰαμβίζω, quod apud antiquos dicebatur, nunc vero ὑβρίζω, quod est contumelior, conuicior, vitupero, violo, castigo, dictum volunt, alij aliunde. Semper autem trisyllabo vocabulo proferri debet. Quia vero de decoro alibi locuturus sum, satis sit nunc dixisse, quòd huius carminis præcipui scriptores apud Græcos fuerunt Archilochus, & Hipponax. Apud Romanos Lucilius, & Catullus. Secundo annotandum est, quod prius tetigi, secundùm triplicem carminum stylum, eorum auctores tripliciter in pedibus ornari. Nam Tragœdi, id est Tragœdiarum, quæ altiloquo stylo constant, actores ornantur cothurno, id est calceamentis vtrique pedi aptis, & valde altis, quia dicitur primo Æn. Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram. Purpureoque alte suras vincire cothurno. Et ideo cothurnus pro alio stylo capitur, vt in Bucolicis.

*Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.*

Et Martialis, Virgilium propter altiloquentiam cothurnatum vocat, dicens. Grande cothurnati pone Maronis opus. Comœdi vero.i. Comœdiarum auctores ornantur soccis, per quos significatur mediocre dicendi genus. Est.n. genus calceamenti mediocriter alti, quo rustici vtuntur, vt attestatur Terent. in Heaut. Qui vero infimum genus agunt, vt mimi, planipedes sunt.i. planis, & non eleuatis pedibus enitentes. De Tragœdiæ, & Comœdiæ decoro etiam paullo post dicemus. Tertio vbi dicitur. Et populares Vincentem strepitus, annotabimus eius sensum dupliciter accipi. Aut sic. Vincentem strepitus.i. plausum a populo excitatum. Ita vt propter celeritatem pedis strepitus agentium populi strepitum vincat. Aut sic, vt sit sensus, Applaudit quidem populus illi pedi, sed vincit populares strepitus.i. applausus, quia plus meretur laudari quàm laudetur.

*Lycambes* · *Archilochus* · *Iambi* · *Tragici actores calceamenta Cothurnus.* · *Soccus*

Regula est talis.

Conuicia acria & maledica, qualibus Archilochus in Lycambē vsus est, Iambico carmini competunt, sed Comœdiæ, & Tragœdiæ Iambum propter eius commoditatem recipiunt.

Archilochum proprio rabies armauit iambo.
Hunc socci cepere pedem, grandesq. cothurni,
Alternis aptum sermonibus, & populareis
Vincentem strepitus, & natum rebus agendis.

IANVS Archilochum) Iambico carmine primum conuicia sunt explicata, unde Ouid. de amorum remedijs.

*Liber in aduersos hostes stringatur Iambus.*

Dictus pes ex Iambes nomine famulæ Celei, licet a triumphante Baccho, quasi Triambum dictum putent, sed à Marte ortum

sanè

fane placet, atque ideo breui longaq́. syllaba conficitur, quod in iaculando breui primum accessu, deinde in extensum passum ,proferimur, vnde à priscis Appulis, Daunius dictus, quod is primus aduersus Diomedem gradariam illiusmodi pugnam instituisset. Primus eo vsus fertur Archilochus in Lycamben socerum quòd Neobolen filiam desponsatam illi negasset, tantoq́. felle conuitia miscuit, vt Lycambes laqueo se suspenderit. Erant in Archilocho breues vibrantesq́. sententiæ, plurimum sanguinis atque neruorum, veruntamen nimis obscœnis maledictis inuisam sibi domum lacerauit: vnde eius libri à Lacedæmonijs ciuitate exportati, quòd eorum lectione puerorum animi inficerentur. Eius interfectores Apollo arguit Delphis. Aristophanes quenque Iambum eius longissimum optimum putabit. Clatuit regnante Romulo, quamuis Cor. Nepos scriptum reliquerit fuisse eodem tempore, quo Tullus Hostilius summam Romæ habuit. Cretias lepide eum accusat, vt hominem ineptum, qui de seipso multa probra dixerit, quæ aliter nesciremus, nam quod seruæ filius fuerit, quod patriam ob paupertatem relinquens in Thasum venerit, & quod hic inimicus sit habitus, quòd sine discrimine amicos inimicosq́. momorderit, præteaea quòd mœchus libidinosusq́. fuerit, denique quod scutum abiecerit, nunquam profecto sciremus nisi ex ipso. Hæc Elianus de varia historia. Iambus à Romanis, vt proprium opus celebratus non est, à quibusdam tamen interpositus, vt à Catullo, Bibaculo, & Horatio. Cato tamen Vticensis prærepta sibi Lepida nomine vxore. Iambos in Scipionem scripsit, imitatus Archilochum. [Proprio) .i. à se inuento, quid si proprio .i. solo, & non mixto, sed ipse verus integerq́. exiens? [Socci) Comœdiæ. [Grandis cothurni) .i. Tragœdiæ. [Vincentem strepitus) .i altius, strepitu sonantem. [Rebus agendis.) Dramatico poëmati.

ACR. ARchilochum proprio rabies armauit Iambo) Iambicum metrum primum Archilochus inuenit, quo vsus est in Lycamben, quem persecutus est, quod ei Neobolen desponsatam iam filiam denegauit, in tantum vt Lycambes Iambos voluerit morte vitare, nam ad laqueum confugit. [Hūc socci cœpere) Comœdiam significat. [Grandesq́ cothurni) Magnæ laudes clamantium exceperunt hunc pedem, aut grandes cothurni tragœdiæ. Ideo autem in dubio posuimus, quia difficile hoc metro tragœdiographi vtuntur. Nam spondaico pene metro semper videntur scribere. [Alternis sermonibus) Illi, & illi.i. comœdiæ, & tragœdiæ, aut personarum responsionibus, aut tantum comœdiæ, quia in comœdia multæ personę inuicem sibi succedunt. [Et populareis Vincentem) Altius sonantem in scena, quam clamor populi. [Aptum) In agendis .i. in definiendis rebus tales strepitus excedit iste pes, ut vincat populi clamores quia Iambus vincit clamores spectantium, hoc est, quia plus meretur laudari quàm laudetur. More hominum dixit (Natum) propter comœdiam.

POR. ARchilochum proprio rabies armauit Iambo) Primus Archilochus Iambos scripsit in Lycamben generum suum. [Hunc socci cœpere pedem, grandesq́. cothurni) Quo comœdiæ, & tragœdiæ ornantur, qui iambicus appellatur, nam hoc distat iambicus ab iambo, quod iambus ex iambis constat, & maledictis armatur, iambicus autem metro magis q̃ ratione similis est iambo. [Alternis aptum sermonibus) Nihil.n. poëta in tragœdia dicit, sed plures personæ, itaque Heroicum Heroum solet res referre, quid actum sit, tragœdia agit. [Et populares Vincentem) Ipsum altius in scena sonantem quàm populi clamor est.

GLAR. ARCHILOCHVM proprio rabies armauit Iambo) Primus Archilochus Iambos scripsit in Lycamben generum suum. Hæc Porph. Sed socerum suum legendum, ipsius verbis conuincemus facile, quæ in sextam Oden Epodon scripsit, ad illud. Qualis Lycambæ spretus infidus gener, Archilochum, inquit, significat. Si igitur Lycambæ gener fuit Archilochus, Lycambes eius erat socer. Adhæc autem poëtæ verba, quæ mox hic sequuntur. Et populareis Vicentem strepitus, magis placent quæ idem Porphyrion loquitur, quàm quæ Acron de plus merita laude arguatur.

COEL. ARchilochum proprio) Fuit Archilochus præcellens poëta, si quis auferat obscœnitatem, ac verborum amatulentiam. Inde apud Cic. in Epist. ad Att. amarulentia, felleq́. cōspersa multo, immo destricta edicta vocantur Archilochia. Cæl. lib. vj cap. xxxvj.

ASCEN. TAngit lyrici carminis materiam, dicens, quod lyricis carminibus quæ dicuntur Ode j. Cantica, vel Hymni, laudes debentur priuatæ, & peculiares laudes diuorum, aut deorum, victoriæ, amores aut potationes cuiusuis siue hominis, siue dei, siue alterius animantis, dicit ergo: Musa.i. Dea inuentionis, dedit.i. concessit, & permisit, fidibus .i. chordis, quibus lyrę, & reliqua instrumenta musices resonant referre .i. recensere, & enarrare, diuos .i. deos, siue deorum laudes. Et pueros deorum .i. heroas, & pugilem victorem .i. victoriam pugilis. Et equum primum certamine sup. curuli, & curas .i. amores iuuenum, & vina .i. potationes, libera .i. quæ homines liberos efficiunt. Pro huius carminis decoro primum seruandum est: vt pro dicendorum qualitate carmen ipsum varium sit, nam in rebus lætis vber quodammodo fluere: in tristibus languere: in arduis, & difficilibus tarditatem habere, quam pariunt literarum collisiones, & monosyllabarum dictionum concursus. Itaque Horatius in Lyrico carmine ferè (vt Quintilianus inquit) solus apud Romanos legi dignus. (Nam & insurgit aliquando, & plenus est iucunditatis, & gratiæ, & varijs figuris, & verbis felicissime audax) statim in principio ad Mœcenatis dignitatem respiciens læto, & fluido vtitur carmine. Mox ad sese reuertens, & quantum illi esset obnoxius considerans, impedito, dicens: Mœcenas atauis edite regibus, & præsidium, & dulce decus meum. In rebus etiam terribilibus, literarum, quæ terrorem inducit, & quam Persius caninam vocat, frequenter vsurpat, sicut in sibilantibus, vt in niuis casus literam, dicens. Iam satis terris niuis, atque diræ Grandinis misit pater, & rubenti Dextera sacras iaculatus arces Terruit vrbem. Secundo annitendum est, & laborandum, vt genus carminis pro qualitate rerum assumatur. Nam cum varia sint lyricorum carminum genera, aliud alij materiæ congruit, quod probe obseruabit, qui Horatium ad vnguem inspiciet. Tertio accurandum est, ne quàm oportet prolixior sit. & ne vltra centesimum versiculum progrediatur. Quarto cauendum est, ne maiestas illa quæ in Heroico carmine: aut magnifica tristiam, quæ in tragico, aut querimonia sit flebilis, quæ in Elegiaco, aut nimia mordacitas, quæ in iambico, aut satyrico primum exigitur, in hoc carmine redundet. Sunt etenim sui cuiusque carminis sales: sunt suæ facetiæ, atque venustæ Charites, quæ omnia is potissimum obseruabit, qui ad ea natus est, vt optimorum diligentissimus imitator. Quia vero in omni carmine rerum, personarumq́ decora obseruanda sunt, ideo de ipsis in commune prosequitur Poëta.

Regula autem hæc est.

Lyricis carminibus, atque odis, seu canticis, & hymnia conueniunt deorum, heroum, victorumq́. tam pugilum, quam equoꝝ laudes, iuuenum ad hoc amores, & conuiuia.

Musa dedit fidibus diuos, puerosq́. deorum,
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,
Et iuuenum curas, & libera vina referre.

IANVS MVsa dedit fidibus) Lyrā primus fertur Mercurius inuenisse, ventaq́. Apollinem donasse, sumpto ab illo caduceo. Hæc lyricis vatibus nomen dedit, ad quam carmina sua cantabant, statuebaturq́. is chorus L. viroꝝ, ac auro donabantur. Hi sunt qui primi deoꝝ immortalium laudes cecinere, qualis Orpheus, & Linus, hi conuiuijs adhibebansur, qui heroum res gestas celebrarēt, mox palmas Athletarum, pugilum, iuuenumq́. amores, & conuiuia decantarunt. Primæ apud illos dantur Pindaro, quem putat Horat. spiritus magnificentia, sniaꝝ verborumq́. copia nemini imitabilem. Post hunc Stesichorus, Alcæus, Simonides, Alemā, Anacreon, Bacchylides, sed & Sappho, Corinnaq́. mulieres memorantur. Ex nostris solus ferè legi dignus Horat. [Musa) Iouis, & Memoriæ filiæ, licet cœli & terræ putet Alcmæon. Initio treis fuere quod oīs sonus triformis esset, aut .n. voce edit̄, aut flatu, aut pulsu. Quædam ciuitas eaꝝ simulacra Apollini dedicatura, terna tribus locauit artificibus, vt qui pulchriora formasset, ab illo potissimum electa sumerērut, cōtigit vt æque pulchra fabri factitassent cūq́. discerni non pn̄t pulchriora, placuit oīa dedicari. Hinc nouē existimatæ, q̄bus postea Hesiodus noīa imposuit. [Pueros) Filios deoꝝ .i. heroas. [Pugilem victorem) Nobilibus Athletis qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Græcorum maiores, ita magnos honores instituerunt, vti non modo in conuentu stantes cum palma, & corona fer-

rent

rent laudes, poëtarumq. carminibus cantarentur, sed etiam cum in suas reuerterentur ciuitates, triumphantes quadrigis inuehebantur, è qua Republica perpetua vita institutis vecti-galibus stuebantur Romani palæstram non admisere, nec gy-mnica, quod nudare inter ciues corpora flagitij principium sit, vnde auersa, præposteraq. Venus conciretur. [In certa-mine) Incursu, in Olympiaco stadio, & quouis ludo. [Cu-ras) Amores, libera conuiuia, & comessationes, quæque ge-nium oblectant. Putarim ego veteres cantiones, vt Antio-piam, aut Andromacham lyrico fuisse carmine descriptas. [Seruare vices) Nihil poterat ab Horatio post ea præcepta, quæ quo carmine quæcunque res describendæ sint, continen-tur subiungi opportunius, quàm illi respondere, qui forte è media turba exclamasset confundi se tam vario carminum ge-nere, scire se aut Heroicum, aut quoduis aliud carmen cu-dere, omnia simul ignorare, lepide hunc submouet Horatius, & irridet, quod poëta dicendus non sit, qui non suo arbitrio, quocunque carmine, tanquam miles telo vtatur. Potest & hoc præceptum ad ea quæ sequuntur coniungi, vt de ordine, dispositione, vicibus, id est personarum proprietatibus ad res ipsas pertinentibus intelligat. atque ideo colores .i. orationis ornamenta subiunxit. [Musa dedit fidibus) Lyrico carmi-ni laudare deos, & heroas Olympiacos. [Puerosque deo-rum) Filios deorum, more Græco. Vel pueros deorum ap-pellat Heroas. Et pugilem victorem) Pollucem, licet alij dicant Pindarum, & Amphionem, qui ante omnes ad palmam venerunt. Et equum) Id est, Castorem. [Et iuuenum curas) Amores. [Et libera vina) Liberas comessationes, quia libe-rius faciant vina homines loqui, vt Anacreon. [Musa dedit fidibus diuos, puerosq deorum.) Nunc de lyrico carmine lo-quitur, quo metro scribuntur aut Heroum laudes, aut Olym-pionicarum. Pueros autem deorum Heroas dicit. [Et iuue-num cu.) Hoc est amores, quos Lyrici celebrant. Et lib. vj. res. Qualia sunt Anacreontis carmina.

ASCEN. MOnet ergo Poëta, vt is qui ignorat rerum, verborumq. decora, non vendicet sibi nomen poëtæ, ne ue turpius ducat discere quod nescit, quam nescire. Non omnia eodem stylo explicanda sunt, nec eadem verba ijsdem vbique, & semper congruunt. Nam vt pro fortunarum qualitate animi nobis mutantur, dicente Terent. in Hecyra: Profecto hoc sic est, vt puto, omnibus nobis, vt res dant sese ita magni, atque humiles sumus, sic & verba mutari debent; quæ sunt animorum indicia. Proinde quisquis aliquam per-sonam decore exprimere volet, sese eam ipsam finget, hoc est persuadebit sibi quòd ipse ea sit, & in eius conditione, & qua-liter si ea esset loqueretur. ita nunc quoque loquetur. Ad pin-gendas enim res nihil est præstantius, quam vt quis id se ani-mo videre fingat, quod verbis consequi desiderat, vt ergo poë-tam exponam. Ordo est. Cur .i. quamobrem, ego salutor, id est in salutatione vocor. Poëta, si ego nequeo .i. non valeo, que, pro &, ignoro .i. nescio, seruare .i. obseruare, vices .i. varie-tates, quæ ex rerum proueniunt vicissitudine, dicente Comi-co. Omnium rerum vicissitudo est, descriptas .i. ab idoneis, & peritis auctoribus institutas, que, pro &, colores .i. varios ornatus, operum .i. effectuum? q. d. iniuste, & indecore. Et cur ego pudens .i. verecundus, & pudore affectus, praue .i. in-decenter, malo .i. magis volo, nescire i. ignorare, sup. verborum, rerumq decorum, quam discere? q. d. stulte & imprudenter id faciam. /Ostendit autem, quæ sunt vices rerum, & verborum colores, dicens. Res .i. materia, Comica i. qualis est in Co-mœdijs describenda, non vult exponi .i. populo enarrari, ver-sibus Tragicis .i. Tragœdiæ congruis. Et cœna Thyestæ .i. materia Tragica, qualis est cœna Thiestæ, indignatur .i. ægre fert, narrari .i. recitari, item .i. consimiliter, carminibus dignis priuatis supple rebus, & à priuata persona gestis, ac pro &, dignis prope .i quasi, socco .i. comico stylo, singula quæque, id est vnaquæque, sortita .i. postquam obtinuerunt locum .i. decorum suum, decenter .i. apte, & vt decet teneant .i. conser-uent supple eum sic, vt res Tragica versibus Tragicis, & Comi-ca Comicis exponatur. Tamen .i. nihilominus, Comœdia tollit .i. exaltat, interdum .i. aliquando, pro affectione loquen-tis, vocem supple suam, que, pro &, Chremes .i. quiuis pater Comicus iratus in filium suum, delitigat .i. obiurgat, ore tumi-do .i. inflato, hoc est sermone altisono. Et Tragicus .i. perso-na Tragica, vt Heros, rex, aut alius quiuis princeps, dolet .i. dolorem suum ostendit, plerunque .i. plurimum, sermone .i. oratione pedestri .i. humili, & pedestri homini congruente.

Probat exemplis, dicens, Telephus, & Peleus, reges illi, cum, id est quando, vterque supple est pauper, & exul .i. egenus, & regno expulsus proijcit .i. stomachose effutit, aut effundit, & in vulgum spargit, ampullas .i. inflationes verborum, & verba ses-quipedalia .i. pedem, & dimidiatum habentia, si curat .i. deside-rat, tetigisse .i. commouisse, querela .i. questubus suis, cor spe-ctantis .i. inspicientis eum? q. d. minime. Non est satis, id est non sufficit. Poëmata esse pulchra .i. bonam œconomiam, & probata verba habere. Sed sunto .i. volo vt sint, dulcia .i. varietate, & venustate delectantia, & agunto .i. volo vt agant, & impellant animum auditoris, quocunque .i. in quacunque sen-tentiam volent, quia vt vultus humani .i. hominum humano-rum, arrident .i. cum risu applaudunt ridentibus, ita .i. consimi-liter, adsunt .i. auxilio sunt, & compatiuntur flentibus. Quo-circa dolendum est primum tibi ipsi .i. oportet vt tu ipse doleas, id est te dolere ostendas si vis me flere .i. vt ego miserias tuas fleam. Et ò Telephe, vel ò Peleu, tua infortunia .i. tuæ ad-uersitates, lædent .i. afficient me dolore, tunc sup. quando vide-bo te dolere. Si tu loqueris .i. exprimes, & ages, male .i. in-decedenter, mandata .i. partes tibi commissas, ego supp. id est quiuis auditor, aut dormirabo dum tu ages, aut ridebo sup. te. Verba tristia .i. mœsta, & seuera, decent .i. decenter exigunt, aut exprimunt, vultum mœstum .i. speciem hominis mœsti. Et verba plena minarum decent iratum. Et verba lasciuia .i. iocularia, & petulantia, decent ludentem .i. iocantem. Et se-ria .i. seriosa, dictu .i. dum dicuntur sup. decent, vultum seue-rum .i. hominis rigidi, & nimis sequentis verum. Etenim, pro quia, natura .i. imitatio naturæ, format .i. effingit, nos potius sup. quàm loquamur, intus .i. in animo, ad omnem habi-tum .i. ad omnem qualitatem, & dispositionem fortunarum, & iuuat .i. delectat nos, aut impellit ad iram, aut deducit .i. deor-sum ducit nos graui mœrore .i. dolore, ad humum .i. terram, & angit .i. angustat, & constringit nos, & post .i. postea, effert .i. eloquitur, motus .i. affectiones animi, lingua interprete .i. per interpretationem linguæ. Hæc auctor noster. quæ, vt latius exponamus, sic repetenda sunt. Descriptas vices, secundùm Acronem ordinem dispositum per species, & varietates intelli-git. Notum est autem quòd etiam rhetores colores vocant. Poëta salutor, hoc secundùm Græcos qui nomine officij salu-tant, potissimum si in eo dignitas est, vt in officio poetæ. Ideoq. dicunt χαῖρε ποιητὴς, quòd profertur Græce chære pij-tis, aut poëtes, id est salue poeta. Vocem Comœdia tollit, vt apud Terentium: O cœlum, ò terra, ò maria Neptuni. & Proh supreme Iupiter. Et Tragicus plerunque docet, quia etiam rex in exilio, aut alia quauis magna in ærumna consti-tutus animum submittit, & vocem, quòd exemplis probat Te-lephi, & Pelei. Telephus autem filius fuit Herculis ex Auge nympha progenitus, vt Sophocles attestatur: quia matre in-ter virgulta absconsus continuo vt natus est, a pastoribus re-pertus fuit à cerua exhibito vbere nutritus. Vnde nomen sumpsit, nam θήλης, theles, dicitur nutritus, & ἔλαφος, elaphos, ceruus, & cerua. θήλη, mamma fœminæ, seu papilla. Et tractu temporis robustus effectus in Mysia tandem magno in honore habitus est, quod Diod. lib. v. scribit. Cum autem è Mysia Græ-cos in Troiam proficiscentes arcere voluisset, ignarus quid tan-to apparatu molirentur, cum Achille confligens, grauiter vul-neratus est: quia (vt aiunt) Vlyssem insequens a trunco, quem in vinea forte ostendit, præpeditus est. At cum in dies ma-gis vulneris dolore grauaretur: nec addita proficerent reme-dia. Apollinem consuluit, qui respondit: eum non aliter li-berari posse, quám vt iterum ab Achille vulnerandus accede-ret, quod vbi effecit, statim sanatus est quod tetigit Ouid lib. j. de Remedio, cum ait. Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hosti Vulneris auxilium Pelias hasta tulit. Quod Plin. lib. xxxiiij. cap. xvij. ad naturalem referens historiam, dicit ferri na-turam restrictiuam esse, & siccam: quare in emplastris plaga-rum consolidatiuis limaturam ferri medici consueuerunt adhi-bere. Rubigine ergo ferri, quo fuerat vulneratus Telephus, eum iam reconciliatum Achilles sanauit, vt à Chirone edoctus fuerat. Alij tamen dicunt eum cognito errore Græcis recon-ciliatum, herbarum virtute ab Achille sanatum, vnde Claudia-nus. Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis. Cuius per-tulerat vires, & sensit in vno Letalem, placidamq. manum, medicina per hostem Contigit, & pepulit, quos fecerat ipse, dolores. Præterea autem quòd statim natus expositus est, & per varios casus, & tot discrimina rerum ad regnum peruenit largam materiam Tragicis præbuit, vnde Iuuen. in prima, Im-

pune

pune diem consumpserit ingens Telephus. Ea autem tempestate, qua ærumnis afficiebatur, verisimile est eum non inflata habuisse verba. Peleus autem Æaci filius, cum Phocum fratrem interemisset, in exilium detrusus, ad Ceicen regem Trachinæ, quæ in Thessalia ciuitas est, effugit. Vnde Ouid. in Metamorph. Felix, & nato, felix & coniuge Peleus, Et cui, si demas iugulati crimina Phoci. Omnia contigerint, fraterno sanguine sontem. Expulsumque domu propria Trachinia tellus Accipi. In eo ergo exilio non proijcit ampullas, id est inflata verba. nam ampullas eocamus inflata vasa, & vitrea, & quæ ex vento, & pluuis generantur bullas. Sesquipedalia autem verba sunt, quæ faciunt pedem, & dimidiatum. Nam sesqui dicitur qua quid cum semi, id est cum dimidio eius, vnde proportio sesquialtera est inter quatuor, & sex, sex & nouem, octo & duodecim, decem, & quindecim, & sic de alijs. Non satis est &c. quia oportet vt delectent. Cœna Thyestæ, hic ponitur maxime pro materia Tragica, vtpote mœroris plena. vnde Seruius super xj. Æneid. Atreus, & Thyestes fratres fuerunt in se inuicem sæui adeo, vt Thyestes cum Aerope fratris vxore concumberet. Quo facto dolens Atreus liberos proprios epulandos apposuit. Sed cum Thyestes post cognitum facinus requireret vltionem à dijs ei Apollo respondit, posse alio scelere illius facinoris vindicem nancisci, si cum Pelopeia filia concuberet. Quo facto natus est Aegysthus fatalis in Atrei geminam prolem. Sed Iupiter Menelai fata miseratus est propter Helenæ coniugium, & eum per diuersa errare maluit, quam Aegysthi manibus interire. Agamemnon autem ab Aegysthu adultero coniugis suæ interemptus est, propter appositos ergo filios vocauit Cœnam Thyestæ,

Regula est.

Quia nemo imperitus Artis Poëticæ, quæ officia à maioribus præscripta, & operũ exornationes iustas seruare docemur, sibi nomen poëtæ vsurpasse probatur, conandum est nobis vt illis seruatis qualitatem carminum rei describendæ accommodemus, nec rem Comicam Tragico cothurno demus, aut Tragicam Comico socco. Veruntamen pro animo dicentis Tragœdia interdum deprimitur, & Comœdia extollitur. Ideoque fortuna, & animus loquentium considerabuntur. Quam rem si recte attenderimus, non pulchra solum .i. perfecta, & integra, sed & dulcia .i. delectantia, & concinna fecerimus poëmata. Nam cum verba sint conceptuum signa, talis erit sermo, & vultus loquentis, qualem verisimile est eius animum esse.

Descriptas seruare vices, operumq. colores,
Cur ego, si nequeo: ignoroq.: poëta salutor?
Cur nescire, pudens praue, quàm discere malo?
Versibus exponi tragicis res comica non vult.
Indignatur item priuatis, ac prope socco
Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ.
Singula quæque locum teneant sortita decenter.
Interdum tamen & vocem comœdia tollit:
Iratusq. Chremes tumido delitigat ore.
Et tragicus plerunque dolet sermone pedestri.
Telephus, & Peleus, cum pauper, & exul vterque,
Proijcit ampullas, & sesquipedalia verba:
Si curat cor spectantis tetigisse querela.
Non satis est pulchra esse poëmata: dulcia sunto:
Et quocunque volent, animum auditoris agunto.
Vt ridentibus arrident: ita flentibus adsunt
Humani vultus. si vis me flere; dolendum est
Primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia lædent.
Telephæ, vel Peleu, male si mandata loqueris,
Aut dormitabo, aut ridebo. tristia mœstum
Vultum verba decent: iratum, plena minarum:
Ludentem, lasciuia: seuerum, seria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: iuuat: aut impellit ad iram:
Aut ad humum mœrore grauit deducit; & angit:
Post effert animi motus interprete lingua.

IANVS. Descriptas) Expositas, enarratasq. vires. Si aut nescio, aut non possim seruare, cur volo inter poëta numerari? Vel descriptas .i. dispositas, determinatas, data personis, & rebus. [Operumq. colores) .i. causas probabiles, quæ dant dignitatem poëticam operibus. Terentius in Adelphis. Vbi Mitio pater Æschynum accusat filium, optime seruat vices, & colores operum, vt cum Mitio dicat, in qua ciuitate tandem te arbitrare viuere? Ne id nimium sit Mitionem introduxit leniter accusantem, & Demeam durissima blandientem, si .n. acerbius, & crudelius inuectus fuisset Mitio, color debitus nullus fuisset seruatus. [Salutor?) Vocor, dicorq. poëta, poëtæq. nomen mihi adscisco, vel ad veterem alludit salutationes matutinas, qui honor non nisi dignioribus exhibebatur. [Versibus exponi) Præceptum dat comicæ materiæ describendæ simul, & tragicæ, si .n. comœdiam scribas, tenui vtendum est stylo, vt sermo potius q̃ poëma sit, nihilq. aliud quotidiani sermonis dissimile habeat, nisi vt quibusdam versiculis sit adstrictos. Neque .n. vt nos prorsus vulgo loquimur, pronunciant comici, neque iã procul a natura recedunt, quo vitio periret imitatio, sed morem huius communis sermonis quodam scenico exornant. Dubiratum est a plerisque an comœdia poëma esset, quod humi serpat, characterq. sit humilis. Horat. Serm. j.

Ingenium cui sit, cuius mens diuinor, atque os
Magna sonaturum, des nominis huius honorem.

Iccirco quidam comœdia necne poëma esset quæsiuere, quod acer spiritus ac vis, nec verbis, nec rebus inest. Vnde visum est nõnullis Platonicis Democriti Ineutionem, etsi absit à versu, tamẽ quod incitatus feratur, & clarissimis verborum luminibus vtatur, potius poëma putandum, quam comicorum poëtarum. Cultum ergo exigit comœdia inornatum, & quandam negligentem diligentiam, sermonem purum, ab omni fuco alienum, sententias acutas, & breues, & nescio vnde ex abdito eruias, ante omnia salibus postulat adspergi, tam facetiarum quàm dicacitatis. Tragicos contra decet ampla sententiarum grauitas, verborum maiestas, grandiloqui sint, varij, copiosi, vehementes, moueant potius quam delectent. Sunt hæc propria cuiusque sed temperanda interdum, & varianda, neque Tragico omnibus locis eadem contentione vtendum, sed nonnunquam etiam ad quotidianum sermonis genus accedẽdum, neque comico serpendum semper humi, assurgendum quãdoque est ad cothurnum, atque hac vna in re maxime exoritur poëtæ difficultas, dum studet, ve quid deceat seruetur, ne aut personą, aut loco, aut tempore offendat, quam non eadem res probetur semper aut reijciatur. Illud celebratissimum decedere obseruandum, vt sit consentaneum, nec in factis solum, verũ in dictis vultu denique & gestu, incessuque respondeat. [Cœna Thyestæ.) Id est Tragœdia. [Indignatur) Non patitur. [Numeris) Verbis sententijs. [Priuatis) Humilibus. [Socco) Comœdia. [Quæque) Tam Comœdia, quam Tragœdia. [Singula) Vt Comœdia humilem stylum, grauem Tragędia, vtranque personarum seruet dignitatem, prout cuiusque exigit auctoritas. [Decenter) Cum decoro. [Tollit vocem) Exclamat Terent. in Adel. O cęlum, ò terra, ò maria Neptuni. Vbi Donatus ait esse, quod dicit Horat. in poëtica,

Interdum tamen, & vocem
comœdia tollit.

[Delitigat) Aduersum seu seruum, seu filium. [Chremes iratus) .i. quæcunque persona irata in comœdia introducatur. [Tragicus) Tragica persona introducta. [Pedestri) Humili, comico, comparatione equestris. [Exul) Cum introducuntur in tragœdia pauperes, & exules. [Telephus) Herculis filius à cerua nutritus diu mendicauit, regnoq. caruit, imperauit autem Mysiæ, quam cum inuaderent Græci, ne Troianis finitimis suppetias ferrent. Telephus vlrum iniurias procedit, vulneratusque ab Achille, à quo apud Troiam postea sanatus. Pugnauit etiam cum illo Hiera coniux, qua à Nereo occisa. Græcorum seniores parci corpori ob formam iusserunt, intacta ab Homero est, quòd Helenam omnibus rebus superauerit. [Telephus, & Peleus) Euripides reprehenditur ab Aristophane, quòd Telepho, & Peleo regno pulsis verba nimis superba dederit [Sesquipedalia) Longa præter mensuram .i. gloriosam, & timidam orationem Mensurarum appellationes, quibus vtimur, sunt duodecim, digitus, vncia, palmus, sextans, pes, cubitus, gradus, passus, decempeda, actus, stadium, milliarium. Digitus est in pede pars sextadecima. Palmas, quatta. Sextans, habet digitos duodecim. Pes, palmos quatuor. Cubitus, pedem & semis. Gradus, pedes duos semis. Passus, pedes quinque. Decem-

eempeda,pedes decem. Actus,pedes centum viginti.Stadium,pedes sexcentos vigintiquinque. Milliarium,pedes quinquies mille.[Projicit)Abijcit a sese,& non vtitur verbis ampullosis.[Si curat)Si, inquit, vult spectatores moueri q̃relis tragicarum personarum,necesse est vt in poëmatis,non doctrina solùm sit. sed Venus appareat, quæ auditorem rapiat,& in quo voluerit affectus deducat.[Pulchra)Docta vndecunque.[Dulcia sunto:)Ex veteribus legibus sumpta verba.[Dulcia).i.mollia,suauia, quæ lætymas concitent,non quæ terrorē incutiant,vt sesquipedalia. Neque.n.sufficit poëmata ornare,nisi verba loquentibus accommodata adhibeantur.[Quocunque voleat) Nihil agit poëta, nisi omnem auditoris affectum in suam redegerit potestatem,vt nunc flere cogat,nunc risum cōncitet,nū iram promoueant,nunc admirationem excitet, ꝙ si hæc uis affuerit,actum est, aliud egent spectatores.[Vt ridentibus)Ad id rñdet, ꝙ magnum ac mirabile videatur,hominem toties omni motu animi cōcitari, presertim in rebus alienis,quod ait facile fieri posse,si in sententijs locisq́, quos agas tractesq́. dicendo, nulla appareat simulatio, sed ea sit orationis ad alios permouendos natura, vt poëta in scribendo motum indicet. Ita flentibus adsunt. Ita,inquit,affectus omnes in animis nostris sunt, vt ex quacúque imagine moueri possint. [Si vis me flere)Poëta cum opus scribit,personam eius inducat oportet,quem introducit,& eosdem affectus concipiat, nec si lugentē faciat,leuis animus ac remissus in verbis appareat, hinc a Platone Democritoq́. in scriptis relictum est. bonum poëtā sine inflammatione animoꝝ existere non posse,& sine quodam afflatu quasi furoris,quo n.poterit is qui audit,dolere,odisse,inuidere, & ad fletum misericordiamq́ deduci nisi omnes hi motus in ipso loquente,impressi atque immixti videantur. [Male mandata) Non conuenientia sibi.[Aut dormitabo)Signa libenter nō audientis sunt,oscitari,loqui cum altero,meditari,horas exquirere,aut dormire,nam qui delectantur,erecti sunt,intuentes,taciti,& vultu probantes audita,qui vt aues cantu, sic oratione suspensi tenentur,atque hoc debet aucupari poëta,populi.n.aures, vt est apud M. Tullium,tanq̃ tibiæ sunt, quæ si inflatæ sonum nō referunt,abijciuntur. [Ridebo)Irridebo,non mouebor. [Tristia mœstum) Si mœstom, inquit, introduxeris, sint verba illius tristia,humanaꝝ miseriaꝝ casus grauiter accipiuntur,si dolenter referantur. Afflicta,& prostrata virtus maxime luctuosa est,quæ si recte deploretur virtus, qui audit, ea quæ de altero dñr ad suas res reuocat,quas aut tulerit acerbas,aut timeat. D. Augustinus motum se ad lacrymas fatetur Virgiliana de Didone lectione, quem.n.non moueat? Dulces exuuię.[Plena minarum)Quid.n. turpius, q̃ mitia dare iratis verba? aut totos implere numeros, vel longius exordiri? Recte Virg.

*Me ne incepto desistere victam?* Et alibi,
*Heu stirpem inuisam.* Et Dido apud eundem,
*Sed & moriemur inultæ.* Et alibi,
*Proh Iupiter ibit.*

Debet autem irarum sermo non solum incipere ex abrupto, sed breuibus sententijs,& crebris figuraꝝ mutationibus,veluti inter æstus iracundiæ fluctuare.[Format enim)Ratio præcepti. Si .n. inquit,lingua animi interpres est, oportet vt ea quæ lingua exprimit,prius animo impressa videantur. [Habitum) Statum & qualitatem rei. [Fortunarum) Tam bonaꝝ q̃ malaꝝ. [Iuuat) Prohibet ne irascaris. [Ad humum) Humilitatem,& ad id alludit,ꝙ in mœrore solebant prostrati iacere.

ACR. DEscriptas seruare vices) Dispositum ordinem per species & expositas varietates si nescio prosequi,ac non possum, quare appellor poëta? id est, si ea quæ percepti, nescio seruare,vt meis carminibus inseram pulchras res vicissim ad decorandum opus. [Poëta salutor?) Hoc sm Græcos,qui nomine officij salutanti χαῖρε ποιητὰ [Cur nescire pudens praue,q̃ discere malo?) Ordo est. Cur praue pudens malo nescire,q̃ discere? quare praue magis nolo discere,q̃ turpiter ignorare? verbi gratia,praue pudens est, qui turpiter ignorat, uel erubescit. Si nescio,quare magis erubesco discere? Si nescis,non turpiter discis, sed si interrogatus fueris,turpiter nescis si tacueris. Nam praue verecundus est ille qui erubescit discere quod commodum est. Sunt quædam doctrinæ quæ duplici scientia concipiuntur. Versum facere discis Si audieris sex pedibus constare exametrum, siue Heroicum metrū,dactylo,& spondeo,ecce,habes veram peritiam,debes alteram percipere, vt scias quo sit spondeus, & quo dactylus. Horat. Si dedisti præcepta,quare nescis? Possum scire quidem,verbi gratia. Quia iambico metro comœdia scribitur. Sed quo fiat iambicus,nescio.[Versibus exponi Tragicis)Spondaicis,& altis sensibus,aut verbis. Et hoc exequitur quod superius promiserat. [Descriptas seruare vices) Res, inquit, parua & comica non debet alte tractari, & difficulter, vt tragica, Tragœdia.n.alto stylo describi,comica vero humili gaudet. [Priuatis) Cōmunibus,iacentibus sensibus,quasi enim prima sunt verba,quibus utuntur. [Ac prope soc.) Soccis comœdiam intelligimus. Cothurnis tragœdia. [Dignis carminibus) Humilibus verbis. Tragœdia .n. altos sortita est sensus, & verba. Narrari cœna. Humilibus uerbis tragœdia exponi non vult, & communibus sensibus.i.comico stylo. Singula quæque locum teneant sortita decenter. Vnaquæque res quo decenter inuenerit sibi locum,ita teneat. [Interdum tñ, & vocem Comœdia tollit.)Vt Terent. O cœlum,ò terra,ò maria Neptuni. Item, Proh summe Iupiter.[Iratusq́. Chremes)Comœdia de Chremete. [Timido ore)Elato sermone.[Et tragicus plerunque dolet) Quia tragœdia semper dolores exponit, hoc est dolores describit. [Telephus & Peleus) Hi ambo diuites fuerunt,& omnibus suis bonis consumptis ad tantam inopiam deuenerunt,vt exules facti mendicandi sibi vndecunque victum conquirerent. Mendicantes aūt non humiliter,sed proterue,& quasi imperādo petebant. Misce, fer nobis panem. Aliter, Hi quondam diuites fuerunt,& grandia verba,& tumida semp̃ consueuerunt, tandem inopia cōpellente exules facti sunt & mendicantes. Ideo alta,& seuera verba,q̄bus vsi fuerant,dimiserunt,& humilibus verbis, & blādis animos spectantium mulcere cœperunt. Ideo dixit. Et Tragicus plerunque dolet sermone pedestri .i. humili. Hic Peleus dr̃ occidisse matrem suam,aut Phocum fratrem suū,ob hanc causam exul factus est a ciuibus,aut quia vagabatur passim dolore percussus.[Projicit ampullas).i.irata verba,inflata, grandia, emittit orationē tumidam. Cum .n.reges essent,& in ærumna versarentur, alte loqui non poterant summis calamitatibus mersi. [Ampullas) Inflata,& superba uerba. Adhuc .n. ampullos vocamus, quasi inflata vasa. [Et sesquip. ver.) Sesquipedalia verba proprie sesquipedes habentia. Vterque autem magna,& elata verba projicit, & vtuntur cōibus,vt exul. [Si curat cor spe.te.q.) Si id agit vt spectat orem flere cogat. Hic versus,& sequentibus iungi potest. Si me vult flectere ad misericordiam,deponat elata verba. Cor.n. spectantis tangimus, quando idonea verba dolore proferimus, id est istæ personæ projiciunt elata verba, si uolunt auditores ad misericordiam flectere. [Non satis est pulchra esse poëmata.) Sunt quædam poëmata per œconomiam composita, & probata verba habentia,sed interdum venustate carent. Habeāt ergo quæ sunt probata ēt venustatem, & quocunque volunt, auditorem, siue ad misericordiam,vel ad indignationem trahant.[Vt ridentibus arrident,ita flentibus adsunt.) Id est, Affectus oēs in animis nostris ex nostra natura,& singuli mouentur,cum imagines suas viderint in alijs. [Male si mandata loqueris) Quasi si mandata, non quasi tua,sed secus quam aut dolor mandet aut lætitia.[Aut dormitabo.) Hoc grauius est, quàm ridebo. Alterutrum enim faciunt auditores, si sine affectu fit dictio. Non solum ad personarum dignitatem, sed etiam ad conditionem ætatemque aptanda sunt verba,& vnicuique personæ quod est proprium. [Format enim na.) Sensus est. Poëta debet formare intra se personam aptam his rebus. Natura quippe delectat cum delicata videmus. Natura enim irascimur, delectamur miseretur. quia substantiæ harum rerum sunt formatæ in animis nostris à natura, vt illud Ciceronis. Ardeat orator si vult iudicem incendere. [Post effert animi motus interpeere).i.extollit,sublimat.i. natura quæ me deijcit animi miseratione, extollit asperitate, modo deducit ad humanitatem modo extollit ad iracundiam.

DEscriptas seruare vices.) Hoc est, ordinem positūm per species signoꝝ,quare poëta dr̃. [Cur nescire pudens praue,q̃ discere malo?)Huius versus sensus talis est Cur malo nescire praue pudens.i.erubescens ne videar ignorasse, q̃ malo discere? [Indignatur item priuatis)Hoc est, humilibus verbis tragœdiam impleri.[Et tragicus plerunque dolet)Exigit sæpe tragœdia,vt pedestribus scribatur verbis,vt cum Telephus, & Peleus regio habitu mutato loquantur.Neque.n.debet in habitu auxilium perentis regaliter loqui.[Projicit ampullas.) Hoc à Callimacho sustulit, qui dixit. [Si curat cor spectatis tetigisse querela) Hoc est,si id agit,vt attente spectātem flere cogat [Dulcia sunto.)Nunc quasi legem ponit,& præcipit. Sunto enim, & agunto,sunt & agant, significant, sed leges antiquæ his fere plenæ sunt,quæ significātur verbis.[Si vis me flere.)Hoc Demosthenicū est. Nam cum ad illum is q̃ vapulauerat accessisse,peteretq́. summisse vt cām suā ageret,eo ꝙ cæsus esset, negauit se facturū, quia ille nō vapulasset illo affirmāte factū esse, ei superuacuas dixit eius querelas,tunc tertio,cum indignari videret,& toto affirmare PO

mare cũ lacrymis affectu, dixit, nunc ſe illi credere. Capiebat.n. dicendi impetum ex iraſcente. [Tunc tua me inf læd.).i. tunc tuę me calamitates mouebunt, quud Græci ἀτυχήματα vocant.

CLAR. TElephus, & Peleus.) Quæ hoc locu in Acronis leguntur cõmentatio, de mendicitate Pelei, & Telephi, a nebulone aliquo conficta ſuſpicor. Et ipſe Acron. in Epodon xij. Ode de Telepho magnificentius ſenſit. Mouit nepotẽ Telephus Nereium. Quidam etiam hunc locum interrogatiue legunt, ego enunciatiue malim, & proijcit .i. omittit exponere, vt Acron.

COEL. ET Tragicus plerunque,) Alluſum arbitror ad Tragici cothurni maieſtatem, qui eſt veluti equeſtris comicæ humilitatis ratione. Cælius lib. xj. cap. iiij.

ASCEN. QVia Decoꝶ perſonaꝶ in primis obſeruandum eſt, oſtendit quo pacto id ſeruabitur. Neque.n. rex regalia ſemp habebit verba, nec ſeruus ſeruilia, rex etenim depreſtus loquitur perq̃ humiliter, ſeruus elatus oppido quã ſuperbe. Proinde dicit, Si verba.i. locutiones, dicẽtis.i. volentis ex arte loqui, erũt abſona.i. abhortentia, & longe diſſona, fortunis.i. cõditionibus, & ſtatui eius q̃ loquitur, equites ſupple aurati.i. nobiles Romani, & pedites .i. plebeij Romani tollent.i. immoderate leuabũt cachinum.i. diſſolutũ riſum (ſi etenim triſtis, & defortunatus iocoſa verba proferat, aut lætitia geſtiens triſtia, qs ferat? Proinde multum refert, quo quiſque animo affectus ſit. [Neque tñ idem aius omnibus conuenit. nec oibus idem dãdus eſt ſermo tametſi æqualiter affectis) Nã multum intererit.i. referet, aut differentia erit, ne pro an Dauus.i. quiuis ſeruus Comicus loquatur in Comedia, ne pro an, herus priorem corripia, quia tñ Acron, Porphyrio, & Landinus interpretantur pro domino, iccirco legimus herus ne. Sũt qui legant an heros, vt Philologus legendũ cenſet, ſalua metri quidẽ rõne, ſed non ſententiæ, quia Dauus fere in Comœdia loqtur, heros in heroico, niſi dicamus Therſitem non ſeruum, tametſi plebeiũ ad Agamẽnona loqui. Præterea non inſolẽs eſt repetitio particulæ ne, nã ſic Maro primo Æn. Qui teneãt (nam inculta vider) homines ne, feræ ne. Sunt qui legant Diuus ne loquatur, an heros, ſed lectio noſtra placer. Intererit præterea ne pro ãn (vbi quidam male legunt vt) ſenex maturus tam æui q̃ æuo, tam moribus q̃ annis, an feruidus, vtpote adoleſcens feruens iuuenta.i. iuuenili ætate florẽte, adhuc.i. nõ ſolũ ad differentiã fortunæ, ſed ẽt ætatis reſpiciẽdum eſt (quod in fœminino ſexu videtur vnico vocabulo exponere. Nam matrona licet, ea ſit, vt Aulus Gellius docet, quæcũque in matrimonium vt mater fiat, recipitur, tñ vulgo ea duntaxat dicitur, quæ præpotens eſt, & multorum mater. Nutrix aũt iuuẽcula, & paupercula fere eſt, ne tñ vocabulo alio cõtorqueret, epithetis adiuuat dicens, intererit multũ an matrona potẽs.i. prædiues ſupple loquatur, an nutrix ſedula.i. diligẽs, qđ paupertatis ſignũ eſt, intererit ꝑterea multũ an mercator.i. negociator vagus, qui diu vagatur per diuerſas regiones ſup. loquatur, ne pro an cultor agelli virentis.i. agricola, q̃ cogitur in agro ſuo ꝑmanere. Nã (vt dicit Virg in Georg.) Redit Agricolis labor actus in orbem. Mercator igitur de omnibus regionibus, agricola de agro ſuo duntaxat loqui debet, intererit item multũ an Colchus.i. quiuis de Colcho inſula, vbi naturaliter homines ſæui naſcuntur. Et ſunt qui legunt. Agelli an Colchus, ꝑ colliſionem. An Aſſyrius i. aliquis de Aſſyria, vbi naturaliter hoĩes aſtuti, & callidi naſcuntur, an ſup. loquatur aliquis nutritus Thebis.ſ. in Thracia, vbi natura ſunt periti, an Argis .i. apud Argos in Græcia, vbi homines natura ſunt magnanimi, hoc eſt patriæ ẽt ſeruanda eſt qualitas, quia (vt dicit Porph.) ẽt patria eſt principium, & genus ſuæ cuiuſque generationis, & (vt Seru. inquit in vj. Æn.) Afri ſunt verſipelles, & fraudulenti. Alemanni feroces, & temerarij. Galli aũt ſunt tardo ingenio. Et hæc quidẽ præcipue conſideranda ſunt iis, qui rem quamuis nouam fingere volunt, vnde dicit. Aut ſequere famam.i. rumorem, aut traditionem maioꝶ de aliquo, non deſcribendo mitẽ quem Humerus, aut Virg. aut quiuis alius bonus auctor ferocem deſcripſit, aut finge dicta tua conuenientia.i. concordantia, ſibi .i. inter ſe (non aũt dices, ſibi.i. famæ) hoc eſt qualẽcunque ab initio inſtitueris, talem ad finem vſque perduces. De fama ſequenda dat exempla, dicens. O ſcriptor.i. tu qui vis ſcribere, ſi reponis.i. iterum deſcribis, vt emendatius, aut verius, aut elegantius quid dicas, forte .i. fortaſſe, Achillem honoratum .i. multis carminibus præcipue Homeri laudatum, ipſe exiſtens impiger.i. ſtrenuus, iracundus .i. naturaliter iraſcens, inexorabilis.i. difficilis ad placationem, acer .i. vehemens ad vindictam, neget iura nata ſibi .i. neget ſe legibus conſtringi nihil non arroget .i. omnia vindicet ſibi, armis .i. per arma. Talis.n ab Homero inducitur qui eum pedibus velocẽ appellat, quocirca Statius eum ſuper glaciem prima nocte cõcretam cucurriſſe dicit. Præterea poſt raptam Briſeida nullo munere, nulliſq. precibus placari potuit, nec ad defendendos contra Hectora Græcos incitari donec Patroclus occubuerat. Medea vxor Iaſonis, & Colchorum regis filia ferox, ſicut fuit in Iaſonẽ, & in filios ſuos, quos (vt quidam volunt) dum epulum deeſſet, dijs hoſpitio ſuſceptis appoſuit, vt autem ex Diodori lib. v. traditur. Medea Iaſonis amore capta, illum à Colchis in Theſſaliam ſecuta eſt, cumq́ decennium Corinthi cum eo fuiſſet, filioſq́ peperiſſet, ſpreta ob nouam nuptam Creuſam, ſeu Glaucam Creõris filiam furore ꝑcita domum incendit radice quadam à Circe inuenta, ea virtute, vt incenſus ſemel ignis extingui nequiret, Iaſon tñ euaſit, Glauca, & pater igni abſumpti ſunt. Quidam ſcriptores volunt Medeæ filios dona quædam ſponſæ attuliſſe veneris illita, quibus tactis ſponſa, & pater conſumpti ſunt. Irata autem Medea ꝙ Iaſon euaſerat, eamq. ſpreuerat, in eius calamitatem omnes iugulauit vtriuſque liberos, excepto Theſſalo, q̃ aufugit, patriæq. poſtea nomen dedit, ſit ergo ferox, de qua Virg. in Bucol. Crudelis tu quoque mater, & inuicta.i. implacabilis. Ino .i. vxor Athamantis uiri dementis, ſit flebilis propter amiſſionẽ filij, quia fugiens furorem mariti, præcipitauit ſe in mare cum filio, & dicta eſt Leucothea, & filius eius Palæmon, qui Melicertes antea dicebatur Ixion.i. vir ille, ſit ſup. perfidus.i. fideifragus, ipſe.n. ex Antione Periphantis filia natus, Diã Eſionei, vel (vt alij ſcribunt) Euponei filiam vxorem duxit, cui multa contra dotẽ ſe daturum pollicitus eſt. Nam (vt Acron, & Porphyrio dicunt) moris erat apud antiquos, vt ducturi vxores, nuptialia munera, & dotem vltro ſoceris darent. Cum igitur pacta non ſeruaret, ſocer illi equos abſtulit, quem cum accerſiuiſſet dolo, tanquam omnia ſoluturus, foſſam ingentem præſtruxit, igniq́. repleuit, ac cinere extincta texit, ſocerumq́. in eam demerſit. Verum cum de tam iniqua cæde nemo illum luſtrare vellet, tandem à Ioue luſtratus eſt, quo tempore Iunonem de ſtupro interpellauit, nec dubitauit cum nebula, quam Iupiter in formã Iunonis finxerat, coire ſeu concumbere, vnde Centauri orti ſunt. Quapropter apud Inferos à rota, cui alligatus eſt, circumuoluitur. Perfidus ergo fuit in ſocerum, & in Iouem. Iò ſit vaga, quia propter concubitum Iouis a Iunone in vaccam verſa, diu euagata eſt. Et Oreſtes filius Agamemnonis, & Clitemneſtræ, qui propter interfectum patrẽ ab Ægyſtho adultero, & propter interfectos adulterum, & matrẽ a ſe (vnde furijs agitatus eſt) ſemper mœſtus fuit, ſit triſtis, qualis apud Tragicos ſemper inducitur.

Regula talis eſt.

Seruandum eſt igitur ſtudioſe decorum perſonarum pro ſua cuiuſque fortuna, ætate, ac patria. In deſcribendis autem viris ſi notæ ſunt, famam ſequi debemus, & à maiorum præſcriptis non diſcedere, ſint nouæ, & à nobis pro libito fingendæ, tales fingemus, vt nihil repugnans habeant.

IANVS Equites, & pedites,) Id eſt vniuerſus populus, vel alludit ad equeſtrem ordinem, cui propria erant conſtituta loca in theatro. [Deducit) Declinat quemcunque. [Angit) Exagitat. [Effert) Manifeſtat, adaperit. [Abſona) Non conuenientia. [Intererit multum) Nihil tam varium quàm hominũ mores, qui probe ſunt poëtæ pernoſcendi, vt vnicuique perſonæ proprij actus tribuantur. Hinc irriſus Euripides, quòd frequentius ex philoſophorum decretis, vt Anaxagoræ, & ſapientium aliorum dicta quædam vel barbaris mulieribus, vel ſeruis narranda commiſiſſet. Terentius ſapientiores dominis ſeruos introducit, quod licet in palliata, ſecus in togata, idem ſeueras ſententias lepide ridiculis perſonis tribuĩt, vt magĩs delectent, nec caruit latronibus, ꝙ Soſiæ dederit nimis grauem ſententiam. Ne quid nimis. Eſt igitur obſeruandum quantũ quæ-

Si dicentis erunt fortunis abſona dicta:
Romani tollent equites, peditesq́ue cachinum.
Intererit multum Dauus ne loquatur, an heros,
Maturus ne ſenex, an adhuc florente iuuenta
Feruidus; an matrona potens, an ſedula nutrix;
Mercator ne vagus, cultor ne virentis agelli;
Colchus, an Aſſyrius; Thebis nutritus, an Argis.
Aut famam ſequere: aut ſibi conuenientia finge
Scriptor. honoratum ſi forte reponis Achillem:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Iura neget ſibi nata: nihil non arroget armis.

Sit Medea ferox, inuictáq.: flebilis Ino.
Perfidus Ixion: Iò vaga: tristis Orestes.

quæque persona sustineat, & q̃d illius sit proprium, vt cum comœdia imitatio sie vitæ, speculum cõsuetudinis, imagoque veritatis, non discrepet a natura, scripto fabulatum, personæ sint rebus competentes, senteneiæ vitæ congruentes, ioca non infra soccum, setia nec vsque ad cothurnum, raræ corruptelæ, & vti errore concessi amores, sit leno periurus, amator feruidus callidus setuus, amica illudens, vxoe inhibens, mater indulgens, patruus obiurgator, sodalis opitulator, miles prœliator, sed & pat esiti edaces, parentes tenaces, meretrices proeaces. Mores etiam populorum inspiciendi. Athenienses paruo momẽto ira scuntur, ijdemque rursum ad miseeicordiam facillime eoouerrtuntur, magistratibus formidolosi, hostibus benigni. Carthaginenses fere crudeles, magisttatibus obtemperantes, in subiectos intolerabiles, abiecti dum eiment, superbi eum imperant, quos nec lusu, nee gratia demulceas, quando enim Cleoni rogaei, vt differient concionem, quòd hospites domi haberet, paruissent? aut Aleibiadi cothurnicem quæ concionanti effluxerat, eereatim capiendam reddendamque curassent, cum Hannonem, quòd leone onerario pro iumento vteretur, in exilium egerint? Lacedæmonij feueri, Thebani cupidi, & suis multa condonanres, Bœotij Crassi, denique Scythę soli erudeles. Itali regali nobilitare præfulgidi, Galli superbi, stolidi, leues Græci. Atri subdoli, auari Syri, acuti Siculi, luxueiosi Asiani, & voluptatibus occupati, Hispani elata iactantię animositate præpositeri, Cretenses mendaces, ventres pigri, Phryges timidi, semiuiri, Iudęi cordis pertuicacia obdurantes. [Dauus.) Frequens in comœdijs seruus, Philostratus air, quòd quemadmodum in fabulis vtitur vulpe Aesopus, sic in comœdijs comici Dauno vtuntur ministro. [Maturus.) Cui sermonis grauissimę partes debentur. [Loquarur.) Verba sunt accommodanda pro qualitate personarum. [Feruidus.) Ardens amator, impotens, imbecillis. [Sedula.) Diligens, officiosa. [Vagus.) Qui multa viderit, & norit. [Vigentis.) In quodam codice verusto est, virentis. [Colchus.) Sæuus natura Assyrius, astutus Adiabenicus, prope Parthos sunt Assyrij, id est post Assyriam. [Aut famam.) Scripturus poëta, si veram vult historiam contexere, famam sequatur, nec scribat quę prorsus excedant veritatem, si mauult fingere, constee sibijpsi, fingat res verisimiles. [Honoratum.) An propter illud Alexandri dictum nobile? O fortunate adolescens, qui tuę virtutis præconem Homerum inuenisti. An quòd nunquam sub Agamemnonis imperio fuerit? hinc quoeies eius pecsona in tragœdijs inducebatur, licet regalia sceptra nunquam eenuerit, diademata tamen semper erant. [Reponis Achillem.) Iterum sumis ab Homero cantatum Achillem. Plato lib. iij. de tepublica Homerum accusar, quòd Achillem nimis sęuum fecerit, hominum decorumq. contempro rem, qui Apollinem perniciosissimum deorum vocet, quodque nimiam illi attribuerit lamentationem, quòd auarum fecerit, & crudelem, vt cadauer Hectoris circa muros Iliacos traxerit, & captiuos supra Patrocli rogum immolarit, qui deæ filius fuerit, & à Chirone sapientissimo educatus. Achilles molli, & aurea cæsarie fuit, varijs hic inde nodulis pendenti, & per collum fluctuanti, naribus pene aduncis supetcilis tenuibus, & leniter inflexis ad Lunæ formam fronte niuea, oculis cæsijs, tanta gratia, & venustate, ut cum acię́ oculorum flecteret, omnium in se oculos alliceret, ut auctor est Philostratus. [Iracundus) Ob raptam Briseidem. [Inexorabilis.) Quem nec Phœnix nec Nestor potuerit placare. [Armis) Putet ius esse in armis. [Ferox.) In fratrem, patrum viri, filiosq.. Ouid. una Medeæ Tragœdia facile omnes Latinos Tragicos superauit. [Inuicta.) Quę non tulerit Iasonem alteram eapere uxorem. [Ino.) Athamantis uxor, quæ cum Melicetta filio in mare se præcipitem dedit, Leucothea à Græcis, à nostris matuta. Maturæ ædem ancillis Romæ nefas erat ingredi, vna inetoducebatur, & ea alapis cedebatur. Ab hac Romanæ matronæ bona filijs non optabant, sed nepotibus, quòd in filijs fuerit infelicissima. [Perfidus.) In socerum, in Iouem, in Iunonem, quippe qui Iunonem amarit, proq. ea nubi sit permixtus, quæ omnis fabula contra inanis gloriæ sectatores composita est, qui gloriam quasi uirtutis imaginem amplectentes, nihil sincerum aut sibi consentiens operantur. [Tristis Orestes.) An tristis, q; ex cæde materna mœstus expiari cuperet, mortemque paeernam defleret, furisq agitaretur, an ad insaniæ speciem alludit, quæ cum plures sint, alia hilares, alia tristes reddae? quidam sunt qui imaginibus, non mente falluntur, qualem insanientem Aiacem vel Orestem. poeeatum fabulæ ferunt, quos necesse est ob id tristes fieri, qua insaniæ specie multi qui ingenio clarue runt, uel in studijs philosophiæ, nel in republica administranda, vel in caemine pangendo, laborasse feruntur, ur de Hercule legimus Bellerophõte, Empedocle, Socrare, Platone, atque hinc ille est morbus quem melaneholiã Græci uocant, nostri atram bilẽ.

SI dicentis erunt fortunis absona dicta) Si non conueniunt verba loquentis fortunæ, ridebunt Romani. [Interent mul- ACR.
tum Dauus ne loquatur, herus ne) Vnicuique personæ proprius actus formandus est. [Sedula) Studiosa, officiosa, ad obtemperandum parata. [Vagus) Qui passim nauigat. vt, Impiger exeremos currit mercator ad Indos. [Colchus, an Assyrius. Thebis nutritus, an Argis.) Nam Colchus, non nisi sæuus inducendus est, Assyrius, astutus, callidus. Nec indueas Argis natum timidũ, aue Thebis facias imperitum. [Aue famam sequere, aut sibi conuenientia finge.) Omnis poëta, aue certam historiam tangit, aut fingit. Si ergo certam scribis, famam sequere, aut si fingis, habeat artem, & vetisimilitudinem figmentum tuum. [Si forte reponis Achillem) Quasi iterum eeducis, ae teddis viuum carmine tuo. Vel etiam reponis, scribis, aut transfers quod alij dixerũt de ipso. Apud commentarios sic inueni relatum. Apud antiquos tragœdiarum eomœdiarumq sceiptores, eum ptimum in scenã prodirent, fauorabiliter excipiebantur. etiam si male agerent, vt illorum adscribendum iterum allicetentur animi, & prætore cogente totam necesse erat agi fabulam, si uero iterum male egissent, incipiebant derideri. Et ideo dixit (reponis) quasi iterum profers. Alij sic exponunt, poni dicitur agiliter scribi. Reponis igitur, itidem scribis. Si ergo Achillem, de quo semel Homerus seripsit, velis sctibere, talem debes scribere, qualem Hom. ostendit. Aut reponis, ad imitationem Homeri deseribis. [Impiget) Velox sit in tuo carmine, vt miles qualis ab Hometo inducitur talis adscribatur. [Iura neget sibi naca) Neger se legibus constringi, sine lege omnia faciat, & sic eum seribe vt non curet de lege. [Nihil non arroget armis) Nihil sit quod non speret perpetrari per arma, quantum ad se specter, quia vnusquisque fiduciã suam priuatam credit, non æstimans esse communem, ve sit præsumptor, ut habeat fiduciam vincendi, vt omnia armis deuindicer. [Sit Medea ferox) Medea dum dij in domo sua haberent hospitium, dumq. nil carius haberet, filios suos ad comedendũ adposuit, ideo ferox, & crudelis est. [Flebilis) Propter amissionẽm filiorum. Athamas. n. maritus eius vnum persequens, occidit, alterum dum sequitur cecidit in mare, quorum exitum fler mater. [Ino) Vxor Athamantis demenris fuit, quæ furorem mariti fugiens, se præcipitauit in mare eum filio, & dicta est Leucothea, & filius eius Palæmon, qui Melieertes antea dicebatur. [Perfidus Ixion) Moris erar apud antiquos, ut ante ductas vxoees, nuptialia numera vltro generi soceris darent. Ixion ergo cum filiam Eionei accepisset vxorem, & dotem darct inuitus, scrobem fecit ingentem, quam igne repleuit, ac summam leuiter contexit cinere. In hac socerum, quem simulans ad cœnam inuitauerat, mersit, ac sic passus est illum viuum exuri. Ob hoc perfidus dictus est. Siue dum conuiua Iouis esset, Iunonem de stupro temulentus ausus est appellare. Alij dicunt quòd concedente Ioue cum Iunone concubuit, & postea patefecit. [Tristis Orestes.) Propter conscientiam, quia marrem demens interfecit.

ROmani rollent equites, peditesq. cachinum.) Ridebit PO
equester ordo, & plebeius. Cachinum autem est verbũ secundùm ὀνοματοποιΐαν fictum a sono risus. [Interit multum Dauns ne loquarur, herus ne.) Hoc est, vnicuique personæ actus aprandus est, apud Menandrum inducitur seruus tanquam liber loquens, hoc ille indulgenter, & inconsulto, ve omnia domino simpliciter fateatur, Itaque aliquo modo illum excusat. [Aut famam sequere, aut sibi conuenientia finge.) Hoe aliud præceptum est. Nam poëta scripturus, aut secundùm hominum consensum, debet aliquid scribere, aut si historiam tanquam tritam non vult arringere, debet conuenienter totam inducere. [Scripror honorarum si forte reponis Achillem.) Apud anriquos, tragœdiarum comœdiarumq. scriptores cum primum in scenam prodirent, fauorabiliter accipiebantur, etiam si male agerent, ve illorum ad scribendum iterum allicerentur animi, & prætore cogente totam necesse erat peragi fabulam. Si vero iterum male egissent, incipiebant derideri. Ideo dixit (Reponis) quasi iterum profers. [Perfidus Ixion:) Moris etat apud antiquos, ut ducturi vxores nuptialia muneta, & dorem vltro soceris darene. Ixion ergo cum Eionei filiam accepisset vxoeem, & dotem daret inuitus, scrobem fecie

fecit ingentem, quem igne repleuit, & in summo leuiter cinere contexit, in hanc Bionta, quem simulans, ad cœnam inuitauerat, mersit ac sic passus est viuum illum exuri, ob hoc perfidus dicta est Ixion.

CLAR. Dauus ne loquatur, an heros.) Ita legit Aldus. At Doct. in Adagio. Tiresia cæcior, legit, Diues ne loquatur an Irus. Badius legit, Dauus ne loquatur, herus ne. Quidam etiam legunt, Diuus ne loquatur, an heros. Quas lectiones iudicio committo. Sunt .n. omnes tolerabiles. Quod autem quidã codices habent, Dauus ne loquatur, an herus, corruptum est, quippe herus primam corripit. [Thebis nutritus an Agris) Nec inducas Argis natum (inquit Acron) aut Thebis facias imperitum. Hæc ille. At qui si de Bœoticis Thebis ait, vt puto, nõ uideo quo modo hoc quadret, cum Bœotij de stupiditate apud omnes male audiant. Vnde est, Bœoticum ingenium, vt sit seorsus, Thebis nutritus apud stupidos, an Agris apud solerteis, Badij liber ab ipso excussus, exponebat nutritus Thebis .s. in Thracia, vbi natura sunt periti, quod ego non capio.

IAC. BON. Interierit multum) Nos, inquit Iac. Bononiensis, vbi Dauus legitur, Diuus reponimus. Nam sensus est, ni fallor. Honestus quadrat si subsequentia accurate pensitentur. Poeta .n. gradatim variarum rerum ac personarum præponi seruandum ostendens, à diuo ad heroëm, mox ad senem aliosq. inferiores decurrit, quod carmen infra positum clarius exponet: Ne quicunque deus, quicunque adhibebitur heros &c. Ceterum si Dauus iuxta neotericum interpretem legatur, fatuus erit sensus nisi statim subsequatur, & legatur, Herus, hoc est dominus. quod si fit, tunc claudicabit versus in sybilla.

ALDVS MANV. Intererit multum) Miror, inquit Aldus non aduertisse quosdam non dici posse, an herus, vt in multis etiam est exemplaribus, idq; repugnate syllaba Sunt qui legunt, diues ne loquatur an Irus. Sunt qui, diuus ne loquatur an heros. Sed melius legitur, Dauus ne loquatur an heros.

ASCEN. Perseuerat Auctor in institutione sua, dicens. Si tu committis, id est exhibes, scenæ, id est publico spectaculo, quid, id est aliquid inexpertum, vnde nemo vnquam fecerit periculum, & audes formare, id est de nouo instituere, personam nouã, id est cuius mores nunquam prius auditi sunt, ea sup. seruetur, id est continuetur, ad imum, id est infimum, hoc est ad extremum vsque (Est enim metaphora ascribentibus in pariete vel carta, in quibus quod infimum idem, & vltimum est) seruetur inquam sup. talis qualis processerit, id est inceperit progredi, ab cepto, id est à principio. Et constet, id est sit conformis, sibi supp. ipsi, hoc est ne alterius moris dicatur sine causa in principio, quam in fine. Oportet enim vt persona noua cuius mores ad libitum finguntur, sit sui similis nihilq. non vero simile egisse dicatur. Et ideo difficile est dicere proprie, id est tanquam propria, communia, id est ab alijs intacta, & nondum vsurpata, sed in commune relicta, quia re uera multi difficiles sunt inuentores, sed facillimi imitatores. Et ideo dicit, tuque, id est & tu deducis in actus, id est inter agendum componis, rectius, id est conuenientius, & facilius, carmen Iliacum, id est rebus Troianis ab Homero compositum, quam si tu primus, id est inuentor, & excogitator, proferres, id est porro aut ante alios ferres & in scenam usque perduceres, ignota, id est alijs incognita, & indicta, id est ab ijs nunquam recitata Si quis autem dicat, miserrimi esse ingenij nihil inuenire, sed semper inuentis uti respondet poëta esse viam, qua publica priuata fiant, dicens. Materies, id est materia, publica, id est ab inuentore omnibus æqualiter proposita, erit iuris priuati .i. sui cuiusque, vel tui proprij, si non moraberis, id est moram feceris, circa orbem, id est circulum, vilem, id est uulgarem, & patulum, id est omnibus, & semper patentem, hoc est si non eundem, & ubique similem procedendi ordinem, & modum seruaueris. Non enim oportet inuentorem omnia uniformiter imitari, sed ne translatorem quidem, unde dicit. Nec pro, & non, & tu interpres, id est translator, & expositor alterius linguæ, & non curabis, id est non conaberis, quamuis uelis esse fidus, reddere uerbum uerbo .i. transferre (vt dicunt) de uerbo ad uerbum, nec tu imitator, id est qui prætendis aliquem alterius linguæ imitari, desilies, id est deorsum salies, in arctum, id est in locum angustum præscribendo tibi omnimodam imitationem, unde, id est a quu loco arcto, pudor, id est uerecundia, turpe est inceptis desistere, aut lex operis abs te incepti prohibeat, id est uetet, proferri, id est protrahendo reducere, pedem, id est modum procedendi. Nec incipies .i. exorderis, sic, id est taliter, ut, id est qualiter, scriptor quidam sup. Cyclicus, id est orbicularis, qui cyclum orbem, seu ordinem mutare nesciuit, vt Antimachus, olim supp. fecit, dicens. Ego cantabo .i. carmine prosequar, fortunam, id est miserabilem casum Priami regis Troianorum, & bellum nobile quod omnibus debeat esse notum, in quibus quidem verbis propositio est magnificentissima, proinde subdit Poeta. Quid hic .i. huiusmodi promissor feret .i. afferet, dignum tauro hiatu .i. tam superba propositione, & effutitione? q. d. nihil. Non montes parturient .i. cupient, aut videbuntur parere, & mus ridiculus, id est omnibus risui habendus nascetur .i. edetur ab ipso monte. Et tractum est ex diuerbio græco, atque Æsopi Apologo. in quo habetur, ut quidam rustici offensi vmbra, & sterilitate cuiusdam montis viderunt, cum subinde in ipso deambularent, Talpam aut Murem exitum, aut vermes quærentem, quo monstro territi credentes montem parturire, eiusq. partu omnes valles, atque vberes glebas pessundatum iri verentes, collectis armis, & manu consertta vt recentem partum interficerent. Murem exilientem inuenerunt, qui cum risu exceptus est. Et ideo dicit Poëta. Quanto rectius sup. egit hic videlicet Homerus? q. d. maximo, qui nihil, id est non aliquid: qui inquam non molitur, id est cum molimine, & difficultate attentat aliquid inepte .i. indecenter, dicens in principio Odysseæ .i. poëmatis de Vlysse compositi. Musa dic mihi virum, qui post tempora Troiæ captæ vidit mores, & vrbes multorum hominum, quod quidem verbum licet simplicissimum, & intellectu facillimum, multiplicem tñ est significationis. Significat .n. eum oportere prudentem esse, qui mores hominum multorum vidit, & vrbes. Præstantissima enim rerum magistra est experientia. Eundem locum alijs verbis transtulit Philelphus, dicens. Callẽtem dic Musa virum, qui mœnia sacræ Diruta post Troiæ, multumq, diuq. pererrans. Et mentes hominum multorum vidit, & vrbes, quia vero familiariter auspicatur, dicit quod is qui ita auspicatus vtpote Hom. non cogitat dare fumum ex fulgore .i. splendido exordio fumosum, & humilem processum. Naturaliter .n. fumus flammam præcedit, & flãma sequitur, vt dicit, sed cogitat dare lucem ex fumo .i. post fumũ, vt promat .i. in medium proferat, dehinc .i. postea .s. speciosa .i. sane pulcherrima miracula .i. res admiratione dignas, vtpote Antiphatem Lanij filium, qui Formias in Italia condidit, & qui vnus ex Lestrigonibus fuit. Lestrigones autem humana carne vescebantur, que, pro &, Scyllam, & Charybdim .i. eas mulieres in mõstra & pericula marina versas, Cum Cyclope .i. Polyphemo, Cyclum hoc est orbem, siue oculum rotundum in fronte habente. vt Virg. in iij. Æn. dicit: Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar. Nec sup. talis videlicet Homerus, orditur .i. incipit, reditum, id est regressum Diomedis ab interitu, id est morte, Meleagri, id est fratris eius, hoc est non incipit à primo rerum, quæ nihil ad propositum faciunt exordio. sicut nec Virg. incipit a causa belli Troiani, nec ab excidio Troiæ, sed sic, Vix e conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti, & reliqua. Nec, pro & non, orditur, id est non inchoat, ab ouo gemino, quod Lede ex Ioue concepit, hoc est non incipit à natiuitate ipsius Helenæ, quæ fertur causa fuisse belli Troiani, sed à decimo anno obsidionis Troiæ. Nota autem est fabula, quo pacto Iupiter cum Lede vxore Tyndari concubuit in specie cygni, quæ ex eo concepit duo oua, ex quorum altero natus est Pollux, & Clytemnestra, ex altero Castor, & Helena. quam quia Paris rapuit, Troianum bellum exortum est. longum autem esset, & inexplicabile si quis omnium rerum quarum meminerit, origines explicare uelit. Et ideo Homerus festinat semper ad euentum .i. ad exitum rei, & rapit .i. deducit auditorem, seu lectorem, in res medias .i. á medio historiæ inchoaras, non secus .i. non aliter ac .i. quam, notas .i. præcognites illi. & relinquit sup. ea quæ desperat, tractata .i. postquam tractauerit, posse nitescere .i. habere nitorem .i. præmittit ea quæ videntur non habitura splendorem si dicãtur. Atque pro &, & mentitur ita & fingit sic res nouas, & remiscet .i. commiscet, vel re uera iterum atque iterum miscet, sic .i. hoc modo, veris falsa, ne pro vt non, ut medium supp. Poëmatis, vel narrationis, non discrepet, id est dissonet, primo, id est principio, & vt imum, id est finis non discrepet, medio, hoc est ut fictio sit concors, & sui similis, nec discrepans. Vnde sit talis regula. Qui nouam, id est non prius cantatam personam pro libito fingere uolet, eam sibi constantem, ac sui per omnia similem finget. Ceterum quia difficile est rem nouam ab alijs nondum occupatam, & ita communem sibi vendicare, ac propriam facere, consultius erit aliorum inuenta traducere, quæ tunc sibi propria fecerit, si non eundem penitus contextum rei seruarit. sed multa alio modo, ac forma dixerit. neque enim qui scripta aliqua etiam fideliter transferre volet, ea verbum è verbo transferet,

ret, sed sensum è sensu. non .n. omnia æque diuersis linguis congruunt. Sed neque pomposum & turgidũ fecerit exordiũ. crescere .n. & augeri debet vt loquẽtis vox, ita & scribẽtis stylus. neque altius aut longius q̃ par est repetetur narratio, sed ad exitum festinans, multa vt nota dũmodo media. i. cuius cognita sint, transibit multaq. pro libito addenda h speciose dici ab eo nequeũt indicta relinquet. In figmentis aũt verisimilitudinem seruabit. In quibus omnibus Ho. excelluisse in confesso est.

Si quid inexpertum scenæ committis; & audes
Personam formare nouam: seruetur ad imum,
Qualis ab incepto processerit: & sibi constet.
Difficile est proprie communia dicere: tuq.
Rectius Iliacum carmen deducis in actus:
Quàm si proferres ignota, indictaq. primus.
Publica materies priuati iuris erit: si
Nec circa vilem, patulumq. moraberis orbem:
Nec verbum verbo curabis reddere, fidus
Interpres: nec desilies imitator in arctum:
Vnde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex.
Nec sic incipies, vt scriptor Cyclicus olim,
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes: nascetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte.
Dic mihi musa virum, captæ post tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit, & vrbeis.
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
Cogitat: vt speciosa dehinc miracula promat,
Antyphatẽ, Scyllamq., & cũ Cyclope Charybdim.
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.
Semper ad euentum festinat: & in medias res
Non secus, ac notas, auditorem rapit: & quæ
Desperat tractata nitescere posse, relinquit.
Atque ita mentitur: sic veris falsa remiscet.
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

IANVS Si quid inexpertum) .i. si vis nouam personam introducere, quæ a ceteris poetis intacta sit, vt de Didone Virgilij, licet antea quædam de ea dixerit Ennius, sic tractandũ est, vt omnia sibi respondeant. [Inexpertum) .i. nouum, vel quod ante in scenam non venerit, vt Octauia Senecæ [Imum) .i. ad finem, exitũ. [Deducis) Componis. [Ignota, indictaq.) Id est non communia, sed recondita. [Iliacum) .i. sumes imitandum Homerum. [Difficile est proprie) Magnam rem aggreditur, difficilem, & periculosam, qui vult secare mare nullo duce, nec sibi saltem Vrsa proposita. quẽ si contingat portum apprehendere, nulli debitũ est errasse illum diutius, longiusque iter emensum esse, quam si stellam sequens, clauo herens, quo eundum erat, vela conuertisset. eadem in poëmate conficiendo ratio. duce auctoreq. opus est, quẽ sequamur, cui hereamus, & quem nobis imitandum ante alios proponamus. Notantur sane alibi ab Horatio imitatores tanquam serui, sed illi notantur, quorum imitatio est vitiosa, qui circa vilia, & singula quæque versantur. Ducimur natura ipsa in quoduis scribendi genus, sed ea non satis perficere possumus, nisi imitationem adhibeamus, id est tota mente atque animo, quem optimum putamus, intueamur, nec ad amussim sequamur, aut facilia quædam insignia ue, & pene vitiosa imitemur, se quæ maxime excellant, ea diligentissime persequamur, vt quem elegerimus, imitando effingamus. nec nos terreat quòd eadem multi dixerint. aperiuntur sæpius a poetis materiæ, quàm præripiantur. Ætnã montem quo minus Ouid. tractaret, nihil obstitit quod iam Virg impleuerit. nec Seuerum quidem Cornelium vterque deterruit. Multæ sunt eadem in re res tractandæ, nec inuenturis inuenta obstant. Optima est vltima conditio, parata inuenit verba quibus aliter instructis nouam potest faciem facere, nec illis manus inijcit, tanquam alienis, sunt .n. publica, & iurisconsulti negant quicquam publicum vsu capi. Multum igitur confert imitatio, si tñ caute, & cum iudicio apprehendat, vt illa sola contenti non simus, de nostro adijciamus, nec sequamur perpetuo. nam necesse est semper posteriorem esse qui vestigia sectetur. Debet aũt ante omnia imitator, quæ acceperit ingenij sui cura, & facultate in vnum saporem varia illa libamenta confundere, vt, licet unde sumptum quidq̃. sit appareat, aliud tamen esse videatur, vt in nostris corporibus facere videmus naturam. alimenta .n. quandiu in sua qualitate in stomacho perdurãt, onera sunt, vbi mutantur, in vires sanguinemq. transeuntq.. Idem in ijs quibus aluntur ingenia, præstamus quæcunque hausimus, concoquamus, vt in ingenium eant, non in memoriam. Sententias non aucupentur, quod ipsum imperiti esset, sed si quas acceperimus transformemus, vt solent fures, qui earum rerum quas ceperũt, signa cõmutant. ob hanc imitationem maiorum vestigia præstat indagari. nam si tantummodo ad indicia veteris memoriæ fiat, curiosi potius est q̃ ingeniosi. Ouid. Porcij Latronis nimis studiosus habitus est imitator, ita vt multas eius sententias in versus suos transferrent. [Communia) Quæ ab omnibus accipi possent .i. intacta, & non scripta à ceteris. [Proprie dicere) .i. proprijs verbis, vt propria dicentis esse videantur. [Iliacum carmen) .i. personas descriptas ab Homero, quæ facilius scribuntur illo duce. [In actus:) In scenam. Omnis .n. fabula quinque actus haber. [Deducis) Collocas, ponis. [Proferres) Scribere, proferenda dares tuis personis. [Primus) .i. non imitator. [Publica) nota, monet quo pacto fieri possit imitatio, vt licet materia non sit, tua tñ videatur, Fiet aũt, vt inquit, si non totum vndecunque volueris imitari, & quædam prętermitres, quædam de tuo addes [Publica) Vt bellum Troianũ, Thebanum. [Priuati iuris erit) Eius qui scripserit. [Si non circa) .i. si non voles totũ opus imitandum circumire, & quæ dicta sunt ab illo sumere quod ipm, vile tuum faciet poema. [Moraberis) Occupaueris .i. circa ea q̃ scripta sunt ab illis, quos imitatis, persistes. [Vilem) Quod ipsum re vilem faciet. [Nec verbũ verbo) In interpretatione verbũ verbo nõ reddendum testes sunt quicunque de bonis literis prȩcepta ediderunt. Genus oẽ verbo℞ visq., si fieri possit, seruanda, quod si aliter fieri nõ possit, idem pluribus exponẽdum, suæ eædẽ, earumq. formæ, rerumq. ordo custodiẽdus, verba nõ contẽnendo omnino, ni abhorreant à more nostro, qđ ipsum difficile est, & non nisi vtraque lingua consummatissimi viri. Occurrunt verborum proprietates, varietates, figurarum, ipsum postremo suũ, &, vt ita dicã uernaculæ linguæ genus, q̃ nisi varientur apposite, resonant dissone, & absurde. M. Tullius cum Prothagorã Platonis, & Oeconomicum Xenophontis, Æschinis, Demosthenisq̃ duas contra se pulcherrimas orationes interpretaretur, multa pçermisit, multa addidit, multa mutauit, vt proprietates alterius linguæ suis proprietatibus explicaret, nec voluit verbum de verbo, sed sensum de sensu exprimere. Multa apud Græcos bene dñt, quȩ si ad verbum transferamus, in latino non resonant, & contra, q̃ apud nos placent, apud illos displicent, Aulus ferreus scriptor a Lucilio appellatus est, ꝙ Sophoclis Electram male conuertisset. Ante oĩa seruanda est Etymologia, neque id magni putandũ, si diuersis q̃dam vocentur nominibus. Scythæ Gongosirõ Apollinẽ vocant. Neptunũ Tagesmana, Venerẽ Argempasam, Vestã Tenuri. necesse est si vertas, etymologia appareãt. quanta aũt interpretando sit utilitas, vel ipse testis est Cic. in de Orat. lib. j. quo in gñe exercitationis proprietas, splendorq. verbo℞, copia figura℞, vix explicandi, præter ea imitatione optimo℞ similia inueniendi facultas paratur, intelligentia, & iudicium acquiritur. [Reddere) Interpretari, trãsferre. sed sensum sensui curabis reddere. [Nec desilies) Redigaris. Caueat, inquit poëta qui alium est imitaturus, ne imitatione eo perducatur, vnde egredi non possit. vt accidit Augusto, qui cum Sophoclis tragœdiam vellet traducere ꝑ nimiam figuram dicendi ꝓsequi non potuit. [Arctum) Angustum locum. [Proferre pedem) Egredi è materia. [Lex) Quæ vult vt conuenientia sit in poëmate. [Nec sic incipies) Multum est, re bene incipere, vt inceptus possit stylus bene seruari, & semꝑ maiora legẽtibus se offerant, q̃ in primo aditu sit propositum. Vnde nihil æque est quod principia cõmendet, ac verecundia, nõ elatis incẽsa verbis sed potius acuta sententijs. Quid .n. in re℞ natura est omnium quod se vniuersum profundat, & quod totum repente euolet? Omnia q̃ fiunt aguntur ue, leuioribus principijs natura ipsa prætexuit. Poëta naturæ imitator granditer turgideq. incipiet, ut maiora appareant principia his quæ sequentur? Illud Virg. At nunc horrentia Martis. Ideo putarim a Tucca Varoq. emunctȩ naris viris seu poëtis sublatum ꝙ nimis alte sonaret, & à verecundia

eundia principiorum abesset. Probat id debere fieri Horatius, boni malique poëtæ comparatione. [Incipies) Non id principium tuo poëmati dabis. [Scriptor Cyclicus) Cyclicus à cyclo .i. circulans, ꝙ circulator esset, & circunforaneus. Antimachum non credo intelligi, quem clarum poëtam vocat Cicero, & Plato tanta feratur attentione audisse. [Fortunam Priami) Carmen Cyclici poëtæ de illius vitioso poëmate translatum. [Nobile) Superbum, magnum. [Fortunam) Prosperam, & aduersam. [Nobile) Ad quod reges, duces, & heroës acciti sunt. [Promissor) Hoc de se modeste vsurpat Quint. in .1. quid dignum feret hic promissor? [Feret) Afferet in medium. [Tanto hiatu?) Ore tam lato, tam sublimi voce. [Parturient montes) Prouerbium Græcum in eos qui nullo consilio, magno impetu, nullo prospecto fine, grandia aggrediuntur. Quo diuus Hieronymus vtitur in Iouinianum. [Parturient) Laborabunt, vt pariant. Liuius. Aliquando dolor populi Rom. pariat, quod iam diu parturit. [Ridiculus mus) Sic & Virg. Exiguus mus. Casus singularis magis decet, & clausula vnius syllabæ non usitate gratiam addidit. Quint. lib. viij. de ornatu. [Quanto rectius hic) Homerus concento prope diuino mirabilique quadam musica præditus, cunctos poëticos modos attigit. Omnes poëtas ea uirtute qua quisque ipsorum esset eminentissimus superauit. heroica sublimitate supra Orpheum attollitur, Venere sententiarumque lepore Hesiodum uincit, omne pugnandi genus ante oculos posuit, pacis quietisque officia cantus, amores, conuiuia describit, opus rusticum decenter attingit, & cõmode, anni tempora, nauigationes, armorumque fabricationes cõmemorat ea diligentia, ut in magnis rebus sublimitas eluceat, in paruis appareat proprietas, ac modo copia, modo breuitate mirabilis, undique autem perfectus conspiciatur. Poëtarum quos improbat uersus, tanq̃ aliud agens, non minus iucunde q̃ urbane commutat, & reddit meliores, quod cum plerisque apud Hesiodum fecit, tum maxime vbi ille Cycni clypeum fingit Gorgonis imaginem nimis demisse, nulloque ardore poëtico insignem descripsit Homer. humilitatem quasi eius corrigens ait,

*At clypei medio stant Gorgonis ora Medusæ,*
*Fluminibusq; micat torue, & furiale venenum:*
*Perq; caput varijs flectuuntur nexibus angues,*
*Quam circum horrendæ pestes terrorq; pauorq;,*
*Extremos clypei tractus gyrumq; coronant,*

Orphei similiter theologiam in multis locis, & Musæi oracula eodem modo correxit. Paphus etiam ex antiquioribus poëtis uolens Iouem principium, & causam rerum omnium dicere, ait.

*Iupiter omnipotens ex stercore condite turpi,*
*Multorum simul atq; ouium.* At contra Homerus.
*Iupiter omnipotens celsi regnator Olympi.*

Pugnas deorum quas facit, pugnantemque cum Apolline Neptunum, uictumq. a Pallada Mortẽ, iuxta ueteris theologie Orpheiq. arcana orgia secretiore mysteriorum ratione ponit. Quo tpe floruerit, uariæ sunt sniæ, plures centesimo sexagesimo post Troiam euersam anno, fecit illum in certamen cum Hesiodo apud Euboëam descendisse, eaque pronunciasse carmine, quæ de Aiacibus cõposuerer, quibus acies amborum ductu in ordinem redactas insuperabiles fuisse cõmemorat, cum Hesiodus ea protulisset quibus fratrem monet vt omni studio agriculturæ incumberet, ne ea fortasse neglecta alienæ opis indigens vagari cogeretur. Septem vero vrbes de eius patria certabant, Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin Ius, Argos, Athenæ. Appion quidem grammaticus sub Cæsare Augusto tota circunlatus est Græcia, & in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adotatus. Is aiebat Homerũ vtraque materia consumata, & Odyssea, & Iliade, vnum principiũ adiecisse operi suo, quo bellum Troianum complexus est huius rei argumentum afferebat, ꝙ duas literas in primo versu posuisset industria, librorum suorum numerum continentes, [Hic) Fecit Homerus. [Inepte) Alludit ad id, ꝙ omnes Græci inepti nuncupantur, vt etiam a M. Cicerone in libris de Oratore, quasi velit solum Homerum ex Græcis carere hoc vicio ineptitudinis. [Dic mihi musa virum, captæ) Versus Homeri non ad verbum de verbo traducti ex principio. [Odisseæ. Dic.) Expone, narra. [Vtrii) Vlyssem, cui voluit semper comitẽ esse prudentiam Homer q̃ poëtico ritu Mineruam nominauit qua duce oĩa horrenda subijt, omnia aduersa superauit, Cyclopis specu egressus est, á Solis armento abstinuit ab inferis remeauit. Scyllã Charybdimq. præternauigauit, Circes poculis non mutatus est, ad Lotophagos non remansit, ad Syrenas non accessit. Erat Vlysses ingeniosus, & eloquẽtissimus, ad inuidiam pronus, apud eũ ficta simulataque omnia, aspectu pallidus, & subtristis, semper cogitabundus, affectatam præ se ferens humanitatem, rei militaris mediocriter doctus, pluris tamen habitus est quàm esset, naualis pugnæ oppugnandiq. haud ignarus, sagittandi peritissimus habitui, post captam Troiam maior, ꝙ equum ligneum excogitauerit, quodque illic inclusus promptior, & audacior ceteris extiterit, statura exigua, & simis naribus fuit, oculorum lumen crebris varijsq. tum suspicionibus, tum cõmentationibus distractũ, atque aberrans cogitabundum hominem exprimebat. In fabulis semper palliatus introducitur, siue ꝙ aliquando insaniam simulauerit quo tempore tectum se esse voluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire, seu ob singularem sapientiam, qua tectus munitusq. plurimum socijs profuit. [Captæ) Post deletũ Ilium. [Fulgore) Flamma, igne, ex magno principio. [Ex fumo) Re tenui, & debili principiò. [Dare lucem) Luculentum opus componere. [Ex fumo) Prouerbium de fumo ad flammam. [Dehinc) Post tenue principium. [Promati) Edat, narret, exponat. [Antiphaten) Læstrigonum regem, qui humana carne vescebantur. [Charybdim) Voraginem. [Nec reditum) Eos reprehendit qui nimis alte longeq́ ordiuntur, cum poëtarum proprium sit à medijs incipere, vt Hom. fecit à precibus Chrysæ sacerdotis, & Virg. à secundo anno erroris Æneæ, quo vitio videntur ferè Latini omnes poëtæ præter Virgilium, laborasse. Reditum Diomedis. [Meleagri) Fratris Tydei, patrui Diomedis. [Interitu) A principio familiæ. [Diomedis) Diomedes corpore fuit agili, oculis cæsijs, recto naso, crinibus tortis, ac sine vllo lenocinio hirtis, & globosis. [Gemino ouo) A partu Lædæ, sed à precibus Chrysæ. [In medias res) Iuxta finem: inter principium, & finem eius quod scribere intendit. [Ad euentum festinat) Ad finem properat, nec principia dicit, sed apte rapit auditorem, vt quæ præcesserunt, apte, & commode intelligat. [Quæ desperat) Nec enim omnia cogitur poëta narrare. De Palamede Neptuni nepote, viro fortissimo, & iustissimo fraude insidijsq. Vlyssis cæso, nihil meminit Homerus, licet ferant Homerum cum Ithacam appulisset, Vlyssis anima euocata res Troianas didicisse hac conditione, vt nullum de Palamede faceret mentionem. [Mentitur) Non solum omittit multa bonus poëta, sed si viderit non posse quadrare, mutat vt Virg. de Didone, quam constat fuisse castissimam. [Remiscet) Non solum semel, sed sæpe miscet. [Primo) Ab initio, omnia omnibus respondeant. [Falsa) Ficta.

SI quid inexpertum) Nouum. Si quid, inquit, probatum vis ACR.
recitare, caue vt sit constans, vsque ad extremum. [Nouam personam) Nouam materiam. [Et sibi constet) In se finiatur materia, nec ad aliud transeat. [Difficile est proprie cõia dicere) Satis difficile est dicere cõia verba, ita vt auditor cogitet esse propria dicentis. [Cõmunia dicere) .i. dicere intacta. Nam qñ intactum est aliquid, cõe est, cum semel dictum ab aliquo sit proprium. Item communia .i. non ante dicta, quia si quid dictum ante sit, est proprium. Communia autem, quia quandiu á nullo sunt acta vel dicta, singulis æque parent ad dicendum. vt, verbi gratia. Quemadmodum domus vel ager sine domino cõis est, occupatus vero iam proprius fit, ita & res á nullo dicta est cõmunis. [Publica materies priuati) Docet quomodo aggrediatur aliquis carmen iam ab aliquo scriptum. Materia iam dicta ab aliquo descripta. Sensus, nota, inquit, materiam tunc videbitur, quasi propria vniuscuiusque esse, si nouo & non vsitato genere elocutionis ornetur. Id etiam dicit. Materies priuati iuris erit, si eam cum arte fueris interpretatus, si non eam totam velis persequi .i. singula communi imitari. Nam quædam prætermittere debes. Et poëtica licentia, pro materia (materies) dixit. Materies. n. lignum est. Publica. n. materies est, vt bellum Troianum tuum fiat, & quasi á te inuẽtum, si non vilissimis verbis explicetur. Ideo non debes persequi omnia, quia sunt quæ implere non possis, aut quæ conuersa, in Latinum placere nõ possunt. Sensus est. Si quid transfers, non, inquit, fideliter est interpretãdum .i. verbum ex verbo, nec in has angustias incidere debes. [Si non circa vilem) Si non feceris carmen tuum spatiosum, & amplum ex alieno sensu, licet enim quædam sumere, & non multa. [Vilem) .i. vacuum, inanem, quia vilem te facit totus orbis, id est ad finem ductum totum carmen, tota materia. Aliter .i. si non ijsdem verbis sensibusq. verteris quæ ab alijs dicta sunt, ac magis interpres fias, quàm verus dictor. [Orbem) Cyclon dicit, orbem nanque cyclon dicunt Græci. Aliter vilem te facit poëma tuum, si volueris totum orbem circumire .i. totum poëma imitari. [Nec verbum verbo curabis reddere.) Noli curare singula verba interpretari, ne facias poẽma tuum vile. Interdum n. inueniuntur quæ in latinitatem conuerti non possunt. [Nec desilies imitator in arctum) Sensus est. Si qd transfers,

fers, non, inquit, fideliter est interpretandum .i. verbum ex verbo, nec in has angustias descendendum, nec ita te imitatione siue æmulatione obstringas, vt procedere, vel progredi longius erubescas. Nam pudor vetat nos à maioribus incipere, & in exiguũ desinere, quia pudendum est inchoata deserere. [Aut operis lex) Operis lex est vt apta perficiantur. [Nec sic incipies, vt scriptor Cyclicus olim.) Aliud præceptum, & hoc est quod præcepit, Noli à grauibus & ab elatis verbis incipere, nam omnis poëta debet paulatim crescere. Cyclicus poëta est, qui ordinem variare nescit, vel qui carmina sua circunfert, quasi circũforaneus, aut nomen proprium Cyclicus, & significat Antimachum poetam. Aliter cyclici dicuntur, qui circum ciuitates meant recitantes. [Fortunam Priami cantabo) inquit, ille Antimachus. [Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?) Hoc cothurno, quid dignum tanto procœmio, & tanto ore posset afferre? [Parturient montes, nascetur ridiculus mus) Qui à maioribus partibus incipit, & in processu vilescit dignus est risu. [Quanto rectius hic) Homerus, qui nihil incipit, inepte. [Non fumum ex fulgore) Fumum ex fulgore facere dicuntur hi qui à maiori incipiunt. [Antipharem) Lami filium dicit, qui Formiarum oppidum condidit. Læstrigones sunt dicti sæui homines, ex quibus fuit Antiphates, dicit ipsos Læstrigones, ad quos Vlysses delatus est, qui humana carne vescebantur. [Nec reditu Diomedis ab interitu Meleagri) Meleager, & Tydeus fratres fuerunt. Antimachus poëta reditum Diomedis narrans, ab exordio cœpit primæ originis .i. ab interitu Meleagri. Hic ergo præcipit longo procœmio non vtendum esse. Superfluum itaque initium declinans. Maro inchoauit. Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. [Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo) .i. Castore, & Polluce. Gemino autem vtriusque sexus, aut magno, aut pro trigemino .i. Troianum bellum cœpit ab ouo, ex quo geniti sunt Castor, & Pollux. Et est Hypallage, gemino principio, vel à gemino ouo, quia Pollux quidem erat filius Iouis, & Lædę, Castor vero Tyndari, & Lædæ. [Ab ouo) A natiuitate geminorum Pollucis, & Castoris, qui ouo nati creduntur ex Ioue, qui in forma cygni compressit matrem eorum. Abinde ordiendum, quod Græci dicunt cycnon. [Semper ad euentum festinat, & in medias res) Ita, & aperte principia dicit, vt ex his facile exitus cognoscantur. [Et in medias res) .i. Adducit bonus poeta auditorem suum quasi ad nota. Hoc est, ita à medietate incipit, quasi superiora nota sint. [Semper ad euentum festinat) Cogitans fastidium lectoris, ad exitum operis properat. Ideoq. non longius ab origine abscedendum. Sic Ilias Homeri à precibus Chrysæ sacerdotis, inquit, & Odyssea à concilio deorum, docet quomodo falsa configas. Atque ita mentitur. Vt omnia congrua videantur. [Et quæ desperat) .i. bonus poëta relinquit ea quæ placere non possunt. Hoc est præterit ea quæ in tractatu ingrata sunt. [Atque ita mentitur) Hom. non ad vituperationem Hom. refert. nec enim veritatem poetæ pollicentur, sed discrepantiam in eo quod fingunt, vitare debent, vt omnia congrua videantur. [Si veris falsa remiscet) Pro commiscet, mutata præpositione: vt, Vterque recusso. vt apud poetam. Si non veris falsa remisces, pro commisces.

POR. Difficile est proprie cõmunia dicere, tuq. Rectius Iliacũ) Aliud catholicum, & quasi interrogans. At n. inquiunt, difficile est communes res proprijs explicare verbis. [Si non circa vilem, patulumq. moraberis orbem) In eos dicit qui ad finem Iliada Homeri scripserunt. ideo & patulum orbem dixit. [Nec verbo verbum curabis reddere fidus interpres.) Hoc est, si non quæsieris, vt ad verbum cõmutes, nec exprimere carmen, sed magis sensus, alioquin si quid transtuleris, & pusillum erit, & ineptum. [Parturient montes, nascetur ridiculus mus) Græcum hoc prouerbium est, ὤδινεν οὖρος, εἶτα μῦν ἀπέκτεινεν. [Nec reditu Diomedis ab interitu Meleagri) Antimachus fuit Cyclicus poëta, hic aggressus est materiam quam sic extendit, vt xxiiij. volumina impleuerit, antequam septem duces vsque ad Thebas perduceret.

GLAR. Si quid inexpertum scenæ cõmittis) In sex his carminibus poeta, inexpertum, nouum, cõmune, ignotum, indictum, pro eodem, mea quidem sententia, vsurpauit. Omnia .n. hæc vnam claudunt sententiam, vltimumq. carmen quarti expositio est. Facit ad hoc idem Acronis de cõmuni cõmentum. Et nota, cõmuni proprium comparauit, cum statim post, publico priuatum. [Publica materies priuati iuris erit.) Quinque vero hoc loco versus obscurum plane habent sensum. Publicam materiam intelligo, nõ, vt iam diximus, cõmunem intactam atque indictã, sed contra à multis dictam, & in publico etiam notam ac celebratam quod tamen priuatam posse fieri poeta docet, quemadmodũ Virg. Troianam historiam, quæ publice celebrata fuit, & à multis scripta, tñ ingenio atque inusitato gñe elocutionis velut sibi propriam fecit. Nec dissonat huic sensui Acronis expositio, quamquam intricata ea, nec satis quod vult explicans. Videtur aũt tria cauenda præcipere, vt publica materia priuati fiat iuris. Primum. Si non circa vilem, patulumq. moraberis orbem. Secundum, Nec verbum verbo curabis reddere fidus. Interpres .i. tanquam hoc agas, quod fidus interpres agere debet. Tertium: Nec desilies imitator in arctum, Vnde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex. Quibus verbis corripit eum, qui nimiam adhibet curam in imitationem, de qua deijci sæpe contingat pudore aut operis lege. Quanq̃, ut ingenue fatear, nullus cõmentarius mihi satis hoc explicat, quo minus hæsitem. Porro de fido interprete, sententia ab omnibus ita allegatur, quasi Horat. voluerit dicere, nõ esse fidi interpretis verbum verbo reddere, cum Horat. contrariũ sentiat. Qui ex publica materia priuatam facere velit, non debere hoc facere quod fidus facere solet interpres, cuius officiũ est, quam maxime fieri queat, & linguarum patiatur proprietas, verbum verbo reddere. Quod oĩ ætate vix quisquam felicius fecit Doct. At nos ignorantiæ nostræ suffugium ex poeta quærimus qui lõge alia mente hoc dixit, etiam si non negem posse alio transferri. [Vt scriptor Cyclicus olim) Hoc in loco de Cyclo adeo ineptit Acron, vt merito ipsum cyclicum appellaueris, sicut paullo post de gemino ouo. Quæ si ipsius sunt, ac non potius alicuius impostoris, ne ille egregie insanus est. Sed apud doctos non est dubium, multorum sæpe hic esse racemationes.

DOCT interp. Parturient montes) Dici solitum hoc Flacci carmen in homines gloriosos, & ostẽtatores, qui magnificis promissis, tum vultus vestitusq̃ auctoritate miram de se mouent expectationem, verum vbi ad rem ventum est, meras nugas afferũt. Porphyrion ex Æsopi quopiam apologo natum existimat, quẽ Doct. eleganter recenset.

ASCEN. Describit auctor decorum personarum pro ætatis conditione, cuius obseruatio plurimũ gratiæ, & vetustatis carmini affert, vnde dicit. Tu Piso supp. audi quid ego sup. desiderem, & quid populus desideret mecum. (Maluit zeugma quam casuum vt dicunt conceptionem facere.) Si tu eges plausoris .i. tibi applaudentis (vbi quidam plosori, iuxta veterem consuetudinem legunt) & si eges manentis sup. populi, aulæa .i. donec aulæa deponantur, quæ sunt ornamenta parietum, sic dicta quod in aula Attali regis inuenta sunt & sessuri, id est permansuri in sede sua, vsque, id est tantisper, donec cantor, id est principalis actor, vt Calliopius dicat. Vos .s. spectatores, plaudite, id est donec finita fuerit fabula, in cuius fine moris est dicere. Vos valete, & plaudite. Calliopius recensui. Si ergo vis demorari spectatorem delectatione, & illecebra quadam audiendi vsque ad finem fabulæ, mores cuiusque ætatis sunt tibi notandi .i. considerandi, vt in carmine tuo obseruentur. & decor est dandus .i. decorum, quod Græci πρέπον vocant, est adhibendum naturis mobilibus .i. mutabilibus, & annis .i. secundum annos, quod de singulis probat, dicens. Puer qui iam scit reddere voces .i. loqui & respondere (infans .n. vt qui non fatur nihil agere potest, & ideo signanter addidit iam, quia non omni tempore sciunt, & apte respondere, & recte ingredi pueri, alioqui sentirem cum Bonfinis qui legendum censet. Reddere eum voces, se quia tempus specificatur per iam, nihil mutem) & puer qui iam signet humum certo pede .i. qui imprimit vestigijs suis terram, & qui firmiter incedere potest, gestit .i. manifesto gestu se desiderare significat, colludere paribus, id est cum coæuis suis, & colligit iram .i. cito irascitur, & ponit .i. deponit iram sup. temere .i. faciliter & sine causa. faciliter .n. irascitur & faciliter placatur. Et mutatur in horã, quod vulgo dĩ de hora in horam. Iuuenis imberbis .i. inuestis, & nodum hñs barbam, hoc est sm Græcos ephœbus, custode .i. pædagogo, remoto tandem .i. post multam expectationem eius, vtpote ann. xiiij. ætatis eius gaudet .i. delectatur, equis & canibus, & gramine, campi aprici .i. Soli expositi, & patentis loci. vnde Terent. in Andr. Vt plerique solent, aut equos alere, aut canes ad venãdum. Et Virg. in iiij. Æn. Iulum ephœbum & adhuc impuberem venatione, & equorum cursu delectatum inducit his verbis: At puer Ascanius medijs in vallibus acri Gaudet equo, iamq. hos cursu, iam præterit illos Spumantemq. dari pecora inter inertia votis Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem Et sup. iuuenis imberbis, est cereus, id mollis, & facilis, vt cera, flecti, id est ad flectendum, in vitium, id est in malos mores, & asper .i. durus, & repugnans, monitoribus, id est cohortantibus ad virtutem, & dehortantibus à vitio. Tardus prouisor, id est circunspector, vtilium sup. rerum, & prodigus, id est profusus, æris,

id

idest pecuniæ, quæ prima ex ære facta est, sublimis .i. magnificus, superbus, & erectus, que, pro &, cupidus .i. ardens ad omnia, & pronus .i. præceps, & velox, & nimium paratus relinquere amata .i. quæ prius amauit. ætas, que pro &, animus virilis, idest qui debet esse in viris, quærit .i. vestigat, & accumulat opes .i. diuitias, & amicitias .i. bonorum virorum cummercia, & hoc studijs .i. conatibus, & exercitijs conuersis .i. in melius versis, & inseruit .i. multum seruit, honori .i. ad habendum honorem, hoc est ambitiosus efficitur, & cauet commisisse .i. patrasse, quod laboret .i. laborare debeat, mox .i. paullo post, mutare, id est circunueniunt, id .i. obsident, & occupant, siue inuadunt, senem, vel .i. siue, quòd .i. quia ipse miser quærit .i. aggregat diuitia, & abstinet inuentis, ac timet vti, vel .i. siue, quod .i. quia ministrat .i. dispensat omnes res, timide .i. cum timore, & gelide .i. lente, & cum tarditate. priusquam enim nummum expendat, cum decies respicit. Existens dilator .i perendinator, seu vt dicunt procrastinator, & querulus .i. natura querulosus, & longus spe .i. habens spem in longum tempus, cum etenim sit propinquus morti, ea tamen sperat quæ longe sunt posita. Et (vt Seneca dicit) quanto minus relictum est viæ, tanto plus viatici quærit. que, pro &, auidus .i. cupidus, futuri .i. rei futuræ forrasse post ipsum, & difficilis .i. durus ad præstandam, & (vt dixi) querulus, & laudator .i. commendator, temporis acti, id est quod agebatur se, puero .i. cum ipse esset puer, sicut Nestor apud Homerum. Et re vera omnes senes dicunt meliores mores fuisse cum ipsi pueri essent, quam nunc cum senes sunt. Verum (vt Ouid. dicit.)

*Laudamus veteres, sed nostris vtimur annis.*

Cum tamen Satyrographus dicat.

*Terra malos homines nunc educat, atque pusillos.*

Et castigator .i. obiurgator, & censor .i. iudex, minorum .i. iuniorum. Sunt (vt Cic. inquit) anxij, difficiles, & moruli senes. vnde subdit auctor anni venientes .i. quos tanquam venturos expectamus vsque ad quadragenarium numerum ferunt .i. afferunt secum, multa commoda .i. multas commoditates, vtpote vires, diuitias, prudentiam, & honorem, & anni recedentes .i. quo dolemus nimium procedere à quadragesimo vsque ad extremam senectam, adimunt .i. auferunt nobis multa sup. commoda, videlicet sanitatem mentis, & corporis, quia senes imbecilles, & plerunque deliri sunt. Et ideo nos qui volumus aliquid componere quod delectet spectatorem, morabimur .i. immorabimur, & attenti semper erimus semper in adiunctis, & aptis .i. conuenientibus, & quadrantibus æuo .i. ætati cuiusque. ne pro vt partes .i. officia, seniles .i. senibus debita, non mandentur .i. committantur iuueni, & ne partes viriles .i. viro debitæ, mandentur puero, quod impetum esset.

## Regula.

Vt vero cunctis placeamus seruandum est vniuscuiusque ætatis decorum, ita vt puer inducatur ad lusum procliuis, facilis ad iram, facilis ad placationem, & in reliquis inconstans. Adolescens autem vt excessit ephœbis remoto iam pædagogo, gaudeat equis, canibusq. venaticis, & ludo campestri. sit mollis, & ad flectendum facilis, minoribus asper, a frugalitate abhorrens, ad prodigalitatem pronus magnanimus, & cupidus rerum, quas tamen cito derelinquat. Iuuentuti autem amores, & cum æqualibus compotationes quadrant, Virilis ætas vero quærit opes, & amicitias, inseruit honori. Porro senex sit difficilis, & morosus, ad auaritiam propensus, ac iuuentæ suæ immodicus laudator, vt in textu graphice præscriptum est.

Tu quid ego, & populus mecum desideret, audi.
Si plausoris eges aulæa manentis, & vsque
Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicit:
Aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores:
Mobilibusq. decor naturis dandus, & annis.
Reddere qui voces iam scit puer: & pede certo
Signat humum: gestit paribus colludere: & iram
Colligit, ac ponit temere: & mutatur in horas.
Imberbis iuuenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibusq., & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus prouisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusq., & amata relinquere pernix.
Conuersis studijs, ætas, animusq. virilis
Quærit opes, & amicitias: inseruit honori:
Commisisse cauet, quod mox mutare laboret.
Multa senem circumueniunt incommoda: vel quod
Quærit, & inuentis miser abstinet, ac timet vti:
Vel quod res omneis timide, gelideq. ministrat,
Dilator, spe longus, iners, auidusq. futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor, castigatorq. minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda secum:
Multa recedentes adimunt. ne forte seniles
Mandentur iuueni partes, pueroq. viriles:
Semper in adiunctis, æuoq. morabimur aptis.

IANVS TV quid ego,) Præceptum quo pacto quisque Poeta possit attentum auditorem habere. id autem fiet, si mores cuiusque ætatis seruabuntur. neque enim satis est personarum decorum seruare, ni seruetur, & ætatis. [Ego,) Iudex seuerus, doctus, & criticus .i. censor. [Populus) Indoctus. [Plausoris) Plausus manuum collisione edebantur. post ludis peractis quo maior ederetur plausus claui, & lapides in labrum conijciebantur. Claudius deinde pulcher instituit, vt lapidum collectus ita heret, vt veri tonitrus similitudinem imitaretur. quæ Claudiana tonitrua sunt appellata. [Eges) .i vis plausum dari tuæ fabulæ? [Manentis) Expectatis. [Aulæa) Vsque ad finem fabulæ. Aulæa, pictus erat ornatus est Attalica regione Romã vsque platus, pro quibus suppara posterior ætas accepit. erat autem minutum velum, quod populo obsistebat, dum fabularum actus commutabantur. [Manentis) Expectantis. vt quater obducerentur aulæa .i toros actus, tam fabulam. [Sessuri) Sedebant enim thearto, sed senatores in orchestra. Senatus à populo secretus ludos spectare cœpit P. Cornelio Scipione, Cn. Sempronio Longo Coss. quæ res vulgi animum, & fauorem à Scipione auertit. [Et vsque) Nunquam discessuri vsque ad finem. [Cantor) Actor. Comœdiæ, qui cantica pronunciabat. quæ modis temperabantur, non à Poëta, sed à perito artis musicæ, nec ijsdem semper modis, sed mutatis. [Donec vos) Spectatores. [Notandi) Exprimeodi, significandi, aperiendi. [Decor) Ornatus, gratia, Venus. [Mobilibus) Quæ in horas mutantus. [Ætatis cuiusque) Varro quinque ætatis gradus æquabiliter putauit esse diuisos, vnumquenque .s. præter extremum, in annos xv. itaque primo gradu vsque ad ann. xiiij. pueros dictos, quòd sint puer, & impubes secundo ad trigesimum adolescentes ab adolescendo sic nominatos. tertio ad quintum & quadragesimum iuuenos appellatos, quòd rempub. re militari possent iuuare quarto ad sexagesimum seniores vocatos, quod tunc primum senescere corpus incipiat. inde vsque io finem vitæ quintum gradum factum, senesq. vocitati. Hippocrates septem ætatis gradus fecit. vt prima ætas infantia esset, secunda pueritia, tertia adolescẽtia, quarta iuuentus, quinta virilis ætas, sexta æui maturitas, septima senectus. Solon decem fecit ætatum ordines per annos septenos. vt prima ætas infantiæ sit ad emissionem dentium, pueritia, ad pubem, & genitalia tentamenta, in cuius fine crassior fit vox & inæquabilis, vnde hirquitalli dicti. adolescentia, ad barbæ longitudinem, sed huius iij. gradus in principio mellephebus, in xvj. ephebus, in xvij. exephebus iuuenta, ad vires virilis ætas, ad stirpem relinquendam cui, & vj. hebdomas deputatur ad prudentiæ processum, & strenue agendum. æui maturitas vij. & viij. hebdomadæ continetur, ad sensum vigentem, & linguam consumatam, senectus, reliquias habet vitium. decrepita, morti natura est. Seruius Tullus ætatis gradibus tribus contentus fuit, cum censum Romæ instituerit, vt qui minores essent annis xvij. pueri inde ad annum xlvj. iuniores, supra eum seniores appellarentur. [Scit puer) Post septimum annum firmatis dentibus, voce, & pede, inter septimum & quattumdecimum. [Certo pede) Non vario, non imbecillo. [Signat) Figit vestigia. [Gestit) Cum gestu cupit. [Paribus) Cum æqualibus. [Iram) Cito irascitur. [Temere) Sine causa, nullo consilio. [Mutatur in horas) Homo à stirpe ipsa neque absolute bonus nec malus nascitur, sed ad vtrũque procliue illi est ingenium, habet semina vtratumq. rerum, quæ educationis disciplina in partẽ quãuis alterá emicant. atq. ideo

docendi sunt pueri, vt sciant quæ sequenda quæ fugienda. Nihil autem eam ætatem æque commendat, ac verecundia, vt enim senibus grauitas, in iuuenibus alacritas, ita in adolescentulis verecundia quadam quasi dote naturæ commendatur. Hinc pietas oritur, hinc honor erga senes, hinc tuta fit castitas, bonus enim regendæ castitatis pudor comes est, qui se prætendat, & quæ prima pericula sunt pudicitiam tentari non sinat. Hæc illa est, quæ motum, gestum, incessum tenet. nam mentis habitus in corporis statu cernitur. Hæc denique linguæ frænu adhibet. quod qui fecerit omnes virtutes in vna verecundia consequetur. [Imberbis) Imberbum libentius dixere maiores quam imberbum. Varro imberbi iuuenes, & Cic. imberbum dixit. quin & Cal. Ianua. de lege Agraria imberba iuuentute. T. Liuius imberbes putat dixisse vulgariter. [Remoto) Post xvj. an. sumpta virili toga. [Tandem) Ad iuuenū desiderium alludit. [Custode) Pædagogo, magistro, qd' officium apud maiores nostro seruile erat aprici parentis quem Sol aperiat. [Ceteus) Facilis, mollis. [Flecti) Inest nostris sensibus implicita boni imitatrix, malorumq. omnium mater voluptas, cuius corrupti blādirijs, quæ natura bona sunt, ꝙ quadam illecebra dulcedineq. carent, non cernimus. difficileq. est in illo ætatis quasi flexu stare, aut sine casu aliquo prolapsione ue ingredi. Ille enim cupiditates quæ nobiscum sunt genitæ ac educatæ, cum diutius inclusæ, & prima ætate, & parentum cura & pedagogoꝝ magisterio compressæ constrictæq. fuerint, vbi primum libera toga sumitur quasi carcere emissæ, subito se nonnunquam profundūt, atq. eijciunt vniuersæ. Tūc itaq. magna est cura adhibenda, dum facilis animus est, & adhuc tractabilis, dum idoneum tempus est laboribus, ingenijs, per studia agitandis, & corporibus per opera exercendis. [Asper) Durus, qui non facile monitorem ferat. [Tardus) Quia non cogitat. [Sublimis) Tumidus, elatus, superbus, gloriosus. [Amata relinquere) Si forte consuetus fuerit. [Pernix) Calor plurimus qui in iuuenibus, est facit vt motu plurimo vehementissimoque inquietentur, quo desistente prudentiores esse incipiunt, atque ideo non tantum mente valent iuuenes, ꝙ mens vicem gerit apud nos instrumenti. sed à natura dati. ceteræ .n. omnes scientiæ artesque nostra opera sunt, mentem vero ipsam opus esse naturæ ferendū est. & quemadmodum manus statim a principio suum opus nō exequitur, sic mens non nisi ætate procedente consumatur & absoluitur, hinc virilis ætas prudentior. [Cauet) Fugit committere. vnde dicendum sit illi, non putaram. [Aetas) Virilis. Post xxx. an. Honori. Ambitioni per virtutem. [Murare laboret) Nec temere incipit, ne cito desistit. [Multa senem) Quemadmodum ex amphora, quod est sincerissimum, effluit primum grauissimū quodque turbidumque subsistit, sic in ætate nostra quod est optimum primo est quòd cum exhauseris sola fæx remanet. Hinc senectus mala ætas a Plauto dicitur. & Virgil. noster.

Melior quoniam pars acta diei.
Prima ergo ætatis pars optima, nam deinde,
Subeunt morbi tristisque senectus.

Miser abstinet, Calor qui eam continet sedem, qua speramus & sapimus, facit vt securo animo simus, vnde iuuentus spe plena est, senes parum sperare possunt, & quia non sperant, partis parcunt. [Gelideque ministrat) Gelidi .n. & frigidi sunt senes. hinc excrementosi sunt, & vigiles, minusq. concoquunt siccitas autem quæ in eis est, facit vt nigrescant, parumq. videant, ꝙ siccitas cutem induret. [Spe longus) Non quod ardenter speret, habet enim minus spei senectus, sed ꝙ multa animo constituat, nepotes, pronepotesq. meditetur, nec sentiat vicinam mortem. [Dilator.) Quod differat negocia. [Difficilis) Quem omnes oderint, querulus vnde Næuius tardigemulum senium appellauit. [Laudator temporis acti) Vitio malignitatis humanæ, vetera semper in laudem præsentia in fastidio sunt. Romanis lex erat quæ a quinquagesimo anno militem non cogebat à sexagesimo senatorem non citabat. [Castigator) Senes adolescentium vitam ex sua libidine moderantur, quæ tunc est, non quæ ante fuit. [Anni venientes) Tota ætas virili. [Ferunt.) Afferunt, quia vires, ingenium, virtutes, mens, diuitiæ, doctrina, hæc omnia ea ætate crescunt. [Recedentes) In senecta, id est mala ætate. [Morabimur) Hæc omnis nostra sit vis. [Adiunctis) In illis rebus quæ sunt ætati adiunctæ aptæ. [Ne forte seniles) Seruandæ sunt partes personarum, vt si puerum introducas, & scribas, loquatur quæ puero congrua sint. nam si adolescentem auarum, leuem virum, senem prodigum describas, natura ipsa non constet, sed contraria coniungantur. [Adiunctis) In illis quæ illi ætati, quam descripseris, adiuncta sint, & propria. Morabimur. Circa ea versabimur.

QVid ego & populus mecum) .i. quid libenter audiant omnes .i. quid quisque ex eo expectet donec tollantur aulæa ad finem peractæ Comœdiæ. Si vis, inquit, expectare populum vsque ad finē fabulæ donec dicat actor, Vos plaudite, & si vis, inquit, expectate plausorem, donec tollantur aulæa. mores vniuscuiusque ætatis obserua. Plausoris, & plosoris legitur. Nam & (plodere) veteres, & (plaudere) dicebant, vt claudere, & cludere. [Aulæa) Antea qui ludos dabant, aulæa, suspendebant, quæ in fine ludorum deponebantur. Aulæa autem dicta, eo ꝙ in aula Attali regis inuenta sunt deuicto eo. [Donec cantor) .i. actor .i. donec finita fabula tollantur aulæa. Cantorem voluit appellare eum qui hoc in immo dicit. [Plaudite) Hæc erat consuetudo in consumatione Tragœdiarum. [Ætatis cuiusque) Ac si diceret. Si debes loqui de iuuenibus, non de eis proprietatem senum alius ue ætatis. [Mollibusq.) Currentibus, qui certis tēporibus mutantur, annis .s. accidentibus. Et est magnum epitheton. Quid enim natura mobilius puero adolescenti, & natura sene? τὸ πρέπον .i. cuique proprium tribuendum est. [Decor naturis) Ad ætatem retulit (naturis) Docet .n. quemadmodum debeat vir loqui, & quemadmodum mulier. [Reddere qui voces iam scit puer) Qui iam potest fari, vt Maro. Ac veras audire, & reddere voces .i. puer qui iam potest loqui. Sunt .n. pueri, qui quamuis agnoscant quædam, tamen non loquuntur. quale est illud apud poetam. Incipe parue puer risu cognoscere matrem. [Et pede certo Signat humum;) Imprimit vestigijs suis, qui incidere potest iam firmo vestigio. nam infantes certum pedem non habent, quia tremunt membra eorum. [Paribus colludere) Cum ætatis suæ æqualibus ludere, sic scribendus est atque formandus, vt cum paribus ludat, non cum sene. [Et iram colligit) Sine ratione. nam pueri, & sine causa irascuntur, & temere illos decet irasci. [Imberbis) Imberbus, & imberbis, sicut inermus, & inermis. [Gaudet equis, canibusq.) Vt Terent. Aut equos alere, aut canes ad venandum. [Aprici) Callidi patentis loci. Cereus in vitium. Facilis comparatio .i. pronus est adolescens ad vitium. Aut quasi cereus ita flectitur in vitium, aut flectit se. [Vtiliū tardus) Tarde videt vtilia quæ ꝓsunt sibi, [Sublimis) Superbus, erectus. [Cupidusq ) Ardens ad omnia. [Et amata relinquere pernix.) Hoc est velox ad fastidium cupitorum .i. leuis inconstans, cito q̃ ante amauerat contemnens. Imberbes .n. quæ amant aliquando cito dimittunt. [Conuersis studijs,) Mutata voluntate iam vir factus non est prodigus æris, sed cupidus reponendi. [Inseruit honori:) Ambitiosus efficitur, dat operam, vt honorem accipiat. [Commisisse cauet,) Pœnitenda committere .i. timet hoc facere quod postea laborabit mutare. [Multa senem) Docet quæ sunt incommoda senectutis, & ꝙ laborant quærere, & quæsita aliquando non tangunt. [Inuentis miser abstinet) Ex sua sententia Horatius (miser) inquit. [Abstinet) Deest se. [Ac timet vti) Quia nescit .s. quandiu viuat. [Gelideq.) .i. eneruate, quia omnis conatus senum imbecillis est. Ideoq. parata non tangit. [Ministrat. [Agit, gubernat. [Dilator) Quia per pigritiam sensus semper differunt quæ facienda sunt, aut spem longiorem habēt viuendi, hac de causa non tangunt. [Spe longus) .i. hic cum sit proximus morti, ea tamen sperat quæ longe sunt posita. [Difficilis) Durus ad præstandum. [Querulus) Iracundus. [Laudator temporis acti, Se puero) Laudat tempora pristina ad vituperationem præsentium. [Se puero ) Hoc est in pueritia. [Censor) Iudex, obiurgator. [Ferunt) .i. afferunt. vt Maro:

Omnia fert ætas, animum quoque.

[Anni venientes) Vsque ad quadragesimum annum, siue quinquagesimum venire dicuntur anni inde iam abire .i. recedere. Omnes anni venientes dici possunt, etiam qui sensibus accedunt, sed illi præcipue qui accessu suo, & corporis, & animi augent virtutem. [Ne forte seniles) Ne forte des verba senum adolescentibus, aut adolescentium sensibus. [Semper in adiunctis) Hoc est, Quæ hæreant, aut congruant, & apta sint ætati, & est iste ordo. Semper in adiunctis & aptis æuo morabimur .i. moribus semper vtēdum, vt puero adiuncta sit leuitas, adolescenti seruor, seni maturitas.

SI plausoris eges aulæa manentis) .i. si vis te ab adstante audiri donec aulæum leuetur, & donec is qui agit, dicat, Vos valete, & plaudite, quę cōsumatio, & comœdiæ, & tragœdiæ est, hæc intuenda sunt, quæ omnia subijcit.

SI plausoris eges aulæa manentis) Aulæa autem dicta eo ꝙ in aula Attali regis inuenta sint deuicto eo, inquit Acron. Hoc vltimum ab aliquo indocto adiectum arbitror. Neque enim Attalus hic, qui Eumenis fuit filius, a Romanis deuictus fuit, sed amicus, populum Romanum heredem instituit. Diximus

mus de ijs latius Ode prima. [Reddere qui voces iam scit puer) Hic tursus noster adnotator insigne temeritatis suæ affert testimonium. Putat enim pro (qui) legendum (eum) vt pro quando exponantur, alioqui Horatium visum solos eos significare qui ea ipsa facerent, gestire, paribus colludere, non autem pueros omnes, sed pudet plura eius referre verba. Non vidit ille ab Hora tio satis superq; prouisum per particulam (tam) vt non tam facile auctori verba immutaret.

Mancin. R Eddere * qui) Signatur hoc loco, tempus, & ætas qua fiant, non autem ille qui ea faciat. Et propterea, cum sic reddere voces(id est quando puer scit reddere voceis, hoc est infantiam ipsam euasit) legendum est, non, qui scit reddere. [Secum. Multa recedentes) Hinc Terent. in Phorm. Ipsa senectus morbus est, quod prouerbiali figura dictum videtur. Nam in senibus vt absit morbus, ipsa senecta per se mala valetudo est. Quapropter illud frequens apud Hom. est χαλεπὸν γῆρας .i. molestia senectus.

ASCEN. H Ic auctor docet, quæ publice agenda sunt, & quæ tanquã acta narranda, dicens, res .i. materia comica, aut tragica, aut agitur .i. tanquam iam vere fiat ceprę sentatur, in sce nis .i. loeis vmbrosis ad spectaculum constructis, aut refertur .i. narratur, & recensetur, acta .i. gesta intus .i. in domibus, aut post aulæa, hoe est dicentur acta esse, & egredientes narrabat quomo do acta sunt. Sicut Pythias egressa dicit. Chæream castratum in tus, vt Parmenonem cruciaret, licet id verum non esset. Nuptiæ etiam intus fieri solent, vnde Terentius ad finem Andriæ: Ne expectetis dum exeat huc, intus despondebitur, intus transigetur si quid reliquum est quod restat. Itaque non omnia fiunt coram populo. Verumtamen (vt dicit auctor) demissa per aurem, id est res auditæ, & per aurem duntaxat conceptæ: irritant .i. afficiunt, & compungunt ad aliquam affectionem lætitiæ, aut tristitiæ, segnius .i. tardius, & minus viuaciter (dicitur .n. signe q; seorsum .i. separatum est ab igne, qui maxime actiuus perhibetur) q̃ sup. ea quæ sunt subiecta fidelibus oculis .i. quæ visa sunt, plus etenim mouent quæ videntur q̃ quæ audiuntur duntaxat. dixit autem fidelibus oculis, quia certius scimus quæ vidimus, q̃ quæ audiuimus, vnde Plautus: Plus valet oculatus testis vnus, q̃ auriti decem. Et sup. ea quę sunt demissa per aurem .i. audita tanquam ab alijs visa, irritant segnius animos, q̃ ea quæ ipse spectator tradidit sibi .i. videndo sibi notificat. Et quamuis sup. ita sit tamen non promes .i. proferes, & palam adduces in scenam .i. pu blicum spectaculum, digna .i. tes dignas, geri .i. agi, intus .i. in locis obscuris, vt pote in cameris, aut cœnaculis, quæ intus fingun tur esse. Et tu tolles multa ex oculis spectantium, quæ facundia præsens .i. cito dans intelligere quod volumus, narret .i. reci-

tet, mox .i. paullo post nec pro & non, & Medea vxor Iasonis, non trucidet .i. truculenter occidat pueros .i. filios suos, coram populo .i. in conspectu populi, aut Atreus frater Thyestæ, nefarius .i. nefanda ausus, coquat palam .i. in conspectu populi, exta hu mana .i. accipiendo à patre totũ, homines, videlicet filios Thyestæ. Et Progne soror Philumelæ aut sup. non vertatur .i. mutetur in auem, videlicet in hirundinem secundùm quosdam, vnde Geotg. iiij. Et manibus Progne pectus signata cruentis. Aut Cad mus rex Thebarum supp. non vertatur in anguem .i. draconem coram populo. Ego .n. incredulus .i. non credens sic debere fieri odi .i. odio prosequor, quodcunque .i. quamcunque rem tu ostendis mihi, sic .i. palam eum sit obscœnum, & triste visu, nec facile creditu Atque ita ostendit quo argumento comœdia, aut tragœdia fieri debet, ostensurus q̃ prosuse, & qua ratione fieri debeat. De Medea autem nota est fabula, q̃ in superiori lectione recitauimus, quomodo Iasonem iuuit, & secuta est, & ab eo in matrimonium accepta post partum quorundam filiorum, & repudiata per nouas nuptias eosdem Iasoni epulandos apposuit. vnde in Buc.

*Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem*
*Commaculare manus.*

Atrei vero fabulam illic narrauimus. Aut cœna Thyestæ. Progne autem tangitur in Buc. vbi dicitur,

*Aut vt mutatos Terei narrauerit artus*
*Quas illi Philumela dapes, quæ dona pararit:* Et reliqua.

Tereus .n. rex Thraciæ Prognem Pandionis regis Athenarum filiam vxorem duxit, cuius precibus dum Philumelam sororem adduceret, eius amore captus stuprauit eam, atque illi ne facinus indicaret, linguam abscidit, sed nihil profecit. Nam Philumela cruore suo facinus in veste descripsit. Aut (vt alij volunt) ac depinxit, quo cognito Ityn cõmunem filium Tereo epulandum ap posuit. Atque inter epulandum cum sæpius filium quæreret ma ter respondit: Quod petis intus habes. Quo accepto parer in filias anolauit mutatus in vpupam, sicut Itys in phasianũ, Progne in hirundinem, & Philumela in auem sui nominis, quæ luscinia dicitur. Cadmus autem rex Thebarum (vt Acron recitat) & Hee mione in angues conuersi sunt. Nã Hermione, inquit, filia Mar tis & Veneris dicitur fuisse. Dicuntur autem in angues conuersi propter occisum draconem, qui erat Marti consecratus. ex cuius seminatis dentibus (vt dicitur) acies armatorum nata est.

Regula autem hæc est.

Quamuis magis moueant visa q̃ audita, non omnia tamen oculis exhibebuntur atque visu obscœna, aut immania, aut nimis triuialia forent, sed intus acta enunciabuntur.

IANVS A Vt agitur res in scenis:) In Tragœdijs Græcorum tria sunt, Angelus, Exãgelus, & Autãgelus. Angelus, est is qui nũctiat ea quæ accidunt. Exangelus, qui nunciat ea quæ fiunt intus illis qui sunt extra, quem Thucydides Diangelon appellauit. Autãgelus autem est, qui a nullo mis sus nunciat sponte sua. [Res) Materia quæcunque. [Refertur) Nunciatur. [In scenis:) Quæ facta sunt domi. neque .n. conuenit omnia in ipsa scena fieri, sed multa narrare, vt Medeæ sæuitia. [Aut agitur) Vnde Dramatica dicta est fabula. [Segnius) Non tam acriter, atque ardenter irritant, mouent. Duo sunt quibus animi mouentur, oculi & aures. sed oculorum sensus maxime acerrimus, qui ponit pene in conspectu animi quæ cernere, & videre non possumus. Vnde ecce illi fecisse videntur qui primi localem memoriam inuenerunt: quæ auribus, aut cogitatione perciperent etiam oculorũ commendatione animis traderentur. [Demissa] Nunciata. [Fidelibus) Plus enim oculis quàm auribus credimus, & mouemur. vnde carent libri spiritu illo propter quem maiora eadem illa cum aguntur, quàm cum leguntur, videri solent. Hinc per portam illam corneam oculos volunt significari, quod & cornei sint, & ceteris membris duriores. nam eburnea, os significat, & dentes, quòd quæ loquimur, falsa esse possunt, quæ videmus, sine dubio vera sunt, iuxta illud Plauti: Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem. Socrates tamen ad philosophiam percipiendam, plus auribus dedisse videtur quam oculis, quo eum

Aut agitur res in scenis: aut acta refertur.
Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus: & quæ
Ipse sibi tradit spectator. non tamen intus
Digna geri, promes in scenam: multaq; tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præsens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet:
Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus:
Aut in auem Progne vertatur: Cadmus in anguem.
Quodcunque ostendis mihi sic, incredulus odi.

sentit Lactantius, quòd doctrina, & sapientia auribus percipi possit oculis solis non possit. [Tradit) Videt, sumit de se iudi cium facit. [Promes) Deduces, propones oculis. [Tolles ex oculis) Dabis auribus nuncianda. [Facundia) Nũcius dilucide nar rans. [Nec pueros) Huiusmodi, inquit, ex oculis tollenda sunt, & verbis explicanda. [Narret) Introduc nuncium narrantem. [Incredulus) Vel quòd putem fieri debere, vel tanto casu attonitus non credam posse fieri, vt mater filios trucidet, aut homo in anguem vertatur.

ACR. A Vt agitur res in scenis:) Vt in Andria de puero, aut in Eunucho de Thaide, Dorias, verbi gratia, irascitur ante populum. Medea ingressa, occidit filios suos, postea refert hoc ad populum. Vel agitur res in scenis quando ostenditur Medea fugiens, & iratus Orestes refertur, quando Medea docetur filios peremisse, necq; præses exhiberi potest Medeæ parricidium. Vel intelligendum est, quædam in scenis aguntur, vt puer expositus. Vel acta referuntur, vt seruus in Epicharmo liberatus. Magis autem animos nostros perueniũt, quæ fieri videmus, q̃ quæ audimus. Non tamen omnia in scena agi debent, sed aliqua referri. [Segnius irritãt animos demissa per aurem,) Citius mouent spectatores ea quæ aguntur in scena, q̃ quæ referuntur ad scenam .i. aliquis celerius potest discere videndo, & dare animum rei, q̃ audiendo. [Ipse sibi tradit spectator.] Quia ipse mihi trado quæ video, & alter mihi tradit quod narrat. [Nõ tñ intus)

Tamen abundat, aut quamuis magis delectent quæ videntur, q̃ quæ audiuntur, tamen dignam rem intus geri non facias ante cõspectum populi.i.quamuis populus delectetur, facta tamen non proteras in scenam, quæ debent intus agi. [Multaq. tolles) .i. illa quæ secreta sunt, ne dicas .i. noli multa describere, tantum loquenda dic. [Nec pueros coram populo Media trucidet.) Noli ita describere fabulas corã populo, vt ipsa crudelitas sit præsens. [Pueros) Filios, more Græcorũ. [Cadmus in anguem.) Cadmus, & Hermione in angues conuersi sunt. Nam Hermione filia Martis, & Veneris dicitur fuisse. Dñr autem in angues conuersi pp occisum draconem, qui erat Marti consecratus, ex cuius seminatis dentibus dicitur acies armatorum nata esse. [Incredulus odi) .i. non credens sic debere fieri, ac per hoc sperno atque contemno. [Aut agitur res in scenis: aut acta refertur:) In tale transit, catholicon. Duo sunt gña nunciorũ. Alter est qui ex scena acta nunciat, puta si filios Medea occidit, nunciatur Iasoni. Neque.n. decet hæc in ipsa scena fieri. alioquin incipit verus actus fieri, nõ fabula. Alter est qui in scena cõmissa proferr extra scenam puta si adulterium Clytemnestra commiserit, vt hic qui appellatur.

CLAR. AVt agitur res in scenis:) Dicere vult, omnem rem in populi conspectu vel agi, vel actam ostendi. Agitur vt puer in Andria exemplum præbet. Acta ostenditur, vt citium virginis a Chærea illatum. Hæc propter Acronis cõmentarium simulq. Porphyrionis corruptorem diximus, & alios nõnullos, qui hunc locum non recte explicant.

ASCEN. TEtigit quid in tragœdijs potissimum palam agetur, & quid non. Nam trucidationes huiusmodi Tragicæ sunt, non Comicæ. in Comœdijs autem solent non agi, sed recenseri arationes, nauigationes, pericula maris, nuptiarum celebrationes seruorum potationes, virginum violationes, & eiusmodi: Nunc autem magis ad comœdiam respiciens, vnde & quam diffuse constare debeat, paucis tangit, dicens, Ne ue minor, & reliqua. quorum Ordo est. Fabula vtpote Comœdia. quæ vult .i. desiderat, posci, id est requiri, & exigi: & reponi, id est diligenter custodiri spectata, scilicet populo iterum ad spectandum exhibenda, ne ue, id est vel non sit minor, id est breuior quinto actu: neu, id est vel non sit productior, id est longior: quinto actu, id est habeat præcipue quinque actus ita vt neque plures, neque pauciores. Nec Deus, id est interpositio auxilij diuini, vel manifesta præsentia Dei, aut inuocatio diuini auxilij, intersit alicui operationi, nisi nodus, id est difficultas, & rerum indissolubilis connexus, dignus vindice, id est qui Deum habeat vindicem, & dissolutorem, inciderit, id est e casu interuenerit, hoc est nunquam fingetur diuinitus factum esse, quod est æque verisimiliter humanitus fieri poterit. In Tragœdijs etiam si quis seruum vult occidere. indigna res cui Deus intersit, aut inuocatio nominis eius dignior autem cum filius patrem, aut pater filium occiderit. Similiter apud Poetam legimus in nono Turnum ingressum fuisse castra Troiana, illicq. multam cædem impune fecisse quod incredibile videretur nisi subiunxisset, Huic Iuno vires animumq. ministrat, vel sic, nec Deus, id est inuocatio auxilij diuini, intersit rebus dicendis nisi dignus vindice nodus inciderit, id est nisi maiora moliamur, q̃ quæ humanis opibus effici possent. vnde nec Comici, nec Elegiaci, nec Satyrici, nec Epigrammatici, nec id genus scriptores inuocare solent. Nec quarta persona laboret, id est conetur cum difficultate intelligendi loqui in eadem scena, hoc est in vna eademq. scena licet complures personæ sint, raro plures quàm tres loquentur, quòd si quarta loquatur, id admodum parte faciat, ne confusio loquentium difficultatem intelligendi pariat. Chorus, id est multorum collocutio, & cantus, qui in Tragœdijs quibusdam adhuc conspicitur, & in Comœdijs esse solebat, defendat, id est proregat partes: & officium virile actoris, id est non multarum personarum partes suscipiat, sed virilem partem tueatur, id est vnius viri vtpote actoris, vel alterius viri, aut reuera officium virile dicit, sicut Liuius in Prologo pro parte mea virili dicit, vel secundũ Porphyrionem præcipit, ne viris agentibus fœminarum inducatur chorus nec fœminis virorum. Nec, id est ne ue, chorus sup. intercinat, id est canat, quid, id est aliquid inter medios actus, quòd non conducat, id est vtile non sit proposito, id est principali instituto. Et sup. quod non hæreat, id est quod non cohæreat, & quadret: apte, id est decenter: ille videlicet chorus: faueat bonis, id est dicat laudes in fauorem bonorum, & concilietur, id est cõciliationem faciat, amice, id est amicabiliter vel, vt quidam volunt, cum amica, sed minus placet. Et regat, id est compescat iratos. Et amet, id est se amare ostendat, timentes peccare, id est innocentes. ille laudat dapes, id est fercula, breuis mensæ, id est breuis refectionis. ille laudat iustitiam salubrem, quia, vt inquit Acron, semper incolumis est salus, vbi est iustitia, & leges .i. iustitiæ rectores, uel leges, quæ, vt Cic. inquit, & virtutibus præmia, & vitijs supplicia proponunt. Et laudet otia, id est tranquillitatem pacis apertis portis, quia in pace portæ panduntur, & aperiuntur. vnde vt dicitur ij. Æn. postquam Troiani pacem habere sperabant.

*Panduntur portæ, iuuat ire & Dorica castra:*
*Desertosq́; videre locos.*

Aperiuntur ergo portæ ciuitatum tempore pacis, & clauduntur belli portæ in templo Iani. vnde Æn. j. Claudentur belli portæ &c. Ille inquam chorus tegat commissa .i. celet, credita sibi, hoc est non palam faciat credita consilia, neque nodum fabulæ ante finem (ne populus aufugiat) dissoluat, & precetur, & oret deos, vt fortuna sup. bona redeat miseris .i. ad bonos iniuste patientes, & miseratione dignos. Nam miseri sine culpa, non sine pœna sunt. Et habeat .i. discedat, superbis .i. a superbis, & elatis. Quia de comœdiarum, & tragœdia. decoro paullo post loqui pollicitι sumus, nunc de ipsarum descriptione, & partibus pauca præmittemus ex Diomede, qui sic inquit tragœdia est heroicæ fortunæ propositio. Tragœdia (vt quidam volunt) dicitur a tragos, qui est hircus, & Ode .i. cantus, quoniam olim auctoribus Tragicis tragos .i. hircus præmium cantus proponebatur, qui Liberalibus die festo Libero patri ob hoc ipsum immolabitur, quia, vt ait Varro, hirci depascunt vitẽ. Vnde Horat. in Arte Poet. — *Tragœdia. Hircus*

*Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum,*
*Mox etiam agrestes Satyros nudauit.* Et Virg. Georg. ij.
*Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris* *Caditur.*

Alij putant a fece, quam Græcorum quidam trygon appellant, tragœdiam nominatam per mutationem literarum .i. videlicet in a, quoniam olim nõdum personis a Thespide, aut Thespi repertis, tales fabulas peruncti ora fecibus agitabant, vt rursum est Horatius testis sic,

*Ignotum tragicæ genus inuenisse Camœnæ*
*Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis,*
*Quæ canerent, agerentq́; peruncti fecibus ora.*

Alij à vino dictam arbitrabantur pp.a φ dictabatur tryx. vnde trygeios vindemia quoque est quia Liberalibus apud Atticos die festo Liberi patris vinum cantoribus pro præmio dabatur. Cuius rei testis est Lucil. in xij Comœdia est priuatæ, ciuilisq. fortunæ sine periculo vitæ comprehensio. dicta ἀπὸ τῆς κώμης .i. a poris comis, seu tes comes, κῶμαι n. appellantur pagi .i. conuenticula rusticorum. Ita iuuentus, vt ait Varro, Attica circum vicos ire solita fuit, & quæstus sui causa hoc genus carminis pronunciabat. Aut certe a vicis. Nam postquam ex agris Athenas commigratum, & hi ludi constituti sunt, sicut Romæ Compitalitij, ad canendum prodibant, vel ἀπὸ τοῦ κώμου .i. comessatione (nam κῶμος, dicitur festiuitas in conuiuio, & comessatio) quia olim in huiusmodi fabulis amantium iuuenum comessationes canebãtur. Comœdia, & tragœdia differunt, quòd in tragœdia introducuntur duces, heroes, reges, in comœdia humiles atque priuatæ personæ. In illa luctus, exilia cædes. In hac amores virginum raptus. Deinde φ in illa frequenter, & pene semper dantur rebus lætis exitus tristes, & liberorum, fortunarumq. priorum in peius admissio. tristitia nanque tragœdiæ proprium est. Ideoq. Euripides petente Archelao rege, vt de se tragœdiam scriberet, abnuit, & p̃catus est ne accideret Archelao aliquid tragœdiæ proprium ostendens nihil aliud esse Tragædiam, quam miseriarum comprehensionem. Poetæ primi comici fuerunt. Susarion, Rullus, & Magnes, hi veteris disciplinæ iocularia quædam minus scite, & venuste pronunciabant. Secunda ætate fuerunt Aristophanes, Eupolis, & Cratinus, qui & præcipuum vitia sectari acerbissimas Comædias composuerunt. Vnde Horat. in Serm. — *Comœdia* — *Ludi Compitalitij* — *Tragœdiæ proprium* — *Comici Poetæ*

*Eupolis atque Cratinus Aristophanesq́; poetæ,*
*Atque alij quorum comœdia prisca virorum est*
*Si quis erat dignus describi, quòd malus, aut fur,*
*Aut mœchus foret, aut sicarius, aut alioquin*
*Famosus multa cum libertate notabant.*

Tertia ætas, fuit Menandri, & Philomenis, qui omnem acerbitatem Comædiæ mitigauerunt, atque multiplicia argumenta Græcis auctoribus secuti sunt. Ab his Romani fabulas transtulerunt, & constat apud illos primo latino sermone Comœdiarum Liuium Andronicum scripsisse. Sunt qui velint Epicarmum in insula Co exulantem primum hoc carmen frequentasset, & sic á Co, Comædiam dici. Antea itaque galeris non personis vtebãtur, vt qualitas coloris iudicium faceret ætatis, cum essent aut albi, aut nigri, aut rufi. Personis vero primus cæpit vti Roscius

Gallus præcipuus histrio, qui oculis obuersis erat, nec satis decorus in personis, nisi parasitos pronunciabat. Initio Togatæ Comœdiæ dicebantur, quòd non omnia in publico honore confusa cernebantur, quæ Togatæ in prætextatas, & tabernarias diuidebantur. Togatæ fabulæ dicuntur, quæ præscriptæ sunt secundùm ritus, & habitus hominum Togatorum, id est Romanorum. Toga nanque Romana est. sicut Græcas fabulas ab habitu eorum Varro Palliatas ait nominari. Togatas autem cum sit generale nomen, specialiter tamen pro Tabernarijs non modo communis error vsurpat, quia Flauius Togatas appellat, sed & poëtæ, vt Horatius qui ait, Vel qui Prætextas, vel qui docuere Togatas. Togatarum fabularum species tot fere sunt quot, & Palliatarum. Nam prima species Togatarum, quæ prætextatæ dicuntur in quibus imperatorum negocia agebantur, & publica, & reges Romani, & duces inducuntur, personarum dignitate, & sublimitate Tragœdijs similes. Prætextatæ autem dicuntur quia fere regum, vel magistratuum, qui prætexta vtuntur in huiusmodi fabulis acta comprehenduntur. Secunda species Togatarum, quæ Tabernariæ dicuntur humilitate personarum, & argumentorum similitudine Comœdijs pares, quibus non magistratus, regesq. sed humiles homines, & priuatæ domus inducuntur. quæ quod olim tabulis tegerentur, communiter Tabernariæ vocantur. Tertia species fabularum latinarum est earum, quæ à ciuitate Oscorum Attela, in qua primum cœptę, Attelanę, dictę sunt argumentis, dictisque iocularibus similes Satyricis fabulis Gręcis. Quarta species est Planipes. gręce μῖμος dicitur. Ideo autem latine Planipes, quòd actores planis pedibus, id est nudis proscenium introirent, non vt Tragici actores cum cothurnis neque vt Comici cum soccis olim, non in suggestu, scœnæ, sed in plano Orchestræ positis instrumentis mimicis agitabant. Cuius Planipedis Atta Togatarum scriptor ita in Ædilia fabula meminit, Datum est aurum, exultat Planipes. Si quas tamen ex soccis fabulas fecerant. Palliati pronunciabant. Togata prætextata à Tragœdia differt, quod in Tragœdia heroës introducuntur, vt Pacuuius Tragœdias nominibus heroicis inscripsit Oresten, Chrysoën, & his similia, sicut & Accius. in pretextata autem scribitur Brutus, vel Decius. Item Marcellus, Togata tabernaria a Comœdia differt. quod in Comœdia Græci ritus inducuntur, & personæ Græcæ, vt Laches Sostrata. ni illa vero Latinæ. Togatas tarbenarias in scænam ductauerũt pręcipue duo, Afranius, & Q. Ennius. Nam Terentius, & Cæcilius Comœdias scripserunt. Latina Attellana a Græca Satyrica differt, quod in Satyrica è Satyrorum personæ introducuntur aut si quæ sunt similes Satyris. In Attelana obscœnæ personæ, vt Maccus. quæ omnes fabulæ Drammaticæ sunt ab agendo dictę. Nam agi fabula non referri ab actoribus dicitur. Sunt tamen quę referuntur. quocirca Horatius vtraque significatione interpretatur, cum ita fabula dicit, Aut agitur res in scenis, aut acta refertur. sicut in Græco choro vbi tres personę tantum agunt. At latini scriptores complures personas in fabulas introduxere, vt speciosiores frequentia facerent. Satyrica est ludendi causa iocandique simul vt spectator inter res Tragicas, seriasque Satyrorum quoque iocis, & lusibus delectaretur. &, vt Horatius sentit his verbis, carmine qui Tragico &c. Mimus est sermonis cuiuslibet motus sine reuerentia, vel factorum cum lasciuia imitatio. Mimus dictus, quasi solus imitetur, cum & alia idem Poëmata faciant, sed solus quasi priuilegio quodam quod fuit commune possedit. similiter atque is qui versum facit dictus poëta. i. factor, cum & artifices, qui ęque quid faciunt non dicantur poëtæ membra Comœdiarum tria sunt, Diuerbium, Canticum, Chorus. Diuerbia sunt partes, in quibus diuersorum personæ versantur. Personę autem diuerbiorum, aut duæ, aut tres, aut raro quatuor esse debent, vltra augere numerum non licet. In canticis autem vna tantum debet esse persona, aut si duę fuerint, ita debent esse, vt ex occulto vna audiat nec loquatur sed secum, si opus fuerit, verba faciat. In choris vero numerus personarum diffinitus non est quippe iunctim omnes loqui debent, quasi voce confusa, & concentum in vnam personam reformantes. Latinæ autem Comœdiæ chorum non habent, sed duobus tantum membris constant, diuerbio, & cantico. Primis autem tẽporibus asserit Tranquillus omnia, quæ in scena versantur, in Comœdijs acta. Nam & Pantomimus, & Choraules in Comœdia canebant. Verum actores Comœdiarum pro facultate, & arte potiore principatum sibi artificio vendicabant. sic factum est vt nolentibus cædere mimis cum artificio suo ceteris, separatio fieret reliquorum. Nam dum pauciores inferioribus qui in omni magisterio erant, seruire dedignabantur, seipsos à Comœdijs separauerunt, ac sic factum est, vt exemplo semel sumpto vnusquisque suæ artis rem exequi cœperit, neque in comœdiam venire. cuius rei indicia produnt nobis antiquæ Comœdiæ. in quibus inuenimus, Acta tibijs, paribus, aut imparibus, aut seranis. quando enim chorus canebat choricis tibijs, id est choraulicis artifex concinebat. In canticis autem pyraulicis responsabat. Sed quod paribus tibijs, vel imparibus inuenimus scriptum. hoc significat, quòd si quando monodio agebat, vnam tibiam inflabat, quando synodio, vtranque hæc Diomedes.

*Togata. Toga. Palliata. Prætextata. Prætexta. Tabernaria. Attellana. Planipes. Mimos. Satyra. Agunt fabulæ, & referũt quædam. Mimus. Poëta. Membra Comœdiarum. Diuerbia. Cantica. Chorus.*

Regula autem est.

Comœdia quinque præcise continebit actus, nec in vna scena vltra quatuor personas inducentur loquentes quinetiam quarta raro loquatur. In nulla autem seu fabula, seu historia inuocetur deus aut dea, nec interuenisse dicetur vbi humanis opibus regeri poterit. In tragœdijs autem chorus, id quod in textu præscribitur, munus explebit.

Ne ue minor, neu sit quinto productior actu  
Fabula: quæ posci vult: & spectata reponi.  
Nec deus intersit; nisi dignus vindice nodus  
Inciderit: nec quartaloqui persona laboret.  
Actoris partes chorus, officiumq́. virile *  
Defendat: neu quid medios intercinat actus,  
Quod non proposito conducat, & hereat apte.  
Ille bonis faueatq́.; & concilietur * amicis:  
Et regat iratos: & amet peccare timenteis.  
Ille dapes laudet mensæ breuis: ille salubrem  
Iustitiam, legesq́., & apertis otia portis.  
Ille tegat commissa: deosq́. precetur, & oret;  
Vt redeat miseris, abeat fortuna superbis.

IANVS

*Inuocatio quib. facienda sit. Vide an not. Frã. Ro. florũ alias amice*

POsci) Bona fabula. [Ne minor) Omnis comœdia, siue tragœdia quinque actus haber, hoc est quinquies in scena dicitur. Comœdia .n. vetus choros habuit vt Tragœdia qui actus diuidunt excluso choro, ut aliqua quies spectatoribus daretur, actus interpositus est dum tibicẽ populum delectaret. nonnulli in proscenio, ne locum quidem reliquerunt. vnde apud illos dirimere actus quinque partitos difficile est. [Posci) Placere quæ vult, & delectare. [Spectata) Quæ semel acta & visa est. [Reponi) Iterum recitari. Eunuchus Terentij tanto successu, & plausu primo est acta, vt rursus esset vendita, & ageretur iterum pro noua. [Productior) Prolixior. [Nec deus intersit;) Deos introduci solitos in comœdijs. vel testis est Amphytrio Plautina. in qua non solum Iupiter, & Mercuris sub Amphytrionis Sosiæq. personis agunt, sed & ipse Iupiter perturbato tantis malis Amphytrioni confessus deum & qualis videri solet, cœlicolis assuit, illumq. bono animo esse iussit. Introducuntur & dij in comœdijs, prologis narrandis vt Lar in Aulul. Auxilium in Cistell. Potest & ad inuocationes referri, quas suis locis. i. difficillimis, & arduis opportune fieri conuenit: vt,

Pandite nunc Helicona deæ  
cantusq́. mouete.

Sed & magna semper arte in quocunque poëmate dij introducuntur, cum eo res deducta est, vt viribus humanis perfici non possit. Æneas interfecto Priamo tenentibus omnia Græcis & igne nunquam è regia euasisset, nisi,

Ducente deo flammam inter  
& hostes.

Nec Turnus Troianis castris erupisset, ni Iuno vires animumq. ministrasset. Hinc Minerua medijs cœtibus Graium cohibendo Achilli interuenit soli perspicua, aut aliorum nemo cernetur. Hinc illa Virgiliana matrona in medijs millibus auxiliabunda fratri conuersatur.

Miscetq́. viris, nec cernitur vlli.

[Intersit) In comœdijs interueniat, vel quocunque poëmate. [Nodus) Difficultas, res difficilis, quæ aliter explicari nõ possit. [Vindice) Vindicante, exponente, & liberante te ab ignoratione rerum. [Nec quartaloqui persona) In Dramate tres personæ solæ agunt, quarta muta est, quamuis Latini plures personas in fabulis introduxerint, vt spatiosiores frequentia facerent. Ea muta persona Cophon Prosopon facit, vnde illud Mart.

*Comadi tres sunt: sed amat tua Paula Lupercos.*
*Quatuor & Cophon Paula Prosopon amat.*

Plures tribus introducuntur recte, si tumultum non fecerint, sed dum duæ aut tres loquuntur ceteræ taceant. Potest & quarta persona ad scenicos primarum, secũdarum, tertiarumq. partium referri. neque .n. solent mutæ personæ magnas partes habere in fabulis, sed tres aut quatuor, reliquæ parum loquuntur. [Actoris partes) Chorus personas non habet definitas, quippe omnes iuncti loquuntur quasi voce confusa, & concentum in vnam personam formant, nunc circa fumantes aras spatiantes, nunc gyros reuoluentes cum tibicine concinunt. Est autem eius officium laudare virtutes, persequi vitia, à Dijs veniam impetrare, & fauere infelicibus. Potest esse tam virorum quàm fœminarum, vt in Troade Senecæ. [Actoris) Histrionis in scena & mimi. [Officium virile) Solet seruari in choris, vt si laudandus sit virorum sit chorus, si mulier mulierum. Hinc ait: Defendat partes actoris, id est quas partes quisque actor fecerit, viriles, an mulieres, sit tamen chorus vt lubet, sermonem semper grauem & virilem esse oportet. Vel actoris partes .i. vnum commendet ex actoribus, non omnes simul, & officium virile defendat .i. si quid egit viro dignum laudet. [Defendat) Suscipiat sibi. Medios intercinat actus. Recte medios actus, nam quemadmodum personis nimisq. de proscenio in scenam redeuntibus, apud Latinos actus distinguebatur, sic apud Græcos ascendente in orchestram choro. [Intercinat) Chorus cantet. [Quo non proposito) Quicquid canit chorus, debet ad argumentum referri. & plerunque ad eum ipsum actum quem distinxit. [Proposito) Rei argumento. [Hæreat) Accommodetur materiæ. [Regat) Mitiget, moderetur, vt in Hercule furente. [Timentes) Patientes, vt Hyppolitum. [Dapes) Frugalitatem. [Salubrem) Quæ salutem det custodientibus. [Otia) Pacem. [Apertis portis) Cum tuta sunt omnia. [Commissa) Quæ eius fidei sunt credita. [Miseris) Vt Hectori.

ACR. NE ue minor, neu sit quinto productior actu) .i. non loquatur in fabula plus quinque personis. [Fabula: quæ posci vult: & spectanda reponi.) Id est, quæ vult posci à populo, & reponi spectanda vt denuo agatur .i. quæ vult in auctoritatem venire. [Nec Deus intersit; nisi dignus vindice) Nõ debes inducere deum in scenam in tua fabula, nisi causa subueniendi, & puniendi. Aliter, Tum demum, inquit, auferri debet deus, cum digna res interuentu eius exponitur. Alioqui male ponitur si quis seruum suum vult occidere, sed magis eum filius patrem aut pater filium occidit. Item, Tunc, inquit, persona numinis debet interseri, quoties adeo difficilis res est vt non nisi interuentu numinis explicari possit, vt habemus apud Poëtam, ingressum fuisse Turnum castra Troiana, illicq multas cædes impune fecisse, Incredibile est solum ista sine numine implere potuisse. Vidit hoc poeta nimis arduum, & subiunxit. Huic Iuno vires, animumq. ministrat. [Nec quarta loqui persona laboret.) Quartam certe personam quando inducimus, aut non omnino loqui debet, aut pauca, non dixit, taceat, sed non loquendo laboret, quo aptior sit dictio. Inducitur autem quarta persona, aut vt annuat, aut vt ei aliquid impeteretur. [Actoris partes chorus, officiumq. virile Defendat:) Sic debet vnusquisque recitare fabulas, vt audientes laudent eum suumq. officium laudando protegant ab accusatoribus. Quando vir agit virum, chorus debet induci. Chorus, inquit, non multarum personarum actus defendat, sed vnius suscipiat. Non ideo, inquit, multarum personarum partes suscipiat, quia in choro multi sunt, sed virilem partem tueatur, hoc est vnius viri. Virile autem non aliqua re astuta, sed vnumquenque contingit. Est autem ordo: Chorus defendat partes actoris, & officium virile. Alij sic exponunt, Etiam si mulierum sit chorus, eodem nomine appellatur, nec interest aliquid, an mulierum sit chorus an virorum, dummodo verba conueniant. [Defendat:) Tueatur. Mire dixit; Ne ue, inquit, ipse chorus inter medios actus aliquam rem canat incongruam .i. id canat quod ad præsentem rem aptam sit. Ne, chorus aliquid discrepet ab argumento, neque aliquid inter medios actus debet absurde cani, id est inter actus viri ne inducas chorum mulierum. [Et regat) .i. compescat, mitiget. Docet qua causa chorus debet induci, vt faueat bonis, & concilietur amice. [Peccare timenteis.) Innocentes. [Salubrem Iustitiam,) Quia semper incolumis est salus vbi est iustitia. [Et apertis otia portis) .i. in pace, quia in pace portæ patent: vt,

Panduntur portæ.
Qua mœnia clausa

En econtrario,

Ferrum acuunt portis.

[Ille tegat commissa) Celet, credita sibi .i. non palàm faciat credita consilia. [Miseris,) Ad miseros. [Fortuna) .s. bona, nam est & mala: vt,

Hac Troiana tenus fuerat fortuna.

POR. NEu sit quinto productior actu Fabula:) Ne incipiat tragœdia plus q̃ quinque partibus impleri. [Quæ posci vult, & spectata reponi.) Illud dixit, Si forte reponis Achillem, hoc est quæ placere vult, & iterum proferri. [Nec deus intersit; nisi dignus vindice nodus Inciderit:) Tunc demum, inquit, inferri debet deus, cum digna res interuentu eius exprimitur, alioquin male ponetur, vt in eo, si quis seruum voluerit occidere, Sed magis cum aut filius patrem, aut filium pater occidit. [Nec quarta loqui persona laboret.) Tres .n. personæ tragœdiã itemq. comœdiam peragunt, si tamen quarta interponitur, non loqui debet, sed annuere, statimq. dimitti. [Actoris partes chorus, officiumq. virile Defendat:) Id est ne viris agentibus fœminarum inducatur chorus, ne fœminis virilis, sed agentes ex vsu has partes custodient.

GLAR. NE ue minor quinto, neu sit productior actu) Hoc de quinque personis perperam Acron intelligit, quanquã codex potest esse corruptus. Mirum vero q̃ & Acron, & Badius hoc quod statim sequitur, exponant. [Nec deus intersit; nisi dignus vindice nodus Inciderit.) Sed vltima Acronis placet, vltimaq. Badij expositio, tunc numinis personam inferendam, quoties adeo difficilis res sit, vt non nisi interuentu numinis explicari possit, aut nisi maiora moliamur, quam quæ humanis opibus effici possint. [Actoris partes chorus, officiumq. virile) Auctoris impresserat Aldus, sed non placet. Acron autem si vsquam alibi certe hic adeo delirat, vt absque indignatione a nemine legi possint quæ hoc loco scribit. Sed neque Porph. expositio mihi satis facit. Res non est omnino difficilis. Illud tamen (virile) lectorem moratur, nec mihi satis intellectum.

DOCT. interpr. PRoductior actu) Solebant comœdiarum poëtæ, aut tragœdiarum scriptores fabulas suas in actus quosdam distribuere, vnde natum est prouerbium. Supremum fabulæ actum addere, pro eo quod est, extremum finem imponere. [Vindice nodus) Hom. Il. j. Palladem inducit vt ferocientem Achillem compescat, alijsq. locis numina allegat. Ast Horat. vetat hoc in comœdijs fieri, nisi rerum difficultas maior sit, quàm vt possit humana ope explicari.

ASCEN. HIc loquitur de luxu, & pompa theatrali, ostendens quo pacto incrementum sumpsit, additurus nonnulla de fabularum progressione, atque decoro. & dicit, Tibia .i. fistula facta ex tibia potissimum gruum qua modulos faciebant, non sup. erat olim iuncta orichalco, id est instrumento facto ex orichalco, quod in colore auro simile est: & æmula tubæ .i. imitatrix æqualem sonum reddendo, q. d. Fistula erat olim ex tibijs gruum & non ex metallo confecta, neque tam ampla vt sonum tubæ redderet: sed erat tenuis, id est modica, & simplex, id est non compacta, & pauco foramine, id est habens pauca foramina, quia secundùm Varronem tantum quatuor foraminum apud priscos fuit, vtilis, id est idonea, & commoda, aspirare, id est cantantibus choris concinere, & adesse, id est auxilio esse, atque procomplere flatu, id est sonitu suo, sedilia, id est sessiones hominum, nondum nimis spissas, id est adhuc non nimis repletas populo, quæ, id est ad quæ sedilia populus sane, id est valde, numerabilis, id est facilis ad numerandum, vtpote paruus, id est modicus, & frugi, id est parsimoniæ inseruiens, & castus, & verecundus, coibat, id est conueniebat. postquam supp. populus Romanus victor exterarum gentium, cœpit, id est incœpit, extendere agros, id est possidere ampliores possessiones, & murus latior sup. cœpit amplecti vrbes, id est ciuitates extentiores factæ sunt, & genius, id est deus naturæ, cœpit placari (quasi iratus fuerit in sobrios qui genium suum defraudare dicuntur) vino diurno (quia interdiu vacare cœperunt potationibus, cum prisci tantum labente die in cœnis conuiuere solerent) aut vino diurno, id est quotidiano, id est postquam singulis diebus potationibus, & comessationibus indulgere cœperunt: diebus festis, id est tempore festiuo: impune, id est sine punitione, tunc supple licentia, id est impunitas, & permissio maior, scilicet quàm prius accessit, & numeris, id est aut versibus, qui numero constant, & pro quibus sæpe numeri ponuntur, aut numeris rerum scenicarum, vt actorum, & ornamentorum, ac instrumentum musicorum & foraminum in eis: aut numeris, scilicet chordarum, quia ante tres chordæ erant post septem factæ sunt, deinde nouem, que, pro &: & modis, id est modulationibus. Et causa est quare non

tanta

tanta licentia maioribus erat, quam addit Poëta dicens, Quid enim rusticus indoctus liber laborum, id est paullo ante solutus à labore, & confusus, id est permixtus, vrbano, id est vrbem habitanti, & turpis, id est deformis permixtus honesto, id est pulchro saperet, id est sapere posset? sic, id est hoc modo, tibicen, id est canens in tibia, addidit arti priscæ, id est veteri motum, id est gestum corporis, & luxuriam, id est voluptatem tripudiandi, & ipse vagus, id est vagabundus propter motum, traxit vestem, id est syrma, quæ vestis oblonga à συρω quod est traho dicta, per pulpita, id est per tabulas scenæ. Et voces, id est sonoritates, & modi insolentiores, creuere, id est creuerunt etiam sic, id est hoc modo, fidibus, id est chordis, seueris, id est grauibus prius, & facundia præceps, id est iucunda eloquentia, quæ cum ingenti impetu fertur, tulit, id est attulit, vel protulit, eloquium, id est eloquentiam. insolitum, id est inconsuetum prius, & sententia sagax rerum vtilium, id est sapiens res vtiles, & diuina, id est diuinatur, futuri, id est rei futuræ non discrepuit Delphis sortilegis, id est sortes dantibus, id est talia cœpit dicere qualia in templo Apollinis dicuntur, cum antea eo sapientes loquerentur, & eorum præceptum pro responso esset.

Regula autem est.

Sicut apparatus scænici paulatim susceperunt incrementum, ita & verborum, ac sententiarum pondus in poëmatis.

Tibia non vt nunc orichalcho vincta, tubæque
Aemula, sed tenuis, simplexque foramine pauco
Aspirare, & ad esse choris erat vtilis; atque
Non dum spissa nimis complere sedilia flatu.
Quo sane populus numerabilis, vtpote paruus,
Et frugi, castusque, verecundusque coibat.
Postquam cœpit agros extendere victor: & vrbem
Latior amplecti murus: vinoque diurno
Placari Genius festis impune diebus:
Accessit numerisque, modisque licentia maior.
Indoctus quid enim saperet, liberque laborum,
Rusticus, vrbano confusus, turpis honesto?
Sic priscæ motumque, & luxuriam addidit arti
Tibicen: traxitque vagus per pulpita vestem.
Sic etiam fidibus voces creuere seueris:
Et tulit eloquium insolitum facundia præceps:
Vtiliumque sagax rerum, & diuina futuri
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

IANVS Tibia non vt nunc) Tibiæ quanto in pretio fuerint apud populum Romanum, honos tibicini à Numa Pompilio adhibitus testatur, quo per tribunos consulari potestate spoliati cum excessissent Tyburq. petissent, magna arte reuocati, ingentique lætitia excepti sunt. Eorum opera in ludis, sacris, nuptijs, funeribus erat necessaria, quòd modulatione rationalis anima oblectatur, licet apud mortuos non tibicines, sed sicinistæ, & siticines canerent quodam proprio tubæ genere Sibaryte in Italia ad tibias dimicabant. idem in Græcia Lacedæmonij, qui nec pugnabant nisi musis litassent. Amazonum regina cum ad Alexádrum venire, vt conciperet, tibicina pro maximo munere regem donauit, inuenisse autem tibias Pallas perhibetur, & ob oris deformitatem reiecisse, & Aristoteles octauo Polyticorũ, non tam ob deformitatem reiectas putat, quàm quòd nihil tibiarum vsus conferr ad intelligendum, vnde furore Alcibiade Attica iuuentus desijt tibijs canere, & lyram sumpsit. Comœdias ad tibias agi solitas vel illud indicat, quòd Roscius in senectute tardiores sibi fecerat tibias. quia & in antiquis comœdijs acta inuenimus paribus tibijs, aut disparibus, aut seranis, aut dextris, aut sinistris. Monodio vnam tibiam inflabant, synodio vtranque. dextræ sua grauitate seriem dictionemque comœdiæ pronuociabant, sinistræ & seranæ acuminis leuitate iocos ostendebant, vtrisque mixtos grauitate iocos denunciabant. [Foramine pauco) Quatuor enim à principio fuerant, aucto eorum numero creuit vox tibiæ, de cuius foraminibus vicinis acutus sonus emittitur, de longinquis verò, & termino proximis, grauior item acutior per patentiora foramine grauior per angusta, & vtriusque causæ ratio vna, quia spiritus vbi incipit, fortior est defectior, vbi definit. [Vincta) Compacta. [Æmula) Magnitudine vocis. [Tenuis) Ad ornatum. [Adspirare) Capere vt sonaret. [Sedilia) Caueam. [Spissa) Plena spectatoribus. [Quo) Flatu. [Numerabilis,) Id est rarus. [Victor) Romulus pomœrium posuit à foro Boatio vbi æneum tauri simulacrum erat, vt magnam Herculis aram complecteretur, inde certis spatijs interiecti lapides per ima montis Palatini ad aram consiti. mox ad Curias veteres, tum ad sacellum Latum, forumq. Romanum. Capitolium non à Romulo, sed à Tito Tatio additum, mox pro fortuna pomœrium auctum, nec nisi ijs qui protulerint imperium, terminos vrbis propagare dabatur, non tamen Romani duces, quanquam magnis nationibus subactis vsurpauerunt, quod nunquam prouinciali, sed Italico agro acquisito mos proferre fuit. Lucius Sulla vltimus Romanorum ducum id fecit. Cæsar campum Martium vrbi addere cogitabat. Augustus deinde protulit, quem imitatus Claudius nouos vrbi terminos posuit. M. Varro lib. antiquitarum duodeuigesimum scriptum reliquit, Vectium augurem non ignobilem solitum dicere, si ita esset vt tradebant historici de Romuli in vrbe condenda augurijs ac duodecim vulturibus, quoniam centum viginti annos præterijsset incolumis populus Romanus ad mille & ducentos peruenturum. [Extendere) Augere imperium.

[Placari, genius) Genio maiores nostri vino, non hostis faciebant natali die. vnde illud,

Funde merum genio.

Id autem ea fiebat causa, ne die qua ipsi lucem accepissent, alijs demerent. Genio facta neminem oportebat ante gestare q̃ eum qui fecerit. Est autem genius, cuius in tutela quisque natus viuit, victus quòd nobiscum sit genitus, vel quòd statim nos genios suscipiat, & tueatur. Duplicem omnibus omnino genium nobis datum affirmant sapientes, quibusdam etiam datum videre suum genium, sed quod multiplices ornauerit virtures hinc in Homeri carminibus non Deos immortales credendum cum viris fortibus collocutos, nec adfuisse pugnantibus, sed familiares genios cum ijsdem versaros, quorum adminiculis enituere, Pythagoras, Socrates, Numa superior, Scipio Africanus, Marius, Octauius Augustus, Brutus, Constantinus, Iulianusque imperarores. [Festis) Statis, constitutis. [Impune) Sine legibus. [Placari) Sacrificare. [Diurno) Ad diem perducto. [Impune) Sine vlla lege sumptuaria, quæ multiplex erat plures enim leges sumptuariæ latæ fuerunt, quæ sumptum coërcebant in cibis. [Quidem enim saperet) Romani mores per adciram lasciuiam paulatim euerti cœperunt, hinc aucta tibia, auctæ fides, auctum loquendi genus, mensuraque theatri moles posita, nam antea subitarijs gradibus, & scena in tempus structa ludi edebantur, quin & vetustiora si repetas, stantem populum inuenias spectauisse. Eo deinde luxus ventum est, vt proceres Romani in scena polluerentur. [Saperet) Cur non corrumperetur. [Liberque labor) Tutus ab omni bello. [Vagus) Tibicen. [Sic) Ex hac luxuria. [Seueris) Grauibus. [Fidibus) Præter tibias, & fides maiorem vocem cœpere. [Ante tres chordæ erant, post septem, deinde decem, quoniam tot sunt humanæ harmoniæ varietates Lacedæmonij: è Timothei fidibus neruos demi iusserunt, quòd plures quàm septem haberent. [Præceps) Facta ob luxuriam. [Sententia) Philosophia. [Diuina futuri) Per quam possimus futura conijcere. [Delphis) Obscuriora sunt dicta eorum philosopborum responsis Delphicis, & Apollinis.

Tibia non vt nunc oricalcho) Docet qua causa tempore multa mutata. Tibia enim ante non erat ita ornata, & neque tam multis foraminibus tubæ æmula. Modo vero, & ornata est, & tam multa habet foramina, vt sonet quemadmodum tuba. Ostendit luxuriam recentem, & ambitionem natam esse, antiquitatem vero seueram fuisse. nam prius tibia non erat ambitiosa, nec multis distincta foraminibus. Varro ait ad Marcellum de lingua Latina, quatuor foraminum fuisse tibias apud antiquos. Et seipsum in templo Marsiæ vidisse tibias quatuor foraminum. Quare quaterna foramina antiquæ tibiæ habuerunt. Alij dicunt non plus quam tria. [Aspirare, & adesse choris erat vtilis,) Id est, paucis spectantibus, sufficiebat, inquit, breuis tibia ad sedilia populi complenda, quæ eo tempore adhuc non erat spissa atque densa. [Atque nondum spissa) Nondum erat utilis tibia ad sedilia populi complenda, ACR.

id est complere flatu suo spissa theatra vel aures omnium spectatorum, adeo erat tenuis: & sonus eius vix audiebatur per totam scenam. [Quo sanè,) Id est ad sedilia explenda, id est ad theatrum pauci conueniebant. [Numerabilis) Paruus, quia numerari poterat. [Postquam cœpit agrus extendere,) Id est postquam cœperunt homines ita epulari, velut in festis diebus. postquam cœperunt impune vel conuiuijs, quasi sacris cœnis, creuit luxuria. [Placari genius) Deest (cœpit) postquam cœperunt naturali Deo sacrificare. [Festis) Quasi festis. [Impune,) Id est non contradicente lege aut moribus. [Accessit numerisque, modisque licentia maior) Quia ante tres erant chordæ, post septem factæ sunt deinde decem. [Indoctus) Quidem enim. Postquam cœpit esse indoctus populus, sine differentia cœperunt esse omnia, & hac de causa delicias inuenerunt. Tibicines vero vt populus voluptatibus teneretur. Confusus autem est mixtus. Dicit autem causam per quam creuit licentia, propter imperitiam populi, & quia nulla erat differentia bonos, & malos. [Liberque laborum rusticus) Libertam a ciuili bello, quàm ab extraneo.. [Sic) Taliter postquam creuit populus, & superstitio eius. [Motumque, & luxuriam addidit arti) Gestum corporis, & voluptatem propter multitudinem foraminum, & tibiarum supra modum aucta est magnitudo. [Traxitque vagus per pulpita vestem) Propter gestum uagus, quia non in vno loco, nec in voo modo tibicen, sed varie huc atque illuc sese circunfert. [Per pulpita) Per tabulas scenæ. [Sic etiam fidibus uoces creuere seueris) Soni, modi insolentiores siue numeri. nam prius tetracordi erant cytharœdi. Antea enim lyra septem chordas habuit tantum, postea excogitata est cythara. Siue aliter (creuere.) Cythara enim monochordos fuit deinde paulatim dextra læuaque addentes ponebant. Tragœdijs satyra dicitur amara, in quibus, salua maiestate grauitatis, iocos exercebant secundùm Cratini institutionem. Is enim primus Athenis Dionysia dum essent, satyricam fabulam induxit. Alia autem satyra est illa mordax, vt Lucilij, Persij, Iuuenalis. Hæ autem fabulæ satyricæ dicuntur, ut Tragicæ, & Comicæ. [Tulit) Protulit. [Eloquium insolitum) Insolitum eloquium, id est nouam eloquentiam, hoc est inflatam, & non propriam. Sic & facundia elapsa est in loquacitatem, & facta uitiosa, nunc enim cœperunt facunde eloqui, & amplius solito. Facundia præceps, est iucunda eloquentia. Vnde facundus fatu iucundus. Sed facundia præceps, est quæ cum ingenti impetu fertur eloquentia, quanquam antea necessaria erat, & vtilis, circa promissionem futurorum cœpit furibunde, & Delphice similis esse amissa moderatione. [Vtiliumque sagax,) Id est, inuentrix, gnara & diuina futuri, sicut philosophia, quæ ita futura præuidet sicut diuinatio. [Sortilegis) Sortes dantibus, per quas futura noscuntur. [Non discrepuit sententia Delphis,) Id est, quæ antea vtilis erat, talia cœpit dicere, qualia in templo Apollinis dicuntur.

POR. Tibia non vt nunc orichalcho vincta, tubæque Aemula, sed tenuis) Colligit priore tempore, certiore lege scriptas esse fabulas, q̃ hoc seculo. Nam nec tibia quę interijt, tam pretiosa erat, neque tam magna quam nunc est, quę orichalco ornatur, quod simillimum bracteæ aurę est. [Simplex foramine pauco) Terna enim tantummodo habuit antiqua tibia. [Sic priscę motumque, & luxuriam addidit arti) Morum nunc gestum dicit. [Sic etiam fidibus voces creuere seueris) Ante enim septem habebat, excogitata postea cythara est. [Et tulit eloquium insolitum facundia pręceps) Vsus est dicere quę pręcepit eloquentia. [Vtiliumq. sagax rerum, & diuina futuri sortilegis non discrepuit sententia Delphis) Ante enim sapientes loquebantur, & illorum pręceptum pro responso erat vt τὸν ἐπὶ. Et multa quæ in templo Apollinis Delphici scripta sunt, & septem sapientum præcepta, sententiam, dicit, ut apud Græcos.

Tibia non ut nunc orichalco) Quid tuba sit, apud neminem puto ignotum, ea illo potissimum Ennij. At tuba terribili sonitu taratantara dixit. Quid autem tibia sit eius æmula, non item clarum est. Ego phthongorum, non foraminum multitudine intelligo. Neque enim tuba foramina habet. Si quis etiam de magnitudine aut sonitus uehementia putet, intelligi, non ad modum repugno. Quanquam diuersa hodie, ut olim tibiarum genera in usu habentur, quædam superne inflantur, decem foraminibus ante, & post connumerato eo etiã ubi exit flatus. Sed & hæ duplices, quędam simpliciter superne inflatur in latum porrecto foramine, mitem reddentes sonum, quædam linguis prominentibus, duabus ueluti pennis quæ ori imponuntur, atque hæc proxime ad tubam, clamosum sonitum reddunt. Quædam superne inflantur foramine angusto, ac rotundo, inferne sex, aut septem foraminibus. Sed duię inflationis est hæc tibia, clamosa, & à longo gratior spatio. Sunt etiam tibię, quę transuerse inflantur, quas ego puto fistulas dici ut hodie in bellis Germania utitur, & Heluetij, quidam Germani Heluetias uulgo uocant. Verum quotusquisque hodie est qui inter fabulam ac tibiam discrimen ullum norit, aut apud Gręcos inter αὐλὸν καὶ σύριγγα? Et quod Plin. lib. vij. cap. lvj. inquit, Fistulam Pan, Monaulam Mercurius, Obliquam tibiam Midas in Phrygia, Geminas tibias Marsias in eadem gente inuenit, apud me nondum ita clarum est, ut nihil hęsitem si quis ex me differentiam nostra ætate scire velit. vt taceam de præcentorijs, geminis, vastis, miluinis, thurarijs, simplicibus, Græce monaulis Ægyptijs, Serranis, Gingrijs, Lidis, & si quæ aliæ à gentibus nomina habent, de quibus passim multi scribunt, sed pauci formas explicant. Sed illud (orichalco) commentatores in varias traxit sententias. Porphyrion simillimum bracteæ aureæ putat. qua fistula ornetur, quod similius vero puto, quàm quod Badius instrumentum facit ex orichalcho. Acron etiam ex Varrone ostendit tibiam olim quatuor fuisse foraminum. Gallia hodie tabulis vtitur, & quædam Italiæ partes tribus inferne, & vno superne. Sed de his satis. Est item (vincta) à vincio legendum, non (iuncta) à iungo. [Nondum spissa nimis complere sedilia flatu) Illud (nondum) Acron coniungit ad (vtilis) hoc est sensu, Nondum erat vtilis tibia ad sedilia populi complenda, cum Horatius ad (spissa) retulerit hoc sensu, Tibia illa tenuis, & simplex foramine pauco vtilis erat ad complenda sedilia nondum spissa nimis. [Indoctus quid enim saperet, liberque laborum) Postquam cœpit esse indoctus populus (idem inquit) sine differentia cœperunt esse omnia. Fortasse (doctus) legendum. Nam alioqui non intelligo. Sequentia etiam verba de tibicinibus, mutila sunt. Et quod, liber, inquit, tam à ciuili bello, quàm ab extraneo, mihi displicet, placet autem quod Badius ait liber laborum, id est paullo ante solutus à labore. Sic etiam fidibus voces cruere seueris) Acron hoc loco, neque sonum à modo aut numero recte separatum intellexit, eum soni sint phthongi, modi vero tropi, quos nostra ætas tonos vocat, numeri vero sonorum metra, Inter lyram vero, & cytharam innuit discrimen, sed obscure. Cum lyra trichordos tetrachordosque frequenter nostra ætate etiam hexachordos instituatur, Cythara vero viginti quatuor chordis fere. Illud porro quod ait cytharam olim fuisse monochordon, nusquam antea legi, nec puto esse verum. Monochordon vero instrumentum etiamnum hodie frequens visitur.

IANVS Ob hircum) Ob nomẽ tragœdiæ, & vetustum morem nam olim tragicis auctoribus τράγος, id est hircus præmium caurus proponebatur, hæc Tragœdiæ libero patri dicatæ. [Mox) Deinde cum vidit Tragœdia non placere, nec iocos habere. [Agrestes Satyros) Vetustissimæ satyræ genus sola carminum varietate mixtũ erat vnde sibi nomen sumpsit. eam primum tragici poetæ indu

Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum,
Mox etiam agresteis satyros nudauit: & asper
Incolumi grauitate iocum tentauit. eo quod
Illecebris erat, & grata nouitate morandus
Spectator, functusq. sacris, & potus, & exlex,
Verum ita risores, ita commendare dicaces
Conueniet satyros; ita vertere seria ludo:
Ne, quicunque deus, quicunque adhibebitur heros,
Regali conspectus in auro nuper, & ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas:

xerunt, vbi liceret licentius lasciuire, nec vt putant multi ex luctu in gaudium finiebat, sed perpetuum risum eleganti, scenicoque modo habebat. vt apud Euripidem. Her. emptus a Sileno, vti villicus, & seruus mittitur in agrum ad vineam fodiendam, ille magnis viribus sumpto ligone, vites eradicat, easq; comburendas in villam humeris comportat, cum vescitur, panes ingentes frangit, ingentem boum

Aut dum vitat humum, nubeis, & inania capret,
Effutire leueis indigna tragœdia versus:
Vt festis matrona moueri iussa diebus:
Intererit satyris paulum pudibunda proteruis.

bonem mactat, fores cellæ vinariæ diruit, easque pro mensa parat, optimum doliurum delinit alterum seruum qui agro præ est sotuum aspiciens, iubet ocyus poma ad se ex arboribus, adferre, denique consurgens vicinum flumen in habitationem introducit, quod cuncta deleuit. Varro Menippum imitatus, Satyras scripsit. Cum in theatro agebantur Satytæ, scena ornabatur arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agrestibus rebus, nam in Tragœdijs, columnis, & fastigijs, signis, regalibusque ornamentis, in Comœdijs, priuatis ædificijs, & mœnianis prospectibusque fenestras habentibus, ad communium ædificiorum imitationem scena insttuebatur. [Nudauit) Aperuit quod in Satyra multa fiunt libere, & dicuntur liberius. [Agrestes) Erant enim personæ quædam Satyticæ, vt Silenus, & Satyrus, tum canus, tum barbarus. Dionysius, ludos editos scribit Romæ, in quorum pompa chori Satyristarum in Silenorum speciem agerentur ornatu, & amictu Satyrico. [Nudauit) Nudos introduxit. [Satyros) Satyriam scripsit fabulam. [Tentauit iocum) Satyram. [Grauitate) Tum carmine, tum personis, salua tragœdia, iocos scripsit. [Spectator) Populus qui conueniebat ad ludos. [Illecebris) Nugis, ioci. [Nouitate) Noua omnia habent gratiam. [Functusque sacris) Qui iam sacrificauerat. [Exlex) Quem nulla lege potes regere, id est qui sacris, & rei seriæ operam dedit iam cupit voluptati genioque indulgere. [Verum) Cum dixisset Satyram sumpsisse initium à Tragœdia, dat legem quatenus, & quousque discedendum sit a grauitate. [Commendare) Laudare, & scriptos dare. [Risores) Quod Satyri leues sint, & rideant, serijs iocos mixtos habeant. [Dicaces) Qui malignis salibus hunc, & illum lacessunt, mordent, & latrant. [Seria) Tragœdiam. [Ludo,) Id est, Satyra, id est introducere easdem personas in Tragœdia, quas in Satyra. [Deus) Vt Silenus, Bacchus, Pan, & Semidei heroës, vt Hercules. [Reguli auro nuper) In Tragœdia. [Obscuras tabernas) In comœdiam. Tabernariæ fabulæ dicebantur apud Romanus, humilitate personarum, & argumenrorum similitudine comœdijs pares, dictæ quod priuatæ domus in qua scena figebatur, tabulis tegerentur. [Nubeis, & inania,) Id est, das personam Tragicam in Comœdia. [Humum,) Id est, comœdiam. [Effutire) Inepte, & imprudenter emittere significat. Marcus Varro. euax nihil significare ait, sed effutitium esse verbum quoddam Cicero Tusculanarum quinto, Nec hoc sic agitur, vt ex tempore quasi effutire videatur. vnde Plautus in Truculento futatim dixit, id est imprudenter, & inconsulte. [Leueis) Vtputa ex Iambis omnibus, qui culpantur in Tragœdijs. Incitantur autem Tragœdiæ Spondaico carmine. vnde M. Tullius Pacuuij carmina in Tragœdia, quæ Teucer inscribitur, spondealia appellauit. [Moueri festis) Comparatio sumpta á matrona, quæ ita corpus mouet, vt grauitatem seruet. Matronis saltare quibusdam diebus apud Romanos licitum fuisse illud indicat Salustianum, Psallere saltare elegantius, quàm necesse est probæ. Erat matronis saltandi cura, sed non curiosa vsque ad artis perfectionem: vnde est illud Horatij,

Doceri motus gaudet ionicos matura virgo.

Extant Scipionis verba, qui quæritur in ludum histrionum cõuenire pueros virginesq. ingenuos, vt in vno ludo quingentos se vidisse testetur. Saltationem autem Romanis fuisse non indecoram, vel solus exemplo est Appius Claudius, qui salius vsque ad senectutem fuit, & pro gloria habuit, quod inter collegas optime saltitaret. Scipio Africanus triumphale corpus suum mouebat ad numeros, qui & M. Tullij ætate inter Gabinium Ciceronis inimicum, & Marcum Cæcilium Crassum diuitis filium magna contentio fuit quisnam melius saltaret. Orta est saltatio ab illis temporibus heroicis, & a Socrate, & Platone Chrysippoq. probata, à Lacedemonijs celebrata tanquam ad bella vtilis, a Romanis est in ipsis sacris vsurpata. [Moueri) i. ita saltet vt a grauitate non discedat. Ita Satyra à Tragœdia non discedet omnino, quæ eius est filia.

ACR. Carmine qui Tragico) Docet quõ mutata est disciplina poëtarum, nam primus Thespis Tragœdiam scripsit. [Vilem certauit ob hircom) Hircus fuit præmium Tragœdo. Vnde & Tragędia dicta est. τράγος enim Græce, hircus appellatur. Ille qui propter hircum scripsit Tragica carmina, ipse descripsit qualiter se habent agrestes Satyri. [Mox etiam) Non multo post ille aliquos carmine Satyrus induxit, qui nudi pergunt. Nam docet vnde nata sit Satyra, ex Tragœdijs, scilicet. [Agrestes) Seueros, quia uitia carpant. Satyrus enim postea etiam Satyra adiunxit Tragœdiæ. Nudauit autem, quod liberius in ea dicantur, & fiant pleraque. [Et asper incolumi grauitate) Carmini similis, & asper Tragœdus, ita admiscuit iocum Tragędiæ, vt seueritatem seruaret incolumem, id est quamuis esset asper, sic iocatus est Tragœdus per Satyram, vt non amitteret grauitatem. Asper autem, seuerus. Et hoc ad habitum retulit, quia proterua quædam in Satyris dicuntur, & fiunt. [Eo quod illecebris erat) Ideo admiscuit Tragędiæ Satyram, vt per illecebras teneret spectatorem. Antea non voluptatis causa inuenti sunt ludi, sed religionia, id est Idea Satyram admiscuit Tragędiæ, qua spectator grata erat nouitate retinendus, qui spectator veniebat post sacrificia iam pransus, iam potatus. Illecebris autem, quia habet Satyra Illecebras, quæ iocum continet, & risum mouet, auditor volebat delectationes nouiter factas audire. [Spectator) Populus videlicet ad obseruanda sacrificia, aut feriatus, & omnia negligenter accipiens, securus, & sine lege. [Verum ita risores) Debet misceri Satyra Tragędia, ut personis suum decus seruetur. [Risores) Satyri, aut quia risum mouent, aut quia res rident humanas. [Commendare,) scilicet spectatoribus. Omnia enim quæ dicuntur a poëtis, ita debent dici, vt commendari videantur, id est libenter aspiciantur. Dicaces autem, iocosos, & liberos ad dicendum mordaces. [Ita vertere seria ludo) Videlicet cum satyra Tragędiam. [Ne quicunque deus quicunque adhibebitur heros) Subaudi, in carmine tuo, ò poëta. Ac si diceret, ille qui debet scribere de Dijs, vel de regibus, non debet eos vili carmine scribere. [Conspectus) Conspicua. [Migret in obscuras humili sermone) Hoc decet, vt consonantia dicamus. [In obscuras tabernas,) Id est in humilem modum, id est non humiliter loquatur. Tabernas autem, humilia cubilia siue casas, Aut dum facis illum humilitatem vitantem facias inter nubem cęlumque versari. Effutire. hic emittere, proprie autem effutire est inepte loqui. Illum autem Tragędum poëtam, quem non decent leuia raro Satyrica scribere decet, & si scribit, temperare & Satyrorum, procacitati satisfacere. Vt matrona festis diebus iussa saltare, cum quadam verecundia moueri iubetur, ita satyra paullulum erubescere debet vsurpata auctoritate. [Vt festis matrona moueri iussa diebus) Sunt enim quædam sacra quibus saltant matronæ, sicut in sacris Martis deorum. [Proteruis) Aut quia vitia notant, aut student risui. Nam & ipsa Tragędia paullum pudibunda debet esse, quæ misceatur Satyris. Vel interit paullulum non paullum pudibunda.

Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum) Circa hunc enim Tragædiarum scriptores apud antiquos contendebant, & Tragædia inde appellata est. [Vt mox etiam agrestes Satyroa nudauit) Hoc est, Satyrica cæperunt scribere, vt Pomponinus Athlantem, vel Sisyphon, vel Ariadnem. POR.

ASCEN. Perstat in instituto suo poëta, & monet, vt verba rebus, & personis quadrent. Est autem duplex intellectus primorum uerborum, eo quòd in aliquando auget, vt sit inornata, id est ualde ornata. Aliquando negat, ut impotens, id est non potens. & inornata, id est non ornata. Primo modo sic interprerantur, Ego ò Pisones sctiptor, id est qui volam scribere non amabo solum nomina uerba Satyrorum inornata, & dominantia, id est habentia propriam significationem, sed inornata, verumetiam supple uolam ad proprietatem, & ornatum accedere. Secundo modo sic exponunt. O Pisones ego scriptor, id est qui volam scribere, non amabo solum nomina inornata, id est valde ornata, & proprie significantia, & dominantia, & plusquam sui iuris est importantia, vt virtus Æneæ, id est Æneas, sed quæ, id est quoque verba Satyrorum, id est Satyrographorum, hoc est non ero contentus in altera parte orationis, quæ per nomina significatur, seruasse decorum, nisi etiam in verbis, id est reliqua parte obseruetur. Mihi autem ita interpretari placet, ut nomina & uerba singulæ, id est partes orationis, sint inornata, id est non ornata quia in Satyra, quæ ornatum verborum refugit. Sunt enim Satyri agrestes Dei, vnde illis sermo rusticanus competit. veruntamen erunt verba dominantia, id est electa, quantum ad sententias in quibus vim habent. Nec tamen satis est conuenientia habere nomina

mina, & verba, nisi & personis quadrent. vnde addit. Nec pro & non ego scriptor, id est qui volam scribere Satyras non enirat, id est non conabor, differre sic colori Tragico, id est a Tragœdia, scilicet sic effugere sublimitatem Tragœdiæ, vt nihil intersit an Dauus seruus loquatur, an Pythias audax, id est temeraria effecta lucrata, id est postquam lucrata est, talentum, id est tale pondus pecuniæ. Simone, id est domino suo emuncto, id est deluso, vel sub spem melius faciendi pecunia priuato. sic apud Teren. Emunxi argento senem. Neque tamen de Pythia Terentius loquitur, sed de ea, quæ apud Lucil. à domino per astutias talentum accepit quasi dicat, & si Dauus callidus est seruus, & Pythias lucrata talentum callida ancilla, & ita in qualitatem multum conueniunt, tamen quia in sexu differunt, interest multum Dauus ne loquatur, an audax Pythias, an Silenus custos, & famulus alumni .i. à se nutriti Deus videlicet Liberi, seu Bacchi, hoc est quamuis sit petulans seruus, & petulans ancilla, non tamen ad petulantiam Sileni, qui custos, & nutritor est Liberi, seu Bacchi peruenient. Ego sequar carmen fictum .i. quod ego fingam. ex noto, id est secundùm similitudinem carminis approbati, & mihi noti, hoc est ego argumenta Satyrica ex Tragœdijs notis confingam. vel ita fingam carmen, & ita Comœdiam ex notis rebus, vt quis existimet se imitari posse, laboret autem cum aggressus fuerit. Nam virtutis est ita scribere Comœdiam, vt imitatio eius facilis videatur, & executio difficilis sit. Quis enim nescit modum litigandi quomodo obiurgat pater filium, adolescens irascitur meretrici, & alia huiusmodi? Ordo igitur est. Ego sic sequar carmen filium ex noto, id est sic faciam carmen fictitium ex re nota, vt quiuis, id est quilibet, vel potius quicunque, speret sibi idem, id est spem habeat idem posse facere, sudet, scilicet præ labore, & laboret multum, ausus, id est conatus facere idem, laboret frustra, id est in vanum. unde acclamat tantum, id est tantum, pollet, id est valet series, id est aptus ordo, & dispositio quæ œconomia dicitur, quæ pro &, iunctura, id est subtilis compositio verborum, tantum honoris, id est venustatis, & leporis, accedit, id est adijcitur, sumptis, id est ijs quæ sumuntur, de medio, id est de rebus omnibus propositis, & communibus Fauni, id est dij siluestres. à fando dicti. deducti siluis, id est a siluis ducti in theatrum, caueant me iudice, id est meo iudicio, ne iuuenentur, id est iuueniliter loquantur, vnquam, id est quouis tempore versibus nimium teneris, id est nimis blandam sententiam habentibus, quia Faunorum, id est Satyrorum est mordere, velut, id est sicuti sup. iuueniliter loquuntur, innati triuijs, id est in medijs ciuitatibus, aut hominum conuenticulis, ac pene .i. quasi, forenses, id est in foro versati, hoc est ne nimium vrbanos mores assumant, aut ne crepent, id est per crepitum proferant, verba immunda, id est obscœna, & nimium lubrica, quæ pro, id est ignominiosa, id est ignominiam, & contemptum patientia. quoniam pro quia sup. ij. quibus est equus, id est equites hoc est qui sunt de ordine equestri, & pater, id est qui sunt de ordine patricio, hoc est senatores. vel ij quibus est pater, id Liberi ingenui, qui sub patre sunt, & res, id est diuites, vel reipublicæ gubernatores, offenduntur si quid obscœne dicatur, ne pro & si emptor ciceris fracti, id est pisti, aut emptor nucis, id est vellis popellus, qui aut cicere, aut nucibus viuit, probat, id est approbat huiusmodi compositionem, non tamen ij quibus est equus, & pater, & res accipiunt, id est libenter capiunt, aut donant, id est numerant compositorem coronam, id est brauio, vel præmio pro laude certantium, quasi dicat non quod vulgo, sed quod peritis placeat faciendum esse.

Regula autem est.

Non satis est in Satyris obseruare vocabula illis apta, quæ sint inornata, id est subrusticana quidem, & minus culta, sed in pondere sententiarum dominantia. Verum annitendum est, vt personis quadrent, quia aliter seruus, quàm ancilla. & aliter Satyrus, quam homo loquetur. Neque vero Fauni ac Satyri, qui dij siluestres sunt sic loquentur, vt in vrbibus nati, aut conuersati videantur. nec tamen tam obscœne, vel pudicæ aures non ferant, sed in re è medio sumpta, id est ad libitum excogita, tale seruabitur temperamentum, talisque iunctura, vt facilis quidem videatur, sed difficillima sit imitatio.

IANVS Non ego inornata,) Id est, non putabo me Satyrographum probum, si rusticis tantum verbis, & procacibus proprijsq. fuerim vsus, tantumq. discessserim à Tragœdia, vt opus Comœdiæ simile ediderim, sed si finxero aptos Satyros ex rebus notis, id est ex argumentis Tragœdiarum, & Comœdiarum, quam rem, licet multi sint putaturi facilem, nihilominus si aggredi voluerint, sudabunt multum, & fortasse rei difficultate deterrebuntur. [Amabo) Non sectabor vt amatores. [Inornata) Rustica, sic adcita de siluis. [Verba dominantia) Propria non translata, quæ nullo possis alio verbo melius exprimere, ne verecundiæ subiacent. vt,

Dic mihi simpliciter: comœdijs, & cytharœdis
Fabula quid præstet, carius vt futuant.

Non ego inornata, & dominantia nomina solum,
Verbaq., Pisones, satyrorum scriptor amabo:
Nec sic enitar tragico differre colori;
Vt nihil intersit dauus ne loquatur, an audax
Pithias, emuncto lucrata Simone talentum:
An custos, famulusq. dei silenus alumni.
Ex noto fictum carmen sequar: vt sibi quiuis
Speret idem: sudet multum, frustraq. laboret
Ausus idem. tantum series, iuncturaq. pollet:
Tantum de medio sumptis accedit honoris,
Siluis deducti caueant me iudice Fauni;
Ne velut innati triuijs, ac penè forenses,
Aut nimium teneris iuuenentur versibus vnquam:
Aut immunda crepent, ignominiosaq. dicta.
Offenduntur enim, quibus est equus, & pater, & rex:
Nec, si quid fricti ciceris probat, & nucis emptor,
Aequis accipiunt animis: donántue corona. *

[Tragico colori) Characteri & personæ Tragicæ, id est non tantum a Tragœdia discedat, & in Comœdiam dilabatur. [Alumni) Bacchi a se nutriti. [Noto) Ex nota materia, ex notis rebus, neque magni faciam, si argumentum sententiæque aliunde sint quæsitæ, & notæ dummodo ordo, & compositio polleat. [Suder) Ex labore. [Laboret) Exagitetur, crucietur, oleum & operam perdat. [Pollet) Sibi vendicat. [Serias) Ordo, dispositio. [Iunctura) Decens structura verborum, & connexio. [Sumptis) Verbis, scilicet de medio, id est de communi, & nota materia. [Honoris) Gratiæ venustatis, & dignitatis. [Siluis deducti) Caueant, inquit, Satyram scribentes, ne Fauni introducti, qui rustici, & siluestres esse debent nimium loquantur eleganter, & ciuiliter, lasciuiantque vrbane, quoniam spectatores non essent laturi, sed poëtam exploderent. [Deducti) Adciti in vrbem, & in theatrum, & Satyram. [Siluis) E siluis, qd' siluicolæ sint satyri. vel siluis, è scena quæ arboribus ornabatur instar siluæ. [Me iudice) Quantum valeam iudicare. [In triuijs) In quibus sunt nugæ, & dicuntur vrbani ioci [Forenses) Qui in foro versantur, qui habent iocos, & mordacia dicta, scommata, & dicteria. [Iuuenentur) Lasciuiant. [Teneris) Deliciosis, mollibus, suauibus, delicatis. [Crepent) Diuus Hieronymus ait cum Antonius iret ad Paulum heremitam, occurrisse illi Faunum, qui magis stridebat quàm diceret. [Crepent,) Id est loquentes crepitum edant. Immunda) Non propria, non Latina. [Ignominiosa) Contumeliosa. [Equus) Equestris ordo. [Pater) Patrij. [Res,) Id est census vt assidui foro adessent. Clodius legem tulit, ne censores quenquam equestri ordine equo priuarent, nisi accusatus fuisset, id est omnes nubiles, & diuites. [Offenduntur) Quia plus habent iudici. [Fricti ciceris) In theatro vendebatur cicer, & fricta nux. Vnde Martialis. Vendit qui madidum cicer corona. [Frictum) A frigo verbum est, quod torreo significat, & frango. Plautus in Bacchidibus, tam frictum illum reddam, quam frictum est cicer. & in Pœnulo, papauer triticum, & frictas nuces. Pro emptore autem ciceris, & nucis, accipitur plebs illa infima, quæ erat in gradibus inferioribus. [Et si) Etiam si laudat plebs docti, & seueri non probant, & ingeniosi. [Probat,) Id est, si plebs plausum dat.

Non ego inornata) Non tantùmodo rustica, & ppria verba quæro in Satyris, sed ēt decus personarum. [Inornata) Vt rustica & vilia, vt est dicere pestilitatē, aut quæ Græci vocant, κύρια. [Et dominantia nomina) Propria significantia.

tia. Dominantia enim nomina sunt, si prnprijs vocabulis nuncupantur, vt lubricola pagina. Hæc autem non adeo propria sunt, vt. Virtus me fregit Æneæ, quid est nisi ipse Æneas? Sensus, Ego, inquit, non sola verba amo, quando satyras scribo, quæ sunt inornata ac dominantia, id est paullo horridiora, & ipsi satyris congrua. Dominantia autem, quæ nouitate inflationis assumpta sua tantum auctoritate nitantur, sed etiam ea quæ habent ornatum aliquem, & non omnino sua auctoritate excusent rudem sermonem. [Satyrorum) Pro Satyrographorum. [Nec sic enitar Tragico differre colori) Non tantum tentabo prolongari a Tragico metro, vt in meis scriptis non diserte interponam personas loquentes Satyricam fabulam sic ait oportere scribi, vt sit inter seueritatem Tragœdiæ, & lenitatem Comœdiæ medio temperamento figurata, id est non sic volo esse differentiam inter Satyricum, & Tragicum vt in moribus nulla sit differentia, vt eodem modo seruet ætates Satyricus, quemadmodum Tragicus, id est nec sic volo discrepare Satyram à Tragœdia, vt persona non habeat decus suum. Dauus induxit hic comicam personam cum de Satyris loqueretur. [Audax Pythias) Quæ est ausa eludere dominum suum non dicit de Pythia Terentiana, sed apud Lucilium inducitur Tragœdiographum, ancilla per astutias accipere argentum à domino. nam fefellit dominum, & accepit ab eo argentum, vel talentum. hæc eadem meretricula rapax Thais, quæ lucrum facit. [Emuncto) Deluso, vt Emunxi senem argento. [Angustos) dicendo (custos) grauiorem personam ostendit. [Dei) Liberi, quem ipse nutriuit. [Ex noto fictum carmen sequar) Argumenta Satyrica ex Tragœdijs notis confingam, id est fingam carmen quod ex nota possit esse materia, id est ita fingo carmen, & ita Comœdiam ex notis rebus, vti quiuis existimet se imitari posse, laborer autem eum aggressus fuerit. Nam uirtus est ita scribere Comœdiam, vt imitationi facilis videarur, & executioni difficilis. Quis enim nescit modum litigandi quomodo obiurgant patee filium, adolescens irascitur meretrici, & alia huiusmodi. [Ausus idem, tantum series) Ordo rerum diuisio operis. Ordo verborum, œconomia, compositio, verborum, id est tantum valet ordo, & compositio, vt eas difficile sit imitari. [Tantum de medio sumptis accedit honoris,) Id est rebus quæ aptæ sunt Comœdiæ. Nam de medio, hoc est de noto sumptæ scribuntur. Aut sumptis de medio, id est de his quæ nota sunt sensibus seu verbis, aut ex serie, & iunctura verborum. [Siluis deducti) Aliud præceptum, aut iudicium nostrum caueat, aut iudice me, id est poetæ deducti siluis timebunt iudicium nostrum, ita sumus optimus iudex. Deducti autem siluis iden dixit, quia solent Poëtæ discere in siluis, & agere, hoc est, in Helicone, & in alijs similibus locis. Timebunt ergo ne videantur non vti poëticis verbis ne illos viruperem, quasi vtentes Forensi oratione. [Ne uelut) Aliud præceptum, id est non debere iocari in poëmate, vt nati in triuijs, vel in foro uideantur. Hoc est habeat modum iocus eorum, id est ne sint, nimium delicati, sed habeat seueritatis aliquid carmen illorum. [Aut immunda crepent,) Id est non propria, non Latina, sed immunda, & ignominiosa κατὰ τὸ αὐτό. Necesse est enim vt immunda ignominiam trahant. [Offenduntur enim quibus est equus & pater, & res) Equestris ordinis dignitas senatoria, vnde patres conscripti sunt. Res autem aut census, & patrimonium, per hoc honestiores, & docti.

POR. NOn ego inornata, & dominantia nomina solum) Inornata proprie significantia dominantia nomina, quę pprijs uocabulis nuncupantur, vt libri, capsa pagina. Hęc autem oō propria sunt, ut uirtus me fregit Æneæ.i. Æneas. [Offenduntur enim quibus honestus equus, & pater, & res,) Id est equites Romani, quibus honestus census est proprietate uerborum delectaotur.

GLAR. VErbaq. Pisones Satyrorum scriptor amabo) Satyrorum pro Satyrographorum idem exponit, quod si est, ego malim Satyrorum pro Satyram dictam intelligere. bis enim antea intelligi potest à poëta positum, & scriptor Satyrarum coniungere, Alij tamen uerba Satyrorum connectunt. [Siluis deducti caueant me iudice Fauni) Vix alibi tam ridicula dixit Acron atque hoc loco, sed ab imposto re aliqua adsuta puto. Ideoque non refellenda diximus.

ASCEN. Iambus. REdit principaliter ad iambici trimetri rationem, ostendens eius Romanos non satis obseruantes fuisse cohortansq. Pisones, ut exēplaria Gręca inspiciant, & dicit, Syllaba longa subiecta.i. postposita breui uocatur Iambus, appositotie pes citus, id est uelox, & rapidus, unde, id est à qua celeritate, iussit, id est voluit, nomen accrescere, id est dari, iambeis supple versibus, trimetris, id est trium mutarum, cum, id est quamuis, ipse pes redderet in singulis versibus dum scandun‐tur, senus ictus, id est sex repercussiones digitorum, existens similis, id est vniformis sibi, primus, id est à principio, ad extremum, id est vsque ad finem. sed pridem, id est à multo tempore. non ita, id est talis, id est nun vbique positus, sed vt ipse effectus tardior, & grauior paullo veniret ad aures, id est percipere tur auribus recepit in iura paterna, id est in loca sibi à patribus, id est primis conditoribus derelicta, Spondeos, id est pedes illos stabiles, id est tardiores, & cunctatiores, existens commodus, id est libenter locum suum accommodans, & patiens, id est patienter ferens locum suum vsurpari, sic tamen vt non cederet, id est discederet, socialiter, id est iure consoliditatis, de secunda sede, & quarta, id est de locis paribus. Nam in sexto quoque frequens est immo (vt quidam volunt) necessarius. vnde in Persio, Pegaleium mellos aut nectar. non melos legendum quidam volunt. Is videlicet iambus, apparet rarus in trimetris. Acci, id est Accij, & Enni, id est Ennij, nobilibus, id est quamuis multum notis, & multum laudatis. Sequentes bifariam explicantur, nam quidam legunr Magno eum pondere. quidam Magno quòd pondere. priores sic explicare possunt. Et his pes prætermissus supple premit, id est damnat, & deprimit, turpi crimine, id est infami nota, aut operæ, id est operationis siue operantis, nimis celeris, id est festinanris, aut carentis, cura, id est diligentia, aut artis ignnratę. Præmit inquam versus missos in scenam, id est ad spectacula hominis exhibitos, cum magno pondere, id est cum maxima multitudine, hoc est si qui sane multos versus composuerint, & iambici ratione non seruauerint, deprimerentur, & notabuntur uitio nimię celeritatis, aut negligentiæ, aut ignorantiæ. sicut Ennius, & Accius notati sunt. Si quis autem dicat nobiles esse illorum uersus, & a multis laudatos, & iccirco non debęre damnari, respondet poëta, Non quibus, id est quilibet, iudex, id est uolens de poematis iudicare uidet supple mentem, id est cognoscit Poemata immodulata, id est non suis modulis constantia. Et si sup. uenia indigna, id est quæ non deberet dari, est data poëtis Romanis, ne, id est ante ego uager, id est sine ratione pedum. & lege carminis huc illuc percurram, & scribam licenter, id est licentiose? quasi dicat minime. An supple potius ego tutus, id est protectus arre mea, & cautus, id est cauens, & circunspectus intra spem ueniæ, id est quamuis sim in spe ueniæ mihi dandæ, putem, id est rear, omnes supple homines uisuros supple esse mea peccata, id est uitia, & errores? quasi dicat multo potius. Posteriores ut Bonfinis, qui quòd legunr, sensum sic colligunt, Ne, id est an iccirco, quòd, id est quia, non quiuis, id est non quicunque iudex, videt immodulata Poëmata præmit, id est deprimit, & damnar versus missos in scenam, id est sub aures populi in theattum, magno pondere, id est in magna mole, aut graui supercilio, non inquam premit crimine turpi operæ nimium celeris, & carentis cura, & sup. quòd venia indigna, id est quam non meruerunt quia mediocribus esse poëtis. Non Dij, non homines, non concessere columnæ, est data poëtis Romanis, id est an ideo quòd quidam dissimulant, ego uager. & scribam licenter? an ego tutus, & intra spem veniæ, scilicet dandæ, cautus, id est mihi cauens & prospiciens non nimis de uenia danda securus. putem omnis, scilicet mortales, visuros mea peccata? quasi dicat multa potius faciam hoc posterius quam illud prius. In hoc ordine solum offendit, quòd quiuis per quicunque exponitur. pro quo malim legere quisquis, & certe nisi legatur quisquis, aut quiuis exponatur per quicunque non uidet, sed videns locum haberet, & tamen lex metri id non admittit. Denique, id est & ut breuiter, quod uolo, dicam vitaui, id est ponamus, & vitaui culpa, id est quòd à nemine culpee, tamen supple non merui laudem, id est non debeo laudari nisi sic vitia uitauero, ut & artem seruauero. Et quia nimia venia Romanis Poëtis data est, uos ò Pisones uersate, id est frequenter uoluite exemplaria Græca, id est libros Græcorum poëtarum manu nocturna, & diurna, id est tam noctu quam interdiu. At, id est sed forte dicetis, uestri proaui, id est maiores, & antiquissimi Romani, laudauere, id est laudauerunt nunc, numeros, id est bonos uersus, & bene numeratos, seu bonos modulos uerbotum, id est facetias, urbanitates, & uenustates sententiarum Plautinos, id est ipsius Plauti poëtæ. Respondet Poëta Mirati inquam sunt utrunque, id est & numeros, & sales, nimium patienter, id est cum nimia patientia, quia debebant castigare quos laudauerunt, ne, id est ut non dicam stulte, id est quòd stultu mirati

tati sunt, quod tamen dicere possemus, si modo, id est dummodo. ego & vos Pisones scimus seponere, id est separare, inurbanum supple dictum, id est rusticum, & inelegans. dicto lepido, id est a venusto, & suaui, siue vrbano verbo. & si modo callemus, id est callide cognoscimus, sonum legitimum, id est legi carminis conuenientem, callemus, dico, digitis, quibus mensuram deprehendimus, & aure, id est iudicio aurium, quo bonos modulos, bonamque carminis venam dijudicamus. Solent enim qui mensuras carminum distinguere discunt, eas digitis dignoscere, quibus numerum deprehendunt, auribus autem concentum & modulos. Quia hoc loco de Iambico carmine, quo Comici, & Tragici fere vtuntur, dicere polliciti sumus, afferemus in medium pauca ex Prisciano grammatico. cuius verba sunt huiusmodi in tractatu de Comicis versibus cum non solum Terentius, sed Plautus etiam, Ennius, Acciusque, & Neuius, atque Pacuuius, Turpiliusque, & omnes tam Tragœdiæ, quam Comœdiæ Latinæ veteris scriptores, eodem metri modo Iambici sunt vsi, vt in omnibus locis indifferenter ponerent quinque pedes, id est Iambum, vel Anapestum, vel Dactylum, vel Spondeum, absque postremo loco, in quo vel Iambum, vel Pyrrhichium omnino posuisse inueniuntur, miror quosdam vel abnegare esse in Terentij Comœdijs metra, vel ea quasi arcana quædam, & ab omnibus doctis semota sibi solis esse cognita confirmare. Quod vt vel imperitiæ, vel arrogantiæ vitium effugiamus, breuiter de supradictis metris auctorum exponamus, & vetustissimorum testimonij etiam metrorum, versuumque approbationibus vtentes. Sciendum igitur, quòd Iambici versus vel monometri sunt ex duobus pedibus simplicibus coniuncti vel dimetri ex quatuor vel trimetri ex sex, vel tetrametri ex octo. Nam pentametri ex decem, & hexametri ex duodecim rarissime inueniunt. Ergo trimetris, & tetrametris frequenter vtuntur Comici, alijs vero raro, & in medio dispersis pronunciationis rhythmicæ causa, & distinctionis. Ideo autem Spondeum vel Dactylum in secundo, vel quarto loco posuerunt, quòd inuenerunt etiam apud Græcos Comicos vetustissimos quamuis tamen raro, fieri hoc idem. Solent autem Latini in multis initium aliquid accipientes a Græcis ab angusto in effusum licentiæ spatium hoc dilatare, quomodo fecerunt in sexto casu secundùm vetustissimos Græcorum grammaticos. Sextum enim casum illi dicebant ἐμέθεν emethen, σέθεν sethen, ἕθεν ethen, id est à me, a te, à se quæ in omnibus casibus seruare magistri Latini. S quoque cum rarissime necessita te carminis vim consonantis amittat apud Græcos, Latini tamen cum licentia & maxime vetustissimi subtrahunt eam in metris frequenter. Sunt tamen qui altitudinis causa etiam, & pompalitatis, quæ stylo elocutionis conuenit Latinæ, hoc factum dicant. Hæc autem frequentia Dactyli, vel Spondei facit, ut penè dissoluta, & pedestri simillima esse uideatur personatum sermocinatio. hæc Priscianus, & reliqua quæ illic sequuntur. Qui ergo decorum Iambici trimetri seruare volet, iuxta auctoris nostri præceptum aut omnibus in locis Iambum ponat, & faciat Iambicum carmen sequenti Epodo. sicut ipse Poeta cum dicit, Mala soluta nauis exit alite Ferens olentem Mæuium. Epodos autem dicunt versus quolibet metro scriptos, & sequentes clausulas habentes, quales sunt Horatij. in quibus singulis versibus singulæ clausulæ adijciuntur. Aut in secundo, & quarto loco Spondeum recipiant. Veruntamen apud Tragicos recipit Dactylum, & Tribrachum locis omnibus præterquam nouissimo, qui Spondeus est. Anapæstum tantum locis imparibus. Sed (ut Priscianus docet) neque Comici, neque Tragici Latini eam legem seruant, immo frequenter carmen suum Iambo vel Pyrrhichio claudunt, vt poeta cum primum animum ad scribendum appulit. Cuius mensura est. Poe. iambus. ta cum. Iambus. primani. Dactylus. mad scri. Spondeus. ben ad. Spondeus. pulit. Pyrrhichius. vnde patet quam frequens sit in Comœdijs literarum consumptio per vocales sequentes.

*Terētius metro cō stat. Iambici versus genera. Monometri. Dimetri. Trimetri. Tetrametri. Pentametri. Hexametri. Spōdeus in secūdo & quarto loco. Sextus casus Græcorū. S litera. Iambici carminis decorum.*

Regula autem est.

Versus Iambicus ab Iambo, qui quòd ex breui, & longa constat pes citus ac præceps est denominatus, olim sex Iambus constabat. sed trimeter, id est trium mensuratum est dictus, quod bini Iambi propter celeritatem singulas duntaxat mensuras facerēt. nunc vero vt grauior fieret, locis imparibus Spondeum recipit, nec tamen a secundo, aut quarto recedit, quanquam in trimetris Accij, & Ennij raro conspicitur. Veruntamen ex hoc solo pede uel decenter posito, uel prætermisso iudicare possumus, aut diligentiam, aut negligentiam scribentis. Sed non omnes cognoscunt artificium carminis, & Romanis Poetis datur nimia venia, ac permittitur licentia. ob quam tamen diligens poeta non secordius aget, sed Græcorum exempla noctu, diuque uersabit, nec Plauti, aut alterius Poëtæ Latini salibus exemplum sumet, quia minus diligentes a dictis offenduntur. Sic quidem secundùm priorem lectionem, & constructionem. secundum posteriorem autem sic, Et licet non quicunque uidet poëmata immodulata, id est non habentia modulos, & pedes iustos, deprimat ea licet Romanis poëtis detur nimia venia, non continuo uagari. nec Romanos, sed Græcos nobis imitandos proponere docet.

Syllaba longa breui subiecta, vocatur Iambus,
Pes citus: vnde etiam trimetris accrescere iussit
Nomen iambeis: cum senos redderet ictus,
Primus ad extremum similis sibi. non ita pridem,
Tardior vt paullo, grauiorque veniret ad aureis:
Spondeos stabileis in iura paterna recepit
Commodus, & patiens: non vt de sede secunda
Cederet, aut quarta socialiter. hic & in Acci
Nobilibus trimetris apparet ratus, & Enni.
In scenam missos magno * cum pondere versus,
Aut operæ celeris nimium, curaque carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.
Non quiuis videt immodulata poëmata iudex:
Et data Romanis venia est indigna poetis.
Iccirco ne vager? scribamque licenter? an omneis
Visuros peccata putem mea? tutus, & intra
Spem veniæ cautus, vitaui denique culpam:
Non laudem merui. vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.
At nostri proaui Plautinos & numeros, &
Laudauere saleis, nimium patienter vtrunque,
Ne dicam stulte, mirati: si modo ego, & vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto.
Legitimumque sonum digitis callemus, & aure.

IANVS Syllaba longa breui) Fabulæ theatrales Iambico versu cōstant, quòd sit orationi simillimus, quoniā verba melius in syllabas longas finiunt, & cadunt. nec dici potest quam aptissimus sit Iambicus in ijs quæ demisso ac humili sermone dicuntur. Sed Iambicorum non eadem omnium est ratio, sunt enim vel monometri, vel dimetri, vel trimetri, vel tetrametri, nam pentametros, & hexametros rarissime est inuenire trimetris, & tetrametris frequenter vtuntur Comici. Græcis magna cura Iambi fuit. Latini veteris Comœdiæ scriptores sequi voluerunt, prologos, & primarum scenarum actus trimetris comprehenderunt, deinde tetrametros subdiderunt, postea variarunt. Vnde putauit antiquitas, Latinorum Comœdias longe plus habituras gratiæ, si infra trimetros constitissent. [Pes citus) Vnde præpes à Terentiano dictus. & Ausonius velociorem Parthorum sagittis vocat. (Vnde) Ex qua celeritate. [Trimetris) Licet enim senatius sit versus, quod sex pedes capiat. tamen quia ter feritur, hinc trimetris dicitur,

Scandendo binos quod pedes
coniungimus.

Idque ob Iambi sit celeritatem. [Accrescere) Addere. [Ictus) Sex pedes. [Primus,) Scilicet versus Iambicus. [Similis) Quoniam omnes Iambi erant, alterius opis non egens, id est nullum admiscens pedem nisi Iambum. [Pridem) Paullo ante. [Non) Vt cœpit variari. [Grauior) Vt moueret populum, ut sua grauitate delectaret [Stabiles) Contra Iambici celeritatem [Aures) Spectatorum. [Stabiles) Ponderosos. [In iura paterna,) Id est locis imparibus. nam impar ergo numerus mas, par fœmina nuncupatur. Arithmetici imparem numerum patris, & parem matris nomine venerantur, vnde monas solum numerorum seminarium, mensurarum, incrementorumque causa Iupiter dicitur. licet cupidinem, concordiam, pietatem, amicitiaque alij vocent dias veto Iuno perhibetur, quod inter eam

*Per

eam ac monadem prima coniunctio sit, consortiumque consimile. hinc coniunx & germana Iouis. [Recepit) Cum enim Iambicus uersus nimis celer esset, placuit admisceri Spondeos, qui impetum illius cohiberent, sed locis imparibus. suscipit autem Iambicus pedes quinque. Iambum, Tribrachum, Anapæstum, Dactylum, Spondeus, & solutiones eorum. [Commodus) Qui libens ammiserit. [Socialiter) Communiter, & promiscue. [Secunda sede,) Id est, locis paribus. [Hic) Iambus commodus, & patiens, qui Spondeum admittat. [Nobilibus) Notis celebratis, vt apud Plautum in rudente, qui se scelere fieri volunt nobiles. & Cicero, crudelitatem Phalaridis nobilitatem dixit. sic Terentius nobile scortum appellauit. [Ennij) Comici poëtæ. [Acci) L. Accius Tragœdiarum scriptor Marco Pacuuio iam sene haud paruo iunior ijsdem ædibus Romæ fabulam cum docuissent, Pacuuio octoginta annos nato, Accio xxx. quorum familiare colloquium Tarenti habitum celebratur, cum durior, acerbiorque Pacuuio videretur Accius. Fuit & Accius poëta, qui C. Iulio Cæsari in collegio poëtarum venienti non assurrexit, neque ob id superbiæ, aut temeritatis crimine notatus est. [Sede secunda aut quarta) Vt loca paria sibi custodiret. [In scenam missos) Licet, inquit, Iambicus Spondeus admittat, id tamen obseruandum vt sciamus suis locis, & temporibus collocare, ne nimis turgidos versus faciamus, & graues, quod Spondei faciunt, non est ergo accelerandum, adhibenda cura, & seruanda. [Ars premit) Bonus iudex & criticus, item spectator in theatro taxat, accusat, suggillat. [Versus) Iambicos. [Magno cum pondere,) Id est, ponderosos & turgidos. [Curæ) In quo nulla sit cura adhibita. [Operæ celeris nimium) Cum nihil poëtæ sit perniciosius, quàm ex tempore carmina cudere. Dionysius ad Ælium Tuberonem, multos, inquit, incidere in vitium ex ignorantia, multos ex confidentia, quod non putent se posse aut peccare, aut reprehendi. hos damnat Horatius. [Curæque carentis,) id est, negligentis. [Turpi crimine) Quid enim turpius quàm velle id facere, cuius artem ignores? [Quiuis) Criticus spectator grammaticus. [Immodulata) Sine modulo, rythmo, numero pauci sunt qui intelligant. [Data) A populo, a spectatoribus. Iudicum penuria errores non cognoscuntur. [Indigna) Quæ dari non debet. [Romanis) Latinis, ex ignoratione auditorum. [Vager) Ego, scilicet qui præcepta do qui sum emunctæ naris, vager, id est nulla lege ferar, quo me tempestas detulerit. An alludit ad rationem Iambici versus, vt nulla lege, modo Iambos modo Spondeos inserat, nec numerum animaduertat, & tantum studeat, vt ponderosos versus faciat & sonoros? [Iccirco) Quod venia detur. [Scribam licenter) Vtar data venia Romanis poetis, sine arte. [Tutus) Qui abstinebo ne peccem. neque enim satis est a vitio abstinere. maius quoddam exigit. poëma. nam si nihil pecces, vitas culpam non tamen mereris. [Intra spem veniæ) Sic intra famam, cui contrarium est extra, quod vltra opinionem omninoque per quam multum significat. [Veniæ) Non credens veniæ promissæ. [Exemplaria Græca) Nam Græci diligentius scripserunt, & doctius, presertim Iambico versu. [Versate,) Id est eandem quam Græci adhibete diligentiam. neque enim ars præstat omnia, diligentia opus est, quæ animi attentionem, curam, cognitionem, vigiliam, assiduitatem, laboremque complectitur. Nocturna & diurna. Natura & doctrina satis possunt, sed studio opus est. vigilandum ergo nec expectandum, vt alieno tantum labore sis disertissimus. nullus vnquam bonus poeta euadet, qui non diu noctuque studuerit. Alexander ille Macedo, domitor Orientis noctes ad officia habebat tripartitas, quietis publicæ rei, & musarum ob eamque rem lecto stratus Ænea concha supposita, brachio extra cubile porrecto, pilam tenebat argenteam, vt cum neruorum rigorem sopor lassasset infusus: lapsæ pilæ tinnitu somnum abrumperet. Nos quibus hæc cura est sola, putamus poëticam assequi, si noctes perpetes somno vinoque sepulti, vigili tantum naso exegerimus. [At vestri proaui Plautinos) Plauto vitio datur id, quod cum ceteris Latinis est commune, vt licet musas credamus, si Latine loqui velint, non alio quàm Plautino sermone locuturas: tamen eius Iambus paulo laxior & liberior, & à Venere illa solis concessa Atticis destituitur, tantumque à Græcis comicis vincitur, quantum ipse Latinos super eminet omnes. sed & illud eius proprium ferunt, & genuinum, vt nimis multos inserat iocos: aliquando importunos, & mœstis personis, & temporibus datos. quin & quædam nimis abstrusa, quæ à vetustissimis historicis sint requirenda, inculcat vnde fit obscurior multis in locis: sæpeque apud eum nimis vocem tollit Comœdia, vt in Tragœdiam transiliat. postremo accusatur. quod actorem ad populum facit loqui, quodq. personis in scenis existentibus, aliam ex occulto nimis loquentem inducat vt illa personarum expectatio indecora videatur, nec verisimilis. [Proaui) Quorum ætate floruit Plautus. [Saleis) Salsum licet in consuetudine pro ridiculo tantum accipiamus omne significat quod insulsum non est, estq. quoddam simplex orationis condimentum. Cicero omne, quod salsum sit, ait esse Atticorum. hinc Catullus.

Nulla in tam magno corpore mica salis. à quo Martial.
Nullaq. mica salis. vt pleraq. omnia.

[Vtrunque) Et numeros, quibus nimis licentiosus extra Trimetros vagatur, & saleis à quibus abest Venus illa Attica. [Saleis) Comœdia tum verborum, tum rerum habet elegantiam verborum sex modis: aut ex Homonymia, quam Latini æquiuocationem vocant, cum plura eodem uocabulo significantur, vt illud Ductare, apud Plautum, diuidere peniculus, limare. ex Synonimia cum idem diuersis dicitur nominibus, vt eo, accedo. ex loquacitate loquendique lasciuia, quam Græci ἀδολεσχίαν vocant, cum quis eodem nomine sæpius vtitur. vt in Pænulo, Quippini, & in Rudente, licet, & censeo ex denominatione, cum proprio nomini aliquod extra festiuitatis gratia adijcitur, vt Mimax vocor Midas, & in Menechmis, Seu tu Clyndrus, seu Coriembus, ex diminutione: vt Socratidium. & in Sticho, Stephaniscidium. ex mutatione, vt ex Crysalo crucisalum. Rerum vero modi omnino duo, aut per deceptionem, ut cum in Mustellaria credit Theutopides domum lautis infestari, & in Trinummo, Philto agrum putat esse infelicissimum. aut per similitudinem, vt de Amphytrione in Menechmis. [Seponere) Diuidere. [Inurbanum) Vrbanitas, est sermo arte, & risu quendam gestum ex consuetudine doctorum ostendens. cui contraria est rusticitas,

Demosthenem vrbanum fuisse dicunt, dicacem negant.

[Lepido,) Id est venusto, quod cum gratia quadam, & Venere dicitur. [Sonum) Modulum. [Digitis) Credo ad illud alludere quod apud maiores nostros ad manum cantabant histriones. quæ res in vsu esse cœpit auctore Liuio Andronico suorum carminum actore. [Dicto,) Id est Scimus rationem facetiarum.

VNde etiam Trimetris) Iambus citus voluit sex pedum versum Trimetrum vocari, cum soleant poëtæ metrum pedem vnum vocare. Iambus voluit duos Iambos metrum vocari propter suam celeritatem. Quæritur cur Trimetri appellantur, cum senos accipiant pedes quoniam tanta est breuitas eorum, vt iunctura pedes binos accipiat. [Primus ad extremum similis sibi) Ordo est hic primus similis sibi, nunc autem non. nam adhibentur etiam nothi. Sensus autem hic est, primus Iambus aliquando vsque ad extremum erat similis, id est antea totum Iambicum metrum ex Iambis constabat, nunc adhibentur etiam nothi. [Tardior ut paullo) Iambicum metrum ut paullo tardius resonaret, imparibus locis suscepit spondeum. nam ante soli Iambi ponebantur. [Spondeos stabiles. Tardos) Ad comparationem Iambi tardiores, & cunctantiores. [In Acci Nobilibus Trime) Accius, & Ennius legem metri in fabulis minime seruauerunt. Nam quosdam versus longiores habent. [In scenam missos magno cum pondere uersus) Sæpe versus quamuis magnum sonantes reprehendit iudex, aut quasi sine cura factos, aut sine arte, quia non sufficit si magnum sones, sed debes etiam cum arte scribere, & cura. [Monet ne aut Tragœdia negligenter scribatur aut imperite. Multi, inquit, uituperant versus missos in scenam aut celeres, aut imperitos. [Aut operæ,) Id est negligentia, aut imperitia vituperatur in Tragœdia. [Aut ignoratæ premit artis crimine turpi) Quia negligentia Spondeos non admiscet, aut imperitia incongruis locis ponit. dicit ob Spondeos Enni versus crimine premi. [Et data Romanis venia est indigna,) Id est non seruent legem carminum, si non iudicatur de erroribus poëtarum. Ideo scribam, non seruans poëmatis legem neque ordinem, uenia datur. Videtur autem Ennium carpere, quia Romanus poeta non debet petere veniam. nam debet summus esse. [Visuros peccata putem) An cum putauero omnes uisuros mea peccata ero tutus? [Vitaui denique culpam) Quod si culpa careant versus. nunquid & laudem mereri possunt? Data, inquit uenia culpam vito, non laudem promereor. [Vos exemplaria Græca Nocturna uersate manu) Græci enim optime, & caute scripserunt eos legite, & ipsos sequemini. Nam latini, moderati sunt. [At vestri proaui Plautinos, &c.) Plautum dicit

frustra

frustra probratum ab antiquis, cui & sales, & metri scientia defuit. Vtrunque autem laudauerunt ne dicam temere. [Stulte) Quem non debuerunt tam patienter laudare: quia immoderatus est in metris, & in iocis. ostendit autem non recte in omnibus antiquos poëtas esse laudatos. [Si modo ego & vos Scimus) Si quidem nos scimus decernere mala a bonis. Hoc dicit si auditores sciunt audire, non debet poëta immoderatus esse. [Callemus) Scimus, nouimus. Digitis autem & aure, quia sonus metri pollicis strepitu, & auris peeceptione probari solet, vnde & Dactyli pedes quidam dicti sunt, & ipsi pedes appellati sunt, quoniam sonum metrorum, pulsu pedis nostri adiuuamus.

POR. SYllaba longa breui subiecta vocatur Iambus) His enim syllabis constat, vnde etiam Trimetris accrescere iussit nomen Iambeis. Omnes versus Tragici, Iambici, Trimetri appellantur. Quæri autem solet cur Trimetri appellentur, cum senos accipiunt pedes: quoniam, scilicet tanta breuitas est pedum, vt iunctura binos complectatur pedes. [Non ita pridem) Tardior vt paullo, grauiorque ueniret ad aures, Spondeos stabiles in iura paterna recepit. [Commodus) Apud omnes enim antiquos uelox est, & raro Spondeum recipit, nunc hoc tempore inserit. [Non vt de sede secunda Cederet aut quarta) Potest sine dubio, vel primo loco, vel tertio, aut quinto inseri Spondeus. Sed vtique secundo, & quarto excludatur. His enim locis Iambus interponitur. [Aut operæ celeris nimium, curaque carentis) Eos significat qui Tragœdias actitant. [Scimus inurbanum lepido seponere dicto) Lepidum est, uenustum & suaue. [Legitimumque sonum digito callemus, & aure,) Id est, metra digitis, & aure sentimus, probantes an con sonantes.

GLAR. HIc & in Acci Nobilibus trimetris. Nobilibus quidam putant his nomen fuisse, quidam exponunt. tametsi nobiles apud plures existimentur, sintq. in multa laude, ac celebritate. Potest etiam fieri, vt σκώπτων hoc dicat, ut solet in alijs. vituperat enim eos, quòd Iambum raro habeant, cum hoc optimum Iambicum sit carmen, quod plurimis incedit Iambis, ut docent grammatici. [In scenam missos magno cum pondere versus) His in tribus uersibus poeta quatuor reprehendit in Iambico carmine magnum sonum, operæ, celeritatem, ac negligentiam, denique imperitiam. Et in uerbo (premit.) Scimus intelligendum Iambus, vt recte Badius exposuerat. Sed noster adnotator hic alio cum prope auertit, qui solita audacia pro præpositione (cum) legit (quod) colligitq. ordinem á sexto carmine hoc modo, an icirco vager, scribamq. licenter? an putem omnes visuros peccata mea: quod, id est qua, non quiuis, iudex, id est quicunque videt immodulata poëmata, premit versus missos magno pondere in scenam crimine turpi operæ nimium celeris carentis cura. & supple iterum (quod) id est quia, data est indigna venia Romanis poëtis? Hæc ille seuerus adnotator. In quibus primum hoc inepte annectit superioribus, an putem omnes visuros peccata mea. Deinde negationem (oon) putat determinare etiam verbum (premit) quod præcedit in priore versu, quod inauditum est Latinis auribus. Ego itaque nouam sententiam ordior ab ipso aduerbio (non) quasi diceret, Iambus omissus, quam deturpet carmen, non ab omnibus iudicari recte potest. Et Latini poetæ hac in re vt in alijs, multum licentiæ sibi vsurparunt. Ego tamen ea de causa nolim vagari licenterque scribere, immo ita tutus, ac cautus intra spem veniæ, vt omnes putem visuros peccata mea, proniore videlicet natura in vituperationem delictorum, quàm in benefactorum laudem. Quod si etiam culpam vitauero, nullam tamen laudem merear. cuius gratia potissimum poëmata componuntur. Quapropter ad Græcorum auctorum exemplaria vltimo hortatur. Hæc pluribus verbis contra meum morem, egi, quod Acronis commentarius hinc nimium ineptit, & Porphyrionis perijt.

MATT. Bonfinus. MAgno cum pondere) Ordo est, an icciteo vager, scribamque licentius? an putem omnes visuros peccata mea? quod.i.quia non quiuis iudex.i.quicunque vidit àmmodulara poëmata, premit versus missos magno pondere in scenam crimine turpi operæ nimium celeris carentis cura, & supple iterum quod, id est quia data est indigna uenia Romanis poëtis.

ASCEN. IGnotum Tragicæ &c.) De hac re Donatus in Terentium (vt statim recitabimus) aliter sentire videtur. Nam initium Tragœdiæ, & Comœdiæ à rebus diuinis inchoatum asserit, quibus pro fructibus vota soluentes operabantur. antiqui etiam ante constructionem Athenarum. vnde refert: Itaque ut rerum, ita etiam temporum ipsorum cœpto ordine Tragœdia primo prolata esse cognoscitur. Nam ut ab incultu, & feris moribus paulatim peruentum est ad mansuetudinem, vrbesque sunt conditæ: vita mitior atque ociosa processit. ita tres Tragicæ longe ante comicas inuentæ. Quamuis autem retro prisca uoluentibus repetiatur Thespis Tragœdiæ primus inuentor, & Comœdiæ ueteris pater Eupolis cum Cratino, Aristophaneq. esse credatur. Homerus tamen qui ferè omnis Poeticæ largissimus fons est, etiam his carminibus exempla præbuit, & uelut quadam suorum operum lege præscripsit, qui Iliada instar Tragœdiæ, Odysseam ad imaginem Comœdiæ fecisse monstratur. Nam ad illius tale, tantumque documentum ab ingeniosissimis imitatoribus, & digesta sunt in ordinem, & diuisa sunt ea quæ etiam tunc temere scribebantur adhuc impolita, atque in ipsis rudimentis haud quanquam ut postea facta sunt decora. hæc ille. Vult ergo ante Thespim Tragœdiam fuisse, sed nihil contra auctorem nostrum sentit. Non enim dicit Tragœdiam ab eo esse inuentam, sed ignotum prius genus Camœnæ Tragicæ, quasi dicat argutius, & politius adductum genus Tragœdiæ ab eo in usum. quod tamen Æschylus postea longe politius effecit. Hic igitur ostendit Poëta quo pacto apud Græcos aucta, & consumata est fab. à qua apud Romanos nouum genus cœptum, & uetus continuatum, qui non minus laudis, quàm Græci meruissent, si in castigando tam accurati fuissent. Proinde monet potissimum Pisones, ut castigandi diligentiam non fugiant, potiusque ament docti esse quàm uideri. Cuius ordo uerborum, & sensus est, Thespis uetus ille, & ferè primus Tragœdiarum apud Athenienses scriptor dicitur, id est fertur vulgo inuenisse, id est excogitasse, genus Camœnæ, id est fabulæ Tragicæ ignotum, id est inauditum, & incognitum prius, & uexisse plaustris, id est uehiculis, Poemata, id est opera sua in genere Dramatico facta. quod dictum Acron exponit dupliciter. vel quòd tam multa scripsisse dicatur, ut ea posset plaustris aduehere. uel potius quia ante chori essent in plaustris constituti circa vicos primus Tragœdias dicebat. verosimile autem est ante theatri scenarumque inuentionem fabulas in plaustris esse actas, id est præsentatas. Et ita dicitur Thespis vexisse Poëmata plaustris, quæ Poemata actores peruncti ora, id est habentes facies vnctas, & illitas fecibus, canerent, id est pronunciarent, & agerent, id est gestu representarent. vnde Porphyrio, & Diomedes dicunt quosdam putasse Tragœdiam appellatam esse quasi trygodiam, quia Græci fecem tryga appellant. Cælius autem lib. ix. cap. x. dicit speciem coloris, quo ante excogitatas personas faciem obungerent, Batrachion vocari. Æschylus vetus Tragicus, & etiam Comicus fuit supple repertor, id est inuentor personæ, id est faciei fictitiæ, à personando dictæ, quia per medium eius fit sonus secundùm loquentium qualitatem. vnde vnus multas personas agere potest producit tamen secundam quam personam corripit. & repertor pallæ, id est pallij velantis, honestæ, id est decoræ, & pulchræ, quia palla non nisi honestis personis datur. fuit inquam repertor post hunc, id est post Thespim, & instrauit, id est instruxit pulpita, id est proscenia, quo plures agere possent, tignis, id est trabibus transuersis modicis, quia rerum fere initia modica sunt. Et edocuit loqui magnum, id est magnifice, & niti, id est inniti inter agendum, cothurno, id est alto calceamento quo altiloquentia significaretur. Comœdia vetus successit his, id est secuta est Tragœdias, non sine, id est cum multa laude. Sed libertas, id est impunitas scribendi, & carpendi vnumquemque etiam viuentem, & proprio nomine. excidit, id est dilapsa est, in vitium, scilicet quia in perniciem bonorum virorum, & in vim, id est uioleotiam, dignam regi, id est moderari, lege, id est præcepto, ne quis viuentem sub nomine proprio carpat, neue libellum famosum edat. Lex, id est illud publicum edictum. est accepta, id est approbata a populo, & poëtis. & chorus, id est multitudo simul canentium, & laudantium bonos, obticuit, id est siluit, & prætermissus est, turpiter, id est inhoneste, & hoc iure nocendi sublato. Turpe enim est nolle bonos laudare, quia malos non possit difflamare. Nostri poetæ, id est Latini nil, id est nullum genus fabulæ, liquere, id est dereliquerunt, intentatum, id est quod non tentarent imitari, & ipsi ausi deserere vestigia Græca, & celebrare, id est celebria reddere facta domestica, id est patria, quasi domi suæ acta, non meruere minimum decus immo per lipotem, maximum vel, id est siue sup.ij qui docuere prætextas, id est prætextatas fabulas, quæ sunt de nobilibus Romanis prætexta vtentibus,

bus, uel, id est siue ij supple qui docuere Togatas, id est fabulas de P. R. qui Togatus est nec pro & non. Latium, id est regnum Italiæ vel imperium Romanum, non foret, id est non esset potentius claris armis, id est facto armorum, & rebus bellicis, quàm lingua, id est quam eloquentia, si vnum, id est vna res, videlicet labor limæ, id est castigationis, non offenderet, id est tædio afficeret quenque, id est quemlibet poëtarum, uel legamus coniunctim sic. Si labor, id est diligentia, limæ, id est castigationes, & mora, id est dilatio, & (vt dicunt) patientia castigandi non offenderet vnumquenque poëtarum. Quod ægre ferens exclamat poëta, dicens, O vos Pisones, existentes supple sanguis Pompilius, id est progenies à Numa Pompilio producta, quia Calpus filius est Numæ Pompilij, à quo Calpurnij Pisones traxerunt nomen, vos inquam Pisones reprehendite carmen quod multa, id est multum tempus, & multa litura, id est deletura, & castigatio. non coërcuit, id est continuit intra decorum suum, veteres enim in ceratis tabulis scribebant. vnde scripturam non placentem linendo delebant. vnde
literam
literam quasi lituram dictum volunt. vel (vt alij) quasi legiteram a legendo. Atque pro & reprehendite supple carmen quod multa dies, & multa litura non castigauit perfectum, id est postquam castigatum est, decies ad vnguem, id est ad extremam examinationem, sicut marmorarij politionem marmorum vnguibus per ipsa ductis examinant. vnde ad vnguem factum dicimus perpolitum, & perfectum. sicut Poëta in Sermonibus, ad vngnem factus homo.
Fabularũ initia
Circa inuentionem Satyrarum, & Tragœdiarum, & Comœdiarum, pauca ex Donato grammatico recitabimus, qui vult initium Tragœdiarum, & Comœdiarum a diuino officio esse inchoatum. Nam antiqui illi, & fere primi mortales dijs frugum pro frugibus iam collectis vota soluebant, vbi constructis altaribus, & hirco admoto chorus sacer canebat genus carminis in laudem Liberi patris
Tragus Tragœdia
quòd a trago, id est hirco Tragœdia dicebatur, quia Tragus vitibus inimicus est. vel quia cantoribus in præmium dabatur. vel quia pellis hircina musti plena solenne in præmium cantoribus. vel (vt modo dictum est) a fece, quam Græci tryga vocant. Illo enim tempore nondum erant personæ, & ita fecibus vini ora deformabant. Materia autem illius veteris Tragœdiæ prima laudes, & gratiarum actiones pro frugibus fuerunt. vnde ij. Georgic. Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Cæditur. & veteres ineunt proscenia ludi. Deinde cœperunt ingenia iuuenum non solum laudes Deorum canere, sed etiam ad mores ædificandos hominum vitas describere. quod quia faciebant quo tempore hircus immolabatur, & vt hirco donarentur, mansit fabulæ nomen Tragœdia, Verosimile est eos, vt sublimitatem immortalitatem, & beatitudinem, Deorum plenius colligerent hominum etiam maximorum humilitatem, fragilitatem, & infelicitatem ostendisse, quæ hodie quoque materia est Tragœdiæ nouæ, quam Thespis inuenit. Postea idem introduxit Satyros, Satyramque priscam composuit Comœdiæ priscæ non dissimilem, in qua mores hominum etiam obscœnissimi populo exponebantur cum nota eius qui perpetrauerat, quæ res diu bonis moribus multum profuit. Multi enim ne notarentur peccare vetiti sunt. vnde Iuu. in Satyra prima, Ense velut stricto, quoties Lucillius ardens Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est Criminibus. Lucillius enim primus Satyram nouam carmine hexametro scripsit apud Romanos seruata libertate veterum Comicorum. vnde Poëta noster in Sermonibus. Eupolis atque Cratinus, Aristophanesque poëta, Atque alij quorum Comœdia prisca virorum est. Si quis erat dignus describi quòd malus, aut fur, aut mœchus foret, aut si carius, aut alioqui Famosus, multa cum libertate notabant. Hic totus pendet Lucilius, hosce secutus mutatis tantum pedibus, numerisque. Quia vero postea, aut odio proprio, aut aliorum instigati etiam bonos viros deformare mali poëtæ cœperunt, nam Aristophanes etiam Socratem iniuriose notauit, lata est lex apud Græcos, & vt deinceps nemo nominatim quemuis viuentem notaret. & ideo remotus est chorus à nolentibus laudare, qui vituperare non poterant. & facta est noua Comœdia à Menandro potissimum, quam ad Latinos transtulerunt Romani poëtæ, & à principio græca argumenta secuti sunt. Deinde imitationem Græcorum relinquentes formauerunt Latina argumenta, hinc sunt Comœdiæ prætextatæ, & Satyra Lucilij. & sublato iure nocendi Satyra noua.

Regula est.

Castigandum est priusquam emittatur opus.

Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur; & plaustris vexisse poëmata Thespis:
Quæ canerent agerentq. peruncti fecibus ora.
Post hunc personæ, pallæq. repertor honestæ
Aeschylus & modicis instrauit pulpita tignis:
Et docuit, magnumq. loqui, nitiq. cothurno.
Successit vetus his comœdia, non sine multa
Laude: sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi. lex est accepta: chorusq.
Turpiter obticuit, sublato iure nocendi:
Nil intentatum nostri liquere poëtæ:
Nec minimum meruere decus, vestigia Græca
Ausi deserere, & celebrare domestica facta:
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret, clarisue potentius armis,
Quàm lingua, Latium: si non offenderet vnum-
Quenque poëtarum limæ labor, & mora. vos ò
Pompilius sanguis carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coërcuit: atque
Perfectum, decies non castigauit ad vnguem.

IANVS

Ignotum tragicæ) Tragœdiæ initium habuit rebus diuinis, cum pro frugibus faciebant, hircumq. aris admouebant. dicabatur enim Libero patri, vnde sibi nomen sumpsit, ni malimus a fece dictum Primum actitari cœpit in Peloponneso. Eius ortum Dorienses sibi adscribere, auctor est Aristoteles. [Thespis) Thespidi primum refertur accepta, sed ab Æschylo in lucem producta est, & fortior validiorq. constituta, illis temporibus quibus Romæ tribunos, & ædiles sibi plebs per seditionem creauit. Illustrauit autem illam potissime Euripides osor mulierum, tanti habitus, ut cum in Macedonia immissis ab Æmulo canibus dilaniatus esset, eius ossa per legatos repeterent Athenienses, Macedones in pernegando perstiterunt, putantes eius sepulcro Macedoniam decorari. Romani primum Liuio Andronico auctore spectarunt. [Camœnæ) Tragici carminis Tragœdiæ. [Vexisse) Circunuectos Tragœdos circum egregias vrbes Græciæ in curribus. [Canerent) Quantum ad chorum. [Agerent) Quantum ad mimos, & histriones in diuerbijs. [Æschylus) Quem Pythagoricum vocat Cicero, a quo ornati histriones vestibus heroum, & heroinarum. quem Plato nugari dicit, quòd in re leuicula ab Homero dissentiat. Cum Athenis ob aduecta Thesei ossa Tragicorum certamẽ in eiusdem Thesei honorem institutum esset fabulamque Sophocles longe iunior dedisset, victus iudicum sententia pronunciatus. grauate id ferens, in Siciliam cum deuenisset, ibi paullo post testudinis ictu moriens propè Gelam sepultus est. Aristoteles tradit Tragœdiam multifarie permutatam in eam faciem quæ nunc est, ab Æschylo constitutam. [Personæ) Ne ora essent fecibus perungenda. Apud Romanos primus Roscius persona vti instituit, quòd esset oculis peruersissimis. Antea non personis vtebantur, sed galeris, vt qualitas coloris, indicium faceret ætatis. Ad quem vetustum ritum puto alludere Plautum, cum dat petasum Sosiæ, ni malis, quod peregre aduenerit. omnes autem histriones cogebantur in scena ponere personam, præter Attellanos, vnde personati dicti, & personatæ fabulæ. [Pallæ honestæ) Quæ honestis tantum dari solita sit. Est enim vestis muliebris ad vestigia vsque deducta. Syrmata etiam trahebant Tragici. [Tignis instrauit pulpita) Neque enim antea certo loco agebantur fabulæ. Primum Agitharchus Athenis Æschylo docente Tragœdiam scenam fecit, & de ea commentarium reliquit. nam theatrum à Dionysio inuectum ferunt. [Modicis tignis) Vel ad scenarum exiguitatem alludit, uel id vult indicare, quòd Latinorum pulpitum latius fuit, quam Græcorum qui pulpitum, λογεῖον appellant. [Magnumque loqui) Propter crebros spondeos, quidquid ornamenti. Sophistica acceptum refert Georgiæ Leonti-

no, hoc idem Æſchylum Tragœdiæ tribuiſſe palàm eſt. veſtem eum addidit, pulpitum, perſonas nuncios, quibus & ſcenæ, & proſcenio opus ſit. præterea vehementiam in dicendo, paradoxos, ſpiritum, magniloquentiam, elocutionem tranſgreſſiones adiectiones, variaque ornatus genera quibus Tragœdia potens magnificaque emanaret. [Niti cothurno) Ingentes inducere perſonas, magnos timores incutere exteus facere funeſtos, & de hiſtorica fide argumenta Petere. [Loqui,) Id eſt, dedit vim vehementiamque, tranſgreſſionesque ſumere conceſſit ſibi ipſe Æſchylus. [Vetus Comœdia) Comœdia diu poſt Tragœdiam inuenta, & ipſa ruſticis primum celebrata eſt in eorum conuenticulis, vnde illi nomen impoſitum. Antiquitus ruſtici iniuriam a ciuibus paſſi, noctu in vrbem venientes quæ paſſi fuerant eecēſebant. cum iuuentum placuiſſet, quod verecundia eius eei multi coërcerentur, in vrbem vocati dato loco eadem ipſa interdiu actitare cœperunt nemini parcentes. Suſarion primus prodit, cuius Comœdiæ initium fuit, ſpectatore aduertite. Suſarion hæc dicit, Turpes fœminæ, attamen ſine probro nullam eſt domum habitare. Cum potentum luxuria, & vitium creuiſſet, interdictum eſt ne quid dicerent nominatim, ſed per ænigmata paſſa eſt notaei principium potentia vnde in pauperes hoſpitesque cœpere cauillari, hinc triceps facta Comœdia. Prima manifeſte reprehendens, in qua Ariſtophanes, Eupolis atque cratinus. Media per ænigmata morder, in qua Plato. Nouæ autem princeps Meoander, quæ ab antiqua differt, tempoee, lingua, metro, diſpoſitione. Tempore, quod noua Alexandri magni ætatē cœpit, antiqua bello Peloponnebaco floruit, lingua, quòd hæc altior fuit, & grauior, & illam purior dulciorque Atticus ſermo commendat, metro, quod noua plerunque Iambico, altera multi modo vtatur verſu, diſpoſitione, quòd in noua chorus non interuenit, in illa frequentius. Rurſus antiqua inter ſe differt, quòd circa Suſarionis tempora perſonæ ſine ordine veniebant. Cratinus conſtituit treis perſonas, eisque decorem ordinis addidit. Ariſtophanes deinde omni expulſa antiquitate, maiorem ei tribuit ſplendorem, habuit autem Comœdia appartos cauillos vſque ad Eupolidem, cuius caſu deterriti cæteri a mordacitatibus abſtinuere. Is enim cum Baptas fabulam docuiſſet, Alcibiademq. taxat, ab illo captus, vt qui exercitui præeſſet, in mare proiectus eſt, hoc inſuper addito conuicio, Eupolis qui in ſcena toties tinxiſti, nunc te ſalſis tingo lymphis. [His) Tragicis. [Vetus) Archæa dicta eſt, teſtis eſt Donatus. [Sine multa laude) Magna enim commendatione in vrbem accepta eſt, dum Athenienſium libertas fuit, quod multum moribus prodeſſet, quod quiſque caueret, ne de ſe materiam daret. [Vetus) Quantum ad nouam. [Libertas) Taxandi, carpendi, mordendi nominatim. [In vitium) Quod non vt ante, indigne facta, ſed quæ vellent ſuo arbitratu carperent, licentiusque poteſtate abuterentur, & ex libidine læderent. [Lex eſt accepta) Lata enim lege ſanxerunt Athenienſes, ne quiſquam crimen infamiæ nominatim in alterum ingereret, ſi læſiſſet, capite mulctaretur. [Accepta eſt lex) Ad Romanum morem alludit, lex enim vbi probabatur ſuffragijs omnium, a tribunis accipi dicebatur. [Chorus) In quo maledicentiæ gladius perſtringebatur. [Turpiter) Quod lege coërcitus. [Iure) Poteſtate facultate data ab Athenienſibus [Sublato) Antiquato, aboleto. [Nocendi) Taxandi, mordendi, lacerandi. [Noſtri) Romani. [Intentatum) Omnia ſunt auſi, nam Græcas fabulas Latinitati donarunt. [Veſtigia) Quia qui imitatur, retro cedit, auſi ſunt nouas, Latinasque excogitare fabulas. [Domeſtica) Romana, vt ſcribere Brutum, Tarquinium & ſimilia. [Facta) Argumenta Latinorum. [Togatas) Togatæ omnes fabulæ appellatæ, quæ argumento conſtarent Latino, aut palliatæ Græco. Prima earum ſpecies prætextatæ dicuntur Tragœdijs ſimiles. Secunda tabernariæ, quæ & togatæ vocantur, Comœdijs ſimiles. Tertia Artellanæ ab Oſcis acceptæ, argumentis iocisque pares Satyris, quas actitare nulli erat infamia, quæ & perſonatæ dicebantur. Quarta, Planipes, quæ Minus a Græcis, vel quod planis, id eſt nudis pedibus agatur, vel quod implanete, iculariter decipere dixerunt veteres. Planipedes Reciniatos a recinio quadrato veſtimento vocaueeunt. Sic & Rinthonicos, quod Rhinthonem planum appellauerunt. Latinæ autem omnes fabulæ per pauciores agebantur perſonas. [Nec virtute) Pro recepto enim eſt omni virtutum generee ceteras nationes a Romanis victas, ſoli Græci videntur literis præſtare, quod ſi alterum Ciceronem, vel illum diutiurniorem fata condonaſſent, iam & illam Græcis palmam extorſeeamus. [Armis) Rebelli ca. [Limæ labor) Non, deeſt, inquit, Romanis ingenium, non ars, ſola carent cura. Nec Græcis pares eſſe poſſunt, quod non ſtudeant emendationi. [Limæ) Emendationi. [Labor) Vnde Ouidius,

Non tamen emendi labor hic, quàm ſcribere maior.

[Mora,) Id eſt, ſi non offenderemue mora. [Pompilius ſanguis) Diximus Calpurnios Piſones auctorem generis Calpurnij Numæ Pompilij filium celebraee. Id te ne decipiat, fuiſſe Romæ Pompilios, qui Lenates ſunt dicti, quamuis alij eſſent Lanati. [Multa dies, & multa litura) Nihil præclarum ne a natura quidem rerum cito effici poteſt, pulcherrimum quodque difficultatem habet propoſitam, maioraque animalia diutius à parentum viſceribus continentur. Stultum eſt & temerarium emittere, quod mox ſit reuocandum, omnia noſtra dum naſcuntur placent, expectandum ex quouſque calor ille ſcribendi refrixerit, & tanquam aliena ſumamus in manus. [Multa litura) Emendationis eſt detrahere, mutaee, adijcere, tumentia premere, humilia excollere, luxuriantia ſtringere, reſoluta componere, exultantia coërcere. Notum eſt illud de Virgilio, ſolitum eſſe ingenij recentes partus rudes facere, & imperfectos, deinde tractando, calendoque reddere oris vultusque lineamenta. [Decies) Crebro. [Ad vnguem) Non placet de morſo vngue intelligas, ſed ad amuſim potius fabre, graphice, vt ne minima quidem pars tanquam in ſtatua ſit non expolita,

ET Plauſtris vexiſſe poema) Nam mulea ſcripſiſſe, quę poſſet plauſtris aduehere. Ante enim chori in plauſtris conſtituti circa vicos Tragœdias dicebant, & hoc ad chorum retulit, quoniam Tragœdia choros habebant. [Pallæque repertor honeſtæ) Pulchræ, decoræ, quoniam palla non niſi honeſtis perſonis datur. [Et modicis inſtrauit pulpita tignis) Oſtendit ſcenas non fuiſſe antea grandes. [Non ſine multa) Quia nominatim appellabantur principes ciuitatis a Comœdiographis, alij in honorem, alij in iniuriam. [Sed in vitium) Licentiam habebant Satyrici mores cuiuſcunque ſcribere, antequam lex a Senatu lata fuiſſet. Ergo in vituperationem chorus erupit, quod libertas ſublata vituperare deſit, vel poſtea vituperari cœpit ipſa Comœdia, quia libere maledicebat, & reprehendebat mores hominum, & hac de cauſa lege prohibita eſt ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν, quæ nominatim male loquebatur, id eſt, maledicebat. Vetus autem dixit ad comparationem eius quæ poſtea inuenta eſt, vel vetus ideo, quia priuſquam iudicium incurrit & amiſit choros, Neoterica appellata eſt, licet primum inuenta, ſed poſt tragœdias. [Et vim dignam lege regi) In violentiam, & iniquitatem, dum enim in Comœdijs ſuis aliquos carpunt, vim incurrunt. Ante vero in Comœdijs libere licebat lacerare, quod poſtea lege prohibitum eſt, quod factum eſt ſub Auguſto. [Sublato iure nocendi) Lacerandi, quoniam ſublata eſt actoribus loquendi libertas. [Nil intentatum noſtri liquere poetæ) Hoc eſt cum Latini ſcripſerunt huiuſmodi Comœdias, in quibus nominatim maledicebant. [Et celebrare domeſtica,) Id eſt, priuſquam voluerunt vt ſuis, & cum cœpiſſent poetæ noſtri Græcos imitari, & Latinas hiſtorias ſcribere, laudati ſunt. [Vel qui prætextas,) Id eſt, & qui prætextatas fabulas fecerunt, vel togatas, meruerunt non minimum decus. Prætextatam dicunt Tragœdiam, Comœdiam togatam. Alij autem dicunt prætextatam, & togatam Comœdias eſſe, ſed togatas in quibus græca argumenta ſunt, in quibus Latina, prætextatas. Et togatas Helius Lamia, Antonius Ruffus, Cn. Meliſtus, Afranius, Pomponius, ſcripſerunt. Comœdiarum genera ſunt ſex, Statāria, motoria, prætextata, tabernaria, togata, palliata. [Nec virtute foret, clariſue potentius) Non minorem conſecuti fuiſſent Latini gloriam ex eloquentia, quam ex armis, ſi in corrigendis carminibus laborare voluiſſent. [Limæ labor, & mora) Expolitionis, & emendationis. Lima enim nitidius facit quod fuerat ſcabrum. Limam enim pro correctione poſuit tranſlatiue, hoc eſt, ſi carmen ſuum vnuſquiſque emendare non faſtidiret. [Vos ò Pompilius ſanguis,) Id eſt, Piſones, ab ipſo enim originem trahebant. Calpus filius eſt Numæ Pompilij, a quo Calpurnij Piſones traxerunt nomen. [Ad unguem) Tractum à marmoearijs, qui iuncturas marmorum ungue pertentant. Alibi, ad unguem factus homo, ad perfectionem, ad examen, hoc eſt, ad perfectum iudicium. Hoc ergo dicit. Reprehendite, ò Piſones, illud carmen, quod neque multum tempus, neque litura correxit.

IGnotum Tragicæ genus inueniſſe Camœnę) Theſpis primum Tragœdias ſcripſit genere Athenienſis, ad quas agendas plauſtro circum ciuitates egregias Græciæ vehebatur,

[Quæ

[Quæ canerent, agerentq. peruncti fæcibus ora) Ex hoc etiam putant quidam Tragœdiam appellatam, quasi Trygodiam, quia fæcem tryga appellant. [Post hunc personæ pallæque repertor honestæ) Æschylus primus Tragœdijs cothurnus, & personam, & pallam dedit. [Horum enim trium auctor est. [Pallæ honestæ) Pretiosæ. [Successit vetus his Comœdia) Quæ appellatur Archæa. Est genus autem maledicacissimum, & multum distans ab hac noua. [Vos ò Pompilius sanguis) Quia Calpus filius est Numæ, à quo Calphurnij Pisones traxerunt nomen.

GLAR. ET Plaustris vexisse poëmata Thespis) Vel hoc loco videre licet, quàm multa Acronis commentarijs assuta sint. Ait enim tam multa scripsisse, quæ posset palustris aduehere. Corrupta tamen puto verba. Melius hic Porphyrion. Thespis, inquit, primum Tragœdias scripsit, genere Atheniensis, ad quas agendas plaustro circum egregias Græciæ ciuitates vehebatur. [Et vim dignam lege regi) Hoc factum idem Acron sub Augusto, cum poeta hic de Græca Comœdia loquatur, longe ante Augusti tempora scripta, statim subijciens Latinos omnia ausos tentare, ac sequi. Sed non videtur Acron temporum habuisse rationem etiam in alijs.

ASCEN. THespis quidem primus apud Græcos Tragœdiam in plaustris nondum factis theatris agendam instituit, sed mox ornamenta adiecit Æschylus. Cui verus Comœdia licenter quemlibet nominatum carpens successit, sed ex quo liberrate abusi etiam bonos carpere cœperunt, lata est lex, ne quem viuentem nominatim taxent, qua lata etiam chorus turpiter obticuit. Romani autem quæcunque apud Græcos viderant imitati sunt, quod non sine laude effecissent, si castigandi laborem non refugissent. Ridet Poëta in hoc principio eos, qui vt veri poëtæ videantur, sese insanos simulant. Nam Democritus sententiam protulit, quam & Plato asseruit. Neminem esse verum poetam, qui compos esset sui, frustraque poëticas pulsure fores, qui nondum afflatus esset furore. Proprium enim est, vatis insanire, vnde de Sibylla dictum est in tertio Æneid. Insanam vatem aspicies. Et in Bucolicis volens poëtico munere fungi, dixit insanire libet. Cuius causa videtur esse, quia in vero poëta dominatur Deus, & spiritus ille propheticus: vt non humanitus, sed diuinitus allata videantur. vnde Ouidius.

*Insaniūt poeta.*

*Est Deus in nobis, agitante calescimus illo,*

Verum poeta ostendit plus gratiæ inesse carminibus ex sapientia, quam ex illo subito calore compositis. Ideoq. Græcos in ea re præstare Romanis: quia Græci laudi, Romani diuitijs student, dicit. Ergo quia Democritus notissimus philosophus credit ingenium, id est vim intelligendi nobis a natura ingenitam, esse fortunatius, id est ad carmina fingenda dexterius, & promptius: arte misera, vtpote quæ sine ingenio nihil potest, & quia excludit Helicone, id est à consortio Musarum, & diuinorum poëtarum in Helicone monte Musis sacto conuersantium, poëtas sanos, id est non afflatos poëtico furore: bona, id est magna pars poëtarum supple non curat: ponere, id est deponere vngues non, scilicet curat ponere barbam, & petit loca secreta, & vitat balnea quo plura conueniunt. Et hoc ideo, enim, id est quia: nanciscetur, id est acquiret pretium, id est mercedem videlicet laudem, & nomen, id est famam poëtæ, si nunquam, id est nonnunquam: non commiserit vnquam Lycino viro opulentissimo, & tonsori, quem postea dicunt factum senatorem à Cæsare, caput supple suum insanabile, id est tam insanum quòd esset impurgabile, tribus, Anticyris, id est elleboro nascenti tribus Anticyris (Repetitur autem hic elleborus, vt in iiij. Georg. & hoc elleborum. Anticyra enim insula est vbi elleborum, siue veratrum candidum nascitur, quod est purgandum cerebrum citra noxam capitur. Porphyrio dicit, Anticyram esse locum in Achaia, vbi elleborum nascitur, quo sumpto dementes sanantur à capitis dolore, immo contra quemuis furorem valet: vnde in Sermonibus.

*Danda est ellebori multo pars maxima auaris.*

*Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.*

Quia vero talis simulata insania nihil ad poëtam facit, ideo ironicos de se loquitur Poëta utens exprobratiua particula, & dicit. O ego supple sum læuus, id est sinister, & ad carmen infortunatus, qui purgo bilem sub hora, id est extremitate verni temporis, hoc est sub exitu veris. Sunt tamen qui legunt sub horam. Non alius, id est nemo, faceret meliora supple poëmata quàm ego, si non purgarer, quia totus essem insanus: verum, id est sed: nil, id est nulla laus poëtarum, est id est reputatur, mihi, id est à me tanti caloris supple vt velim immundus, & insanus haberi, ergo quia nolo facere quo alios poeta fieri prædico, ego fungar vice, id est officio cotis, id est lapidis quo ferrum acuitur, quæ valet efficere ferrum acutum cum ipsa sit exors, id est sine sorte, & officio secandi, & ipse, id est ego, docebo munus, & officium scribendi, & vnde, id est quare, opes, id est auxilia scribendi, vel metaphoricos diuitiæ, parentur, id est acquirantur, & quid alat, id est foueat, & formet, id est instituat poëtam, quid deceat supple? poëtam, quid non supple deceat poëtam, quo, id est ad quem finem, virtus, id est vera sapientia, ferat, id est ducat, & quo error ferat, quia sapere, id est sapientem esse, & philosophiæ peritum, est principium, & fons scribendi recte, cartæ Socraticæ, id est scripturæ philosophicæ, non quas Socrates scripsit, qui nihil scripsisse dicitur, sed quas Plato, & reliqui philosophi ex eius ore collegerunt, potuerunt ostendere tibi rem, id est argumentum, & materiam scribendi, & verba non inuita, immo vltronea, sequentur rem prouisam, id est prius ex philosophia notam, vnde & Asinius Pollio. Male, inquit, Hercule eueniat verbis nisi rem sequantur. Poëma enim constat ex re, & oratione. Res autem ex philosophia originem trahit, vt præcepta contineat. Oratio in grammatica, & rhetorica dicitur. Est enim numerata locutio, quæ rei inseruire debet, contra quod peccant, qui vt bonam clausulam inserant, totam rem mutant. Ostendit ergo Poëta quid ex philosophis discere debeamus, dicens. Qui didicit quid debeat patriæ, in qua natus est, & quid amicis, & quo amore parens sit amandus & quo frater, & quo hospes, id est hospitio acceptus, & quod officium sit supple patris conscripti, id est cum alijs ad senatum ascripti, quod officium sit iudicis, quæ partes, id est quod officium supple sit ducis missi in bellum, ille, id est is profecto, id est reuera, scit reddere, id est attribuere, cuique, id est vnicuique personæ conuenientia, id est quæ ei conueniunt. Ego iubebo, id est volam vel præcipiam, imitatorem doctum, id est eum, qui volet docte imitari, respicere, id est iterum atque iterum inspicere exempla vitæ, & morum hominum, & ducere, id est trahere, hinc, id est ex huiusmodi exemplari, voces, id est locutiones viuas (aut veras) id est ad viuum effictas, quia fabula nullius Veneris, id est sine venustate, & sine pondere, id est maiestate loquendi, & sine arte confecta speciosa locis (aut iocis) id est habens specimen locorum, vel in suis locis, & morata, id est insequens mores hominum, recte, id est debite; oblectat, id est delectat, & afficit interdum populum, valdius, id est vehementius, & moratur, id est detinet desiderio spectandi, melius, id est amplius, quàm versus inopes rerum, id est egeni sententiarum bonarum, & nugæ, id est carmina futilia, & nihil ad rem agentia, canoræ, id est iusto numero, ornatis verbis, & multa concinnitate compositæ. Musa, id est Dea poëtarum, dedit Graijs, id est Græcis, auaris, id est cupidis, nullius, supple rei, præter laudem, id est præterquam laudis, ingenium ad excogitandum, & loqui ore rotundo, id est perfecto, & hoc quia philosophiæ student. Sed pueri Romani, id est liberi Romanorum, discunt longis rationibus, id est per longos calculos, & longas computationes, diducere, id est diuidere, assem, id est libram duodecim vnciarum in partes centum. Filius Albini, supple, inquit, præceptor calculorum, dicat si vncia est remota, id est ablata, de quincunce, id est de quinque vncijs, quid superat, id est restat? Respondet puer, vel potius poëta. Si tu es filius Albini sic interrogatus poteras dixisse, id est fieri potest vt dicas, triens supple superat, id est restat. Et præceptor dicit adulando, en (aut hem) fili si sic sapis, tu poteris seruare tuam rem. Triens enim, id est tertia pars assis, quæ quatuor vnciæ sunt restat à quinque deducta vna. Interrogat iterum magister. Si supple vncia redit, id est accedit, vel additur ad quincuncem, quid fit? respondet puer. Semis, id est dimidium assis, hoc est sex vnciæ, contra quod institutum exclamat Poëta, dicens. Speramus, id est debemus ne sperare, quasi dicat nullo modo, carmina linenda, id est digna quæ linantur cedro, quæ est arbor quæ non sentit cariem, & cuius succo illitæ cartæ non consumuntur, & seruanda, id est digna quæ conseruentur, cupresso, id est scrinio, aut arca cupressina, leui, id est leuigata, & polita, quia libri arca cupressina inclusi à tineis non vexantur, posse fingi, id est componi, cum, id est postquam, erugo, id est macula, videlicet auaritia, & cura, id est cupiditas, peculi pro peculij agendi, imbuerit, id est instituerit, vel instruxerit semel animos iuuenum, ad hæc, id est ad huiusmodi calculos ponendos? quasi dicat nequaquam.

Regula eſt.

Tametſi Democritus cenſuit poëtam bonum naſci, bonitateq́ ingenij, & diuino furore potius q̃ arte, & eruditione, non tamen prætermittenda eſt eruditionis diligentia, ſed res ſcribendæ ex philoſophorum libris, & deſcribendorum officia ex moralibus depromentur, quibus habitis rem verba ſequentur non inuita. Quod vt aſſequamur: potius Græcos ſolius laudis, q̃ Latinos pecuniæ auaros mirabimur, ac imitabimur.

Ingenium miſera quia fortunatius arte
Credit: & excludit ſanos Helicone poëtas
Democritus: bona pars non vngueis ponere curat,
Non barbam: ſecreta petit loca: balnea vitat.
Nanciſcetur enim pretium, nomenq́ poëtæ:
Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam
Tonſori Licino commiſerit. O ego leuus,
Qui purgor bilem ſub verni temporis horam.
Non alius faceret meliora poëmata. verum
Nil tanti eſt. ergo fungar vice cotis: acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipſa ſecandi.
Munus, & officium, nil ſcribens ipſe, docebo:
Vnde parentur opes: quid alat, formetq́ poetam:
Quid deceat: quid non: quò virtus, quò ferat error.
Scribendi recte, ſapere eſt & principium, & fons.
Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ.
Verbaque prouiſam rem non inuita ſequentur.
Qui didicit, patriæ quid debeat: & quid amicis:
Quo ſit amore parens, quo frater amandus, & hoſpes:
Quod ſit conſcripti, quod iudicis officium: quæ
Partes in bellum miſſi ducis: ille profecto
Reddere perſonæ ſcit conuenientia cuique.
Reſpicere exemplar vitæ, morumque iubebo
Doctum imitatorem: & veras hinc ducere voces.
Interdum ſpecioſa iocis, morataque recte
Fabula, nullius veneris, ſine pondere, & arte,
Valdius oblectat populum, meliusque moratur:
Quàm verſus inopes rerum, nugæque canoræ.
Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Muſa loqui, præter laudem nullius auaris.
Romani pueris longis rationibus aſſem
Diſcunt in parteis centum diducere. dicat
Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt
Vncia: quid ſuperat? poteras dixiſſe triens. heu
Rem poteris ſeruare tuam. redit vncia: quid fit?
Semis. ad hæc animos ærugo, & cura peculi,
Cum ſemel imbuerit: ſperamus carmina fingi
Poſſe linenda cedro, & leui ſeruanda cupreſſo?

IANVS Ingenium) Cauſam reddit negligentiæ, quòd putent nonnulli ad poëmata conficienda ſatis eſſe furorem illum poeticum. [Credit) Qui in ſcriptis reliquit. [Miſera) Quæ tantum contemnatur, & in nullo ſit pretio. Democritus negabat quenquam poëtam magnum eſſe poſſe ſine inflammatione animorum, & ſine quodam afflatu furoris. [Helicone) A Nymphis, a poëtica. [Boni) Magna pars poetarum incedit inculta. [Ponere vngueis,) id eſt inculti ſunt, & ordidi, quo furentes videantur magis, & vulgi in ſe concitent ex neglectu corporis admirationem, vt ſolent Pſeudo philoſophi. [Ponere) Præſecare, id eſt inceſſu tantum oſtendunt ſe bonos poëtas, intus tamen nihil eſt bonarum literarum. [Secreta petit loca) Fugit, & horret hominum conſuetudinem. [Balnea Loca vbi multitudo conueniat. [Tribus Anticyris) Non vnius Anticyræ ſolum elleboro, ſed ſi plures ſint. [Elleborum in Anticyra inſula tutiſſime ſumi putauit antiquitas, eius vis vt humores noxios in quibus morborum cauſæ ſunt, extrahat, eius ſpecies ſunt duæ, nigrum & candidum, obſeruatum candido ſtomachum, nigro aluum purgari. [Commiſerit) Ad radendum. [Tonſori Licinio) Is iſte Licinus de quo diſtichon incerto auctore circunfertur.

Marmoreo Licinus tumulo
 iacet, at Cato paruo,
Pompeius nullo, credimus eſ
 ſe deos?

De quo item tumulo Martial.

Altaq́. cum Licini marmora
 puluis erunt.

[Læuus) Contrarius mihi ipſi. Vt illud

Si mens non læua fuiſſet.

[Bilem atram) Quæ à Græcis melancholia dicitur, quæ affectio eſt hernica. [Non alius) Niſi purgater, nemo eſſet melior poeta, quoniam efficere inſaniſſimus, adeo atra bile laboro. [Tanti) Non expedit. [Cotis) Quia ferrum acuitur. [Exors) Sine poteſtate, & facultate ſecandi, ſeipſam non poteſt acuere. [Vnde) Ex me. [Opes) Poëticæ, vt ſcias quid dicas. [Scribendi recte ſapere eſt) Poeticæ ſicut reliquarum rerum fundamentum eſt ſapientia, cuius ignoratione non minus in poëmatis quàm in vita peccatur, quæ adhibenda non in ſententijs ſolum, ſed in verbis, neque enim omnis ætas, omnis fortuna, omnis auctoritas, nec non locus tempusque eodem, aut verborum genere tractanda, ſunt, aut ſententiarum. [Rem) Omnis vbertas, & quaſi ſilua dicendi à philoſophia proficiſcitur, quæ mater eſt omnium benefactorum, & benedictorum, ſine qua nec quicquam definire, nec quicquam poſſumus iudicare, nec copioſe lateque de varijs magniſque rebus dicere. Quomodo enim de religione, de morte, de pietate, de charitate patriæ, de virtutibus ac vitijs, de animi perturbationibus, ſine ea quam dixi philoſophia quicquam explicabis? Prius habenda res eſt de qua dicamus, quam cogitandum, quibus verbis quicquam, aut quomodo dicamus. Inſunt ſanè nobis quædam ſemina magnarum cogitationum: quaſdamq. adumbratas intelligentias animo ac mente cõcipimus, quas niſi illuſtret ſapientia: fruſtra eſt quòd ſperemus illam dari poſſe lucem. [Sapere) Scire diuina, & humana, nam ſapientia eſt diuinarum humanarumq́ rerum cognitio. [Chartæ Socraticæ,) Id eſt philoſophia, ex cuius officina multi philoſophi emanarunt morales. Socrates primus philoſophiam ad mores deduxit, & tanquam aliud agens, rem ad noſtrum vſum detorſit. [Inuita Mi.) Quia verborum eſt officium res interpretari [Non inuita,) Id eſt, volente & ſponte. [Qui dicit,) Id eſt qui nouit officia, bonum, ac malum honeſtum ac turpe, iuſtum ac iniuſtū intelligit, quæ ferè omnis eſt poëta ad ſcribendum materia. [Conſcripti) Senatoris [Cuique perſonæ) A ſe in poemate introductæ. [Reddere) Dare, attribuere decorum cuique perſonæ. [Exemplar) Vnde ſimile ſumat. [Imitatorem,) Id eſt poetam. Nihil enim aliud eſt poeſis niſi imitatio vitę, & morum, quę hominis propria eſt, facitq. vt vel hac vna differat a ceteris animalibus, hinc ſi vel lęta, vel mœſta ſpectemus, vix poſſumus contineri quin idipſum imitationem effingamus. [Exemplar,) Id eſt qua vita quiſque viuat. [Hinc,) Id eſt a vita & moribus. [Viuas) Veras, proprias. [Specioſa) Culta, ornata, ſpectata, locis pulchre locata. [Morata) Quę bene mores omnium perſonarum imitata ſit ne doceat. [Veneris) Gratię, lenocinij, quę ſit rudis. [Pondere) Verborum, clauſularum, ſententiarum. [Arte) In ipſa fabula conſtruenda. [Valdius) Magis. [Moratur) Detinet ſpectatorem: quod non erit niſi ex delectatione. [Verſus inopes) Inanes, vacui, ſine hac imitatione. [Nugęque canorę,) Id eſt verba canora, tumida: quę nugę ſunt, niſi rebus ſeruiant. Elaborandum eſt vt poema uerbis rebusque ęque ſit pulchrum. Si alterum ſit eligendum, malim ſapientiam ineloquentem quàm ſtultam loquacitatem. [Ingenium) Ad inueniendum res: rotundum os ad eloquendas. Gręci & verbis ſunt ſpectabiles, & rebus: quòd huic rei operam impendebant, cum Romani a teneris vnguiculis ſtudeant lucro. [Rotundo ore) Perfecto, pleno, vel ſine offenſione, & aſperitate in ſe reuoluente. [Nullius) Rei, niſi gloriæ, ſolam laudem affectant. [Romani pueri) Poëtica Romę malis temporibus in uſu eſſe cœpit. Olim dum illa uiguit Romana uirtus, qua & Gręci cetereque nationes ſunt ſuperatę, rudi adhuc populo non ſe inſinuauerat poëtica: quę poſtquam aduenit, iam boni mores peſſum ire cœperunt, preſertim ſub Octauio, ad quę tempora alludit poeta, cum bonum hominem inuenire non erat, non ergo reprehendit Arithmeticam Horat poetis neceſſariam, ſed in ea quęritur omnem pueritiam lucri cauſa occupari. Deſciuit autem populus Romanus a vetere illa glo-

ria,

ria, non hominum inopia, sed desidia iuuentutis, & parentum negligentia, & inscitia præcipientium, & obliuione moris antiqui. [Longis rationibus) Singulorum dierum. [Diducere) Diuidere, continuare. [Filius Albini) Albinorum familia ab vltimis temporibus Romæ habita est in pretio, hinc, qui sacra cursu excepit ortum putarim, nam eum qui post reges exactos vnus è quinque tribus plebis fuit, pro recepto habemus fuisse ex hac familia. Notum familiæ inuisere Spurius ad furcas Caudinas, Aulus corruptus a Iugurtha, & Luceius bello sociali saxis fustibusque à militibus cæsus. Posthumios illos, Tubertos, Barbatos sexcentis claros triumphis, vt Albinos fuisse non satis cóstat, sic manifestum Posthumiorum cognomen Albinis conser tum fuisse. [Filius Albini,) Id est, quicunque nobilis. [Ad hæc) Ad luctum & vitia. [Ærugo) Pecunia ex ære, quæ seruata rubiginem contraxit, id est auaritia. [Cedro) Cedrino oleo, quo iunctæ cartæ à tineis custodiebantur. [Cupresso) In articulis ex cupresso fabricatis. Leui, polita, ornata.

ACRON.

Ingenium misera quia fortunatius arte) Quia Democritus dicit plus valere ingenium quàm peritiam. Et quia dicit non esse bonos poëtas, nisi qui insaniunt. Hoc idem, & Plato. Vel Democritus ait poetam non arte fieri, sed natura nasci. Ergo quia Democritus ingenium debilius putat arte, ideo miseram eam dicit, & homines propterea multi fingunt furorem, vt poëtæ videantur. Misera autem ars est, si quidem non meretur poetæ nomen accepere qui habet artem, nisi habeat etiam ingenium. Ingenium autem solum sufficit ad poetam, non ars. Verbi gratia. Quatuor sunt genera poëtarum, est altus, est medius, est tenuis, est grandiloquus. Tenuis, & medius arte fiunt, magnus & grandiloquus natura. Iste vero Democritus est, à quo secta exorta est Epicurea, qui multa physica scripsit. [Fortunatius) Beatius: vt, Fortunate senex. [Non vngueis ponere curat) Poëtas non vult more philosophorum incedere. Notat hic imperitos, qui putant poetas optimos esse eos qui sunt demisso capillo vel barba. Barbam in singulari numero, hominum, in plurali, hircinas dicimus. [Si tribus Anticyris) Anticyra dicitur insula, in qua multum nascitur hellebori, & cicutæ. Hoc ergo Diasyrtice dicit Horatius. Si totonderit caput, nanciscetur nomen poetæ, quod caput sanatur tribus datis horis. [Tonsori) L. Licinius dicebatur tonsor opulentissimus, quem postea dicunt factum Senatorem à Cæsare, quia dicebatur nimium odisse Pompeium. Et est sensus. Si non commiserit tondendum caput Licino, quod tres Anticyræ non possunt curare adeo insanum. [Qui purgo bilem) Propter purgandam bilem rado caput, qui catharticum accipio ad purgandum me vel, qui purgo bilem, pro bilibus, id est qui curor. Sensus est. Cum sciam a Democrito eos veros poëtas iudicatos qui sunt insani. vel, Purgo bilem, choleram reijcio potionibus. [Non alius faceret,) Id est, nemo esset magis in opinione poëta, si essem demisso capillo. [Verum Nil tanti est,) Id est nullius momenti sum, quoniam non sum demisso capillo, & quod per singulos annos cholera purgor, dicebatur enim melancholicus fuisse Horat. vel Verum nil tanti est, id est non curo, sed contemno dici poëta. Ac si diceret. Non possum poëta esse, vt contemnam curam corporis mei. [Exors ipsa secandi,) Id est, quæ non habet munus, & officium secandi a natura tributum. vt, Exortem ducere honorem. [Scribendi recte sapere est, & principium, & fons,) Id est, copia verborum, quæ debet sequi principia. Contra illos qui dicunt poëtam insanire debere, hic ait, vt possis recte scribere, principio opus est sapere. [Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere cartæ,) Id est, libri, & hoc dicit non debere poëtam expertem esse philosophiæ. Item aliter. Poëma constat ex re & oratione, res ex philosophia originem trahit, vt præcepta contineat. Dicit ergo, quod inuenta re, verba etiam in vita sequuntur, id est tunc non desunt, cum habueris quid dicas. Et Pollio idem dixit, Male Hercule eueniat verbis, nisi rem sequantur. [Qui didicit patriæ quid debeat &c.) Id est qui legit libros de officijs, & ostendit poëtas imbui debere philosophia. Dicit autem hoc, ille optimus poëta est, qui didicit quid singulis debeat: id est quo amore debeat vnusquisque circa patriam esse, aut parentes, siue amicos. [Respicere exemplar vitæ) Exemplum est paradigma, exemplar ἀντίτυπον. Hoc dicit. Consuetudinem vitæ iubeo respicere eum qui vult recte imitari, vt eum inducat adolescentem, debet scire quemadmodum iuuenes solent viuere. Quid enim est Comœdia nisi imago vitæ quotidianæ? [Viuas) Veras. [Hinc,) Id est a vita quotidiana, à moribus communibus. [Speciosa locis,) Id est si opportune fuerint inductæ personæ, aut locis, aut argumentis, vt non sit argumentum absurdum. [Morataque) Morosa fabula malis moribus morata, hominis dicitur. Morata enim bene instituta vnde & in consuetudine est bene moratum eum dici, qui bonos mores habet, in qua mores singularum personarum optime exprimuntur. [Nullius Veneris,) Id est venustatis, & ingenij, quæ ad artem spectant. Ostendit modo quantum prodest consideratio consuetudinis, dicens quod interdum fabula opportunitate personarum inductarum, & expressione morum quamuis sit sine arte, sine venustate, sine grauitate sententiarum, plus placet quam versus quidem bene sonantes, sed morum obseruatione carentes. Magis possunt delectare res sine ornatu, quàm ornata poëmata verbis sine rebus. [Sine pondere, & arte) Sine magnis sensibus, sine grauitate verborum, id est non laborat poëta loqui rem sapienter inuentam. Menander cum fabulam disposuisset, & eam nondum versibus adornasset, dicebat tamen se iam complesse. [Nugæque canoræ) Nullius momenti verba bene sonantia. [Rotundo,) Id est, perfecto. [Præter laudem nullius auaris) Qui solam laudem cupiunt in scribendis carminibus. [Romani pueri) A prima ætate calculum discunt, hoc est computationibus operam dant. [Assem) Assis est totum patrimonium: sextans, quadrans, triens quincunx, dodrans, deunx, semis, partes assis factæ. Quincunci additur vncia, id est ad alias quinque accedit alia vncia. [Triens) Tertia pars libræ, quæ facit vncias quatuor, cum sit libra vnciæ duodecim. [Ohe) Euge, id est bene: hoc ille dixit qui interrogatus fuerat. [Ad hæc animos ærugo) Æruginem appellat auaritiam quasi maculam, id est cum auaritia occupauerit à prima infantia animos hominum Romanorum, sperandum non est posse scribere carmina recipienda in auctoritatem. [Linenda cedro, & leui seruanda cupresso) Vtraque enim res odore suo summouet tineas.

PORPHYRIO.

Ingenium misera, quia fortunatius arte) Ait enim Democritus poëticam natura magis quàm arte constare, & eos solos poëtas esse veros, qui insaniant, in qua persuasione Plato est. [Si tribus Anticyris) Locus est in Achaia Anticyra, vbi helleborum nascitur, quo sumpto dementes sanantur: hoc enim sumpto capitis dolor sanatur. [Qui purgo bilem sub verni temporis horam) Omnes enim verno tempore purgationem sumunt, quod vocatur καθαρσις [Scribendi recte sapere est, & principium, & fons,) Id est scire quid scribas, hoc enim sapere est. [Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere cartæ) Poëma constat ex re, & ratione. Res ex philosophia originem trahit, id est vt præcepta contineat, has dicit Socraticas cartas etiam deinde comitabuntur verba. [Verbaque prouisam rem non inuita sequentur) Hoc tale est, Dicere, inquit, tunc poteris, cum habueris quod dicas, & Asinius Pollio idem dixit, Male Hercule eueniat verbis, nisi rem sequantur. [Interdum speciosa locis, morataque recte Fabula) Colligit sæpe magis placuisse fabulam, quæ nudis narretur verbis, quoniam res spectatorem delectarent, quam quæ locis communibus explicaretur. Si, verbi gratia, circulator referat de Regulo quomodo captus sit, aut punitus, verba sordida si non delectant attamen res euocat auditu digna. [Morataque recte fabula) Bene instructa, vnde in consuetudine dicere solemus bene moratum eum qui rectos mores ediderit. [Nullius Veneris) Nullius voluptatis, nec decoris. [Graijs dedit ore rotundo Musa loqui, præter laudem nullius auaris) In hac sola cupiditate promerentur laudem tanquam Protogenes ille qui lutum finxit decem annis. Vel Apelles qui totidem pinxit annis, non enim vt acciperent, festinabant, sed vt placerent, morabantur. [Et leui seruanda cupresso?) Libri enim qui aut cedro illinuntur, aut arca cupressi inclusi sunt, à tineis non vexantur.

GLAREANVS.

Ingenium misera quia fortunatius arte) Ergo quia Democritus ingenium debilius putat arte (inquit idem) Ideo miseram eam dicit. Beatius legendum in Acrone, nam ita paullo post exponit illud (felicius) in contextu. Risi autem illud ter repetitum, demisso capillo, & insulam Anticyram, & ter item expositum, purgo bilem: & quòd à Democrito orta sit secta Epicurea, & si totonderit caput, nanciscetur nomen poëtæ, quod caput sanatur tribus datis horis. Miror quis has nugas sub alicuius docti hominis nomine, ausus fuerit in vulgus edere. [Respicere exemplar vitæ) In eodem legitur. Exemplum, est paradigma: exemplar ἀντίτυπον, quod ego nunquam legi,

legi, quod sciam: sed vel πρωτότυπον, vel ἀρχέτυπον legendum esse ultimo.

DOCT. interpr.

SPeramus carmina fingi) Digna cedro dicuntur quæ promererentur immortalitatem, & eiusmodi iudicentur, vt posteritati consecrari debeant. Ab arboris natura cuius succo quæ sunt illita non sentiunt cariem.

ASCEN. Finis seu intentio poetarū.

HIc vt Poetæ voti sui compotes fiant, sciantque quem finem prætendere debeant, ostendit triplex esse intentum poëtæ, & quis intenti sui compos præcipue laudandus sit, addens cui, & quatenus ignoscendum sit. Innuit autem triplicem finem poëtarum, dicens. Poëtæ autem volunt prodesse, id est aut tantum vtilitatem, seu frugem morum, aut doctrinæ prætendunt, vt qui seuere, aut Satyram scribunt, aut quamuis artem præcipium: aut volunt delectare, id est prætendunt solam delectationem audientiam, vel perlegentium: vt qui lasciua carmina, aut Elegias amorum suorum edunt: aut volunt simul dicere, & iucunda, id est delectabilia, & idonea vitæ, id est congrua ad bene viuendum. Deinde ostendit quid illis faciendum sit, qui prodesse volunt, id est qui præcipiunt, dicens, Quidquid præcipies, id est quamcunque artem præceptionibus trades: esto breuis, vt animi dociles, id est quos breuitate efficis dociles, percipiant, id est intelligant, cito dicta, id est quæ dixisti vel præcepisti, & vt fideles supple animi teneant, id est non obliuiscantur semel commissa. Et est metaphora sumpta á vase, vel ab amico: quod vel qui si secreta á domino, vel amico tradita diligenter contineat, & non effutiat fidelis vel fidelis dicitur. Omne superuacuum, id est quod vltra capacitatem discipuli præcipitur: manat, id est distillat, & superfluit, de pectore pleno, id est de ingenio non amplius capaci. Ficta causa voluptatis, id est ad solam delectationem inuenta, sint proxima veris, id est verisimilia. Et fabula, id est fictio poëtica non poscat, id est exigat, sibi credi, id est fidem sibi adhiberi, quodcunque velit (aut volet) supple fingere. Neu, id est néue pro & non, extrahat, id est eximat puerum viuum, aluo, id est ex ventre Lamiæ, id est strigis deuoratricis, quia hoc non est verisimile. Sunt autem Lamiæ mulieres, quæ a nutricibus dicuntur noctu volare, & pueros, quos solos vagantes offendunt, deuorare, ad terrorem videlicet puerorum. Ineptiret ergo poëta, qui hoc vt veram historiam oculis spectantium exhiberet. Sequentibus ostendit poëta cuius intentum maxime laudetur dicens. Centuriæ seniorum, id est graues viri vtpote senes, agitaor, id est expellunt supple Poëmata expertia, id est nullam partem habentia, frugis, id est vtilitatis, hoc est ad solam delectationem ficta. Et Rhamnes, id est equites Romani celsi, id est in summo loco sedentes, quorum ferè molles sunt auriculæ, prætereunt, id est negligenter audiunt, & contemnunt: Poemata austere, id est nimium seuera, & nullam delectationem habentia, quasi dicat qui prodesse volunt, placent quidem senionibus, sed non iuuenibus, qui delectare, e diuerso, verum is qui miscuit vtile, id est vtilitatem, dulci, id est delectationi, tulit, id est abstulit, omne punctum, id est omnium suffragium, quod tractum est ab ambientibus, id est magistratum ambiendo petentibus, qui suffragia petentes tabulas ceteras circunferebant, in quibus suffragatores, hoc est (vt dicunt) voces suas dantes. punctum describebant, qui ergo omne punctum tulit, omnium suffragio, & consensu creabatur, vtpote ab omnibus laudatus, & omnibus placens. Idem quoque fiebat in causis centumuiralibus, nam auditis partibus tabella circunferebatur iudicibus, ac singuli punctum, siue notam imprimebant, quo vel qua aut damnarent, aut absoluerent. Tulit ergo omne punctum delectando lectorem, & monendo pariter, id est sententias vtiles habendo, quibus lector ad uirtutem moueretur. Hic, id est huiusmodi liber, id est ita compositus codex: meret, id est lucratur. Sosijs, id est illis librarijs fratribus, qui tunc Romæ libros vendebant, æra, id est pecuniam grandem. Et hic, id est huiusmodi liber, transit mare, id est fertur ad vltra marinas oras, & prorogat, id est extendit scriptori, id est auctori, noto, id est (vt dicunt) famoso, longum æuum, id est indelebilem ferè memoriam. Et quia nemo ad vnguem perfectus est, qui in nullo erret, ostendit ignoscendum esse certis erroribus, dicens. sunt tamen delicta, id est errores in scribendo, quibus nos velimus ignouisse, id est dedisse ueniam, nam neque chorda percussa à citharœdo, respondet, id est non reddit semper sonum, quem manus, & mens, & intentio percutientis uult, quæ, id est quia remittit, id est refert, uel reddit, persæpe. id est frequenter: poscenti, id est exigentia sonum grauem sonum acutum, & arcus non semper feriet, id est transfiget sagitta sua quodcunq. minabitur supple ferire, sic lego, & intelligo, alioqui legerem cum Bonfine cuicunque, vt fit. Nec arcus feriet semper supple omne, cuicunque minabitur. Quod vero docte differit de quicunque, & similibus duo verba postulantibus (nam inepte dixeris, amo quemcunque bonum, pro eo quod sit omnem bonum, aut optimum quemque &c.) nihil ad rem facit, quia siue quodcunque, siue quicunque legas, eadem sint duo verba, sed quodcunque regatur à ferire cuicunque à minabitur. Verum, id est sed vbi, id est postquam plura, id est multa, nitent, id est resplendent, & decora sunt in carmine, ego non offendar, id est lædar, paucis maculis, id est paucis erroribus, quas, id est quos, aut incuria, id est negligentia, fudit, id est emisit, aut natura humana prona ad peccandum, & errori proxima, cauit, id est effugit, parum, id est non satis diligenter, quid ergo est, id est quid ex illo infertur? Respondet. Vt si scriptor, id est quiuis componit opus, & si librarius, id est scriba qui mercede transcribit opus, peccat vsque, id est semper idem, id est in eandem re, quamuis est monitus supple caueте talem errorem, caret venia, id est, indignus est, cui ignoscatur, & cytharœdus, id est canens in cythara, ridetur, id est deridetur, qui oberrat semper eadem chorda. Talis enim est incorrigibilis, & stolidus reputandus, sic, id est eodemmodo, ille videlicet poëta, qui cessat multum oscitans, & negligens est in multis locis, sit mihi, id est reputatur à me, ille, quasi dicat notissimus, Cherilus, id est malus poëta, qui Alexandrum Magnum securus bella eiusdem descripsit, cui Alexander dixisse fertur, Malle se Thersiten Homeri esse, quam huius Achillem, id est vilissimum Græcorum ab Homero descriptum, quám præstantissimum, qui á Cherilo posset describi. Depactus autem est Cherilus cum Alexandro, vt si bonum versum faceret, aureo numismate donaretur, sin malum, colaphis feriretur, qui sæpe maledicendo colaphis nectus est, vt dicit Acron. Vnde Poëta. Quem supple Cherilum, ego miror cum risu, id est cum irrisione bonum supple esse, bis, terque, id est in duobus, aut tribus versiculis. Et idem, id est ego idem indignor, id est ægre fero poëtas malos scribere audere. Quod si quis dicat, Homerus bonus, id est perfectus, dormitat, id est negligenter agit quandoque, id est aliquando. Respondet Poëta, ac si dicat fateor quidem, verum, id est sed, fas est, id est licitum, somnū, id est dormitionem, obrepere, id est latenter interuenire, longo operi, aut opere in longo, vt alij legunt, quantum fuit Homeri. Peccant ergo qui licentia abutuntur in Epigrammate vno, qua vsos vident poëtas in opere magno. Comparat deinde poëta, sicut in principio huius opusculi, Poësim picturæ, quia sicut picturarum quædam propter aptos colores, licet mensuram non seruauerit, longius stantibus, & semel inspicientibus placet, & quædam propter symmetriam, id est bonam commensurationem propter stantes, & bene inspicientes plus delectat, ita & Poësis quædam semel audita placet, quia canora, & iucunda videtur, sed vbi noscitur neque œconomiam, neque decorum seruasse, vilipenditur, quædam, scilicet illa obseruans, decies repetita placet, vnde dicit, Poësis, id est compositio poëtæ, erit vt pictura, quæ scilicet pictura, capiat, id est delectet te magis si stes proprius, & quædam, id est alia sup. magis delectet si abstes, id est si ab illa sis longius, hæc, id est delectans longius abstantem, amet (aut amat) obscurum, id est, in obscuro videri, & hæc quæ magis delectat propius, visa volet videri sub luce, qua, scilicet luce, non formidat argutum, id est subtile, acumen, id est ingenium, & examen iudicis hæc, id est quæ vult de longe, & in obscuro videri, placuit semel, id est cum primum visa est, & hæc volens de prope, & sub luce videri, placebit repetita, id est reuisa, decies, id est frequentissime.

Regula est.

Cum tria prætendant poëtę, aut prodesse tantum, aut delectare tantum, aut simul vtrunque efficere, qui prodesse volunt aliquid docendo, sint breues, & dilucidi, qui delectare, sint verisimiles, & dulces, nec quicquam a vero abhorrens fingant, qui vero simul & vtiles, & dulces sunt, palmarium auferunt. Quod si qui penitus præstare nequeunt, ne sint tamen ob id incorrigibiles, nec sibi in modico quouis carmine vendicent licentiam, quam Homero, & Maroni, ceterisque grauibus poetis in magno opere concessam viderint. Potius autem moliantur veram artem, quàm delectabilem imitationem ac similitudinem seruare, vt quanto interius, ac penitus cognoscantur, tanto magis delectent, & amentur, quod & picturis bonis cōtingere solet.

Aut

Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ:
Aut simul & iucunda, & idonea dicere vitæ.
Quicquid præcipies, esto breuis: vt cito dicta
Percipiant animi dociles: teneantq. fideles.
Omne superuacuum pleno de pectore manat.
Ficta voluptatis caussa, sint proxima veris.
Nec quodcunque volet, poscat sibi fabula credi;
Neu pransæ Lamiæ viuum puerum extrahat aluo.
Centuriæ seniorum agitant expertia frugis:
Celsi prætereunt austera poemata Rhamnes.
Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci,
Lectorem delectando, pariterq. monendo.
Hic meret æra liber Sosijs: hic & mare transit;
Et longum noto scriptori prorogat æuum.
Sunt delicta tamen, quibus ignouisse velimus.
Nam neq; chorda sonũ reddit, quẽ vult manus, & mẽs:
Poscentiq. grauem persæpe remittit acutum:
Nec semper feriet * quodcunque minabitur arcus.
Verum vbi plura nitent in carmine: non ego paucis
Offendar maculis: quas aut incuria fudit:
Aut humana parum cauit natura. quid ergo?
Vt scriptor si peccat idem librarius vsque,
Quamuis est monitus, venia caret; & citharœdus
Ridetur; chorda qui semper oberrat eadem.
Sic mihi qui multum cessat, fit Cherilus ille,
Quem bis, terque bonum, cum risu miror: & idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.
Verum opere in longo fas est obrepere somnum.
Vt pictura, poesis. erit, quæ, si proprius stes,
Te capiet magis: & quædam, si longius abstes.
Hæc amat obscurum: volet hæc sub luce videri,
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit semel: hæc decies repetita placebit.

IANVS Aut prodesse volunt) Habent inter se nonnullam similitudinem vescentes, & scribentes, vt quibusdam vtantur ad voluptatem, quibusdam ad necessitatem. Docendi necessitas, in rebus est constituta: delectatio vero, in modo, quo docemus. Prosumus autem, cum morata recte est fabula, delectamus, cum iucunde scribimus, vt non solum primo placeant, sed sæpe repetita voluptatem afferant legentibus. [Delectare) Iucunde narrando. [Et iucunda, & idonea) Huiusmodi est omne opus Virgilianum, in quo nulla est inutilis delectatio. nulla insuauius vtilitas: quædamq. omnium disciplinarum scientia, tanquam ab aliud agente interposita, veluti vnum illud è multis. Cum in sexto puniri patriæ venditores, contra, præmia patriæ defensoribus solui ostendit, nihil aliud, nisi fugienda vitia, & sectandas docet esse virtutes, nullam enim maiores nostri artem esse voluerunt, quæ non aliquod reipublicæ commodum daret, hinc Plato cogendos censuit poëtas, vt bonos viros felices appellarent, malos vero miserrimos, si qui secus fecerint, omni republica eliminandos putauit, quod dum malas ferrent sententias, domesticam disciplinam corrumperent, & virtutis omnes neruos eliderent. [Idonea) Quæ prosint. [Iucunda) Quæ delectent. [Quicquid præcipies, esto breuis) Breuitas licet in vniuerso laudem non habeat, laus tamen est interdum in aliqua parte dicendi, præsertim si quid præcipias, vbi non est euagandum, ne præcepta animo effluant. Sic, & in sententijs quæ acutæ esse debent, & vibrantes. vt,

Trahit sua quenque voluptas. &,

Degeneres animos timor arguit. & sexcenta huiusmodi. Est autem breuitas, cum nullum verbum redundat, tantumq. est verborum quantum est necesse. Homerus Menelaum ipsum dulcem quidem tradit, sed pauca dicentem, sicut enim gratus est qui cognoscenda aperit, sic grauis qui cognita inculcat. [Præcipies) Cum volueris prodesse. [Dociles) Quos voles docere. [Percipiant) Intelligant. [Teneant) Apud se diutius. [Pectore) Discentis. [Ficta) Cum delectamus, voluptatis caussa fingere omnino oportet, poëta fingat sane non aspera, non inimica, quibus nulla possit fides adhiberi. Virgil. de telis Polydoro infixis quæ reuiruerant, finxisset sane quam absurde, ni sumpsisset ex Romana historia de hasta Romuli, quæ de Auentino monte in Palatium iacta fronduit, & arborem fecit, non potuit tamen non male audire de nauium in nymphas mutatione, deque per aureum ramum ad inferos descensu, quodque Irim fecit Didoni comam secantem, licet hoc sumpserit ex Euripide. Plato in secundo de republica, Hesiodum, & Homerum insectatur, quod nimis de dijs absurda finxissent, quo dicto prouocatus C. Caligula de Homeri carminibus abolendis cogitauit. [Voluptatis) Vt iucunda fingamus quæ delectent. [Puerum Lamiæ) Dion Chrysostomus Libycam scripsit historiam, in qua hæc de Lamijs, Haud longe à littore maris curuum esse locum, arenosum mari persimilem, in quo littora magna existunt, & aggeres arenosi, in mari vero ab vndis circunuicina omnia deserta fere manent, veruntamen si naufragi forte eiecti fuerint, feræ apparentes eos omnes qui vel peruagrant vel aberrant, rapiunt. quarum natura, & corporis figura talis habetur. Facies est mulieris, & formosæ quidem, vbera, & pectora longe pulcherrima, quæ neque pictor possit effingere, color splendidissimus, gratia quædam ab oculis, & mansuetudo in animum incidit quoties aliquis eam viderit, reliqua pars corporis dura, & infrangibilis ob squamas, inferiora sunt serpentis, vt ima pars in caput desinat serpentis valde quidem horrendi. Hæ feræ alas non habent quemadmodum sphinges, neque enim loquuntur, vt illæ: neque aliam uocem emittunt, sed solum sibylla acutissima quemadmodum dracones, terrestriũ omnium velocissimæ, vt nullum possit eas animal effugere. Cetera quidem animalia viribus expugnant homines: hæ solum deceptione. Pectora aperiunt, & vbera ostentant, eum vero qui aspexerit, veneficijs cogunt ad desiderium confabulationis, & hi quidem velut ad mulieres accedunt, illæ intrepidæ manent, inferius sæpe respicientes, ornatumque mulieris imitantes, atque ita qui propius accesserit, rapiunt: nanque manus sunt ferarum, quas aliquanti peroccultant, ceterum serpens mordens veneno interficit: cadauer comedunt serpens, & quod reliquum est feræ. Philostratus in Apollonio de Lamia viuos pueros inglutiente ab ipso Apollonio compressa meminit. Lamias etiam esse terriculamenta puerorum, vel ex Apuleio satis constat, nam Lamiam mulierem à Demetrio amatam, ciuitatis perniciem à comicis dictam, Plutarchus celebrat: quin & de Lamijs in Politicis meminit Plato. quo cognomẽto Æliorum familia Romę non inter postremas habita. [Pransæ) Quæ vorauerit. [Extrahat) Poëta. [Centuriæ seniorum) Romulus re Sabina composita, Tatioque in consortem regni accepto, cum populum in curias triginta diuisisset centurias treis equitum conscripsit. Rhamnenses à Romulo, Tatienses a Tatio, Luceres à Lucumone, vel à Luco, id est asylo, quarum numerum cum augere vellet Tarquinius Priscus ab Accio Nauio augure prohibitus est. [Centuriæ) Senatores nobiles. [Agitant) Deijciunt, oderunt, deturbant, insectantur. [Expertia) Inutilia, quæ non habent partem in fruge, quæ non prosunt. [Austera) Insuauia, immitia, dura, aspera. [Rhamnes) Equester ordo, id est iuuenes. [Prætereunt) Contemnunt, nihil faciunt. [Austera) Quæ non delectant. [Tulit omne punctum) Sumptum de suffragijs in campo Martio, quæ punctis notabantur, non scribebantur. In ponte erat suggestus locus vbi sedebant consules, adstabant qui suffragia prætereuntis populi notabant puncto in certis tabellis, qui plura habuisset, is consul per præconem renunciabatur. Posset & referri ad iudicia, & dum dixit centuriæ seniorum pro Senatoribus accipi. Rhamnes vero pro equestri ordine. inter quos cum de iudicijs lis esset, tandem pepigere, vt promiscue iudicarent, licet in iudicijs non punctis notarentur sententiæ, sed tabellis cæreis quæ in cista conijciebantur, insculptas habentes literas, A absolutionis, C condemnationis, N ampliationis, id est quod non liqueret. Iudicum tamen decurias dixerunt, non centurias. [Miscuit) Qui docuit & delectauit. Laus poëtæ est, vt prosit doctrina, delectet elegantia, nam & doctam lectionem sine vlla delectatione negligere se ait Cicero in Tusculanis. [Omne punctum) Omnium omnium suffragijs commendatur. [Monendo) Docendo. [Liber) Huiusmodi scripta. [Sosijs) Sosij bibliopolæ clari tunc erant. [Æra) Affert magnum lucrum. [Noto) Quem notum facit. [Æuum) Semper eum viuere facit, licet moria-

* Bonfinus legit cuicunq;. omne illud cui minabitur arcus. Id est, non semper assequetur quod cupit.

tur, superest tamen semper eius fama. [Sunt delicta) Non minima, inquit, in poëmate faciunt vt sit vitiosum. Donantur multa poetis, quæ vel negligentia contraxit, vel fortasse ignoratio, neque enim potest humanæ natura nosse omnia, verrucula tamen, & lenticula plus offendit si in facie sit, quam magna cicatrix in reliquo corpore. [Poscenti) Citharœdo. [Grauein) Crassum. [Chorda) Carmini comparatur, arcus ingenio. [Semper feriet) Collimabit. [Nitent) Plura sint bona. [Offendar) Mouebor. [Macûlis) Peccatis erroribus. [Incuria) Negligentia. [Natura) Ingenium. [Quid) Quod velis [Scriptor) Ex scriptor. [Vsque) Iugiter, continuo, sæpius. [Cessat) Ignoscendum poetis quandoque, vnde etitici sæpe multa poëtica licentia dici fatentur, quod multa poëtis, dentur, quibus possint opus ornare, sed tamen in longo tantum est opere ignoscendum, in quo difficile est non quandoque dormitare. [Cessat) Negligens est, & dormitat poëta. [Bis terque) Duos aut tres versus. [Cherilus) Alexandri poëta Samius ab Herodoro eruditus, tam malus, quàm bonus Homerus, cui aureum numisma pro bono versu dabat Alexander, colaphum pro malo, sed cum res gestas Alexandri scripsisset, septem tantum versibus laudatur. [Miror) Non laudo, quasi fieri non possit, vt bonum carmen a malo possit poëta prouenire. [Indignor) Bono carmine mali poëtæ iram suscipio. [Dormitat Homerus) Sumptum ex sententia Marci Tulij, cui quandoque ipse videtur dormitare Homerus, & Demosthenes, neque .n. possunt omnia esse perfecta quæ etiam boni auctores dicunt, labuntur aliquando, cedunt oneri, indulgent ingenio, nec semper intendunt animum, aut fatigantur. Est tamen magno iudicio circunspiciendum, ne ea damnemus quæ non intelligamus. [Bonus) Boni poetæ interdum labuntur Homer. nullum unquam ingenio feliciorem extitisse conuenit, siue operis fortuna, siue materia æstimetur, fertur tamen dormitasse, quod cum deos hominibus inseruerit, egregia hominibus facinora tribuit, dijs uero humilia. Cumque constet Paridem cum Helena vi ventorum in Ægyptum delatos, præsentes faciat oppugnationi, & ipsam spectantem Paridem Menelaumque pugnantes, quàm æquius fuisset abditam domesticis parietibus stare, cum Hector, Priamusque totque matronæ Troianæ tot filijs, fratribus, uitisque orbatæ, non potuissent contineri, quin in eam impetum facerent? Tertium est, quod cum bellum Troianum se scripturum profiteatur, post Hectoris interitum moræ impatiens ad Vlyssem festinet, nec de urbe expugnatá ullum uerbum facit, nisi quod Demodochum, ac Phemium in conuiuijs canentes ad cytharam inducit, fingitque tot deas, & Circen Vlyssis deperisse amore, cum senex laboribusque assiduis attritus iam esset: licet Pallas fingatur illi hyacinthinas comas appendisse, vnde Homericus morio dictus. Iram Neptuni in Vlyssem ob Polyphemum ortam fabulatur cum æquius fuisset ob Palamedem Neptuni nepotem, cum etiam in prima marina cuspide perfossus interijsset. Sic & Achillem non ob amicam iratum Græcis, sed ob Palamedis necem. [Obrepere) Subintrare. [Somnum) Tenuem negligentiam. [Pictura poesis) Sæpe à nobis dictum, pictorem esse mutum poëtam, poëtam vero loquentem pictorem, nam vt mittam quod vterque fingit, quæ ratio, quæ ora qui locus Græciæ, quæ species formæ, quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita ab Homero expictus est, vt ne Apelles quidem, aut Parthasius melius ante oculos ponere potuerit? [Capiat) Delectet. [Hæc) Alia pictura. [Argutum) Sapiens iudicium, ingenium doctum, intelligas.

## ACRON.

QVicquid præcies, esto breuis,) Id est præcepta debent esse breuia, quia si longa fuerint, aures deficiunt auditorum. Percipiant ergo animi, & dociles fiant, quia quod percipio, & intelligo, docet me. Item, esto breuis, id est serua necessaria. [Teneantque fideles) Vt seruent quod accipiunt, ne effluant quæ audiunt. Pleno de pectore,) Id est fastidiente, est sensus. Pectus enim quod iam varietate fatiatum, & plenum est, ea quæ superuacua audierit, non retinet. [Manat) Effluit. [Nec quodcunque) Ordo. Quodcunque velit sibi credi fabula poscat, id est Comœdia aut fabula, id est poëmata quæ finguntur propter voluptatem, sint verisimilia. [Neu pransæ,) Id est, ne fingat tale argumentum fabula, quòd deuorauerit Lamia puerum, qui de vtero eius postea viuus prolatus sit. [Extrahat,) Id est, eximat. [Centuriæ seniorum agitant expertia frugis) Senes Romani non probant poëmata quæ sunt leuia, adolescentes non delectantur austeris. Quid ergo faciendum est poëtæ? poëmata temperare, vt & voluptati seruiat iuniorum, & seueritati satisfaciat seniorum. [Agitant experita,) Id est persequuntur quæ vtilitatem non habent, item expertia frugis, id est inutilia, aliena a maturitate, carentia bonitate vel austeritate. [Celsi prætereunt, &c.) Sensus est, Senes grauitate carminis, & dictionis pondere delectantur, iuuenes austera, & grauia non amant. Rhamnes, Luceres, Tatienses Romanæ tribus erant, vel, vt verius, equites. [Omne tullit, &c.) Omnium suffragium, omnium iudicium meretur ille, qui & dulcis est, & vtilis Puncta dicuntur populi suffragia, vsus est hoc verbo Cicero in Fundania. Item aliter. Solus suffragia, & iudicium populi tulit, qui vtile, & dulce poëma scripsit, & qui prodesse, & delectare potest. Punctum ideo dixit, quia antea suffragia ferebantur. Hoc ergo dicit. Omnium meruit fauorem, iuxta legem tabellariam, quæ cauerat non voce, sed puncto debere fieri suffragia. [Hic meret,) Id est præstat, id est dignus est emi. vel meret, mercedem affert. [Noto) Famoso, in opinione poëtæ posito. [Sunt delicta tamen, quibus) Inter multa bona si habueris mala pauca, ignoscendum est. [Nam neque) Si ergo cytharis mala pauca, ignoscendum est. [Nam neque) Si ergo cytharœdus errat, multo magis venia tribuenda poëtis est, si in quibusdam errauerint. [Nec semper feriet) Nec semper sagittarij destinata iaculantur. Hoc vult dicere. Merentur poëtæ veniam, quia penè omnes in errore versamur. [Verum vbi plura) Si carmina facio optima, non est mirum, si possum offendere in paucis locis. [Maculis) Vitijs, peccatis, delictis. [Incuria fudit) Negligentia qua maculæ funduntur. Quid ergo est quod moneo si poeta itidem peccet sæpe, monitus caret venia: quemadmodum scriptor vel antiquarius, si in eodem peccat sæpe monitus? [Librarius vsque) Scriptor naturalis, vel bibliopolas veteres dicebant. Hoc Tranquillina affirmat. [Vsque) Semper, iugiter. [Fit Cherilus ille) Cherilus poëta fuit, qui Alexandrum magnum secutus bella eiusdem descripsit: cui Alexander dixisse fertur, male se Thersitem Homeri esse, quam huius Achillem. Cherilus Alexandri poëta depactus est cum eo, vt si versum bonum faceret, auro numismate donaretur. si malum, colaphis feriretur, persæpe male dicendo colaphis nectus est. [Quem bis, terque) Si vnum, aut duos versus bene dixerit, admiror quasi bonum præter solitum. Non enim dixit laudo. [Quandoque bonus,) Hoc est negligenter scribit, id est quandoque errat bonus poëta. [Verum operi longo fas est,) Id est lassitudinem sumere, id est negligentiam carminis agere. [Vt pictura poësis erit,) Id est non erit dissimilis poetica ars picturæ. Nam quomodo pictura quædam de proximo vult videri, alia eminus, vt vitia cælentur: ita & poëma aliud semel lectum placet. Probum autem poëma placet, etiam sæpe repetitum. Aliter, vt pictura, ita poëma aliud dum recitatur, in præsens placet, aliud postea sæpe repetitum. [Hæc amat obscurum,) Id est, mala, quia fuco, id est coloribus magis potest placere, quàm arte.

## PORPHIRIO.

NEu Pransæ Lamiæ vinum puerum extrahat aluo) Hæ ad infantes terrendos solent nominari, non est ergo poeticæ, quòd tale argumentum fingat, vt deuoratum Lamia puerum educat. [Centuriæ seniorum agitant expertia frugis,) Id est, ea quæ nugatorie dicuntur, exagitant senes. [Expertia) Quæ expertia frugis sunt exagitant. [Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci) Solus suffragia iudicum rulit, qui & vtile, & dulce scripsit, id est, qui & prodesset, & delectaret. Punctum autem ideo, quod antiqui suffragia non scribebant, sed puncto notabant. [Hic meret æra liber) Sensus. Hunc bene vendent bibliopolæ. Antea Solij erant notissimi qui commercium librorum faciebant. [Quas aut incuria fudit) Incuria, est negligentia quæ curam non habet. [Sic mihi qui multum cessat, fit Cheriles ille) Poëta pessimus fuit Cherilus ille, qui Alexandrum secutus; opera eius descripsit. Huius omnino septem uersus laudabantur, cui Alexander dixisse fertur multum malle se Thersitem Homeri esse, quam Cherili Achillem. [Verum operi longo fas est obrepere somnum) Sed excusationem, inquit Homerus, mereri potest si aliquid in tanto opere non respondet magnitudini carminis sui. Vt pictura poesis erit. Non erit dissimilis poëtica picturæ. Nam quomodo in hac propius quædam spectanda sunt, quædam longius, ita poetices quędam statim aspicienda sunt, quę lucida erunt, prope cognoscentur, quę vero obscura, longius remotis.

Nec

GLAR. Ec quodcunque volet, poscat sibi fabula credi) Hoc in loco Acronis verba vehementer corrupta sunt, ait enim Ordo est. Quodcunque velit sibi credi, fabula pascat, cum Horatius contrarium dicat. Sed hęc non sunt tanti. [Ut scriptor si peccat idem librarius) Et hoc quoque loco vix expedies, quid voluerit Acron. Quidam connectunt, scriptor librarius quod placet. Badius repetit coniunctionem (si) deinde supplet coniunctionem (&) ad quem modum non fuerit difficile, etiam alios quosdam locos obscuros explicare. Ego tamen, etiam si maxime possem, non facerem.

DOCT. interpr. Omne Tulit punctum) Pro eo quod est, omnium sententia, & comprobatione. Translatum à consuetudine Comitiorum, vbi tabella circunferri consueuit, in qua punĉto apposito significabant cui candidatorum suffragerentur. [Et cytharœdus ridetur) A cantatoribus ducta translatio est, quibus vehementer fœdum sit, in eisdem fidibus sępius peccare. Et concinne in eos dicitur. Eadem errant chorda, qui vel in simili recrebrius peccant, vel culpam eandem iterum atque iterum committunt. Primus enim lapsus vel casui datur, vel imprudentiæ iteratus stultitiæ tribuitur, aut inscitiæ. [Si propius stes.) Omnino ea vis sueſt rebus egregijs, vt quo sæpius ac pressius inspiciantur, hoc magis, ac magis placeant. Contra, quæ fucata sunt, aut vulgaria, nonnunquam initio arrident nouitate ipsa, mox repetita sordescunt. Quemadmodum scribit Plin. lib. xv. cap.xiiij. de filuestri quodam pomi genere. Hæc in Prouerb. Bibas ter &c.

ASCEN. Ic blande cohortatur ad castigationem Poematis, ostendens poetam nisi summus sit non posse laudari: eum tamen in ceteris rebus (vt Aristot. in Top. auctor est) mediocre laudemus tanquam bonum, & causam eius rei subiungit, dicens Poema non esse necessitatis, sed voluptatis. Possemus enim sine numero, & metro quod concepimus eloqui, proinde sicut in secundis mensis vbi saturi sumus, ibi vulgatiores reiunis ventribus grati, reijciuntur, & bellaria nisi suauissima sint, displicent, ita Poema nisi optimum, & compositissimum vilescit, quo circa consulit quod imperatoribus agendum sit, monens, vt opus compositum conferuent sibi in nonum annum, & demum relegant: quia quæ subito calore capitis placent, refrigeratis displicent, & quia cuique sua placent, monet vt ad peritiorum referant iudicium, dicens. O maior iuuenum, id est qui grandior es inter duos filios Pisonis: quamuis, id est licet, aut quantum, tu fingeris, id est institueris, & componeris, & id est simul, voce, id est eruditione, paterna, id est patris tui Pisonis viri optimi, & eruditissimi, fingeris dico ad rectum, id est veram artem, & sapis, id est sapiens es, aut artem percipis, & degustas, per te, id est proprio ingenio fretus, tamen supp. tolle .i. aufer à me, memor, id est recordaturus hoc dictum tibi, id est ad tuam eruditionem, medium, id est mediocritatem, & tolerabile, id est tolerantiam concedi, id est permitti, recte, id est debite, certis, id est quibusdam rebus. quamuis enim quiuis consultus iuris, id est iurisperitus, qui in iure consulitur, & actor causarum, id est causidicus, mediocris, id est mediocriter eruditus, abest virtute, id est a peritia. Messallæ diserti, id est optimi iurisconsulti, & nescit .i. non scit tantum quantum Aulus Cascellius, optimus actor causarum. Sed tamen, id est attamen, est in pretio, id est multi magnifaciunt eum, sed sup. homines, dij, & columnæ, id est pilæ vbi poëtæ ponebant epigrammata sua, non concessere poetis esse mediocribus, id est vt poëtæ sint mediocres, & laudentur, quia vt, id est quemadmodum symphonia, id est consonantia carminis: discors, id est male composita, & vnguentum crassum, id est mali odoris sicut leuem odorem dicimus suauem, & vt papauer .i. pulmentarium ex papauere compositum cum melle. Sardo, quod pessimi saporis est, sicut & Corsicum propter copiam taxi arboris amarissimæ, cuius florem depastæ apes mella amara conficiunt, vnde Virg.

*Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.*

Vt inquam hæc incondita fercula offendunt, .i. lædunt, conuiuas inter mensas gratas, id est obsonia delectabilia: quia cœna poterat .i. perfici, sine illis vilibus esculentis, sic Poëma natum, id est inuentum, animis iuuandis, id est delectandis, hoc est ad delectationem animorum: si decessit summo, id est summa perfectione paullum, id est modicum, vergit, id est tendit, ad imum, id est ad infimam æstimationem, quia non laudatur mediocre. Et tamen omnes etiam indocti audent Poëma conficere, quod ægre ferens Poëta, dicit; is qui nescit ludere, id est luctari, & exercere res militares: abstinet armis campestribus, id est non vtitur instrumentis, quibus in campo Martio exercetur iuuentus Romana. Et indoctus pilæ, id est qui nescit ludere pila, ve, pro vel: disci, id est massæ rotundæ, quam in aëtem proijciunt, aut trochi, id est quaternarij secundum Acronem. Nam Græci quaternarios trochos vocant, aut trochi, id est totæ: quam currendo pueri scutica regunt. Sunt tamen qui putent turbinem ex buxo dici, quo pueri exercentur: sed hic pro exercitio militari accipitur, quiescit, id est abstinet à ludo, ne coronæ, id est circunsedentes in modum coronæ, spissæ, id est densæ, rollant, id est eleuent, & extollant: impune, id est passim, risum, id est vocem irrisionis. Et tamen supple is qui nescit, id est ignorat: versus, id est artem versificatoriam, seu metrificandi, audet fingere, id est componere. Respondet Poëta per obiectionem cum stomacho, & indignatione, quia per antipophoram. Quid ni, id est cur non audeat fingere versus: liber, id est nulla seruitute tentus, & ingenuus, id est ex libera matre natus: præsertim, id est præcipue: census, id est censitus summam nummorum: equestrem, id est vsque ad summam quadringenrorum sestertium: quæ sola dignum reddidit, vt quis eques Romanus fieret: & remotus ab omni vitio? Ad hoc Poëta abnuendo, & quatiendo caput solummodo respondet, non enim est responsione dignum, quasi dicat faciant tales inepte superbientes, & sibi placentes, qui incorrigibiles sunt, quod volunt. Ego. certo scio quòd tu maior Pisonum nihil dices, & facies Minerua, id est sapientia: inuita, id est nolente, id est quod tibi à sapientia negarum est, id, id est tale iudicium est tibi, & ea, id est talis: mens, id est animus est tibi, tamen si quid scripseris olim, id est quandoque tempore futuro, supp. illud descendat, id est transeat: in .i. ad aures Meti, id est Metij iudicis, qui prędiligens carminum fuit æstimator. Habet autem primam longam etiam apud Virgilium: ideo Meti pro Meti dicit, & in aures patris tui Lucij Pisonis: & nostras, id est meas & prematur, id est occultetur: in, id est vsque ad, nonum annum quia licebit, id est licitum erit: delere, id est castigare & auferre: quod male positum est: membranis, id est cartis, in quibus scripsisti. positis, id est repositis, intus, id est penes te, in scrinijs tuis, quod non edideris .i. nondum promulgaueris. Sed vox missa .i. emissa: nescit reuerti, id est irreuocabilis est, vnde alibi: Volat irreuocabile verbum: & Philosophus. Quod semel dictum est, amplius resumi non potest.

Regula autem est.

Quoniam quæ in ceteris ferè rebus laudatur mediocritas, in poëtis non recipitur: qui nisi summi ac perfectissimi sint, nihil laudis merentur (quę enim ad voluptatem comparantur, si non delicatissima fuerint, reijciuntur, sicut bellaria minus sapida faturis apposita) nemo carmen audeat edere, non quod sit ad vnguem castigatum, & bonorum iudicio probatum atque ne subito calore iam recens natum placeat, nonum, recondatur in annum, quia ad non emissa semper tempestiua fuerit castigatio at Nescit vox missa reuerti.

IANUS Iuuenum,) Pisonum. [Voce) Disciplina, arte, doctrina L. Calpurnij Pisonis. [Fingeris) Doceris, institueris. [Dictum) Sententiam, summam præceptorum. [Tolle) Aufert tecum. [Medium,) Inquit, medium vt in virtutibus est optimum, sic in Poëtica non admittitur, sunt sanè quędam

O maior iuuenum, quamuis & voce paterna
Fingeris ad rectum; & per te sapis: hoc tibi dictum
Tolle memor: certis medium, & tolerabile rebus
Recte concedi. consultus iuris, & actor
Causarum mediocris, abest virtute diserti
Messallæ: nec scit quantum Cascellius Aulus:
Sed tamen in pretio est. mediocribus esse poëtis
Non homines, non di, non concessere columnæ.

disciplinę, in quibus peruenisse ad mediocritatem laudi datur, poëta nil patitur mediocre, nisi optimus sit, neq; est. Vt.n. qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt à summo, vt si iam iam possint emergere, quàm si etiam cum essent in profundo, vt nec catulus ille qui iam appropinquat

Vt gratas inter mensas symphonia discors,
Et crassum vngueutum,& Sardo cum melle papauer,
Offendunt: poterat duci quia cœna sine istis:
Sic animis natum, inuentumq́. poëma iuuandis,
Si paullum summo discesit: vergit ad imum.
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis:
Indoctusq́. pilæ, disci ue, trochi ue quiescit:
Ne spissæ risum tollant impune coronæ.
Qui nescit, versus tamen audet fingere. quid ni?
Liber & ingenuus, præsertim census equestrem
Summam nummorum: vitioq́. remotus ab omni.
Tu nihil inuita dices, faciesq́. Minerua:
Id tibi iudicium est: ea mens. si quid tamen olim
Scripseris; in Metij descendat iudicis aureis,
Et patris, & nostras: nonumq́. prematur in annum.
Membranis intus positis delere licebit,
Quod non edideris. nescit vox missa reuerti.

quat vt videat, plus cernit quàm is qui modo est natus, item qui processit aliquantulum ad Poëticam, nisi peruenit vnde optimus euadat, nihilominus exclusus est Helicone, quàm ille qui nihil processit. Putat enim Marcus Tullius inhonestū esse poëtis, in secundis tertijsq́. consistere. [Actor) Orator quicunque peritus iuris mediocris. [Aulus Cascellius) Iurisconsultus. [Messalæ) Marcus Valerius Messala, cui nobilitati par fuit eloquentia, dignitatē à maioribus acceptam seruauit libertatem patriæ quoad potuit, tutatus est. Felix si non genuisset, qp pe cuius filio Messalino Cottæ, q palmas anserum condire inuenerit, palma sit tributa. Eius vxor, Terentia, quæ Ciceroni nupsit, & Salustio: sed familiæ indebilem maculam iniecit Messalina posteræ libidinis, quæ vigintiquatuor horis quinquies & vigesies concubuit, nec soli Messalæ Valerij sunt appellati: nam Maximi, Sorani, Anciates, Leuini, Coruini, Publicolæ, Falcones, Poptitij, Placci, Proculi, sub Valeriorum nomine censentur. [Cascellius Aulus) A. Casellius vindex optimus habitus consultus iuris. De cuius erroribus dicitur scripsisse Terentius Scaurus Adriani temporibus. [Columnæ) Basilicæ, theatra, porticus. [Vt gratas) Comparatio, qua ostendit ideo poëticam non admittere mediocritatem, quòd cum animis delectādis sit inuenta, nisi id faciat (quod non nisi perfecta facit) offendit potius quam vllam afferat voluptatem. [Symphonia) Concentus. [Crassum) An crassum sic vocat malum, vt leue bonum? vel potius crassum, quasi surdum, quod non penetret. [Papauer) Pro quibuscunque bellarijs malis posuit, & tragematis, quæ nisi bona sint, frustra est quòd mensæ adhibeantur. [Papauer) Placenta vel condimentum ex papauere vel melle amato. [Sardo) Quod pessimum est. [Iuuandis) Delectandis, excitandis. [Summo) A perfectione. [Vergit) Declinat, id est si paullum à perfecto abest, nihilo plus bonum est, quàm si in imo esset. [Ad imum) Ad infimum .i. ad malum. [Ludere qui nescit) Exclamatio ad id alludit quod dicitur.

Qua pote quisque in ea conterat arte diem.

[Campestribus armis) Campestria arma sunt exercitamenta in campo Martio, vbi tyro ad palum exercebatur, & cursu, luctādo, hasta, pila, disco, pugillatu, saltúq. firmabatur, Tyberiq. proximo sudorem, puluerem, ac lassitudinem natando deponebat. [Abstinet) Non ludit. [Disci) Discus erat sphærica forma ænea, vel lapidea pila, in qua erat annulus ad inserendum digitum, vt aptius iacerent. [Coronæ spissæ) Spectatores frequentes. [Impune) Habebitur ludibrio à spectatoribus. [Quid ni?) Cur non possim poëma scribere, & audeam cudere carmen? [Liber) Qui liber sum. [Census) Censi more veterum dicebantur, qui centum millia in professione detulissent, huiusmodi facultates, census dicebantur. [Census) Participium, vt doctus grammaticam. [Minerua inuita) Repugnante natura. [Olim) Quandoque. [Est) Pro hic. [Iudicium) Poëtam non diuitijs, & dignitate fieri, sed natura fauente. [Iudicis Metij) Seueri iudicis, quis Metius hic fuerit, non pro comperto habentur. Sensus est. Recita alicui seuero & docto amico. [Patris) Tui L. Calpurnij Pisonis. [Intus) Domi tuæ. [Positis) Constitutis in tuo Musæo, coërcitis, & conditis. [Reuerti) .i. non potest emendari quod est semel editum, & emissum.

ACR. FIngetis) Formaris, erudiris. [Medium) Non ex toto perfectum. [Certis rebus) Ac si diceret, non omnibus, id est paucis, id est recte conceditur quarundam rerum esse mediocritatem, vt si iurisperitus non fuerit aliquis, quo modo Casellius Aulus: aut orator, quomodo Messala, attamen ferendi sunt, si fuerint mediocres, quod in poëtis non idem est. [Non concessere) Hyperbolicos ait. Nec enim saxa concedunt aliquid poëtis de mediocritate, Columnas autem dicit vbi ponebant poëtæ epitaphia. [Vt gratas inter mensas) Quemadmodum inter mensas iucundas offendit aut malus cantor, aut malum vnguentum, aut papauer cum amato melle, cum poterat pran-

dium confici sine his: ita poëma, quod inuentum est propter amicos delectandos, si paullulum recesserit à perfectione, nō placet, sine quo poemate res hominum poterat explicari. [Symphonia) Concentor, cantor. [Crassum) Mali odoris. Nam vt leuem odorem dicimus suauem, ita & crassum malum. [Sardo) Sardiaco. Papauer autem posuit pro placenta. [Sine istis) Sine concordi symphonia, & sine crasso vnguento, & papauere. [Iuuandis) Delectandis. [Si paullum summo decessit) Si modicum à perfectione recesserit, fit poëma pessimum. Si exiguum recesserit à summitate, vergit in vitium. [Vergit) Perit. [Trochi) Quaternarij, nam trochos Græci quaternarios vocant, aut trochi, id est rotæ, quam currendo pueri scutica regunt. [Ne spissæ risum tollant impune coronæ.) Ne rideat cœtus spectantium qui in similitudinem coronæ circundatur. [Quid ni?) Cur non audeant versus fingere qui nesciunt? quid restat nisi permutato ordine ingenuus quilibet liber a tributo persoluat summam nummorum equestrem, id est equestri ordini distributam? Nam consuetudo erat Romanorum, vt liberi tributa non soluerent, ceteri vero stipendia ad opus militum soluebant. [Liber & ingenuus) Cum stomacho pronunciandum, quasi Antipophora, id est si homo bene natus est licet versus illi facere. Et est aliud liber, aliud ingenuus. [Præsertim census equestrem Summam nummorum, vitioque remotus ab omni.) Id est, eousque (ad) subaudiendum est, in censum equestrem receptus est, aut qui sit professus se habere tantam pecuniam, quantam deberet habere eques. Non enim licebat ante equitem Romanum fieri, nisi habuisset certam summam pecuniæ, hoc est, quadringentorum sestertiorum. [Tu nihil inuita) A superioribus pendet. O Piso, nihil dicas aut facias inuita Minerua, id est sapientia. Inuita autem Minerua facimus, quod est stultitiæ, est autem verbum artificum, inuita Minerua quia ipsa Minerua inter characteres poësis præest. [In Metij descendat iudicis aureis) Aut iudicio Metij, aut nostro, vel patris laudentur aut culpentur. [Nonumque prematur in annum) Si mala sunt carmina, vsque ad nonum annum lateant, & studiosius corrigantur. Missa pro emissa.

POR HOc tibi dictum Tolle memor:) Id est hoc verbum in mēte habe. [Medium, & tolerabile rebus Recte concedi) Quarundam rerum esse mediocritatem. [Consultus iuris, & actor) Consultus iuris aliquis si nesciat quantum Casellius Aulus, iurisconsultus tunc optimus, attamen potest esse mediocris. Nec si quis orator idem potest quod Messala, sciat attamen non esse ideo contemnendum. [Et Sardo cum melle papauer) Corsicum & Sardum mel pessimi saporis est. [Metij iudicis) Metius perdiligens carminum fuit æstimator. [Nonumque prematur in annum) Exemplo Cinnæ poterit vti, vt carmen suum, si malum est, nouem annis dissimulet.

GLA SYmphonia discors) Acronia commentarius exponit symphonia, id est cantor, concentor. Et paullo post. [Sine istis) .i. sine concordi symphonia. Rursus paullo post, Trochos, inquit, Græci quaternarios vocant, q vbi ipse legerit, miror. Porro ad illud. [Quid ni?) Dij boni quantum est verborum ineptissimorum. Sed hæc tot nunc seculis legimus absque iudicio, & satis est Acronis videri, cum fortassis impostoris sint, quanquam quis ille Acron fuerit, plane dubito. [Præsertim census equestrem) Census hoc loco participium est, & summam quadringentorum sestertiorum, intelligo censum equestrem ante Augustum, qui eum postea ampliauit auctore Suetonio. Quadringente autem sestertia decem millibus valent coronatis Francíscis Budæana supputatione.

ASCE Poëti lau QVia Poëta ostendit Artē Poëticā esse difficillimā, quippe in qua nemo verā laudem, nisi qui eam in summo attigerit, meritus sit, ostendit eandem esse dignissimā, quam totis viribus nostris studeamus assequi. Ea namq. est quæ prima homines a feritate ad mansuetudinem, ab incultis, siluestribusq. moribus, ad vrbanos, à cædibus ferinis, ad ciuilem concordiam conuocauit.

Eadem

Eadem est qua præditi non solum summis mortalibus vtpote imperatoribus triumphantibus, verum etiam dijs immortalibus cõparentur. Imperatoribus quidem, & summo cuique victori, quia eadem palma, eademq; laurus fortiter egenti, & eum qui fortiter egerit diuine laudanti, decreta est, neque id quidem abre, aut citra meritum. Nam si victori in iusto bello deorum immortalium gloria, qui triumphus est, decernitur non tam q hostium victor effectus est, quàm quo eiusmodi gloria ad consimilem victoriam mortales animos facile pelliceat, iustissime eadem gloria poëtæ vtpote tantundem, aut eo quidem amplius de republica merenti adiudicatur. Qui etenim fortiter agit, semel quidem, & id paucis conspicientibus facit, qui vero fortia, & inclyta gesta recitat, à mille millies legi, relegiq. potest. Quin adeo non minus poëtarum præconia quam fortissimi ducis dextra in bello profuisse comperta sunt. Homerica si quidem tuba cum alios multos, tum Alexandrum illum Magnum adfortiter agendum inflammauit, vsque adeo vt stans ad sepulcrum Achillis, Fortunatos diceret, illius Manes, qui Homerum meruerint habere preconem. Quod alij sic dictum volunt. O fortunate adolescens qui tuæ virtutis preconem Homerum inueneris. Silius autem Italicus his versibus.

*Felix Aeacida cui tali contigit ore*
*Gentibus ostendi, creuit tua carmine virtus.*

Tyrthæus autem (pro quo quidam apud Iustinum mendose Cytthæum scripserunt. Et ferè omnes legunt Dirçæusq. qui de Pindaro Dircæo .i. Thebano intelligunt, vt Land. iuxta illud Poëtæ Ode ij. Carm. lib. iiij. Multa Dircæum leuat aura cygnum, neque liquido ausim asserere, vtrum a poëta, sit scriptum. Nam licet Tyrthæi historia, quam mox recitabo, Tytthæo suffragetur, tamen quia de insignibus loquitur poëtis, & Pindarus Tyrthæo multo insignior est, videtur de Pindaro posse intelligi, præsertim cum & ipse animos verbibus acuerit, vnde de eo in dicta Ode ij. legimus. Seu deos, regesq canit, deorum Sanguinem: per quos cecidere iusta Morte Centauri, cecidit tremendæ Flamma chimæræ. Lacedæmonios plus quam dexterrimus quisque ducum adiuuit, quem Tytthæum vocari, & Æneas Syluius, seu Papa Pius in ea epistola in qua de laude Poëtica loquitur, & sexcenti alij attestantur. Eius autem historiam Acron recte tangit, dicẽs, Lacedæmonijs diu aduersum Messenios certantibus oracula responderunt, non aliter victoriam posse habere nisi Atheniensem ducem habuissent. Missis Legatis qui hoc ab Atheniensibus postularent. Athenienses in contumeliam ipsis Tyrthæū quendam claudum dederunt, dicentes iuxta ignauiam ipsorum hunc eis ducem posse sufficere, sed oracula quæ promiserunt non frustrata sunt, nam Tyrrhæus licet corpore esset debilis, scripsit tamen carmen heroicum, quo accensi Lacedæmonij in aciem processerunt. sicq. consecuti sunt victoriam. Item Tyrthæus fuit genere Atheniensis poëta deformis omni parte membrorum, is primus tubam inuenit quo etiam Lacedæmonij vsi duce vicerũt Messenios. Nam cum diuturno tempore inter Lacedæmonios, & Messenios bellum traheretur, consuluerunt Lacedæmonij Apollinem, quibus responsum est, non aliter posse vincere, nisi cũ duce Atheniensi pugnarent, quibus Athenienses Tyrthæum dederunt, & ita Lacedæmonij vicerunt, cum hostes nouus tubæ sonus terruisset, hæc Acron, cuius secundæ sententię assentitur Porphyrio. Sed Iustinus in Epitomatis Trogi lib. iij. plenius exequitur historiam, dicens. Interea Messeni cum virtute non possent, per insidias expugnantur. Deinde cum per annos octoginta grauia seruitutis uerbera, pleraq. vincula, ceteraq captæ ciuitatis mala perpessi essent, post longam pœnarũ pœnitentiam, bellum instaurant. Lacedæmonij quoque eo conspiratius ad arma concurrunt, quo aduersus seruos dimicaturi videbantur. Itaque cum hinc iniuria, inde dignitas animos acueret, Lacedæmonij de belli euentu oraculo Delphis consulto, iubentur ducem belli ab Atheniensibus petere. Porro Atheniẽses cum responsum cognouissent in contemptum Spartanorum Tytthæum poëtam claudum pede misere, qui tribus prœlijs fusus, eousque desperationis Spartanos adduxit, vt ad supplementum exercitus seruos suos manumitterent, ijsque interfectorum matrimonia pollicerentur, vt non numero tantum amissorum ciuium, sed & dignitati succederent. Sed reges Lacedæmoniorum, ne contra fortunam pugnando maiora detrimenta, ciuitati infunderent, reducere exercitum voluerunt, ni interfuisset Tyrthæus qui composita carmina pro concione exercitui recitauit. In quibus hortamenta virtutis, damnorum solatia, bellique consilia conscripserat. Itaque tantum ardorem militibus iniecit, vt non de salute, sed de sepultura solliciti tesseras suis, & patrum suorum nominibus insculptis dextro brachio deligarent, vt si omnes aduersum prœlium consumpsisset, & temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturæ possent cum sic animatum reges exercitum viderent, curant bellum hostibus nunciare Messenijs autem non timorem res, sed æmulationem mutuam dedit. Itaque tantis animis concursum est, vt raro vnquam cruentius prœlium fuerit, ad postremum tamen victoria Lacedæmoniorum fuit. Hæc ille. Ad eam ergo victoriam Tytthæi non parum profuerunt carmina. Dijs vero immortalibus in hoc comparantur poëtæ, q Dictæ per carmina sortes, quia (sm Plinium) Heroicum carmen oraculo debetur, abs quo inuentum est. Præterea lyræ solers, & cantor Apollo fuit. Ordo igitur est. Orpheus Theologus ille, & antiquissimus poëta: sacer, quia Musarum sacerdos, & interpres Deorum, qui voluntatem Deorum menti suæ inspiratam mortalibus exposuit, deterruit .i. deterrendo abduxit homines siluestres .i. in siluis habitantes, cædibus .i. à mutuis interfectionibus. sic etiam Bonfinis intelligit. Acron tamen non male de cædibus ferarum intelligit, quia reuera Orpheus non tam à cædibus hominum deterruit, quia Argonautas laudauit, & bellaces multos, quam à cædibus ferarum ob victum. vescebantur .n. tunc carnibus ferinis etiam crudis, vt de Achille attestatur Statius, vnde additur, & fœdo .i. turpi victu, quia nonnulli crudis carnibus vescebantur, omnes vero belluino more viuebant, & dictus est ob hoc .i. quia hoc faciebat, lenire .i. mitigare cantu suo. & demulcere tigres, & rapidos leones, quia homines eorum quibus vescuntur, naturam induunt. Et Amphion vates Thebanus, conditor .i. reparator (sm quosdam) vrbis Thebanæ, quæ est in Thracia, dictus est mouere .i. mouisse, sono testudinis .i. lyræ ex testudine primum factæ, saxa .i. lapides, quibus constructa sunt mœnia Thebana, quia instigauit homines ad ea ex lapidibus construenda, & dictus est ducere prece blanda .i. blandirijs suis, saxa supple eo quo vellet. Sapientia cui homines studebant, fuit quondam hæc .i. in huiusmodi rebus, secernere, id est separare, sacra .i. res sacras, profanis, id est à non sacris, quæ procul sunt à fano, & prohibere, id est arcere homines, a concubitu vago, id est meretricio extra matrimonium, & dare maritis iura, sicut sunt iura dotium, & moliri, id est cum mole, & difficultate facere, oppida, id est operimenta ciuitatum, cuiusmodi sunt mœnia, & incidere ligno, id est tabulis ligneis, leges, id est publicas sanctiones. Ec honor, & nomen venit sic, id est per huiusmodi opera, vatibus .i. poëtis, diuinis, id est diuino spiritu afflatis, & carminibus, id est poematis eorum. Post hoc .s. Orpheum, & Amphionem, Homerus poëta ille insignis, id est illustri, & nobilissimus, & Tyrthæus vates ille Atheniensis, exacuit, id est inflammauit, & acres fecit versibus suis, in bella Martia, id est cruenta, qualia Mars gerit, animos mares, id est viriles, sortes, id est responsa Apollinis, sunt dictæ .i. data per carmina heroica .s. Et via vitæ, id est ratio viuendi vtpote philosophia, est monstrata per carmina. & gratia regum est tentata, id est sollicitata, modis Pierijs, id est Musicis, hoc est proxima via ineundi gratiam regum est eos, eorumq. gesta laudare. Ludus vtpote lyricus, aut potius scenicus, est repertus, id est inuentus, modis Pierijs, id est versibus poëticis. Et finis longorum operum, id est recreatio omnis laboris supple inuenta, est Pierijs modis, id est modulationibus, vel finis, id est laudatio, & merces omnium operum, & ne, id est vt non, vt Musa non sit tibi pudori, id est verecundiæ propter eius vtilitatem, aut difficultatem, Apollo Deus ille magnus, est solers, id est diligenter peritus, lyræ, illius instrumenti Musici, quod à Mercurio inuentum dono accepit, & ita Lyricos commendat, vt prius Scenicos, & inuentus est cantor, id est modulator, q. d. quod Deo honori est, homini pudore esse non posse. Ne quid autem turbes puer, quia diximus Epitomatis, & poëmatis in ablatiuo plurali, quia id docti ferè vsurpant, licet recentiores poëmatibus dicere malint. Cauebis præterea ne cum vulgo Dircæum legas, licet Amphion Dircęus sit, quia manifesta historia Tyrthęum dici probat, & Acronis interpretatio. Cui etiam suffragatur, quòd Homerus dicitur, non Męonius, aut Męonides, vt duo sint propria numina, nam vt vsitate dixeris Mantuanum, & Siculum, ita minus apte Virgilium, & Siculum, sed Virgilium, & Theocritum, sicut hic Homerus, & Tyrthęus, sed acta agimus.

Regula autem est hęc.

Nec vero ob difficultatem contemnatur poëtica prouincia; attendenda est eius vtilitas, ac dignitas. Vtilitas quidem, quia

primi

primi laude digni mores, primæq. leges, ac ciuitates laudandæ à quouis viro eloquentia, & Musis prædito sunt institutę, atque ob gloriam adipiscendam, quam carmina pariunt, conseruatæ. Dignitas vero, quod & Apollo qui oracula sua heroicis versibus edit, Musicæ peritissimus comprobetur, & tam deorum, quàm hominum laudes carminibus contineantur.

Siluestreis homines sacer, interpresq́ deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus.
Dictus ob hoc lenire tigreis, rapidosq. leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet. fuit hæc sapientia quondam:
Publica priuatis secernere, sacra profanis:
Concubitu prohibere vago: dare iura maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno.
Sic honor, & nomen diuinis vatibus, atque
Carminibus venit. post hos insignis Homerus,
Tyrthæusq. mares animos in Martia bella
Versibus exacuit. dictæ per carmina sortes:
Et vitæ monstrata via est: & gratia regum
Pierijs tentata modis: ludusq. repertus,
Et longorum operum finis. ne forte pudori
Sit tibi musa lyræ solers, & cantor Apollo.

IANVS Siluestre s homines) Quo quę que res difficiliorem habet accessum, eo solet esse præstantior, quòd natura non semel includit, quæ pretiosa tulit. Poetica cum nullam recipiat mediocritatem, sane oportet esse pretiosissimã. Eam ob rem eius enumeratur laus ab Horatio, nec immerito, cum poetis hæc vita ciuilis, leges, congregati homines in vrbibus, boni denique mores, quin & omnis religio referantur accepta. Primus Orpheus fertur ad mansuetiores cultus humanum genus redegisse, hunc Ciconæum, vel a Bilatica Thraciæ fuisse aiunt, discerptumq́ à mulieribus, quod marium sectaretur libidinem. Fulmine tamen ictum indicat epigramma de eo in Dio Macedonię insculptum.

*Orphea candenti transfixum fulmine Thracem*
*Cum curua Aonides hic posuere lyra.*

Scripsit de fabulis epigrammata hymnos. Ælianus tradit falsa de eius sapientia narrari, cum Thracum sit nescire literas. Eius cythara dijs volentibus ad Lyrnesia saxa delata est, caput vero a mulieribus euulsum Lesbon appulit, hiatumq. cauernosæ terræ quendam incoluit, vnde consulentibus respondebat. Nec Lesbij Æolesq́ omnes ac finitima Ionia solum concurrebat, sed vsque ad Babylonem responsa transmittebãtur, vnde Cyrus maior accepit. Quæ mea sunt, eadem & tua sunt, mortem innuẽs, quod ille non intellexit. Eius statua in Lybethris ex cupresso Alexandri Magni temporibus emisit sudorem. Fuit & alter Orpheus Crotoniata sub Pisistrato tyranno, qui scripsit Argonautica. [Siluestreis) Et quod in siluis habitarent, & quòd duris, sæuis, fœdisq. essent moribus. [Sacer) Semideus. [Interpres) Vt poëtæ, & theologi, & sacerdotes. [Cædibus) Qui nullis erant coërciti legibus. [Lenire tigreis.) Tolle hominibus sapientiam, & leges, lupus erit homo homini, non homo. Sunt tamen qui fabulam non putent de Orpheo, quod animalium sensus cantu detineantur, cerui enim fistulis capiuntur, cycnos hyperboreos cytharæ cantus adducit, pisces in stagno Alexandriæ strepitu detinentur, fistulis aues alliciuntur, elephanti Indici organica voce permulcentur infantibus crepundia vagitus abrumpunt, fides Delphinis amicitiam hominum persuadent, cantu dirumpuntur serpentes, grandines, messesq. transeunt, manes cientur: laborat Luna. In Lydia insulæ tibiarum cantu mouentur, quid maius loquar? ita diuina carmine placatur. [Thebanæ conditor arcis) Qui Thebas a Cadmo conditas muro cinxit lyræ cantu. [Testudinis) Lyræ. [Saxa) Homines stultos, & duros. [Prece) Suauibus carminibus. [Fuit hæc sapientia) In hoc vno versatur sapientia, vt doceret quomodo esset viuendum. [Vago) Habere vxores communes more ferarum. [Iura) Vt quisque suam haberet vxorem. [Quondam) Cum non erant diuisa, nunc autem non esset sapientia, quia diuisa sunt. [Leges incidere ligno.) Quernis tabulis leges olim scribebantur, cum nondum æris vsus esset. Solon cum in poetica sat clarus esset, leges versibus scribere exorsus est, sic incipiens.

*Legibus hic oro primum rex Iupiter adsit,*
*Fortunamq́; ferat felix, nomenq́; secundet.*

Græcarum etiam vrbium multæ ad lyram leges, & decreta publica recitabant. [Sic) Ex hac sapientia. [Diuinis) Qui deorum interpretes essent, quos Plato vocat diuinos. [Post hos) .s. primos, qui homines cogere esse mansuetiores, post Orpheum, Linum, Musæum. [Dircæus) Emenda Tyrtheus, neque n intelligit de Pyndaro (licet quidam eloquentiæ fluuius fuisse dicatur) sed de Tyrtheo Atheniense, de quo interrogatus aliquando Leonidas respondisse fertur, ad iuuenum animos incitandos bonum sibi videri, quod illius permoti carminibus, tanquam aliquo furore correpti, nullis parcentes periculis in pugnas ruerent.

Hic claudus, luscusq́., & toto corpore deformis, ludibrij causa Lacedæmonijs datus ab Atheniensibus pro duce, cum iam rebus suis diffiderent Spartani, composita carmina exercitui pro concione recitauit, in quibus ornamenta virtutis, damnorum solatia, belli consilia conscripserat, tantumq́ ardorem militibus adiecit, vt raro vsquam cruẽtius pugnatum, victumq́ sit. [Animos) Spartanos, apud quos etiã mulieres virili sunt animo. [Dictæ sortes per carmina) Ante Troiana tempora cum poetæ nõ essent, responsis oraculorum poëtica facultas continebatur, nec solum carmine semper respondebant, verum & responsis poëtæ quasi diuini laudabantur, vt & Homerum felicissimum, & quasi Deum futurum prædixerint. Re Christiana firmata, cœpere oracula conticescere, & Bœotia quæ propter oraculorum multitudinem multiuoca dicebatur, obmutuit. Id factum est postquam per Thamnum nunciatum est magnum Pana perijsse. [Sortes) Vatum responsa per carmina dicta. [Vitæ monstrata via) Hinc Græcorum ciuitates liberos in Poëtica erudiebant, quòd soli poëtæ essent sapientes, vnde alibi Horat.

*Os pueri tenerum, balbumq́; poëta figurat,*
*Mox etiam pectus præceptis firmat amicis,*
*Instruit exemplis: inopem solatur & ægrum.*

Plato & Aristoteles poetarum exemplis, suis dictis persæpe fidem aucupantur, & fons Christianæ eloquentiæ Paullus, Epimenidis Menandriq. dicta vsurpat. Varro, Empedocles, Lucretiusq. philosophiam versibus comprehenderunt. Zeno à Poëtica profectus. Ipsa demum Æneis quid aliud est quam Ethica? Atque nescio quo modo efficacius præcepta salutaria versibus comprehensa in animos hominum dimittuntur. Dicere solitus erat Cleanthes, quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit cum illum tuba per longi canalis angustias tractum patenti ore nouissimo exitu effundit, sic nostros sensus clariores carminis arcta necessitas effigit, negligentius audiuntur, quæ soluta oratione dicuntur, vbi accessere numeri, & egregium sensum adstrinxere certi pedes, eadem illa sententia velut lacerto excussa retorquetur. [Via) Ratio viuendi, id est philosophia. [Tentata modis) Accepta carminibus, & acquisita. vnde illud Ouidij.

*Cura ducum fuerant olim regumq́; poëtæ.*

Sic Aristophanem Ptolemæus, Cherilum etiam pessimum poëtam Alexander, Ennium Scipio, Archiam Lucullus, Virgilium Augustus, Claudianum Honorius, Ausonium Gratianus, in suis maxime reposuerunt. [Ludusq. repertus) Posset de scirpis intelligi i. de nodosis, & de se implicitis Poëmatis, vt enodari non possint Græci ænigmata vocant, de quibus Apuleius meminit Floridorum primo. Vel ludum accipere pro quiete, & animi relaxatione, quæ in Poetica est quàm maxima, atque ideo subiungit operum finem. ni malis referre ad theatrales ludos, quod non placet. [Finis) Quies à magnis laboribus. [Pudori) Ne turpe putes. [Solers,) Docta, perita.

Siluestreis) Siluas habitantes. [Cædibus, & victu fœdo) ACI Quia interficiebant bestias, & manducabant, ipse eos fecit congregari, simulq́. habitare. [Et Amphion Thebarum conditor arcis) Cadmus Thebas constituit, eas muro cinxit Amphion. [Fuit hæc sapientia quondam) Olim poëtæ sapientiam, & eruditionem incultorum hominum prohibebant, id est aliquando fuit hæc sapientia in poëtis, vt docerent quomodo viuendum sit priuatim, vel publice. [Vago) Meretricio. Dicit quomodo poëtæ docendo carminibus suis, hominum, qui modo ferarum viuebant, mitigassent animos. [Sic) .s. propter sapientiam. [Diuinis vatibus) Sacerdotibus adæquauit poëtas. Hoc etiam Mato.

*Quique sacerdotes casti, dum vita manebat:*
*Quique pij vates, & Phœbo digna locuti.*

Tyrthæusq. mares animos in Martia bella Versibus exacuit) Lacedæmonijs diu aduersum Athenienses certantibus oracula responderunt non aliter victoriam posse habere nisi Atheniensem ducem habuissent. Missis legatis, qui hoc ab Atheniensibus postularent, Athenienses in contumeliam ipsis Tyrthæum quendam claudum dederunt, dicentes iuxta ignauiam ipsorum hunc eis ducem posse sufficere. Sed oracula quæ promiserunt, non frustrata sunt. Nam Tyrrhæus licet corpore esset debilis, scripsit tamen carmen heroicum, quo accensi Lacedæmonij in aciem processerunt, sicq. consecuti sunt victoriam. Item Tyrthæus fuit genere Atheniensis poëta, omni deformis parte membrorum. Is primus tubam inuenit. Quo etiam Lacedæmonij vsi duce vicerunt Messenios. Nam cum diuturno tempore inter Lacedæmonios, & Messenios bellum traherent, consuluerunt Lacedæmonij Apollinem. Qui responsum est, non aliter eos posse vincere nisi cum duce Atheniensi pugnarent. Quibus Athenienses Tyrthæum dederunt, & ita Lacedæmonij vicerunt, cum hostes nouus tubæ sonitus terruisset. [Sortes) Responsa Apollinis. [Via) Ratio, hoc est etiam philosophia monstrata est versibus. [Et gratia regum) Carminibus sunt descripti reges, carmina meruerunt amicitias regum. [Et longorum operum finis) Hoc est vt carmen libenter operarentur, & cum delectatione opus ad finem perducerent. [Finis) Laudatio. [Ne forte pudori sit tibi) Ideo, inquit, enumeraui hæc ne erubescas referri in numerum poëtarum, id est. Ideo dixi multa commoda nasci de carmine, ne forte ò Piso, Poëma sordidum videatur. Solers autem proprie dicitur, qui habet peritiam rerum difficilium. [Cantor Apollo) Inuentor citharæ, qui præest Musis.

POR. Sillustreis homines, sacer interpresq. deorum Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus) Orpheus primum poeticam illustrauit, ex hoc dicitur leniisse tigreis, & leones, quia efferatos hominum animos placauerit carmine. [Leges incidere ligno.) Aereis enim tabulis antiqui non sunt vsi, sed roboreis has incidebant leges: vnde ad huc Athenis legum tabulæ, Axones vocantur. [Tyrthæus) Fuit hic genere Atheniensis poëta, omni parte membrorum deformis, primus hic tubæ moderationes dedit ex hac causa. Nam cum Lacedæmonij bellum aduersum Messenios gererent, diuq. traherent dubium Martis euentum, responsum acceperunt ab Apolline, si vellent vincere, Atheniensi duce vterentur, a quibus rogati Athenienses, miserunt Tyrthæum claudum, & luscum, quem deformem crederent, vsi sunt auxilio Lacedæmonij, quibus ille cantum monstrauit tubarum, quarum in auditu territi sono Messenij fugerunt, adepti sunt victoriam Lacones. [Dictæ per carmina sortes) Per versus exametros reddidit responsa Phœmonoë Pyrrho Epirotæ petenti. Aio te Æacida Romanos vincere posse. [Et vitæ monstrata via est) Sententijs sapientium quibus instructa vita est.

GLAR. TYrthæusq. mares animos in Martia bella) Hanc historiam Acron bis narrat, primum verbis suis, vbi ab initio Athenienses in plerisque codicibus perperã pro Messenijs legitur. Secundo verbis Porphyrionis, quæ partim inuertit, pleraque mutilauit. Multi etiam codices Dircæum habent, & Landinus plane ita legit, sed errat. De Tyrthæo præter alios, etiam Str. lib. viij.

*Bonfinis.* CÆdibus, & victu) De cędibus hic intelligendum arbitror, quas inter se illius tempestatis homines exercebant, non de cædibus bestiarum, & ferarum, vt nouit Acron.

ASCEN. NAtura fieret laudabile &c. quia vetus est opinio poëtam nasci .i. sponte Musarum ingenijq. beneficio prodire, oratorem vero fieri .i. diligenti eruditione tradentis, & feruenti studio accipientis. Nec enim dicunt poëtam posse euadere, qui non idem ad hoc natus sit. Proinde diuinus ille Plato inter cetera, quæ de futuro poëta, tradidit indicia, id habet, quòd poëta non sumit artificij sui incrementum. Vnde apud nostros diuinus Maro non minus artificiose seruauit humilem characterem in Bucolicis, & mediocrem in Georgicis, quàm sublimem in Æneide. quapropter Hesiodus apud Græcos dixit, se potum Caballino fonte nullo labore à pecudum custodia ad poëtarum collegium vocatum. Et Ennius apud Latinos dixit, se sola receptione animæ Homericæ repetente poëtam euasisse, qua opinione persuasi multi eruditionem, & studia contemnunt, iactantes sese ad Poëticam natos. Quos Poëta noster hic irridet & eius imitator Persius in principio operis sui, vnde sic dicit. Quæsitum est .i. quæstio, & dubitatio fuit inter grammaticos, & Poëtices studiosos, supple an carmen laudabile .i. dignum laude, fieret natura, id est solius naturæ beneficio an arte .i. eruditione, & scientia per studium acquisita. Ego, inquit poëta, nec, id est & non: non video quid studium, id est diligens exercitatio discentis, prosit, id est proficiat alicui, aut vtilis sit, sine diuite vena .i. benignitate naturæ, qua carmina abundantius proueniunt. Nec video quid ingenium .i. beneficium naturæ nobis ingenitum, prosit rude .i. quod est incultum, & nulla eruditione adiutum, sic .i. vsque adeo, altera res, vtpote ingenium, poscit .i. requirit, opem .i. auxilium, alterius supple rei, videlicet studij, & coniurat amice .i. amicabiliter conspirat, sic vt nunquam quid boni faciat ingenium sine studio, nec studium sine ingenio. Moleste autem fert Poeta solos Poëticæ studiosos eruditionem, & diligentiam contemnere, cum ceterarum rerum possessores tam feruenter studeant, & dicit supple is qui studet contingere .i. alios attingere, cursu .i. currendo, metam optatam .i. limitem statutum in stadio, tulit .i. passus est, & fecit, puer .i. à pueritia, multa, id est multas res, vtpote sudauit .i. sudorem emisit in æstate, & alsit .i. algorem, seu gelu per hyemem sustinuit, & abstinuit Venere, & Baccho .i. luxuria, & vino nimio. Vnde Virg. in carm. de Venere, & vino.

*Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore:*
*Vno namque modo vina, Venusq; nocent.*

Vt Venus eneruat vires, sic copia vini &c. Et supple is tibicen qui cantat Pythia, id est carmen in honorem Apollinis pro Pythone interempto decantatum, didicit prius, & extimuit magistrum, id est nullus ignorans artem Musices, Musicam profitetur etiam in inferioribus rebus, vtpote in ducendis tibijs, nisi forte qui eandem perdidicit, & tamen in arte Poëtica est satis est, id est videtur satis esse, dixisse, id est vt quiuis dicat per iactantiam, ego pango, id est compono, & confício, mira, id est admiranda Poëmata, scabies .i. turpis prurigo, & lepra, occupet, id est inuadat, extremum, id est eum qui vltimus scribet versus. Turpe, id est indecorum est, mihi relinqui .i. vt ego relinquar, & fateri me nescire sane, id est vt sanum decet, quod non didici. Et hoc metaphoricos locutus est poëta vtens translatione à ludo puerorum, ita enim pueri currentes aiunt. Occupet scabies in extremo remanentem, veruntamen quia laus in proprio ore sordet, & non verisimile est multos propria opinione tam illudi, ostendit ad eam assentationem accedere. Ideo dicit Poëta. Vt, id est quemadmodum, sup. facit præco qui cogit, id est compellit, turbam, id est multitudinem populi ad emendas merces, sic Poëta diues agris, & diues nummis positis in fœnore .i. datis ad vsuram, iubet assentatores ire, id est venire, & accedere ad lucrum, vero pro sed, si supple aliquis est qui possit .i. valeat, ponere .i. anteponere, recte, id est debite vnctum .i. obsonium pingue, quod Persius sic interpretatur, Calidum scis ponere sumen, Scis trita horridulum comitem donare lacerna, & qui possit spondere .i. interuenire, & fide iubere pro paupere cliente, sup leui .i. facili, & emaci adulatore, & qui possit eripere, id est liberare implicitum .i. inuolutum & irretitum, litibus .i. contentionibus, atris .i. obscuris, & dubijs, vel nociuis, ego mirabor si ipsi beatus .i. tam diues, sciet internoscere .i. discernere, amicum mendacem .i. adulatorem, & verum. Tu ò maior Pisonum, seu .i. siue, donaris .i. iam donaueris, quid .i. aliquid, cui .i. alicui, seu .i. siue, velis (aut voles) donare .i. donaturus es, nolito ducere aduersus factos tibi .i. à te sup. virum plenum lætitiæ .i. hilaritatis pp bona tua, vel pinguem propter obsonia tua. Sicut in Georgicis. quid faciat læta segetes, quoniam pro quia, talis sup. audiens versus tuos clamabit pulchre sup. versus tuos esse compositos, & bene, & recte, & pallescet .i. præ nimia admiratione se pallidum finget, super his videlicet versibus tuis. Et stillabit .i. effundet, rorem .i. lacrymarum guttas, ex oculis amicis .i. ex nimia lætitia, quam de prosperitate tua habet, qua se amicum significat, & saliet .i. præ nimia lætitia exultabit, & tundet .i. percutiet pede suo, terram, vt .i. quemadmodum, sup. ij qui conducti in funere .i. ad funebre obsequium plorant, dicunt, & faciunt prope .i. quasi plura, dolentibus .i. ijs qui dolent, ex animo .i. de vero corde, sic .i. eodem modo, derisor .i. callidus assentator, mouetur .i. demonstrat se affici, plus vero laudatore .i. eo qui ad verum laudat.

Regula est.

Tametsi quæsitum est, an carmen laudabile fiat natura, id est præstanti ingenio, ac diuite vena naturæ, an arte, id est studio, eruditione, & vt risum est, Democritus (quod etiam asserit

ferit Quintilianus) bonitati naturæ plus concedit, non tamen perfectum (qui ſolus laudatur) poëtam efficiet ſine ſtudio, quo circa cum alijs certaminibus atque exercitijs, qui præmia tollere volunt, multos labores ſubeant, idem poëtis faciendum eſt, qui ſibi placere non debēt nec aſſentatoribus præſertim ſibi obnoxijs ſidem habere.

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæſitum eſt. ego ne ſtudium ſine diuite vena,
Nec rude quid proſit video ingenium: alterius ſic
Altera poſcit opem res: & coniurat amice.
Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitq́. puer: ſudauit, & alſit:
Abſtinuit Venere, & vino. qui Pythia cantat
Tibicen; didicit prius, extimuitq. magiſtrum.
Nunc ſatis eſt dixiſſe, ego mira poëmata pango.
Occupet extremum ſcabies. mihi turpe relinqui eſt:
Et quod non didici, ſane neſcire fateri.
Vt præco ad merceis turbam qui cogit emandas:
Aſſentatores iubet ad lucrum ire poëta
Diues agris, diues poſitis in fœnore nummis.
Si vero eſt, vnctum qui recte ponere poſſi:
Et ſpondere leui pro paupere: & eripere atris
Litibus implicitum: mirabor, ſi ſciet inter-
Noſcere mendacem, verumq́. beatus amicum.
Tu ſeu donaris, ſeu quid donare voles cui:
Nolito ad verſus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ. clamabit enim pulchre bene, recte:
Palleſcet ſuper his etiam ſtillabit amicis
Ex oculis rorem: ſaliet: tundet pede terram.
Vt qui conducti plorant in funere, dicunt,
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo: ſic
Deriſor vero plus laudatore mouetur.

IANVS [Natura fieret) Vetus eſt verbum, naſci poetam, quaſi nullo egeat artis adminiculo. Si .n. vt à nobis antea dictum eſt, poetica nihil aliud eſt q̃ imitatio naturę, quid arte opus eſt ad ea exequenda, quæ nobis ipſa ſuggerit natura, vnde omnis ars profecta eſt, quæ niſi naturam commoueat, nihil egiſſe iudicatur? Quod ſi tanti eſt natura, vt in picturis, ſignis, alijsq́. operibus, ad quorum intelligentiam minus habemus inſtrumenti, recta tamen & praua iudicamus in naturæ imitatione, cuius neminem voluit natura eſſe inexpertem, quippe qui ea omnia in nobis ſentiamus noſtris infixa ſenſibus, cui dubium eſt, ad ea dijudicanda ſatis eſt naturam? Adde quòd ſi ars earum rerum eſt quę ſciuntur, ſitq́. expemtus proſpectis planeq. cognitis, atque ab opinionis arbitrio ſeiunctis, quomodo poteſt eſſe ars in ea facultate, quæ tota ingenio conſtet, & quibuſdā igniculis quaſi diuinis, vt ipſe poëta cum ſua legat obſtupeſcat, admireturq́ illa eſſe orta? Eſt ſane verum magnam & potiſſimam partem poſſidere naturam, cuius vi quædam artis ſimulacra, quarum in nobis habemus ſemina, ſine doctrina mouentur, primamq́. illam vim & ingenium à natura tribui, ꝙ nos acutos faciat ad excogitandum, vberesq́. ad explicandum, quæ nulla poſſunt arte comprehendi, ſed infirma ætate, imbecillaq́. mente vis naturæ per caliginem cernitur, quæ niſi arte confirmetur, progredi longius non poteſt, cumq́. ad illuſtrem naturam ratio quædam confirmatioq́. acceſſerit artis, præclarum, ac ſingulare quiddam ſolet exiſtere, atque vt tota poëtica arte non conſtat, ſic ſine quibuſdam præceptis ab peritis notatis, & obſeruatis bona eſſe non poteſt, ars enim dux certior eſt, quam natura, certas habemus rationes, quæ ordinem habent, & quaſdam errare non patientes vias, quæ ars, cum naturæ conſeruandæ cauſa inuenta ſit, & id quod a natura datum eſt, quia fortuitum eſt, nec ſemper paratum eſſe poteſt, tuetur, & quod deeſt acquirit, nec ſemper tamen ſectanda ars, nam vt naturam æmulam ſuarum virium nonnunquam artem eſſe patitur, ſic irritam quandoque feſſo labore dimittit. Coniungenda ergo vtraque ita, vt altera alterius ope ſuſtentetur. [Quæſitum) Diſputatum eſt longa ventilatione. [Laudabile) Bonum poëma. [Studium) Ars. [Vena) Longo ingenio. [Rude) Non excultum arte. [Non video) Sumptum ex vetuſto iudicandi more. Solebant enim iudices cum ſententiam pronunciabant, addere. Si quid mei eſt iudicij. [Proſit) Prodeſſe poſſit. [Sic) Studium ſine diuite vena. [Opem) .i. natura poſcit auxilium ab arte. [Coniurat) Conuenit, coniungitur. [Qui ſtudet) Non ſatis eſt valere ingenio, nec callere artem, niſi diligentiam adhibeamus, quæ etiam ingenium ex tarditate incitet, & artem cura, & cogitatione adiuuet, & vtriſque quaſi lumen aliquod adhibeat, ars demonſtrat tantum vbi ſit illud quod quæras, reliqua in cura, cogitatione, labore, vigilantia, id eſt diligentia conſiſtunt. Non enim vt quiſque verſum pedibus inſtruxit, ſenſumq́. teneriorem verborum ambitu intexuit, continuo in Heliconem venit. Sudandum eſt vt ad montem Parnaſum perueniamus. [Metam) Meta idem eſt quod inuerſus turbo. κῶνος à Græcis appellatur, at hic pro fine ponitur. [Puer) Iam inde à pueritia aſſueuit, & didicit currere. [Sudauit) In æſtu. [Alſit) In frigore. [Pythia) Pro quibuſcunque poſuit cantionibus. Muſicorum magna eſt cura, non artis ſolum, ſed & vocis, vnde Nero Cæſar pomis abſtinebat, clyſtere vomituq́. augendæ vocis cauſa purgabatur. [Vino) Quod obeſt arterijs, & voci. [Venere) Frequens Venus obeſt voci, & raucedinem concitat, hinc fiebat Comœdis, & ijs quibus vox erat cuſtodienda infibulatio cute quæ ſuper glandem eſt tranſuta filoq́. relicto, donec circa foramina cicatriculæ fierent, tunc imponebatur fibula, quæ erat æneus circulus. [Tibicen) Qui tibia canit. [Prius) Quam dicat ſe peritum. [Nunc) Cum nulla fiat exercitatio, nil laboris impenditur. [Pango) Scribo. Pangi dicuntur verſus figi in ceram, veluti plantæ cum in terram admittuntur. [Occupet extremum ſcabies) Sumptum è ludo puerili, qui in curſura vltimo ſcabiem imprecatur, quaſi omnes præter vnum ſint victores. [Mihi turpe relinqui eſt:) Loquitur ex perſona reſpondentis, qui dum vltimus non ſit, ſat ſecum putat actum belle. [Et quod non didici) Licet poëticam non didicerim, tamen poëmata pulchra pango, & poëticam profiteor. [Præco) Præcones lapide qui in foro ſublimior erat, & editior, populos conuocabant ad emendas merces, & oblata pretia pronunciabant. Argentarij habebant ſummam rerum venalium, ab his accipiebant forarij, a quibus demum coactores nummos exigebant. Quæ volumus emendare, primum diutius nobiſcum tractamus, duobus deinde aut tribus legimus, mox alijs tradimus adnotanda, notasq́. eorum, ſi dubitamus, cum vno rurſus, aut cum altero penſitamus, nouiſſime pluribus recitamus, ſed amicis certis electisq., quibus credamus, quos & tanquam ſingulos obſeruemus & tanquam non ſingulos timeamus. Oriturq́. ex hac recitatione magna vtilitas, vt de quibus dubitat, quaſi ex conſilij ſententia ſtatuat multaq́. multi admoneant & vultus, oculis, nutu, manu, murmureq́. oſtendant, quin etiam ſilentio, quod ſi acre ſit, & intentum, non minor quandoque plauſus, quam clamor redditur. Inſpiciendum tamen, ne quædam ſæpe ſint quæ ſingulis fortaſſe nō placent, omnibus plurimum, vnde Pomponius ſecundus Tragœdiarum ſcriptor, ſi quid tollendum amicus, ipſe retinendum putabat, dicere ſolebat. Ad populum prouoco. Primus omnium Romanorum qui aduocatis hominibus ſua ſcripta recitauit, fuit Aſinius Pollio. qui iniquam cum Cicerone de eloquentia litē habuit, tamq́. paulatim ea res excreuit, vt miſeri poetæ rogarent vltro, & ambirent qui dignarentur audire, & ne id quidem gratis, nam & domū mutuabantur, & auditorium extruebant, & ſubſellia conducebant, & libellos diſpergebant, vt beatiſſimus recitationis eorum euentus conſequeretur. [Poſitis in fœnore) Vnde apparet malum eſſe poetam. [Vnctum) Lautum conuiuium, opulentam, & opiparam cœnam. [Ponere) Apponere. [Spondere) Sponſionem facere, & vadem fieri pro tenui ſupplectile [Eripere) Eximere. [Beatus) Diues poeta. [Plenum lætitiæ) Admonet eos qui, aut acceperint, aut expectent, non poſſe eſſe bonos iudices. [Palleſcet) Ex magna admirationem. [Rorem) Lacrymas præ lætitia. [Vt qui conducti) Præficas intelligit, quæ ante domum mortui laudes eius canebant dictæ ꝙ ancillis lamentantibus præficerentur, præficæq́. vocatæ vſque ad ſecundū bellum Punicum. Populus tandiu adſtabat, quandiu cadauer conſumeretur, cineresq́. colligerentur pronunciabatur, ilicet, interim reſpondebant flentibus præficæ, quæ planctus princeps erat, non doloris. Plautus de præficis, & Lucilius in Horatij ſententiam. Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præfice multo, & capillos ſcindunt, & clamant magis. θρηνῳδοὶ Græce dictæ. Nam & threni lamentationes

nes dicuntur, & θρῆνος Nænia. [Derisor) Adulator qui imponit misero lectori, magna enim iactura oritur ex adulatione, nam etiam si non statim nocet adulator, semina in animo relinquit, sequiturque nos etiam cum ab illo discessimus, resurrecturum postea malum, vt qui simphoniam audierunt, ferunt secum in auribus modulationem, quæ actiones impedit nec ad seria patitur intendi. Sic adulatorum, & prauus laudantium sermo diutius hæret quàm auditur, nec facile est animo dulcem sonum excutere. [Laudatore vero) Proprie dixit laudatorem. Laus non ad vocem refertur, sed ad sententiam, vt laudatus sit ille qui iudicatur laude dignus. Laudatio vero vocem exigit, vnde nemo laudem funebrem, sed laudationem dixit, cuius officium oratione constat.

ACR. NAtura fieret laudabile carmen, an arte. Quæsitum est. Multi quærunt vtrum poëta nascatur, an fiat. Ego vtrunque dico, habere poëtam debere, id est artem, & ingenium. [Sine diuite vena,) Hoc est sine, ingenio bono, & sine natura. [Rude) Stultum, sine studio, & imperitum. [Alterius sic Altera) Vt illud Salustianum. Alter alterius auxilij eget. [Coniurat amice) Conuenit amicabiliter. [Qui studet optatam) Qui studet ad gloriam venire, multa debet perferre, id est sudare, algere, vigilare, abstinere à Venere. [Cursu) Labore & opere, cursu qui primus vult esse. [Sudauit) Per æstatem, scilicet. [Alsit) Per hyemem frigus sustinuit. [Pythia cantat,) Id est Pythonem compositum ab Apolline. [Non satis est dixisse, ego mira poëmata pango) Iactare, & dicere, optimus poëta sum, cum non sim. [Pango) Compono, id est ego possum mira poëmata componere, hoc dicit malus poëta. [Occupet extremum scabies) Ille patiatur scabiem qui extremus componet versus μεταφορικῶς autem locutus est a ludo puerorum. Ita enim pueri currentes aiunt. Occupet scabies in extremo remanentem. Id est ego poëta sum, habeat scabiem qui non est poëta. Hoc ergo ex persona illorum dixit qui dicendo carmina scimus facere, nihil sciunt, volunt tamen se æstimari poëtas. [Mihi turpe relinqui est) Turpe mihi est, vt vltimus faciam carmina. [Sanè nescire fateri,) Ordo est mihi sanè turpe est fati nescire. [Vt præco ad merces turbam qui cogit emendas) Quemadmodum præco voce hortatur populum accedere ad emendas merces proscriptas, ita & poëta diues hortatur assentari sibi in carmine per dona multos. [Assentatores) Blandos, falsos auditores. [Diues agris, diues positis in fœnore nummis) Qui multos agros, & multos nummos habet positos in fœnore. [Si vero est, vnctum qui recte ponere) Id est, qui bene pascat. Vnctam autem lautum conuiuium, vnde in alio loco. Accedes siccus ad vnctum Persius, Calidum scis ponere sumen. vnctum recte appellat pulmentarium bene coctum, & est Satyrice dictum. Si vero sit poëta qui bene pascat, hoc est, si habet eum qui cœnam præparet, bene mirabor si istiusmodi homo possit falsum amicum a vero discernere, nam cum fallus amicus eodem modo eum laudet, & verus, non poterit largus poëta inter bonos malosque habere iudicium. [Spondere) Interuenire, & fidem dicere. [Leui) Tenui & egenti, vel vili. [Tu seu donaris, seu quid donare velis cui: Nolito ad versus tibi factos ducere plenum Lætitiæ) O Piso, seu donasti alicui, seu donaturus es, hoc auditore carminum tuorum ne vtatis, vt pro donis lætetur, nolito pretio aliquem laudatorem tuis versibus locare, ne tuo munere lætus fictas tibi laudes persoluat. [Pulchre bene, recte:) Esse compositos versus. [Pallescet) Pallidus fiet, cum cœperit te falsum laudare, quasi præ nimia admiratione. [Super his) .i. super hæc quæ dixit bene, pulchre. [Stillabit amicis Ex oculis) Ficte laudando, & præ gaudio flendo. [Amicis) .i. assentatoribus. [Vt qui conducti plorant in funere) Hoc est qui conducuntur ad funera, sicut grauiora faciunt vere dolentibus, ita & assentatores plus laudant, quam amicus verus. Item antiqui præficas dicebant mulieres, quæ mortuos alienos conductę plorabant, quod fit in quibusdam prouincijs, à quo beneficijs redimitur.

POR. OCcupet extremum scabies) Hoc ex luso puerorum sustulit, qui ludentes solent dicere. Quisquis ad me nouissimus venerit, habeat scabiem. [Si vero est, vnctum qui recte ponere possit:) Hoc est, si habeas eum qui cœnam præparet. [Vt qui conducti plorant in funere, dicunt,) Alexandriæ, oboli s conducuntur qui mortuos fleant: & hoc tam valde faciunt, vt ab ignorantibus, illorum fuisset credantur qui efferuntur. Hi ergo vocantur Threnodæ.

GLAR. SI vero est, vnctum qui recte ponere possit:) Vnctum recte appellat (idem Acron inquit) pulmentarium bene coctum. Ego vnctum participium esse existimo, & vnctum ponere recte .i. bene tractare eum qui è balneo vnctus ad cœnam veniebat, more priscorum.

ASCEN. VT in præfatione nostra diximus, auctor in eale aperis sui potissimum ad diligentem castigationem enhortatur, quippe cuius negligentiores Romanos offenderit. Ceterum, quia dicere instituerat quis minus idoneus sit castigator, vtpote qui mensa tua captus est, pergit ostendens solertiam, & prudentiam veterum regum .i. principium conuiuiorum, quos res cum alij, tum Martialis persæpe vocat, quorum morem sic exponit Reges .i. prædiuites viri dicuntur, vrgere .i. torquere, multis culullis .i. calicibus vinarijs. Est .n. diminutiuum à culeo, qui est saccus, siue vter ex corio, in quo vinum reponebatur. Vnde Poëta Catm.].

*Diues, & aureis Mercator exsiccet culullis.*

Vina Syra reparata merce, quia vero subobscure dictum videri potest, declarat sequentibus more Virgiliano, dicens. Et pro .i. dicuntur torquere mero .i. dicuntur contrahere ad confessionem puto vino, eum supp. quem laborant (aut laborent,) id est conantur, perspexisse .i. perfecte cognouisse, an sit dignus amicitia, quasi dicat, diuites, vt capiant, vina bona proponunt, quia ebrius, & pueri, & fatui dicent tibi verum. Tu autem miser, vt capiaris. Verum vt noscat Piso quis bonus sit castigator, & quodnam eiusdem officium, pergit dicens. Si condes carmina, animi latentes sub vulpe, hoc est sub dolo vulpino, nunquam fallant te .i. caue ne te fallent ingeniosi homines laudantes mala carmina, sicut in Apologis Æsopi illius Phrygij fabulatoris: Coruus illusus est a vulpe, & emunctus caseo, quem in ore ferebat, dicebat enim vulpes pulcherrimam fora auium si canere sciret qui captus laude, & canere incipiens, caseum demisit, quo habito, quæ prius laudauerat, deridere cœpit, sed si tu recitares quid .i. aliquid compositionis tuæ. Quinctilio videlicet Vario Cremonensi poëtæ, & Virgilij amico, aiebat .i. diceret ad te, sodes, quod blandientis est, quasi dicat, si audes puer, corrige hoc, & hoc .i. hunc, & hunc errorem, si supp. negares te sup. posse facere melius, iubebat .i. iuberet, te expertum .i. quem expertus esset bis, & ter frustra supp. operatum esse delere .i. penitus deponere, vel potius sic iubebat te expertum bis, & ter frustra supp. operatum esse, delere .i. penitus deponere, vel potius sic. Iubebat te expertum bis, & ter frustra .i. qui fecisti periculum, an posses carmen tuum inconditum resarcire frustra .i. in vanum, delere versum, & nouum facere, & reddere incudi .i. nouo artificio componendi versus, male tornatos .i. male compositos, sed si tu malles .i. magis velles, defendere delictum, id est errorem tuum, quam vertere, id est corrigere, nullum, id est non vllum, non sumebat vllum verbum, aut supp. vllam operam, inanem, id sine vtilitate vltra, quin, id est quo minus, amares te, & tua supp. carmina, solus sine riuali, idest æmulo riuales, enim sunt vnius amatores, qui sæpe inter se rixantur quod tractum est à rusticis, vel à tauris ad vnum riuum conuenientibus. Vir bonus, & prudens reprehendet versus inertes, id est sine grauitate, & arte factos, & culpabit duros, id est male sonantes, & allinet, id est apponet atrum signum, id est maculam atramenti, calamo transuerso, id est penna per transuersum ducta, incomptis, id est versibus ornatus, & recidet, id est amputabit, ornamenta ambitiosa, id est superflua, & ad solam pompam facta, & coget pare versibus parum claris, id est obscuris. lucem, id est claritatem, & arguet, id est damnabit, dictam, id est quod dictum est, ambigue, id est dubie, & notabit, id est nota indicabit, mutanda, id est quę debeantur mutari, & fiet Aristarchus, id est Aristarchi similis, qui grammaticus Homeri carmina annotauit verubus, & stellis, quem imitatus etiam est Hieron. noster. Nec supp. vir bonus, & prudens dicet, id ego offendam, id est lædam amicum, in nugis, id est rebus vilibus? qualia sunt carmina incondita. Ideo autem non dicet hæc, quia hæ nugæ, id est huiusmodi facilia carmina, & incondita, ducent, id est afferent seria mala, vtpote malam dicendi consuetudinem, & incorrigibilitatem, quod in Arte Poëtica grauissimum peccatum est.

Regula est.

Sicut reges, id est principes, parasitos, & ceteros familiares vino torquere solent, vt, quam ieiuni dissimulant, ueritatem fateantur, ita poëta aduigilare debet, ut de carminibus suis uerum obtineat iudicem, qualis Poëtæ tempore erat Quinctilius. Nec tamen satis est bonum iudicem obtinuisse, nisi illi obtemperaueris.

Laborent)

Reges dicuntur multis vrgere cululllis,
Et torquere merô, quem perspexisse laborent:
An sit amicitia dignus. si carmina condes:
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.
Quinctilio si quid recitares, corrige sodes
Hoc aiebat, & hoc. melius te posse negares
Bis, terq; expertum frustra, delere iubebat:
Et male tornatos incudi reddere versus.
Si defendere delictum, quàm vertere, malles:
Nullum vltra verbum, aut operam sumebat inanem:
Quin sine riuali teq; & tua solus amares.
Vir bonus, & prudens versus reprehendet inerteis:
Culpabit duros: incomptis allinet atrum
Transuerso calamo signum: ambitiosa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambigue dictum: mutanda notabit:
Fiet Aristarchus: nec dicet, cur ego amicum
Offendam in nugis? hæ nugæ seria ducent
In mala derisum semel, exceptumq; sinistre.
Vt mala quem scabies, aut morbus regius vrget,
Aut fanaticus error, & iracunda Diana:
Væsanum tetigisse timent, fugiuntq. poëtam,
Qui sapiunt: agitant pueri: incautiq. sequuntur.

IANVS L[Aborant:) Student, cum laborare tentãt [Cululllis,) Multis pocul is, & cibis. [Vrgere) Pingere. [Condes:) Si recitabis poemata. [Sub vulpe) Non decipient te callidi, vafri, & astuti non vulpinabunt [Quinctilio) Hic ille est Quintilius Varus emunctissimi in iudicandis poëmatis ingenij iudicijq., cui emendandi Virgiliani operis ab Augusto demãdata est cura. Qui in Germania cum tribus legionibus legatis, auxilijsq. cæsus est qua clade tãtum consternatus est Augustus, vt caput foribus illideret vocifer ans, Quintili Vare redde legiones. Suetonius auctor. [Sodes) O amice, si audes. [Delere) Totum opus. [Male tornatos) Male politos, & compositos. [Vertere,) Mutare, & emẽdare [Inanem:) Quæ nihil afferat vtilitatis, & lucri. [Riuali) Nemo præter te amaret tuum carmen. [Vir bonus,) Officium boni iudicis describit, qui pro nihilo ducit si amicũ suo offendat iudicio, dũ admoneat errorum. Illi .n. patientissime reprehendũtur, qui quammaxime laudari merẽtur. Versatur autem potissimum emendatio in adijciendo, detrahendo, mutando. Docta auris, in parum expletis desiderat, fragosis offenditur, leuibus mulcetur, & contortis excitatur, stabilia probat, clauda deprehendit, redundantia ac nimia fastidit. Legem vero emendationis ipse Horatius exequitur in epistolis vltimis. [Incomptis) Non accuratis. [Allinet) Superinducet. [Transuerso) Non prouerso, nec recto, sed in latus ducto vnde transuersus versiculus Ciceroni ad Atticum. Aduersa carta Marsidi. [Atrum) .i. delebit omnia. [Ambitiosa) Luxuriosa, redundantia. [Claris parum) Breuibus, obscuris. [Notabit:) Asterisco, obelisco, cerula miniatula. [Aristarchus) Criticus & grammaticus cui à Pisistrato demandata est cura. Homericorum carminum in vnum corpus redigendorum. Qui simul ac offenderat malum carmen, negabat Homeri esse. Rapsodiæ ob eam rem dicuntur Homeri libri, quasi in vnum volumen consuta carmina. Carmina autem Homerica in theatris cum virga pronunciabant Homeristæ, hinc apta virgæ carmina, in Floridis Apuleius, à qua virga poëtarum interpretes Rhabduchi a Platone dicuntur. [Nugæ) Quas tu nugas putas esse. [In mala seria) Incipiet enim ex illo insanire poëta, nec deinde proficiet, magnos enim plerunque profectus perdidit arrogans de se persuasio. [Sinistre) Contrarie, in malum suum omen. [Regius morbus) Quem & Arquatum, & Auriginem vocant, colore potissimum detegitur, cum in oculis quod album esse decet, fit luteum, totumque corpus cum pallore quodam albescit. Regius putatur ductus, quod eo laborantes basilice curantur, exercitatione, frictione, si hyems sit, balneo, si æstas frigidis nationibus, lectoque & conclaui cultiore clauso loco, ludis & lasciuia adhibitis, per quæ mens exhilaretur. [Fanaticos) Vt sunt lymphati, laruati. nam in templis, & sacris locis corripiuntur sacro furore, & diuino. [Iracundia Diana) Quam nemini licuisse videre impune, testis est Actæon. [Væsanum) Minus sanum, cuius mens quodam motu perturbata sit vnde exisse potestatem dicitur, ꝙ in mentis potestate, cui totius animi regnum tribuitur, non sit. [Qui sapiunt) Qui prudentes sunt. [Timent tetigisse) Ne quid ipsi contrahant insaniæ excogitatione. [Agitant) Pretereuntem insequuntur. & eius augent insaniam. [Incauti) Qui nesciunt quam magnum sit periculum insanos insectari.

ACR. R Eges Dicuntur multis vrgere cululllis) Reges .n. quos volunt recipere in amicitiam, multo mero inebriãt, tentantes an per potum quæ habent secreta prodant. Docet autem hoc loco multa cura, & studio adsciscendos amicos esse. [Cululllis) Id est, calicibus, & est diminutiuum à Culeo, vt alibi. Ipse dines, & aurei mercator exiccet cululllis.

Vina Syra repata merce.

[Et torquere mero,) Id est trahere ad confessionem, id est vino explorare ingenia dignorum amicorum. [Perspexisse) Præuidere. [Condes:) Compones: vt,

Respondere paras, seu condis amabile carmen.

[Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.) Ingeniosi homines laudant mala carmina, ideo vt te fallant astutia animi, qui cum sint vafri, & subdoli, innocentem ferunt vultum, quasi vulpes in Æsopi fabula contra coruos. [Sub vulpe) Sub impostutis adulantium, sub dolo. Vulpes enim dolosum animal est, vt in Æsopi fabula, sic & qui versus facis, ex fictione facile adulantium potes subdolos animos præuidere. [Quinctilio si quid recitares,) Hic Quintilius erat Varus poeta Cremonensis amicus Virgilij. [Hoc aiebat, & hoc.) Maledictum dicebat malo poëtæ, vt corrigeret malos versus. [Melius te posse negares) Deest (si) id est, si negasses te meliora carmina posse facere, iubebat vt denuo versus corrigerentur, quemadmodum ferramentum maleductum, redditur incudi, & bene ibi formatur. [Male tornatos) Male compositos. [Vertere) Corrigere, mutare. [Quin sine riuali teque, & tua solus amares) Sine riuali amantur carmina, quando ab eo solo amantur qui facit ea. Riualem autem pro æmulo posuit. Riuales enim sunt vnius meretricis amatores, hoc tractum est ab antiquis. Riuales enim dicebantur qui in agris riuum haberent communem, & propter eum sæpe disceptarent. [Inertes) Sine grauitate factos. [Duros) Male sonantes. [Incomptis) Id est, non bene sonantibus, non bene currentibus, sine œconomia scriptis. [Allinet) Id est, apponet. [Signum) Notam culpæ significat, nam notari vitium male formatum dicimus. [Transuerso calamo) Transuersum ducta penna, vitia carminum maculabis. [Ambitiosa) Superflua. [Arguet ambigue) Amphibologias vituperabit. [Mutanda notabit) Designabit, certa faciet, quæ mutari debent. [Fiet Aristarchus) Nomen Græci grammatici, qui Homeri carmina adnotauit. Ille ergo iudex etiam optimi poëtæ fiet, quod Aristarchus Homerum emendans hoc signo notauit versus, quos iudicauit Homeri non esse. [Nec dicet, cur ego amicum Offendam in nugis) Sicut multi dicunt. Cur ego debeo corrigere amicum in suo errore. [In mala seria) In malas necessitates, si non fuerit emendatus, irrisio laudati, in alijs maioribus ipsum docebit errare. [Sinistre) Contrarie, quia vt superius dixit.

Nescit vox missa reuerti.

Et ideo postquam mali poëtæ carmina publicant contraria, ab omnibus excipiuntur, irrecuperabiliter deridentur, sicut scabies, & regius morbus, ceterique morbi quos ipse dicit, sunt incurabiles adeo, vt vix aut nunquam possint curari. [Regius) Quem quidam dæmoniacum, alij comitialem, alij arquatum vocant, quem Græci ικτερι dicunt, quibus oculi viridescunt. [Aut fanaticus error) Fanaticum errorem pati dicuntur qui à Fanis percutiuntur, id est qui lymphatico agitatur. [Iracunda) Læsione, offensa. [Agitant) Persequuntur. Nam pueri prætereuntibus illudere soliti, quos insectantur, in dementiam compellunt. [Incauti) Qui possunt lædi ab insano poeta.

PO R Eges dicuntur multis vrgere culullis) Reges enim quos volunt recipere in amicitiam, multo mero inebriant, tentantes an per potionem, quæ habeant secreta, prodant. Et torquere mero. [Hoc est potrahere ad confessionem. Animi sub vulpe latentes) Sannatores, & mydtonas appellamus qui benigne irrident. [Quinctilio si quid recitares) Hic erat Quintilius Varus Cremonensis amicus Virgilij equos Romanos. [Et male tornatos incudi reddere versus) Hoc est, denuo versus scribere, quo modo ferramentum male formatum, redditur incudi,

incudi, vt ibi formetur. [Qui sine riuali) Æmulum riualem dixit. [Incomptis allinet atrum Transuerso calamo signum) Significat reuiutat versum male formatum. [Fiet Aristarchus) Hic Homeri carmina adnotauit. Ille ergo iudex etiam optimi poëtæ, Aristarchus fiet. [Aut fanaticus) .i. qui lymphatico agitatur. [Agitant pueri, incautiq. sequuntur) Nam pueri prætereuntibus illudere solent, & quos insectantur, in dementiam compellunt.

GLAR. IN mala derisum semel, exceptumq., sinistre Acron coniungit carmen hoc cum prioribus, exponitq. in mala feria .i. malas necessitates. Alij disiungunt à prioribus, connectuntq. cum posterioribus. Sed est obscurius dictum vtrouis modo coniungas.

DOCT. interpr. ET torquere mero) Passim.n. vino auctores veritatem attribuunt, quoniam tollit animi fucum, & quicquid in pectore est conditum, in apertum prouocat. Vnde diuinæ literæ vetant dari regibus vinum, quod ibi nullum sit arcanum vbi regnet ebrietas. [Tua solus amares) Sine riuali diligere dicuntur, qui stulte mirantur quod nemo alius concupiscat.

ASCEN. IN mala, hic ostendit quo dementiæ perueniat poëta malus sibi placens, & incorrigibilis, eo .s. vt veluti fera quæuis ab omnibus vitetur, quòd si quem arripuerit, ad satietatem vsque longa recitatione torquet. Ordo autem in principio (secundum Acronem) est continuandus cum superioribus, vt sit, Hæ nugę ducent in mala feria .i. in malas necessitates. Potest tamen sic accipi, vt .i. quemadmodum, supp. is quem scabies mala .i. quoduis genus lepræ, aut morbus regius, quem quidam dæmoniacum, alij comitialem, alij arquatum vocant, & quem Græci ἰκτερὸν dicunt, vrget .i. torquet, aut error fanaticus .i. furor, quo percutiuntur, qui a Fanis tanguntur, & lymphatico agitantur, hoc est qui alicuius numinis furore vexantur, qui & lymphatici, & Cerriti dicuntur. Et sup. is quem Diana iracunda .i. offensa, & læsa, vrget .i. persequitur furore subaudi ab omnibus fugitur. sic omnes qui sapiunt timent tetigisse poëtam vęsanum .i. male sanum, & deprauatum, que, pro &, fugiunt eum sup. derisum in mala .i. in malum eius, quia sine emendatione, & exceptum .i. incorreptum semel, sinistre .i. sine vtilitate eius. & pueri agitant .i persequuntur, vt insanum, & incauti, vt indocti qui vitiosum hominem cauere nesciunt, sequuntur .i. imitantur. Potest etiam construi sine subauditione verbi, sic: Qui sapiunt timent tetigisse poëtam væsanum, & fugiunt poëtam derisum semel in mala, & exceptum sinistre, vt eum quem mala scabies, aut eum quē morbus regius vrget. Hic .i. huiusmodi malus, & incorrigibilis poëta dum sublimis .i. gloriosus, & sibi placens, ructatur .i. eructat, & euomit versus suos, vel dum ructatur .i. eructat, & euomit versus suos sublimis .i. magnificos, & altiloquos, & errat .i. captus furore illo vagatur, si decidit .i. deorsum cadit, veluti auceps .i. captator auium, intentus .i. operam dans, merulis supp. capiendis (& est Merula auis quæ mera .i. sola volat, cum sturni gregatim volent) in puteum ue pro vel foueam, licet clamet longum .i. longo tempore, Iò ciues .i. ò boni vicini, & conciues mei succurrite mihi sup. pereunti, non sit sup. aliquis qui curet tollere .i. erigere eum ex fouea, quod si quis curet ferre opem .i. auxilium, & demittere .i. deorsum in puteum mittere, funem .i. restem, vel chordam, qua eum extrahat, ego .i. quiuis astans, dicam .i. dicere possit, qui scis .i. quomodo scis an qui in puteo est, prudens, id est sciens, & volens, deiecerit se huc .i. hunc puteum, atque nolit seruari? Et ego narrabo .i. quiuis astans narrare poterit, interitum .i. mortem, poëtæ Siculi, videlicet Empedoclis. Et dicam, Deus immortalis haberi &c. Pro hoc contextu intelligendo prius quam pergamus, operæpretium est cognoscere vim similitudinis aucupis, & poëtæ errabundi in foueam decidentis, quæ tracta est ex Apologis. Aucupes enim aucupio intenti, vt aues emissas recipiant, miro modo clamare solent, & sese nōnunquam ne auibus capiendis terrori sint, in puteos ac foueas demittere. Quorum clamore excitati agricolæ vicini, & accurrentes, vt auxilium ferant, ab ipsis cum derisu, & execratione dimissi sunt. Euenit autem postea, vt ijdem aucupes capiendis auibus nimium intenti in non præuisas foueas inciderent. Et cum clamarent Iò ciues succurrite, propter illusionem præteritam nullus accurrit, & ita submersi sunt. Similem fabulam habet Æsopus, de pastoribus sæpe falso contra lupum auxilium petentibus, quod cum vere petebant, non habebant. In hoc autem est aucupi similis poëta, quòd cum sæpe correptus, noluit ab errore discedere, si in foueam deciderit, credatur prudens, & volens incidisse. Bene autem dicit poëta prudens, non prudenter, quia multi scientes, & prudentes peccant, nemo scienter & prudenter. Empedoclis, autem historia sic ab Acrone recitatur. Empedocles fuit Agrigentinus philosophus Pythagoricus qui se in flammas Ætnæ montis Siciliæ iniecit immortalitatem affectans, vt videlicet in cœlum credatur translatus. quod eius crepidulæ prodiderunt, quas flamma eructauit, æreis enim vsus fuerat. Is dicebat ingenia frigido circum præcordia sanguine impediri. Crepidulæ sunt quas soleas vocant. Ordo igitur est. Empedocles dum cupit haberi .i. iudicari Deus immortalis, frigidus, id est male sanus, insiluit Ætnam .i. montem Siciliæ ardentem, Et igitur sit ius, & liceat poëtis, quod licuit philosopho nimis insano, sup. is qui seruat .i. eripit à morte, inuitum .i. volentem seipsum occidere, facit idem .i. simile, occidenti .i. qui occidit, & interficit. Cuius dicti rationem sic Landinus colligit: Si quis, inquit, seipsum perdat, idem ille erit, & cædens, & cæsus. Hunc igitur si seruabis, non solum eum seruabis qui occidebatur, sed eum quoque qui occidebat, & ita erit similis occidenti. sed non procedit hæc ratio. Mens enim dicentis est, quòd tantum peccat, qui volentem mori saluet. ac qui nolentem interficiat. Et rationem subiungit, quia, qui semel ita affectus est, vt seipsum velit occidere, nunquam postea erit homo .i. sanæ mentis, vt more humano superuiuere velit. Et ita tanto, aut maiore malo affeceris seruando volentem mori, quanto bono priuaueris volentem viuere occidendo eum. Neque requiritur extrema varietas hic ex inuidia contra poëtam malum loquentis. Inducitur .n. quiuis de vulgo ipsum in fouea deprehendens, & dicens ipsum furore proprio, propter grauissimum crimen in eam incidisse. Et addens nec pro & non, & supple poëta hic non fecit semel supple duntaxat, immo frequentissime, hoc quod nunc fecit .i. non semel præcipitauit sese in foueam. Nec & non, & si erit retractus .i. iterum extractus, non erit iam .i. post hac, homo .i. sanæ mentis, & .i. non ponet .i. deponet amorem .i. cupiditatem mortis famosæ, qua seipsos occidentes pereunt, sicut Annibal, & Cato. Nec apparet satis .i. non est satis cognitum, & perspectum, cum (aut cur) factitet versus .i. cum sit sæpe insanus vtrum minxerit in cineres patrios .i. patris, & an ipse incestus .i. incesto pollutus, mouerit .i. violauerit, & perturbauerit, bidental triste .i. locum fulmine tactum, & bidente piandum quem nefas erat tetigisse. Vnde Persius Sat. ij.

*An quia non fibris ouium, Ergennaq; iubente*
*Triste iaces lucis, euitandumq; bidental etc.*

Certe .i. quæcunque causa fuerit, certum est quòd fuit, ac pro & ipse recitator carminum suorum acerbus .i. ingratus, iniucūdus, fugat indoctum, & doctum .i. omnes mortales, velut .i. sicut, rursus animal illud ferox, si valuit frangere clathros .i. cancellos, & oppositiones hostiorum caulæ suæ, vero pro sed, tenet .i. detinet, que, pro &, occidit .i. interficit, & necat legendo .i. recitando malos versus suos quem arripuit .i. in fuga capere potuit, existens hirudo .i. tanquam hirudo .i. sanguisuga, non missura .i. talis quæ non dimitteret cutem plenam sanguinis, nisi sup. sit plena cruoris .i. sanguine saturata. Est autem discrimen inter harundinem, hirundinem, & hirudinem. Nam harundo canna est, hirundo auicula, & hirudo sanguisuga, quæ sanguinem exugigit. Tangit ergo vltimo loco vitium inepte, & moleste recitantium, de quibus Iuuen. Sat. j.

*Semper ego auditor tantum, nunquam ne reponam*
*Vexatus totiens rauci Theseide Codri?* Et alibi,
*Et Augusto recitantes mense poëtas.*

De quibus etiam Poëta noster sæpe in Sermonibus meminit. Sed canendum est nobis receptui.

Regula autem est hęc.

Summopere cauendum est, ne in opinione nostra persistentes, incorrigibiles simus, & dum gloriam captamus, omnibus ridiculi simus. quod vitium pulchre vitauerimus, si sapientum iudicio auscultauerimus.

Hic, dum sublimeis versus ructatur, & errat:
Si veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum, foueam ue: licet, succurite, longum

ZANVS SVblimeis) Vel ad recitationem alludit eorum, qui solebant esse in foro, & quandoque recitatores supra cippum se imponere, vt de Caluo legimus, vel (sublimen) pro (turgido) accipit, & elato. [Ructatur,) Id est temere, & nullo consilio euomit

Clamet, io ciues: non ſit, qui tollere curet,
Si quis curet opem ferre, & demittere funem:
Qui ſcis, an prudens huc ſe deiecerit? atque
Seruari nolit? dicam, Siculiq. poëtæ
Narrabo interitum. deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles: ardentem frigidus Aetnam
Inſiluit. ſit ius, liceatq. perire poëtis.
Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.
Nec ſemel hoc fecit: nec ſi retractus erit: iam
Fiet homo: & ponet famoſæ mortis amorem.
Nec ſatis apparet, cur verſus factitet: vtrum
Minxerint in patrios cineres: an triſte bidental
Mouerit inceſtus. certe furit: ac velut vrſus,
Obiectos caueæ valuit ſi frangere clathros:
Indoctum, doctumq. fugat recitator acerbus:
Quem vero arripuit, tenet, occiditq. legendo,
Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.

mit. [Errat) Non ſolum corpo re, ſed ſcribendo. [Decidit) Exẽplo Thaletis Mileſij, qui irriſus eſt, ꝙ dum intentus nocturna ſidera inſpicit, in puteum deciderit, nec viderit quæ erant ante pedes, dum remotiſſima inueſtigat. Huiuſmodi erit poeta, qui dum ſibi ipſi applaudit, & inania nubesq. ſectatur, in manifeſtiſſimos errores, tanquam in ignorantiæ puteum decidit. vnde ſi auxilium petat, nemo ſit qui manum, vel funem porrigat, ꝙ putat volentem illum illuc ſe demiſiſſe. quippe qui admonitus non vitarit. quin & timebunt omnes auxilium ferre, ne ſi rurſus ſe p̄cipiter. oleum perdant, & operam. [Intentus) Qui ſectatur. [Io) Exclamãtis eſt. [Longum) Multum: vt, Longum ſorinoſe vale diuq.. [Succurite) Adeſt e ciues, & opem ferte. [Demittere) Magnitudinem ſignificat putet, vt illud Virgilij. Demiſſi per funem quo ſignatur equi magnitudo. [Poëtæ) Empedocles fuit Didaſcalius poëta, qui verſibus philoſophiam comprehendit, vt immortalis à ſuis crederetur, in Ætnam ſe præcipitauit. & iam voti compos fuiſſet, ni illum crepida flammis emiſſa, quibus æneis vtebatur, prodidiſſet. [Dicam) Illi volenti afferre auxilium, & funem demittere poëtæ, qui per imprudentiam ceciderat in puteum. [Siculi) Melij Agrigentini. [Haberi) Dici, exiſtimari a ſuis diſcipulis. [Frigidus) An ad eius alludit opinionem, qui hominum ingenia frigido circa precordia ſanguine impediri aiebat? an potius frigidus pro ſtulto poſuit, & ſegni? qui ſi quid hominibus perſuaſiſſet, ideo ſe immortalem perſuadebat futurum. [Ætnam ardentem) Quæ plurimis locis ignem euomit. non editijs ſolum, ſed adiacentibus. vnde cur vnicus mons à Meſſala, & Valgio dictus ſit, dubitare ſe ait Seneca. [Liceat perire) Nihil tam in poteſtate hominis eſt, ac mors, vel teſtis Portia. libertatem autem mortis velle eripere, hæc quidem vis eſt. [Idem facit occidenti) Idem facit ac ſi occideret, vtrunque .n. vim eſt inferre. Veteres, Facio idem tibi, dicebant Græca conſtructione .i. idem quod tu facis. [Nec ſemel) Quod condonandum eſſet, nam (ſemel) vicinium eſt ad (penè nunquam) ex eodem ſenſus eſt, quod Craſſum ſemel in vita riſiſſe ſcribit Lucilius, vnde illud Virgilij. Tum primum noſtri Cacum videre timentem. Id eſt ſemel. [Nec fiet homo) Brutum erit animal, nihil ſapiet, vt illud Terentianum, Cenſen' hominem me eſſe? vel refert ad Empedoclem, ob cupiditatem famæ immortalitatis adipiſcendæ. [Amorem) Cupiditatem. [Famoſæ) Diuulgatæ, celebratæ, vel infamis. Anima enim in corpore dimittenda eſt arbitrio eius qui dedit. [Nec ſatis apparet) Non liquet, id eſt furentis ſunt carmina, ſed ignoratur quo læſo numine is illi furor ſit immiſſus, vtrum impius in patrios manes, an loca ſacra violarit. vtcunque vitandus eſt & fugiendus, ne ſi nos arripuerit, malorum carminum lectione enecet. [Minxeris in cineres patrios) Magna quondam fuerat ſepulcrorum religio, vt etiam extra gentem inferri fas negarent eſſe, illa violare capitale erat, nulla videleri neque moueri poterant, atque vt cetera extinguebantur, ſic ſepulcra vetuſta ſanctiora reddebantur, ac locus ipſe multa religioſa iura complectebatur, qui io loco publico eligi non poterat, ſed extra vrba ſecus vias. quin & ſepulcra mutare non licebat, vnde illud diploma vetuſtum, Cum ante hos dies coniugem, & filium amiſerim oppreſſus neceſſitate, corpora eorum fictili ſarcophago commendauerim, donec his locus quem emeram, ædificaretur via Flaminia inter miliatia ſecundum, & tertium euntibus ab vrbe parte læua rogo domine Imperator, permittas mihi in eodem loco in marmoreo ſarcophago quem mihimodo comparaui, ea corpora colligere, & quando me eſſe deſiero, pariter cum eis ponar. Placet Lubentius Celſius pro magiſter ſubſcripſi. Tertio Nonas Nouẽbres Antio Pollione, & Optimo conſulibus. [Cineres) Comburebant enim corpora Romæ ab ipſa populi Romani infantia. vnde lex in duodecim tabulis, In vrbe non ſepelito, néue vrito. [Bidental) Loca tacta fulmine, acri ſtudio procurabant maiores noſtri, ſacerdotem adhibebant, colligebantque diſperſa fulminis veſtigia, terræq. ſacris rite peractis, conſtructa ara cæſaq. bidente eum locum bidẽtal appellabant, quem violare piaculum erat. [Inceſtus) Pollutus. Inceſtum dicitur quæcunque pollutio. [Mouerit) Violauerit ligone vel aratro. [Triſte) Quod in malorum ꝓcuratione fieret, ſic & Perſius.

Triſte iaces lucis euitandũq. bidental.

An potius triſte dixit, quod quædam ſint fulmina læta quæ cum à prima cœli parte venerint, & in eandem conceſſerint, ſummã portendant felicitatem? [Inceſtus) Eo ipſo, quòd mouit bidental. [Certe) Agatur, inquit, quouis ſcelere furioſus eſt. [Caueæ) Caueam ne pro arena poſuit, in qua feræ exhibebantur, quam & Virgilius pro cõceſſu populi accipit in quinto libro? an caueam receptaculum intelligit, qua non ſolum auiculas includi mos erat, ſed & feras ad ludos? quã aulam vocat Petronius is carm. *Premit aduena claſſes*

*Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula,*
*Vt bibat humanum populo plaudente cruorem.*

Sed nec imperite, cum caula ſeptum ouium, Græcum ſit nomen addita c, litera (Clatros) Cancellos, repagula, quæ pede inter ſe diſtent, vnde clatrata feneſtra, Plauto ac Catoni, clatrare, Columellæ. Propertius.

*Et canis in noſtros nimium experrecta dolores:*
*Cum fallenda meo pollice clatra forent.*

Et Virgilius, inſertas feneſtras dixit, id eſt clatratas. [Recitator) Qualis Ligurinus ille apud Martialem. [Hirudo) Apta ſimilitudo. vt enim hirudo ſi corpori hæſerit nequit euelli, niſi plena ſanguinis, ſic poëta ſitientes nactus aures tantum recitat, & tam mala carmina, vt nedum ſanguinem, ſed animam miſero exugat auditori. Danda eſt ergo opera, ne fanatici, ne ceraſtæ, ne vrſi, ne hirudines ſimus. Ad perfectam illam poëticam, quæ mediocritatem non admittit, contendendum eſt. Quam vt aſſequi poſſimus, primum boni, & haberi, & eſſe quæramus, ab omni corporis ſenſu contagioneque animũ auertamus, imitemurque agricolas, qui ſentibus omnem prius agrum perputgant, poſtmodum ſemina iaciunt. ſic nos cum examinis omnẽ rerum ſordidarum cupiditatem eiecerimus, ceterosque affectus igne ferroque extirpauerimus, omni iam cupiditatum quaſi ſpinarum commixtione ſuffocata, tunc demum hæc diuina poëticis ſemina excipiemus. [Fallimur, ſi putamus, corruptis obſcœnisque moribus ſpeculationes ſpiritusque immiſceri diuinos. Nec nos labor terreat, qui ardua ingredientibus primus ſeſe offert, conantesq. aſcendere deturbat. An vſquam eſt quod poſſimus vtilius glorioſiusque hoc quod ſupereſt æui exigere? Nam ꝙ vtilitatem in ea negent eſſe vllam, eſt ſanè nulla ijs qui omnia mercede metiuntur, eaque affectant, quæ lucellum afferunt, famique potius quam famæ, oneri quam honori, cœno quam cœlo ſtudent. ſed quos aurea delectat virtus, nihil habent maius quod ſuſpiciant, quippe quæ omnem viuendi rationem contineat, fortium res geſtas interire non patiatur, impie facta quaſi inuſta nota vlciſcatur, perpetua ſtigmata improbis inurat, bonos ſempiterna muneret gloria. Quid enim aliud heroici, niſi perfectum hominem deſcribunt? Elegiographi inanes cogitationes, ſtulta amantium conſilia amoris quam intolerabile iugum oſtendunt. Tragici tyrannorum exitus, fortunæque aleam patefaciunt. Comici, priuatam vitam quaſi in ſpeculo demonſtrant. Satyrici vitia ſectantur. Lyrici fortium res geſtas commemorant. Denique quocunque graditur pede, nihil habet, niſi præcepta exemplaque vitæ ſalubertima ſuis cultoribus, qui non quantum quidq; proſit, ſed quanti quidque ſit, metiuntur, quæ magnum præbet præmium, quæ ſeipſam largitur poſſidendam, vt qui illam adipiſcatur, nullis immotus ſit caſibus, nullius externæ opis egeat, ſuis animoſus diuitijs, & tanquam è ſpecula mortalia deſpiciens. Et nos tam duri ſumus tam inepti, tam barbaris ipſis immaniores, qui tantum cœleſte munus, virtutum, omnium ſeminarium, ex quo tot clariſſima lumina lumen acceperint, in ſitu ſqualoreque neglectum iacere patiemur? tantum

eum doctrinæ sapientiæq. thesaurum contemnemus? tam suauem concentum pieatis auribus negligemus? quin agite, signum hoc nostrum Horatianum attulamus. hæc ipsa præcepta pro aquila hastæ alligemus. En, ego vltro nomen do, profiteor inuocatus, procedoq. in medium miles voluntarius, & si per vos licet, antesignanum me vobis polliceor, non mea fretus eruditioue q̃ tenuis est, magnitudinemq. tantæ professionis non ignoro, sed nonnulla fortasse diligentia, vt quod vel ingenio, vel doctrina nõ possum labore saltem, & cura perficiam. Itaque non hortor iam vos adhæc studia, quos video incitatos, sed desiderium vestrum ardens, & concitatum peto. Diligentiam vero, & cõstantiam expostulo. Facile est quod velis, excogitare, verum illud quod eogitaueris, eonsequi difficile. Consequemur autem si inuigilare voluerimus. quid .n. tam arduum esse potest, & seclusum, quo humanum ingenium penetrare non possit? nihil tamen agit, qui sine puluere, & sudore ad ea sperat posse peruenire, quæ nos populo, & habenti nubila terræ eripiunt, cœloq. insertant. Ipsa opus eonstantia, ne aut ignauia ab incœpto desistamus, aut quasi difficultate victi, pedem referamus, ne ue tanquam adulterini pulli e schola præcipitemur, sed velut soboles generosa quorum acies eonstans in solem perduret, ducemur & recipiamur.

ACR. RVctatur) Pro Eructat. vt, Et iam nox humida eœlo. Præcipitat. [Sic veluti merulis intentus decidit auceps) Sensus est, Nec semel insanos versus faciet, nec carebit cupiditate, tanquam assidue in foueam cadat. [Dum cupit Empedocles) Empedocles fuit Agrigeotinus Pythagoticus, qui se in flãmas Ætnæ montis iniecit, immortalitatem affectans. quod eius crepidulæ prodiderunt, quas flamma eructauit. æreis.n. vsus fuerat. Empedocles vnum dicebat, ingenia frigido circa præcordia sanguine impediri. [Idem) Simile. [Nec satis apparet cum versus) Nescitur pœna propter quã facit versus malos insanus poëta, an quia læserit bidental, an quia violauerit patris sepulcrum bidental locus fulminis. Triste autem, quòd propter lapsum fulmen constituitur. Et est bidental à bidentibus dictum. nam reliquias fulminis pontifices cum sacrificio sepeliebant. [Mouerit incestus) Incestus dicitur homo pollurus, qui flagitium commiserit, aut in sororem, aut in sacerdotem, aut in affinem. [Clatros) Oppositiones ostiorum. [Indoctum doctumq. fugat) .i. omnibus dicit, Audite me, cum ab omnibus fugiatur. [Non missura) Cum comprehenderit corpus. [Hirudo) Sanguisuga. Alij sanguisugam, & alij sanguisugiam dixerunt. Distat autem inter harundinem, hirundinem, & hirudinem. Harundo, canna est, hirundo, auicula, hirudo, sanguisuga.

POR. HIc, dum sublimeis versus ructatur, & errat:) Ructatur, pro Ructat. Antiqui & ructo, & ructor dixerunt. hic genere patiendi extulit ructatur, vt venatur, lauatur. [Siculiq́ poetæ) Narrabo interitum. [Empedocles) Fuit Agrigentinus physicus, qui se in crateram præcipitem dedit Ætnæ, immortalitatem affectans. [Ardentem frigidus Ætnam insiluit) Dum se eredit ex opinione hominum collecturum diuinitatem, si nunq̃ eomparuisset. [An triste bidental) Id quod Iouis fulmine percussum est, bidental appellatur, hoc expiari non potest. Sunt autem qui putant ab agna dictum bidental. [Hirudo) Hæc sanguisuga appellatur.

DOCT. interpr. NOn missura curem) Prouerbij speciem habet illud Horatianum, quod quadrabit in homines nimium sedulos, & quibusuis in rebus immodicos. Cuiusmodi nonnullos videas, qui cum semel cœperint, nullum faciunt finem, donec defatigati desistant, nee rationem vllam habent alieni fastidij, sed suo tantum animo negotij modum metiuntur, haudquaquam memores vetustissimi sermonis admonentis, Vt tum à ludo desistamus, cum adhuc iucundus est, ne voluptatem odij molestia consecuta contaminet. Nemo nescit hirudinem vbi semel hæserit corpori, nulla ratione possе reuelli, donec suctu sanguinis expleta decidat. De hac Plin. lib. xj. cap. xxxiiij.

## Q. Horatij Flacci Artis Poeticæ Finis.

## IODOCI BADII ASCENSII SERmonum Horatij familiaris. Explanatio. Et primo Prænotamenta quædam.



QVI fit, Mœcenas, &c.) In exponendis, inquit Seruius, auctoribus hæc consideranda sunt: Poëtæ vita, Titulus operis, Qualitas carminis, Scribentis intentio, Numerus librorum. Et explanatio. Vita autem Horatiana prius per Mancinellum dilucide explicata est. Titulus autem operis, Liber Sermonum, seu Satyrarum Quinti Horatij Flacci. Pro quo sciendum est, primo omnium Tragœdiam veterem inuenta esse, deinde Comœdiam veterem, tum Comœdiam nouam, & vltimo loco Satyram nouam, quam nunc in manibus habemus. Vnde (vt de origine singulorum pauca dicamus) notandum est vetustissimam etiam gentibus fuisse consuetudinem sacrificandi dijs, & vota soluendi præcipue post vini, frugumq. collectionem. Cõuenerunt.n. in agros suos ibiq. ex cespitibus altaria construxerunt, quibus incensis, & admoto hirco, quoddam genus carminis rusticum, & incultum eanebant, quod ab hirco (qui græce τράγος dicitur) Tragœdia cœpit denominari. Vnde etiam optimo cantori hircus in præmium dabatur: Ideo autem Baccho Deo vini immolabatur caper, seu hircus, q͞ vitibus morsus eius summe nociuus est, vt attestatur Ouid. in Fastis: & Virg. in Ceorg. dicens,

*Titulus operu Satyrarum origo.*

*Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris*
*Caditur, & veteres ineunt pro scæna ludi*

Prima ergo institutio Tragœdiarum erat Deorum laus, & gratiarum actio. sed quia viri præpotentes sibi diuinas laudes vsurpabant, surrexerunt ingeniosi, qui in huiusmodi carminibus ostẽdebant quantum humana fragilitas à Deorum immortalium felicitate distet. Vnde regum, & principum, qui ex superbo, & magnifico statu ad humiles fortunas descenderũt, calamitatem memorabant, & hinc Tragœdia, quam modo habemus, exordium sumpsisse creditur. Semper.n. in Tragœdia principium lætum est, & finis mœstissimus. Contrarium autem fit in Comœdijs, de quarum origine pauca dicamus. Priusquam Athenienses mœnia murosq. construxerant, cum adhuc in Vicis, & Pagis degerent, sacrificaturi Apollini Nomio .i. pastorum, vicinorumq. Deo cõuenticula & comessationes frequentabant, in quibus carmen rusticum decantabant, quod à comessatione, vel conuentione Comœdiam appellabant. Erat autem vetus illa Comœdia ad reprehendenda hominum vitia principaliter inuenta, vnde surrexerũt veteris Comœdiæ scriptores, qui cum multa libertate vniuscuiusque etiam viuentis, & interdum præsentis vitia sub proprio eius nomine notabant. vnde dicetur à poëta nostro in hoc primo Sermonum.

*Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesq; poëta,*
*Atque alij quorum Comœdia prisca virorum est:*
*Si quis erat dignus describi, quòd malus, aut fur,*
*Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui*
*Famosus, multa cum libertate notabant.*

Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus mutatis tantum pedibus, numerisq.. Ea autem libertas diu multum profuit bonis moribus. Nam multi timentes diffamari, veriti sunt turpiter viuere, & saltem palam peccare. Vnde dicit Iuuen. Sat. j.

*Ense velut stricto quoties Lucilius ardens*
*Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est* Criminibus.

Vt autem turpia, & obscœna vitia, quæ fœda dicta sunt, possent liberius taxare introduxerunt nonnulli Satyros, qui (s͞m eos) sunt Dei siluestres petulantia, & obscœnitate gaudentes, sunt.n. lasciui, & immundi. Sicut.n. nostro tempore ludis iocularijs, aut moralibus, qui timent reprehendi si liberius loquantur, introducũt fatuos, aut somniantes, aut consimiles, sub quarum personis conceptum suum exprimunt. ita tunc temporis, qui obscœna in ꝓprijs personis verebantur enarrare, assumebant personas Satyrorum, qui s͞m diuersitatem materiæ diuersæ ætatis introducebantur, modo cani, modo impuberes, modo alterius ætatis. Et sic satis patet origo veteris comœdiæ, & etiam veteris Satyræ. Nam in materia similes erant, & in genere metri. Differebant autem in hoc q͞ in Comœdia non erant Satyri, sicut in Satyra. Orta est autem satyra statim post veterem Tragœdiam. Vnde Lucilius statim à principio Satyram fuisse testatur. Et Horat. in opusculo de Arte Poëtica sic dicit,

*Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum,*
*Mox etiam agrestes Satyros nudauit etc.*

Ex quibus verbis poteſt elici Satyram à Satyris dijs potius dici, quam a Satyra lance, vel à Satyra lege, vel à ſatuitate, vt Donat. quoque conſenti. Poſtquam autem poetæ Græci diu in hoc genere ſcribẽdi verſati erant, multumq. moribus bonis profuerant, cœperunt abuti licentia ſcribendi. Nã aut inuidia moti, aut precio illecti, etiam bonos ciues diffamabant. quo circa lata eſt lex, ne quis in quempiam viuentem ſub proprio eius nomine libros famoſos edat, aut carmen componat. Vnde poſtea Menander comœdiam nouam adinuenit, cuiuſmodi nunc in Plauto, & Terentio conſpicitur. Vltimo autem loco apud Latinos tantum inuenta eſt Satyra noua à Lucilio, qui veterem libertatem reprehendẽdi ſeruauit, ſed genus carminis, mutauit: nam hexametro eam ſcripſit. quem ſecuti ſunt Horatius, Perſius, & Iuuenalis, quantum ad genus carminis. ſed propter legem de famoſis libellis latam, non tam libere viuentium crimina taxauerunt. Quia tamen more Satyrorum petulantium de vitio in vitium ſaliunt, & Satyrico ſale vnumquenque fricant, remanſit nomen Satyræ. Horatius tamen maluit opus ſuum librum Sermonum, quam Satyrarum appellari. Cuius rei variæ aſſignantur rationes. Prima quæ eſt Acronis, quia vili ſermone potius, quàm tumenti confecit. Vnde auctor ipſe negat Satyricos eſſe poetas eo q̃ eam pedeſtri, familiari ſermone vtantur. Dicit .n. Satyra iiij.

*Primum me illorum dederim quibus eſſe poetas*
*Excerpam numero, neque enim concludere verſum.*

Dixeris eſſe ſatis, neque ſi quis ſcribat vti nos ſermoni propiora, putes hunc eſſe poëtam. Secunda ratio eiuſdem eſt, quia ad p̃ſentes ſcribuntur hi libri, ideo Sermonum appellantur. Sermo.n. dicitur eo q̃ ſeratur inter duos, aut plures viciſſim loquentes, *Sermo.* rone .n. dicitur Sermo, quando verba vltro citroq. habentur, aut quando ad præſentes loquimur, ſicut declamatores, ſeu prædicatores noſtri ſermonem facere dicuntur. Quamuis autem vtraque harum rationum probet opus hoc recte Sermones appellari, neutra tamen probat quin poſſint Satyræ appellari. Nam & Satyræ pedeſtri ſermone volunt fieri, & ad præſentes haberi. Vnde datur tertia ratio: quia ſ Satyra eſt nomen maledicum vitiorum acerbe caſtigatiuum, ideo Poëta noſter ne lectores acerbitate nominis territi aufugiant, maluit Sermones, q̃ Satyras appellare Seruauit .n. mediocritatem inter acerbitatem Lucilli, & ſuauitatem Iuuen. Quocirca non ab indignatione, ſed a quadã admiratione opus ſuum incepit. Nec contra peccatores exclamat, ſed Mœcenatem ſuauiſſimum amicum, & præſidium ſuum alloquitur. Præterea in toto opere conatur ſeueritatem nimiam effugere, vt quaſi ridendo ægrotos animos ad ſui lectionem alliciat. vnde Perſius de ipſo,

*Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico*
*Tangit, & admiſſus circum præcordia ludit.*

*Qualitas carminis.* Et hæc de titulo operis. De qualitate carminis notum eſt q̃ eſt hexametrum Satyricum. hexametrum.i. ſex pedum ſicut heroicum. Multum tamen differe ab heroico. Primo, quia in heroico carmine pertractantur res magnificæ, & altiores, quam & humanis opibus poſſint depleri. quo circa diuini numinis habet à principio inuocationem. In Satyrico res humiles, & viles, vtputa vitia hominum reprehenduntur. vnde non ab inuocatione, ſed aut ab indignatione, aut ab admiratione faciunt Satyrici exordium, perinde ac ſi multitudine vitiorum laceſſiti, & prouocati ad ſcribendum nõ poſſint amplius tacere. Sicut fatetur Iuuen. Sat. j. dicens, Difficile eſt Satyram non ſcribere. Volunt.n. Satyrarum ſcriptores ſignificare, q̃ non ex petulantia animi, ſed multitudine vitiorum coacti ſcribant. Secundo in heroico carmine introducuntur diuinæ, & regales perſonæ. Vnde nomen ſumpſit. Nam heroes proprie dicuntur ſemidei, qui ex altero parente immortali, hoc eſt Deo. ex altero mortali, hoc eſt ex homine nati ſunt. Sicut Hercules ex Ioue, & Alcmene, Achilles ex Thetide, & Peleo, Æneas ex Venere, & Anchiſa &c. quia ergo mixtim Dij & homines in carmine illo loquuntur, & de principibus viris tractatur, ideo heroicum dicitur. In Satyrico autem humiles, & viles loquuntur perſonæ vt ſerui, & peccatores. Tertio, heroicum carmen exornatur figmentis Poëticis, & alto genere dicendi cõſtat. Satyricum nuda veritate, & pedeſtri ſermone conficitur, vſque adeo vt Horatius tam familiarem ſæpe verſum confecerit, vt neſcias proſaicus ne, an metricus ſit eius ſermo. Quinetiam diuiſam interdum inuenias dictionem, vt continuatus videatur ſermo. Neque hoc vitio dandum eſt Poëtæ, ſed maxime laudi. Seruauit .n. decorum ſuum. Nam Satyricæ materiæ non cõgruit heroica exornatio, nec lepos, aut fucus, aut ſuauitas dicendi, ſed mera ſimplicitas, & non aſpernanda ſeueritas cum execratione cõgrua, quæ omnia ab Horatio ſummopere ſunt obſeruata. Vnde male laudant Iuuenalem, q̃ ſuauem, & floridum habeat verſum, cum ſeuero, & rigido potius opus ſit. Neque vero inopia artis, aut ingenij huiuſmodi fecit Horatius compoſitionem, ſed voluit ſermonem materiæ, circa quam verſatur, non diſſimilem eſſe. Qui .n. carminum eius opus perlegerit, nihil delitioſius, aut fucatius, aut iucundius offenderit. Sed hæc hactenus in eos, qui poëtam ab eo damnant, de quo ſummopere laudandus eſt. Scribendi autem intentio, expulſis ab animis hominum vitijs virtutem inſerere. vnde Poëta noſter doctiſſime opera ſua diſtinxit. In prioribus .n. duobus libellis, quos ſermonum inſcripſit, vitia perſequitur. In reliquis duobus, quos Epiſtolarum nomine nuncupauit, & virtutem, & honeſtatem ferè præcipit. In qua re agricolam ſolertem imitatur, qui prius radices, & herbas nociuas ex agro ſuo auellit, quam ſementem conſerat. Et vt paucis dicam, idem videtur præcedere Poëta in Sermonibus, quod pędicatores noſtri dum prædicant. & idem in Epiſtolis, quod D. Paulus, quamuis autem a Chriſtiana veritate multum Poetica frigeat, pulchrum tamen eſt etiam ab Ethnicis virtutem agnoſcere. atque idem audire fere quod a catholicis, ſed hæc alias. Librorum numerus iam patuit. Nunc ad explanationem procedamus. In qua hunc morem ſeruabimus. Circa principium Satyræ argumentum totius ponemus, & ſemper primo ſententias deinde vocabula, ſi qua in ſuperioribus prætermiſſa ſunt, explicabimus, & tertio loco ordinem verborum, & expoſitionem rudibus, quibus hanc operam ſuſcepimus, ſubiungemus.

QVI

# Q. HORATII FLACCI SERMONVM, LIBER I.



## SATYRA PRIMA.



VI fit, Mœcenas, vt nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit; seu sors obiecerit; illa
Contentus viuat? laudet diuersa sequentes?
O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contra mercator, nauim iactantibus austris,
Militia est potior. quid enim? concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat iuris, legumq. peritus,
Sub galli cantum, consultor vbi ostia pulsat.
Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem est;
Solos felices viuentes clamat in vrbe.
Cetera de genere hoc (adeo sunt multa) loquacem
* Delassare valent Fabium. ne te morer: audi,
Quo rem deducam. si quis deus, en ego, dicat,
Iam faciam, quod vultis: eris tu, qui modo miles,
Mercator: tu consultus modo, rusticus. hinc vos,
Vos hinc mutatis discedite partibus. eia
Quid statis? nolunt. atqui licet esse beatis.
Quid caussæ est, merito quin illis Iupiter ambas
Iratus buccas inflet? neque se fore posthac
Tam facilem dicat, votis vt præbeat aurem?

ASCEN.



VI fit, &c.) In hac igitur prima Satyra Horatius auaritiam, atque insatiabilitatem humani animi circa diuitiarum aequisitionem damnat, monetq. sanctam mediocritatem esse complectendam, nec vltra quam satis est petendum. Quod si fieret, bene se res humanę haberent, & sua quisq; forte contentus quiete viueret. Percontatur autem in principio cũ quadam admiratione, atque indignatione animi ipsum Mœcenatem, quomodo fiat ꝙ nemo viuat contentus sua sorte, sed quãcunque conditionem viuẽdi obtinuerit, aut nactus fuerit aliam quærat. Ex deductione autem, & processu textus videtur eius rei causam assignare auaritiam hominum, qui sibi terminum diuitiarum non præfigunt, Qui, circunflexe pronunciandum est. transit enim in aduerbium, & significat quare, aut quomodo. Sæpe autem eo modo loquuntur auctores, dicentes: Qui fieri potest? Qui vocare? Qui scis eos discordare inter se? in qua re decipiuntur illiterati ponentes quid pro qui. Fit, ponitur impersonaliter. Impersonalia autem vniuersitatem notant: vt dicit Seruius. est ergo perinde ac si dicat: Quomodo fit vt omnes ita viuant nemo &c. Mœcenas summus fautor, atque amicus poëtarum fuit: cuius pręsidio Virg. Horatius, Propertius, & complures alij fouebantur, vsque adeo vt ceteri poëtarum cultores ab eo Mœcenates appellentur. huic Virg. Georg. sua dicauit, & Horatius ferè opera sua nuncupauit. Est tñ iustior ratio, quare in hac re Mœcenatem cõpellet, is etenim verus iudex esse potest, qui corruptus non est. Nam (vt in secundo huius videbimus) Male verũ examinat omnis Corruptus iudex. Mœcenas autem incorruptus in hac re fuit. Nam cum esset nobilissimus, & ex antiquissimis Hetruriæ regibus ortus, & Augusto Cæsari carissimus, à quo facile potuisset ad altiora prouehi, equestri tamen ordine contentus maiorem dignitatem non appetiuit. Nobilem fuisse testatur Horatius in principio Carminũ dicens: Męcenas atauis edite regibus, O & p̄sidium, & dulce decus meum. Et huius primi Satyra sexta in principio, Non quia Mœcenas Lydorum quicquid Hetruscos Incoluit fines, nemo generosior est te &c. Contentum fuisse sorte sua fatetur Propertius, dicens: Mœcenas eques Hetrusco de sanguine regum: Intra fortunam qui cupis esse tuam. Vt nemo quam sibi sortem &c. eleganter dictum. Nam quoties relatiuum antecedẽti præponitur, & ab eius rectore gubernari videtur, quæ eleganter in eodem casu ponitur. rarior tñ est hmõi locutio, quam qua oratores vtantur. Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, rationem hic volunt accipi pro ratiocinatione, & discursu animi. Sors autem.i.quod sortimur.i. pro sorte accipimus. Sortes autẽ sunt species vaticinationis, quibus aliquid sortimur. Sors etiã est caput, seu principale quod damus fœnori. Nam fœnus est lucrũ illud quod accrescit sorti. Illud ergo quod à Deo optimo maximo accepimus sors dici potest. Nemo aũt vitam ingreditur, qn & boni, & mali sortem accipiat. Signate aũt dixit ratio dederit, aut sors obiecerit. Nam quod per rationem meremur, id tanq petentibus datur quod vero extra meritum sortimur, id obijcitur nobis. Vnde scies præpositionẽ ob, illis congruere quæ præter spem, & ex improuiso obueniũt. Vnde obuenit, quod non quæsitum venit. Offenditur quod nõ quæsitũ inuenitur. sicut lapis in quo pedem lædimus. Objicitur quod nõ petenti vltro offertur, aut obtruditur. Tangit aũt, inquit Acron, duas sectas Stoicorum, qui dñt omnia Fato & rõne, & quasi necessitate euenire nihilq. fieri sine fatali rõne. Vnde dr̃, Seu ratio dederit. & Epicureoꝵ, qui dñt omnia a casu, & fortuna prouenire, & deos non curare mortalia. vnde dr̃, seu sors obiecerit. iuxta quẽ sensum melius legeretur sors. nonnulli tñ legunt fors & ferè inidem redit. Sensus ergo est duplex. Primo sic, & verior meo iudicio: O Męcenas, q potest fieri, ꝙ nemo sit contentus sua sorte, & portione quam aut per rõnem i. industriã & solertiã obtinuit, aut per casum, & fortunã. Quædam.n. per rõnem quædam per fortunã obtinemus. Fors aũt fortuna est, habet ablatiuum ab hac forte. Secũdo sensus est. Vt nemo sit contentus sua sorte. siue dicas oia p rõnem & prouidentiam diuinã dari, sicut Stoici, siue oia fortuitu re euenire, sicut Epicurei. Laudet diuersa sequentes, sup. quilibet. Ideo autem laudat sequentes diuersa officia, & exercitia, quia & ipse vult diuersa sequi. Quod.n. libenter facimus, id in alio laudamus. Ordo est: ó Mœcenas vir integer, qui tua sorte contentus, qui.i. quomodo, quare, fit.i. ab omnibus efficitur, & viuitur sic, vt nemo sit contẽtus illa sup. sorte.i. proportione rerũ, quam sortem seu ratio.i. rõcinatio, & prouidentia, dederit sibi, seu sors.i. fortunatus euẽtus obiecerit.i. nõ merenti vltro obtulerit, sed sup quilibet laudet sequentes.i. eos qui sequuntur, & affectant diuersa sup. officia & studia, seu exercitia viuendi? O fortunati &c. probat exempla iter neminem esse cõtentum sua sorte, sed vnumquenque alterius conditione sua meliorem putare. sic tamen, vt sit Deus illã offerret, recipere nollet. Vnde infert Iouem, hoc est Deum ipsum, quia à iuuando dictus est, merito talibus hominibus irasci. Exemplo inquam docet. Nam miles.i. quicunque in bello fecerit stipendia, cum iam annosus fractis membris non potest amplius militare, vocat mercatores beatos eo ꝙ sine fractione mẽbrorum negotientur. Mercator autem deprehensus in mari, & timens submergi, dicit militiam esse potiorem q̃ mercaturam, eo ꝙ mercatores sint in longo, & diuturnó periculo, immo ferè cõtinuo a principio .s. vitæ vsque ad exitum. milites autẽ momento vnius horæ confligunt, & aut cito moriuntur, aut lætam victoriam obtinent. ita aũt mori pro beneficio reputatur. Nam

*Lassare, vt valeãt etc. legẽdũ cẽset Bauf. pp p̄cedẽtia verba

mala si euitari non possunt, tanto tolerabiliora sunt, quanto breuiora. Item iurisconsultus, & aduocatus, quando consultores petentes consilium etiam in media nocte molestant eum, itaque neque in die, neque in nocte requiescere potest. [Dicit agricolam esse felicem, qui extra strepitum popularem requiescit nodu. Econtrario agricola, qui cogitur absoluendum vectigal, aut aliud debitum, & ad liberandos vades suos derelinquere rus suum, & frequenter adire vrbem, clamat solos esse felices, qui viuunt in vrbe, quia non coguntur toties, & ire & redire ad forum iudiciale, & si vadant, cum minore tamen fatigatione. Cetera de genere. Si aūt, inquit Poeta, vellem cetera exempla [eorum, qui diuersa laudant enarrare, non possem, quoniam] tam multa sunt, ve valeant lassare Fabium maximum virum garrulum], & loquacem. Et ita per transitum (sicut moris est Satyricis) taxat Fabiū de loquacitate. Sunt autem qui dicunt iurisperitum fuisse. de quo in vltimo versu secundæ Satyræ mentio fiet. Bonfinis legit, Lassare valeant. quæ lectio concinnior videtur, nisi qa plus est delassare, quod seruando legem liceat loquacem vt Delassare queant Fabium, sed non ausim immutare. Deinde vt paucis ineptitudinem votorum humanorum explicet, ostendit eos qui dicunt se velle mutare conditionem vitæ, si eis ab aliquo Deo daretur optio, & concederetur petitum, non mutaturos. vnde non propter status sui imperfectionem, sed propter animi inconstantiam conuincuntur id desiderare. quapropter non videtur ratio quare Iup. iratus non inflet in illos ambas buccas suas, & dicat se non amplius eos exauditurum. Hæc summa sententiarum est. O fortunati, O tribus casibus iungitur nominatiuo, vt hic. & primo Aen. O fortunati quorum iam mœnia surgunt. Accusatiuo, vt in Georg. O fortunatos nimium bona si sua norint Agricolas. & vocatiuo, vt O Melibœe Deus nobis hæc ocia fecit. Cum accusatiuo autem quando indignanter ponitur, vehementiam notat, vt O hominum scelestum. O virum sceleratum. quapropter vbi non est vehemens excandescentia subiicetur auctore Valla. Fractus membra, græca est figura poëtis tantum concessa. Contra non dices econtra, sed econtrario. Sub, quando accusatiuo temporis iungitur significat paullo ante. quasi iā vergente in tale tempus. vt Sub noctem exportant calatis .i. tempore vergente in noctem, & paullo ante noctem. Neque vero necesse est, vt semper accusatiuo iungatur, nam si ponatur pro in bene ablatiuo iungitur, vt sub galli cantu .i. in ipso galli cantu. hic aūt leges. Sub galli cantum .i. paullo ante galli cantum Cōsulo cum datiuo significat consilium do & prospicio. vt Consule honori, & rebus tuis. Cum accusatiuo aūt significat consilium peto. vnde consultor qui consilium petit, & consultus qui consulitur .i. abs quo consilium petitur, quales sunt iurisconsulti. Non ergo discedunt a significatione sua. Ne te morer .i. suspensum teneam. Vt aūt hanc breuitatem dicēdi etiam pueri cognoscant, sciant ꝙ Poëta per phantasiam fingit ꝙ ante quemuis Deum sint quatuor personæ. vt ex vna parte miles volens esse mercator & iurisconsultus volens esse miles, & rusticus volens esse vrbanus & econtrario. & Deus auditis eorum precibus dicat eis, fiat quod vultis mutate conditiones vestras. quo facto videt eos non moueri ad mutandum statum suum sicut petierant. Vnde quærit Deus cum indignatione. Eia quid statis .i. quare non mutatis statum vestrum sicut petijstis? illi autem (quanquā mira est in verbis breuitas) videntur esse confusi, & præ verecundia tacere. vnde astantium quiuis dicet Deo nolunt, q.d. tu concessisti eis petitiones. vt mutent statum, sed ipsi nolunt iam mutare quando possunt. Et ita melius videtur legi Nolunt, q̄ nolint. qn̄ autem Deus audit eos nolle, quærit atqui .i. sed quare nolunt? licet esse beatis. vbi pro latinitate scies ꝙ verbum esse consimiles copulat casus. vnde subauditur datiuus eis. vt sit, Licet eis esse beatis. Scies etiam ꝙ nonnulli volunt ista verba (Atqui licet esse beatis) a Poe. dici sicut sequentia. Quid causæ &c. circa quæ scies ꝙ Iupiter dicitur quasi iuuans pater hominum, atque Deorum genitor. solus.n. Iupiter a poëtis fingitur vtrosque, & mortales, & immortales genuisse illique, qui vnum Deum fatebantur, Iouem appellabant. Sed quia poëtæ sæpe ea quæ vni nomini conueniunt, confundunt, & vni personæ attribuunt, inuenimus varias proprietates Ioui attributas. Nam nomen illud nūc summo Deo datur, nunc planetæ, nunc aëri superiori, nunc tegi viro mortali filio Saturni. multi tñ Ioues fuerunt, sed quātum ad institutum nostrum facit, Ioui attribuuntur tonitrua, & fulmina, eo quod in ea parte aëris fiunt, quæ Iouis appellatione significatur. vnde cum dicit, Iouem debere ambas buccas inflare in illos inconstantes, videtur mihi de fulmine loqui, quasi Iupiter .i. aër buccis suis concipiat fulmen, & inflet in eos quos prosternere vult, sicut nos buccis nostris ventum concipimus, quem efflamus. Est enim bucca pars illa lata sub malis nostris. Posthac, proprie significat post hoc tempus, sed generaliter accipitur, vt sit, Vel post hoc tempus, vel illud, vel post aliud. Plura aspicientia grammaticen explanare possem, sed vereor ne prolixior sim. Ordo igitur est. Miles .i. is qui vt bellum gerat stipendium accipit est .n. nomen ministerij, non dignitatis. Nam quos milites multi vocant, deberent equites auratos vel iuratos appellare. Miles igitur .i. stipendiarius, & belliger grauis .i. plenus, vel grauis .i. grauatus, annis .i. annositate & senio, iam fractus .i. habens iam fracta membra sua multo labore, ait: O fortunati mercatores .i. ò quam fortunati .i. felices, & beati sunt mercatores. Contra .i. econtrario, mercator .i. negotiator, austris .i. ventis illis impetuosis, iactantibus .i. in diuersos fluctus impellentibus .i. quando Austri iactant nauem suam, ait sup. ꝙ militia est potior .i. eligibilior quam mercatura. quid enim .i. cur non esset potior quam mercatura? concurritur .i. concursus fit, & conflictatio, momento .i. breui spatio, horæ .i. breuissimi temporis. & aut mors venit cita .i. velox & subdita, non diuturna sicut in mari, aut victoria læta venit sup. Peritus iuris, & legum laudat .i. beatum appellat agricolam. vbi .i. qn̄ consultor .i. is qui petiturus est consilium, pulsat .i. frequenter impellit hostia, sub cantum .i. paullo ante cantum galli, hoc est in media nocte. Ille videlicet rusticus, qui datis vadibus .i. postquam dedit vades .i. sponsores, vt certo die adesset, aut in caput illorum animaduerteretur extractus rure .i. necessitate coactus exire a rure in vrbem, clamat solos viuentes in vrbe esse felices, quia non coguntur tam longe ad forum festinare. Cetera .i. (vt quidam volunt) ceterum hoc est præterea. sed melius accipitur, vt sit nomen. Cetera .i. reliqua .s. exempla, de hoc genere .i. de genere eorum, qui non sunt contenti sorte sua, sunt adeo .i. intantum multa, ꝙ sup. valent delassare .i. vsque ad extremam fatigationem lassare (aut legamus cum Bonfine, Vt valeāt lassare .i. lassum efficere) Fabium Maximum Narbonensem loquacem .i. multum garrulum, & assidue loquentem. Sed ò lector ne morer .i. suspensum teneam te, audi quo, id est ad quid deducam rem, de qua loquor. Si quis .i. si aliquis Deus dicat ista optantibus, en .i. ecce videte, præsto sum, ego faciam quod vultis, tu qui modo .i. paullo ante, eras supple miles, vel tu qui modo .i. nunc es miles, eris mercator sicut desiderasti, tu modo consultus .i. qui modo es iurisconsultus eris sup. rusticus, & sup. econuerso. Vos .s. miles, & iurisconsultus discedite hinc .i. ab hac parte, vt miles sit mercator, & iurisconsultus rusticus, & uos .s. & mercator, & rusticus discedite hinc .i. ab hac parte, vt scilicet mercator fiat miles, & rusticus consultus, aut saltem urbanus, & hoc dico partibus .i. officijs, & conditionibus uestris mutatis. Illo audito finguntur non abire, ut mutent statum suum, vnde dicit Deus ad eos: Eia quid, id est propter quid statis .i. moramini, & non acceditis ad statim petitum? cum autem præ uerecundia, & confusione nihil responderet dicit astantium unus: Domine Deus ipsi nolunt, supple mutare conditionem suam & accipere nouum statum. dicit Deus, Video ꝙ nolunt, atqui .i. sed quare nolunt? licet .i. licitum, & permissum est eis supple esse beatis .i. bene habentibus, & felicibus. dicebat.n. miles si essem mercator, essem felix, & ediuerso. Quia aūt nolunt nunc acceptare quod petierunt, dicit poeta: Quid causæ, id est quæ causa, quæ ratio est, quin, id est quo minus, cur non, Iupiter, id est iuuans pater, & Deus fulminis, iratus .i. succensus, inflet illis .i. in illos, ambas buccas suas plenas fulminis? q.d. nihil causæ est vt non faciat, immo iustissima ratio, vt id faciat, neque pro & non, & dicat .i. minetur se non futurum esse posthac .i. post illud tempus, tam facilem .i. tam exorabilem, vt præbeat aurem votis eorum .i. vt tam faciliter exaudiat vota eorum, qui quod impetrauerunt, acceptare nolunt. Tales autem multi sunt, qui cum salutem a Deo petant, vt Deus eis, aut aduersitatē, aut infirmitatem (Quæ multis uia salutis est) Donet, nolunt. sed pergendum est.

ASCEN. PRæterea, ne sic, &c.) Quia Poëta quadam phantasia vsus est, & fictione, vnde risus posset legenti, vel audienti excitari, dicit se locuturum serio-

Præterea, ne sic, vt qui iocularia, ridens
Percurram: quanquam ridentem dicere verum
Quid vetat? vt pueris olim dant crustula blandi
Doctores: elementa velint vt discere prima.

se, q̄q̄ ridendo possit etiam verum dici, & operæpretium sit doctorem interdum esse blandum, & affabilem. Prætendit autem textus hāc rationem. Si quis inter-

Sed tamen amoto quæramus seria ludo.
Ille, grauem duro terram qui vertit aratro:
Perfidus hic caupo, miles, nautæq́., per omne
Audaces mare qui currunt: hac mente laborem
Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant,
Aiunt: cum sibi sint congesta cibaria: sicut
Paruula, nam exemplo est magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque potest: atque addit aceruo,
Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuri.
Quæ, simul inuersum contristat aquarius annum;
Non vsquam prorepit: & illis vtitur ante
Quæsitis patiens. cum te neque feruidus æstus
Dimoueat lucro: neque hiems, ignis, mare, ferrum:
Nil obstet tibi: dum ne sit te ditior alter.
Quid iuuat immensum te argenti pondus, & auri
Furtim defossa timidum deponere terra?
Quòd si comminuas, vilem redigatur ad assem.
At ni id fit, quid habet pulchri constructus aceruus?

terroget quoscunque negotiatores, siue laboribus vrgeantur, vt agricolæ, siue astutia, & calliditate lucrum quærant? vt caupones, siue temeritate, & audacia, vt nautæ, siue alia quauis arte, vt fatigatione, qua de causa tot labores tutq́. pericula subeant, dicerent omnes, vt in senectute habeant quo possint inopem defendere vitam, & se doctos esse exemplo formicæ, quæ cum parua sit magno tamen, immo admirando labore in horrea sua dum sudum est .i. serenitas colligit, vt habeat vnde viuat in hyeme. Contra quod exemplum Poëta subtiliter instat, ostendens longe rationabilius esse institutum, ac factum formicæ, quàm auari hominis. Primo quia formica tempestiue colligit, vtpura in æstatis serenitate. Auarus autem, & in feruore æstatis, & in algore hyemis per ignem, per aquas, per ferrum incessanter congregat. Secundo, formica, quærit vt vtatur quæsitis. Auarus autem vt condat in terram, aut vt nummos suos spectet in arca ferrata, & non audet partis vti. vnde recte dicit Seneca, Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet. Et per modum Dialogi dicitur, Diues auarus eget. quare? quia dum petit vsus Tangere parta timet cur? ne minuatur aceruus. Et ob id dicetur in secundo auarum esse insipientissimum, immo solos auaros esse stultos, quia omnis stultitia, & omne vitium ex quadam auaritia.i. mala concupiscentia nascitur. Tertio formica terminum sibi constituit. non enim plus quàm satis est quærit immo citra abundantiam. Nam parce, & sobrie cum patientia viuit, & partis vtitur, quod non faceret si abundantiam frumenti accumularet. Auarus autem quanto pluc habet tanto plus cõcupiscit. Iuxta illud Iuuen.

*Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.*

Non ergo bene imitatur formicam, qui modum rebus suis statuere nescit, aut partis vti aut opportunitarem obseruare quærendi, quæ tria, vt quilibet seruet, & pigritiam fugiat præcipitur à Salomone, Prouerbio sexto: Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam. Quæ cum non habeat ducem, & præceptorem nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Multa docte per Acronem explanata sunt, quæ tamen consulto prætereo. At si nescis, Parenthesis est elegans interpositio clausulæ in medio sermonis, qua remota sermo maneret integer. vt ibi: Paruula (nam exemplo est magni formica laboris) Ore trahit &c. Plenus sermo esset Paruula formica ore trahit. Antitheton autem est contrapositio, quando aut contraria, sententiæ, & tunc etiam dicitur cuntenciu, aut contrariæ dictiones connectuntur, quod ad ornatum plurimum facit. vt ibi. Paruula formica magni laboris. Scies pure honestius dici: Sum tibi iucunditati, voluptati, dolori exemplo &c. quam iucunditas, aut iucundus &c. Ideoq́. dicitur in textu: Formica est exemplo, potius quam exemplum. Aduerte lector studiose multa doctissime, & diligentissime à Poëta nostro dici, quæ non aduertenti triuialia, & minus laborata credantur. Vnde, quia exemplum formicæ auarus pro sui excusatione adducit, videbis omnia quæ ad auaritiam facere possent exprimi. Nam primum auaritiæ signum in formica est, ꝙ cum sit paruula magnos subit labores, & desiderio habendi, immo maiore fasce quam ipsa sit sæpe opprimitur. Secundum, quia non portat, sed trahit vbi portare nescit. Non humeris tantum, sed etiam ore, Non vnum genus frumenti, sed quodcunque potest. Tertium, quia non trahit vt in diem viuat, aut prolem, nutriat, sed (quod auaritiæ summum indicium est) addit aceruo quasi non sit contenta aceruo, nisi accumulatio fiat. Sed quòd signa illa industriæ sint atque grauitatis non auaritiæ, probat Poëta contra auarum, ostendens quòd & tempus obseruat, & modum ponit, & partis frugaliter vtitur: Præterea signate dictum est. Dum ne sit te ditior alter, quia multis iuncta est inuidia cum ipsa auaritia, & illi non solum accumulant, vt sint valde diuites, sed etiam ne alter sit eis ditior, quibus. plus aut certe tantundem dolent aliorum diuitiæ ac propriæ inopiæ. Sed

finem facio. Ordo est. Præterea, ne sic percurram, id est celeriter explicem intentum meum, vt qui ridens percurrit supple iocularia, id est res ludicras, & iocosas, quanquam, id est tametsi, quid vetat, id est prohibet, ridentem, id est eum qui ridet, dicere verum, id est rem veram? quasi dicat nihil, vt, id est quemadmodum, doctores, id est præceptores, & magistri, blandi, id est dulces & effabiles: dant pueris crustula, id est partem placentæ, aut simile quid delectabile gustui, vt pueri, scilicet velint discere prima elementa, id est primas literas. sed quanquam nihil vetat ridendo verum dicere quæramus seria, id est res seriosas, & seueras, ludo annoto, id est iocularibus rebus abiectis. Ille qui vertit grauem, id est pinguam & ponderosam terram duro aratro, id est agricola qui terram pinguem forti aratro arando inuertit, & hic, id est alius perfidus, id est callidus, vaser, subdolus, & astutus, caupo, id est venditor vini. item miles, id est vir belliger, & nautæ audaces qui currunt per omne mare, aiunt, id est dicunt, sese, id est seipsos, ferre, id est sufferre, pati laborem hac mente, id est hac intentione, vt ipsi senes recedant, id est se recipiant in otia, id est desitionem, & requiem tuta, id est munita contra paupertatem, & inediam, cum, id est quando, cibaria, id est viatica alimenta, sint congesta, id est accumulata, & congregata sibi sicut, id est quemadmodum, paruula formica (nam ipsa est exemplo, id est ad exemplum magni laboris) trahit ore quodcunque potest, atque addit, id est apponit, aceruo, id est cumulo. dicitur enim aceruus, quasi aggeruus ab aggerendo. quem, scilicet aceruum struit, id est congregat, & accumulat haud, id est non, ignara, id est nescia, neque pro & non, & non incauta. immo cauta, & prouida, futuri, id est rei futuræ, videlicet famis, & inediæ quæ posset obuenire. hæc quasi pro auaris adducta sunt. contra quæ respondet Poëta dicens, Quæ inquam formica quam tibi male proponis in exemplum simul, id est immediate postquam, Aquarius, id est tale signum cœleste, contristat, id est pluuiosum, & tristem facit, annum inuersum, id est illud signum reuolutum, quia (vt dicitur in Georgicis) Redit agricolis labor actus in orbem, Atque in se sua per vestigia voluitur annus. Quando ergo annus redijt ad idem signum, tunc est inuersus, & completus. vel ideo est in Aquario inuersus, quia iam dies incipiunt augmentari, & annus ad productionem nouarum rerum verti. sensus autem est, quòd formica dum Sol intrat Aquarium, id est circa medium Ianuarij non prorepit, id est procul repit, quod minus est, quam procurrere, non inquam prorepit. vsquam, id est ad aliquem locum, & vtitur illis quæsitis, id est quæ conquisiuit, ante, id est prius, existens patiens supple famis, & contenta rebus suis. hoc inquam facit formica quam tibi ô auare in exemplum dicis sumere cum neque feruidus æstus, id est ardor Solis dimoueat, id est disgreget te lucro, neque hyems, id est pluuia, & gelu hyemis. neque mare, id est aqua maris neque ferrum, id est arma insidiantium supple dimoueant te lucro cum nil obstet tibi, dum alter, id est quiuis alius, ne, id est non, sit ditior te. Caue lector, ne dicas mare ferum, quia syllaba prima in ferus, a, um, corripitur. Dic ergo ferrum &c. [Quid iuuat immensum &c.) Docet auarum stultissimum esse, eo quòd auri, & argenti pondera summo labore parta, & acquisita in terram fodiat, & cum anxietate custodiat, nihilq́. vtilitatis, aut fructus inde capiat. Interrogat autem quid iuuet eum id facere. Respondet auarus, quid, id est quæris quid iuuat? si tu, id est quicunque sis comminus aceruum quantũcunque magnũ nihil addas, tandem redigetur ad uilem assem. Ne ergo minuatur, suffodic eum. Respondet Poëta, Sed nisi id fiat, id est nisi diminuatur, & eo vtamur, quid habet pulchri? quasi dicat nihil. Probat deinde stultum esse plus desiderare quam satis sit naturæ, quæ modicis contenta est. ut dicit Seneca. cum tamen non possimus plus quam satis est absumere.

Omnia per Acronem satis explanata sunt. ut autem intelli-

gas latinitatem eius, Genitiuus constructus cum nomine numerali vult sincopari, ideoq. dicit centum millia modium non modiorum. Millia autem substantiuum est, & eius singulare hoc ille mille, huius mille. Comesse etiam consuetius apud doctos reperias quam comedere. Allegoricos Græcum est aduerbium, latine dici posset allegorice. Nam græca pleraque in os exeunt. Ordo est. O auare, qui iuuat.i. delectat te timidum.i. anxium, & formidolosum ne amittas, deponere .i. quasi deponendo abscondere, furtim.i. secrete, terra .i. in terra defossa .i. multum effossa, vel aperta fodiendo, immensum .i. tam magnum, quod vix mensurari queat pondus .i. ponderosum cumulum argenti, & auri? Respondet auarus, Quid .i. quæris quid iuuet, hoc sup. iuuat. quia si comminuas illud immensum pondus, redigatur.i. paulatim compellatur diminui, vsque ad vilem assem.i. ad vltimum nummum, & minimam quantitatem. Cui Poëta, at.i. sed, ni.i. nisi, id.f. diminutio pecuniæ per temperatum vsum fit, quid pulchri .i. quam pulchritudinem, habet aceruus .i. cumulus auri, & argenti, constructus .i. coaceruatus? q. d. nihil pulchritudinis habet. * ἀλλη-γορικῶς

Millia frumenti tua triuerit area centum.
Non tuus hoc çapiet venter plus, quàm meus: vt si
Reticulum panis venales inter onusto
Forte vehas humero: nihilo plus accipias, quàm
Qui nil portarit. vel dic, quid referat intra
Naturæ fineis viuenti, iugera centum, an
Mille aret? at suaue est ex magno tollere aceruo.
Dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquas.
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?
Vt tibi si sit opus liquidi non amplius vrna,
Vel cyatho: & dicas, magno de flumine mallem,
Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere. eo fit,
Plenior vt si quos delectet copia iusto:
Cum ripa simul auulsos ferat Aufidus acer.
At qui tantuli eget, quanto est opus; is neque limo
Turbatam haurit aquam; neque vitã amittit in vndis.
At bona pars hominum decepta cupidine falso,
Nil satis est, inquit: quia tanti, quantum habeas, sis.
Quid facias illi? iubeas miserum esse libenter:
Quatenus id facit. vt quidam memoratur Athenis
Sordidus, ac diues, populi contemnere voces
Sic solitus: populus me sibilat: at mihi plaudo
Ipse domi: simul ac nummos contemplor in arca.

ASCEN. Millia frumenti &c.) Probat etiam quod nihil vtilitatis habet copia plenior iusto .i. quam satis sit, dicens, Si sup. tua area .i. locus aridus, vbi trituratur, & flagellatur frumentum, triuerit, id est terendo purgauerit. In Italia enim boues, aut equi pedibus terendo paleam frumentum excutiunt. centum millia supple modium, aut (si latinitas pateretur) centum millia modiorum frumenti. non .i. nunquid, tuus venter capiet hoc .i. propter hoc, hac de causa plus quam meus? q. d. non, vt, id est quemadmodum, si tu vehas, id est portes forte in humero tuo onusto .i. multum onerato, inter venales .i. inter seruos qui exponuntur venales, reticulum, id est sacculum in morem retis factum, vel re vera reticulum, id est paruum rete panis, tu nihilo, id est in nullo plus, accipias, id est consumas de pane, quam ille qui nil portarit, id est portauerit. Olim dum serui Romæ venales exponerentur, vnus eorum omnium panem in reticulo portabat, nec tamen magis comedebat, quam qui nihil portabant. sic qui granaria plena frumenti, & sacculos plenos argenti habent, non plus possunt comesse, quam venter eorum capiat, & tantum sæpe comedit, qui quotidiano labore victum suum quæritat. Vel, id est etiam, dic mihi auare, quid referat, id est differ, discriminis sit, intersit, viuenti, id est illi qui vult viuere, intra fines, id est limites, & metas naturæ, an aret, id est colat arando est. enim ab aro aras arare. centum iugera.i. centies tantum terræ, quantum iugum .i. par boum. vel iumentorum vno die possit arare. Declinatur aût (Secundum Laur. Vallam) hoc iugerum huius iugeri secundû secundam declinationẽ. & in plurali per tertiam hæc iugera horum iugerum &c. reperitur tamen in ablatiuo hoc iugere, sed ad rem. an aret inquã.i. colat centum iugera, an mille? q. d. nihil refert. quia c. iugera ei sufficere possunt. Obijcit auarus. vtitur enim Dialogos quidam vnde recte Sermonem appellauit. At .i. sed, suaue .i. dulce, delectabile est tollere .i. auferre sumere ex magno aceruo, q.d. licet ex paruo aceruo quantum naturæ satis est sumere possem, tamen delectabilius est ex magno sumere. vnde manifestum est hanc sitim habendi multa nasci non ex indigencia naturæ, sed ex insatiabilitate animi cupidi. Miratur ergo Horat. quomodo id fiat. docetque periculosius esse multa possidere, quam pauca, quæ tamen sufficiant quia multi propter diuitias excæcantur auaritia. Multi etiam (vt docet Iuuen.) occisi sunt. Et vtitur poëta huiusmodi parabola. Si quis, inquit, biberet, & opus haberet cyatho aquæ lympidæ, & puræ, posset eam sine periculo ex fonte non magno haurire. si quis aût cupiditate motus mallet eam ex aufido fluuio Apuliæ rapacissimo haurire, forte impetus fluuij partem ripe simul cum haurire raperet, & immergeret. Sic si cui ad honestam vitam debendam .c. aureis opus esset, posset sibi mediocrem summam congregare, vnde eos quando necessitas vrgeret, aut vsus postularet sine periculo acciperet, sed si auaritia ductus mallet ingentem aceruum accumulare vnde eos caperet, forte obrueretur à potentioribus. Redeamus ad ordinem, Dum, id est dummodo relinquas, id est permittas, concedas nobis, haurire, id est accipere tantundem ex paruulo sup. aceruo, quantum tu ex magno, cur, id est quare laudes tua granaria.i. cameras amplas plenas frumenti plus.i. amplius, & abundantius, nostris cameris .i. paruis vasculis vimineis, aut fictilibus. in quibus tantum frumenti recondimus, quantum nobis opus est? q. d. tu sine causa id facias, vt.i. quemadmodum, si opus sit tibi, id est si opus habeas, & indigeas, vrna vel cyatho.i paruo vasculo, liquidi.i. puræ aquæ, & non amplius quàm vrna vel cyatho, & dicas, ego mallem sumere de magno flumine, quam sumere tantundem.i. eundem cyathum, vel eãdem, aut æque magnam vrnam de hoc fonticulo.i. de hoc paruo fonte, eo.i. ex eo, & per id fit, vt si copia .i. abundantia multitudo plenior.i. refectior maior, iusto .i. quam iustum, & necesse sit delectet quos.i. aliquos Aufidus .i. ille fluuius Apuliæ, acer.i. vehemens, & rapidus, ferat.i. auferat, submergat eos, auulsos.i. a terra firma vulsos, cum ripa, id est cum parte ripæ, seu marginis ipsius fluuij. At .i. sed, is qui eget .i. se indigẽtem ostendit, tantuli.i. tam parui, & non pluris. est n. diminutiuum a tantum tanti, qui inquam eget tantuli quanto est opus, id est expediens, & necessarium, is, id est talis, neque pro & non, haurit aquam turbatam limo, id est potest sibi necessaria ad honestam vitam sumere sine sordibus, & inhonestate vitæ, neque pro & non, & non ammittit vitam in vndis, id est non obruitur nimis diuitijs. sicut illi qui plus, quam satis est, requirunt. At bona pars hominum &c. toto residuo huius Satyræ molitur poëta auarum ab opinione praua reducere. quapropter ea quæ auarus in commendationem pecuniæ adducere potest, poeta vilipendit. Dicit ergo quòd multi licet cognoscant sibi non multis diuitijs opus esse. tamen multas accumulant, vt propter eas honorentur, & sapientes magnique viri reputentur. Nam, vt dicit in Epistolis, Hos solos animo sapere, & bene viuere quorum Conspicitur nitidis fundatas pecunia villis, Et Iuuen Quantum quisque sua nummorum seruat in arca, Tantum habet, & fidei. Contra huiusmodi homines, quibus id persuasum est, dicit Poëta, quòd vix sit aliud remedium, quam vt iubeantur libenter esse miseri. Magna enim miseria est, satis superque habere, & semper agere, multa possidere, & non audere illis vti, aut frui. Et vt auditorem alliciat, adducit historiam de Timone Atheniensi. de quo Acron satis dicit. addit autem Porphyrio, belle dictum esse Populus me sibilat, & quia sibilat prædixerat paullo post intulit plaudo. Inde autem hoc dictum est, quòd malos principes theatrum ciuitatis ingressos populus exhibilabat, bonos autem plausu excipiebat. Occeptat etiam narrare fabulam de Tantalo, quam auarus audiens & nesciens poetam de se loqui, ridet, & captus est priusquam persentiat. & hoc est quod dicit Persius. Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico Tangit &c. Tantali autem fabula huiusmodi est, Tantalus Ioui, & Plotes, seu Photydis, Nymphæ filius fuit, vt scribit Lactant. libro secundo. Fuitq. Phrygiæ rex auctore Eusebio, qui (vt habetur lib. ij. Metamor.) Cum deos hospitio suscepisset filium suum Pelopem ex auaritia eis comedendum apposuisset, Tãtalus

mentitus

mentitus aliàs esse carnes, à quibus carnibus dij omnes, excepta Cerere abstinuerunt, Ceres autem illius humerum edit, sed dij eburnum humerum Pelopi restituerunt, & per Mercurium eius animam ab inferis reuocarunt. vnde Virg. Humeroque Pelops insignis eburno. Tantalum autem dij ob id facinus in inferna detruserunt, vbi æterna siti ac fame laborat. Nam vt acrioti desiderio vegeatur, ad labia vsque habet limpidissima, & purissima flumina decurrentia, & supra hos odorifera poma, quæ dum caput leuat, vt ea capiat simul eleuantur, & semper effugiunt similiter dum sitibundus, vt fluminum aquas hauriat os inclinat, etiam flumina descendunt, ita quod mento tenus, nec vltra ea contingat. vnde dicit hic Horatius, Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina. Acron autem dicit ipsum à furijs prohiberi, quæ apud inferos tres sunt, Alecto, Tisiphone, & Megæra. Allegorice quidam dicũt per Cererem terram significari. Est enim Dea frugum, quæ in terra nascuntur. Terra autem carnes exedit, & humerum eburnum .i. ossa derelinquit. Dicunt etiam gentiles apud inferos esse legem talionis, & in eo quenque membro puniri in quo peccauit, vnde Tantalus qui filium epulandum dedit, fame & siti laborat. Pulchre autem auarum significat, qui in medio diuitiarum, & epularum positus eis vti non vult, quibus Tantalus vti non potest immo secundùm Horat. auarus rebus suis vti non valet quia cogitur ab eis abstinere, tanquam a rebus sacris quas consumere, aut alienare non licet, aut si quam voluptatem ex eis capit, ea sicca est, qualem ex pictura uisa habemus, quæ semper inanis est. vnde rectè dicitur j. Æneid.

*Atque animum pictura pascit inani.*

Ordo est. At pro sed, bona .i. magna, pars populi decepta falso cupidine .i. falsa cupiditate, inquit, nil satis est. vel sic, decepta cupidine .i. cupiditate, inquit, falso, & non vere, quod nil est satis. Nam Cupido Deus amoris, & filius Veneris masculini est generis, sed quando cupidit item significat fœminini generis esse deberet. vnde aut figurate dixit falso cupidine, quod vero simile est. nam in carminibus etiam pro auaritia dicitur sordidus Cupido. aut diuidendum est sicut diuisimus, inquit, falso quod nil est satis. causa est, quia tu sis .i. æstimeris & habearis, tanti .i. tanti valoris, & tantæ virtutis quantum habeas. vt ergo plurimi æstimeris, fac vt plurimum habeas. Quid facias illi cui hoc persuasum est? respondet, Tu iubeas esse libenter miserum. Miser enim est qui multa habet, & egestate laborat, & libenter talis est, quia voluntarie. Quatenus .i. quandiu secundùm Acronem, vel quatinus, quoniã quidem ipse fecit hoc, vt .i. quemadmodum, quidem sordidus .i. sordide ob auaritiam viuens, ac diues memoratur fecisse Athenis. loquitur autem, secundùm Acr. de Timone, qui solitus erat contemnere .i. vilipendere, non curare, voces .i. increpationes, & reprehensiones populi, sic .i. hoc pacto dicens, populus sibilat me .i. sibilando me explodit, & vitam meam sordidam damnat, at pro sed ipse .i. ego, plaudo .i. plausum, & assentationem facio mihi, domi .i. in domo mea, simul ac .i. statim postquam, ego contemplor .i. considero, & aspicio nummos .i. pecuniam meam, in arca, id est in scrinio, vel cista. dicitur autem arca ab arcendo, quia arcet volentes accedere.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congestis vndique saccis
Indormis inhians: & tanquam parcere sacris
Cogeris: aut pictis tanquam gaudere tabellis.
Nescis, quid valeat nummus: quem præbeat vsum,
Panis ematur, olus, vini sextarius: adde,
Quis humana sibi doleat natura negatis.
An vigilare metu exanimem, noctesq., diesq.
Formidare malos fures, incendia, seruos,
Ne te compilent, fugienteis: hoc iuuat? horum
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.
At si condoluit tentatum frigore corpus:
Aut alius casus lecto te affixit: habes qui
Assideat; fomenta paret; medicum roget, vt te
Suscitet: ac reddat natis, carisq. propinquis.
Non vxor saluum te vult, non filius: omnes
Vicini oderunt; noti, pueri, atque puellæ.
Miraris, cum tu argento post omnia ponas;
Si nemo præstet, quem non merearis, amorem?
At si cognatos, nullo natura labore
Quos tibi dat, retinere velis, seruareq. amicos:
Infelix operam perdas: vt si quis asellum
In campum doceat parentem currere frænis.

ASCENSIVS.

TAntalus à labris) Hic Poëta probat stultitiam taliter viuentium per fab. Tantali, quẽ modo recitauimus, dicens Tantalus rex Phrygię sitiens .i. sitibundus, & grauis siti confectus, captat, id est frequenter capere conatur, flumina .i. aquas purissimas fluẽtes apud Inferos, vbi ipse est. fugientia à labris .i. a labijs ipsius Tantali, dum se inclinat ad ea capienda. hac narratione incepta risit auarus, qui quia ad eum loquitur poëta, fingitur p̃sens. vnde dicit auctor, Quid .i. ad quid rides ò Auare? Fabula quã occepi narrare de Tantalo, narratur de te mutato nomine, hoc est solum interest quod tu non habes nomen Tantali, quia omne quod de pœna Tantali narratur, tibi conuenit. tu .n. inhians .i. auide cupiens plura accumulare, aut ea quæ habes custodire, indormis .i. etiam cum dormire deberes intẽdis saccis .i. loculis pecuniarum congestis .i. cõgregatis, & accumulatis, vel refertis, vndique .i. ex omni parte, tam iuste quã iniuste, & tu cogeris .i. compelleris auaritia iubente, parcere .i. abstinere, & continere te à saccis tuis plenis auro & argento, tanquã sacris .i. tanquã essent res sacræ, quas in vsum suum conuertere non licet homini prophano, aut cogeris gaudere saccis pecuniarum tanquam tabellis pictis .i. de pictis, quæ res inanissima est. Nescis ò auare, quid .i. quantum aut quo .i. ad quid. nummus .i. pecunia signata, valeat .i. vtilis sit, & nescis quem vsum præbeat, præbet sup. talem vsum, vt eo panis ematur, & holus .i. quæcunque herba qua vescimur, & sextarius .i. parua mensura vini. Adde etiam illa, quis .i. quibus natura humana doleat .i. ægre ferat negatis .i. si essent negata sibi, hoc est omnia quæ ad victum, & amictum necessaria sunt. de quibus dictum est, Habentes victum, & amictum his contenti sumus. Aduerte autem grammatice relatiuum non debere construi prius quam antecedens, quapropter melior est grammaticorum ordo. quis natura humana doleat negatis sibi quam hic, quis negatis sibi natura humana doleat. Ponitur autem quis in ablatiuo plurali iuxta secundam declinationem. Nam quis, & qui mixtim declinantur, & per secundam declinationem, & per tertiam. per secundam, enim dicimus, cuius, a quo qui, quorum, quis, quos, & a quis per tertiam quis: cui, quem. à qui, quibus & a quibus. Olim autem in communi genere dicebant quis in nominatiuo, & quẽ in accusatiuo. vnde & in Eunucho Terentij, Pythias de fœminis nimirum loquens, Hunc oculis suis nostrum nunquam quisquam vidit. vbi Donatus, Quisquam, inquit, antiqua est locutio, sed nunc (vt notissimũ est) tantum in masculino dicitur. [An vigilare metu) &c. totus hic Sermo (sicuti dictum est) habet quandam formam Dialogi. Quia ergo auarus prius dixerat iucundum esse ex magno aceruo sumere, & vnumquenque tãti esse, quantum habet, ideo ostẽdit Poëta auarum non habere delectationem, aut fructum ex diuitijs, quibus nõ audet vti, sed veluti Tantalum earum præsentia magis cruciari. Vnde probat hic non suauitatem, aut veram voluptatem, sed metum, & anxietatem esse possessionem magnarum diuitiarum. Iuxta quòd dicit Iuuen. Misera est magni custodia census. Interrogat ergo auarum an ipsum iuuet semper uigilare in metu, & anxietare ne diuitias suas amittat. Enumerat autem quatuor quæ diuitias auferunt, malos, id est prædones, & raptores qui vi rapiunt, fures qui furtim, & clam subtrahunt, incendia quæ casu, & infortunio demunt, & seruos qui dolo, & fraude fugam facientes compilant, id est diminuunt diuitias. Quod vocabulum mihi sumptum videtur ex Apologis Aesopi, è quibus Poëtam nostrum multa sumpsisse constat. Narrat autem Aesopus virum quendam medioeris ætatis duas vxores duxisse, alteram iuuenculam, quæ vt maritum sibi similem redderet, canos eius pilos extraxit, & alteram uetulam, quæ eadem de causa nigros sustulit. unde ambæ compilando, id est pilos euellendo, maritum caluum, & allegoricos pauperem, & nudum reliquerunt. unde compilare est dolose aliquem expoliare. At si condoluit, respondet auarus, Tametsi diuitiæ non sine anxietate custodiuntur, habent tamen utilitatem ob quam debeant custodiri, uidelicet quòd habentibus eas assistunt amici in infirmitatibus, & medicinam adhibent

Quis

Cõpilare

bent, & medicos procurant. Non vxor &c. respondet Poëta ostendens omnino secus euenire. vnde duplices homines nobis deuinctos, & obnoxios habere possumus. videlicet beneficio, quos amicos vocamus, & consanguinitate seu affinitate, quos necessarios. neutri autem horum obsequuntur, aut assistentiam fatiunt diuiti auaro. Non amici quia eos non habet. Iustum enim est ꝙ qui sanus nulli quicquam dedit, sed pecuniam plusquam omnes homines amauit, in infirmitate neminem habebat, qui sibi condoleat, aut amicus sit. Non etiam necessarij, quia cõtra naturam est, ꝙ heredes alicuius diuitis auari salutem eius procurent, quia (vt docet Iuuen.) etiam filius mortem patris diuitis, & auari exoptat. Dicit ergo Poëta, Ac si cognatos &c. quæ verba, sic Porphyrio exponit. Sensus est, An te putas ita operam perdere si cognatos, quos tibi sine labore tuo natura tribuit retinere volueris, siue amicos seruare, vt si quis velit Asinũ frænis regere, vt equi fungatur officio? Et hoc videlicet de asino prouerbium, aut prouerbiale est, quia infacetum atque inurbanum erit si putemus illud ad præsens à Poëta fictum esse. hæc Porphyrio. Melius aũt in eo iudicio intelligunt, qui dicunt Poëtam assertiue dicere ita eum operam perdere qui vellet necessarios suos sibi facere, & retinere amicos, sicuti qui asinos vellet regere frænis. Pulchrum autem & dignum notatu est, ꝙ prouerbialia etiam vilia faceciam habent si nota, & antiqua sint, inurbanitatem autem si agrestia sint & noua fingantur. Ordo igitur est, An ò auare. hoc iuuat, id est delectat, te videlicet ie exanimem, id est semimortuum, & ferè exanguem, metu. i. præ timore, vigilare, & formidare noctes, & dies, id est omni tempore malos fures, vel malos, vt prædones, & raptores qui vi auferunt, & fures qui furtim, & incendia quæ per infortunia, & seruos, ne ipsi serui fugientes compilent. i. denudent & (vt ita dicam) depauperent te. ego, inquit, Poëta optarẽ esse semper pauperrimus horum i huiusmodi bonorum, quæ cruciatum afferunt, & metum. Respondet auarus. At. i. sed, q. d. attamen licet diuitiæ cum anxietate custodiuntur, tamen vtilitatem habent. nam si corpus tuum tentarum. i. inuasum, & molestatum frigore condoluit, aut si alius casus. i. aliud genus ægritudinis casu eueniens, affixit te lecto ita, ꝙ cogaris in lecto ægrotus manere, nam qui oppositus est lecto, recedere dum vult potest. qui affixus est, non potest. si ergo fueris in lecto ægrotus, & habueris diuitias, tu habes sup. amicum qui assideat, id est iuxta te sedeat ad consolandum, aut confortandum te, & qui paret, id est præparet (venit enim a paro paras parare) fomenta, id est nutrimenta, & confortamenta naturæ tuæ, & qui roget medicum vt suscitet, id est releuet te ab infirmitate vnde mori debeas sine medico, ac reddat, id est restituat te, natis, id est liberis, & caris propinquis. Ad quæ poëta ostendit multo aliter euenire diuiti auaro, dicens, Vxor non vult te saluum, filius non vult te saluum. s. fieri, omnes vicini oderunt, id est odio prosequuntur te. Est enim vtriusque temporis in significatione, licet, in coniugando tantum præteriti sit temporis. Nam odio non legitur. licet semel apud Ciceronem odias legatur. Noti vt pueri, & puellæ, id est omnes familiares oderunt te. sed cum tu postponas argento omnia, id est ames plus argentum q̃ amicos aut familiares, miraris si nemo præstet tibi amorem, quem non merearis? quasi dicat non debeas inde mirari, quia id iustum est. At pro sed, si velis retinere, & seruare amicos, id est in amicitia, & beneuolentia erga te, cognatos, id est tecum ab eodem sanguine natos, quos natura dat tibi nullo labore, id est sine opera tua sola necessitudine sanguinis, tu infelix perdas operam, id est frustra labores, vt, id est quemadmodum, si quis doceat, id est conetur docere, asellum, id est iuuenem asinum, parentem, id est obtemperantem, & obedientem frænis, currere in campum, supple perdit operam. quia asinus non mutabit naturam. Non est autem asini natura parere frænis, & iussu domini sui currere, sicut non est natura heredum amare diuitem auarum necessarium suum, cui etiam ab intestato succedant. Est ergo prouerbium. Asinum docet parere frænis, qui sibi lacrymas petit heredis. Nam tritum est prouerbium, Heredis fletus sub persona risus est, sub persona, id est sub uelamento faciei. Notandum autem est parentem deduci a pareo secundæ coniugationis. habet enim primam longam, quam parens pro patre, & matre, & partens corripiunt. sed ad reliqua redeamus.

ASCEN. Denique sit finis quærendi) Infert Poëta principale institutum totius Satyræ. i. videlicet vt faciamus finem quærendi, nec ultra sufficientiam quæramus. Probat autem exemplo cuiusdam, cuius nota suo tempore erat historia, postmodum autem obscurior, quia de ea nihil dicunt Commentarij, quam periculosa sit magnæ pecuniæ sordida possessio. Nam quidam, inquit, Vuidius cum tam sordidus, & miser uixisset, quòd nunquam se melius quam seruo, suos uestire ausus esset, miserrime uitam amisit. Nam à liberta caput eius securi ablatum est. quapropter dicit poëta, quòd ipsa erat fortissima Tyndaridarum. De quo uocabulo dicam statim, ubi fabulã ab Acrone tactam recitauero, quæ hæc est, Pelops Tantali filius, Atreum, & Thyestem genuit, qui alternis uicibus regnabant, uerum Thyestes cum sciret regnum penes eum fataliter mansurum, qui arietem uelleris aurei haberet quem tũc Atreus regiam ingressus plurimũ custodiebat corrumpens Europam fratris uxorem imperium ad se transferre posse iudicauit. Hinc ab Atreo est regno pulsus. Deinde ficta gratia reconciliationis Atreus fratrem reuocauit, cui filios suos apposuit epulandos quam rem ut vindicaret Thyestes, oraculum Apollinis consuluit, unde accepit responsum, se nouo scelere posse uindictam reperire si uidelicet cum filia sua Pelopeia concumberet. quod & fecit & Ægysthum genuit qui postea Atreum patruũ suum occidit, & cum Clytemnestra Agamemnonis uxore adulterium commisit, cuius etiam consilio Agamemnonem Atrei filium patruelem suum a bello Troiano redeuntem interemit. Alij autem dicunt Clytemnestram ipsam hoc effecisse. unde Iuueo. Hoc tantum refert ꝙ Tyndaris illa bipennem Insulsam, & fatuam dextra, læuaq́ue tenebat. Tyndaris. i. Clytemnestra Tyndari filia ex Leda, ex qua Iup. in specie cycni Helenã genuit coniugem Menelai, quæ etiam Tyndaris a Virgilio uocatur, eo quòd ex Tyndari uxore nata sit. sicut Hercules Iouis filius Amphitryoniades uocatur. Helena aũt aut Paridem secuta aut ab eo rapta, post mortẽ eius Deiphobo nupsit, cuius mortis causa extitit. Nam, ut ipse apud Virgilium in vj Æneid. recitat capta Troia ueteri marito forte reconciliationis gratia aditum fecit, & pugionem marito nouo, id est Deiphobo, quem sub capite locare consueuit, dormienti surripuit. Vnde ab inimici oppressus, & post faciei deformationem nalique detruncationem, occisus est. utraque ergo Tyndaridum extitit causa mortis mariti sui, & (ut nonnulli dicunt) Clytemnestra propria manu

Pelops
Atreus
Thyestes

Clytemnestra

Helena

Denique sit finis quærendi: quoq́ue habeas plus:
Pauperiem metuas minus: & finire laborem
Incipias, parto quod auebas: nec facias, quod
Auidius quidam (non longa est fabula) diues,
Vt metiretur nummos: ita sordidus, vt se
Non vnquam seruo melius vestiret: ad vsque
Supremum tempus ne se penuria victus
Opprimeret, metuebat. at hunc liberta securi
Diuisit medium fortissima Tyndaridarum.
Quid mi igitur suades? vt viuam Menius? aut sic,
Vt Nomentanus? pergis pugnantia secum
Frontibus aduersis componere. non ego auarum
Cum veto te fieri: vappam iubeo, ac nebulonem.
Est inter Tanaim quiddam, socerumq́ue Visselli.
Est modus in rebus: sunt certi deniq́ue fines;
Quos vltra, citraq́ue nequit consistere rectum.
Illuc, vnde abij, redeo: nemon vt auarus
Se probet: ac potius laudet diuersa sequentes:
Quodque aliena capella gerat distentius vber,
Tabescat? neque se maiori pauperiorum
Turbæ comparet? hunc, atque hunc superare laboret?
Sic festinanti semper, locupletior obstat:
Vt cum carceribus missos rapit vngula currus:
Instat equis auriga, suos vincentibus, illum
Præteritum temnens extremos inter euntem.
Inde fit; vt raro, qui se vixisse beatum
Dicat: & exacto contentus tempore vitæ
Cedat, vti conuiua satur: reperire queamus:
Iam satis est. ne me Crispini scrinia Lippi
Compilasse putes, verbum non amplius addam.

manu maritum interemit, sed siue propria manu, siue consilio, siue alio quouis pacto id effecit, certum est fuisse occasionem mortis eius. vnde ab Oreste filio suo etiam ipsa in vindictam patris interempta est. Hæc de hac fabula satis prolixe sunt dicta, quamuis multa restent alibi dicenda. Quod autem in textu dicitur, Tyndaridarum, videtur Patronymicum masculini generis pro patronymico fœminini generis poni. *Tyndaridarum* quod quidam excusant, dicuntque à poëta eo consilio factum, vt ostenderet ꝙ liberta illius auari non solum mulieres eius familiæ, sed & viros superauerit. Alij autem dicunt sic intelligendum, non ꝙ ipsa sit fortissima Tyndarides, id enim dici non potest, sed per subauditionem fortissima liberta, aut ancilla, aut imitatrix Tyndaridarum. Neque vero intelligas eam fuisse de familia, aut genere Tyndari, sed imitatricem Tyndaridos .i. Clytemnestræ, vel Helenæ, sicut fortes viros omnes Hectores vocant. Ordo est. Denique .i. vt tandem paucis quod volo dicam. hoc .n. significat hæc dictio denique. ò auare, finis .i. meta, & terminus, quærendi .i. congregandi diuitias sit tibi. & cum .i. quando, tu habeas plus, metuas .i. formides minus, pauperiem .i. paupertatem, & egestatem. Aliquando autem pauperies significat damnum. vt ff. si quadrupedes pauperiem fecisse dicatur. & incipias finire Laborem parto .i. acquisito, eo quod auebas .i. cupiebas, hoc est postquam acquisiri quod desiderabas. Contra quod faciunt, qui quanto plus habent, tanto plus concupiscunt. Nec facias illud quod quidam Vuidius sup. fecit. de quo fabula non est longa .i. longe, repetenda & ignota. vel longa .i. multis verbis recitanda. vt igitur quidam Vuidius, ita diues, vt metiretur nũmos quod signum maximæ granditatis pecuniæ, nam qui mediocrem summam habent, aut pondere, aut numero decernunt, & ita sordidus .i. sordide, & tenaciter viuens, vt non vestiretur vnquam melius seruo, metuebat enim ad vsque. quod nos dicimus vsque ad supremum .i. vltimum tempus vitæ suæ, ne penuria .i. egestas, & difficultas victus opprimeret se at pro sed, liberta eius fortissima, supple imitatrix Tyndaridarũ .i. existentium de domo Tyndari, diuisit .i. secuit hunc videlicet diuitem auarum patronum suum medium .i. per medium eius securi, tali instrumento quod à secando dicitur. Caue autem puer ne dicas diuisit cum securi, quia cum præpositio non iungitur instrumento, sed comiti, aut concomitantiæ, vt argutus docet Valla. *Cum* *Sordidus* Sordidus est, qui sordide rem possidet, & turpem vsum habet. *Lautus* Contra lautus, qui nitide rem expendit. *Auarus* Auarus proprie qui cupide acquirit, & *Tenax* tenax, qui difficulter expendat. Quidnam igitur suades? auarus conuictus argumentis Poëtæ, nec valens inficias ire, quin turpe, & periculosum, miserumque sit in auaritia senescere, indignatus obijcit vitium prodigalitatis, vt eius respectu honestior videatur auaritia, quam qui ei student, parsimoniam vocant. quidnam (aut quid mi) igitur suades? quasi dicat viso ꝙ tantopere damnas qui sua custodiunt, quidnam suades? non ne vt viuam Mæuius (multi textus habent Neuius) aut vt nomentanus, viri prodigissimi, & vt ipse omne patrimonium meum in gula, & libidine consumam. Hic aduertendum est, ꝙ Mæuium quidam nimis parcum, & sordidum intelligunt. Alij autem prodigum, & luxuriosum. Priores inducti ad hoc sentiendum, quia poëta quærit an perseueret componere secum pugnantia. id est inter se contraria. quod non esset, nisi vita Mæuij esset contraria vitæ Nomentani, quem omnes prodigum profitentur. vnde sequitur Mæuium fuisse maxime auarum. Sed qui dicunt eum etiam prodigum fuisse, non minus efficaces habent approbationes. quarum prima est, ꝙ alijs locis Horatius ipsum Mæuim libidinosum, & olentem attestatur. vt in Epodo, Mala soluta nauis exit alite Ferens olentem Mæuium. in cuius fine dicit, Opima ꝙ si præda curuo litore Porrecta mergos iuuerit, Libidinosus immolabitur caper &c. vbi innuit eum pinguem, & libidinosum fuisse, & ob hoc libidinosum caprum pro eius morte immolandum. Liquet ergo ipsum non parcum fuisse, quia alibi dicit, eum bona patria abligurisse. Secunda ratio est, quia si Mæuius parcus, & auarus fuisset, auarus non opposuisset eum Horatio improbanti auaritiam. Non enim cohæret sententia, vt dicat auarus, Viso ꝙ damnas auaritiam, quid nam suades? vt viuam, scilicet sicut Mæuius .i. ille auarus? responderet enim Poëta. Dixi tibi ꝙ nolo vt ita viuas. Tertia est ex modo loquendi, quia si Horatius voluisset ꝙ auarus interrogaret an viuere debeat vt Mæuius auarus, an vt Nomentanus prodigus, non posuisset, Quid igitur suades? sed vtrum igitur suades. & præcipue non posuisset. Aut Nomentanus, sed An vt Nomentanus, vt bene accipiunt qui Laurentium Vallensem de an, & vel intelligunt. Nec obstat ꝙ versus non patitur, vt dicatur vt an &c. quia Poëta noluisset pro versu inepte loqui. Nam facile alium composuisset. verisimile est ergo quòd per Mæuium etiam luxuriosum intelligat. Et quando dicitur, Quomodo ergo dicit Poëta, ꝙ sint pugnantia secum? Respondebis, quòd poëta non uult quòd ea quæ auarus adducit, sint secum, id est inter se pugnantia, sed quod auaritia quam prius auarus approbauerat, & prodigalitas Mæuij & Nomentani quam non obijcit, sint pugnantia frontibus, id est extremitatibus aduersis. sunt enim duo extrema uitiosa, inter quæ est uirtus media. Nam (vt dicit etiam alio loco) Virtus est medium vitiorum vtrinque reductum. Vnde hic addit Poëta, Cum ego vero te fieri auarum non iubeo te fieri Vappam, & Nebulonem .i. hominem profusum, perditum, & leuem. *Vappa* Nam Vappa dicitur vinum quod efferbuit, atque omnem vigorem amisit, & Nebulo est obscurus, & leuis, & sine vitæ claritate, qualis est prodigus: qui cum patrimonium suum absumpsit in delicijs est quasi Vappa, id est vinũ quod efferbuit, quia in summam miseriam redactus vapidus, & mollis efficitur, nihilque vigoris amplius retinuisse videtur. Est etiam sicut nebula, quia amissa honestate, & abiecto pudore cogitur alienas mensas sectari, inter quas est vt nebula, id est fœdus, & obscurus sine pondere, & virtute. Est inter Tanaim, probat vrbane medium esse in rebus. *Tanus* Nam Tanais, aut Tanus (vtrunque enim scriptum reperio) Spado erat, hoc est cui testiculi erant euulsi, socer autem Viselli erat herniosus, id est (vt vulgo dicunt) ruptus, & ita habebat non solum testiculos, sed & partem intestinorum sub virga virili. inter ergo sacculos testiculorum plenos & inanes medium est. Est modus in rebus, auctoritas nota. Illuc, vnde abij, redeo &c. dictum est in principio huius Sermonis, quòd nemo sit contentus sua sorte, & quòd quilibet vellet mutare conditionem, & statum suum, quod vitiosum est. Posset autem auarus dicere, quòd non sit in ea re vitiosus, quia non vult mutare propositum suum, semper enim vult in auaritia perstare. vnde illi qui volunt statum suum mutare, quantum ad auaritiam non mutantur, quia ideo volunt statum suum mutare, vt per nouum statum plura lucrentur, permanent ergo in auaritia, & in cupiditate plura habendi vnde dici solet: In nobis vitia decrescunt omnia: solam Præter auaritiam, quæ nobis debilitatis fortior efficitur crescens crescentibus annis. Licet ergo quis constans fuerit in auaritia, aut in alio peccato, non propterea, inquit Poëta, se probet, id est probum putet, & laudet, immo potius laudet diuersa sequentes, quia melius est animum mutare, quam in malo perdurare. Præcipit etiam poëta, quòd nemo inuidia tabescat, si res vicini sui meliores uideat, neque se ideo pauperem putet, quia ditiorem uidet, quia qui ad hoc tendit, vt se nemo sit ditior, nunquam erit contentus quibuscunque rebus habitis, sed semper alium ditiorem ante se inueniet, sicut in curuli certamine qui omnes ante se existentes vellet superare, & (vt dicunt) postergare, nunquam quietus esset. Pro quo sciendum est, quod curule certamen dictum est a curribus, sed metri causa aufertur vnum r, non enim dicitur currule, sed curule. *Curule Certamẽ* Institutum autem uidetur, ut iuuenes periti sint artis aurigandi. Nam priscis temporibus summi bellatores non in equis, sed in curribus bellabant, ut de Hectore, Achille, ceterisq. fortibus uiris in bello Troiano ex Homero, alijsque auctoribus constat. Fiebat autem curule certamen hoc modo. Erat latus campus in quo metæ, ut pali, aut stipites erant circumpositæ, circum quas qui proxime, & uelocissime ter currum suum illæsum perduxit, uictoriam obtinuit. Stabant autem omnes certare uolentes cum curribus in equis suis in æquali distantia, & dato signo omnes simul prorucbant. Maxima autem gloria erat proxime metas currum ducere, & eum ad metas non allidere, quia qui hoc faciebat maximum spatium percurrebat. in circunferentia enim maius spatium est, quam circa centrum. Magnæ autem peritiæ erat euitare metas. unde dicit Poëta noster in prima Ode, Sunt quos curriculo puluerem olympicum Collegisse iuuat, metaque feruidis Euitata rotis &c. Vbi de uarijs ludis, & eorum institutoribus, & de locis ubi instituti sunt, multa ualde egregia ex Commentarijs quilibet discere poterit. Mihi autem hic satis est ostendere in quo consistat comparatio, quam Poëta noster hic facit inter auarum, & aurigam in curuli certamine properantem. Et meo quidem iudicio in hoc consistit: quòd cum auriga qui primus primum circuitum perfecit, redit ad faciendum secundum, offendit iam in via sua ante se eos, quos habuit post se, vnde vult extremum quem primum ante se inuenit, iterum præcedere, & sic quandiu in cursu circulari est, semper aliquem ante se inuenit quem præcedere conatur. eo modo auarus, quamuis sit ditissimus, tamen

semper

semper inuenit aliquem ante se .i. habentem aliquid quod ipse non haber, & quod vellet habere. quapropter qui vellet omnes in omnibus diuitijs sperare, nunquam esset contentus, aut quietus quacunque te habita. Et ita iudicio meo istæ tres dictiones equis suis vincentibus, possent esse eiusdem, hoc est datiui casus, quamuis Acron velit suis equis esse ablatiuos instrumentales, & quamuis Philologus legat suos, cum Porphyrione, dicatque in exemplari vetusto sic se legisse, vt in constructione patebit. Inde fit vt tato &c. quia igitur, inquit, omnes ante euntes superare volumus, ideo nemo in tota vita sua potest satiari diuitijs. Possumus enim, inquit, reperire conuiuas, qui ventrem satiant, sed auarum qui mentem satiatam habeat, non inuenimus. vnde de guloso solet dici, ꝙ citius ventrem quam oculum satiet. & de auaro, quòd citius saccum quam mentem expleat. Crispinus, iste poeta erat garrulus, & Aretalogus ob id dictus. Aretalogus autem est facetus mentitor, qui mendacia pulchre colorat, & vero similia facit. is autem dogmata Stoicorum scripsit multis, sed incultis versibus. Ne ergo poëta noster garrulus habeatur, & nimis prolixi sermonis, vt Crispinus, dicit se finem dicendi facturum. Non autem ꝙ posset credi Crispini versus abstulisse, sed vt ille verbosus haberi. & ita per transitum more Satyrico Crispinum taxat. Ordo est. Dicit auarus, igitur quoniam tantopere auaritiam damnas, quid nam suades mihi? (versus non staret si legatur, Quid igitur suades. lege ergo. Quidnam igitur suades) non ne suades, vt viuam Meuius (vel Neuius, vt alij legunt) aut vt Nomentanus.i.prodigus, & luxuriosus sicut Mœuius, & Cassius Nomentanus? Est autem reprehensorum modus oppositum vitium obijcere. si cui dicas, Quare ita præceps ruis? respondebit, Vis ergo vt limacem sequar? Respondet poëta, Pergis.i.non ne perseueras, componere, id est comparare, pugnantia.i. repugnantia, secum, id est inter se, frontibus.i.extremitatibus, aduersis .i. contrarijs, qualia sunt quæ prius reprobaui, & quæ nunc adducis? Cum.i.quando, ego vero te fieri Vappam, idest hominem perditum per prodigalitatem, & Nebulonem, id est libidinosum & leuem. Quidam, id est quoddam discrimen, quædam differentia est inter Tanaim Spadonem, qui nihil habet in sacculis testiculorum, & inter socerum Viselli, qui cum herniosus sit, sacculos illos plenos, & maximos habet. Modus, id est mensura, & moderatio, est .i. consistit in rebus, & certi fines.i.limites sunt in rebus, vltra quos, & citra quos, rectum, id est res iusta, & recta nequit, id est non valet consistere. Sed redeo.i.reuertor, illuc.i.ad illud propositum, vnde, id est a quo, abij, id est digressus sum. Nemo probet, id est approbet laudet, commendet se, vt, id est quia, sit auarus, & in auaritia permanens, ac laudet potius sequentes diuersa supple officia, hoc est mallem ꝙ statum suum cupiat mutare, quam ꝙ in auaritia permaneat que pro &, nemo sup. tabescat .i. inuidia consumatur, ꝙ .i. quia capella, id est capra aliena, gerat, id est portet, vber, id est mamillas distentius .i. pleniores & magis distentas. Neque comparet se maiori turbæ pauperiorum, atque sic faciendo laboret superare hunc, atque hunc .i. vnumquenque. Causam addit, quia locupletior, id est aliquis ditior semper obstat, id est opponitur, properanti, id est festinanti sic vnumquenque superare, ut, id est quemadmodum, cum, id est quando ungula.i pes quorum firmiter terræ infixus, ut fortius, & celerius currant, rapit, id est raptim trahit. currus missos, id est emissos, carceribus, id est locis ubi equi arcentur ne currant antequam signum datum sit, unde secundum Seruium, Carcer in singulari significat custodiam noxiorum, in plurali equorum retinacula. Cum inquam ita equi currus rapiunt, auriga.i director equorum instat, id est secundum Acronis intellectum, instantiam, & pressuram facit, equis suis, id est per quos suos, vincentibus, id est alijs qui vicerunt, vel sicut prius dictum est, auriga instat, id est festinanter insistit, equis suis vincentibus .i. quamuis equos suos vicisse semel videt, tamen adhuc instat, & vrget eos, vt vltimum primi cursus iterum vincat, & bis cursum suum perficiat priusquam ille semel, & hoc est quod dicit, temnens, id est paruí æstimans, & faciliter superare sperans, illum præteritum, id est quem semel præterijt euntem inter extremos, quasi dicat si vellet omnes superare, quos ante se offendit, nunquam haberet finem, quia quem semel præterijt redeundo circulariter iterum ante se inuenit. Secundum Philologi autem lectionem, auriga instat, id est innititur, vt anteuertat equis vincentibus, id est ijs qui vincunt suos, scilicet equos. Verum sequentia plus arrident communi lectioni, & nostræ, vt opinor, interpretationi, præsertim cum exprimat insatiabilitatem animi non contenti semel vicisse, cum instet equis suis vincentibus, vt iterum vincant. Inde, id est hac de causa, fit, id est comparatum est, contingit, euenit, vt queamus, id est possimus repetire raro aliquem, qui dicat se vixisse beatum, & qui exacto tempore vitæ .i. post, quam explicuit tempus vitæ suæ, cedat, id est decedat, contentus .i. satiatus vti, id est quemadmodum, conuiua satur supple cedit, & non prius requirit quam saturitatem, & repletionem ventris, qui facilius impletur, quam animus auari qui insatiabilis est. Iam, satis est supple de auaritia dictum, ne tu putes, id est aliquis putet, aut arbitretur, me compilasse, id est furatum esse, & abduxisse, scrinia, id est capsas librorum, Crispini, id est illius poëtæ. garruli, lippi.i.inepti vel lippos oculos habentis, non addam amplius verbum, sed finem dicendi faciam.

QVi fit Mœcenas) Huic non multum abest illud apud Nasonem. DOTT. excerp.

> Fertilior seges est alienis semper in agris,
> Vicinumque pecus grandius vber habet.

Et ille Mimus ex illis Publij ab A.Gellio laudatis, Aliena nobis, nostra plus alijs placent. [Iupiter ambas) Horatius iratus buccas ad iracundiæ retulit argumentum, Si quidem buccas inflare, fastuosi, turgidi, atque iracundi dicuntur. [Quantum habeas) Ex Euripide hoc prouerbiũ venisse in vulgi sermonem creditur, cuius hæc apud Senecam citatur sententia, Vbique tanti quisque, quantum habuit fuit. Et hæc Iuuen. Satyr. iij.

> Quantum quisque sua nummorum continet arca
> Tantum habet, & fidei.

[Fugientia captat) Tantali supplicia, de ijs dicendum quibus adsunt quidem bona, verum his frui negatum est. A fabula Tantali sumptum, quæ omnibus fere nota. [Parentem currere) Asinum sub freno currere doces, hoc est, doces indocilem, Nam equus ad cursus idoneus, asinus ad equestrem cursum inutilis.

ACron hoc loco, cum Horatium, Lucilio, & Iuuenali cõparasset, vltimum hæc adijcit verba. Denique nisi Iuuenalis, inquit, scripsisset, isto nemo esset melior, quasi Iuuenalis in Satyra sit præferẽdus Horatio. Memini olim ex Doct. sæpe audisse, Iuuenalem Satyræ maiestatem corrupisse nec scisse Satyram scribere. Idque etiam mihi visum, Sed Acronis hoc iudicium de Satyricis tam est ingeniosum, quam expositio vocis Satyræ. Plerique enim, inquit, Satyram à lance, quæ plena diuersis frugibus in templo Cereris infertur, nomen accepisse dicunt. Alij quod hoc carmen ita multis ac varijs rebus referrum sit, vt audientes saturet. Alij quod ita Satyra conuicia, ac crimina hominum libere inuadat, vt saturi homines.i.ebrij. Hæc & plura ille. Ego puto ex sententia huius poetæ in arte, potius ex agrestibus illi dijs appellatam Satyram. Ipse enim poeta ita ait, GLAR.

> Verum ita risores, ita commendare dicaces,
> Conueniet Satyros.

Et paullo ante.

> Carmine qui Tragico vilem certauit ob hircum,
> Mox etiam agrestes Satyros nudauit.

Ad quæ verba etiam ipse Acron ita scribit, Docet, inquit, vnde nata sit Satyra.

> Loquacem Delassare valent Fabium.

Ante loquacem distinctio est, & suspensa sententia, cui figurate, nec minus eleganter infertur, loquacem delassare valent Fabium. Quæ non intelligens subtilis, ac argutus ille annotator legendum existimat, lassare vt valeant, præcedit enim, inquit, adeo multa.i.tam multa quas particulas, vt, coniunctio sub sequi consueuit. Imperiosus grammaticus, qui poëtam nostrum ad hasce nugas adigit.

> Non tuus hic capiet uenter plus.

Quidam hic, quidam hoc, alij hinc legunt, quod mihi maxime probatur. Quod autem in commentatio Acronis legitur quia habes centum millia modios, corruptum est. Legendum enim modium.

> Decepta cupidine falso.

Et notandum, inquit Acron, cupidinem genere masculino pro cupiditate noue poni. Immo ego miror quis has nugas in Horatium uexerit, apud quem cupido nullo nunquam genere alio inuenitur, quam masculino. Id etiam Ode xvj. lib. ij. Carminum annotauimus, Caue constituas, falso inquit, vt Badius exponi posse contendit.

> An si cognatos nullo natura labore.

Siue interrogatiue per an legatur, siue enunciatiue per at, intelligendum tamen semper est, si retinere velis.s.his tuis moribus, ac auaritiæ sordibus, nihilo plus efficies, quam qui asellum sub frænis currere docere velit.

> Vuidius quidam (non longa est fabula) diues.

Acron hoc loco supplet,ita,vt sit ita diues. In Porph. comminentario suppletur,ideo,sed legendum puto,adeo, vt sit,adeo diues. Prætetea quidam Vnidium, quidam Vnidium, quidam etiam Vbidium scribunt, de quibus nihil certi habemus quod affirmare queamus. Fortissima Tyndaridarum. Hoc Acron de Clytemnestra, aut Helena intelligit. Porphyrion de Clytemnestra. Sed si hoc ita est oportuit Tyndaridum genitiuum esse, non Tyndaridarum. Sed videtur Horatius ab accusatiuo fœminino græco τυνδαρίδα formasse nominatiuum fœmininum Tyndarida, Tyndaridæ, sicut ab accusatiuo τὸν κρατῆρα fœmininum cratera. Huius rei admonuit nos olim Domi. E.R. præceptor noster. Quid mi igitur suades? vt viuam Meuius? aut sic. Mira in his proprijs variatio. Nam quidam Nenius legunt alij Menius,vt Porphyrio epist.xvj. ab initio,quod placet. Satyra autem tertia paullo post,vtcunque nomen est, Menius absentem Neuium cum carperet, quanquam quidam eo loco pro Neuio legunt Nouium,quod item placet. Acron autem hic de Menio hæc habet, Menius tam parcus fuit, vt merito sordidus appellaretur. Eademque verba apud Porphyrionem leguntur. Sed Satyr. iij. de Menio longe alia scribit Porphyrio. Quod ad hunc locum attinet,ego per Menium neutiquam hominem sordidum intelligo. Quorsum enim attinebat Horatio impugnanti, auarum ab auaro opponi? Hoc sensu, Horati, quando auaros damnas,vis igitur,vt viuam Menius, qui fuit auarus? Quid insulsius,immo quid alienius à poëtæ mente? Quare intelligendus Meuius qualis a poetæ describitur epist.xvj. scurra ac prodigus,qualis etiam Nomentanus. Nec obstant verba, sequentia, pergis pugnantia secum Frontibus aduersis componere.Pugnantia .n hic sunt Horatij exempla,auari vt Vuidij, & prodigi,vt de Menio ac Nomentano. Illuc,vnde abij,redeo,memnon vt auarus. Nemnon' vt auarus legendum,non autem,Nemo vt sit auarus? vt quidam ex Acronis commentario decepti leguot.Quippe Acron omnia sequentia verba ad auarum torquet, cum Horatius ad huius Satyræ principium respexerit, atque adeo ad prima verba, Qui fit, volens nunc huic Satyræ finem imponere. Est autem hic sensus. Qui fit vt nemo se probet, excepto vno auaro, ac potius vnusquisque laudet diuersa sequentis, tabescatque  aliena capella gerat distentius vber, neque quisquam se comparet maiori turbæ pauperiorum,immo laboret hunc atque hunc superare? quasi dicat. Si turbam pauperiorum post nos relictam intueremur, potius quam ditiorum antecedentem videremus vtique quam longe hanc illa superaret, quietiores mente fururi. Et nisi repetatur illud, Quid fit certe nullus erit hic sensus. Badius Hercule hunc locum non intellegit. Sed ita nobis olim exposuit Doct. præceptor noster. Est autem totus locus interrogatiue legendus. Porro expositio quoque Porphyrio. & sequens comparatio, nostræ sententiæ maxime congruent,vt lector ipse iudicabit.

## ARGVMENTVM
### SATYRAE II.

*Tigelli Hermogenis poëta liberalißimi in suos compotores meminit, et Satyra tertia.*



Mbvbaiarvm collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimæ, balatrones,hoc genus omne
Mœstum, ac solicitum est cantoris morte Tigelli.
Quippe benignus erat. contra, hic ne prodigus esse
Dicatur metueos, inopi dare nolit amico;
Frigus quo, duramque famem depellere possit.
Hunc si perconteris, aui cur, atque parentis
Præclaram ingrata stringat malus ingluuie rem,
Omnia conductis coëmens obsonia nummis:
Sordidus, atque animi quòd parui nolit haberi;
Respondet. laudatur ab his: culpatur ab illis.
Fusidius vappæ famam timet, ac nebulonis,
Diues agris, diues positis in fœnore nummis.
Quinas hic capiti mercedes exigit: atque
Quanto perditior quisque est, tanto acrius vrget.
Nomina sectatur modo sumpta veste virili
Sub patribus duris tironum. maxime, quis non,
Iupiter, exclamet; simulatque audiuit? * at ipse
Pro quæstu sumptum facit. hic, vix credere possis,
Quàm sibi non sit amicus: ita vt pater ille, Terenti
Fabula quem miserum nato vixisse fugato
Inducit; non se peius cruciauerit, atque hic.

ASCEN. 

Mbvbaiarvm collegia, Pharmacopolæ, Mendici &c. In hac secunda Satyra Horatius primũ ostendit exemplis q̃ło Dum vitant stulti vitia in contraria currunt. Cum enim nolint circa medium io quo virtus consistit, immorari,sed contenti sint alterum extremum à quo abhorrẽt effugere, in alterum extremum non minus vitiosum dilabũtur. Deinde ostendit multos magis ex opinione sua praua,& ex concupiscentia effræni peccare quá ex rerum discrimine. vnde ostendit non minus voluptatis esse in prostituta,quam in nobili matrona si non falsa opinione duceremur. Cootra multo grauius esse peccatum, atque periculum in matrona, quam in ancilla,aut publica meretrice, quo circa dehortatur nos ab adulterio cõmirtendo. Quod vero ad Lupanaria videtur inuitare,non sic intelligas quasi laudabile sit, sed minus vitiosum. Neque vero ita damnabile reputabatur simplex fornicatio à gentilibus, qui legem diuinam non agnoscebant,sicut à nobis qui veritatem agnoscimus quo circa in sententijs poëticis, quæ christianæ veritati consonæ sunt, comprobentur quæ minus,ab Ethnico dictę putentur. Et hæc de argumento huius Satyræ. Ambubaiarum collegia &c. M.Tigellius Hermogenes Musicus tam prodigus, inquit, largitor fuit,  omnes gulæ proceres, ac perditæ libidinis homines quales sunt tibicines,histriones,parasiti,gnatones, mimi & mimæ,æpulones,balatrones,mendici,vnguentarij, caupones,& omnes qui ad horum pertinent collegia,mœsti à sollicitri ob eius mortem effecti sint, & non immerito (dicit hoc aũt per ironiam ex affectu eiusmodi hominum) quia certe erat benignus,immo erat prodigus largitor,dans quibus non oportuit & plus quam decuit. Contra hic &c. econtrario dabilis est alius tá tum prodigentiam effugiens,vt ne prodigus censeatur,nolit dare amico inopi quo frigus,aut dirá famem possit propellere. Vide quam signate notet tenacitatem auari. Non dicit  nolit dare cuicunque petenti, sed ne amico quidem. Nec cuicunque amico,sed ne inopi quidem. Neque dicir,  nolit amico inopi dare equum, aut vestem honestá,aut alia ad honestius, & commodius viuendum vtilia,sed q̃d nolit ei dare. Quo possit inopé defendere vitam,& frigus, & famem non tenuem,sed diram, & execrabilem propellere. Si perconteris aũt .i. interroges, hunc .i.alterum horum, videlicet Tigelliũ, quare patrimooium suũ ita abligutiat,& dilapidet,rñdet  nolit reputari sordidus,& parui animi. Laudabitur aũt ab his qui talem vitam amant, & consimilia faciũt. Culpabitur autem ab illis, qui aut virtutem mediá colũt, aut in oppositum vitium fugiunt. Si vero perconteris Fusidium auarum vsurarium, qui pro singulis denarijs ad vsuram præstitit quinos lucrari vult cũ tñ sit ditissimus agroꝶ, & pecuniarum, si inq̃ quæras ab eo quare id faciat,rñdebit, timeat reputari Vappa aut nebulo .i. homo ꝓdigus atq. iners, & sine industria,nihil cõsilij, aut pensi habens nihilq. superlucrari sciens. Ostendit autem poëta q̃ło fieri potest,  quinas mercedes pro capite,hoc est sorte, seu principali pecunia ad vsuram præstita exigit,quia sectatur iuuenes perditos, qui duros, & rigidos patres habentes sese ad militiam conuertunt. vnde si parentes diutius vixerint, ex castrensi peculio vsurarius ille solutionem sibi comparabat. Nam licet illi qui in paterna potestate sunt, rem paternam alienare non possunt, peculium tamen castrense possunt, & quia in ea re maxima fraus est, & destructio iuuenum incautorum, quærit auctor quis tam patiens esse posset, vt non inuocet Iouem in vltionem talis facinoris. At ille pro quæstu &c. facit hypophoram, id est obiectionem. posset enim aliquis dicere, quòd Fufidius ille dignus sit qui multum lucretur, vel quòd necesse habeat multa lucrari, ex quo graues sumptus faciat, immo pro magnitudine lucri.

* ἀνθυποφορά.

eri. Contra quod dicit Poëta, Hic .i.dicis ꝗ hic pro quæstu sum psum facit. Vix, inquit, possis credere quantum ipse sit inimicus sibi, ita ꝗ Menedemus in tertia Comœdia Terentij, quæ ab eo dicitur Heautontimorumenos.i. seipsum crucians, non maiorem abstinentiam fecerit. neque seipsum grauius cruciauerit, eo ꝗ filium suum Cliniam per duritiam suam coegit in militiam abire, quam ille seipsum cruciat ne prodigus habeatur.

*Ambubaiæ* Nunc pauca vocabula declaranda sunt. Ambubaiæ secundùm Acronem Syrorum lingua dicuntur mulieres tibicinæ. Alij latinum putant, & dictum ꝗ am.i.circum, Baias locum amœnissimum, & voluptatis plenum versentur. *Collegium* Collegium, est collegatū, id est eorum qui ad idem officium missi sunt, aut circa idem studium versantur, conuenticulum. *Pharmacopola* Pharmacopola græce, vnguenti venditor latine dicitur. Nam pharmacon significat vnguentum, & pola venditorem. nam πωλέω est vendo. Vnde etiam bibliopola, venditor est librorum. In locis autem calidis nulla voluptas sine vnguento est. Mendici, hic sunt parasiti, & mensarum delicatarum sectatores per assentationes suas. Mimi, sunt histriones, & mimæ saltatrices gestu, & saltatione corporis gratiam captantes. Balatrones, sunt Seruilio Balatroni similes perdit gula, & voracitate. vt autem a balatu dicantur, non patitur versus. Nam balare primam producit, quæ in balatrones hic corripitur. Tigelli per apocopem pro Tigellij dicitur. Nam in alia Satyra vocabitur Tigellius, non Tigellus, de quo *Tigellius* sic dicit Porphyrio: Marcus Tigellius Hermogenes Musicæ artis scientia præditus Caio Cæsari dictatori fuit familiaris postea Cleopatræ quia dulciter cantabat, & iocabatur vrbane. Augusto quoque ita placuit, vt inter familiares, ac domesticos haberetur. hæc ille. Scias autem lector, c, literam poni pro Caio. & licet scribatur per c, profertur tanquam per g, scriptum Gaius. *Percunctor* Percontari est sciendi, & experiendi gratia aliquid rogare, & vel a cuncta, id est mora deducitur, eo quòd quos per- *Percontor* cunctamur difficilia moram faciant prius quam respondeant, & tunc scribitur per v, & c, vel dicitur à conto, id est baculo, quo nauta inquirit profunditatem maris, & tunc per o, sine c, scribitur percontor. Quinas mercedes capiti.i pro singulis nummis daris quinque exigit bene enim, & proprie hic posuit quinas, Nam distributionem notat. Caput autem, seu capitale, vel sors est ea pecunia quam ad vsuram damus. Lucrum autem vocatur fœ- *Fœnus* nus quasi sit fœtus pecuniæ. vnde etiam fœnum dictum est, eo ꝗ sit fœtus terræ lucro cedens. sine cultura enim nascitur. Cetera in constructione parebunt. Ordo igitur est, Collegia.i.societates, & conuenticula Ambubaiarum, id est mulierum tibicinarum, & saltatricum, ac lasciuarum: Pharmacopolæ, id est vnguentarij, seu vnguenti venditores, mendici.i parasiti & histriones, mimæ saltatrices, & cantatrices histrionicam exercentes. Sunt tamen qui legant mimi, vt masculinum genus præpolleat. quod si offendero, non deleam, nec si mimæ legatur refellam, quia rara lib fides: dum ex sua quisque sententia alius corrigere alius inuertere veteres lib. audet. Acron autem mimæ legit, quo modo sibilus vitatur balatrones, id est comedones, & gulæ indulgentes. omne hoc genus lasciuorum, & luxuriosorum hominum est mœstum ac sollicitum morte.i.propter mortem Tigelli.i.Tigelli. quippe, quia certe ipse erat benignus, vt dicebāt ipsius amatores & sectatores, cum potius dicendus prodigus esset. Est autem amara irrisio Poetæ, non carens Satyrico scommate. vult ergo dicere, ꝗ Trigellius summopere fugiebat auarus, aut sordidus reputari. In locutione aūt est zeugma a posteriori, vt noscunt grammatici. Contra.i.econtrario hic.i. alius, metuens ne dicatur esse prodigus, nolit dare amico inopi, & egenti aliquid, quo possit propellere.i. procul à se pellere frigus, & diram.i.sæuam, & immanem famem. si tu percontaris .i. interroges hunc, videlicet Tigellium prodigum, cur ipse malus .i. vitiosus, & perditus, stringat.i. diminuat Paulatim & consumat, ingluuiæ, id est voracitate gulæ, ingrata.i.odiosa heredibus, vel ingrata, quia vnde beneficium accepit, non refert, sed sibi duntaxat viuit, stringat inquam præclaram rem .i. valde amplum & clarum patrimonium aui, atque parentis .i. patris.i. quod auus patri, & pater ipsi filio dereliquit. stringat inquam patrimonium suum, coemens .i. simul emens, omnia obsonia.i.omne genus ciborum. nummis.i.pecunijs, conductis .i. ad vsuram acceptis pro quibus tanquam pro rebus conductis mercedem pendere debebat. Nam obsonium est quicquid comedi potest vltra panem ipsum gallice pitance. Si tu ergo percontaris hunc, ipse respondet, ꝗ hoc facit, ꝗ .i. quia nolit haberi.i. reputari sordidus, & parui animi, ipse autem hoc respondens laudatur ab his .i. ab aliquibus, qui simile faciunt aut quibus hoc prodest, & culpatur, id est arguitur, & reprobatur ab illis.i.alijs, qui aut virtutem mediam.i.liberalitatem, aut vitium oppositum.i.auaritiam colunt. Bonfinis autem qui negat ablatiuos actiue significantes passiuis construi diceret forte hoc loco culpatur ab his .i. propter hæc, aut nomine horum, & laudatur ab illis.i.propter illa, aut nomine illorum sed eius dicto parum moueor. Fusidius diues agris & diues nummis, positis in fœnore.i.ad vsuram, timet famam .i.infamiam, Vappæ, & Nebulonis, id est ignaui, & perditi hominis, & ideo hic exigit, id est expostulat capiti, id est principali summæ expositæ, quinas mercedes, id est pro singulis nummis quinque, atque vrget, id est compellit, soluere tanto acrius, id est vehementius, quanto quisque est perditior, id est minus accurare res suas agens. Sectatur enim.i. insequitur. & captat vt in libro suo scribat, nomina tironum, id est nouorum militum & hoc dico veste virili, id est toga, quam anno xiiij. accipiebant, & tunc stipendia facere poterant, sumpta, id est accepta, sub duris, id est seueris, & rigidis patribus. Hoc autem, vt dixi, fecit propter peculium castrense. Quis simul ac, id est immediate postquam audiuit, ꝗ Fusidius talia facit, non exclamet, O maxime Iupiter, quare supple non percutis fulmine tam auarum, & iniquum hominem? Deinde poëta ponit obiectionem. quasi quis dicat, At pro sed, ò Horati, ille, scilicet Fusidius, facit sumptum, id est expensas, pro quæstu, id est secundùm magnitudinem quæstus, & lucri, & ita videtur illi non inuidendum si multa lucretur. Respondet poëta, Hic, id est dicis tu quòd hic, videlicet Fusidius faciat sumptum pro quæstu, vt vix possis credere quam, id est quantum, non amicus, id est inimicus sit sibi, hoc est quantum Genium suum fraudet, hoc est alimenta naturæ suæ debita subtrahat, ita, id est in tantum est sibi inimicus, vt ille patre, scilicet Menedemus, quem fabula, id est tertia Comœdia, Terenti, id est Terentij, inducit vixisset miserum nato, id est filio videlicet Clinia, fugato, id est coacto ire in militiam, non cruciauerit se peius, id est durius, & accumularius, atque, id est quam hic, de quo loquor, videlicet Fusidius.

ASCEN.

SI quis nunc quærat &c. ostendit ad quod propositum Tigelli prodigalitatem, & Fusidij auaritiam descripserit, vt.s.ostendat ꝗ dum vitāt stulti vitia, in contraria currunt quod in de Arte Poëtica sic dicit, In vitium ducit culpæ fuga si caret arte. Monet ergo, vt sic vitemus vnum extremū vitiosum ne in alterum præcipitemur, sed circa medium moremur. Malchinus tunicis demissis ambulat, probat idem aliorum exemplis, & sm nonnullos Mœcenatem, & Agrippam tangit. Nam Mœcenas vestibus talaribus, & eisdem tenuissimis vtebatur. vnde de vestibus preciosis quos Catullus iactauit, dicit Iuuen. Sat.xiij. Præcipitare volens etiam pulcherrima vestem Purpuream teneris quoque Mœcenatibus aptam. Nec obstat, ꝗ Mœcenas summus amicus, & fautor Horatij erat, quia etiam amicorum vitia moderate notabat, vnde de eo dicit Persius:

*Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico Tangit etc.*

*Malacus* Malchinus autem vocatur, quia malacos mollem significat. In Acronis Comment. tamen scriptum reppert Malathinus, & similiter in Porph à maltha quod malachos, id est mollis dicitur. Agrippam autem dicunt vsum vestibus ad nates vsque decisis, unde hic facetus dicitur. Nam *Facetus* facetus is proprie dicitur qui facit aliquid vrbane. aut dicit cum gestu non inuenusto. Dici

Si quis nunc quærat, quo res hæc pertinet. illuc,
Dum vitant stulti vitia; in contraria currunt.
Malchinus tunicis demissis ambulat: est qui
Inguen ad obscœnum subductis vsque facetus,
Pastillos Rufillus olet: Gorgonius hircum.
Nil medium est. sunt qui nolint tetigisse, nisi illas:
Quarum subsuta talos tegat instita veste.
Contra, alius nullam, nisi olenti in fornice stantem.
Quidam notus homo, cum exiret fornice: macte
Virtute esto, inquit, sententia dia Catonis.
Nam simulac venas inflauit tetra libido:
Huc iuuenes æquum est descendere: non alienas
Permolere vxores. nolim laudarier, inquit,
Sic me, mirator cunni Cupennius albi.

ei autem solet de talibus tunicis, q̄ nihil sit eis facetius, quia sem per stant, quando dominus eorum sedet. Demissis, id est deorsum missis. Subductis.i.susum vel sursum ductis. Pastillos: à pa- *Pastillos* ne per diminutionem dictos affirmat Festus Pompeius, vt sit panis ex aliqua admixtionem suaui. Alij tamen volunt pastillos hinc vnguentum significare. Quidam notus homo &c. si hanc sententiam Catonis quam Poëta diuinam dicit, intelligas sic quasi sine vitio, aut peccato liceat accedere meretrices, & prostitutas falso intelligis, sed id prętendit Cato, & etiam poëta, quod minus malum esset ad prostitutas accedere, quam alterius torū violare. Quod vero Cato hoc sensit, patet quia frequentanti Lupanaria dixit, non debere eum illic habitare. Et poëta in rextu dicit hoc faciendum esse quando tetra libido vrget. per hoc enim quod dicit tetram libidinem ad hoc instigare, significat non honestum esse factum sed tolerabile uitium. unde lex ciuilis non approbat, sed tolerat in ciuitatibus bonis Prostibula. Non tamen in honesto loco debent constitui, unde hic dicitur *Fornices* descendere, quasi ad locum abiectum. Nam & fornices sunt specus illi, qui sunt sub arcubus murorum ciuitatis, aut theatri, aut sub arcubus triumphalibus, in quibus prostitutæ residebant, & inde fornicari dictum est. Permolere, subagitare, Satyrica petulantia dictum est. Nam rem uenerea significat, in qua alter alteri superponitur, ut mola molæ cum rotatur. Laudarier, pro laudari. per paragogen Comicam. Mirator, laudator & sectator. sic Lucanus, Miratorque Catonis.i.imitator. Cupennius, de quo Porphyrio sic dicit C. Cupennius Libo Cumanus Augusti familiaritate clarus, corporis sui diligentissimus, sectator matronarum concubitus. Albi cunni miratorem uidetur mihi non pro candido dixisse, cum utique possint, & uulgares mulieres etiam meretrices candidæ esse, sed ad uestem albam qua ma- *Macto* tronæ maxime utuntur, relatum est. hæc ille. Macte.i.magis aucte.i.cumulate significat. quo uerbo in sacrificijs auctis, & accumulatis utebantur, & ad eos quorum uirtutem augeri uolebant etiam dicere consueuerunt. Reperium est etiam mactus. Nam olim integrum erat, nunc præter uocandi casum nullum offenderis. Ordo est: Si quis quæratur nunc quo.i.ad quod propositum, hæc res quam de Tigellio, & Fusidio dixit pertinet, dicam sup. q̄ pertinet illuc.i.ad illud propositum, quòd dum stulti vitant, id est effugere conantur, vitia quæ sunt in altero extremo, eurrunt, id est præcipites ruunt in contraria, quæ sunt in reliquo extremo. Malchinus, id est quidam mullis, & delicatus, vt, Mœcenas, ambulat.i.ociosus incedit, tunicis demissis.i. deorsum ad talos vsque missis est alius (vt Agrippa secundùm quosdam) qui existens facetus, vel volens videri facetus ambulat tunicis subductis.i.sursum ductis vsque ad obscœnum inguē, id est vsque ad podicem. Rufillus vir ille delicatus, olet pastillos, id est semper odorem habet pastillorum, id est bonorum odorum. & Gorgonius, homo fœdus, & incultus, olet hircum, id est fœtorem hircinum maxime sub alis habet. vnde nil est medium, id est nulli seruant medium, in quo tamen virtus moralis consistit. Sunt nonnulli, qui nolint tetigisse, id est polluisse, & naturaliter cognouisse nisi illas, quarum talos, id est imas partes crurum instita, id est matronalis vestis oblonga, & reliqua indumenta cooperiens, tegat inquam talos veste subsuta.i. cui institæ est vestis subsuta, qua teguntur tali. De instita, vt vidimus apud Bonfinem, sic in de Arte Amandi Ouidius, Este procul vittæ tenues insigne pudoris, Quæque tegis medios instita longa pedes, hoc est nisi matronas quæ stolis albis vtebantur. Contra.i.econtrario, alius nolit tetigisse nisi stantem, id est prostantem, in fornice.i.Lupanari, olenti, id est fœtenti. Quidam homo notus, id est nobilis, & iuuenis tamen, cum exiret fornice, id est prostibulo, & Catonem vellet fugere. sententia dia, id est diuina Catonis, inquit, inacte, id est ò magis aucte virtute, esto.i. permittatur tibi hoc facere. Nam simul ac, id est statim postquam tetra.i.obscœna, libido.i. appetitus venereus. inflauit.i. incitauit venas ad luxuriam æquum, id est permissum est, vos ò iuuenes descendere huc.i.ad Lupanaria, & non est æquum permolere.i.subagitare alienas vxores. Cupennius.i.C: Cupennius Libo. mirator.i.laudator, & sectator. cunni.i. membri muliebris, albi.i. alba stola tecti, hoc est matronalis, inquit, ego nolim me laudarier.i. laudari sic.i. sicut laudatus est iuuenis. qui non ad matronas, sed ad meretrices accessit.

ASCENSIVS.

Audire est operæprecium, procedere recte
Qui mœchis non vultis: vt omni parte laborent:
Vtq́. illis multo corrupta dolore voluptas,
Atque hæc rara, cadat dura inter sæpe pericla.
Hic se præcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæsus: fugiens hic decidit acrem
Predonum in turbam: dedit hic pro corpore nūmos:
Hunc perminxerunt calones. quin etiam illud
Accidit; vt quidam testeis, caudamq́ salacem
Demeteret ferro. iure omnes: Galba negabat.
Tutior at quanto merx est in classe secunda?
Libertinarum dico: Salustius in quas
Non minus insanit: quàm qui mœchatur. at hic si,
Qua res, qua ratio suaderet: quaq́. modeste
Munificum esse licet, vellet bonus, atque benignus
Esse: daret quantum satis esset: nec sibi damno,
Dedecoriq́. foret: verum hoc se amplectitur vno;
Hoc amat, & laudat: matronam nullam ego tango.
Vt quondam Marsæus amator Originis, ille
Qui patrium mimæ donat: fundumq́., laremq́.:
Nil fuerit mi, inquit, cum vxoribus vnquam alienis.
Verum est cum mimis: est cum meretricibus. vnde
Fama malum grauius, q̄ res, trahit. an tibi abunde
Personam satis est, non illud, quicquid vbique
Officit, euitare? bonam deperdere famam,
Rem patris oblimare, malū est vbicunque. qd interEst in matrona, ancilla, pecces ue togata?

AVdire est operæpretiū, in hoc textu auctor tria facit. Primo dehortatur ab adulterio, & matronarum cōcubitu, ostendens eos qui matronas sectantur, raro libidinem suam explere. aut uoluptatem consequi propter custodiam matronarum, & si quando intentum obtinuerint, in maximo periculo esse, & sæpe multos dolores pati. Nam alius eorum cogitur se præcipitare de tecto, aut per fenestram alius flagellis cæditur quasi usque ad mortem, alius spoliatur ab illis qui ad hoc inuigilant alius coactus est corpus suum, & maxime uirilia redimere ab irato marito, alius stupratur quod uitium turpitudinis, & innominabile dicitur, aut urina conspergitur. alius testiculos, & caudam uirilem amittit. Secundo ostendit amores in libertinas esse uitiosos, & sæpe damnosos. & hoc exēplo Salustij historiographi, qui cum libertinas perdite amaret, & patrimonium sic consumpsisset, nec ueteretur earū amores fateri, ex senatu expulsus est, & infamis habitus: Tertio exēplo Marsæi probat meretricios amores esse causam famæ bonæ ac rei familiaris perdendę, unde concludit non satis esse personā certā in peccato fugere, sed oportere ipsum peccatum in quacunque persona deuitare. Illud aūt: Quid interest in matrona &c. Acron sm̄ Stoicoꝝ disciplinam esse dictum docet, qui dāt omnia vitia esse paria. Cōtra quos est tn̄ sequens fere Satyra. vnde oportebit dicere poetam more poetico diuersas opiniones recitare, aut sensum eius fuisse, q̄ non refert in qua persona qs peccat cum sine peccato esse nō possit, quāuis grauius sit in vna persona, q̄ in alia. Prima dictarum partium est in principio. Secunda ibi, Tutior at quanto. Tertia ibi, Vt quondam Narsæus. Primorum duorum versuum duplex est sensus. Prior vt si, O vos qui nō vultis mœchos procedere recte.i. habere bonū processum, & prosperitatem, operæpretium est.i. dignum opera, hoc est vtile, & iucundum est tanquam res habens in se pretium, & mercedem laboris, audire qualiter in omni parte laborent. Et sic videtur intelligere Acron, & ita legi debet, sicut ēt ipse legit in accusatiuo męchos. vel in eodem sensu potest legi mœchis in datiuo, vt sit, vos qui non vultis votum, & institutum procedere mœchis recte operępretium est audire. Alius sensus est, O vos qui non vultis procedere ad scorta vestra recte, id est directa via, & publica, sed sinuoso flexu, & secreto itinere operæpretium est vos audire in quanto periculo, & quam modica uoluptate tales sint. & tunc mœchis erit datiuus localis, vt sit, Qui non vultis procedere mœchis, id est ad mœchas, & concubinas, seu scorta vestra, recte &c. Dura pericla, per syncopam pro pericula. Nummos, pro corpore,

vel

uel ne stupretur, aut occidatur, vel ne castretur. & hoc ultimo modo poneretur totum pro parte, corpus pro membro vitili. C iudam salacem, á saliendo potius dici uolunt, quod membrum illud in libidine saliat. Galba negauat esse iure factum, in qua te amare Seruium Galbam iurisconsultum poeta notat, qui si contra manifestum ius pro adulteris responderet, quia & ipse adulter esset. Tutior at quanto merx est in classe, secunda, Classis

*Classis* præcipue duo significat. primo congregationem plurium nauium, quanquam pro una naue etiam apud Virgil. interdum accipiatur. & sunt qui uolunt á sonitu aquarum inter naues fractarum nomen accepisse. Alij autem á ligno, quod Græci

*Cala* calon uocant. unde & cala pro fuste ligne quem milites interdum portant, accipitur a Lucilio, cum dicat, Frange calam mi ser, ut caleas. i. frange baculum tuum, & fac ignem ut caleas. In

*Calones* de aūt dicuntur Calones, q baculos post dominos suos portant. Secundo accipitur classis pro portiuncula alicuius multitudinis in uarios ordines pro diuersis meritis, & officijs distinctæ, unde apud Quintil. præcipiuntur discipuli debere in classis distribui. ubi ergo uulgo dicitis, Ego sum in ludo nostro de primo, aut de secundo loco, doctius diceretis, Ego sum se prima, aut secunda classe. Liuius autem ostendit quinque fuisse militum classes in exercitu Romanorum. & inde reor classica dicta tubarum clángores, quibus milites, ut in classes suas eant, & ad hostium turmas agminatim procedant, exhortatur. Totus autem muliebris sexus in tres classes distribui potest secundum quod tres sunt status hominum. Nam omnis homo, aut liber genitus est. & in nullam seruitutem redactus. & sic dicitur ingenuus, & liber, aut in seruitute natus, aut in seruitute redactus, nunc m̄ manu missus est, & libertate donatus, & sic libertinus est. Aut adhuc in seruitute tenetur, & tunc seruus dicitur. Sic & in mulieribus matronæ ingenuæ, & libere sunt, & primam classem faciunt, liber-

*Matrona* tinæ secundam ancillæ tertiam. Dicitur aūt matrona (ut Aul. Gel. vult) quæ vt mater fiat in vxorem ducitur, quamuis nondū mater sit. Et qui poëtam in illo versu, Est in matrona, ancilla pecces ue rogata, volunt de his tribus classibus loqui, dicunt togatam pro libertina capi. Alij autem alium ordinem attendentes accipiendam putant pro deprehensa in adulterio, & propter ea infami. sicut in 13. Sat. Iuuen. patet vbi damnatæ propter adulterium ostenduntur accipere togam more meretricum. vnde bonus ordo esset, vt dicatur nihil interesse quantum ad famæ, & rerum perditionem, an quis peccet in matrona. i. libera & coniugata, an in ancilla. s. soluta, sed non prostituta, an vero in to-

*Togata* gata. i infami, & prostituta. Cum n̄ grauius sit peccatum in matronæ corruptione q̄ in ancillæ, & in ancillæ, q̄ in meretricis cō cubitu ordo est, O vos qui non vultis mœchos. i. adulteros, procedere. i. habere processum, & prosperitatem, recte. i. ad libitum eorum, vel sic, O vos qui non vultis conatum procedere. i. prosperari, mœchis. i. adulteris, vel, vt dixi, sic, O vos qui non vultis procedere. i. proficisci recte. i. recta via mœchis i. ad mœchas, vt datiuus localis, operæpretium est audire &c. Aut s̄m Acronem sic, Operæpretium est vos mœcos, qui non vultis procedere recte. i. recta via ad Prostibulum, sed occulte ad matronas, audire, vt i. quemadmodum, laborant. s mœchi, &c Inter has cōstructiones ne te incertum faciam, meo iudicio prima præferenda est, & eius sensus est, O vos qui odistis mœchos, & non vultis eos prosperari, audire aduersitates quas patiuntur. Ideo autem alloquitur eos, qui adulterium non amant, quia adulteri non libenter audiunt sua incommoda, & secundùm hanc lectionem dicendum est mœchos in accusatiuo. Ad quod dicendum multum nos inuitat q hi duo versus sumpti sunt ex Ennio, apud quē accusatiuus præconstruitur illi verbo procedere, cum dicit, Audire est operæpretium procedere recte, Qui rem Romanam vultis &c. Legamus ergo sic. O vos qui non vultis mæchos. i. adulteros, procedere recte. i habere rectum processum, & prosperitatem, operæpretium est. i. iucundum & res digna labore, audire vti. i. qualiter. mœchi sup. laborent, id est in periculo, & labore sint ex omni parte, que pro &, vt. i. qualiter, voluptas quam habent in peccato adulteri, cadat. i. accidat, contingat illis, corrupta. i. diminuta, multo labore, id est propter multos labores, & cadat illis rara, & sæpe inter dura pericla i. pericula, vnde hic, id est vnus eorum, dedit se præcipitem tecto, id est præcipitauit se de tecto, marito. s aduentante subito ille, id est alius, cæsus est, id est percussus est flagellis vsque ad mortem exclusiue, sicut de Salustio narratur. Hic, id est alius fugiens, decidit in acrem, id est vehementem, & immitem turbam prædonum, qui noctu vias publicas per quas ille fugere putauit, obsident. hic, id est alius, dedit nummos pro corpore ne stupretur, vel pro membro vitili ne castretur. Calones, id est ministri militum, permixerunt hunc, id est alium, id est vrina fędauerunt, aut stupro sodomitico polluerunt quinetiam illud accidit, vt quidam maritus. s demeteret, id est abscindetet, sicut messores herbas abscindunt, ferro, id est cultro ferreo, testes, id est testiculos, & caudam, id est virgam: salacem libidinosam, hoc est membrum vitile, Omnes sup dicebant factum sup. iure. i. iuste & s̄m iura. Sed Galba, id est Seruius Galba iurisconsultus, negabat supple iure factum esse, quia cum ipse esset adulter, & matronarum sectator, nolebat adulteros tam acriter puniri. At pro sed, quanto tutior, quasi dicat multo tutior est, merx, id est res familiaris in secunda classe, id est in secundo ordine mulierum. Hic nota quòd pulchre vsus est auctor vocabulis vtrique significato huius nominis classis conuenientibus. Nam merx, cis, est res quam mercatores per classes traducunt venalem. vnde bene dixit Merx est in classe secunda, & allegorice loquitur de re illa, quam habemus in statu libertinarum. Vnde se exponit auctor dicens Ego dico in classe libertinarum, id est mulierum libertinæ conditionis, id est quæ neque ingenuæ sunt, neque ancilla, sed medio modo se habent, quia ancillæ fuerunt, sed libertinæ factæ sunt. vnde potius libertinæ, quàm liberæ dicuntur, in quas, id est circa quas libertinas: Salust. s. Crispus nobilissimus Historiographus: non minus, id est ita insanit, ac, id est sicut, qui mœchatur, id est adulterium committit. At, pro sed, si hic videlicet Salust. vellet esse erga libertinas amicas suas: bonus. i. commodius, atque benignus, id est beneficus: eatenus sup. qua, id est quatenus: res i. patrimonium eius suaderet, & qua. i. quatenus, hoc est inquantum ratio suaderet, id est permitteret, que pro &, qua, id est quatenus, vel in quantum, licet. i. licitum est vnicuique esse munifico. i. muneris largitori: ipse daret supple tantum, quantum est satis, nec pro & non foret, id est non esset sibi, damno, id est ad damnum, que, pro &, dedecori, id est ad dedecus, & infamiam. verum pro sed, ipse Salust. sup amplectitur, id est palpat se, hoc est placet sibi. hoc vno, & amat, & laudat hoc vno se, q potest dicere: Matronam nullam ego tango. nullam pro non, & vllam, ego non tango, id est polluo seu corrumpo. ullam matronam, id est coniugem legitimam alicuius liberi hominis: vt, id est quemadmodū, Marsæus ille s. notissimus amator, Originis, id est Mimæ, & meretricis sic dictæ, qui donat. i donauit, patrium fundum, id est omnem rem immobilem, quam à patre suo successione hereditaria suscepit. cuiusmodi sunt arua, & vineæ, q; pro &, patrium larem, id est domum paternam, inquit, id est dicit, nil, id est nulla res venerea, vel nullum commercium naturale, fuerit mi, id est mihi vnquam cum alienis vxoribus. Nota, á genitiuo mis, fit mi in datiuo, quo Virgil. & Horat. satis crebro vtuntur. mis autem in vsu non est. A genitiuo autem mei, fit datiuus mihi. Item vxor dicitur quasi vnxor, quia limen per quod noua nupta domum mariti intrauit solebat contra maleficum lupino adipe iungi. Sed ad ordinem reuertamur. Verum cum mimis, & cum meretricibus, hæc verba possunt esse Marsæi, sed potius videtur esse Poetæ respondentis Marsæo in hoc sibi applaudenti, quòd rem non habuerit cum alienis vxoribus. vnde construamus sic, vt dicat Poëta, uerum pro sed, ò Marsæu, res fuit tibi cū mimis, id est circulatricibus, cantatricibus, saltatricibus, & cum meretricibus. unde, id est ex quarum cōmercio, fama, id est nomen trahit, id est attrahit sibi, grauius malum, id est damnum, & iacturam, quàm res, id est quàm sit damnum rei familiaris secundùm Acronem, vel quàm res, id est quàm res familiaris supptrahat, hoc est plus de fama, quam de rebus perditur in meretricio concubitu, qui licet vili pretio comparetur, inhonestus tamen est, & contemptibilem facit. An ò Marsæu tibi satis est abunde euitare personam, id est certam conditionem mulierum, vt solas matronas, & vxores alienas, & non euitare illud quod officit, id est nocet vbique, & hoc secundùm Acronem, uel sic, Et non euitare ubique, id est in quacunque persona, quod officit, id est quod contra honestatem, & prosperitatem rem mutum facit, & sic intelligatur, patet ex sequentibus. vnde subditur. Deperdere bonam famam, & oblimare. i abradere, & diminuere rem patris, id est patrimonium, est malum vbicunque, id est in quacunque persona sup. fiat. Quid interest, id est quę differentia est, an tu pecces in matrona, id est in libera, & coniugata, an in ancilla, ue pro uel, in togata, id est in infami, & prostituta? Hic nota quòd Ob duo significat, propter & contra, ut feci hoc ob amorem tui, id est propter amorem in te, & inde dicitur officium, illud exercitium, & opus ob quod, id est propter quod quid factum est, & sic in bonam partem accipitur. Officio autem est contrafacio, hoc est contra utilitatem alterius, & obsum

obsum, id est contra vtilitatem sum, id est noceo. sic obsto contralto, & multa alia. unde hic quicquid officit, id est nocet. Item nota quòd quia Horatius uoluit uti stylo pedestri, & familiari, quali in familiari sermone vtimur, ideo studuit facere uersus non multum à prosa discrepantes. uersus enim dicuntur, qa post certos pedes à fine unius lineæ uertimur ad principium alterius lineæ, ipse autem interdum sic fecit uersum, quòd una pars dictionis maxime compositæ sit in fine unius uersus, & alia in principio alterius. sicut hoc loco interest diuiditur, & alibi lutelutando.

Villius in Fausta Syllæ gener, hoc miser vno
Nomine deceptus, pœnas dedit vsque, superq.,
Quàm satis est. pugnis cæsus, ferroq. petitus,
Exclusus fore, cum Longarenus foret intus.
Huic si mutonis verbis mala tanta videntis
Diceret hæc animus: quiduis tibi? nunquid ego à te
Magno prognatum deposco consule cunnum,
Velatumq. stola, mea cum conferbuit ira?
Quid responderet? magno patre nata puella est.
At quanto meliora monet, pugnantiaq. istis
Diues opis natura suæ. tu si modo recte
Dispensare velis: ac non fugienda petendis
Immiscere. tuo vitio, rerum ne labores,
Nil referre putas? quare, ne pœniteat te,
Desine matronas sectarier: vnde laboris
Plus haurire mali est: quàm ex re decerpere fructus.
Nec magis huic inter niueos, viridesq. lapillos,
Sit licet hæc Chærinte tuũ tenerũ est femur, aut crus
Rectius: atque etiam melius persæpe togatæ.
Adde huc, quod mercem sine fucis gestat: aperte
Quod venale habet, ostendit: nec, si quid honesti est,
Iactat, habetq. palàm: quærit quo turpia cœlet.

ASCEN. Villius in Fausta &c.) Hic auctor exemplo Villij ostendit quàm periculosum sit nobiles mulieres ob nobilitatẽ ipsam sectari monstratq. quòd quantum ad exigentiam naturæ nihil referat nobilis an ignobilis fuerit mulier. quod autem nobilem sectamur etiam deformẽ, & vulgarem sæpe candidiorem pro explenda carnali voluptate refugimus, id inquit, ex nostro vitio, non ex rerum vitio seu exigentia naturæ prouenit. Natura enim solum petit defectum suppleri, & superfluum euacuari. Ad quam rem accidentia respectiua nihil faciunt, qualia sunt esse filiam consulis habere affines, cognatosque nobiles. Deinde pulchre admonet, ut desinamus matronas sectari, cum sæpenumero minus pulchrę sint quam prostitutæ, & semper plus peccati, plusque periculi sit in ipsis, quã in meretricibus. Quod autem matronæ quædam pulchriores uideantur, hinc fit, quia fucatæ, & exornatæ sunt, & partes quas pulchras habent ostentant, & quas deformes, occultant, cum meretrices omnia nuda habeant, & nihil cœlent: Ceterum meminerimus, quòd poëta non intendit nos ad meretricum amplexus inuitare, sed eos qui continentes viuere nolunt, monet, vt potius prostitutas quærant, quam matronas. Exemplum autem Villij ab Acrone inculcate, & confuse recitatur, vnde tres uidentur Commentarij sententias recitare, quarum primam tenet Porphyrio, qui dicit: Villius pro Annio dicitur. Annius autem Milo maritus fuit Faustæ Cornelij Syllæ filiæ, qui à familia Longareni rediens à cœna ante ædes suas, ne adulterum deprehenderet, pugnis cæsus, est & ferro petitus, quem ait nulla alia re in hanc iniuriam ac contumeliam recidisse, quam quod magnæ nobilitatis vxorem habere affectauerit. Hæc ille. In quo cum Acrone concordat. Notum autem est poëtas licentiose interdum nomen vnius pro alterius nomine vsurpare, vt apud Virg. Pollucis habenis, pro Castoris. Reuocato sanguine Teucri, pro Dardani. Et manibus Progne pectus signata cruentis, pro Philumela, sed Satyricis, quibus sub proprio nomine vetitum est vitia reuerare, licitum est nomina commutare, vnde hic Villius ponitur vbi deberet poni Annius, quod seruato eodem metro fieri potest, & tunc gener proprie caperetur, quia Annius reuera gener Syllæ fuit. Secunda sententia Acronis est, ꝙ Longarenus fuit maritus Faustæ, & Villius adulter, qui cum maritum absentem putaret, ad Faustam accedens deprehensus, & cæsus est. Tertiam ponit Landinus, cuius verba sunt. Ego potius credo Villium & Longarenum duos fuisse adulteros, & riuales, & sic Villium a riuali cæsum. Nam quòd ait Syllæ gener, loquitur ex desiderio Villij, non quod esset gener, sed ꝙ esse cuperet. Sic Virg. ij. Æneid. de Chorebo, qui nondum gener fuit, sed affectabat esse. Qui gener auxilium Priamo, Phrygibusque ferebat. Harum expositionum, autem primam, aut vltimam accipere possumus. Gener est maritus filiæ nostræ. Muto, membrum uirile hic significat, sicut in obscœno carmine Virgilij, Mutinum. Barbari autem putant arietem significare, aut verucem. Niueos lapillos .i. vniones, viridesque, vt smaragdos. Sic licet hoc Cherinte, apostrophe est .i. conuersio sermonis ad absentem. Dicunt Commentarij Cherintum prostitutum fuisse pulcherrimum. Ego vero, si noui ingenium Poëtę, potius dicam iuuenem delicatum fuisse, qui brachia, & crura sua ostentabat tanquam pulchra, cum exilia habet, & ita Satyrico sale Cherinthum potius defricat, quam eius speciem ceu eca laudet. Cetera patebunt in construendo. Ordo igitur est: Villius .i. Annius Milo gener Syllæ .s. Cornelij Syllæ, & qui toties Faustam filiam eius subagitauit, ut maritus eius uideri possit: Villius inquam deceptus .i. illusus in Fausta Syllæ filia, hoc uno .i. hoc solo nomine, ꝙ esset filia Syllæ, dedit .i. luit pœnas: usque .i. quantum satis est, que pro &: super .i. ultra: & supra quam satis est, existens cæsus pugnis, & petitus .i. inuasus: ferro .i. armis ferreis: existens inquam exclusus: fore .i. à ianua propria, si pro Villio Annium ponis, aut ab ianua amicæ adulteræ, si pro ipso Villio ponatur cum, id est quando: Longarenus .s. adulter: foret, id est esset intus, & fecerat seruos suos obseruare portam, ne maritus accederet, & si vellet violenter intrare, iusserat vt eum cæderent, sicut etiam fecerunt. Si animus, id est ratio, diceret Villio seu Annio: videnti, id est consideranti tanta mala, quæ passus est propter matrimoniũ nobilis mulieris: hæc .s. sequentia, verbis Mutonis .i. membri virilis, quod etiam Murinum dicitur, id est tanquam ipsum membrum ad ipsum loquatur, & dicat. O Villi, vel ò Anni, quid vis tibi? Num quid cum mea ira, id est prurigo venerea, vel excitatio libidinis, deferbuit, id est multum caluit, ego deposco à te cunnum, id est membrum muliebre, prognatum magno consule .i. filiam consulis, & velatum .i. absconditum, stola .i. veste candida matronarum? In his verbis videtur tertia sententia approbari, vt Villius, & Longarenus ambo adulteri, & riuales dicantur, quia si maritus esset Faustæ, non eam peteret quoties ad Venerem excitaretur, sed eam haberet. Si ergo membrum virile hoc interrogaret Villium, quid responderet? ostendit Poëta quòd responderet. Puella .s. Fausta, est nata, id est progenita magno patre .s. à Cornelio Sylla consulari viro. At pro sed, quanto meliora, & pugnantia, id est contraria, istis, id est turpibus concupiscentijs, natura diues suæ opis, id est facultatis monet, id est cohortatur? quasi dicat multo meliora monet natura, quæ non nobilem, sed qualemcunque puellam desiderat nisi ratione gubernetur. Tu quicunque es, si modo, id est dummodo velis dispensare, recte, id est cum ratione, & non immiscere, id est confundere, fugienda .i. mala, quæ fugi debent, petendis, id est bonis, quæ petenda sunt, putas nil referre, id est nihil interesse, an tu labores, id est ad vitium traharis, aut pecces, quo, id est proprio vitio, quod ex mala concupiscentia animi tui nascitur, ne pro an, labores supple vitio rerum, id est ex exigentia naturæ aut ex dispositione rerum? quasi dicat tu debes scire magnam esse differentiam inter vitia quæ ex propria malitia, & petulantia animi cõmittis, & inter ea, quæ ex imbecillitate naturæ, aut difficultate rerum perpetras. Quare ne pœniteat te, desine sectarier .i. sectari matronas .i. vxores alienas, vnde .i. è quarum commercio, est .i. datur, & contingit, haurire .i. accipere, plus mali, id est nocui, & perniciosi laboris (non enim omnis labor malus est) quàm est haurire fructus, id est fruitionis, & voluptatis, ex re .i. ex ipso facto adulterij. Nec femur est magis tenerum huic .s. nobili matronæ. nec crus est rusticus huic .s. nobili matronæ, inter niueos lapillos, hoc est inter margaritas, seu vniones, que pro &, virides lapillos .i. smaragdos, aut similes, id est propterea quòd lapilli. preciosis exornetur matrona, non ideo habet pulchriora membra, licet ò Cherinte puer de corpore tuo superbiens, tuum supple crus, aut femur sit hoc, id est tale, hoc est tenerum, & rectum, & istud per parenthesim interponitur. Deinde continuat prin-

Annius Milo

cipalem constructionem, dicens. Atque etiam ,i. insuper, etus vel femur togatæ.i. meretricis publicæ,& infamis, est persæpe .i. valde sæpe, melius.i. pulchrius & decentius. Adde .i. adijce, huc .i. ad hanc differentiam meretricis a matrona, quod meretrix sup. gestat.i portat, mercem .i. carnem suam venalem, aperte .i. nude. sine fucis.i. sine adulterinis coloribus, & sine exornatione dolosa, & ostendit illud quod habet venale. Neque pro & non, & si quid .i. aliquid, honesti.i. pulchri in ea est, ipsa non iactat & habet palam, & quærit sup. medium, quo cælet .i. occultet turpia, hoc est publica peccatrix non ostentat solummodo pulchra membra sua, & occultat turpia, sed omnia aperta, & nuda gerit. Matrona aũt si quid pulchri habet, id ostentat, & inde se iactat, si quid aũt turpis id occultat. Quibus omnibus non aliud vult dicere Poëta, q̃ ꝙ non allicimur ad amandas matronas propter pulchritudinem earum, quia meretrices sæpe pulchriores sunt, & si matronæ pulchriores videntur, hoc ideo, quòd pulchra membra sua ostentant, & turpia occulrant, & ornent. Et ita magis peccamus ex opinione nostra, quàm ex rerum differentia, quocirca exemplo vulgari monet ne capiamur, altius inspiciendum esse corpus matronæ. Vnde sequitur.

Regibus hic mos est: vbi equos mercantur, apertos
Inspiciunt, ne, si facies (vt sæpe) decora
Molli fulta pede est: emptorem inducat hiantem,
Quod pulchræ clunes, breue qđ caput, ardua ceruix.
Hoc illi rectè: ne corporis optima Lynceis
Contemplere oculis: Hypsea cæcior, illa,
Quæ mala sunt, spectes. ò crus, ò brachia: verum
Depygis, nasuta, breui latere, ac pede longo est.
Matronæ, præter faciem, nil cernere posis,
Cetera, ni Catia est, demissa veste tegentis.
Si interdicta petes, vallo circundata, (nam te
Hoc facit insanum) multæ tibi tum officient res:
Custodes, lectica, ciniflones, parasitæ,
Ad talos stola demissa, & circundata palla
Plurima: quæ inuideant pure apparere tibi rem.
Altera nil obstat: Cois tibi pene videre est,
Vt nudam: ne crure malo, ne sit pede turpi:
Metiri possis oculo latus. an tibi mauis
Insidias fieri, pretiumque auellier, ante,
Quàm mercem ostendi? leporem venator, vt alta
In niue sectatur: positum sic tangere nolit:
Cantat; & apponit: meus est amor huic similis: nam
Transuolat in medio posita: & fugientia captat.
Hiscine versiculis speras tibi posse dolores,
Atque æstus, curasque graues è pectora pelli?

ASCEN. Regibus his mos est &c.) Continuando materiam prælibatam monet auctor, ne pulchritudine faciei, vel alterius membris patentis in matrona capti negligamus cetera eius mẽbra deformia inspicere, monetque nos vt imitemur reges.i. diuites, qui ne pulchritudine capitis, aut ceruicis, aut clunium equi sic capiantur, vt negligant inspicere crura, an illa recta, & sana sint, & in incessu molliter reponantur, similiter, & pedes an vngulas nimis teneras, aut aliud vitium habeant: solent eos primum coopertos: quasi ad genua vsque inspicere currentes. Vnde rectius Acron legit opertos i. rectos & coopertos, quam Landinus apertos .i. nudos, vt manifeste patebit intelligenti filum & seriem textus. Nam ad hoc respicit, ꝙ matrona bonas partes corporis sui ostentat, quapropter qui ceteras tales esse putant, decipiuntur, & amore inardescunt. Quod si qs petat etiã ceteras partes intueri, multa inueniet obstacula: quæ in textu enumerantur, quibus satis liquet stultos esse, qui matrona sectantur, eo ꝙ multo labore rem minus ualentem indagant, & pulchriorem, & acquisitu facillimam, ut candidam meretriculam, contemnunt. Ad hoc dicunt perditi amatores adducentes carmen uulgatum, cuius sententia est, ꝙ sicut uenator nobilis nollet comesse leporem teribus, aut sine labore caprum, sed solummodo eum quem ipse suis laboribus, & cum maxima difficultate acquisiuerit & ceperit uenando, ita deliciosus amator nollet amicam facilem acquisitu, vtpote meretriculam, sed matronam, quæ quanto difficilior est ad acquirendum, tanto magis amatur acquisita. Et reuera talis est hodie quoque inordinata eorum existimatio, qui nihil bonum putant, quam quod care emitur, & cum labore acquiritur. Contra huiusmodi amatores dicit Poëta, ꝙ tali carmine non possunt pellere curas & sollicitudines ex animo, quas patiuntur. Quia (vt dicit Ouid.) Res est solliciti plena timoris amor. Signate autem & disertè dicit in pectore amantis esse æstus & curas. Nam æstus dicitur ab æstuando .i. ardendo, & cura dicitur, eo quòd cor vrat, vnde Cupido Veneris filius amorum Deus flammas in altera manu portat, quibus amantium pectora incendit, hinc de Didone incensa amore ipsius Aeneæ dicitur in principio iiij. Aeneid. At regina graui iandudum saucia cura Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. Nunc ad vocabula. Lynceis.i. acutissimis, quales habuit Lynceus, de quo Acron satis dicit, & Lynx animal maculosum, de quo in naturalibus sermo est. O crus, ò brachia, exclamationes sunt perditi amatoris pulchritudinem & decentiam crurum & brachiorum matronarum admirantis, sicut in Eunucho Terentij exclamat Chærea perditus amore iuuenis. O faciem pulchram. Depygis .i. sine pygis, hoc est depressis clunibus, quod vitiosum esse docent mulieres, quæ decuplam vestem ad clunes maiores ostentandas deferunt, aut certe quæ cautius agentes farturam non exiguam ad nates alligant. Sunt etiam qui pygam dicant esse inguem, seu membrum naturale, & depygem dici mulierem, quæ illud membrum deforme, & ad podicem uergens habet, unde circa finem illius Satyræ, ubi Poeta dicit timendum esse deprehenso in adulterio, ne pygam amittat, de virga virili potius quam de clunibus uidetur intelligendum. Breui latere, quod & uitiosum est, & ad prolem periculosum. Interdicta.i. ceteras partes, quas non vult uideri. Acron autem intelligit aliter ut patuit. Dicimus autem. Interdico tibi hac re, non hanc rem, vt docet Valla. Cetera patebunt in exponendo seriatim. Vnde ordo est. Hic.i. huiusmodi mos.i. consuetudo, est regibus.i. diuitibus, ubi.i. quando mercantur.i. emunt equos, inspiciunt supple equos opertos.i. tectos quasi usque ad genua, ne pro ut non, ut si facies.i. figura corporis, decora.i. speciosa, fulta .i. sustentata, molli.i. fragili, pede.i. ungula ut sæpe sup. contigit, inducat.i. deceptorie illiciat, emptorem hiantem.i. cupidum, & præ cupiditate negligentem ad occulti uitij inquisitionem, ꝙ.i. quia, uel eo ꝙ clunes .i. nates sunt pulchræ, & caput equi est breue, qđ Virgilius argutum uocat in Georgicis, & ꝙ ceruix.i. superior pars colli, est ardua.i. erecta. Illi.s. reges & diuites sup. faciunt recte.i. decenter, hoc.i prudenter cooperiunt equos, dum eos emere volunt. Nec pro non & tu non contemplere.i. contempleris.i. inspicias, lynceis.i. acutissimis oculis, optima.i. optimas partes corporis matronæ, & spectes.i. inspicias, illa sup membra quæ mala sunt existens cæcior Hypsea .i. quam sit Hypsea mulier certissima. Sunt qui legant contemplans oculis quæ lectio mala non esset, si modo antiqua sit. O crus sup. pulchrum, ò brachia sup. pulchra, exclamationes sunt amantis, cui respondet Poeta. Verum pro sed, quanquam supp. crus & brachia decentia sunt, ipsa matrona est depygis .i. depressis clunibus, est nasuta.i. inepto & inflato naso, est breui latere, est longo pede, vnde nil.i. non vllam partem, tu non possis cernere vllam partem matronæ.i. in matrona, præter faciem eius, matronæ inquam regentis.i. abscondentis, cetera.i. ceteras partes corporis sui, veste demissa, id est deorsum ad pedes vsque missa, ni.i. si non, vel nisi, ipsa est Catia.i. Catiæ similis, quæ cum pulchra haberet crura, vestes ad genua vsque succinxit. Si autem petes.i. volens contingere aut inspicere, interdicta .i. partes quibus interdicit tibi, & quas non vult à te videri, circundata.i. septa, vallo.i. circunuallata & constipata multo comitatu. Nam hoc.s.q; difficulter possis eam inspicere, & ꝙ vetaris eam accedere, facit te insanum.i. magis amantem, quia Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. Illud autem dicitur per parenthesim. Et nota quòd circundata vallo potest esse nominatiui casus secundùm Acronis constructionem, qui vult sic construi, vt matrona intelligatur esse circundata vallo, vt sit. Si petes interdicta, ipsa matrona est circundata vallo. Sed meo iudicio uniformius constituitur in accusatiuo sic. Si petes.i. voles attentare & aspicere, interdicta.i. membra matronæ vetita tibi, & circundata vallo.i. circunuallata, multitudine vestium & comitum, tum .i. tunc, multæ res officient.i. nocebunt, scilicet custodes, qui iussi sunt

ſent eam cuſtodire lectica in qua matronæ nobiliſſimæ portabantur, ciniſtones, id eſt cinnetari, qui capillos criſpos faciunt calamiſtris in cinere calefactis, paraſitæ .i. geſticulatrices & adulatrices, quæ ventris implendi gratia diuites ſequuntur, & ſtola .i. veſtis alba matronalis, demiſſa, id eſt deorſum miſſa ad talos, id eſt vſque ad pedes, & plurima palla .i. longiſſima veſtis, qua ceteræ veſtes palliantur .i. teguntur, circundata i. circuniecta, quia facile exuitur. Et nota quòd plurima poteſt eſſe epitheton, ſeu adiectiuum huius nominis palla, & erit idem quod longiſſima, ſicut in Georg. Cum ſe nux plurima ſiluis Induet. plurima, id eſt longiſſima nux, hoc eſt amygdalus ſecundùm Seruium, vel capietur abſolute .i. ſubſtantiue in neutro genere & plurali numero, ſicut capit Acron, vt ſit Stola demiſſa ad talos & palla circundata, & plurima .i. plurimæ aliæ res, quæ inuideant .i. noceant, & per modum inuidentium impediant, rem .i. diſpoſitionem & formam corporis matronalis, apparere .i. manifeſtari tibi, pure .i. ſimpliciter, ſine quouis velamine, altera .i. proſtituta, nil .i. nullo modo, vel nulla re obſtat .i. facit tibi obſtaculum, ne perfecte videatur. Nam eſt .i. permittitur, contingit, datur tibi videre eam. Cois ſup. veſtibus tenuiſſimis & translucentibus, pene .i. quaſi vt nudam, ne ipſa ſit malo .i. turpi & diſtorto crure, & ne ſit turpi pede, & poſſis metiri .i. menſurare, oculo .i. viſu latus ipſius, an breue ſit, an ſatis longum. An .i. verum, mauis .i. magis vis, & præoptas inſidias fieri tibi à matrona monſtrante ſe qualis non eſt, & pretium .i. mercedem concubitus, auellier .i. auelli & abſtrahi à te, antequam mercedem oſtendi .i. antequam merx .i. caro. & corpus matrone oſtendatur tibi? quia per munera ſolet fieri aditus ad matronas, vnde pretium ſoluunt antequam mercem aſpiciant ſtulti mercatores. Deinde inducit Poëta pro reſponſione quoſdam verſiculos, quibus propoſitum ſuũ defendere videntur ſtulti amatores. Venator vt ſectetur leporem in alta niue, nolit tangere ipſam leporem poſitum .i. antepoſitum, ſic .i. ſine labore ſuo hoc, inquit Poëta, cantat ſtultus amator & apponit, id eſt adiungit, vel venator cantat hoc, & apponit leporem, quem venatione ſua cepit, ſocijs comedendum, meus amor eſt ſimilis huic, hoc eſt venatori, quia ipſe tranſuolat, id eſt contempta derelinquit, poſita in medio, id eſt parata, & quæ in medio omnium ſunt, vt meretrices, quas quilibet poteſt faciliter habere, & captat, id eſt perſequitur, fugientia, id eſt ea quæ difficilia ſunt ad capiendum, cuiuſmodi ſunt nobiles matronæ. Ad hæc poeta cum indignatione interrogat, hiſcine, pro nunquid his, nunquid tu .ſ. ò perdite amator, ſperas dolores .i. cruciatus conſcientiæ, & æſtus .i. incendia amoris, & curas .i. ſollicitudinem & exuſtionem cordis, poſſe pelli .i. expelli è pectore tuo, his .i. huiuſmodi verſiculis? q.d. minime id facies, vnde addit ſequentia.

ASCEN. NOn ne cupidinibus &c.) Sicut prædictum eſt, nõ omnia quæ à Poëta iſto præcipiuntur, Chriſtianæ veritati conſona ſunt. Vt enim in Epiſtola ad Albium fatetur, dicens. Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes. Cum ridere voles Epicuri de grege porcum Epicureus fuit nõ Chriſtianus. Epicurei autem ſummum bonũ in voluptate diffinierunt. Voluptatem autem ſine animi tranquillitate & corporis indolẽtia coſtare negabant. Quapropter ne ſolicitudine & labore delicatorum ciborum cruciemur, monuit Epicurus, vt iuxta naturæ moderationem paucis & ijs communibus, & in medio poſitis contenti eſſemus, vnde & ipſum magna ſobrietate vixiſſe ex Epiſtolis Senecæ conſtare poteſt. Similiter in libidine corporis euacuanda præcipit non pulcherrimas, aut nobiliſſimas matronas eſſe petendas, ſed ne tentigine & inflãmatione torqueamus, cum eis, quas primas offenderimus nobis conſentientes eſſe coëundum. Vnde auctor vt adulterium proſcribat, nefandiorem multo concubitum maſculorum videlicet, admittendum innuit. In qua re à Chriſtiano audiendus non eſt, Sed qui legitimi matrimonij contra libidinem remedium non habent, debent præuenire, vt libidinis impetum non ſentiant, ſed carnem ſuam ſobrietate, abſtinentia, vigilijs, ieiunijs, laboribus, veſtium vilitate, mulierum vitatione, ceterisque remedijs doment & frenent. Senſus poëtæ patebit in conſtruendo. Soldo. per detractionem, hoc eſt per ſincopam dictum eſt. Nam ſolido debuit dici. Solidus Solidum autem eſt plenum & denſum, nullos poros, aut vacuitates habens, ſicut marmor. Nam ſolõ Oſcorum lingua rotum ſignificat. Eſt ergo ſolidum, quod omnes partes ſuas habet plenas & denſas. Et in propoſito per allegoriam ſolidum vocat, quod ab officio non vacat, ſed neceſſario requiritur, vnde panis ſolidus eſt cibus quia eo carere non bene poſſumus, & nuſq̃ vacat, Phaſianus autem inanis eſt cibus, eo ꝙ ſine eo bene viuere poſſumus. Sic ſecundùm poëtam muliebre commercium ſolidum eſt, ſed matronatum inane. Verna, dicitur domi noſtræ ex Verna ancilla noſtra natus, vel nata, & volunt à Vere deduci, eo ꝙ tunc magnus fiat Vernarum prouentus. Inde fit vernaculus a, um, ad Vernas pertinens, vt vernacula lingua .i. domeſtica & vulgaris, ſeu materna, quæ vernæ vtuntur. Tentigo dicitur titillatio

Non ne cupidinibus ſtatuet natura modum quem?
Quid latura, ſibi quid ſit dolitura negatum,
Quærere plus prodeſt; & inane abſcindere ſoldo?
Num, tibi cum fauces vrit ſitis: aurea quæris
Pocula? num eſuriens faſtidis omnia præter
Pauonẽ, rhombumq́.? tumẽt tibi cum inguina: nũ, ſi
Ancilla, aut verna eſt præſto puer, impetus in quem
Continuo fiat; malis tentigine rumpi?
Non ego: nanque parabilẽ amo Venerem, facilemq́;.
Illam poſt paullo, ſed pluris, ſi exierit vir.
Gallis hanc Philodemus ait: ſibi, quæ neque magno
Stet pretio: neque cunctetur, cum eſt iuſſa, venire.
Candida, rectaq́. ſit, munda hactenus, vt neque longa,
Nec magis alba velit, quam det natura, videri.
Hæc vbi ſuppoſuit dextro corpus mihi læuum:
Ilia, & Aegeria eſt: do nomen quodlibet illi.
Nec vereor ne, dum futuo, vir rure recurrat:
Ianua frangatur: latret canis: vndique magno
Pulſa domus ſtrepitu reſonet: vel pallida lecto
Deſiliat mulier: miſeram ſe conſcia clamet:
Cruribus hæc metuat: doti deprenſa: egomet mi.
Diſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo:
Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.
Deprendi miſerum eſt: Fabio vel iudice vincam.

venerea. Illam poſt paullo, pulchram imitationem verborum adulterarum facit Poëta. Nam ne in colloquio deprehendãtur, paucis verbis vtuntur, & ferè his quæ Poëta ponit. Cum .n. adulter interrogat qñ veniam? reſpondet, paullo poſt, ſed pluris, hoc eſt maiori pretio, q̃ ſolita ſum tibi ſeruire, vel q̃ pollicitus es mihi. Alio autem tempore idem quęrenti dicit, ſi exierit vir .i. maritus meus. Acron aũt intelligit, vt ordo ſit. Philodemus ait, ego relinquo ſupple paullo poſt .i. poſtquàm paullulũ expectaui illam, quæ dicit ſupple ſed pluris &c. verum meliorem puto conſtructionem q̃ daturi ſumus. Galli Galli magnæ Matris deorum, hoc eſt Cybelis ſacerdotes lapideo cultro teſticulos ſuos euulſerunt, vnde cum coire non poſſint, facile poſſent expectare difficilem & moroſam mulierẽ, non aũt illi qui impatiẽtes ſunt libidinis, & ita poteſt intelligi de Gallis ſacerdotibus a Gallo fluuio ſic dictis, vel de Gallis .i. Galliarum populis, qui cum ſint pulchrarum mulierum amatores maximi & eas multa pecunia ſibi comparent, cenſuit Philodemus huiuſmodi mulierem difficilem & precioſam eſſe Gallis relinquendam. Ilia, & Aegeria .i. nobiliſſima & pulcherrima, ſicut Ilia & Aegeria. Nam Ilia fuit Ilia filia Numitoris Albanorum regis, quem cum frater eius Aemulius expuliſſet, & Lauſum filium intereniſſet, Iliam Veſtalem .i. monialem fecit, ne quid de ſanguine Numitoris ſupereſſet. Veruntamen (vt Romani iactabant) Ilia à Marte oppreſſa, Remum & Romulum fratres gemellos cõcepit, quos Numitor occidi iuſſit, & matrem poſt partum viuam in terram fodi iuxta Tyberim. Vnde fingitur Tyberi nupſiſſe. Miniſtri aũt qui pueros occidendos portauerunt, viſa lupa terriri aufugerunt. Credebatur autem lupa à Marte ad hoc miſſa, nam in tutela Martis eſt, vnde & vberibus ſuis eos nutriuit, donec à Fauſtulo quodam paſtore inuenti, Acciæ coniugi educandi traduntur, vbi inter paſtores ſe contra latrones exercuerunt in armis, & tandem recognita auum maternum Numitorem in regnum ſuum reſtituerunt, ſibi autem Romanam ciuitatem conſtruxerunt, quæ omnia apud Liuium in principio totius operius latius patent. Quia ergo Ilia, ſeu Rhea, Numitoris regis filia fuit, conſtat nobilem fuiſſe, & quia Marti complacuit, pulchram. Ægeria autem Nympha fuit pulcherrima, Numæ Pompilij ſecundi Romanorum re- Aegeria.

gis coniux, à qua se nouæ religionis, q̃ docuit, præcepta accepisse populo dicebat, vt maioris auctoritatis essent, & melius obseruarentur. Vtraque ergo nobilis & formosa fuit, qualem finxit quamlibet puellam esse cum qua Poëta rem habuit. Lubrice aūt & Satyrice, hoc est satis petulanter Poëta rem narrat. Vnde ne multis te lector teneam, ordo est. Nonne plus prodest quærere .i. inquirere & scrutari modum, quem natura statuit cupidinibus, vel melius sic, quem .i. qualem modum .i. mensuram & moderationem, natura statuit .i. constituit, cupidinibus .i. cupiditatibus & concupiscentijs carnis, & abscindere .i. discernere, segregare, inane .i. superfluum, soldo .i. à solido, hoc est necessario & perutili? Num, id est nunquid, cum .i. quando sitis vrit .i. exsiccat tibi fauces, id est extremitate gutturis, quæris aurea pocula .i. vasa aurea priusquam velis potare? q.d. non. Num .i. nunquid, ita & plurima .i. plurimæ aliæ res, quæ inuideant .i. noceant, & permotu esuriens .i. multum famens, fastidis .i. cum fastu & superbia contemnis omnia, sup. obsonia vel cibaria, præter pauonem auem illam pulchram & pretiosam, non tamen teneram, & præter Rhombum .i. piscem illum, qui tunc temporis in pretio magno apud Romanos fuit? & cum inguina .i. virilia, tument .i. inflantur & eleuantur tibi, num, id est nunquid, si ancilla, aut puer verna .i. seruus domesticus, in quem impetus libidinis fiat .i. possit fieri continuo, est præsto .i. paratus, & in promptu, malis tu .i. magis velis, rumpi .i. dissolui & cruciari, tentigine, id est stimulatione libidinis, quàm sup. impetum facere in eum, vel in eam? Non ego .i. ego, inquit Poëta, non mallem rumpi libidine, q. cum verna .i. puero, aut puella rem habere, in quo se porcum Epicureum potius, q̃ castum bonorum morum præceptorem demonstrat Poëta, vnde surda aure nobis hic transeundus est, aut vt scopulus vitandus. Sed Romanis, cum gentiles essent, præcepit, apud quos tunc adulterij vitium maximum reputabatur, masculorum autem & meretricum concubitus vitium quidem iudicabant, sed tamen tolerabile. Nanque pro quia, ego, inquit Poëta, amo Venerem, id est mulierem cum qua rem veneream exerceam, parabilem .i. paratam, & paruo pretio comparandam, quæ pro &, facilem .i. quæ cito facit quod peto: Philodemus eiusdem sectæ & opinionis sectator ait, ego sup. relinquo illam, quæ sup. quando interrogatur ab amatore quando venire debebit, aut quando parata erit, dicit, post .i. postea, paullo .i. modico tempore, sed pluris .i. pro maiore pretio, q̃ ille voluit dare, & alio tempore dicit q venire debebit, aut q parata erit, si vir .i. maritus exierit, hanc ergo .i. huiusmodi. pretiosam & difficilem matronam relinquo, inquit Philodemus, Gallis .i. vel sacerdotibus Cybeles, qui cum castrati sint, bene expectare possunt, vel Gallis, id est populis Galliæ curiosis mulierum amatoribus, qui magno pretio mulieres difficiles appetunt. Sibi sup. dandam dicit, quæ neque stet, id est prostet, vel constet magno pretio, neque cunctetur, id est moram faciat cum est iussa venire. Candida rectaque sit, hæc & omnia sequentia sunt potius verba Poëtę, quàm Philodemi, propter vltimum versum, in quo de Fabio mentio fit: quem iurisperitum garrulum fuisse in prima Satyra dixit, hic autem adulterum esse significat. Sed ordinem prosequamur. Ea sup. quàm ego amabo, inquit Poëta, sit candida .i. formosa & recta .i. pulchra, & munda .i. bene curata, & polita cute, hactenus .i. ad hoc vsque, & non vltra, ut neque, id est non, uelit uideri magis longa, nec magis alba, quam natura dat, id est quæ contenta sit pulchritudine & forma naturali, ita quòd non fucet se adulterino colore ut formosior uideatur, neque cothurnos altiores capiat vt longior, quam natura dat credatur. vbi .i. postquam, uel quando hæc .i. huiusmodi puella quæcunque fit, supposuit mihi dextro .i. dextra parte iacenti, corpus suum læuum .i. in læuo, hoc est sinistra parte iacens, ipsa est .i. putatur mihi esse. Ilia .i. mater Remi & Romuli & Ægeria .i. nympha illa vxor Numæ Pompilij, do illi nomen quodlibet .i. quodcunque placet, nec vereor .i. non formido, ne vir .i. maritus, recurrat .i. celeriter redeat, rure .i. ex agro suo, interea dum futuo .i. in actu venereo sum, & ianua frangatur à viro, & canis latret, & domus resonet pulsa vndique magno strepitu eorum, quos maritus secum adduxit, & mulier pallida exclamans sup. væ, desiliat .i. deorsum saliat a lecto, & ipsa conscia adulterij commissi clamet se miseram, & hæc s. mulier, deprensa .i. deprehensa, quod in versu stare non potest, metuat, id est timorem suscipiat, cruribus, id est pro cruribus suis, ne rumpantur a marito, & doti, id est ne perdat dotē. Sunt qui legant Cruribus, hæc metuat, doti deprehensa, egomet mi, & tunc deprensa, id est apprehensa à marito. Deprendimus, seu deprehendimus proprie aliquid in ipso facto. Reicimus autem post factum, ipsa ergo metuat cruribus & doti, inquit Poëta, & egomet metuam sup. mi .i. mihi, quia fugiendum est mihi tunica discincta, id est nondum cincta, ac pede nudo, ne nummi mei pereant, aut ne pyga, id est virga virilis pereat, aut denique ne fama pereat .i. infamis efficiar. Ego vincam, id est probabo & conuincam oppositum dicentes, q miserum est deprendi .i. deprehendi in adulterio, vel .i. etiam, Fabio, illo iurisperito aliquando deprehenso, iudice .i. iudicante & approbante. Deprendi leges propter versum, non deprehendi. Quidam legunt Miserum est, & tunc subintelligitur q vt sit, q miserum est deprendi, alij non ponunt est, sed subaudiunt esse. vt sit, Ego vincam deprendi esse miserum &c. Alij væ pallida vna dictione.

Tegat instita) Instita matronalis videtur esse vestis ad medios demissa pedes vt in j. de Arte amā. testatur Ouid. his versib. Este procul vittæ tenues, insigne pudoris.
Quæque tegis medios instita longa pedes. Et paullo post,
Subsuta auferendi est casus, & cū veste conuenit, nō cum instita.

Hypsea cæcior) Satis apparet Horat. ad Hypseam mulierem quāpiam notæ cæcitatis allusisse, de qua ꝓuerbium est, Hypsea cæcior, in eum qui supra modum cæcutiens minime iudicat.

SI quis volet Acronis Porphyrionisq. ingenium q̃ late alterum ab altero distet, dispicere, & si multis alijs locis, quemadmodum sæpe admonuimus, potissimum tamen ab huius Satyræ principio fieri licebit qui vtriusque commentarium legerit. Quam pauca, dij boni, q̃ vere omnia Porphyrion. Rursus q̃ ambigue, quam confuse omnia Acron differit.

Quinas hic capiti mercedes exigit.

Mercedes pro vsuras dixisse poetam Porphyrion ait. Addit Acron centesima significari. Est autem vsura centesima, quando de centum duodecim soluuntur, hoc est singuli singulis mensibus. Sic dicta quod centesimo mense æquet sortem. Quinque igitur centesimæ in singulo menses quinque exigunt, quæ vsura ingens est, cum nostra ætas ægre tantum in xij menses erogет. Badius de singulis nummis ait auarum quinque lucrari velle, quod ego non intelligo, neque ipsum intellexisse quid diceret, puto. Quemadmodum etiam quod paullo post poëta, inquit, Nomina sectatur Tyronum, ad castrense peculium inepte retulit, cum poeta præcipitem fœneratoris auaritiam notet, vt fatetur Porphyrion, quod iuuenibus, qui adhuc in patria erant potestate, audebat nummos cum vsura quina centesima credere non absque periculo exigendi, cum certus non esset de soluendo. Sed auaritiæ tanta vis erat, vt hoc tentare auderet. Et ipsi iuuenes, amore capti alicuius puellæ, qua potiri absque pecunia non poterant nihil pensi habebant, quid de pecunia paterna ageretur. Cuius elegans exemplum est Antipho ille Terentianus in Phormione cum sua Phanio, multaque similia apud Comicos. Illud autem, simulac, quod sequenti versu a Poeta ponitur pro statim vt exponendum est, non per immediate, vt idem effert Badius, quam latine, iudicent alij.

At ille pro quæstu sumptum facit hic?) Antipophora est auctore Porphyrione. Seu & illud hic, quo responsio fit, etiam per interrogationem legendum cum quadam quasi admiratione. Badius hunc locum recte explicuit. Quarum subsuta talos tegit instita veste. Matronæ (inquit Acron) Stola vtuntur demissa vsque ad imos pedes, cuius imam partem ambit instita subsuta. Hæc eadem verba Porphyrion, vnde Acron haud dubie sublegit. De stola muliebri veste nemini dubium, de instita autem hic locus non paruam facit difficultatem. Si enim dixisset Poeta (quod carmen tamen non patitur) Quarum subsuta talos tegit stola instita, vt esset sensus. Quarum talos stola tegit subsuta instita, melius intelligeretur. Acron adijcit, subsutam vestem prætextam dixit. Perotus in suo cornu hoc allegat de stola, perinde atque planum esset Institam esse stolam. Ego autem puto, vt plane dicam quod sentio, Hypallagem esse, & institam dictam pro stola, & vestem intelligēdum, quemadmodum & Ouid. lib j. de Arte aman. vsurpauit, vel institam, vel limbum, vt illud Virg. Dare classibus austros. Verum cui nostra hæc sententia non placet, habet nostri annotatoris longe elegantiorem, quam ipse non intelligo, nec illum intellexisse puto.

Quidam notus homo, cum exiret fornice macte Virtute esto, inquit, sententia dia Catonis. Esto, aduerbium consentientis vel approbantis, inquit Acron, quod mihi displicet, puto enim positum pro sis. Quod vero & Porphyrion cum Acrone, Catonem intelligunt Censorinum, mihi non fit verisimile. Poeta enim de suo loquitur tempore. Notus inquiens homo nimirum de quopiam quem nominare adhuc viuentem nolebat sentiens. Censorinus autem Cato ante seculum decesserat. Præterea duorum

Catonum

Catonum tempora & mores facile de Vticensi conuincunt.

Audire est operæpretium, procedere recte. [Qui mœchis non vultis) Audite vero est operæpretium triplicem Acronis hic expositionem, quarum vltima haud dubie à nugatore aliquo assuta est. Sicut non ita multo post de Villio Syllæ genero. Illud autem ridiculum magis, ꝙ cau iam salacem falsam esse putat. Et quidam intelligo, maritus, & demeteret, adultero. Nam vt adulter sibi demessuerit, non videtur verisimile. Quanquam etiam locus ita legi poterat, quin etiam illud Accidit, vt quidam testeis, caudamque salacem Demeter ferro. Verum quid opus est poëtæ immutare lectionem, cum sensus alioqui facile elici queat?

-Atque etiam melius persæpe togatæ.

Togatam vocare videtur infamem ac repudiatam, valet meretricem. Nam alioqui in verbo sequenti gestat, sensus non procederet. Est autem mire versus sermo, cum antea de nobili loquerentur, statim hic meretricis comparationem facit ad ipsam.

-Ne corporis optima lynceis   Contemplere oculis.)

Doctor in Adagio, Hypsęa cęcior, legit lyncei in genitiuo, à nominatiuo Lynceus, Pręterea contemplans pro contemplare, quę lectio placet. De Lyoceo Valerius Max. lib. j. cap. viij. ubi de miraculis. Acron ait trans, parietem hunc vidisse. Sed assumentum est impostoris ut puto.

Si interdicta petes uallo circundata.

Idem Acron exponit, uallo circundata .i. custodijs munita, circundata satellitibus. Melius Badius hoc de uestium ac comitum multitudinem expoluit.

-Positum sic tangere nolit.)   Illud sic, ἀλληγορικῶς intelligendum. Acron exponit sic, ad comedendum paratum. Porphyrion autem, appositum in cœna. Ego eum de viuente intelligo loqui lepore, uel infirmo, uel non fugiente.

-Quem   Quid latura sibi, quid sit dolitura negatum Quęrere plus prodest,) Ordinem esse puto, quem negatum sibi Quid sit latura, quid dolitura, plus prodest quęrere, & abscindere inane solido.   Miseram se conscia clamet Cruribus, hęc metuat doti. Porphyrion pro ancilla exponit quę sit conscia dominę in hoc adulterij facinore. Vt Satyra ij. sequentis libri. Quo te demisit peccati conscia herilis Contractum. Landinus quoque tale quiddam prodidit. Sed mediatricem uocat. Quare exponendũ. Hęc ancilla metuat cruribus vxor deprensa doti, ego mihi, hoc est, vel vitę meę, vel ne pereant nummi, &c.

# S A T Y R A   I I I.

ASCEN. O MNIBVS hoc vitium est cantoribus;) Vrbane admodum, atque facete Poëta in principio huius tertiæ Satyræ inconstantiam atque intemperantiam Tigellij Hermogenis musici notat, ostendens eum in nulla re aut modum, aut constantiam seruasse. Deinde quia oblitus suorum peccatorũ auide aliena vitia taxare videtur, quòd & Mæuius facere solebat, ideo nactus occasionem eos carpit, qui cum sua vitia sibi condonent, aliena nimis acerbe reprehendunt, cum quæ leuia sunt amicis ignoscere debeamus, memores fragilitatis humanæ, quia nemo sine crimine viuit. Tandem à Cynicis ad Stoicos conuertens sermonem, eorum dogma vehementer reprehendit quo dicunt vitia omnia esse paria & pari pœna puniendam, ostenditque insanos esse eius sectæ professores, qui se solos sapientes esse iactant & ꝑ sapiẽtiam beatos esse, nulliusq. egere, sed reges esse, cum tamen à pueris vt fatui vexentur & trahantur, & in miseria uiuant.

Hoc argumentum est. Omnibus hoc uitium est, habet Hor. de more vt principium Satyræ ab urbaniore alicuius rei narratione incipiat, ad auditores lectoresque alliciendos ut hic à communi uitio cantorum, quod hodie quoque habent. Per amicitiam patris .i. Iulij Cæsaris patris adoptiui Augusti, & suam .i. propriam, quia utrique carus fuit, ut in ij. Satyra dictum est. Ab ouo ad mala, hic duo aduertes. Primum, ꝙ ueteres Romani solummodo cœnas pomposas habebant, non prandia, antequam autem ad cœnam irent, semper in balnea descendebant, unde reuersi plerunque ouũ sorbebant. Secundum, ꝙ duas duntaxat mensas .i. positiones, aut genera ferculorum habebant.

O MNIBVS hoc vitium est cantoribus; inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare, rogati:
Iniussi nunquam desistant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Cæsar, qui cogere posset,
Si peteret per amicitiam patris, atque suam; non
Quicquam proficeret. si collibuisset; ab ouo
Vsque ad mala citaret, Io Bacche, modo summa
Voce, modo hac resonãs, quæ chordis quatuor ima.
Nil æquale homini fuit illi: sæpe velut qui
Currebat fugiens hostem. persæpe velut qui
Iunonis sacra ferret. habebat sæpe ducentos,
Sæpe decem seruos. modo reges, atque tetrarchas,
Omnia magna loquẽs. modo, sit mihi mensa tripes, &
Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus,
Quamuis crassa queat. decies centena dedisses
Huic parco paucis contento: quinque diebus
Nil erat in loculis. noctes vigilabat ad ipsum
Mane: diem totum stertebat. nil fuit vnquam
Sic impar sibi. nunc aliquis dicat mihi? quid tu,
Nulláne habes vitia? immo alia, haud fortasse minora.
Menius absentem Neuium cum carperet: heus tu
Quidam ait, ignoras te? an vt ignotum dare nobis
Verba putas? egomet mi ignosco, Menius inquit.
Stultus, & improbus hic amor est, dignusq́. notari.
Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum,
Quã aut aquila, aut serpens Epidaurius? at tibi cõtra
Euenit: inquirant vitia vt tua rursus & illi.
Iracundior est paullo, minus aptus acutis
Naribus horum hominum, rideri possit, eo quòd
Rusticius tonso, toga defluit & male laxus.
In pede calceus hæret. at est bonus; vt melior vir
Nõ alius quisquam: at tibi amicus: at ingeniũ ingens
Inculto latet hoc sub corpore. denique te ipsum
Concute: * nunqua tibi vitiorum inseuerit olim
Natura, aut etiam consuetudo mala. nanque
Neglectis vrenda filix innascitur agris.

Vnam carnium, seu piscium & alteram pomorum. Appellatione aũt pomi cõtinentur oẽs fructus arborum habentes corticẽ durum. Mala autem sunt ea quę uulgo poma appellamus, unde accipiendo pomum generaliter, pyra sunt poma, sed nõ sunt mala. Tetrarcha dicitur à tetras, quod est quatuor, & arche principium, quasi princeps quartæ partes alicuius regni, sicut Herodes dictus est Tetrarcha. Qui uero solus totius mũdi principatum haberet, Monarcha diceretur. Decies centena .i. mille nummum, centena enim pro centum accipitur, distributiuum ꝑ principali seu absoluto. Pulchre autem post decies centum intulit quinque dies, quasi duplo minori tempore q̃ centum multiplicentur, consumat, hoc est quolibet die ducentena. Noctes uigilabat, de accusatiuo tẽporis uariæ sunt grammaticorũ sententiæ. Seruius dicit honestiorem esse locutionem in accusatiuo, quod Valla irridet, dicẽs potius Gręcorum imitationem. Acron dicit ideo in accusatiuo poni, ut iugem uigiliam ostenderet, significans accusatiuum temporis importare continuationẽ & totalitatem, sed Valla refragatur, eo ꝙ nonnunquam particula totalitatis addatur, ut Totos hosce Parmeno dies te quietum reddam, & Hic iam tercentum totos regnabitur annos. Porphyrio dicit aduerbialiter in accusatiuo dici. Has sententias quidam meo iudicio nõ imperite sic concordat, dicitque de tempore tripliciter posse interrogati ꝑ quando, intra quod tempus, & quandiu. Ad quæstionem factam per quando, semper in ablatiuo respõdebis, ut Quãdo datũ est? anno millesimo &c. non annum millesimum, nisi præponetur præpositio actõ deseruiens. Ad quæstionem factã per intra, expressa præpositione haud dubie in actõ pones,

*Pomum* *Nux* *Malum*

*Accusatiuo tempo ris*

** Aliàs, num tibi quid .i. num aliquid vitiorum. Sic legendum censet Bousinis.*

sed ea tacita in solo ablatiuo, vt intra quot dies perleges Virgilium? intra xx. dies. vbi caue bis puer ne dicas. Faciam, vel hoc infra viij. dies. nam intra dicendum est, non infra in hoc sensu. Sine præpositione autem dices. Octo diebus Virgilium perlegit, vt in textu nostro. Quinque diebus, id est post quinque dies, vbi non bene diceres. Quinque dies Nil erat in loculis. Sed ad quæstionem factam per quandiu, licet in ablatiuo respon deri potest, consuetius tñ & melius in accusatiuo, respondebit, præcipue dum tempus integrum, & continuum significas, vt quá diu patet atri ianua Ditis? Noctes atque dies, id est per totum tempus. Sic referre putant, an dixeris crastinum diem, an crastino die tecum ero, quia priori modo significas te per totum diem crastinum cum eo futurum. Posteriori autem, quauis parte crastini ei affuturum. Neque satis efficax est mihi ratio Vallæ, qua multa contra cęterorum auctoritatem probare conatur, quę est. Quicquid alicui dictioni addictum à bonis auctoribus reperitur, hoc ipsa per se neque significat, neque connotat, sed accusatiuo temporis additur dictio totum, ergo non importat totalitatem, verbo in fieo additur verbum cœpi, ergo non significat inceptionem vel inchoationem. Nam maior ipsius non est vniuersaliter vera, sed vt dicitur à Doctrinali, Æquiualens geminis harum si iungitur vni Dictio pro reliqua tantummodo debet haberi. Sed hæc grammatici videant. Aduerte etiam, verbum erat hic, & sæpe alias pro esse poni, vt Quinque diebus.

*Erat Loculi* Nil erat, id est nil esset, vel fuisset in loculis. Loculi autem sunt sacculi pecuniarum in hoc loco. Immo alia & fortasse minora, hic diligentissime aduertes puer Poëtam duo prudenter facere. Nam & arrogantiam, mendaciumque euitat, & auctoritatem suam non diminuit. Arrogantiam & mendacium euitat, quia

*Auctoritas seruanda* fatetur se non esse sine peccatis. Auctoritatem suam seruat, dicens peccata sua esse alia, & minora, per hoc innuẽs duo esse necessaria ad hoc, vt quis habeat auctoritatem reprehendendi aliqua vitia. Primum, vt eadem vitia, quæ reprehendit, ipse non habeat. Nam Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Vnde nescio qua fronte, aut quo ore contra simplicem fornicationem declamare audent, qui publice concubinam suam domi fouent. Audiendi tamen tales fortasse sunt, sed non imitandi, & licet in hoc non peccant, quòd verbo castitatem docent, peccant tamen quia exemplo dedocent, vnde optimum prædicatorem imitari deberent, de quo scriptum est. Cœpit Iesus facere & docere, Secundo necessarium est, vt quia nemo sine crimine viuit, ea vitia quæ prædicator committit sint minora, quam quæ reprehendit, aut saltem secreta. Vnde errant qui dicunt, Satyricos seipsos reprehendere, quo alios possint liberius taxare, cum omnino oppositum faciant. Nam Horat. se omnino purgare conatur, sed finem facio. Ordo est. Hoc vitium est omnibus cantoribus, id est omnes cantores habent hoc vitium, vt ipsi existentes inter amicos, rogati cantare, nunquam inducant, id est possint inducere animos suos, cantare, id est ad cantandum, iniussi, id est quando non iubentur neque rogantur, nunquam desistant. Videte hic manifestam auxesim, in qua singula verba pondus habent. Primum dicit omnibus, non quibusdam duntaxat. Secundo cantoribus, quorum officium est cantare, non alijs qui cantare nesciunt. Tertio non dicit inter quoscunque, sed inter amicos. Quarto non dicit, quòd non cantent, sed quòd non possint inducere animos ad cantandum, etiam si velint. Quinto non dicit aliquando sed nunquam, sexto non dicit, quòd non cantent quando cantus eorum non petitur, sed quando rogati sunt. Et septimo, quòd non solum non cantent quando ab amicis rogantur, sed quòd quando iniussi sunt i. fortasse tacere iussi, nòn sólum cantent, sed nunquam desistant cantare, vnde vtroque uitio peccant, & ita in hoc primum notatur Tigellius, quòd & nimis impudenter tacebat, & nimis impudenter cantabat. Vnde dicitur. Sardus habebat &c. Ordo est. Ille. i. iam notus ex præcedenti Sermone Tigellius, Sardus. i. ex Sardinia natus, habebat hoc supple vitium. Si Cæsar Augustus, qui posset cogere eum vt cantet, peteret. i. amice deposceret, per amicitiam patris sup adoptantis, videlicet Iulij Cæsaris, atque suam. i. propriam. Nam vtrique familiaris fuit Tigellius, ipse Augustus non proficeret quicquã .i. in aliquo, quia non posset precibus impetrare vt cantet, si aũt collibuisset i. libido cantandi Tigellium cœpisset, ipse citaret. i. recitaret, ab ouo .i. à primo ferculo & a principio cœnæ, vsque ad mala. i. usque ad fructus, qui dantur in ultima parte cœnæ, & in secunda mensa, sicut hic caseus datur suis temporibus in fine mensæ, citaret inquam Iò Bacche, quæ uox est nimia lætitia, aut saturitate affecti. Versus autem uult dicatur Bacche eho, non Iò Bacche, quia eho primam producit, vt cuius notum est. Præterea Bacche vocatiui casus a nominatiuo Bacchus vltimam corripit, cuius contrarium tamen fieret si legatur Iò Bacche. Veruntamen aduertes lector summæ artis esse apud oratores & poetas dare personis, quas loqui faciunt, pprios sermones, quod Liuius in concionibus suis seruasse laudatur. Vnde sæpe ineptis personis attribuunt poëtæ ineptos sermones, vt Terentius & Plautus militibus gloriosis, vt argute annotauit Donatus in Eunuchum. Si velimus ergo vitio syllabarum Poëtam nostrum notasse vitium cantandi in Tigellio, non erat absurdum dicere Iò Bacche, immo sic in omnibus fere codicibus inuenies, sed ad ordinem redeo, recitaret inquam Iò Bacche, modo, id est aliquando, summa voce. i. summæ chordæ, quæ acutissima est, & modo, id est interdum hac voce quæ resonat ima, id est depressa & infima quatuor chordis, id est secundùm Acronem, post quatuor chordas, hoc est quinta chorda, quia vult eum pentachordio vsum fuisse, aut secundum Porphyrionem, quæ resonat ima, id est infima, quatuor chordis .i. inter quatuor chordas, quia dicit eum tetrachordo, seu tetrachordio vsum i. instrumento quatuor chordarum, vtroque autem modo notatur in hoc quòd medium non seruauit, sed aut summa aut infima chorda, & per hoc aut acutissima, aut depressissima voce recitauit. Nil fuit illi homini, id est in illo homine, æquale, id est vniforme & constans. Ipse currebat sæpe velut sup. currit qui fugiens hostem sup. currit. Persæpe, id est valde sæpe, sup. lentissimo gradu incedebat, velut .i. sicut, incederet sup. qui ferret sacra Iunonis in capite, qui ne cadant lente incedit. Ipse habebat sæpe ducentos, id est plurimos seruos, & sæpe decem, id est paucos seruos. Sunt qui legant Sæpe duos seruos, sed exemplaria fere habent, decem, non duos, loquens, id est in ore suo pompose versans, modo reges atque tetrarchas, id est principes viros, & omnia magna, id est magnifica & pomposa, hoc est interdum tam magnificus voluit videri, vt non loqueretur nisi de regibus & principibus, quia sicut qui de Deo est, de Deo loquitur, ita qui de curia regum & principium videri vult, de ipsis semper loquitur. Modo, id est interdum autem tam parcus & tam summisso animo fuit, vt dicat tripes, id est sedicula trium pedum, sit mihi mensa, id est tabula ad quam comedam, & concha. i. testa conchæ marinæ, puri. i. inconditi salis, sit mihi obsonium sup. & toga sit mihi vestis sup quæ toga quamuis sit crassa i. pingui & vili panno, queat .i. possit, defendere .i. depellere a me frigus, illud autem creditur dixisse vbi omnia consumpserat. Nam, subaudi si, si tu dedisses huic parco & paucis contento, decies centena i. mille nummos, nil i. nullus nummus, erat, id est fuisset in loculis, quinque diebus .i. intra vel post quinque dies, ipse vigilabat noctes .i. per totum tempus nocturnum, vsque ad ipsum mane .i. tempus quo Sol manat. i. oritur, vel dicitur a salutantibus mane. i. bene sit tibi, stertebat autem, id est dormiendo profundo sopore consumebat totum diem Nil, id est nulla res, fuit vnquam sic impar. i. inæqualis & dissimilis sibi, sicut Tigellius. Nunc aliquis dicat .i. possit dicere mihi, hoc est Horat. loquitur enim de se poëta, Quid tu Horati supple facis, aut de te sentis? nulla pro non & vlla, habes ne vlla vitia? respondet Poëta, immo supple habeo alia vitia supple & fortasse minora, quàm reprehendo in Tigellio. Alij textus habent, Haud fortasse minora, & ita sicut dixi, duo prudenter facit, nam & iactantiam fugit, & auctoritatem sibi seruat. [Mæuius absentem &c.) Exemplo Mœuij detractoris reprehendit eos qui cum suis vitijs ignoscant & in eis videndis cæci sint, aliorum vitia acerbissime carpunt, & vident ea aquilinis & serpentinis oculis, id est acutissimis. Aquila enim tam acuti visus est, vt recto intuitu Solis radios sustinere possit, quin & pullos suos Solem aduersum intueri cogit, & si qui lucem Solis non sustinentes auertantur, illos veluti adulterinos è nido præcipitat. Serpens etiam subtilissimi est visus, vnde græce dracon a δέρκω .i. aspicio dicitur. Reprehendit ergo eos qui nimis seuere carpunt, nimis auide, etiam perperam de hominibus iudicantes, & facta indifferentia quæ & bona & mala esse possunt in peiorem partem interpretantes, quales sunt qui negligentiam circa culturam corporis reprehendunt, & ad ingenij cultum non aspiciunt. Cum tamen si velint esse clementes & boni amici, deberent facere sicut parentes, qui liberorum suorum corporalibus vitijs honestiora vocabula dant, aut sicut amatores, qui amicarum suarum corporalibus vitijs non offenduntur, immo sępe delectantur. Veruntamen sciant Christiani sic diligere homines, ut eorum uitia non diligant. Quę uero dubia sunt, etiam Christianissimus in meliorem partem accipere potest, quod Poëta tam de uitijs corporis, q̃ de ni-

ijs

tijs animi abunde probat. Vnde principalis disputatio est hic contra eos, qui tristi vultu & seuera barba vt Cynici philosophi nimis acriter in omnes inuehuntur, ita vt nullis, ne amicis quidem, parcant. Et etiam contra eos qui, quod peius est, virtutem in vitium vertentes, omnia carpunt. Manifestum autem est Poëtam solummodo contra eos hæc scribere, qui ex maleuolentia & detractorio animo, aut nimis inhumaniter hæc faciunt. Non enim loquitur contra eos, qui humane corrigunt. Nam tota intentio Satyricorum intendit fraternæ correctioni. Cetera in constructione patebunt. Ordo est. Cum, id est quando Mæuius inuidus ille poëta & maleuolus detractor Virgilij & Horatij carperet, id est maleuole roderet & diffamaret, Neuium, virum illum bonum, absentem, quod signum detractionis est. Nam corrector bonus præsentem secrete commonet, quidam, forte Virgilius aut ipse Horatius, ait Heus, tu Mæui, ignoras te, id est vitia tua, qui tam auide carpis Neuium? an putas te ignotum dare nobis verba, id est decipere nos de factis tuis? Nam dare verba est decipere, eo quòd qui bona verba dant sine effectu, decipiunt. Mæuius autem, inquit, id est respondit: Egomet ignosco, id est veniam do: mi, id est mihi. Ad quod poeta. Hic, id est huiusmodi, amor quo quis se amans aliorum vitia carpit & sua dissimulat, est stultus, quia qui prudens est vitia sua agnoscit vt emendet, & improbus, quia vir probus alteri non facit quod sibi fieri non vult, & dignus notari, id est diffamari & reprobari. Tractum est ab infamibus, quibus ob detestabile facinus inuritur nota, vnde notari dicuntur infames. Cum tu lippus, id est quasi lippus & male videns, peruideas, id est perspicias, tua mala, id est propria vitia, oculis inunctis, id est collyrio impeditis ne recte videas, cur, id est quare, cernis, id est vides in vitijs amicorum, tam, id est tantum, acutum, id est acute, quam, id est quantum, aut aquilæ supple cernunt, aut serpens Epidaurius, id est Romam vectus ab Epidaurio insula, hoc est quantum quicunque serpens. At pro sed, eueoit tibi contra, id est econtrario, vt &, id est etiam, illi inquirant, id est inuestigent, rursus, id est vicissim tua vitia. Si supple quis est iracundior, id est modico magis inclinatus ad iram, quam decet, & si est paullo minus aptus, id est affabilis & socialis, ipse possit rideri acutis naribus, id est contractis naribus in rugam, horum hominum, id est irrisorum & inuidorum, eo, id est propterea, quòd, id est quia toga, vestis à tegendo dicta, defluit, id est deorsum fluit, & ex humeris cadit illi existenti tonso, rusticius, id est paullo nimis rustice & negligenter, quod de Cæsare dictum putant, & quia calceus male, id est multum & inepte, laxus, id est dissolutus hæret in pede, vel quód calceus laxus male hærer in pede. At pro sed, ò inuide, huiusmodi vir quem tu, ob cultum irrides, est ita bonus vir, vt non sit alius quisquam melior, at pro sed, est amicus tibi, at pro sed, ingens, id est excellens ingenium latet sub hoc corpore inculto, veluti in Virgilio, quem Mæuius carpebat. Et est hic sententia similis illi. Corporis exigui vires contemnere noli. Ingenio pollet cui vim natura negauit. Denique, id est vt vno verbo dicam, concute, id est examina teipsum, & est tractum à vestibus, quæ dum concutiuntur patent sordes, & pulueres antea latentes, num, id est nunquid natura, aut etiam consuetudo mala, inseuerit, id est immiscuerit tibi per inclinationem ad peccatum, quid, id est aliquid vitiorum, sic Bonfinis legit, & melius quàm qui. Nunquam tibi vitiorum, quia nunquam vitiorum durius sonat, hoc est, an ne tibi aliqua vitia sunt insita per inclinationem naturæ, quæ prona est ad malum, aut per consuetudinem malam viuendi, quæ quasi altera natura est, dico mala consuetudo. Nanque pro quia, filix, id est herba illa nociua, vrenda, id est quæ debeat vri & comburi, innascitur agris neglectis, id est incultis, hoc est sicut in agris etiam bonis, & fertilibus si non colantur, & inserantur bona semina per se nascuntur spinæ, & herbæ nociuæ, ita si quis bonam habeat naturam, & eam non colat disciplina, per se innascentur vitia ex mala consuetudine & mala conuersatione.

ASCENSIVS.

PRæuertamur, id est transeamus, illuc, id est ad illud propositum redeamus ꝙ turpia vitia amicæ, id est mulieris amatæ, decipiunt cæcum amatorem, ita quòd ea non videat aut iudicet esse turpia, vnde solet dici. Omnis amatori formosa videtur amica. Et quæcunque placet res erit apta satis. Amator autem & amica libidinis esse possunt, sed amicus honestatis nomen gerit, turpia inquam vitia amicæ decipiunt cæcum amatorem, quòd ea non videat, aut non iudicet esse turpia. aut etiam hæc ipsa turpia vitia amice delectant ipsum amatorem. veluti polypus, id est fœditas, & immunditia nasi: Agnæ, id est illius meretricis, delectat supple Balbinum illum nobilem adolescentem. Sunt qui legant pulypus propter metrum. sed Philologus ostendit etiam Polypus prima longa, recte legi. Ego vellem, inquit Poëta, quòd nos erraremus sic in amicitia, hoc est quòd tantum amaremus amicos nostros, vt non percipiamus eorum modica vitia. Veruntamen (vt dixi) debemus sic diligere homines, vt eorum vitia non diligamus. Et (vt vetus philosophorum est verbum) debemus amicos diligere usque ad deos, & non vltra, id est ita ꝙ

Illuc præuertantur: amatorem quòd amicæ
Turpia decipiunt cæcum vitia: aut etiam ipsa hæc
Delectant: veluti Balbinum polypus Agnæ.
Vellem in amicitia sic erraremus: & isti
Errori nomen virtus posuisset honestum.
At pater vt gnati, sic nos debemus amici,
Si quod sit vitium: non fastidire. Strabonem *
Appellat pætum pater: & pullum, male paruus
Si cui filius est: vt abortiuus fuit olim,
Sisyphus. hunc varum, distortis cruribus, illum
Balbutit scaurum, prauis fultum male talis.
Parcius hic viuit: frugi dicatur. ineptus
Et iactantior hic paullo est: concinnus amicis
Postulat, vt videatur. at est truculentior, atque
Plus æquo liber: simplex, fortisq; habeatur.
Caldior est: acres inter numeretur. opinor
Hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos.
At nos virtutes ipsas inuertimus: atque
Sincerum cupimus vas incrustare. probus quis
Nobiscum viuit, multum demissus homo: illi
Tardo cognomen pingui damus. hic fugit omneis
Insidias: nulliq; malo latus obdit apertum:
Cum genus hoc inter vitæ versetur: vbi acris
Inuidia, atque vigent vbi crimina. pro bene sano,
Ac non incauto, fictum, astutumque vocamus.
Simplicior si quis: qualem me sæpe libenter
Obtulerim tibi Mœcenas: vt forte legentem,
Aut tacitum impellam, quouis sermone molestus:
Communi sensu plane caret, inquimus. eheu
Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam,
Nam vitijs nemo sine nascitur. optimus ille est,

amore amici non offendamus Deum, neque quicquam contra iustitiam & veritatem faciamus. & vellem, inquit Poëta, quòd virtus posuisset isti errori, quem offendimus in amico, honestum nomen, ita quòd eius exilia vitia in bonam partem accipiamus vel melius sic, quòd virtus posuisset isti errori quo erramus in factis vitiosis amicorum honestum nomen, ita quòd non dicator error, sed humanitas, benignitas, clementia, amicitia, aut simili modo. Ac pro &, vt, id est quemadmodum, pater supple non fastidit, id est non contemnit cum fastu & superbia, vitium, id est deformitatem, gnati, id est filij, sic debemus non fastidire, id est non superbe contemnere, vitium amici, si ipse amicus habet quod, id est aliquod vitium. Et nota quòd nos debemus amare vitium amici. nec dicit quòd non debemus amicum corripere, sed quòd non debemus eius vitium modicum superbe contemnere tanquam nos nullum vitium habeamus. Probat autem quomodo pater excusar vitium filiorum, non in moribus; quia illud corrigi deberet, sed in corpore, quod emendari non potest. Pater appellar super filium strabonem, id est oblique & ex transuerso videntem, pætum, id est habentem tremulos oculos, & se facillime in

* *De Strabonum, & Pætorũ cognominibus vide Cal. lib. 8. ca. 19. & Nonium Marcel. lum Bonfinus.*

Qui minimis vrgetur. amicus dulcis, vt æquum est,
Cum mea compenset vitijs bona: pluribus hisce,
(Si modo plura mihi bona sunt) inclinet: amari
Si volet. hac lege in trutina ponitur eadem.
Qui, * ne tuberibus proprijs offendat amicum,
Postulat: ignoscat verrucis illius. æquum est
Peccatis veniam poscentem, reddere rursus,

quamuis partem uertentes, sicut falcones uidemus habere, & uidetur dici pętus a petendo eo quod quamcunque rem petat, eo faciliter oculos dirigat. uel quod petat, id est aggrediatur faciliter unumquemque oculis suis. unde Venus dicitur pęta, & creditur in muliere uiuacitas signum esse, & ad formositatem facere. vitium ergo oculorum appellat nomine pulchritudinis, & sicuti, id est alicui, est filius male, id est multum & usque ad difformitatem, paruus, id est paruæ staturę, ut, id est quemadmodum, Sisyphus abhortiuus filius Antonij triumuiri. fuit olim, appellat supple eum pullum suum, id est tenellum puerulum, sicut pullus equi placidus & tener est. Sisyphus autem iste dicitur fuisse intra bipedalem staturam. unde uocat eum abortiuum, quasi ante maturum partum editus sit. & appellat hunc, id est alium filium distortis cruribus, id est qui habet distorta & curuata crura uarum, id est habentem solummodo crura introrsum modicum retorta, uel parum elata, & balbutit, id est balbutiendo per blanditias ut puero complaceat, appellat illum, id est alium, fultum, id est sustentatum & innitentem talis, male, id est multum & cum malo eius, prauis, id est uitiosis & indirectis. appellat inquam scaurum, id est habentem talos extentos, hoc est eleuatos. Tali autem sunt illa ossa quæ nectunt crura pedibus. Applicat nunc ac uitia mortalia. Si hic, id est aliquis amicus, uiuit parcius supple quàm deceat, hoc est nimis parce & quasi auare, dicatur frugi, id est homo utilis, & ad frugem, id est commoditatem spectans, & non homo prodigus, aut perditus. Si hic, id est alius, est ineptus, id est arrogans, & iactantior paullo, id est modico supple quam deceat, hoc est si se nimis laudet, & plurima de se promittat quando est in societate amicorum, ipse postulat, id est exigit & petit, ut uideatur concinnus, id est comis & affabilis amicis, & se non fingens nec dissimulans, sed quicquid in animo habet proferrens. at pro sed, hic supple, id est alius, est truculentior, id est nimis seuerus & immitis paullo plus quàm conueniat, & est liber, id est audax in reprehendendo, aut dicendo id, quod habet in animo, plus æquo, id est quam æquum & iustum est, ipse postulat vt habeatur fortis non truculentus, & simplex, id est non fictus nec dolosus, sed quicquid in animo habet dicens sine dissimulatione. Et si supple est caldior, id est calidior & feruentior ad iram quàm deceat ipse vult vt numeretur inter acres viros. ego opinor, inquit Poëta, quòd hæc res, id est huiusmodi modus censendi de vitijs amicorum, iungit amicos, id est facit inire & coire in amicitiam, & seruat amicos iunctos ne dissoluantur. At pro sed, nos inuertimus, id est in malum & in contrarium vertimus ipsas virtutes amicorum appellantes eas nomine vitiorum, atque cupimus, id est desideramus, incrustare. i. illinire tanquam impurum aut putridum, vas sincerum, id est purum & sine carie, vel sincerum, id est solidum & plenum non vitiosum, cui non est opus incrustatione. Probat exemplis. Si quis probus, id est modestus homo viuit nobiscum, ipse vocatur supple homo multum demissus, id est vilis & ignauus sine industria aut acrimonia. & damus illi pingui, id est qui est pinguis, cognomen tardo, id est cognominamus eum tardum, qui pinguis est, & ita quod naturæ est damus vitio. Si hic, id est alius, fugit omnes insidias, id est societatem insidiosorum & malignantium, q; pro &, nulli pro non & vlli, & non obdit, id est non opponit vel objicit, vlli malo, id est maleuolo, latus suum apertum, id est cum nullo malo litem quærit, nec in via vllum lacessit, aut impellit vt faciunt petulantes & pacis inimici, cum, id est quando, versetur inter hoc genus vitæ, id est viuentium, ubi, id est in quo genere vitæ, acris, id est vehemens inuidia, & crimina, id est criminationes & accusationes, vigent, id est sunt in vigore, nos vocamus eum pro bene sano ac non incauto, id est vbi deberemus eum vocare bene sanum & prouidum, aut non incautum, id est bene scientem cauere litem & incommoda, vocamus eum fictum, id est subdolum simulatorem & fraudolentum, & astutum, id est callidum vafrum in altero decipiendo. dicitur ab asty seu astu, quod Attica lingua vrbem significat, in qua homines callidiores & fraudulentiores solebant esse, quàm in agro aut rure. Et si quis est simplicior, id est modico nimis rusticus & importunus, ita quòd non obseruet tempora aut personas, ita ut ipse forte molestus existens impellat quouis, id est quocunque sermone amicum uel patronum suum legentem, aut tacitum, id est tacite aliquid contemplantem, nos inquimus, id est dicimus, quòd talis caret plane, id est omnino, communi sensu .i. quòd sit pecus & totus inconsideratus. cetera dicta sunt per parenthem, quæ sic introducuntur. Si quis inquam est simplicior, id est paullo nimis simplex, & sine astutia, aut duplicitate, qualem ò Mæcenas ego obtulerim libenter me tibi, & sæpe uolui quòd talis oblatus fuerim &c. Eheu, dolentis est interiectio, & absolute .i. sine casu post se ponitur, uel geminando heu dicatur heu heu uel heheu quam .i. quantum, temere, id est inconsiderate, sancimus, id est ferimus, in nosmet .i. in nosmetipsos, iniquam legem. Nam iustum est ut qualiter alios iudicamus ita alij nos iudicent. Nam .i. quoniam quidem nemo nascitur sine vitijs, id est nemo qui nascitur uacat vitijs. Non enim sciuit (vt opinor) Poeta de peccato originali cum quo nascimur, sed vult dicere, aut quòd nemo qui nascitur est sine vitijs, aut quòd nemo sic nascitur, vt non inclinetur ad aliqua vitia, & qui sequendo naturalem inclinationem non aliqua vitia committat. iuxta hoc quod prius dictum est, quòd aut natura, aut consuetudo mala inserit nobis vitia. quia ergo nemo nascitur sine vitijs, id est nemo qui nascitur est sine vitijs, aut nemo sic nascitur, vt non inclinetur ad aliqua vitia, & committat aliqua vitia, illa est optimus censendus, qui vrgetur, id est premitur minimus, supple vitijs, hoc est, quia nemo sine peccatis est, ille est optimus iudicandus, qui minima peccata commisit, id est paucissima & leuissima. Nam minimum potest deriuari a parum & à paruum. Amicus dulcis, id est iucundus & suauis, compenset, id est debet simul pensare, & æstimare, mea bona, id est virtutes meas cum vitijs meis, Est autem metaphora. hoc est translatio sumpta a trutina, seu libra, per quam rerum pondus & valorem pensando, hoc est (quod dicunt) ponderando discernimus. & quando de duabus rebus volumus scire vtra maioris sit ponderis, tunc pensamus eas simul ponendo vnam in vna lance, & alteram in altera, & tunc ea quæ leuatur, iudicatur esse minoris ponderis & valoris. vnde apud Persium, Nec si quid turbida Roma eleuet accedas. Vtitur ergo hac phantasia. Poëta noster, quòd virtutes nostræ ponantur in vna lance, & vitia in altera, sicut sanctum Michaelem Metaphortee imaginamur facere, & tunc si vitia plus ponderis habeant, iudicabimur vitiosi & mali, & si virtutes, studiosi & boni. vnde dicit, Dulcis amicus, vel is qui dulcis est amicis, compenset, id est simul penset, vt, id est sicut, est æquum, id est iustum, mea bona cum vitijs, & si volet amari à me inclinet se, id est assentientem & fauentem monstret se his supple bonis meis, pluribus, id est quæ plura mihi sunt, quam vitia, si modo, id est dummodo tamen, plura bona sunt mihi, id est dummodo habeam plura bona quàm vitia, & ponetur a me hac lege, id est secundùm hanc legem, in eadem trutina, id est eadem statera, hoc est iudicabitur eodem iudicio. Scies autem lector melius esse vt legatur pluribus hoc se, quàm hisce, sed pergemus. Is supple qui postulat, ne pro vt non offendat, id est lædat & offensum faciat amicum, proprijs tuberibus, id est per allegoriam, magnis & enormibus vitijs suis ignoscat, id est det veniam verucis, id est allegorice paruis vitijs illius, scilicet amici. Tuber est quoddam genus herbæ capitosæ nascentis in terra, & etiam est quædam magna inflatura & caro superflua nascens in capite, aut facie hominis plerunque, quæ magnam difformitatem affert. Vesuca autem est modica eleuatio carnis, quam in facie quiddam signum virilitatis libenter nutriunt, sæpe autem in manibus iuuenum nascuntur, & faciliter amouentur. Nam si filo tenui ligentur, siccantur & decidunt. Allegorice ergo dicit. Qui vult vt magnis uitijs suis ignoscatur, debet saltem paruis vitijs proximi & amici sui ignoscere. Vnde declarat se auctor, dicens æquum, id est iustum est, poscentem, id est eum qui poscit veniam peccatis suis, reddere supple veniam rursus, id est vicissim vitijs aliorum, iuxta quod scriptum est. Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & rursus. Nolite iudicare, & non iudicabimini, & plura alia quæ auctor non uidit, sed veritas semper ueritati quadrat.

Denique

Denique, quatinus excidi penitus vitium iræ,
Cetera item nequeunt stultis hærentia: cur non
Ponderibus, modulisq; suis ratio vtitur? ac res
Vt quæque est, ita supplicijs delicta coërcet?
Si quis eum seruum, patinam qui tollere iussus,
Semesos pisces, tepidumq́. ligurierit ius,
In cruce suffigat: Labeone insanior, inter
Sanos dicatur. quanto hoc furiosius, atque
Maius peccatum est? paullum deliquit amicus:
Quod nisi concedas, habeare insuauis. acerbus
Odisti: & frugis, vt Drusonem debitor æris:
Qui, nisi cum tristes misero venere calendæ,
Mercedem, aut nummos vnde vnde extricat: amaras,
Porrecto iugulo, historias, captiuus vt, audit.
Comminxit lectum potus: mensa ue catillum
Euandri manibus tritum deiecit: ob hanc rem:
Aut positum ante mea quia pullum in parte catini
Sustulit esuriens: minus hoc iucundus amicus
Sit mihi? quid faciam, si furtum fecerit? aut si
Prodiderit commissa fide? sponsum ue negarit?

ASCEN. Denique, quatinus excidi &c.) Transit paullatim ad reprehendendum dogma Stoicorum dicentium omnia peccata esse paria, & pari pœna punienda, & solum stultum peccata habere. Contra quod vltimum, primo dicit quædam esse vitia, quæ penitus excidi non possunt, vt vitium iræ, quapropter si dicamus omnes etiam modica vitia habentes, æqualiter peccare, oportebit secundùm Stoicos, vt omnes æqualiter stultos dicamus, & æquali pœna puniendos, dicit ergo, Denique, quatinus excidi &c. quoniam vitium iræ &c. inhærentia stultus, quia Stoici omnes peccatores stultos dicunt, non possunt penitus excidi, quia semper pronitas ad peccandum manet quodammodo radicaliter in nobis. & præcipue vitium iræ dicit, non tam vt se excusaret, qui pronior ad iram fuit, quàm quòd ira subito nos inuadit. Primus autem motus creditur non esse in potestate nostra. Cur non. Quare, inquit, iuxta magnitudinem peccati, & iuxta genus peccati delicta non puniantur. Vnde si quis seruum, quia ius piscium ligurierit, crucifigat, insanus habetur, quanto insanior est, qui amicum fugit, quia modicum peccauit? Quod nisi concedas &c. Occurrit obiectioni Stoicorum. Dicerent enim Stoici, qui omnia vitia paria esse dicunt, neminem parum peccare, sed omnes, æqualiter. Contra quos dicit. Nisi concedas peccatum amici esse modicum, tu habearis insuauis & acerbus & non dulcis amicus. Et quia ex disciplina Epicureorum contra Stoicos disputat, adducit ea vitia quæ Epicurei minima putant, vt gulositatem serui sequentes voluptatem & appetitum suum, id est ebrietatem & comessationem. Commissa fide, datiuus est antiquus quintæ declinationis. Nam tam in prosa, quam in metro apud antiquos datiuum quintæ declinationis in e, comperies, vt die, fide, acie, etc. pro diei, fidei, aciei. Intelligunt tamen nonnulli sub, vt sit sub fide commissa, sed melius est datiuum iudicare. Ordo est. Denique, id est vt tandem paucis dicam, quatinus, id est quoniam quidem, vitium iræ, id est iracundiæ, item, id est similiter, cetera vitia hærentia, id est inhærentia & infixa, stultis, id est omnibus peccantibus, quos Stoici stultos dicunt. Iuxta quod dicitur etiam alibi Stultorum infinitus est numerus, nequeunt penitus excidi, cur, id est quare, ratio, id est censura nostra non vtitur suis, id est proprijs & debitis, modulis, id est moderationibus & ponderibus, id est grauitatibus in infligendis, scilicet pœnis, ac, pro &, vt, id est secundùm quòd, quæque, id est vnaquæque res, in qua peccatur, id est vnúquodque genus peccata est, ita coërcet, id est propellit, supplicijs, id est per supplicia, delicta, id est vitia & peccata? Ideo enim fiunt supplicia vt arceantur peccata, quocirca grauissima supplicia dicuntur in exemplum dari. Supplicium autem dictum putatur a supplicando, eo quòd Gallis olim mos erat puerum deuouere, id est ad mortem vsque vouere dijs, & eum molliter educare, finito autem anno sacrificare supplicando & imprecandu vt si quid mali toti patriæ dij illaturi essent, in caput illius pueri conuerterent. Si quis suffigat in cruce, id est crucifigat eum seruum, qui iussus à domino suo, tollere, id est amouere, & (vt dicunt) leuare de mensa, patinam, id est parens vas & magnam patellam in qua pisces, aut carnes iussulentæ, id est cum iure suo immensa ponuntur, inglutierit, id est auide propter dulcedinem absorbuerit & vorauerit. Semesos pisces, id est dimidiate comestos. ἡμι enim dimidium Græci uocant, & Latini aspirationem in s, vertentes semi dicunt, à semi ergo, & edo dicitur semesos, quasi semi esus, que, pro &, ius tepidum, id est semifrigidum, in quo pisces comeduntur. Est enim ius aqua illa in qua carnes, aut pisces cocti sunt. Si quis inquam hoc faciat, ipse dicatur, id est censeatur inter sanos, id est inter eos qui sanæ mentis sunt, & sapientes, ac æque velint iudicare, insanior, id est dementior, Labeone, id est iurisperito, qui etiam

Augustum Cæsarem reprehendere ausus est. Sunt qui legant. Si quis enim seruum, alij. Si quis eum, & vtroque modu stat versus & sententia. Si ergo insanus est qui seruum plus iusto damnat, quanto furiosius atque maius peccatum est hoc quod sequitur? amicus tuus deliquit, id est peccauit modicum. quod scilicet ipsum modicum & non multum deliquisse, nisi concedas, tu habeare, id est tu habearis, insuauis & acerbus, & non dulcis amicus, & est dictum per parenthesim. Nam ordo est amicus tuus deliquit modicum, & tu odisti, id est odio prosequeris eum (est enim præsentis temporis in significando) & fugis eum, vt, id est quemadmodum, debitor æris, id est pecuniæ fœneratiæ, fugit sup. Rissonem, vel Rufsonem. vt Acron scripsit. Et recitat duas opiniones de eo. Prima, quòd fœnerator fuit, & etiam historiographus imperitus, vnde dum debitorem qui soluendo non erat, finito termino offenderat, acriter increpauit eum, & ideo quia historiographus fuit, allusit Poëta ad historias eius male descriptas, dicens, quòd audit amaras historias Rissonis, id est increpationes & obiurgationes inepti historiographi. Alia opinio est, quòd reuera historias ineptas, & propterea amaras cogebatur audire. Vnde sicut Poëta noster tangit in de Arte Poëtica, & Persius in prima Satyra, & similiter Iuuen. in principio operis sui. Mart. sæpe, & multi alij, solebant nouitij scriptores opera sua libenter recitare viris peritioribus, alij vt castigarentur, alij vt noscerentur & famam acquirerent, verum qui imperiti erant, non minus laudari volebant & nosci quam qui periti, immo sæpe magis, quàm propter sæpe auditi volebant, quod indigne fert Iuuen. dicens.

*Semper ego auditor tantum? nunquam ne reponam*
*Vexatus toties rauci Theseide Codri?*

Et quia pauci eos audire volebant, muneribus auditores comparabant. Vnde Persius.

*Calidum scis ponere sumen,*
*Scis comitem horridulum trita donare lacerna etc.*

Risso ergo cuius mentio hic fit, vt historias suas recitaret, dabat pauperibus poëtis, aut alijs doctis viris pecuniam ad vsuram, de qua singulis calendis fœnus persoluebant, aut sortem reddebant. Nam auari fœneratores vsuram primi mensis statim accipiebant, itaque finito mense (nam calendæ sunt primus cuiuslibet mensis dies) aut vsuram pro finito mense, aut sortem, id est totam pecuniam restituebant. Si qui autem tam pauperes erant, quòd neque fœnus, neque sortem dare poterant, eos tanquam captiuos secum duxit, & coegit pro vsura reddenda audire historias a se scriptas, quæ tam malæ erant, & tam amaræ eis, quòd quasi enecandi iugulum suum præbebant, & ita acriter taxat auaritiam Rissonis, aut imperitiam eius in scribendis historijs. Et hanc opinionem sequitur Porphyrio dicens. Octauius Drusus acerbus fœnerator fuisse traditur, idem scriptor historiarum, ad quas audiendas significat solitum fuisse cogere debitores suos, quibus, scilicet illas audire pœna grauissima erat. Hoc enim significat Porrecto iugulo &c. Hæc ille. Nunc reuertamur ad ordinem, sed ne iterum interrumpatur, scies legendum esse vnde vnde, non vndecunque, nec vnde tantum, quia versus non patitur. Est autem vnde vnde idem quod vndecunque. Quoties enim quæsitiua, aut relatiua geminantur, posteriorem partem in cunque vertere possumus, vt vbi vbi vbicunque, quotquot quotcunque, vnde vnde vndecunque. Quisquis tamen resoluitur in quicunque, non quiscunque, & quidquid in quodcunque, non quidcunque. Ordo est. Odisti & fugias amicum, eo quòd modicum peccauit, tam diligenter vt debitor æris sup. odit & fugit Rissonem, qui inquam debitor nisi extricat, id est contradit, extorquet, colligit, vnde unde, id est vndecunque & ex quacunque re, mercedem, id est fœnus & lucrum, aut nummos omnes, quos accepit. i. sortem,

fortem, cum i. quando, tristes calendæ .i. primus dies cuiuslibet mensis, qui debitorem tristem facit, venere .i. venerunt misero debitori, audit .i. cogitur audire, et .i. veluti captiuus, amaras historias .i. increpationes, vel melius historias ineptas, & propterea amaras ad audiendum, porrecto .i. extenso, iugulo .i. gutture, tanquam enecari timeat amaritudine historiarum. Ostendit autem quæ sint illa parua vitia, dicens. Comminxit lectum &c. quæ pauca ab Epicureis vitia censentur. Item de catillo .i. paruo catinu, quem dicit Euandri manibus tritum, quidam dicunt tam antiquum fuisse, & diu seruatum, quod vsu Buandri Arcadis quem Æneas in ea parte Italiæ, vbi nunc Roma est, offendit fictilibus vtẽtem, detritum dicat, quapropter dolere potest si deijciatur. Melior tamen & frequentior est sententia Acronis & Porphyrionis, vt Euandrum hunc plastem statuarium fuisse dicamus, & catinum ipsum triuisse rota sua more figuli. Ordo est. Amicus potus .i. ebrius, comminxit lectum .i. minxit in lecto tuo, quia cum ebrius esset domum redire non potuit, ve, pro vel, deiecit mensa i. proiecit de mensa, catillum .i. paruum vasculum, tritum .i. formatum, manibus Euandri optimi plastæ, nunquid ipse ob hanc rem .i. propter hanc causam, aut hoc .i. propter hoc quòd ipse esuriens, sustulit .i. accepit impudenter pullum antepositum in mea parte catini, sit mihi minus iucundus amicus? q.d. non ita fieri debet. Nam quid faciam si fecerit furtum? aut prodiderit .i. reuelauerit secreta, commissa fide .i. fidei suæ, aut negarit .i. negauerit, sponsum .i. promissum, vel quod spopondit pro alio soluere.

ASCEN. QVis paria esse fere placuit peccata, laborant. Cum ventum ad verum est:) Hic manifeste reprobat dogma Stoicorum. Primo in hoc, quod dicunt omnia peccata esse paria. Secundo in hoc redarguit eos quod dicunt si reges essent, se omnia peccata pari pœna esse punituros. Circa primum sciendum est, quòd quidam dicunt Stoicum dogma fuisse, non quod omnia peccata essent paria, sed ea duntaxat quæ in eodem genere fuit. Nam animum metiebantur, non rem, Vnde si quis animo furendi tantummodo obolum sublegerit, non minus furem esse dicebant, quam qui mille nummos verum Horat. sic contra eos disputat, ac si dicerent omnia peccata esse paria simpliciter, & ea quæ eiusdem generis sunt inter se, & cum his quæ alterius sunt generis, contra quem errorem etiam sancti Thomæ, extant argumentationes. Poëta autem noster innititur hoc medio. Sensus, mores, & vtilitas, quæ est mater iusti & æqui, iudicant peccata non esse paria, ergo non sunt dicenda paria. Consequentia videtur probabilis, quia non est vero simile sensum omnium hominum esse in ea re deprauatum, & instituta consuetudinem, seu mores omnium ciuitatum errare, aut vtilitatem bonam falso inniti. Et assumptum probatur. Primo de sensu humano, quia audito sacrilegio, aut latrocinio sensus noster magis mouetur & succenset, quam audito simplici furto. Igitur dicendum est quod grauius est peccatum sacrilegi, & latronis, aut homicidæ quam furis. Secundo patet de moribus hominum, quia ante leges latas, & post eas semper apud omnes ciuitates & regna cõsuetudo fuit, vt grauius puniretur homicida & sacrilegus, quã vsurarius aut fur. Tertio patet de vtilitate quia nihil quod contra bonam vtilitatem est in tep perpetuo constat, sed consuetudo puniẽdi peccata secundum grauitatem eorum obseruata est à primordio rerum vsque ad hæc tempora, ergo vti

Quis paria esse fere placuit peccata, laborant.
Cum ventum ad verũ est: sensus, moresq. repugnant,
Atque ipsa vtilitas iusti prope mater, & æqui.
Cum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum, & turpe pecus, glandem, atque cubilia pp.
Vnguibus, & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricauerat vsus.
Donec verba, quibus voces, sensusq. notarent,
Nominaq. inuenere. dehinc absistere bello;
Oppida cœperunt munire; & ponere leges
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus determina belli
Caussa: sed ignotis perierunt mortibus illi,
Quos Venerem incertam rapientes, more fetarum,
Viribus editior cædebat: vt in grege taurus.
Iura inuenta metu iniusti fateare necesse est:
Tempora si, fastosq. velis euoluere mundi.
Nec natura potest iusto secernere iniquum:
Diuidit vt bona diuersis, fugienda petendi:
Nec vincet ratio hoc, tantundem vt peccet, idemq.;
Qui teneros caulea alieni fregerit horti:
Et qui nocturnus diuum sacra legerit. adsit
Regula; peccatis quæ pœnas irroget æquas:
Ne scutica dignum, horribili sectere flagello.
Nam vt ferula cædas meritum maiora subire
Verbera; non vereor: cum dicas esse paries res
Furta latrocinijs: & magnis parua, mineris
Falce recisurum simili te, si tibi regnum
Permittant homines. si diues, qui sapiens est,
Et sutor bonus, & solus formosus, & est rex:
Cur optas, quod habes? non nosti quid pater, inquit,
Chrysippus dicat: sapiens crepidas sibi nunquam,
Nec soleas fecit: sutor tamen est sapiens. quo?
Vt quamuis tacet Hermogenes: cantor tamen, atque
Optimus e modulator: vt Alfenus vafer omni
Abiecto instrumento artis, clausaq. taberna,
Sutor erat: sapiens operis sic optimus omnis
Est opifex: sic rex solus. vellunt tibi barbam
Lasciui pueri: quos tu nisi fuste coërce;
Vrgeris turba circum te stante: miserq.
Rumperis: & latras magnorum maxime regum.
Ne longum faciam: dum tu quadrante lauatum
Rex ibis: neque te quisquam stipator, ineptum
Præter Crispinum, sectabitur: & mihi dulces
Ignoscent, si quid peccauero stultus, amici:
Inq. vicem illorum patiar delicta libenter:
Priuatusq. magis viuam te rege beatus.

litas exigit vt ita fiat. Dicat tunc Stoicus, nõ loquor de vtilitate, sed de iustitia & æquitate naturali. Nam cum ita sit, quod omnis faciens contra iustitiam naturalem iniustus sit & stultus, siue parum transgrediatur, siue multu, consequens est vt omnis transgressor æquitatis æqualiter dicatur peccare & pariter puniẽdus esse. Contra hoc probat Poeta. Primo, quod nihil est veræ vtile, quod sit contra iustitiam aut æquitatem, quia ipsa vtilitas vera est mater iusti & æqui. Probat etiam, quod iustitia qua vtimur in arcendis & puniendis vitijs, non est de iure naturali, sed de iure gentium. Nam vtilitas peperit rerum diuisionem, quam secutæ sunt leges. Nam secundũ eos qui veritatem sacræ scripturæ non habebant, fatebantur tamẽ omnium rerum generabilium, & corruptibilium fuisse principium, & deueniendum ad primum productum, quod Philosophus negauit homines primi beneficio Solis ex luto erant procreati & in cauatis arboribus, cauernisq. terrarum residebant, erantq. illis omnia communia. Quapropter & propter victum, & propter Venerem sæpe ferina bella gerebant, hoc est dentibus & pugnis, postea autem fustibus, & tandem etiam armis. Sed cum primum loqui cœpissent, & se mutuo intelligere, statuerunt vt quam quisque portionẽ terræ occuparet, eam propriam haberet. Cum vero multi vbi non seuerunt, meterent, lata est lex vt nemo fur, aut latro, aut adulter esset, & deinde vt statuta obseruarentur, & contra iustitiæ oppressores defenderentur, oppida muniuerunt vnde constat vtilitatem peperisse leges & iustitiam & non naturam. Nam si natura peperisset, prior fuisset iustitia. Præterea multa discernuntur per iustitiam, quæ per naturam discerni non possunt. Natura enim potest discernere quid sibi sit conueniens & appetendum, & quid disconueniens & fugiendum, sed non potest discernere quid sit iustũ, & quid iniustum. Alter enim

omnes

omnis iuris periti eſſent qui naturam ſanam haberent. Veruntamen eſt ꝙ plurimæ leges ex naturali dictamine rationis firmātur quas etiam indocti ſtatim approbant, plurimæ tamen ex vtilitate ortum habuerunt, vt de vſucapione & proſcriptione, exhæredatione, & alijs multis patet. Circa ſecundū quod dicunt Stoici ſe omnia peccata æqualiter punituros ſi eſſent reges, redarguit eos ſic. Vos dicitis, omnes ſapientes ſunt reges ſutores, formoſi diuites, & ſic de alijs, ſed uos eſtis (vt dicitis) ſapientes, ergo eſtis reges, ſutores, &c. Si autem reges eſtis, ergo male dicitis vos hoc facturos ſi reges eſſetis. Ad hoc dicerent Stoici, ꝙ ſapiens ſit rex, & ſutor, & reliqua, non actu ſed arte aut dignitate, ſolus enim ſapiens dignus eſt vt regnet, & rex eſt licet non regnet. Contra tales reges oſtendit Poëta quam miſeri ſint, qui etiam à pueris uexentur. Et ſi dicant, id ſe æquo animo tolerare, ut contemnendo non poſſidendo contenti credantur, monſtrat id eos ægre ferre. Vnde concludit ſe malle eſſe priuatū & amicis charū, qua talem regem omnibus odiuſum. Quis paria &c. Ordo eſt. Illi quis.i.quibus placuit.i. uiſum eſt, peccata eſſe fere paria, laborant.i.in ſumma difficultate uerſantur, immo in ꝓbatione ſua deficiunt, cum.i.quando uentum eſt (impersonaliter dicit).i.peruentum eſt, ad uerū.i.ad ueritatem inueſtigatam. Nam ſenſus .i. naturale iudicium rationis & ſenſus omnium hominum, & mores.i.conſuetudinis & ſtatuta, ſeu inſtituta omnium ciuitatum, & ipſa utilitas prope.i.quaſi, mater.i inuentrix, iuſti.i. iuſtitiæ legalis, & æqui .i. æquitatis naturalis, hoc de iuris ſcripti & non ſcripti. Quod autem utilitas ſit mater iuſti & æqui, probatur ſic. Cum .i. quando, animalia uidelicet homines, prorepſerunt .i. proceſſerunt, primis terris, hoc eſt per hypallagem, cum prima animalia prorepſerunt terris, vel dicit primis terris, quia terræ tunc erant nouæ, & primæ quia ante animalia productæ, unde & tellus mater deorum dicitur, & hominum. Animalia inquam per appoſitionem exiſtentia mutum pecus, quia homines ſecundùm hos neſciebant loqui ſicut naturaliter loqui potuiſſent, cum nullas linguas adhuc didicerint, & turpe pecus, vtpote mutum. Pecus autem eſt omne quod caret humana effigie, homines autem primos ex terra editos pecus appellat eo quod pecoris ſimiles eſſent, cum neque loquerentur neque colerentur. Hæc autem longe à veritate aliena ſunt, ſed naturaliter locuti ſunt philoſophi, quos poëtę trahentes omnia in maiorem admirationem figmentis ſuis inſecuntur. Cum inquam prima animalia prorepſerunt terris exiſtentia mutum & turpe pecus, pugnabant propter glandem .i. fructum arborum, & maxime quercuum, quo veſcebantur, & propter cubilia in quibus more ferarum cubabant, vnguibus & pugnis, dein' .i. deinde, fuſtibus.i. baculis, atque ita porro deinceps multo poſt armis, quæ arma vſus .i. diligentia & induſtria & experientia fabricauerat poſt.i. poſtea pugnabant inquam ſic, donec inuenere .i. inuenerunt verba, que pro &, nomina, vnde enunciato vera vel falſa cōſtat, quibus verbis & nominibus notarent .i. ſignificarent, voces .i. loquelas, & ſenſus.i.conceptus ſuas. Nam (ſecundum Philoſophum, primo Perihermenias) voces ſunt ſigna conceptuum. Dehinc.i.poſtea quam, loqui cœperunt & ſe mutuo intelligere, cœperunt ſup. abſiſtere bello, quia verbis ſe mutuo ſæpe placabant, & cœperunt munire oppida & ponere .i. ſtatuere leges nequis, id eſt aliquis eſſe fur, neu, id eſt nèue latro, neu.i. nèue adulter. Quod autem contra adulteros lata eſt lex, & pro cōiuge aut muliere bella etiam illis temporibus ferebant, aſſerit Poëta dicens. Nam cunnus.i.membrum muliebre, hoc eſt mulier formoſa, fuit teterrima, id eſt peſſima cauſa belli, ante Helenam.i.prius quam Helena rapta à Paride eſſet cauſa belli Troiani, ſed illi perierunt ignotis.i.à nullo deſcriptis, mortibus, id eſt obitibus & occiſionibus, quos rapientes .i. violenter capientes, incertam Venerem .i. cōmunem mulierem, quæ tunc nullius erat coniux, ſed omnibus communis, more ferarum, id eſt belluarum, editor, id eſt eminentior, viribus.i.robore & fortitudine cedebat.i. occidebat, vt .i. quemadmodum taurus.ſ.fortior alios cedit in grege .i. congregatione armentorum. Præterea ò Stoice neceſſe eſt vt fateare.i. fatearis, iura eſſe inuenta, metu .i. ob metum, iniuſti.i. nequis faciat iniuſtum, ſi velis euoluere .i. repetere, tempora.i.chronica .i. libros in quibus ſcribuntur res geſtæ cum temporibus ſuis, & faſtos .i. libros in quibus deſcribuntur feſta & obſeruationes temporum & cauſæ obſeruationum, vt patet in faſtis Ouidij. Nec natura poteſt ſcernere .i. diuidere inicum .i. iniuſtum à iuſto, vt .i. quemadmodum, diuidit .i. ſegregat, bona diuerſis.i.à malis, & fugienda.i.nociua & diſconuenientia, petendis.i.appetendis, & conuenientibus ſibi. Nec ratio.i.iudicium rationis, vincet.i. probabit hæc, vt tantum, que pro &, idē .i. eodem

modo peccet qui fregerit teneros caulea alieni horti, & qui nocturnus.i.noctu, legerit.i.furatus fuerit, ſacra.i.res ſacras, diuum, id eſt diuorum ſeu deorum. Regula igitur adſit.i. adhibeatur peccatis, quæ irroget .i. imponat ipſis æquas .i. conuenientes pœnas. non autem dices æquas .i. æquales, quia hoc dicunt Stoici, contra quos hic diſputat, Vel conſtrue ſic, regula adſit .i. detur, quæ irroget pœnas æquas .i. æquales peccatis, ita quod paruis peccatis irrogentur paruæ pœnæ, & magnis magnæ, adſit inquam regula, ne pro vt non, vt ò Stoicæ non ſectere .i. ſecteris, hoc eſt perſequaris horribili flagello, dignum .i. eum qui tantum dignus eſt ſcutica, id eſt tenui loro, aut corio percuti, hoc eſt ne grauiorem pœnam inferas quam decet. Scutica enim dicitur græce σκῦτος, id eſt corium, Flagellum eſt virga ſumpta de ſummis flagellis, id eſt extremitatibus arborum, quæ flagris, id eſt vētis agitantur, quibus virgis ſi maiores & horribiles ſint, non ſolū cutis dilaniari, ſed & caro contundi poteſt. Acron autem ſubintelligit. Non vereor, vt ſit. Non vereor ne ſectere dignum ſcutica horribili flagello, ſed meo iudicio melius cohæreat conſtructio quam dedimus. Senſus enim eſt. Adhibeatur ergo lex puniendi, ne grauius punias ò Stoice quam decet, id eſt quam æquum eſt dico ne grauius punias, quia non vereor ne mitius, aut leuius punias quam oportet. Cum enim Stoicus ſit ſeuerus nimis & immitis, ideo vellet omnia peccata poſſe æqualiter punire, vt omnia grauiter, immo vltimo ſupplicio afficiat, non autem ideo vt omnia mite puniat & leui ſupplicio, & hoc eſt quod ſubdit poëta, vnde bonus eſt ordo. Adſit regula, id eſt ſtatuatur regula, quæ irroget peccatis pœnas æquas, id eſt æquales & non maiores, ideo ne ò Stoice ſectere, id eſt perſequaris & afficias horribili flagello dignum ſcutica, hoc eſt ne grauius punias quā deceat. Nam non vereor, id eſt non timeo, vt cædas ferula, id eſt leui baculo, quo præceptores literarum vti ſolent, aliquem meritum, id eſt qui meruit, ſubire, id eſt pati, maiora verbera .i. ſæuiora flagella, hoc eſt. Non vereor quod mitius, aut clementius punias quam decet, cum dicas furta eſſe pares res latrocinijs & parua, id eſt parua delicta, eſſe pares res, id eſt paria magnis, tu mineris te reciſurum, id eſt amputaturum, ſimili falce, id eſt ſimili ſecuri, aut genere ſupplicij, parua cum magnis, ſi homines permittant tibi regnum, id eſt ſi habeas poteſtatem animaduertendi in ſanguinem & vitam hominum. Simili falce, allegorice finali punitione, bene autem dicit falce reciſurum. Eſt enim metaphora, id eſt translatio ſumpta à meſſoribus, qui falce recidunt, id eſt amputant æqualiter omnes herbas & magnas & paruas, vnde bene permanſit in translatione, addens reciſurum. Notum autem eſt, quod ſalx falcis eſt inſtrumentum curuum, quo herbæ inciduntur. Tranſit autem Poëta ad redarguendum Stoicos in eo ꝙ dicunt ſapientes eſſe reges, & tamen ſe qui ſapientes dici volunt, multa facturos quæ modo non faciunt ſi eſſent reges. Ordo enim eſt: Si is qui ſapiens eſt, eſt diues & bonus ſutor ſolus formoſiſſimus, & eſt rex, cur ò Stoice optas id quod habes, hoc eſt regnum, quia nullus eſt rex ſine regno, ſi ergo rex es, oportet vt regnum habeas. Reſpondet Stoicus, & inquit, O Horati non noſti, id eſt ſcis ne quid Chryſippus pater, id eſt reſtitutor Stoicæ ſectæ dicat? dicit ſup. quod ſapiens nunquam facit ſibi crepidas, nec ſoleas, id eſt calceamenta eleuata, quibus Philoſophi vtuntur, & tamen ſapiens eſt ſutor, id eſt crepidarius. Philologus acriter in crepidas Horatij, & Perſij ludere geſtit, hoc eſt in quantitatem duarum primarum ſyllabarum, quas longas eſſe debere contendit vt Græcis, ego contra ab Latinis ſtabo, dicamq. licet ſimilis ſit græcis vox, & illis ab alia origine duæ, aut ſaltem prima longa, nobis tamen poteſt latina eſſe deductio, & ſecundū eam ambæ breues. Nam ſicut crepido prima breui dicitur, ita & crepidæ duabus breuibus à crepando, nec eſt longe quæſita originis ratio, nam crepidę ſine crepitu in ingrediente raro ſunt. Idem in Virgilium diſputat de Inarime, ſed Virgilij defenſio in Commentarijs Tragœdiarum Senecæ conſpicitur. Quærit Horat. quo, id eſt per quid, vel quomodo poteſt eſſe ſutor, ſi nunquam fuit? Reſpondet Stoicus, vt, id eſt quemadmodum, quamuis Hermogenes, de quo in principio huius Satyræ dictum eſt, tacet .i. non cantat, tamen eſt cantor, atque optimus modulator, & vt .i. quemadmodum, Alfenus ſutor Cremonenſis, qui Romę conſulatum geſſit, vafer, id eſt aſturus, erat ſutor, omni inſtrumento artis abiecto, & taberna, id eſt officina clauſa, id eſt poſtquam omne inſtrumentum artis ſutoriæ abiecit, & tabernam in qua vendebat calceamenta ſua clauſit, adhuc tamen erat ſutor ſapiens.i. peritus operis, licet non faciebat, ſic omnis optimus i. ſapientiſſimus, vel qa contra elegantiam dicetur optimus omnis, cum dicendum ſit,

optimus

optimus quiſque coniugamus hoc modo, ſic, optimus, id eſt ſapientiſſimus eſt ſolus omnis artifex, & ſic eſt rex Reſpondet Poëta pueri laſciui petulantes, vellunt tibi barbam, quos pueros, ſcilicet niſi tu coërces, id eſt repellis a te fuſte, id eſt baculo, tu vrgeris, id eſt premeris, turba, id eſt multitudine ſtante circum te, & tu miſer rumperis ex impatientia, & latras, id eſt more canum amare obiurgas pueros. O maxime magnorum regum, id eſt ò peritiſſime Stoicorum. Sed ne longum faciam, inquit Poëta, dum tu rex, id eſt qui iactas te eſſe regem, ibis lauatum, id eſt ad balnea, vt te laues, quadrante, id eſt viliſſimo pretio, neque quiſquam ſtipator, id eſt comes ſectabitur te præter ineptum Criſpinum, de quo dictum eſt in vltimo verſu primæ Sat. & dulces amici ignoſcent mihi, ſi ego ſtultus ſecundùm cenſuram Stoicorum peccauero quid.i. in aliquo, & ego patiar libenter inuicem, id eſt viciſſim peccata eorum, que, pro &, ego priuatus.i. exiſtens extra dignitatem regiam, viuam magis beatus.i. beatior, te rege.i. qui dicis te eſſe regem.

DOCT. interpr. AB ouo) Ab ouo vſque ad mala prouerbiali figura dixit Horat. pro eo quod eſt, ab initio vſque ad finem. Antiquitus enim cœnam ab ouis auſpicabantur, malis finiebant. [Mi ignoſco) Horatius hic Mæuium alterum Suffenum facit, ſuis ignoſcentem vitijs, aliena mordaciſſime carpentem. [Aut ſerpens) Serpentis oculus, de his dici conſueuit qui acribus & intentis intuerentur oculis, id Græci dicunt ὄφεως ὄμμα.i. ſerpentis ocolus. ſunt enim huic animanti oculi duriores ac perſpicaces. [Neglectis vrenda) Mira admonuit Horatius allegoria, animum excolendum diſciplinis, alioqui futurum vt inutili ſilua vitiorum occupetur. Felix enim herba inuiſa agricolis, quæ totos agros occupare ſolet, nec facile repurgatur vbi ſemel occupauerit. [Turpia decipiunt) Hûc reſpexit poëta, quod Theocritus in Ægloga vj. ſcribit. Etenim haud raro Polypheme. Quæ minime ſunt pulchra, ea pulchra videntur amori. Nam Balbino ſtulte amanti, etiam Polypus Agnæ amicæ ſuaue quidam olere videbatur. Eſt autem Polypus vitium narium grauolentium. Lege prouerb. Suum cuique pulchrum. [Sincerum caput,) Hoc eſt quæ per ſe recta, ea nominibus alicuis impoſitis deprauamus. Quanquam poteſt adagionis huius accedere formam, Ebur atramento candefacere, quo vtimur, cum rebus per ſe decentibus rectorium inducimus, quod tegat & obſcuret natiuum decus non augeat.

HIC fugit omneis) Senſus & ordo eſt. Hic.i. alius quiſpiam, fugit omneis inſidias, id eſt prudentia ſua & vitæ integritate vitat inſidiantium morſus, & obdit, id eſt opponit latus apertum, & nudum nulli malo, quem quidem ipſum cum deberemus nos recte appellare bene ſanum, ac ſapientem, & non incautum, id eſt prudentem, appellamus fictum & aſturum. Cum verſetur inter hoc genus vitæ, vbi viget acris inuidia, & vbi vigent crimina. Ita vt hæc vltima ſint, quaſi per parenthesim interpoſita, & ſit omnino neceſſarium, vt mutuum ſibi reſpondeant cetera.

QVADRANTE lauatum) Si quis balneum ingredi ſtatuerat veterum tempore quadrantem ſoluere cogebatur balneatori. Cœl. lib. xvj. cap. xlij.

Modo ſumma.
Voce, modo hac reſonans, quæ chordis quatuor ima.

Summa exponit Acron, id eſt cautiſſima. Sed id librariorum vitio corruptum puto pro acutiſſima. Ceterum quod ſequitur quod ſumma hypate ſit, & quòd quinta ſit nete, quare quatuor, id eſt poſt quatuor, ac per hoc quinta, exponendum, hoc verum deliramentum eſt. Rectius Porphyrion à Tetrachordo, inquit, hoc ſumptum videtur, in quo eſt grauiſſimi ſoni chorda quæ hypate dicitur. Notum eſt quinque eſſe tetrachorda apud muſicos hypaton, meſon, Synemenon, diezeumenon ac hyperboleon, ſingula diateſſaron conſonantia conſtituta. Ac ego exiſtimo in lyra hunc luſiſſe quæ quatuor chordis conſtabat. indeque Tetrachordos appellata, in qua ima chorda etiam hypate dici poterat, & nete ſumma, quæ noſtra ætate ſingulæ diapente, nonnunquam diateſſaron conſonantia diſtant. Cum Acronis opinione de hypate eſt Politianus Miſcelaneorum capite vltimo. Sed in his rebus Politiano quantum Acronis tribuo.

Quamuis craſſa queat, decies centena dediſſes.

Quamuis pro quantumuis accepiſſe videtur, & decies centena intelligendum millia HS. vt ſit integrum decies centena milia nummum vel ſeſtertium. Qui faciunt coronatorum. M. M. D. Budæana ſupputatione. Quæ Acron expoſuit ducenta milia, Badius autem mille nummum vterque non recte. Huic parco autem & paucis contento [illegible] dixit, cum prodigum etiam in priore Sat. deſcripſiſſet, & obiter hoc quoque innuit loco. [Immo alia haud ſortaſſe minora) Haud legendum non, & vt non recte legit Badius. Nec minus errant qui aut legunt. Sed Badius & hoc loco & priore ſecutus videtur Lãdinum, qui vtroque loco hallucinatur.

Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurus.

Aldinus codex habet vt, pro aut priore, ſed geminandum aut, nemo dubita. Ceterum cum omnis ſerpens acute videat Epidaurus de hiſtoria Romana additum videtur. De Epidauro autem inſula ait Acron accerſitum Æſculapij ſimulacrum cum Epidaurus ciuitas ſit Peloponneſi. Inculcat hoc item ipſe Porph. Vnde & Acrõ hauſit, niſi codices fallant.

NVm qua tibi vitiorum inſeuerit olim Natura) Hic rurſus ſeuerus annotator noſter poëtæ verba immutare nõ dubitat. Num tibi quid vitiorum &c. durum & abſonum iudicans, ſi poëta diceret, nam aliqua natura. Quaſi, qua coniungendum ſit cum natura, non cum mala. Elegans ſane iudex. Inuenit tamen, qui hoc loco eum ſequendum putaret, Badium. Inſu.

CVm genus hoc inter vitæ verſetur, vbi acris. [Inuidia) Aulam notat, & homines in ea miſere degentes, atque eo omnia hæc verba ſunt torquenda, quod Acronem neglexiſſe video, & quoſdam alios. COEL. RHOD.

LAbeone inſanior, inter Sanos dicatur, quanto hoc furioſius,) Diſtinguendum eſt ante Labeone, non poteſt inſanior. Ceterum Acron ad illud. Quanto hoc furioſius. Qđ fecit (inquit) dominus, quam quod ſeruus admiſit, cum Horat. ad ſequentia reſpexerit, iamiam dicturus, Paulum deliquit amicus, odiſti & fugis. Cetera in parentheſi indicta ſunt, à nullo cõmentatorum exacte diſcuſſa. Sunt autem à Poëta aduerſus Stoicos dicta verba, qui peccata omnia paria faciebant ergo paullum delinquere, non admittebant. Videbantor autem in hoc inſuaues acerbiq. rerum iudices contra omnium & opinionem, & vſum. Vnde & paradoxon hoc creditum, atque à Cicerone, quoque tertio loco tractatum. Tu igitur, inquit Poëta, niſi concedas amicũ paullulum peccare poſſe, habere, vt Stoici, inſuauius acerbus. Atque hic eſt verus horum verborũ ſenſus. [Nec vincet ratio hoc) Mirum quam hoc loco corruptus ſit Acronis commentarius, & ſibi contrarius ad ea quæ præcedunt de natura. Quæ omnia qui emendare volet, idem iungat vulpes & mulgeat hircos. Ad illud autem. Ne ſcutica dignum horribili ſectere flagello, ſupplet, nõ vereor, quod poſtea tertio ſequitur verſu, ſed inepte huc refertur, vt recte annotauit Badius. Stoicos .n. in hanc duntaxat partem peccare ait. quod leuia peccata, æque atque magna puniebant, quod Horat. reprehendit. [Vt Alfenus Vaſer) Poſt vaſer diſtinguendum. Dicere autem debuit Varus, vt puto, ſed iriſorie vafer dixit. Nam P. Alfenus Varus Cos. fuit anno ab V.C. ccliuj. quo tempore Horat. neſcio an adhuc vixerit. Poteſt tamen de eo antea ſcripſiſſe quod multis temporibus reptandum eo erat, præſertim qui humili natus erat loco. Quod vero tertio inde ſequitur verſu, ſic optimus omnis. Et opifex, conſtituendum eſt, omnis ſapiens eſt optimus artifex. GLAR.

## ARGVMENTVM.

*Reſpondet ijs qui ſe nimis mendatem dixerant, atque primum Satyræ originem oſtendit.*

### SATYRAE IIII.

EVpolis, atque Cratinus, Ariſtophanesq. poëtæ
Atque alij, quorum comœdia priſca virorũ eſt:
Si quis erat dignus deſcribi, quòd malus, aut fur,

ASCEN. 

VPOLIS, atque Cratinus, &c.) In hac Satyra Poëta primum Satyræ nouæ originem paucis tangit, Luciliumq. nouæ Satyræ ſcriptorem incare notat, in qua ſe plurimi iactabant videlicet quod profuſe & incondite ſcriberet, & ita Criſpino qui plurimoa, ſed inconditos & malos verſus ſcribebat, & propterea ſe extollebat, reſpondet, vnde a tribus ſe purgat. Primo à difficultate ſcribendi. Secundo à ſimplicitate ſcriptorũ. Tertio à malignitate animi. Circa primum ſic procedit

quia

Quòd mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus: multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius hosce secutus,
Mutatis tantum pedibus, numerisq́; facetus,
Emunctæ naris, durus componere versus. *
Nam fuit hoc vitiosus: in hora sæpe ducentos,
Vt magnum, versus dictabat stans pede in vno;
Cum flueret lutulentus. erat, quod tollere velles.
Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem:
Scribendi rectè: nam vt multum, nil moror. ecce
Crispinus minimo me prouocat; accipe si vis,
Accipe iam tabulas. detur nobis locus, hora,
Custodes: videamus vter plus scribere possit.
Di bene fecerunt: inopis me, quodq́; pusilli
Finxerunt animi, raro, & perpauca loquentis.
At tu conclusas hircinis follibus auras
Vsque laborantes, dum ferrum molliat ignis:
Vt mauis, imitare. beatus Fannius, vltro
Delatis capsis, & imagine: cum mea nemo
Scripta legat, vulgo recitare timentis, ob hanc rem:
Quòd sint, quos genus hoc minime iuuat: vtpote plureis
Culpari dignos. quem vis media erue turba:
Aut ob auaritiam, aut misera ambitione laborat.
Hic nuptarum insanit amoribus: hic puerorum:
Hunc capit argenti splendor: stupet Albius ære:
Hic mutat merces surgente à sole ad eum, quo
Vespertina tepet regio: quin per mala præceps
Fertur: vti puluis collectus turbine: ne quid
Summa deperdat metuens: aut ampliet vt rem.

quia Crispinus in prima Satyra notatus lippitudine, id est ineptitudine scribendi, prouocauerat Horatium ad certamen scribendi versus, vt is qui plures scriberet, victor haberetur, ostendit Poëta laudabilius esse paucos versus, & eos bonos scribere, quam multos malos. Et si quis dicat, Lucilium in hoc laudatum, quod ducentos versus vna hora scriptitauit, dicit eum in hoc non laudandum esse, quia in hoc maxime peccauit, quod incastigatos versus reliquerat, & lutulentus fluxerat, circa secundum, quia quis dicere posset Horatianos versus, quibus Satyram describit, esse etiam inconditos, eo quod non habeant acrem spiritum, & verborum granditatem, dicit hoc ad Poëticum opus pertinere, sed Satyra, ac Comœdiam non esse poëmata. Circa tertium, ostendit multis argumentis se non malignitate, animi Satyram scribere, sed quia à patre ita institutus fuit, monstratq. Satyricum opus non esse inuidiosum nisi ijs, qui male viuunt. Quod vero neque malignitate, neque petulantia animi scribat, probat ex eo quod opus suum, non omnibus recitet, sed amicis duntaxat, & id coactus, nec coram omnibus, aut vbique, sed coram paucis, & in secreto. Hæc omnia suo loco patebunt. Principium huius Satyræ ab Acrone bene declaratur. Adducuntur autem tres sententiæ de Fannio. Beatus enim dicitur bene habens, id est diues, vnde orta est tertia sententia, quòd heredipetæ .i. qui hereditatem eius, eo quod liberos non haberet. petebant, capsas librorum eius & imaginem referebant in ędem Apollinis, vbi omnium poëtarum in auctoritatem receptorum libri reponebantur, & post mortem etiam imagines statuebantur. Vnde alibi: Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo. Et Persius. Ad sacra vatum carmen affero nostrum. Beatus etiam fortunatus dicitur, vnde orta est prima Acronis sententia. Irridetur autem Fannius, qui libros suos ineptos voluit ab omnibus nosci, cum tamen Horat. neminem sua scripta legere permittat. Stupet Albius ære: Albius proprium est nomen, cuius infra Poëta meminerit. Nam licet non absurdum putetur vt dicas, stuper albius, id est tenerius ære, auctoritate tamen careas. Minimo me prouocat, quidam exponunt minima re, quia minimum est prouocari ad multos versus describēdos, si sint mali, sed argutius dicit Acron de minimo digito. Ordo est, Eupolis atque Cratinus & Aristophanes poetæ Comici, atque alij virorum, id est alij viri, quorum prisca, id est antiqua Comœdia est, notabant, id est taxabant, diffamabant cum multa libertate, quia etiam sub proprijs nominibus, si quis erat dignus describi, quòd pro quia, foret, id est esset, malus, id est iniustus, sicut econtrario bonum virum eum, qui iustus est, appellamus. Nec potest generaliter accipi, eo quod post genus male ponerentur species, aut fur, aut mœchus, id est adulter, aut sicarius, id est latro, qui sica, id est, pugione homines occidit ad diuitias habendas, aut famosus, id est multa infamia notatus, aut alioqui, id est quouis alio modo Lucilius primus nouæ Satyræ scriptor secutus, id est imitatus, hosce, scilicet veteres Comicos: & hoc mutatis tantum pedibus & numeris, id est genere carminis, quia illi Iambicis ferè versibus scribebat, Lucilius autem hexametris, ipse in quam secutus hosce, pendet, id est dependet, omnis, id est totus, hinc, id est ex his dictis poëtis, existens facetus, id est vrbanus & lepidus, emunctæ, id est purgatæ naris, hoc est eo quod nasum emunctum & non mucosum haberet, per quod duo ostenduntur. Primum, secundùm Acronem, quod sapiens erat. Secundum quod callidus & argutus vitiorum reprehensor erat. Nam vulgo dici solet. Nihil opportunius ad munditiam nisi ostendi posse, quam mulierem mucosam, ea enim visa quilibet mundat se priusquam eam irrideat aut alte moneret, qui ergo emunctas nares habet libere mucosas ridere potest. Præterea qui nares purgatas habēt, acrius olfaciunt & clarius loquuntur, vnde possunt allegorice fœtorem vitiorum indagare, & inuentum arguere. Durus, idest difficilis, componere .i. ad componendum versus. Nam ipse Lucilius fuit vitiosus, hoc, id est in hoc, quod ipse dictabat, id est puero scribenti componebat, & proferebat vt magnum, id est tanquam rem excellentem & dignam laude, cum sit reprehendenda, sæpe ducentos versus, in hora, id est spatio vnius horæ stans in vno pede, id est quantum possit quis stare in vno pede, cum, id est quamuis, ipse flueret lutulentus, id est plenus luto, hoc est turbulentus, sicut fluuius nimis rapt im currens lutum secum trahit, erat in versibus eius quod velles tollere, id est secundùm Acronem, imitari & accipere ad imitationem. Vel tollere, id est amouere, tanquam superfluum aut ineptum. Tollere enim plura significat, aliquando est educare, vt in Andria Terent. Quicquid peperisset, decreuerunt tollere, aliquādo secum portare, vt, Tolle lectum tuum &c. aliquando de medio auferre & deponere, vt, Tolle tuum precor Hannibalem. Et, Tolle tolle, crucifige eum. De Lucilio autem sic dicit Quintil. Satyra quidem tota nostra est, in qua insignem laudem adeptus est Lucilius, qui quosdam ita sibi deditos adhuc habet amatores, vt eum non eiusdem, modo operis auctoribus, sed omnibus poëtis præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulente, & esse illic aliquid quod tollere possis putas. Nam eruditio in eo mira & libertas, atque inde acerbitas & abunde salis. Hæc ille. Vnde patet, & maxime ex eo quod sequitur, videlicet quod erat garrulus, quod superfluum tollendum, id est auferendum & abijciendum intelligere possumus, vt sit ordo. Cum, id est quandoquidem, ipse flueret lutulentus, erat supple in versibus eius aliquid quod velles, id est posses velle tollere, id est resecare & deponere erat enim garrulus, id est superfluus in verbis, atque piger ferre, id est ad ferendum, id est sustinendum laborem scribendi, scribendi inquam rectè. Nam nihil moror, id est discutio vel dubito, vt, id est quantum multum scriberet, hoc est scio quod multum scripsit, sed non rectè. Ecce Crispinus ineptus & multorum verborum poëta, qui capsas plenas versuum de documentis Stoicorum scripserat, prouocat, id est porro vocat me ad certamen scribendi minimo supple digito significans se plus valere in minimo digito suo, quam valeo in toto corpore meo, vel minimo, id est minima re prouocat me dicens. O Horati accipe si vis, accipe iam modo tabulas (in ceratis enim tabulis scribebant) & ponendo bis accipe significat importunitatem prouocantis, & dicendo iam vult semper paratum significare, detur nobis locus in quo scribamus & hora in qua scribamus, & custodes qui obseruent, ne alius pro nobis scribat & videamus vter supple nostrum possit plus scribere, non dicit autem melius scribere, sed plus, id est plures versus facere. Ad hoc poëta. Dij bene fecerunt, quod finxerunt, id est composuerunt de terra, sicut figuli fingunt vasa, me inopis, id est exigui, que, pro &, quod finxerunt me pusilli, id est modici animi loquentis raro, & perpauca, id est valde pauca, id est gratias habeo Deo, quod non sum garrulus & multorum verborum ita quod cum verboso Crispino velim contendere. At

*Emunctæ naris dicitur, qui est acri exactoq́; iudicio quasi purgatis naribus, muccoq́; emũctis.

tu ò Crispine,vt,id est sicut mauis imitare,id est insequere, auras, id est ventositates inclusas follibus hircinis, id est factis ex pellibus hircorum,auras inquam laborantes,id est in labore, & operatione existentes,vsque, id est continue, dum,id est,donec, ignis molliat, id est mollificet & mitiget ferrum, hoc est si vis ef fundas è pectore tuo tot versus vt videatis tam repletus versibus, sicut: folles repleti sunt vento dum fabri ferrum mitigant, flatu enim ignis excitatur, imitare inquam auras existens Fannius, id est sicut Fannius beatus capsis,librorum scilicet & imagine. vltro,id est te non requirente, delatis ad bibliothecas publicas,cum nemo legat mea scripta, timentis recitare, ob, id est propter hanc rem,quod,id est quia,sunt quos hoc,id est nostrum genus supple scribendi, hoc est Satyricum: minime, id est nullo modo,iuuat,id est delectat, vtpote non delectat supple plures, id est valde multos dignos, culpari, id est reprehendi. Circa latinitatem qua dicitur: Scripta mea timentis, scies (vt Valla recte præcipit) quod omnis genitiuus significat, aut tantum actiue, seu possessiue, aut tantum passiue, aut mixtim, nunc actiue nunc possessiue, nunc passiue. Tantum actiue, aut (quod ferè idem est) tantum possessiue significabant olim hi genitiui primitiui, meis: tis, sis, nostrum, & vestrum, quorum tres primi ab vsu recesserunt. Tantum passiue significant reliqui quinque genitiui primitiui,mei,tui,sui,nostri,& vestri. Mixtim, hoc est indifferenter significant omnes alij. Secundo scies, quod genitiui tantum actiue, aut possessiue significantes volebant coniungi dictioni rem agentis,aut possidentis importanti. Idem dices,nullus nostrum hoc fecit,non aūt nullus nostrorum,aut nullus nostri. Sed genitiui tm̄ passiue significantes uolunt construi cum dictione passionem,aut partitionem importante, cuiusmodi sunt nomina uerbalia passiue significantia, & nomina genitiuum ex ui partitionis passiue regentia,ut amor mei,quo ego amor. Ceteri aūt genitiui s̄m diuersam significationem diuersis iunguntur, ut creatio Dei,quam Deus creat, timor Dei quo Deus timet amor Dei quo Deus amat, uel amatur. Tertio scies,quod quia genitiui tm̄ possessiue,aut actiue significantes,in usu non sunt,ideo ponimus loco eorum pronomina possessiua in eodem casu cum rē possessam aut agente significante,ut liber meus non,liber mei,in quo Priscianus & eum sequentes errant, amor meus quo amo, amor mei quo amor,aliquid meum quod possideo, aliquid mei de nominatiuo ego,quo persona mea significatur partiri,hoc est cti genitiui suam proprietatem seruare uolunt quando in usu sunt aut possessiua pro se poni, ideo comperies diuersos casus & per coniunctionem,& sine ea sæpe coniungi,ut apud Terentium. Præsidio meo atque hospitis,ubi non dices, Præsidio mei atque hospitis,& hic. Scripta mea timentis, & in Euangelio. Tuam ipsius animam,non resolues tui ipsius. Errant ergo qui possessiuum in primitiuum latine resoluendum censent,cum liber mei, aut scripta mei latinum non sit, Quinto scies, ad possessiua tanquam primitiua sint, relationem fieri,vt in Andria Terentij, Fortunas meas qui filium haberem &c. Hæc ad præsens satis sint, nunc ad ordinem reuertamur. Quemuis media elige turba, id est ex toto populo, quemuis, id est quemcunque vis, aut laborat, id est peccato vexatur, ob auaritiam, aut laborat misera ambitione, id est cupiditate honoris, quæ miseros facit, quia nemo cupidus contentus est, omnis autem male contentus,etiam si multa habeat,miser est. Hic, id est aliquis ex populo insanit amoribus nuptarum. Hic,id est alius,insanit amoribus, id est nefanda libidine puerorum. Splendor argenti capit, id est irretitum tenet, & nimium delectat, hunc .i. alium. Albius vir ita appellatus, stupet, id est stupidus & insanus efficitur, ære, id est propter æs Corinthium varijs signis impressum nec dicas,albus,id est pallidus. Hic,id est alius, mutat merces, id est facit mercatum commutando merces suas, olim enim omnis venditio erat quædam commutatio ante vsum argenti, mutat inquam,à sole surgente,id est ab Oriente ad eum sup. Solem, quo Sole regio vespertina,id est vbi Sol vesperi, tepet, id est tepida, & non tam callida est, sicut in Oriente, vult autem Occidentem significare, vt sit ab Oriente in occidentem, quin, id est quinetiam, fertur, id est violenter ab auaritiam impellitur, præceps, id est festinus & inconsideratus, vt, id est veluti, sicut puluis collectus à turbine, id est ab impetu ventorum, per mala,id est per dura & periculosa, metuens nequid, id est aliquid, deperdat, id est amittat de summa sui patrimonij, aut supple mutat merces, vt ampliat rem,id est diuitias suas. Et de his infert Poëta.

Genitiuorū significatio

Omnes hi metuunt versus: odere poëtas.
Fœnum habet in cornu: longe fuge. dū modo risum
Excutiat sibi: non hic cuiquam paret amico.
Et quodcunque semel chartis illeuerit; omneis
Gestiet à furno redeunteis scire, lacuq.
Et pueros, & anus. agedum pauca accipe contra.
Primum ego me illorum,dederim quibus esse poetas,
Excerpam numero, neque enim concludere versum
Dixeris esse satis: neque si quis scribat, vti nos,
Sermoni propiora; putes hunc esse poëtam.
Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os
Magna senaturum; des nominis huius honorem.
Iccirco quidam comœdia, nec ne poema
Esset, quæsiuere: quòd acer spiritus, ac vis,
Nec verbis, nec rebus inest: nisi quod pede certo
Differt sermoni, sermo merus. at pater ardens
Sæuit; quod meretrice nepos insanit amica
Filius: vxorem grandi cum dote recuset:
Ebrius &,magnum quod dedecus, ambulet ante
Noctem cum facibus. nunquid Pomponius istis
Audiret leuiora; pater si viueret? ergo
Non satis est puris versum perscribere verbis:
Quem si dissoluas, qui vis stomachetur eodem,
Quo personatus, pacto pater. his, ego quæ nunc,
Olim quæ scripsit Lucillius, eripias si
Tpa certa,modosq.: & quod prius ordine verbū est,
Posterius facias, præponens vltima primis:
Non, vt si soluas, Postquam discordia tetra
Belli ferratos postes, portasq. refregit:
Inuenias etiam disiecti membra poëtæ.

ASCEN. OMnes hi metuūt versus &c.) Obiectum erat auctori nostro, quod paucos & eos aridos, ac humiles versus scriberet, quadam animi maleuolentia ad Satyricam prouinciam se inuita Musa contorquens. Nam si ad Satyricam natus esset, longe cultiores & magis fluentes versus (vt dicebant) pangeret. Responsum est autē a Poëta nostro primo videlicet quod paucos scriberet,non.n. id sibi vitio dādum putat,sed econtrario Lucilio, ceterisq. qui cum multos versus scriberent,eos lutulētos & incastigatos emittebant. Nunc autē responsuros,secū do obiecto,videlicet quod aridos & humiles versiculos scriberet, ostendit ad Satyricum altitudinem styli non pertinere. Nam Satyra sicuti in principio huius sermonis patuit ex Comœdia prisca ortum habet, de Comœdia autē & prisca & noua dubitatur, an mereatur dici poëma, & plures tenent qđ non eo, quod Comicus non habet ea quæ poëtę, necessaria sunt videlicet ingenium .i. naturalem & ingenitam venam & benignitatem ad carmen. Nam ingenium dicitur ab ingignendo quasi sit quiddam intus a natura genitum. Mentem diuiniorem quam ceteri habent .i. poëtico furore raptam ad altiora, quam vt humana dicantur concipienda, & os magna sonaturum .i. altisonum & eruditum stylū flosculis .i. figuris & figmentis Poëticis decenter ornatū. Si quis dicat in Comœdia esse acrem spiritum, eo quod Comicus pater interdum ardenter cōtra filium luxuriosum exclamet, dicit Poëta id satis nō esse. Nam ēt extra comœdiam in vulgari & vernaculo stylo id facit. Quia ergo in Comœdia & in Satyra non sunt verba altisona, & quamuis maiestatem habentia, non merentur dici poëmata .i. opera facta a poëta in eo quod poemata quoui cō stent metro. Nam poemata ēt dissoluta maiestatem & grauitatem suam habent, vt liquido patet exemplo Enniano: Postquā discordia terra &c. In quibus verbis quamuis sententia plena haberi non potest, videtur loqui de templo Iani, quod tempore pacis clausum fuit ferratis postibus, vnde primo Æneid. Diræ ferro & compagibus arctis Claudentur belli portæ &c. Hoc autem, quod hic dicitur, Fœnum habet in cornu, id est quemcunque Satyrico stylo petit & ferit, sicut bos petulcus & solitus cornibus suis ferire, vt homines fugiant fœnum in cornu portat, tam, vt noscatur, quam vt cornua fœno inuoluantur ne lædant. Solent etiam in pratis boues petulci fœnum col-

collectum appetere, & ita in cornibus aliquid fœni derelinqui, quod videntes aufugiunt. Agedum, adhortandi est aduerbium, & scies ſm Vallam hæc tria age, agite, & agedum hoc differre, quod age tantum singularis numeri verbo apponitur agite tantum pluralis, agedum vero vtriusque. Sotaturum, sicut lauaturum ſm regulam dixit. Nam & soniturum & loturum dicitur. Nepos luxuriosus dicitur, & vulgo meretrices amatores suos nepotes, & illi amicas neptes vocant. Ante noctem cum facibus, quidam allegoricos de facibus amoris dictum volunt, sed rectius me iudice simpliciter intelligas. Viri .n. honesti sine facibus noctu nõ ambulant. Sed ebrij, qui noctu cum facibus redeant, faces secum deferebant, etiam ante noctem cum facibus redibant, quod magnũ dedecus erat. Persona dicitur ſm quosdam, quod per eam fiat diuersus sonus ſm qualitatem & ætatem loquentis, est.n. quam laciem falsam appellant Galli. Personatus autem dicitur Comœdus in persona Comœdiam agens. Ordo est. Omnes hi prædicti metuunt versus Satyricos sup. & odere.i. oderunt, poëtas Satyricos, dicentes viso Satyrico poëta, Vides ne eum? ipse habet fœnum in cornu, fuge longe ab eo ne feriat, hoc est Satyrico stilo te notet, hic .n. dummodo excutiat sibi risum .i. possit ridere ex quadam petulantia animi, non parcet cuiquam amico, quin ipsum notet & infamem reddat, & quodcunque sup. peccatum ipse illeuerit.i. inscripserit illicet chartis, gestiet.i. immoderate cũ gestu exteriori corporis, sui gaudebit, & cupiet omnes & pueros & anus.i. vetulas .i. omnes cuiuscunque sexus & ætatis, redeuntes à furno vbi panis, fit, & a lacu vbi hauritur aqua & pisces capiuntur, quibus carere non possumus, scire .i. vt sciant, loquitur Poëta, Agedum calumniator accipe pauca contra.i. in contrarium ꝓ defensione Satyricorum. Ego primum.i. antequam Satyricos defendam à petulantia ista, excerpam.i. eximam me de numero illorum, quibus dederim esse poëtas. Notandum autem in accusatiuo post datiuum coniungi verbo esse, neque pro & non, & non dixeris.i non recte quisquam dixerit, concludere.i. sub certis pedibus & numeris claudere versum esse satis vt quis sit poeta, neque si quis scribat propiora .i. valde vicina, sermoni .i. orationi vulgari, vti.i. sicuti nos Satyrici scribimus, putes hunc.i. talem esse poëtam, sed des honorem huius nominis, videlicet poëtæ illi cui sit ingenium .i. ingenita vis ad carmen, cui mens diuinior quam ceteris, hoc est diuino furore percita ad altiora, quam vt humana credantur concipienda, atque cui sit os sonaturum magna.i. magnifice & altisone, quod concepta debite eloqui potest. Quidam grammatici petiti quæsiuere.i. dubitauerunt, Comœdia esset Poëma nec ne .i. an non, icirco.i. propterea quod acer spiritus, ac vis.i. vehementia loquendi, nec inest verbis nec rebus .i. sententijs, nisi quod sermo meus.i. pure prosaicus, differt.i. distinguitur sermoni sup. Comico, certo pede.i. metri genere. At pater ardens, obijcitur ab his qui volunt quod Comœdia sit Poëma. Et scies quod Poëma est quod vis opus poëticum. Poësis est tota editio alicuius poetę. Poëtice est ipsa ars. Poëta est factor & artifex. Poëtria græce mulier poëtices perita dicitur. Dicit ergo, aliter sentiens, At pro sed, pater Comicus ardens .i. excandescẽs & ita feruens, sæuit .i. magnifice loquendo obiurgat, quod filius nepos .i. luxuriosus insanus amica meretrice, recuset vxorem cũ grandi dote, & quod ipse ebrius ambulet ante noctem .i. prius quam nox sit, cum facibus, quod magnum dedecus sup. est. Respondet Poëta, quod hoc non satis sit ad hoc vt attingat Poëticã celsitudinem. Nam quilibet pater etiam in vernacula lingua sæuire potest, sed non poëtice loqui. vnde dicit, Nunquid Pomponius pupillus perditus (quem per transitum notat) audiret leuiora.i. leuiorem obiurgationem si pater viueret, istis .i. quam sint ista quæ tu de Comico patre adducis? q. d. non vnde concludit, Ergo non est satis perscribere versum puris.i. sine figuris, & magna sono verbis, quem versum si dissoluas (aut dissolues) .i. à metro soleas, & pedum ordinem dissoluas, quiuis .i. quilibet pater, stomachetur.i. elato stomacho obiurgabit filium, eodem pacto.i. modo quo pater personatus.i. qui à personato comœdo agitur. Si tu eripias his, quæ ego nunc sup. scribo, & quæ Lucilius olim scripsit.i. Satyricis verbis, certa tempora & modos.i. rationẽ metricam & facias verbum quod est prius ordine, posterius, præponens .i. anteponens, vltima verba primis, tu non inuenies membra .i. imaginem & agnitionem, poetæ disiecti, vel dissecti .i. diuisi, vt .i. quemadmodum, supp. inuenies si soluas hæc sequentia verba Ennij poëtæ, Postquam ærra discordia refregit .i. frangendo resoluit, postes ferratos.i. ferro munitos, belli .i. quibus bellum in templo Iani includitur, & portas sup. ferratas belli. quæ verba reuera maiestatem Poëticam etiam soluta habent, quod autem dicit Membra poetæ, tractum videtur à cadaueribus Hominum dissectorum, quorum membra non agnoscuntur, nec caput regis à serui post resolutionem carnis discernitur, vt à Satyrico recte adnotatum est.

*Poëma* *Poësis* *Poëtice*

Hactenus hæc: alias iustum sit necne, poëma.
Nunc illud tantum quæram: merito ne tibi sit
Suspectum genus hoc scribendi. Sulcius acer
Ambulat, & Caprius, * rauci male, cumq́. libellis,
Magnus vterque timor latronibus: at bene si quis,
Et viuat puris manibus: contemnat vtrunque.
Vt sis tu similis Celi, Byriq́. latronum:
Non ego sim Capri neque Sulci: cur metuas me?
Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos:
Quis manus insudet vulgi, Hermogenisq́. Tigelli.
Non recito cuiquam, nisi amicis, idq́. coactus
Non vbiuis, coram ue quibuslibet. in medio qui
Scripta foro recitent, sunt multi: quiq́. lauantes:
Suaue locus voci resonat conclusus. inanes
Hoc iuuat, haud illud quærentes, num sine sensu,
Tempore num faciant alieno. lædere gaudes
Inquis: & hoc studio prauus facis. vnde petitum
Hoc in me iacis? est auctor quis denique eorum;
Vixi cum quibus? absentem qui rodit amicum?
Qui non defendit alio culpante: solutos
Qui captat risus hominum, famamq́. dicacis:
Fingere qui non visa potest: commissa tacere
Qui nequit: hic niger est: hunc tu Romane caueto
Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos:

ASCEN. HActenus hæc: &c.) Purgauit se poëta ab eo quod & paucos & non altisonos versus scriberet, nunc ab eo quod Satyram scribit, se defendit, ostenditq́. primo, quod sicut non est imputandum accusatoribus publicis si timori sint multis, sed illis qui crimina committunt, quia qui innocens est, neque accusatorem, neque iudicem iustum, neque executorem formidat, sic qui innocens est & honestæ vitæ, Satyricos timere non debet. & hoc generaliter de omnibus qui Satyram scribunt dictum videtur. Secundo ostendit de seipso Poëta, quod non scribat. Satyram animo diffamandi quemcunque, quia diffamatores libellos suos aut publice recitant, aut videndos omnibus exponunt. immo multi in medio foro, aut in balneis recitare solent: Horatius autem tantummodo rarum paucis amicis, & id coactus recitare solitus cauebat ne carmina sua in manus vulgi deciderent. Tertio purgat se ab obiectione, quę talis est. Quamuis coram paucis recites & id coactus, non tamen cogeris Satyram scribere. vnde constat te ex malignitate & animo lædendi scribere. Hoc autem Poëta maxime negat, docens testimonio omnium quibuscum vixerit, se nunquam amicum carpsisse, immo frequenter defendisse. Præterea non suetum esse captare risus hominum, quemadmodum facere solent ex petulantia animi scribentes, vnde Persius de se. Sed sum petulanti splene cachinno. Rident enim qui manifeste rident, sed detertores dissimulant. vnde inique fert, quod odiosus sit reprehendendo sine malitię animi ineptitudines hominum, cum tamen multi in mensa omnibus inique detrahentes vrbani & chari habeantur. quod vero ex malignitate animi non faciat, probat, quia non facit sicut illi, qui sub specie amicitiæ vt auctoritatem maiorem habeant, amicis detrahunt. Vnde multi dicunt se dolere, aut admirari de facto turpi amicorum suorum, ne ex malitia id facere putentur, & vt vera dicere credantur. Horatius autem non fuit dissimulator & falsus detractor, quia aperte vitia notauit eorum, qui notatu digni erant. Quarto si quis dicat, Attamen Cur Satyram scribis, si malignus non es, nec lædere gaudes? dicit se hoc à paterna institutione didicisse. Pater enim, inquit, cum vellet me docere vitia effugere, docuit me exemplis perditorum

* Rauc⁹ legit Bõf. vt sit male rauc⁹ .i. nõ satis adhuc raucus, ita vt a. cersi l epithetõ v. mus, raucus vero alterius.

rum hominum. Ad cuius similitudinem Satyrici, vt vitia effugere doceant, vitiosos vt non imitandos notam, quomodo edoctus sit à patre in sequentibus versibus patebit. Ordo est, Ego supple disputaui hactenus .i. hucusque hæc & quæram aut intelligabo, alias .i. alio tempore, an Comœdia seu Satyra sit iullum Poëma .i. iuste dicendum poëticum opus, nec ne .i. an non. Nunc quæram illud sup. audire vel disquiram & discutiam, ne pro an, hoc genus scribendi, hoc est Satyricum, sit tibi merito .i. iuste suspectum tanquam malitiosum & iniquum. Fulcius accusator, ille acer .i. vehemens ambulat, & Caprius alius accusator etiam acer, idem .n. epitheton intelligitur vtrique conuenire vt in Poetica sm legentes Dircæusq. cum dicitur, Post hos insignis Homerus, Dircæusq. .s. insignis (Bonfinis tamen legit raucus) vterque inquam ambulat, qui duo sunt rauci male .i. multum, accusando .s. criminosos. vterque autem est magnus timor latronibus, cum libellis suis accusatoeijs. At, pro sed, si quis viuat bene .i. laudabiliter, & puris .i. innocentibus & innocuis, iustisq. manibus contemnat .i. ipse posset contẽnere vtrunque accusatorẽ criminum. Po sito ergo vt tu sis similis in moribus .s. & in factis, Cœli pro Cœlij, & Byrrhi, pro Byrrhij, latronum .i. qui latrocinantur consumptis bonis suis, ego tamen non sim similis supple Caprij, & Fulci pro Fulcij accusatorum, hoc est quamuis tu sis latro, tamen ego non accusabo te io iudicio. cur ergo metuas me? Nulla taberna, hoc est nullus locus vbi libri venduntur. Nam taberna est pars domus, quam vulgo bothiclam vocant, vbi res venduntur, & officina vbi fiunt. Neque vlla pila .i. locus vbi versiculi diffamatorij affigi solent vt legantur. Est .n. pila columna in publico stans, ad quam, sicut etiam in pilis pontium, libri venales exponuntur, & epigrammata figũtur, habeat meos libellos, quos scribo, hoc est in nullo publico loco inueniuntur Satyræ meæ quis .i. quibus, manus vulgi .i. vilis populi, que, pro &, Hermogenis Tigelli, pro Tigellij. de quo supra dictum est insuder .i. tractando sudorem emittat. Nec recito Satyram meam, cuiquam .i. cuicunque nisi amicis, que, pro &: & id supple facio coactus. Non tamen vbiuis .i. vbicunque locorum, ve, pro vel, coram quibuslibet .i. in præsentia quorumcunque, sed sup. in secreto & coram discretis. Multi autem sunt qui recitent scripta sua in medio foro, que, pro &, multi sup. sunt qui lauantes .i. dum est in balneis se lauant, supp. recitent, quia locus conclusus & testudinatus sicut est in balneis, resonat voci .i. vocem repercutit, suaue .i. suauiter. hoc autem iuuat .i. delectat, inanes .i. inanis gloriæ cupidos, non quærentes .i. qui non disquirunt & inuestigant, num .i. an ne faciant illud sine sensu .i. inconsiderate & sine ratione, vt homines sensum non habentes, num .i. an ne, faciant alieno .i. importuno tempore. Sed tu ait Poëta, ò aduersarie, inquis .i. forte dicis mihi, ò Horati, tu gaudes lædere .i. dum aliquem lædis, & facis hoc existens prauus .i. maleuolus, studio .i. exercitio tuo. Respondet Poeta, vnde .i. a quo auctore vel delatore, petitum .i. acquisitum & adductum, iacis .i. proijcis hoc maledictum conuitium, aut crimen in me? Denique quis eorum cum quibus vixi, est auctor .i. assertor, quod talis sim qui gaudeam lædere? q. d. ego certo scio quod nullus hoc de me dicet, cum sim longe alterius sententiæ dico .n. quod qui rodit .i. carpit, amicum absentem, & qui nõ defendit amicum absentem alio culpante .i. dum alius eum iniuste culpat, & qui captat .i. affectat habere risus hominum, solutos .i. dissolutos & expertes rationis, & qui captat .i. affectat habere famam, dicacis .i. dicteria & irrisionem in alios iacientis sicut multi gaudent vocari iocundi irrisores, & qui potest fingere .i. composite & verosimiliter narrare, non visa .i. ea quæ non vidit, & qui nequit tacere .i. silere, commissa .i. credita fidei suæ, hic .i. huiusmodi, est niger, id est malus & venenosus, ò Romane caueto, id est fugito, hunc, id est huiusmodi & non me, quia talis supple non sum. Ad oppositum fieri ostendit, dicens: Tu videas, id est quilibet possit videre, quaternos, id est in singulis quatuor, hoc est duodecim supple conuiuas, cœnare sæpe io tribus lectis, id est in triclinio.

ASCEN. E Quibus) Id est quorum, vnus auet, id est auide cupit, spargere, id est probro afficere, qua uis .i. quacunque supple ratione, vel via. Vbi nota puer, quod qua per se plenum est, sicut & aliqua, vt in Bucolicis, Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses. Et ita dicitur primo Æneidos. Si qua fata sinant. vbi Seruius dicit qua vacare. Sed aliorum iudicio non vacat. significat enim quacunque via. seu quocunque medio vt hoc loco auet aspergere, quauis, id est quacunque ratione, siue iusta, siue iniusta cunctos præter eum, qui præbet aquam, id est pascit, scilicet præter regem conuiuij, hoc est præter patrem familias, qui præbet aquam & mantilia, ceteri autem singuli simbolum, id est portionem suam apportant. Plerique autem Commentarij intelligũt dominum conuiuij omnia dare, vnde dicit Porphyrio: Sed videamus an commoda synecdoche aquam præbere dicetur pro pascera. hæc ille. Possumus autem per hoc quot aquam præbet dominum conuiuij citra synecdochen intelligere, vt moris fuisse & hactenus esse dicamus, dominum conuiuij solere ex vrbanitate aquam præbere conuiuijs suis, qua lauent antequã discumbant. Præter ergo eum qui præbet aquam sine dubio est præter dominum conuiuij existens potus, id est potu acceptus, id est ebrius, cum Liber, id est vinum, verax, id est faciens sæpe ueritatem dici, aperiet precordia, id est secretiora & interiora cordis, condita, id est prius abscondita. Nam (ut Arte Poetica dicitur) Reges dicuntur multis urgere culullis. Et torquere mero, quem perspexisse laborant, An sit amicitia dignus. Et (ut vulgo dicitur) Ebrius, incautus, pueri dicent tibi verum. Aduertes autem quod liber est nomen Bacchi, qui Deus vini dicitur. Est autem generalis regula, qđ nomina deorum ponuntur pro rebus quibus præsunt, ut apud Terentium. Sine Cerere, & Baccho friget Venus. Id est sine frumento, id est copia tibi, & sine uino friget luxuria. Liber argo .i. uinum. maluit autem hic dicere Liber quam Bacchus, quia ideo Liber dicitur quod homines libere loquentes faciat. sed ad Poëtam redeamus, hic, id est huiusmodi detractor, uidetur tibi infesto, id est qui te dicis esse infestum & succensum, nigris .i. contra nigros & malos homines, uidetur inquam comis .i. facetus & urbanus & liber, ego autem si .i. quia, risi, quod Ruffillus ineptus olet pastillos, id est nimios odores, & Gorgonius olet hircum, id est nimium fętorem quem habet sub alis, eo quod se non mundat. Non enim uitium naturæ, sed negligentiæ in Gorgonio intelligas, ego uideor tibi liuidus, id est ut inuidus liuore obscurus, & mordax, id

E quibus vnus auet, qua vis aspergere cunctos
Præter eũ, qui præbet, aqua: post, hunc quoque, potus.
Condita cum verax aperit præcordia Liber.
Hic tibi comis, & vrbanus, liberq. videtur
Infesto nigris. ego si risi, quòd ineptus
Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum:
Liuidus, & mordax videor tibi? mentio si qua
De Capitolini furtis iniecta Petilli
Te coram fuerit: defendas, vt tuus est mos.
Me Capitolinus conuictore vsus, amicoq.
A puero est: caussaq. mea permulta rogatus
Fecit: & incolumis lætor quòd viuit in vrbe:
Sed tamen admiror; quo pacto iudicium illud
Fugerit. hic nigræ succus loliginis, hæc est
Aerugo mera: quod vitium procul absore cartis,
Atque animo prius, vt si quid promittere de me
Possum aliud: vere promitto. liberius si
Dixero quid, si forte iocosius: hoc mihi iuris
Cum venia dabis. insueuit pater optimus hoc me,
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.
Cum me hortaretur parce, frugaliter, atque
Viuerem vti contentus eo, quod mi ipse parasset:
Non ne vides, Albi vt male viuat filius? vtq.
Barus inops? magnum documentum, ne patriam rem
Perdere quis velit. à turpi meretricis amore
Cum deterreret: Sectani dissimilis sis.
Ne sequerer mœchas, concessa cum Venere vti
Possem: deprensi non bella est fama Treboni,
Aiebat. sapiens vitatu, quidq. petitu
Sit melius, caussas redder ibi: mi satis est: si
Tradirum ab antiquis morem seruare, tuamq.,
Dum custodis eges, vitam famamq. tueri

Incolumem posſim. ſimulac durauerit ætas
Membra, animumq́. tuum: nabis ſine cortice. ſic me
Formabat puerum dictis: & ſiue iubebat
Vt facerem quid; habes auctorem, quo facias hoc:
Vnum ex iudicibus ſelectis obijciebat.
Siue vetabat: an hoc inhoneſtum, & inutile factu
Nec ne ſit, addubites? flagret rumore malo cum
Hic, atque ille. auidos vicinum fumus vt ægros
Exanimat: mortisq́. metu ſibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Absterrent vitijs. ex hoc ego ſanus ab illis,
Perniciem quæcunque ferunt: mediocribus, & queis
Ignoſcas, vitijs teneor. fortasſis & iſtinc
Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus,
Conſilium proprium. neque enim cũ lectulus, aut me
Porticus excepit: deſum mihi. rectius hoc eſt:
Hoc faciens, viuam melius: ſic dulcis amicis
Occurram, hoc quidam non belle. nunquid ego illi
Imprudens olim faciam ſimile? hæc ego mecum
Compresſis agito labris. vbi quid datur oci:
Illudo chartis. hoc eſt mediocribus illis
Ex vitijs vnum: cui ſi concedere nolis;
Multa poëtarum veniat manus; auxilio quæ
Sit mihi: nam multo plures ſumus: ac veluti te
Iudæi cogemus in hanc concedere turbam.

id eſt detractor & corroſor aſſiduus alterius famæ. Tu autem detractor, ſi qua.i.ſi aliqua, manrio.i.memoria, aut recitatio fuerit iniecta coram te, de furtis Petilli.i.Petillij, Capitolini.i. qui, eo q coronam Iouis in Capitolio furatus erat, Capitolinus agnominabatur. Erat autem Capitolium arx totius ciuitatis Romanæ vbi templum Iouis erat, tu inquam defendas Petillium non vere nec amice, ſed ſicut tuus mos eſt.i. iuxta morem tuum fraudulenter, vt videaris amicus eius quo tibi melius credatur. & dicas, Capitolinus Petillius videlicet vſus eſt me conuictore.i.cũ quo libẽter vixi, & amico à puero.i.à cunabulis.i.ab eo tempore, quo adhuc pueri eramus. Amicitia autem quo antiquior eo maior & charior eſſe deberet, & ipſe rogatus fecit permulta.i.valde multa, cauſa mea i.ad vtilitatem meam & lætor, q.i.quia, ipſe viuit incolumus.i. ſanus & ſaluus, in Vrbe, hoc eſt in ciuitate Romana, ſed tamen ammiror quo pacto fugerit illud iudiciũ quod debeat de ipſo tanquam de ſacrilego dari. vnde Poëta, hic .i.in hoc vltimo dicto, eſt ſuccus .i.virus, nigræ.i.malitioſæ, loliginis.i.per allegoriam obſcurationis famæ eius & latentis detractionis, hæc eſt mera.i.pura, erugo .i.obſcuratio & conſumptio famæ Petilli. ſicut .n. erugo ferrum exedit & obſcurat, ſic talis detractio famam amici. quod Vitium, inquit Poëta, ego promitto vere prius quam plura de me dicam .i.in primis, abſore.i.abfuturum eſſe, & remotum iri procul à cartis meis, atque animo meo, vt ſup. promitto, ſi poſſum promittere, quid.i.aliquid aliud de me. Si autem dixero, quid.i.aliquid, liberius .i. magis libere & ſine diſſimulatione quam oportet, & ſi dixero forte quid.i.aliquid, iocoſius.i.magis iocoſe q̃ decet, tu dabis mihi hoc iuris cum venia tua, hoc eſt dabis mihi veniã, ſi hoc quodam iure mihi vendico. Nam pater meus optimus vir, inſueuit .i. inſtituit & aſſueſcere fecit, & eſt melius quã ſi legas inſueuit inquam.i.inſtituit à pueritia me hoc .i. hoc modo, notando.ſ. quæque vitiorum.i.quælibet vitia exemplis.i. per exempla male viuentium, vt fugerem ſup. ea, ſicut & Satyrici notant. Cum me hortaretur &c. Poëta tria facit. Primo oſtendit quibus exemplis à patre inſtitutus ſit. Secundo profitetur ſe paterna inſtitutione à pernicioſis vitijs immunem permanſiſſe, mediocribus tamen ne arrogans videretur, ſe implicitum fatetur. Tertio pulcherrime oſtendit, quo pacto ſe ſperat ab illis mediocribus poſſe purgari. & ita ſimul docet quomodo & nos vitia cauere poſſimus, aut corrigere ſi quis autem vitium, quo fortaſſe iocoſius & petulantius q̃ æquum ſit Satyram ſcribit, tale quis putet q ei veniam neget, auctoritate plurimorum poëtarum illum in ſuam ſententiam ire coget, veluti Iudæi nonnullo Romanos in ſuas cerimonias conuenire compellebant. quos more ſuo pertranſitum notar. Conceſſa cum Venere vti poſſem, conceſſa .i. permiſſe à lege ciuili, non à lege Dei, quam Horatius non agnoſcebar. Sapiens vitatu, q.dq́. petitu Sit melius, pro latinitate aduertes puer, Supina poſteriora tantummodo cum nominibus adiectiuis in paſſiua ſignificatione conſtrui, & hoc loco vitatu & petitu conſtruuntur cum hoc nomine melius. Nec dices, Sapiens reddet tibi melius cauſas, quam ego, quia pater nullas cauſas reddebar. Ordo autem eſt. Sapiens reddet tibi cauſas, quid ſit melius vitatu .i. vt vitetur, que, pro &, quid ſit melius petitu.i.vt petatur & fiat. Similiter & illud quod interrogatiue leges: An hoc inhoneſtum, & inutile factu. [Nec ne ſit, addubites?) Exanimat .i. ſine animo facit, hoc eſt perturbat. verſus autem non ſtaret, nec ſententia ſi examinat legatur. Item cum dicit. Largiter abſtulerit &c. ſcies aduerbia à poſitiuo ſecundæ declinationis in e, regulariter exire, vt docte, pulchre, & a tertiæ declinationis in er, vt fortiter, dulciter, ſed ſæpe contra fieri comperies vbi opportunum fuerit. Nam largiter, ampliter, duriter. & dulce, ſuaue, & ſimilia ſæpe leges. Ordo eſt, Cum .i. quando, pater hortaretur me vti.i.vt viuerem parce frugaliter .i.pro modulo frugum meatum, atque vti .i. vt viuerem contentus eo ſup. patrimonio, quod ipſemet pater paraſſet, & dereliquiſſet, mi .i. mihi, aiebat ò fili, non ne videa vt .i. qualiter, filius Albi, pro Albij, illius viri diuitis & auari, viuat male? Sic .n. ſæpe ſit vt auarum patrem ſequatur ꝓdigus infans, aut itidem auarus, nam generatio malorum vix medium tenere, quod non didicit, poteſt, que, pro &, non ne vides vt.i.qualiter, Barus.i.ille prodigus adoleſcens, qui omne patrimonium ſuum dilapidauit, nunc viuat inops .i. pauper ſine terra, & ſine auxilio? quod ſup. eſt magnum documentum, ne quis velit perdere.i. prodigere & conſumere rem patriam .i. patrimonium ſuum. Cum.i.quando, deterreret.i. deterrendo dehortaretur à turpi amore meretricis, aiebat, ſis diſſimilis Sectani, qui meretricem perdite amabat, & ne.i. vt non ſequerer mœchas.i.adulteras, cum .i. quando, poſſem vt Venere conceſſa.i. voluptate meretricum à lege permiſſe. aiebar, ò fili, fama Trebon i.i.Trebonij, deprenſi .i. deprehenſi in adulterio non eſt bella, immo turpis. vbi habent ſententia Acronis & Donati, quod licitum eſt vti meretrice, ſed non licet eam amare, vtrunque autem illicitum eſſe lex docet chriſtiana. Aiebat.n.pater, ò fili, ſapiens.i.philoſophus moralis, reddet tibi cauſas, quid ſit melius vitatu.i.vt vitetur, que, pro &, quid ſit melius petitu.i.vt expectatur. Sunt autem duæ dictiones quid que. vnde non ſcribes quidque, ſatis.i.ſufficit mi.i.mihi patri tuo homini illiterato ſi poſſim ſeruare in docendo te, morem .i. conſuetudinẽ ſiue inſtitutum traditum ab antiquis.i.à maioribus noſtris, qui filios ſuos exemplis docebant & maiorum imaginibus, & ſi poſſim tueri.i conſeruare vitam & famam tuam, incolumem.i. illæſam à vitijs, dum.i.quandiu, eges .i. indiges, cuſtodis .i. pædagogi qui te cuſtodiat. Tu nabis autem ſine cortice .i. viues ſine alterius adminiculo, ſeu gubernaculo, ſimulac.i. cum primum & immediate poſtquam ætas ſup. maior durauerit.i.conſolidauerit, & firmauerit membra ſup. tua, que, pro &, animum tuũ. Sic, inquit Poeta, pater meus formabat.i.informabat, me puerũ .i. cum adhuc puer eſſem, dictis.i.monitis, & ſiue pater meus iubebat vt facerem, quid.i.aliquid ſup. boni, dicebat ſupp. tu habes auctorem, quo auctore facias hoc quod moneo. & hoc dicens, obijciebat.i. pro obiecto & exemplo dabat, vnum ex iudicibus ſelectis.i.ſeorſum ex equeſtri ordine lectis. & ſiue vetabat ſup. aliquid, aiebat ſup. an .i. nunquid addubites.i.debeas dubitare, an hoc ſit inhoneſtum factu .i. vt fiat, vel dum fit, & an ſit inutile factu .i. vt fiat, necne .i. an non, cum hic atque ille .i. vnus & alter, flagret .i. ardeat & frequens ſit malo rumore .i. infamia & opprobrio? q. d. non debes dubitare, ſed certo ſcire, q hoc ſit inhoneſtum & inutile, propter q plures incurrunt infamiam. Addit Poëta, vt .i. quemadmodum, funus vicinum .i. mors vicini, exanimat .i. ſine animo facit, & terret, ægros.i.ægrotantes, auidos.i.cupidos vitæ, que, pro &, cogit parcere ſibi, ſeruando diætam, & acquieſcendo conſilio medicorum, & non faciendo quæ ſibi mortem inferre poſſent, ſic opprobria .i. infamia, & diffamatio, aliena, abſterrent ſæpe teneros, imbecilles, & iuueniles animos à vitijs, vel ſm ſ Acronem, vt fumus vicinum exanimat auidos.i.auaros, ægros .i. ægrotantes & cogit parcere ſibi.i.largius viuere, & Genium ſuũ non defraudare, ſic opprobria &c. Ego, inquit Poëta ſup. ſum ex hoc.i.ex inſtitutione paterna, ſanus.i.mundus, & immunis ab illis ſup. vitijs, quęcunque ferunt.i.afferunt, perniciem.l.nociuam, & ſi noſtro more dicam mortalem culpam, ego autem teneor mediocribus vitijs, & talibus ſup. quia .i. quibus, ignoſcas.i.quilibet tenetur facile ignoſcere, & veniam dare, vnde & venialia noſtris dicuntur. Et fortaſſis longa ætas abſtulerit .i. dempſerit,

istinc.i.ab istis mediocribus vitijs largiter.i.abunde, & amicus liber.i.corrector amicus audacter eorripiens, & proprium consilium. Neque pro & non, etenim cum lectulus, in quo cubo, aut porticus, in qua otiosus deambulo, excepit me .i. cum sim, aut in lecto solus, aut in porticu, non desum mihi.i.saluti, & correctioni vitæ meæ. Nam agito.i.disputo mecum, compressis labris .i. tacite dicens, hoc.i.huiusmodi factum est rectius. & ego faciens hoc.i.talem rem, viuam melius, & ego occurram sic.i. taliter faciendo dulcis .i. suauis, & iucundus amicis meis quidam .s. mihi notus, fecit sup. hoc non belle .i. non pulchre, sed turpiter, nunquid ego imprudens faciam olim .i. aliquando posthac sup. facinus simile illi turpi facto? q. d. non. hæc inquam agito] mecum compressis labris, & illudo .i. sine labore, natura sic dante faciliter, & sine curiositate quasi ludendo inscribo, hæc .i. huiusmodi exempla vitiosa, vt ea fugiam chartis.i.libellis, vbi .i. quoties, qd .i.aliquid, oci.i.otij datur.i.conceditur mihi. Et hoc.s. quod vitia aliorum scribo, sicut prius dictum est iocosius, est vnum ex illis mediocribus vitijs quæ dixi me habere.s.vni vitio, si nolis concedere.i.veniam dare, multa manus .i. ampla copia poetarum veniat, & sit mihi auxilio.i.in auxilium. Nam sumus multo plures quã fortasse putes, ac pro &, nos cogemus te concedere .i. conuenire in hac turbam.i.in sententiam, & opinionem multorum poetarum, qui Satyram scribendam censuerunt, veluti .i. quemadmodum, Iudæi sup. cogunt multos ad cerimonias suas.

DOCT. interpr.

MInimo me.) Minimo prouocare, est contemptim ad certamen prouocare. Sumptum a gestu prouocantium ad pugnam minimo digito porrecto. [Fœnum habet) In hominem maledicum ac ferocem dicitur, fœnum habet in cornu. Inde translatum (vt Acroni placet) quod antiquitus bubus cornipetis fœnum pro signo in cornu appenderetur, quo sibi cauerent qui forte occurrissent. [Hic niger est) Pythagoras aiebat id, quod esset colore candido, ad boni naturam pertinere, quod atro, mali. Vnde & felicia, alba dicimus, & infames nigros. [Hic nigræ) Infamiam atramenti symbolo poetæ significant, vt hic Horatius facit. Is enim succus, cuius meminit, ille est, quem plerisque mollium piscium sepijs inesse scripsit. Arist. in lib. de par. anim. lib. iiij.

GLAR.

ERat, quod tollere velles.) Erat, inquit Acron, quod velles imitari. quod ex Porphyrione accepisse videtur. Nam & ille nonnulla esse in Lucilio dixisse videtur, quæ velis inde excerpere, & pro tuis habere. Sed ipse poeta Sat. X. contrarium sensisse videtur vbi ait de Lucilio. At dixi fluere hunc lutulentum, sæpe ferentem Plura quidem tollenda relinquendis. Et Quintilianus lib. x. eodem pacto Horatium intellexisse videtur etiam si aliter de Lucilio iudicatur. [Agedum pauca accipe contra.) Audi tu qui reprehendis Satyricos poetas, inquit Acron, non quòd Horatius multum recitet, sed quod videtur conscius peccatorum. Hæc verba non intelligo. Sed corrupta puto. [Ambulet ante noctem cum facibus) Ante noctem cum facibus, idem inquit, pro per noctem, aut ante tempus noctis, quia cæci sunt amatores, quia vtuntur facibus eo tẽpore quo non est vtendum. Hæc ille. Ante pro per etsi inusitatum est, tamen Propemodum magis placet, quam quæ sequuntur. [Sulcius acer Ambulat, & Caprius, rauci male,) Et Acron, & Porphyrion plurali numero rauci legunt. Quod etsi aliquo pacto intelligi queat, mali tamen legere, raucus male, videlicet, vt Sulcium acrem, hunc autem raucum appellarit, quod nos olim admonuit Doct. præceptor noster. Notarunt hoc etiam alij. [Nulla taberna meos habeat neque pila libellos,) Supplendum puto coniunctionem cum. Mirum vero cum nostri grammatici tam copiosi sint in supplendis verbis, cur ita dormitarint. Esto, inquit, vt tu sis similis Cœli Birriq. latronum, ego non sim similis Sulcij, aut Capri, cur igitur me tuis me? cum nulla taberna meos habeat, neque pila libellos. Hoc meum est iudicium, sequatur quisque quod ipsi videbitur. [Auidos vicinum funus, vt ægros. Exanimat) Quæ Porphyrion hoc loco adducit, placent, Acron non cõtentus ijs, sua assuitur nugamenta de auaris. Badius cupidos vitę exponit, sed sequar Porphyrionem.

ASCEN.



GRESSVM magna me excepit Aricia Roma) Luciliũ (inquit Porphyr.) hac Satyra æmulatur Horat. iter suum a Roma vsque Brundusium describens. quod & ille in iij. lib. fecit, primo à Roma Capuam vsque. & inde ad fretum Siciliense. hæc Porph. Describit ergo in hac Sat. Poe. iter quod cum Helio. rhetore Brũd. habuit, In qua descriptione non immemor Satyrici styli multas hominum ineptias, suasq. subinde vrbanissime notat, vt in explanatione patebit. Ordo itaq. est, Aricia ciuitas illa distans ab vrbe decem millia passuum excepit, modico hospitio me egressum magna Roma. Antitheton: magna & modico. Helio. rhetor doctissimus linguæ Græcorum, erat comes .i. simul missus, & meũ iter faciens. inde.i.deinde, Forum Appi i. Appij, differtũ .i. in diuersis partibus plenum, nautis atque cauponibus malignis excepit sup. me. aduerte aũt quod Acron distinxit, vt tribus gñibus hominum Forum illum plenum intelligatur, nautis cauponibus, atque malignis, sup. hominibus. Veruntñ, quia in j. Satyra caupones .i. vini venditores, malignos significauit dicens, Perfidus hic campo, potest malignis epitheton esse de cauponibus.

ARGVMENTVM.

*Imitatur Lucilium, qui à Roma ad fretum Siculum, ipse vero iter suum Brundusium vsque describit, & comites suos.*

SATYRA V.



EGRESSVM magna, me excepit Aricia Roma  
Hospitio modico: rhetor comes Heliodorus  
Græcorum longe doctissimus: inde Forum Appi  
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.  
Hoc iter ignaui diuisimus, altius ac nos  
Præcinctis vnum. minus est grauis Appia tardis.  
Hic ego, propter aquam, quòd erat deterrima, ventri  
Indico bellum, cœnanteis haud animo æquo  
Expectans comites. iam nox inducere terris  
Vmbras, & cœlo diffundere signa parabat.  
Tum pueri nautis, pueris conuicia nautæ  
Ingerere. huc appelle. trecentos inseris: ohe  
Iam satis est. dum æs exigitur: dum mula ligatur:  
Tota abit hora. mali culices, ranæq. palustres  
Auertunt somnos. absentem cantat amicam  
Multa prolutus vappa nauta, atque viator  
Certatim. tandem fessus dormire viator  
Incipit: ac missæ pastum retinacula mulæ  
Nauta piger saxo religat: stertitq. supinus.  
Iamq. dies aderat: cum nil procedere lyntrem  
Sentimus: donec cerebrosus prosilit vnus:

Nos ignaui .i. non operosi, & diligentes ad laborem, & inter faciendum, diuisimus, id est duobus diebus fecimus hoc iter, à Roma .s. vsque ad forum Appij, quod est vnum .i. vnius diei iter, præcinctis .i. expeditis, & instructis ad iter altius ac, id est quam nos, scilicet eramus. via Appia est minus grauis, id est molesta tardis, quia multa habitacula, seu diuersoria continet, in quibus refici & requiescere possunt. Ego indico .i. proclamo ventri meo, bellum, id est ieiunium, & abstinentiam ei famelico denuncio hic, id est in foro Appij, quòd, id est ideo quòd, aqua erat teterrima.i. pessima, & insipidissima, expectans haud, id est non, æquo, id est patienti, sed iniquo, & impatienti animo comites meos cœnantis .i. qui cœnabant, quamuis aqua erat mala. Est autem accusatiui casus cœnãtis. Nox parabat, id est cœpit, iam .i. paullo post, inducere terris, id est in terra spargere vmbras, & diffundere, id est diffuse ostendere cœlo, id est in cœlo, vel per cœlum, signa cœlestia quæ sunt in Zodiaco. Pueri, id est ministri ad occupanda loca à dominis suis missi, sup. ple parabant ingerere nautis cõuitia & nautæ pueris. dicebant autem pueri ad directorem nauis. appelle sup. nauem, huc, id est ad nos inferis, id est nunquid im

Ac mulæ, nautæq́. caput, lumbosq́. saligno
Fuste dolat. quarta vix demum exponimur hora.
Ora, manusq́. tua lauimus Feronia lympha.
Millia tum pransi tria repsimus: atque subimus
Impositum saxis late candentibus Anxur.
Huc venturus erat Mœcenas optimus, atque
Cocceius, missi magnis de rebus vterque
Legati, auersos soliti componere amicos.
Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere. interea Mœcenas aduenit, atque
Cocceius, Capitoq́. simul Fonteius, ad vnguem
Factus homo, Antoni, non vt magis alter, amicus.
Fundos Aufidio Lusco prætore libenter
Linquimus, insani ridentes præmia scribæ,
Prætextam, & latum clauum, prunæq́. batillum.
In Mamurrarum lassi deinde vrbe manemus,
Murena præbente domum, Capitone culinam.
Postera lux oritur multo gratissima: nanque
Plotius, & Varius Sinuessæ, Virgiliusq́.
Occurrunt: animæ, quales neque candidiores
Terra tulit: neque quis me sit deuinctior alter.
O qui complexus, & gaudia quanta fuerunt.
Nil ego contulerim iucundo sanus amico.
Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit: & parochi quæ debent, ligna, salemq́.
Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.
Lusum it Mœcenas: dormitum ego, Virgiliusq́.
Nanque pila lippis inimicum, & ludere crudis.

immittis in eam paruam nauim trecentos sup. homines? Ohe, quod fastidientis est vox, iam satis est sup. hominum in naui, interea autem dum æs .i. naulum, pretium, portorium exigitur p nautas ab intrantibus dum mula ligatur ad trahendum nauiculam, tota hora, id est magna pars noctis abit, culices .i. minutæ muscæ, quæ in Italia plurimæ circa paludes sunt mali .i. nociuæ, & infestæ, que, pro &, palustres, auertunt .i. à nobis vertút, & amouent somnos. Nauta prolutus .i. porro lautus .i. ampliter irrigatus, multa vappa .i. vili, & euaporato vino, qd' plurimum potauerat, cantat amicam absentem .i. canticum amatoriũ de amica absente, atque pro &, viator .i. is qui mulam direxit, certatim .i. per certamina cantans vicissim de amica sua. Sed viator fessus cœpit tandem dormire, & nauta piger, religat .i. iterum atque iterum alligat (licet alibi dissoluere significet) retinacula, id est funes quibus naues trahuntur ac retinentur, ne per fluctum retrocedere cogantur, mulæ missæ pastum .i. in pascua, religat inquam saxo .i. ad saxum, & ipse supinus .i. iacens facie ad cœlum versa stertit, vt nautæ solent dum profunde dormiunt. Et iam dies aderat, cum sentimus lintrem .i. nauiculam nil procedere, donec vnus cerebrosus .i. peruersi cerebri, & mali capitis, vel (vt quidam dicunt) modici cerebri. Nam volunt cerebrosum, inuidiosum, & pannosum per contrarium significare, cum tamen à significatione sua non descendant. Nam Cerebrosus est non vinus sed varij cerebri, & per hoc furiosus. Inuidiosus est in quem multum inuidiæ inferimus, licet ipse non inuideat. Pannosus est plenus pannis .i. diuersis particulis assutis. Nam pannus pro frusto accipitur. vt in Arte Poëtica: Vnus & alter Assuitur pannus. Est ergo pannosa res varijs frustis, particulisq́ue consuta. donec inquam vnus cerebrosius, id est iracundus, & furiosus, prosilit .i. portò è naui salit, ac dolat .i. verberat, & concauat, saligno fuste, id est ramo rapto de salice. quæ aquas amat, lumbos mulæ, & caput nautæ. Nos exponimur è naui ad terram tandem vix quarta hora post ortum Solis, cum tamen cum Sole, vel ante Solem deberent exponi, & exponebantur ad templum Feroniæ in tertio milliario à Terracina. vnde dicit, Et ò Ferronia Dea coniux Iouis Anxuris .i. imberbis, nos lauimus, id est lauamus ora .i. faciem, que pro &, manus nostras, tua lympha, id est aqua iuxta templum tuum fluente. Scies puer lauo, & primæ, & tertiæ coniugationis esse. vnde hic ponitur in tertia coniugatione lauimus, nam præsentis est temporis. in præterito enim eo quòd est dissyllabum prima produceretur. Tum .i. deinde nos pransi, repsimus .i. lente processimus tria millia, atque subimus Anxur oppidum impositum saxis candentibus .i. splendentibus late, Mœcenas optimus, supple vir, vel amicus, erat venturus huc .i. ad hoc oppidum videlicet Anxur, atque Cocceius erat venturus huc, qui duo erant missi ab Augusto Cæsare vterque de magnis rebus, quia de pace concilianda existentes legati soliti .i. consueti, componere auersos .i. inimicos amicos .i. componendo facere de aduersis, & inimicis amicos. Ego lippus .i. laborans oculis fluentibus, illinere .i. illinebam, vel cœpi illinire (& est tertiæ coniugationis hic, non quartæ) oculis meis nigra collyria, id est medicamenta, quæ oculis lippientibus adhibentur. interea Mœcenas aduenit atque Cocceius, que pro &, Fonteius Capito simul, qui tamen ab Antonio missus erat, existens homo factus ad vnguẽ, id est politus, & perfectus in nulla re notandus, intantum vt alter non sit magis amicus Antoni, pro Antonij. Fundos Aufidio Lusco prætore, continuat descriptionem itineris sui artificiose. Nam dicendo linquimus, significat se transisse Fundos. Vnde

*Cerebrosus*
*Inuidiosus*
*Pannosus*

Strabo, Sinui Caietano contiguum est Cæcubum, cui adiacet vrbs Fundi in via Appia. Tota hæc ora pcipua vina gerit, Hinc Cæcubum, Fũdanum, Setinum, Falernum, & Albanum. Nutat aũt hoc loco insulentiam ignobilis prætoris, qui cum de scriba senator factus esset, insignia senatoria insulenter ostentabat fundis vbi nõ congruebat. Scias aũt scribarum officium infimo hominum generi Romæ commissum cum apud Græcos, & etiam Hetruscos nobilissimo cuique mandetur. Nam Porsenæ scriba ob id à Scæuola occisus est, ꝙ regali pompa splendidum regem esse credebat. Est autem is scriba, quem cancellarium dicunt licet largius accipi soleat, & pro legisperitis, & pro scriptoribus. Præterea autem regum Hetruscorum vestis ad Romanos magistratus trãslata est, & est purpurea præcipue pectus ambiens. Latusclauus autem insigne senatorum est. Batillum autem vasculum dicit, in quo carbones incensi essent, quibus ferrũ ad inurendas notas reis candebat. Parochi, à præbendo dicti. vnde & parochiæ. quæ victum præbent curato, Salem autem pro condimento etiam masculino genere dices puer, sicut & docti omnes, licet Afranius antiquissimus. Salmerum dixerit. Lippis & crudis .i. Horat. & Virg. Nam ferunt Mœcenatem cum inter Horatium, & Virgilium clarissimos poëtas cogitabundus, & tristior sederet, ab altero eorum interrogatum. Vbi nam esset. vrbane respondisse, Inter lacrymas, & suspiria. Lippi enim oculi quales Horat. habuit lacrymas, & crudus stomachus, vt Virgilij, suspiria emittit. Ordo est, Nos linquimus, id est pertransimus facto prandio, libenter Fundos .i. ciuitatem Fundanam, & hoc Aufidio Lusco prætore .i. quia Aufidus Luscus ibi prætor fuit, & non potuimus ferre ineptitudinem eius. nos libenter linquimus Fundos ridentes præmia .i. insignia præturæ, scribæ .i. qui prius scriba fuerat, videlicet prætextam .i. vestem regalem nobilibus pueris, & post etiam senatoribus ad ornatum pectoris concessam, & latumclauum .i. vestem senatoriam, quam lata fascia ambiebat, & batillum .i. vasculum, prunæ .i. carbonum, quibus nota infamiæ candente ferro inurebantur reis. Deinde nos lassi .i. fessi, manemus in vrbe Mamurrarum .i. illorum nobilium, qui è Formijs oriundi erant, hoc est igitur Formijs manemus illa nocte, Muræna præbente domum, id est lectum, & hospitium, & Capitone culinam, id est coquinam, hoc est victum. Postera lux, id est sequens dies oritur multo gratissima. Nanque Plotius, & Varius poëta (nã Varus vir bellicus fuit) & Virg. doctissimus poëtarum, occurrunt nobis Sinuessæ, id est apud Sinuessam, existentes animæ, quales neque candidiores .i. pulchriores, & ab inuidia puriores terra tulit, id est produxit, vel portauit, neque quies .i. quibus alter deuinctior, id est obligatior, me, id est quàm ego, Est autem honesta locutio, Sum tibi deuinctus, id est amicitiæ vinculo obligatus. O qui, id est quales, quàm iocundi complexus, & quanta gaudia fuerunt nobis? ego sanus, id est quam diu habeam sanam mentem, nil pro non & aliquid, non contulerim, id est velim conferre, seu comparare aliquid iucundo amico? quasi dicat nihil mihi charius, aut iucundius esse potest, quàm amicus, villula, id est parua villa, quæ est proxima Campano Ponti, præbuit nobis tectum, id est hospitium, & Parochi, id est præbitores qui ad hoc in vijs publicis constituti erant, vt missis à senatu ligna, & salem darent. Nam cetera ipsi secum ferebant. Parochi ergo supp. præbuerant ea quæ debent præbere, videlicet ligna, & salem. Hinc .i. ab hoc loco digressi, muli qui sarcinulas portabant, ponunt, id est deponunt, tempore, pro tempori, id est tempestiue, & (vt dicunt) de bona hora, clitellas, id est sel-

las rudes super quas sarcinas portant, quas deponunt vbi hospitandum est. Aduerte aũt puer nomine tertię declinationis pro aduerbijs in tempore, aut in loco posita in i latine proferri, non in e, nisi poetice, de loco autem in e. De aduerbijs in tempore exempla sunt, luci, vesperi, tempori. De aduerbijs in loco, Carthagini, Auinioni, &c. In qua re imperiti plurimi falluntur, dicẽtes, Natus est Carthagine pro Carthagini. Recte autem dicitur, Veni in tempore, quia nomen est. sed sine pręposítione dixeris veni tempori. Si auctoritatem quęris, habes hic Acronem, & Seruium super iiij. Æneid. in verbis Aulide, & Carthagine. muli ergo deponunt onera, & sellas suas tempore.i. cum adhuc multum temporis diei super esset. vnde Mœcenas it .i. vadit, lusum pila, & ego, & Virgilius imus sup. dormitum Nam ludere pila est inimicum .i. molestum, & noctuum lippis, vt mihi, inquit Horatius, & crudis, vt Virgilio. Scies etiam multas locutiones quibus vulgares vtuntur, apud Latinos non esse, vt pilare, globare, aleare &c. Nam latini dicunt ludere, pila, globo, disco, alea &c. Non magnopere autem curo siue Virgilius, siue Vergilius scribatur. Nam nonnulli vetustatis indagatores Virgilius, alij Vergilius scribendum censet.

Hinc nos Cocceij recipit plenissima villa:
Quæ super est Caudi cauponas. nunc mihi paucis
Sarmenti scurræ, pugnam, Messiq. Cicerri
Musa velim memores: & quo patre natus vterque
Contulerit lites. Messi clarum genus Osci:
Sarmenti domina extat. ab his maioribus orti
Ad pugnam venere. prior Sarmentus, equi te
Esse feri similem dico. ridemus: & ipse
Messius, accipio: caput & mouet. ò tua cornu
Ni foret exectô frons, inquit: quid faceres? cum
Sic mutilus minitaris? at illi fœda cicatrix
Setosam leui frontem turpauerat oris.
Campanum* in morbum, in faciem permulta iocatus,
Pastorem saltaret vti Cyclopa rogabat:
Nil illi larua, aut tragicis esse cothurnis.
Multa Cicerrus ad hæc: donasset iam ne catenam
Ex voto laribus, quærebat. scriba quod esset:
Deterius nihilo dominæ ius esse. rogabat
Denique, cur nunquam fugisset: cui satis vna
Farris libra foret, gracili sic, tamq. pusillo.
Prorsus iucunde cœnam produximus illam.
Tendimus hinc recta Beneuentũ: vbi sedulus hospes
Pene macros arsit, dum turdos versat in igne:
Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam
Vulcano, * summum properabat lambere tectum.
Conuiuas auidos cœnam, seruosq. timenteis
Tum rapere, atque omneis restinguere velle videres

ASCEN. Hinc nos Cocceij &c.) Pergit in descriptione itineris sui Poëta, multa vrbanitate ineptitudinem carpens scurrarum, & variam mortalium vitam figurans. Quo circa licet pleraque ab Acrone satis argute explanata sint, tamen vt imperitiores quoque accipiant, clarioribus repetemus. Potest autem primorum verborum duplex esse sensus. Nam Porph dicit ꝙ Poëta indicat se Capua profectũ in Coccei Neruæ villa mansisse, quæ est supra tabernas Caudij oppidi, & s̃m hunc sensum legendum est, Hinc nos Coccei recipit plenissima villa, quasi postridie eius diei ad villã Coccei venissent. Alij legunt hic .i. Capuæ, sed melior est lectio si hinc legatur. Alius sensus est, Nunc accepti sumus hospitio in villa Coccei, quæ villa cum sit plenissima, superest .i. excedit, cauponas Caudi .i. melius ibi accepti fuimus in villa, quam fuissemus in cauponis oppidi. Vbi hæc etia vocabula notanda sunt. Hospitium enim est vbi amici recipiuntur. Caupona vbi pro precio. & villa domus in agro. Quod autem Musam inuocat, ignari (vt inquit Acron) reprehendunt, propterea quòd in de Arte Poetica dicitur, Nec Deus intersit nisi dignus vindice nodus Inciderit, hoc est ꝙ poëtę non debent facere inuocationem Dei, quoties humano ingenio nodus.i. difficultas possit dissolui. veruntamen (vt Acr. docet) oratorie hic poëta inuocat, & non sine multa vrbanitate. Nam iucundissimum est in re ridicula grauitate verboꝝ interdum uti. Vnde & Iuue de magnitudine rhõbi locuturus ait Satyra iiij. incipe Calliope, licet hic considere, non est cantandum, res vera agitur, narrate puellę Pierides &c. Messi clarum genus Osci, Porphyrio intelligit vt sit, osci sunt clarum genus Messij & est ironia, quia Campani ignobiles sunt. Equi feri similem ideo dixit, ꝙ toruam, & setosam frontem haberet, vt equus ferus. Campanum in morbum, Porphyrio. Campani qui Osci dicebantur ore immundi habiti sunt. vnde & Oscos dictos putant quasi obscœnos. hęc ille. Quod autem Messius dixit, accipio, varie intelligitur. Nam accipio prętermissa significatione qua significat ad cœnam accipire aliquando significat intelligere, aut intellectum rei accipere, sicut dare, dicere, aut intellectum rei dare. unde potest esse accipio .i. intelligo quid uis dicere, uel melius translatum dicas à gladiatore, qui se vulneratum sentiẽs dicit, accipio, sup. uulnus istud, relaturus aliud in te. unde minabundus secum dicit Pastorem Cyclopa, Polyphemum intelligit. De quo in iij. Æneid. satis ampla fit mentio. vt vero ex Odyssea Hom. trahitur, Cyclopes Sicilia immanissimi corporis homines fuerunt, & vnum tantum oculum in fronte habebant. vt dicit Virg. Argolici clypei aut Phœbææ lampadis instar, hoc est ad magnitudinem clypei Græcorum, aut globi Solaris, non quantus est, sed quantus videtur nobis, Cum vero Vlysses vagabundus per tempestatem ad eam regionem appulsus esset, vnus cyclopum Polyphemus nomine oues suas pascens, descendentem Vlyssem cum socijs captiuos in speluncam duxit & cum duos ex socijs deuorasset, Vlysses dormienti fuste ficulneo oculum illum trãsfixit. Nam aliter, qm̃ ad hostium antri iacebat, exire nõ potuisset cũ socijs. Neque vero satis fuisset occæcasse, nisi noua solertia exitum inuenisset. nam hostium antri occlusurus pecudes singulas exire fecit, palpans eorum dorsa. quod videns Vlysses innuit vt sub ventre arietum irriperent, sicut & ipse fecit, vnde saluus euasit cum comitibus suis. Polyphemus ergo toruã cicatricẽ euulsi oculi in fronte habebat, sicut & Messius. vnde poterat saltare Cyclopem.i. saltando exprimere personam Cyclopis, hoc est Polyphemi, sine larua .i. facie adulterina ex cortice, aut corio, aut chartis compacta & sine tragicis cothurnis .i. altis calceamẽtis, eo ꝙ magnus esset. Multa Cicerrus ad hæc, Cicirrus (aut Cicerrus) Messius Sarmento seruiturem obijciebat. vnde quærit an cathenam, qua vi seruus constringi solebat Laribus donasset. Vbi scies ꝙ qui aliquo munere. aut statu persuncti erant, solebant insignia, & arma illius Deo dicare, vt pueri exeuntes pueritiam Laribus bullam, & puellæ Veneri puppas bellatores Herculi arma ad postem figebant. vnde petulanter interrogat an ne cathenam suam laribus donasset tanquam manumissus, & infert ꝙ quamuis esset scriba .i. permissu dominæ fungeretur officio scribæ, tamen domina propterea non perdiderat ius suum. Præterea Romani multos annos farre vixerant, & pulte, vnde seruorum cibos permansisse diu verosimile est. Dabantur autem ipsis seruis singulis mensibus terni modij farris, aut frumenti, quod dimensum dicebatur, & eo debebant esse contenti, non enim plus pro victu accipiebant. Quod si parcius uiuerent, id illis ad peculium .i. propriam possessionem accedebat, vt satis ostendit Dauus Terentianus de Geta seruo, ita in prima scena Phormionis loquens, Quod ille vnciatim vix de dimenso suo suum defraudans Genium comparsit miser, id illa vniuersum arripiet, haud existimans quanto labore sit partum &c. Quia vero edacibus seruis nimis exigua fuerat mensura, nonnulli fame coacti aufugerunt. Sarmentus autem, secundùm Acronem interpretationem, exili & gracili corpore fuit, ita ꝙ libra farris contentus esse posset. Vnde percunctatur Messius, quare aliquando fugisset, cum nullam fugæ causam videretur habere. Turpissimum autem erat in seruo fugisse. Nam in eius contumeliam furcam in vellibus portabat, in signum quòd eam aliquando meruisset, vnde & furcifer dicebatur. Sunt autem qui non minus conuenienter interpretantur, dicentes Sarmentum pinguem, & elatum ventrem habuisse. vnde per ironiam gracilem, & pusillum vocat Messius vicem reddens in eo, quòd se Polyphemo comparatum audisset ob magnitudinem, & frontis toruitatem. Sunt qui dicant de hoc Sarmento dictum esse illud Iuuenalis. Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus iniquas Cæsaris ad mensas, nec vilis Galba tulisset. Vnde manifestum est eum non sobrium fuisse, quando iniquas .i. minores mensas Cęsaris ferre noluisset. Erat autem seruilis scutra. Scutra autem is Scurra dicitur.

* Ob sic reponendũ putat Bõs. ut sit ob morbũ .i. loquacitatẽ & sermonis fœditatẽ quàm affirmãt illu esse peculiarem

* Et summũ, sic legit Bons.

dicitur, qui non habita ratione suæ dignitatis tam in se, quàm in alios dicacitate sua dicteria iacit, & conuitia ad risum mouendum alijs, & sibi ventrem implendum. Vrbanus autem modeste, & cũ dignitate risum, iocumq. excitat. Vbi sedulus hospes Pene macros &c. mira (inquit Porph.) energia.i.viuacitate, & actiuitate hic sensus explicitus est. Nam re uera res ipsa pingui videtur, aut coram oculis agi, non narrari tantum. Si quis autem ad allegoriam conferre velit, miram sententiæ vbertatem inueniet in eo quod sedulus hospes veterem domum pro beneficio fere amisisset, vnde fortunæ iniquitas damnari posset. sed hæc alijs relinquo. Arsit, ab ardo est præteritum. Ardeo autem varie accipitur, vt indicant versiculi. Ardet mens, ardet clypeus, domus ardet, & ignis. Hæc amat, hic splendet, hæc vritur, vrit & ille. Vnde hic quidam arsit passiue interpretatur dicens, hospes.i. domus hospitis, arsit pene.i.quasi combusta est. sed meo iudicio melius actiue caperetur. Nam ordo, & sensus est, dum hospes sedulus versat in igni macros turdos, pene arsit macros turdos, & totam domum quasi combussit. Turdus, Martiale iudice, auium delicatissima est, vnde ait, Inter aues turdus si quis me iudice certet: Inter quadrupedes gloria prima lepus. Quando autem macri sunt, lardo ardente assantur. vnde forte incendij causa. Vulcanus faber est Iouis, quo officium sine igni non fit, vnde pro igni accipitur. Qui vero dicunt sensum esse, hospes arsit.i.domus hospitis, dicunt hunc locum sumptum esse ex 2. Æn. vbi dicitur, Vulcano superante domus, iam proximus ardet Vcalegon. Accipias igitur, vt placet. Ordo est. Villa.i. domus in agro, seu (vt dicunt) possessio Cocceij, plenissima.i.abundantissima frugum, & ceterorum esculentorum, recipit nos hinc.i. à Capua supp. digressos, quæ vlla superest.i.excellit, & superat in abundantia victus, cauponas.i. domicilia, & diuerticula mercenaria, Caudi.i. Caudij oppidi, vel superest.i.superat & excedit in distantia à Capua cauponas Caudij. O Musa.i.ò Dea inuentionis poeticę, ego velim memores.i.recites, dictes nunc mihi paucis supp. carminibus, pugnam.i.contentionem animo pugnantium, Sarmenti scurræ.i. inepti, & impudẽtis histrionis, que, pro &, Messi, pro Messij Cicirrhi (aut Ciccrri) etiam scurræ, & velim etiam memores quo patre.i.quibus parentibus, & maioribus, vterque natus contulerit.i.commiserit lites. Osci.i.Campani, sup. sunt clarum.i.nobile genus, Messi.i. Messij, hoc est Messius ortus est ex Campanis, qui omnes obscœni, & ignobiles. vnde per ironiam dixit clarum genus, vel sic, Genus Messi.i.Messij, est clarum genus Osci.i. cuiusdam vilissimi hominis Osci nomine vel patria. quod potius creditur, quia dicturus est Sarmentum loqui in Campanum morbum.i. contra vitium patriæ ipsius Messij. Domina autem Sarmenti adhuc extat.i. in rerum natura adhuc est, hoc est adhuc viuit. vnde notum est illum seruum fuisse, & ita ignobilem. Extare autem est extra stare, vel permanere in statu ceteris decedentibus. vnde extare dicuntur libri nondum cum ceteris perditi, ipsi ergo ambo orti his.i.huiusmodi maioribus venere.i.venerunt, ad pugnam verbo.s.hoc est ad rixam Sarmẽtus prior sup. ait, ego dico ò Messi te esse similem equi feri.i. ferocis, & indomiti nos, inquit poeta, ridemus cum hoc diceret, & ipse Messius sup dixit, accipio.i.intelligo quid vis dicere, vel accipio ictum tuum illaturus meum, hoc est dicens mouet caput, sicut faciunt minitantes, & Sarmentus ad hoc inquit, ò quid faceres, ni.i.nisi, tua frons foret.i. esset, cornu execto.i.habens cornu exectum.i. euulsum, & quasi extrasectum. Nam post x, non ponitur s, ideo ab ex & seco fit execo, & ex & sequor, exequor, ab ex & salio, exilio, & sic de alijs. si ergo frons tua non haberet cornu exectum, quid faceres, cum tu mutilatus.i.mutilatua propter abruptum cornu, miniteris sic.i.tam ferociter? Declarat autem Poëta causam huius conuitij dicens. At fœda.i.turpis & inhonesta, cicatrix.i.signatura derelicta ex vulnere, turpauerat.i. turpem fecerat illi videlicet Messio, frontem setosam.i.setis, hoc est duris pilis plenam leui.i. sinistri oris, hoc est in sinistra parte frontis setosæ. Item Sarmentus sup. iocatus fuit, & irrisit permulta.i. abunde, in morbũ Campanum.i. fœditatem oris Campanorum, & dicacitatem eorum, vel in morbum Campanum.i. ad similitudinem morbi.i.petulantiæ, & dicacitatis Campanorum (hoc posterius mihi placet licet Bonfinis legat Campanum ob morbum) in faciem.i. figuram oris, immo totius corporis ipsius Messij, rogabat vti.i. vt saltaret.i. saltando repræsentaret, & ageret Cyclopa (accusatiuus græcus, cuius nominatiuus est hic Cyclops).i.Polyphemum, cuius magnus oculus in fronte erat ab Vlysse euulsus, pastorẽ sup. ouium, & dicebat sup. nil pro non, & in aliquo illi non est opus.i. indigentia in aliquo, larua.i.facie falsa ex corticibus facta qua faciẽ Polyphemi imitaretur, aut cothurnis.i. alto genere calceamenti, Tragicis.i.quo vtuntur Tragœdi in Tragicis ludis, vel cothurnis.i.alto genere loquendi, quo vtuntur Tragici, & Polyphemus altissima voce clamabat vbi aufugere sensit Græcos. Cicirrhus Messius respondit sup. multa ad hæc, quæ Sarmentus obiecerat, & quærebat ne pro an, ipse Sarmentus donasset.i. dicasset, iam cathenam qua quia seruus, ligari solebat, Laribus.i. Deis familiaribus, quibus à nobilibus pueris dum virilem togam sumunt, bulla dicari solebat, & asserebat sup. ius.i. potestatem, esse dominæ nihilo.i. nulla re deterius.i. minorem, & viliorem, eo quod esset scriba. Deterius venit, aut à deter inusitato vocabulo, aut à detero verbo per metaphoram significat peius, & vilius, eo quod res detritæ viles malæ sunt, & eo viliores quod deteriores.i.magis detritæ, Denique.i. tandem post cetera, rogabat.i. interrogabat, cur.i. quare, ipse vnquam fugisset, cum esset is, cui existenti tam gracili, & tam pusillo vna libra farris foret.i. esset satis, quanto magis trimodium? non ergo coactus est fame, aut inedia fugere. Hæc per ironiam potius dicta credimus. nam non verosimile esset scurram voracem gracilem, pusillumq. fuisse. Nos ergo inquit Poëta, produximus illam cœnam prorsus.i. porro versus vndequaque iucunde. Et nos tendimus.i.proficiscimur, hinc.i. ab hac villa Cocceij, Beneuentum oppidum, olim maleuentum dictum, recta supple via. Non autem moris est addere via sed recta per se plenum est. vbi.i. in quo loco hospes sedulus.i. diligens, & operosus, pene.i. quasi, arsit.i. combustus est vna cum domo sua, vel hospes.i.domus hospitis, arsit pene. sicut 2. Æn. Iam proximis ardet Vcalegon. vel sicut diximus. Vel hospes sedulus dum versat macros turdos.i. aues sic dictas in igni (melius quàm in igne dicitur) ipse pene.i. quasi, arsit, id est combussit macros turdos vna cum domo sua. Nam Vulcano.i. igni dilapso.i. disperso, per veterem culinam.i. coquinam.i. post quam ignis dispersus est, flamma vaga.i. vagabunda properabat, lambere.i. molliter contingere, summum tectum, id est culmen domus. Caue ne legas dilapsa, vel delapsa est. Nam Acron recte dilapso Vulcano legit. Ideoq. non auscultabimus Bonfini legenti, Dilapsa est flamma culinam Vulcano, & summum &c. Potius acciperem quod secundo loco dicit, vt sic legatur: Dilapsa flamma culinam Vulcano summum &c. Tu videres.i. quilibet posset videre sicut iiij. Æn. Migrantes cernas, rotaq. ex vrbe ruentes. conuiuas auidos.i. cupidos ibi, & seruos timentes ne cœna perderetur, rapere cœnam.i.coctu ram pro cœna, & videres omnis.i.omnes qui aderant, velle.i. laborare, restinguere.i.vt restinguant ignem. Omnis est accusatiui casus. Quia (vt Seru. dicit) accusatiuus pluralis tertiæ declin. recte in is, exit, quando genitiuus pluralis in ium. vt tres trium tris, Prisc. arctiores regulas ponit. Errant autem, qui nominatiuum, & vocatiuum etiam in is, exire docent, præter quàm in paucis Syrtis, Trallis, Alpis &c,

Incipit ex illo montes Apulia notos
Ostentare mihi: quos torret Atabulus: & quo
Nunquam erepsemus: nisi nos vicina Triuici
Villa recepisset lacrymoso non sine fumo,
Vdos cum folijs ramos vrente camino,
Hic ego mendacem stultissimus vsque puellam
Ad mediam noctem expecto. somnus tamen aufert
Intentum Veneri, tum immundo somnia visu
Nocturnam vestem maculant, ventremq. supinum.

ASCEN. INcipit ex illo) Describit iter suum vsque ad terminum.i. Brundusium, quo missus erat, quòd autem montes Apuliæ notos sibi dicit, hoc est, quòd Venusinum oppidum est inter Lucaniam, & Apuliam, vt alibi dicet, ipse autem Venusinus erat. Lucanus an Appulus anceps. vbi pu. corripitur. Atabulus dicitur, quia τὴν ἄτην βάλλει.i.pestem & nocumentum inijcit. A forti Diomede, qui bello Troiano finito in Italiam profectus Arpos, & Canusium condidit. Batum autem, Gnatia, & Rudia Pediculorum.i. eius nominis populorum oppida sunt. Dum flamma sine, anastrophe est.i. transuersio, seu postpositio præpositionis. Nam ordo est. Dum cupit persuadere thura liquescere sine flamma. vnde puto deprauatum esse Acronem vbi di-

Quattuor hinc rapimur, viginti & millia, rhedis,
Mansuri oppidulo, * quod versu dicere non est:
Signis perfacile est. venit vilissima rerum
Hic aqua: sed panis longe pulcherrimus: vltro
Callidus vt soleat humeris portare viator:
Nam Canusi lapidosus, aquæ non ditior vrna,
Qui locus à forti Diomede est conditus olim.
Flentibus hinc Varius discedit mœstus amicis.
Inde * Rubos fessi peruenimus: vtpote longum
Carpentes iter, & factum corruptius imbri.
Postera tempestas melior: via peior, adusque
Bari mœnia piscosi. dehinc Gnatia lymphis
Iratis extructa dedit risusq́, iocosq.:
Dum flamma sine, tura liquescere limine sacro
Persuadere cupit. credat Iudæus apella:
Non ego. nanque deos didici securum agere æuum:
Nec si quid miri faciat natura. deos id
Tristeis ex alto cœli dimittere tecto.
Brundisium longe fini chartæq., viæq..

* equotutium vocat oppidum

cir flammas sine thure consumi, pro eo quod est thura sine flamma consumi. Nanque deos didici, ab Epicuro s. qui docuit deos non curare mortalia facta, quæ si curare vellent, sollicitudine vrgente, beati esse non possent, sed tristes, quæ ratio quam friuola sit, neminem christianorum latet. Iactabat tamen se Epicurus mortalium genus duobus magnis malis leuasse, videlicet religione præsentium, & metu futurorum. dixit enim deos non curare mortalia, vnde frustra colantur, & post mortem aliam nó esse vitam, vnde frustra metueremus inferna. sed hæc sacrilega sunt. vnde Poeta noster alibi longe aliter sentit. immo errorem reuocat primo Carminum ita dicens Ode xxxiiij. Parcus Deorum cultor, & infrequens Insanientis dum sapientiæ Consultus erro. vbi sapientiam Epicureorum insanientem vocat, & erroneam. Est autem poëtarum varias sequi opiniones. congruit autem huic loco postquam Epicurice pollutionem fassus est, se Epicureum ostendere. cui sectæ voluptuosa vita, & lubrica pudori non fuit. Ordo est Apulia, pars illa Italiæ, incipit ex illo.i. postquam illinc profecti sumus, ostentare mihi montes notos .i. quos cum vicini patriæ meæ essent bene noram, dicit Poëta. quos montes Atabulus ventus ille pestifer torret, id est vrit, & exiccat, & quos nunquam pro non, & vnquam, nos non erepsemus, pro erepsissemus per syncopam, id est rependo, & tarde procedendo exiuissemus, sed illic defatigati occubuissemus, nisi villa, id est suburbium Triuici illius oppiduli, ad quod vehicula iuncta accedere nequeunt, recepisset nos, non sine, id est cum fumo lacrymoso, id est lacrymas prouocante, & hoc dico camino, id est igni, vrente .i. comburente, ramos vdos, id est humidos, & virides humorem intrinsecus habentes, cum folijs, id est frondibus. Caminus non est fumarium, per quod fumus exit, sed ignis ipse. Focus autem non est ignis, sed locus vbi ignis fit, à fouendo dictus. ego, inquit Poëta stultissimus, expecto, id est expectaui, hic, id est in hac villa, puellam mendacem, quia non tenuit promissum, vsque ad mediam noctem. somnus aufert tamen, id est tandem & sic sæpe capitur, & ita non vacat, Veneri, id est libidini meæ, incentum, id est conatum suum, vel id ad quod intendebat. Acron autem exponit sic, Somnus aufert me intentum Veneri. & sic est participium, cum, id est præterea vel insuper, somnia, id est insomnia, vel phantasmata, maculant, id est polluunt, immundo visu, id est propter immundum visum, quo videbar mihi puellam complecti, vestem nocturnam, qua noctu vtebar, que pro &, ventrem supinum, id est ad est ad superos, hoc est cœlestes versum. Quædam exemplaria habent ventremq́. superbum, id est elatum, vel vino spumantem, & extenem. credo tamen supinum potius legendum. vult autem dicere se pollutum esse, quod, cum Epicureus esset haud turpe duxit. Landinus tamen vult ꝙ sub nomine suo alium notet. quod verosimile non est. Nec tamen ob id se ita reprehendit. vt auctoritatem minuat, quia inter leuia, seu mediocria vitia computandum putauit. vnde se stultum fuisse fatetur, ꝙ puellæ crederet. Nos rapimus, id est celeriter rapti transimus rhedis, id est vehiculis, hinc, id est ab hac villa, quatuor & viginti millia, supple passuum. Ornate autem dixit quatuor, & viginti. Nam (vt Valla annotauit) quando inter partes numeri ponitur coniunctio, tunc vltra viginti, & circa centum, hoc est intra viginti, & centum, præponemus minorem numerum. sed ante viginti, & post centum, & vbi sine coniunctione. econtrario fiet. Dices ergo decem, & quatuor, centum & quatuor, non tamen uiginti, & quatuor, sed quatuor, & viginti. vel omissa coniunctione viginti quatuor. & sic de consimilibus. Nos ergo rapimur rhedis supple per quatuor, & viginti millia passuum, mansuri, id est vt maneamus, oppidulo, id est in paruo oppido, quod non est supple concessum dicere versu, hexametro. s. hoc autem oppidum secundù n Acr. dicitur Equoturium. secundùm Porph Equuntutium secundùm Landinum Entractitium, si codices mendosi non sunt. Non est autem dicere .i. non licet dicere vel non est in potestate mea dicere. sicut hic, non est soluendo dicimus de eo qui soluere non potest, ideo autem non est dicere versu hexametro, quia cum syllaba breuis inter duas lógas ponitur, non est dictio apta metro hexametro, perfacile .i. valde facile, est sup. dicere, signis .i. per signa. aqua quæ est vilissima rerum .i. res vilissima, hoc est minimo vendi solet, venit .i. venditur, hic .i. hoc in loco. Scies puer vile dici quicquid facili pretio emitur, vt vilis est panis, vbi non care emitur. vnde male accipiunt qui putant rem vilem esse contemptibilem, & sordidam. veneo autem est venum eo .i. vendor. & producit tam in præsenti, q̃ in præterito primam syllabam. venio aút .i. aliquorsum eo, habet in præsenti, & in eius temporibus primam breuem, in ceteris lógam.

* Rubos oppidum ... (margin note partly cut off)

Aqua ergo quæ est vilissima rerum, quia duo elementa communia sunt, aqua & aër, & maxima solet in plerisque locis esse aquarum copia, illic tñ cum sit terra sicca (vt apud Persium: Sitiat canis Appula quantum) aqua venit .i. venditur. sed panis est ibi longe pulcherrimus. intantum vt viator callidus, id est prouidus & in eo itinere sic exercitatus, vt callum in pedibus habeat, soleat portare panem illum humeris suis vltra .i. ad vlteriora loca. Nã panis est, sup. Canusi .i. Canusij, vel apud Canusium lapidosus .i. durus non ditior, id est non carior vrna aquæ .i. q̃ vendatur vrna aquæ apud Equuntium, & ita panis Equotutij commutatur cum aqua Canusina. vel sic, panis Canusi lapidosus est, & vrna aquæ non est ditior .i. melior quia vtrunque ibi malum est. sed prior sententia magis placet. Qui locus .i. Canusinus, est olim conditus a forti Diomede. qui etiam cú Æneam duellum inijt, cuius coxam lapide percussit, quantum, inquit Homerus, duo homines robustissimi ætate mea tollere non possent. Vnde certum est fortem fuisse. Varius Poëta, & amicus noster: discedit .i. digreditur a nobis hic .i. hoc loco existens mœstus, & amicis flentibus propter discessum eius. Nos peruenimus inde, id est ex illo loco, Rubos .i. ad illud oppidum existentes fessi, vtpote carpentes .i. qui carpsimus, longum iter .i. viam longam hoc loco, & factum corruptius, id est molestius, & difficilius, imbri, id est per pluuiam. Postera tempestas .i. aura sequentis diei, erat melior .i. non pluebat. sed via erat peior, quia iam mollificata præcedenti pluuia, vsque ad mœnia Bari: oppidi piscosi, vbi multæ sunt paludes, & multa stagna in quibus copia est piscium, & ita via lutosa dum pluit. dehinc .i. de hoc loco, Gnatia ciuitas Pediculorum .i. illorum populorum, inter quorum ciuitates est extructa, lymphis .i. aquis existentibus iratis, quia nolunt ibi esse, dedit nobis risus, & iocos, dum cupit persuadere .i. efficere vt credamus, thura liquescere .i. liquefieri, in sacro limine .i. altari vel introitu templi. quam rem, dicit Poëta credat Iudæus appella .i. circuncisus, & sine pelle .i. præputio. ab á priuatiua particula, & pelle. Credebantur, autem Iudæi à Romanis esse superstitiosi, vt in actibus Apostolorum satis constat, eo ꝙ multa miracula a Deo inuisibili facta asserebant, quæ Romani historiographi non credentes inuertebant, hoc est praue recitabant. ut apud Iustinum in exitu Israel de Ægypto, ferè omnia miracula deprauata legas, dicentem non per maris Rubri diuisionem Ægyptios esse submersos, sed per nimiam pluuiam impeditos ne fugientes persequerentur. Credat ergo, inquit Poëta: Iudæus hoc, non ego. Nanque pro quia, ego didici in scholis Epicureorum, Deos agere æuum .i. perpetuam uitam securum, id est seorsum a cura .i. non curando res inferiores. Nec pro & non, & didici supple si natura faciat quid, id est aliquid, miri .i. mirandi, uel aliquod miraculum, Deos tristes, id est sollicitos, non demittere, id est deorsum mittere id, hoc est illud mirum, seu miraculum ex alto tecto Cœli. Brundusium autem fuit finis .i. terminus, longæ viæ, & longæ chartæ, in qua scribebam iter meum.

FOnteius Ad unguem) Ad unguem, eundem habet sensum quê, adamussim, examussim, examussatim, emussatim, pro insumpco, quod est, exquisita diligentia. A marmorarijs sumpta

pta metaphora, qui superinducto vngui, commissuras explorant marmorum. [Nil ego contul.) Alludit ad Græcorum Prouerb. ἀναγκαιότερος, πυρὸς, καὶ ὕδατος, ὁ φίλος. i. amicus magis necessarius q̃ ignis, & aqua. Et est hyperbole prouerbialis admonens neminem tam diuitem, aut potentē, quin opus habeat amicorum officijs.

GLAR. HVc appelle, trecentos inferis) Verba sunt nautæ, inquit Porph. irascentis, cum plures naui imponantur quam pepigerat .i. pactus erat. Alija videntur hæc puerorum verba ad nautam nimis cupidum multos accipere, quod etiamnum hodie in consuetudine habent quanquam in conducta naui fortassis habebit locus Porphyrionis expositio. [Ac missæ pastum retinacula mulæ Nauta) Synthesis est, præterea mulæ gignendi ne, an dandi casus sit, per ambiguum. Porphyrion vero ait, Postquam obdormierunt viatores ducit nauta mulam disiunctam pastum, ac nauis retinacula ad saxum ligat. Hæc ille. Ex quibus verbis per syllepsim accipimus viatores eos, qui naui vehebātur. [Prætextam, & latum clauum, prunæq. batillum) Acron nihil hic notat, quàm prætextam purpuream exponēs quæ in pectore extenditur senatorum, quæ verba corrupta puto, & mutila. Porph. clarius hæc exposuit, Luscum poëtæ risui fuisse, quod magnipenderet indutum se esse lato clauo ac prætexta, & de balneis publicis prunas sibi domum à medialtinis afferri Landinus per Batillum vasculum intellexit, prunas autem intelligi quibus ferrum candescat ad inurendam reis notam. Hæc ille mihi confixisse videtur, & secutus tamen est eum Badius. At Batillū ex Plinij lib. xxxiij. cap. viij. apparet ferreum esse instrumentum palæ similitudine, quo primæ præbentur. Nam vbi de duabus argenti differentijs incipit, Batilis, inquit, ferreis candentibus ramento imposito, quod candidum permaneat Probatur. Hæc Plinij verba belle cum Porphyrione conueniunt. Fieri autem potest, vt Landinus Catillum legerit, vt quidam alij. [Quæ superest Caudi Caponas) Obscurius est sermo, Porphyrion autem a Capua, inquit, profectus in Coccei Neruæ villa mansisse se indicat, quæ est supra tabernas Caudij oppidi. Hæc ille. Quæ verba, si recte intelligo, innuunt non fuisse Caudij poëtam, & comites, sed supra Caudium, extra viam in Coccei villa poeta tamen more suo cauponas eius oppidi taxat, apud quas alias diuertit. Nam Venusiam hæc etiam ducebat via. Quod autem alij superest exponunt .i. excedit, quasi qui in Coccei villa melius accepti fuerint quam in Caudinis cauponis, frigidum mihi videtur. [Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus.) Ordo est. Permulta iocatus in Campanum morbum, in faciem. Non igitur locum habet, quod noster annotator, in, mutat in ob, satis impudenter vt cetera solet. Quis autem sit ille morbus, cōmentatores non satis luculenter explicant, oris videlicet fœditatem, aut arrogantiam, vt Acron. Ego propemodum adducor talem quēdam fuisse morbum, qualem hodie Neapolitanum vocant, ex eadem regione in has nationes nostra ætate à militibus non sine clade multorum hominum allatum, qui faciem, corpusq. miserrimis cicatricibus detur pare solet, Quem ego non minus nociuum, q̃ lepram puto, multiq. boni viri in ea sunt opinione. Porphyrion vero putat ore immūdo fuisse Campanos, atque inde videri quibusdam Oscos dictos, quasi obscœnos, quam opinionem ridet Fest. Pompeius. Porro Oscos vltra Circæos in Campania habitasse, auct. est Plin. lib. iij. cap. v. [Rogabat Denique cur nunquam fugisset.) Nunquam legendum puto, non, Vnquam. Est autem manifesta ironia, & sermo perquam obscurus, innuit enim neque cū libra farris contentum, neque gracilem, neque pusillum, ideoq. sæpe fugisse, & libram farris contemptim dixit pro demēso, cum Demensum quaternos contineret modios, vt auctor est Donatus in primam Porphyrionis scenam. [Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam) Dilapso legit Acron, vt sit adiectiuum à Vulcano, quod placet. Noster bellus annotator rursus hic ausus est adijcere verbum, est: præterea ad finem versus cōiunctionem, &, legit .n. dilapsa est flamma culinam, & Vulcano summum properabat lambere tectum. Vbique deest illi aliquid, vbique hiat sententiæ iunctura. Sed hic nostræ ætatis emergendi modus est p̃ summam optimorum auctorum iniuriam. [Conuiuas auidos cœnam, seruosq. timenteis.) Et hic locus obscuritatē habet ob ambiguitatem participij timenteis, sit ne seruorum an conuiuarum epitheton. Deinde qui rapere cœnam, qui extinguere velle intelligantur, cum dicit, omneis videtes, qui timeant, & qui timeantur, & quid timeant Commentatores fere silent, nec ego coniecturas meas vbique afferre possum. [Nā Canusi lapidosus, aquæ non ditior vrna.) Equunutium Canusio prefert. Nam in Equūtutio ait bonum esse panem, Canusij lapidosum, & qui non vrna aquæ ditior, significans æque Canusij malam esse aquam atque Equunturij. Quanquam illud ditior, quid referat panem ne an locum, ambiguum est. De loco, & si videtur durum, non est tamen omnino absurdum, quippe quod verbum proximo sequitur versu. [Inde Rubos fessi.) In Rubos, habeant aliqui libri, sed errant. Seruius lib. j. Georg. ad illud Virgili. Nunc facilis rubea texatur fiscina virga. Exponit, quæ circa Rubos Italiæ abundat, plurimaq. nascatur, Allegatq. hunc locum Hor. Mancin. de sanguineo virgulto intelligi posse putat. Quare Seruius ad hoc oppidum deducat adiectiui appellationem equidem mirabar, forte q̃ rubeus, a, um, non sit vox Latina, nisi a rubis, quanquam rubra etiam in Virg. legi possit. Sed iudicent hoc, doctiores. Rubos autem Italiæ oppidum omnes habent, quod nemo opinor ignorat, Landinus Campaniæ ait. Ego Apuliæ puto, inter Canusium, & Barium, nota etiam apud Ptolemæum nomina maxime vero ex hoc itinere.

## ARGVMENTVM.

*Veram nobilitatem non generis, & stemmatum antiquitate, aut quauis alia re, sed sola virtute constare.*

## SATYRA VI.



NON, quia Mœcenas Lydorum quicquid Etruscos
Incoluit fineis, nemo generosior est te:
Nec, quòd auus tibi maternus fuit, atque paternus
Olim qui magnis legionibus imperitarint:
Vt plerique solent, naso suspendis adunco
Ignotos; vt me libertino patre natum.
Cum referre * negas, quali sit quisque parente
Natus, dum ingenuus: persuades hoc tibi vere:
Ante potestatem Tulli. atque ignobile regnum,
Multos sæpe viros nullis maioribus ortos,

ASCEN. 

NON, quia Mœcenas &c.) Quoniā Horatius sæpe male audiuerat. quòd libertinæ cōditionis patre, & eo precone natus esset, in hac Satyra vj. se, aliosq. humili loco natos cōsolatur, atque maleuolis respondet, ostendens nō nobilitatem sanguinis, sed morum ingenuitatem esse dignam veris honoribus, multosq. ignobiles per virtutem nobilitatos, & ad summam dignitatem peruenisse. monet tamen infimę cō ditionis homines in suo ordine debere perstare. & ne se ob id necessario miseros iudicent enumerat multa commoda priuatis hominibus concessa, quibus in dignitate constitutis carendum est. Pie autem patrem suum commendat ab optima institutione sui: cuius se neque pigere debere ostendit. & hæc huius Satyræ summa. Plurima ab Acrone argute, sed forte non satis clare dicuntur. quocirca planioribus repetemus. Non quia Mœcenas, laudat Mœcenatis modestiam atque benignitatem erga humili genere natos: quamuis ipse altissimo loco, id est regali prosapia genitus esset. Et licet Acron velit subintelligi verbum habes vt sit. Non quia habes Hetruscos, tamen nullo subaudito videtur plena, immo perfectior esse constructio. vt sit ordo: O Mœcenas, tu non suspendis adunco naso, id est subsannas, vt plerique solent, homines ignotos, id est ignobiles, vt me natum libertino patre, ideo quia nemo Lydorum quicquid Lydorum incoluit Hetruscos fines, est generosior te. & sic magis grammatice, sed minus eleganter diceretur: Quisquis Hetruscos &c. Neutrum enim genus plenius, & copiosius significat quàm &c. ideoq. plus vi-

* neges, legit Bo.

Et vixisse probos, amplis & honoribus auctos.
Contra Leuinum Valeri genus, vnde superbus
Tarquinius regno pulsus fuit, vnius assis
Non vnquam pretio pluris licuisse, notante
Iudice, quem nosti, populo: qui stultus honores
Sæpe dat indignis: & famæ seruit ineptus:
Qui stupet in titulis, & imaginibus. quid oportet
Non facere à vulgo longe, lateq. remotos?
Nanque esto, populus Leuino mallet honorem,
Quam Decio mandare nouo: censorq. moueret
Appius, ingenuo si non essem patre natus.
Vel merito, quoniam in propria non pelle quiessem.
Sed fulgente trahit constrictos gloria curru
Non minus ignotos generosis. quo tibi Tulli
Sumere depositum clauum? fieriq. tribunum?
Inuidia accreuit: priuato quæ minor esset.

detur esse. Quicquid Lydorum quia pulsi ... Lydorum Erit ergo Horat. patre libertino, & precone natus. Ante potestatem Tulli plenius est genitiuus. non nominatiuus est Tullus, non Tullius. Tullus .n. vnus fuit ex septem regibus Romæ seruilis conditionis. Tullius autem orator insignis. sed de eo non fit hic mentio. fiet autem mentio de quodam Tullio, cuius historiam Acron narrat ibi. Quo tibi Tulli sumere depositum &c. regnum ignobile, propter ignobilem regem dicit. Valeri genus .i. generationem, vel de genere Valerij Publicolæ. Coactus autem est facere periphrasin .i. descriptionem, & etiã apocopen, quia Valerius in versu hexametro poni non potest. Et est sensus: Tullus seruilis conditionis, & plerique alij quamuis ignobili genere nati essent, per virtutem ad summum imperium maximosq. honores peruenerunt. Econtrario autem Leuinus, quamuis esset nobilissimi generis, quia de Valerio Publicola originem ducens, qui cum Bruto propter Lucretiæ corruptionem Tarquinium exegit, tamen quia turpiter vixerat, non est vnquam pluris æstimatus a populo quam pretio vnius assis. & si populus qui sæpe dat honores indignis, & adimit dignis hæc fecit, quid oportet nos facere a vulgo per sapientiam remotos? Sunt qui legant. Quid oportet non facere &c. Et dicunt non congruere quòd Horat. dicat se remotum a vulgo, cum tamen se libertinum patrem habere fateatur. Sed isti non aduertunt, quòd licet in genere a vulgo non remoueatur, in sententia tamen, & iudicio, cum sapientiæ studuisset, longe remotus fuit. Legamus ergo cum Acrone: Quid oportet nos facere &c. Nam esto, inquit, quòd populus mallet honorem dare Leuino propter nobilitatem quamuis esset malignus propter turpem vitam, quàm Decio nouo .i. qui nunquam prius fuit in dignitate, nec natus ab ijs, qui in dignitate fuerunt. Talis enim nouus homo dicitur. & si etiam Appius plebis defensor moueret Decium ab honore magistratus, quid sup. oporteret nos remotos vulgo de hac re sentire? Dicit Horatius transferens ad personam suam. Ego supple dicerem quòd si pro quia, non essem natus ingenuo patre: Appius supple moueret me. vel etiam merito, & sine iniuria quamuis essem melior quoniam non quiessem, id est quieuissem in propria pelle, id est in proprio ordine. Per quę verba hoc mihi videtur velle dicere, quòd homines ignobiles non sint subsannandi, dummodo sint boni, nec tamen ad nobilium dignitatem sublimandi, sed debent in sua pelle quiescere. Quod prouerbiale Acron esse dicit. Alij tractum putant ex fabulis Æsopi. In quibus asinus volens timeri: pellem leonis quam inuenerat, induit: ac suam exuit, atque ita ad concilium animalium accedens, omnibus timori fuit donec agnosceretur vox eius. qua cognita, & pelle leonis detracta, omnibus ridiculus fuit. Sed fulgente trahit, alia enim obiectio talis est. Quamuis consultius, ac melius esset quęque in suo statu ac ordine manere, tamen gloria suo splendore tam ignobiles, quàm nobiles ad dignitatem affectandam trahit, atque constringit. Ad hoc respondet Poeta ostendens eam gloriam, & ambitionem multas molestias, multam inuidiam, multaq. incommoda afferre, immo plurimis, dum nimiam celsitudinem quærunt, opprobrium, ac infamiam, eo ꝙ dum ad nouas dignitates accedimus, vita nostra antea ignota, & non inquisita ab omnibus inquiritur. Ordo est. O Mæcenas, tu non suspendis adunco naso, id est non irrides, nec subsannas. vt, id est sicut, plerique solent ignotos, id est ignobiles, vt me natum patre libertino, id est libertinæ conditionis, qui scilicet seruus fuerat, sed per manumissionem libertate donatus, & libertinus factus. Non inquam fastidis, aut subsannas ignobiles, ideo quia nemo Lydorum est generosior te, quicquid .i. quicunque eorum incoluit .i. habitauit olim, Etruscos fines .i. Etruriam, seu Thusciam. Nec ideo quòd, id est quia, auus maternus, atque paternus fuit tibi, qui ambo imperitauerint olim magnis legionibus, id est qui magnarum legionum imperia tenuerint. vnde dicitur in principio Carm. Mæcenas atauis edite regibus. Ideo autem non suspendis naso

adunco, id est non irrides ignotos, cum, id est quoniam, tu negas referre, id est interesse quali parente quisque sit natus, dum, id est dummodo, sit supple ingenuus, id est nobilis, & liberalis in moribus tu persuades tibi hoc vere quod sequitur, scilicet multos viros nullis, pro non & vllis, non ortos vllis parentibus, id est quorum parentes tam ignoti sunt, ac si nulli fuissent vixisse, &, id est simul probos, & auctos, id est accumulatos, amplis honoribus, id est dignitatibus ante potestatem Tulli regis Romanorum, qui ex seruo Rex factus est, & ante ignobile Regnũ Tulli, id est antequam ignobilis Rex Tullus regnaret. Contra, id est econtrario tu persuades tibi vere Leuinum, nobilem, scilicet illum virum, sed malis moribus, entem genus, id est de genere, Valeri, pro Valerij, per apocopen, vel synæresin, vnde, id est á quo, scilicet Valerio Publicola Tarquinius Superbus septimus, & vltimus Rex Romanorum fuit pulsus, id est á ciuitate Romana exactus, non licuisse, id est non fuisse æstimatum, vnquam pluris, pretio vnius assis, & hoc populo iudice notante, id est reprehendente mores eius quo nosti, id est vt nosti, sm Acronem, vel sic: Et hoc dico eo iudice quo nosti, scilicet factum esse, videlicet populo notante. Si de congruitate dubitas puer, scies quòd licuisse regit genitiuum pluris, propterea quòd verba pretium, aut mercedem connotantia, precium, vel mercedem in ablatiuo regunt, prȩter has dictiones tantum, quantum, plus, & minus, quæ cum suis compositis si sine substantiuo ponantur, in genitiuo, reguntur. vnde dices: Emi equum tribus aureis, & non pluris. Item quanti emisti equum? tribus aureis. Quanti vendis panem tuum? non pluris quam alij, fortasse etiam minoris, id est minori pretio. Genitiuus autem pluris, quia comparatiui gradus est, regit ablatiuum pretio, & pretio, quasi substantiuum, regit genitiuum vnius assis. Licuisse autem passiue significat, id est æstimatum esse, hoc est populus non iudicat Leuinum quamuis nobilem pluris quam vnius assis pretio valere qui populus ens stultus dat sæpe indignis honores & ens ineptus, & insulsus inseruit, id est innititur, famæ, id est sequitur famam. Qui etiam stupet, id est stupore afficitur, & miratur, in titulis, id est nominibus dignitatum & in imaginibus quas nobiles, aut in foro, aut in stemmate habent, si ergo populus hoc fecit, quid oportet nos, id est omnes sapientes facere remotos longe, & late a vulgo, id est ab opinione, & errore, stultoq. iudicio vulgi Nanque, pro quia, esto, id est posito quòd populus mallet, id est magis vellet mandare, id est committere, honorem, id est magistratum, siu dignitatem, Leuino nobili, sed ignauo, quàm Decio nouo, id est ignobili, & qui nunquam prius in honore fuit cõstitutus, quamuis gnauus, & vtilis esset, & Appius censor, id est morum iudex, & corrector moueret sup. Decium, quid supp. de hoc sentiendum esset? Respondet Poëta, vel, id est etiam merito sine iniuria dicerem sup. me deponi, & moueri, si non essem natus patre ingenuo .i. qui neque seruus vnquam fuit, neque ex ancilla natus est, quia tunc non quiessem .i. non quieuissem, in propria pelle .i. per allegoriam in proprio statu, & ordine. Quidam in tertia persona legunt: Ingenuo si non esset patre natus. Vel merito, qm̃ in propria non pelle quiesset. & illis facile est inuenire ordinem, sed nos auctoritatem Acronis sequemur. Nam modestius de se loquitur Poëta q̃ de ipso Decio? q. d. Nescio quid dicam de Decio, sed me quidem dicerem merito moueri, si non essem nobilis. Sed inquit Poëta, nos videmus ꝙ gloria .i. ambitio, seu cupiditas gloriæ trahit, allicit curru fulgente, in quo sedet, eo ꝙ summus magistratus curru veheretur, non minus .i. æque, ignotos, .i. ignobili genere genitos, generosis .i. q̃ generosos, & nobiles .i. omnibus iucunda est ipsa gloria, & omnes tendunt ad eam. vnde dicit, constrictos .i. quasi á cupiditate naturali coactos ad gloriam appetendam. Respondet ad hoc poëta viens quadam admiratione, aut figurata quæstione, quæ responsionem non desiderat. Quo inuidiæ .i. ad quam inuidiam, q. d. ad maximam, accreuit tibi ò Tulli sumere &c. & ita illud totum, Sumere depositum clauum, fieriq. tribunum est suppositum eius verba

verbi accreuit. ille genitiuus inuidiæ regitur ab aduerbio quo, sicut enim dicimus eo rerum, id est ad eas res, & eo inuidiæ .i. ad eam inuidiam perueni, ita etiam quo rerum, & quo inuidiæ. Quia tamen multi textus habent inuidia accreuit, potest esse ordo, O Tulli qui a Cæsare, eo ꝙ Pompeianus esses, è senatu motus, post mortem Cæsaris ad senatoriam, tribunitiamque dignitatem quamuis ignobilis esses rediisti, quo, id est quantusque, vel in quantum, accreuit tibi inuidia, sumere, id est quia sumpsisti, clauum, id est latum clauum, id est vestem senatoriam, depositum, id est quam deposuisti, iussu Cæsaris, & fieri tribunum (Porphyrio ostenderat scriptum. Fierique tribuno) Quia factus es tribunus, quæ inuidia esset minor priuato .i. si mansisses priuatus, hoc est sine dignitate illa? Sunt qui per clauum intelligunt gubernaculum, est enim gubernaculum nauis, sed melius est de veste senatoria, quæ latusclauus dicitur, cum Acrone interpretari. Verum conformior esset ordo, si legatur inuidiæ quam inuidia. Tu legas vti placet. Quia dum quid mihi placeat indico, legem alijs non præscribo.

Nam vt quisque insanus nigris medium impedijt crus
Pellibus; & latum demisit pectore clauum:
Audit continuo, quis homo hic? aut quo patre natus?
Vt si qui ægrotet, quo morbo Barus: haberi
* Vt cupiat formosus: eat quacunque: puellis
Injiciat curam quærendi singula: quali
Sit facie, sura quali, pede, dente, capillo:
Sic qui promittit, ciueis, vrbem sibi curæ,
Imperium fore, & Italiam, & delubra deorum:
Quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus,
Omneis mortaleis curare, & quærere cogit.
Tu ne Syri Damæ, aut Dionysi filius, audes
Deijcere è saxo ciueis? aut tradere Cadmo?
At Nouius collega gradu post me sedet vno.
Nāque est ille, pater quod erat meus hoc tibi Paulus
Et Messalla videris. at hic si plostra ducenta,
Concurrantque foro tria funera: magna sonabit
Cornua quod, vincatq́. tubas. saltem tenet hoc nos.

ASCEN. NAm vt quisq; &c.) Ostendit quomodo magistratus omnis inuidiæ subiacet, & quomodo multi dū sine merito gloriam affectant, in famiam incurrunt. Nam existētium in nouo magistratu uita & genus inquiritur. priuatorum autem latere solet. Periphrasticos autem .i. circūlatorie describit magistratus aditionem. nam nigra calceamenta Lunis inscripta, item ad medium vsque cruris porrecta olim Solis nobilibus & in magistratu existentibus competebant. Sicut ergo Barrus perditi amoris iuuenis, dum cōptus, atque cultus fr per vicos puellis ostentabat vt formosus iudicaretur, oībus curam injiciebat inquirendi quali facie, sura, pede, dente, atque capillo esset, ita eorum qui per magistratus aditionem nobiles haberi volunt, vita ac genus inuestigatur, atque si seruilis, aut ignobilis alioquin conditionis inueniuntur ab omnibus despiciuntur. diciturque eis singulis: Tu ne filius Syri Damæ aut Dionysij .i. alicuius serui aut ignobilis, audes ciues, aut nobiles deijcere è saxo Capitolino? Vbi scies ꝙ qui magistratum aliquem dolose aut factiose tentabant adire, solebant deprehensi è saxo Capitolino præcipitari, quadam iusta ratione, qua sancitum est: vt qui nimis sublimari voluit, cogatur humiliari cum præcipitatur. Sed quia (dicit enim Iuuen. Sat. ij. Loripedem rectus derideat: Æthiopem albus &c.) nemo alium corrigere opportune potest, in quo ipse corrigendus est, ideo ignobilis constitutus in dignitate non videtur auctoritatem habere præcipitandi eos, qui similem dignitatem affectant. Textus ferè habent Syridamæ, pro vna dictione. ego vero arbitror cum distinctione legendum esse: Syri, Damæ, aut Dionysi filius. vt sint tria nomina. nam Syrum seruum ex Syria vocare solent Comici. Damam autem alibi vilem & ignobilem testatur Poëta. Dionysius autem homo humilis conditionis fuit. Cadmus autem, secundùm Acronem & Porphyrionem, crudelissimus tortor, seu carnifex fuit. Sunt autem qui legant chamo .i. vinculo. de quo in psalmis. In chamo & fræno. Leges autem Deijcere è saxo. nam aliter versus non staret, quamuis latinitas bona esset. At Nouius collega &c. hunc locum varie intellectum video. primo sic, vt is qui à populo reprehenditur, quòd cum esset homo libertinæ conditionis, auderet accipere imperium & auctoritatem puniendi ciues atque nobiles, respondeat populo: Verum est, ꝙ sim filius Damę, aut Dionysij, aut Syri, sed tn̄ sum nobilior quam Nouius, quia ipse sedet vno gradu post me. est enim libertinus sicut pater meus, cum ego sim liber. Respondet populus. Non ne hoc .i. propter, hoc, ꝙ Nonium præcedis in dignitate videris tibi Paulus. aut Messala .i. nobilissimus iurisconsultus? q.d. populus, non multum esse vicisse Nouium hominem libertinæ conditionis & ignauum Ad hoc respondet reprehensus prætendens magnæ gloriæ esse præcedere Nouium, cum sit excellentis virtutis in clamando. nam vocem habuit tam magnam, ꝙ licet ducenta plaustra, & tria funera .i. pompæ funebres in foro concurrerent, ipse vinceret cornua & tubas, quibus in funere vtebantur. Et ita sine dubio Poëta Satyrice carpit Nouij vehementem garrulitatem. & opinor hanc esse mentem Poëtæ. Alij tamen, quia certum est Horatium fuisse libertino patre natum, & quia in textu ponitur me, cum dicitur Post me sedet, ideo volunt ꝙ Poëta de se loquatur, sed non procedit, quia immediate infert. Nunc ad me redeo, significans se non loqui de se, sed de eo quem populus, eo ꝙ libertinæ conditionis esset, reprehenderat magistratum adijsse. Aduerte autem ꝙ nonnulli volunt Nouiū esse fictitium nomen, quasi dicatur nouus homo. Vno gradu lata post erat lex, vt nemo in quatuordecim primis gradib. theatri sederet, qui non haberet censum equestrem .i. quadrigenta sestertia. Vnde euenit vt multi ignobiles etiam lenonum pueri censum equestrem habentes tēpore Domitiani (vt conqueritur Iuuenalis) sederent in illis gradibus, vnde nobilium pueri, & ipsi nobiles pauperes electi erant. videtur autem tempore Horatij ratio dignitatis habita, vt ingenuus præcedere libertinum & libertini filium, libertini filius libertinum, & filius ingenui filium libertini. omnes autem ad equestrem ordinem prouecti illic locum habuerunt. vnde dr̄ Collega .i. eiusdem ordinis .s. equestris. Funus, dicitur pompa illa quæ in sepeliendis nobilibus exhibebatur. & vr̄ a funalibus .i funibus piccatis, aut ceratis & incensis nomen accepisse. Saltem tenet hoc nos. puto esse ironicam responsionem populi dicentis. Saltem hoc nos solatur vt sustineamus, alioqui indignaremur ꝙ libertinus equestrem ordinem teneret. vel est responsio consimilis Poëtæ. Ordo est. Nam pro quia, vt quisque .i. vbi primum aliquis (sic Bonfinis. Est autem notanda locutio Quisque insanus. & opinor veram lectionem esse, Nam vt quisquam .i. quispiam) insanus .i. ambitione insaniens, impedijt .i. cinxit, medium crus .i. genua, nigris pellibus .i. mollibus ocreis nigri coloris crura vsque ad genua ambientibus, quæ hodie in vsu plurimo sunt etiam ignobilibus. Sed aduerte signate dictum esse impedijt crus. Nam quibus se nobiles ornant qui lento gradu incedere possunt, ignobiles se impediunt. Est autem impedire pedes aliquo implicare ne procedant. vnde omnis prohibitio prosperi processus rei, dicitur impedimētum. Contrarium aūt significat expedio, quod est extra impedimentum pono. Notum autem puto versum ita legi debere, Nigris medium impedijt crus, non Nigris impedit medium crus. & vt pro postquam. demisit .i. deorsum misit, pectore .i. de pectore, latumclauum .i. vestem senatoriam, audit continuo quando incedit per viam publicam à sessoribus percunctari, quis homo est hic, aut quo patre est natus? vt .i. quemadmodum, si is supp. qui ægrotet .i. laboret, supple eo morbo .i. ea ægritudine animi, hoc est stultitia, quo morbo Barrus supple ægrotauit, qui stultus in amoribus puellarum eis complacere studuit, ægrotet inquam, vt cupiat haberi .i. reputari a puellis formosus, ipse injiciat puellis quacunque .i. per quamcunque viam eat, curam .i. sollicitudinem, quærendi .i. scrutandi singula, supple membra eius, vt pote quali facie sit, quali sura sit. est autem sura illud carnosum quod est post tibiam sub poplite. Poples autem est contra genui flexura illa. & solent homines fortes & pulchra crura habentes suras magnas & elatas habere. Item quali pede sit, quali dente, & quali capillo .i. qualibus dentibus, pedibus, capillis (Bonfinis quia hunc ordinem non capit, vult ita legi textum, haberi vt, Si cupiat. sed nihil mutem. (Sic, id est eodem modo, ille supple qui promittit .i. pollicetur ambitioni suæ ciues, vrbem, imperium, Italiam, id est totam illam regionem, & delubra .i. templa deorum, vel porticus templorum, fore, id est futura esse, sibi curæ, id est à se curanda, eo quòd magistratum talem gerat, vt censor qui regit ciues & mores ciuium, ædiles vrbem, id est ædes in vrbe dictatores, consules, imperatores, imperium, & sic

*Hic vt, aduerbiū addi vult Bonfinis vt hic incipiat periodus sequens Si, legit hic Bonfinis. Vide ad longū super ea re illius annotat.

Quisque insanus

Impedio

Expedio

Sura

& sic de alijs. cogit.i.impellit, omnes mortales.i. homines cuiuscunque sexus, & fortunæ sint, curare, & quærere quo patre sit natus. num.i.an ne, sit inhonestus.i.ignobilis, & minus honorandus, matre ignota.i.propterea quod mater sit ignobilis. Dicit enim populus, quando intelligit aliquem ignobilem accepisse iurisdictionem in ipsos ciues, & nobiles. Tu ne.i.nunquid tu, sup. existens filius Syri.i.alicuius serui ex Syria, aut Damæ.i.alicuius scurræ, sicut Dama fuit aut Dionysius, pro Dionysij, id est alicuius parasiti audes deijcere.i.deorsum iacere, hoc est præcipitare e saxo, supp. Capitolino, ciues qui.s.sinistre affectabant magistratum, aut tradere ciues Cadmo.i.illi tortori, & carnifici crudelissimo præcipitandos, aut tradere chamo.i. vinculo, & carceri, aut suspendio, vt voluit Landinus. & verosimilius est, quia saxo præmisit, nec Romanum nomen est Cadmus. Et si Cadmus sit tortor, eius officio esset deijcere saxo, Respondet reprehensus populo. At pro sed, hoc est quamuis sim ignobilis sum tamen nobilior Nouio, & ita possum hunc magistratum bene adire. Nam Nouius vir ille libertinus collega .i.mecum in equestri ordine constitutus, sed post me in theatro, & foro vno gradu. nanque pro quia, ille.s. Nouius, est supp. illud quod pater meus erat, hoc est libertinus. Respondet populus indignatus, quod propterea se magnipendit, quod Nouium præcedere quærit. Nunquid tu videris tibi Paullus, & Messala.i. nobilissimus iurisconsultus, hoc.i.propter hoc, quod Nouium præcedis? Respondet iterum reprehensus, At pro sed? q.d. attamen quamuis propterea non sim Paullus aut Messala, tamen gloriosum est talem virum præcedere. Nam hic videlicet Nouius si ducenta plostra (aut plaustra) .i. currus habentes rotas ferratas, & tria funera.i.tres pompæ funebres instructæ solenniter, concurrant .i. simul sint in foro, ipse tamen sonabit sup. tam magna .i. tam magnæ, & tam alte. est enim nomen pluralis numeri pro aduerbio positum, nec potest esse ablatiui casus, vt indicat versus, quod vincat .i. excedat cornua, & tubas quæ inflantur in pompis magni funeris? Respondet populus vel poëta ironice, sed melius populus, Si mihi credis, saltem hoc, id est hæc res quod tam vehementem vocem habet, tenet nos, id est contentos facit.

ASCEN. Nunc ad me redeo, ostensum est quomodo q ex humili progenie nati sunt, debent in suo statu permanere si volunt inuidiam, & odiũ nobilium effugere. Nam merito quodam modo videtur odio prosequendi, qui altiorem gradum quam generi suo conueniat affectant, aut sortiti sunt. Non.n. virtus sed fortuna dignitates largitur. quod liquido constat. Nam si virtuti necessario darentur (sicut dari deberent) dignitates, sequeretur quod vt quisque optime viueret ita maximam obtineret dignitatẽ, cuius contrariũ videmus. Nunc ergo ostendit auctor noster exẽplo sui differentiam inter ea, quæ fortuna nobis obijcit, & quæ certo merito, & ratione obtinemus, dicens, quòd quia natus est humili patre, vtpote libertino, & præcone, ideo potuerunt plurimi sibi inuidere, quòd olim à Marco Bruto tribunus militum factus esset, quia hoc supra genus suum fortuito euenerat. Veruntamen immerito inuiderent, quòd Mœcenatis amicitiam nactus sit. Nam eam per virtutem, non per casum aut astutiam obtinuerat. Non enim Mœcenas talis erat, qui aliquem indignum in amicorum numerum assumeret. Quod vero maturo iudicio assumptus sit probat ex multis Primo, quia optimorum virorum commendatione, quales sunt Virg & Varius, qui nollent aliquem indignum cõmendare. Secundo, quia non lepore aut venustate linguæ placuit, sed sola virtute. Nam cum primum oblatus esset Mœcenati vix loqui potuit, & genus suum professus est. Tertio quia non subito motu assumptus est, sed post interuallum nouem mensium. Vnde concludit Poëta magnum esse tali viro placuisse, qui scit secernere honestum à turpi. & hoc propter vitæ, & conscientiæ puritatem, tametsi pauca mediocria vitia fortassis habeat, quæ sic tolerari debent, quemadmodum næus, id est paruæ maculæ in formoso corpore.

✱ Octanacra .i. octonos asses q̃ merces erat magistri & idibus persoluebatur, vt sentit Acrõ legendum non octonis idibus .s. octauo die mensis etc Lege Bonsinn Annotat.

Nunc ad me redeo libertino patre natum:
Quem rodunt omnes libertino patre natum;
Nunc, quia Mœcenas tibi sum conuictor: at olim
Quod mihi pareret legio Romana tribuno.
Dissimile hoc illi est: quia non vt forsan honorem
Iure mihi inuideat quiuis: ita te quoque amicum
Presertim cautum dignos assumere, praua
Ambitione procul. felicem dicere non hoc
Me possum casu: quòd te sortitus amicum.
Nulla etenim mihi te fors obtulit. optimus olim
Virgilius, post hunc Varius dixere, quid essem.
Vt veni coràm: singultim pauca locutus,
Infans nanque pudor prohibebat plura profari:
Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Satureiano vectari rura caballo,
Sed, quod eram, narro. respondes (vt tuus est mos)
Pauca: abeo: & reuocas nono post mense: iubesque
Esse in amicorum numero. magnum hoc ego duco.
Quòd placui tibi, qui turpi secernis honestum:
Non patre præclaro, sed vita, & pectore puro.
Atqui si vitijs mediocribus, ac mea paucis
Mendosa est, natura alioqui recta. velut si
Egregio inspersos reprendas corpore næuos:
Si neque auaritiam. neque sordeis, ac mala lustra ✱
Obijciet vere quisquam mihi: purus, & insons.
(Vt me collaudem) si viuo, & carus amicis:
Caussa fuit pater his: qui macro pauper agello
Noluit in Flaui ludum me mittere Magni:
Quò pueri magnis è centurionibus orti,
Leuo suspensi loculos, tabulamque lacerto,
Ibant ✱ octonis referentes idibus æra.
Sed puerum est ausus Romam portare, docendum
Artes, quas doceat quiuis eques, atque senator
Semet prognatos. vestem, seruosque sequenteis
In magno vt populo si quis vidisset: auita
Ex re, præberi sumptus mihi crederet illos.
Ipse mihi custos incorruptissimus omnes
Circum doctores aderat. quid multa? pudicum,
Qui primus virtutis honos, seruauit ab omni
Non solum facto verum opprobrio quoque turpi:
Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret, olim
Si præco paruas, aut, vt fuit ipse, coactor
Mercedes sequerer: neq. ego essem q̃stus. ob hoc, nũc
Laus illi debetur, & à me gratia maior.

Nam candida corpora plerunque næuos inspersos habent, nec tamen ideo sunt contemnenda. Si neque auaritiã &c. Causa fuit pater his &c. quia vero patris ignobilitatem professus est posset quis dicere nõ verosimile esse quòd habeat probos, & ingenuos mores, ob quos fuerat a Mœcenate suscipiendus. Virtutes enim, & scientiæ eruditione bona, atque studio diligenti acquiruntur. quapropter cum fuerit pauper, & ignobilis pater eius, non videtur probabile quòd filium suum eruditi fecerit. Ad hoc respondet poëta ostendens se beneficio, & custodia Patris à magnis vitijs immunem euasisse, & ab eodem ad ludum seu scholas bonarum artium, quas equitum, & senatorum filij addiscere deberent, adductum esse in tam honestis vestibus, & tam frequenti comitiua quòd qui eum sic vidisset, crederet eum tales sumptus ex rebus auis sui sibi derelictis facere. Quod si quis dicat. hoc vitio esse dandum patri, qui supra vires patrimonij, ac rerum suarum filium eruditi fecerat, quoniam consultius videtur pecunias, quas in erudiendo filio absumpsit, illi possidendas relinquere, ne filius ob inopiam cogatur idem vile officium exercere, quod ipse pater exercuit, ad hoc respondens Poëta dicit, quòd pater hoc non timuit, quia non putauit turpe esse filio liberaliter erudito parua lucra sectari. In qua redat nobis poëta bonam doctrinam vt simus diligentes, & non parci circa liberorum eruditionem. pecuniæ enim deperditæ redimi, & recuperari possunt, sed tempus adolescentiæ volat irrecuperabile. Monet etiam vt laudatum præceptorem filij nostris deligamus, qui eos ad virtutem, & bonos mores, non ad auaritiam instruat. Nam licet illis temporibus omnes in dignitate constituti docti erant, & periti literarum, tamen diuites qui

qui filios suos magis ad diuitias accumulandas, quam ad honores destinabant, solebant eos mittere ad calculatorea .i. ad eos qui calculis seu denarijs proiectilibus docebant computare, & summas ex varijs pretijs colligere, vt, scilicet sciant artem scribendi, & computandi per quam possem scire pretia rerum particulatim vendendarum, sicut hodie plures tales ludi aperiuntur, in quibus mercatorum filij eadem addiscunt. Nobilium autem pauci erudiri cupiunt. Ordo est, Ego redeo nunc ad me natum patre libertino, quem omnes rodunt .i. latenter carpunt, & diffamant, tanquã natum libertino patre, & dico sup ꝙ ò Mœcenas, quia ego sim nunc tibi conuictor .i. assidue tecum viuens, & quòd legio Romana .i. certa portio exercitus Romani pareret olim, quando sub Bruto tribunus militum eram mihi tribuno militum, hoc .s. esse amicum, & conuictorem tuum, est dissimile illi .i. quo eram tribunus militum quia vt .i. quomodo quiuis .i. quicunque inuideat, id est possit inuidere mihi forsan, iure .i. merito, honorem .i. dignitatem tribunatus, non ita .i. nõ eodem modo, inuideat supple mihi iure, quoque, id est etiam te amicum, id est ꝙ te habeam amicum presertim, id est præcipue, te existentem cautum, id est prouidum assumere, id est in assumendo dignos amicitia, existentes .s. procul .i. longe, à praua .i. iniusta, & perniciosa ambitione, id est cupiditate honoris. Caussam addit, quia ego non possum me dicere felicem, casu .i. casualiter, & fortuna, hoc, id est in hoc quòd sum sortitus te amicum. etenim quia certe nulla sors, id est nulla fortuna, & casualis euentus obtulit mihi te. Sed Virgilius optimus, & integerrimus vir, qui non vellet mentiri, & Varius etiam optimus vir. dixere, id est dixerunt tibi, quid essem. Virgilius sup. dixit olim, id est multo ante, & Varius post hunc. vt, id est postquam, veni coram sup. conspectu tuo, ego locutus pauca .s. verba, singultim, id est per interualla, sicut faciunt singultantes (nanq pro quia pudor, id est verecundia infans .i. competens infantibus, vel faciens me infantem .i. nescientem loqui, prohibebat profari, id est proloqui plura) non narro me natum claro patre vectari .i. frequenter vehi, caballo .i. ab equo belligero, Satureiano .i. in Satureianis fundis Apuliæ, vbi optimi sunt equi nsro, circum rura. Sicut faciunt nobiles, qui potentiam suam ostentant equitando frequenter circũ villas, & pagos. sed narro supple me esse illud quod eram. Tu ò Mœcenas respondes pauca sicut tuus mos .i. tua consuetudo est, & ego habito responso abeo .i. dicendo, tu reuocas me post, id est postea, nono mense, hoc est post nonum mensem, vel iam nono existente mense, & iubes me esse in numero amicoꝝ tuoꝝ. Ego duco .i. reputo, æstimo hoc esse magnum, ꝙ placui tibi, qui secernis .i. segregas, & discernis, honestum .i. virum honestum vel rem honestam, à turpi. Atqui .i. sed certe, si mea natura est mendosa .i. contaminata, mediocribus ac paucis vitijs, ipsa est alioqui .i. aliter, hoc est à magnis, & multis, recta .i. impolluta, quia neque magna, neque multa habeo vitia, vnde sic me reprehendes, velut si reprehendas næuos .i. paruas maculas, inspersos corpore egregio .i. præter cetera formoso. Aduerte grammatice, melius legas inspersos. vt sit dictio composita. q̃ insparsos. Nec oblites ꝙ compositum cum hac præpositione in, sæpe datiuum regit. Nam virtute præpositionis etiam ablatiuum regere potest. vt quarto Æneidos: Hærent infixi pectore vultus &c. Sic & hic, Insperso corpore. Egregium autem dicitur quod extra gregem, id est vulgarem multitudinem, hoc est quod cetera sui generis excedit. Si quisquam non obijciet mihi vere auaritiam in nimia auide acquirendo, neque sordes in nimis sordide expendendo, neque obijciet Lustra, id est Lupanaria: mala, id est nociua, & perniciosa? quia curauit quædam tolerabilia. de quibus alibi, Huc æquum est iuuenes descendere, non alienas Permolere vxores &c. mala autem putat quæ virilem animum effœminant, & patrimonium absumunt, ac iuuenem infamem reddunt. Christiano autem homini omnis fornicatio mala est. Licet autem Horatius in Venerem indulgentior fuerit quàm vt omnem damnaret, non tamen dicam cum Bonfine, lustra, id est tempora, mala, id est male expensa, quia lustra pro luparum, id est meretricum cubilibus aptius cum superioribus hærent. sicut enim auari male acquirendo, & auendo proprie peccant, & sordidi nimis parce vtendo, ita veneres nimis prodigendo. Si inquam vt me collaudem, hoc est dato quòd liceat mihi me collaudare, viuo purus, & insons ab huiusmodi magnis vitijs, & si viuo charus, id est iocundus, & acceptabilis amicis meis, pater meus, quem alij propter ignobilitatem generis vilipendunt, fuit his rebus, vel his virtutibus quas habeo, & fugæ vitiorum quæ non habeo causa, qui, scilicet pater existens pauper in agello macro, & per hoc infœcundo: noluit me mittere in ludum, id est scolas, seu locum exercitij literarij. Flaui, pro Flauij. more suo, id est illius calculatoris, & arithmetici, quod, id est ad quem ludum magni, id est nobiles, & potentes pueri, orti, id est nati ex magnis Centurionibus, ibant suspensi læuo, id est sinistro. lacerto, id est brachio, id est habentes suspensos sub læuo brachio, loculos, id est sacculos, in quibus habebant calculos, id est paruos lapillos, vel denarios proiectiles, quibus faciebant computum, aut continentes tabulam. vnde addit, que pro &, tabulam ceratam, in qua scribebant varias debitorum, aut pretiorum summas quas in vnam generalem redigebant, ibant inquam referentes, id est portantes ad præceptorem suum, Idibus octonis, id est quæ in singulis mensibus octo sunt, æra, id est scolaticam mercedem.

Nota quòd omnes dies mensium tribus nominibus significantur, aut enim Calendæ sunt, aut Nonæ, aut Idus, primus autem cuiuslibet mensis dies Calendæ dicuntur sequentes quatuor in octo mensibus, & sex in quatuor mensibus Nonæ, qui notantur per hanc vocem, immo. vt per i, Iulius, per m, Martius, per m, Maius, & per o, October. Et post Nonas in singulis mensibus octo sunt Idus, & ideo dixit, octonis Idibus. Post Idus autem sequuntur Calendæ sequentis mensis. Sed ne titubes puer scies quàm multi dicunt vnum duntaxat diem esse Calendarum, vtpote primum mensis. vnum Nonarum, vtpote septimum in dictis quatuor mensibus, & quintum in reliquis octo. vnum etiam Iduum, vtpote decimumquintum in dictis quatuor mensibus sex nonas habentibus, Et decimumtertium in reliquis. Et ideò quando ipso die calendarum, Nonarum aut Iduum factum significas, pones in ablatiuo dicens, Calendis, Nonis, Idibus Ianuarij vel Ianuarijs. quando vero alio die factum est, videbis an sit ante Calendas, an ante Nonas, an ante Idus, & hoc habitó computabis quotus dies sit ante illas, & pones in ablatiuo numerum diei si loqueris sine præpositione. Nomen autem Calendarum, Nonarum aut Iduum pones frequenter in accusatiuo interdum tamen si vis in genitiuo. vt quod factũ est secundo die Ianuarij, dices factum esse quarto Nonas, vel Nonarum Ianuarij. Et causa huius est, quia cum dicis quarto Nonas, sensus est quarto die ante Nonas, includendo tamen diem Nonarum, & hoc secundùm eos qui dicunt vnum tantum diem Nonas dici. vel quarto die inter Nonas, vel quarto die Nonarum dicendo quatuor vel sex esse Nonas. Et ita regitur accusatiuus virtute præpositione inter, vel ante subintellectæ, & genitiuus virtute huius nominis die. Scies præterea, quod quia, sicut prius dictum est. tempus in quo aliquid factum est, ponitur in ablatiuo, ideo dicimus quarto Nonas, non quartum. Veruntamen licite dixeris ad quartum Nonas. & est hæc sola differentia, quòd dicendo quarto Nonas significas aliquid factum, vel dictum esse præcipue eo die, qui est quartus inter Nonas, sed dicendo ad quartum Nonas, innuis te nescire certum diem. scire tamen quòd sit apud, vel circiter quartum diem ante Nonas Tertio scies, quòd quia nomina mensium sunt adiectiua, & masculini generis, propterea quòd hoc nomen mensis est masculini generis, ideo possumus dicere quarto Nonas Ianuarij, vel Ianuarias. Ianuarij si intelligitur ille genitiuus mensis: Ianuarias si referatur ad Nonas. Quarto scies ꝙ non dicimus primo Nonas, Idus, aut Calendas, sed Nonis, Idibus, aut Calendis. nec dicemus secundo, quia secundus dicitur à sequendo. modo intelligimus loqui de die præcedenti. & ideo dicemus pridie, hoc est die præeunte. *Mẽsium nomina & eorũ natura*

& similiter in accusatiuo vel genitiuo, vt pridie Nonas, vel pridie Nonarum, pridie huius diei, pridie illius diei. Quinto scies, ꝙ licet forte liceat dicere expressa præpositione quarto post Nonas, tamen quia vsitatius est respicere ad diem sequentem, quam ad diem præcedentem, ideo melius dices quarto Iduum, quia ille qui est quartus post Nonas, est etiam quartus ante Idus. Vna tamen est dictio qua vsitate vtimur respiciendo ad diem præcedentem, videlicet postridie, & hoc in genitiuo uel accusatiuo ut postridie Nonarum vel nonas, hoc est die posteriore Nonarum, uel die proximo post Nonas. Scies ultimo, quòd pridie, & postridie respectiua sunt. & ideo nunquam ponuntur sine correlatiuo tacito uel expresso. Vnde non dices. Ego ueniam postridie ad te, non enim idem est quod cras, sed dices. Ego ueniam postridie nuptiarum mearum ad te, uel postridie quam ciuitatem intrauero ad te ueniam, uel ad te ueni. Nam tam de præterito, quam de futuro ponitur. Et similiter dicendum est de pridie, non enim est idem quod heri, quamuis conuerso hesternum licentes ponatur pro pridiano. Hæc autem apud Laurentium Valensem ornatius dicuntur. Hic uero ubi familiares esse studemus, si non fallimur. multo apertius, & clarius habita sunt. Sanè, licet Bonfinis malit legere Octonos referentes Idibus *Pridie* *Postridie.*

bus æra vt sit octona æra, quàm octonis Idibus, ego tamen non accedo. tum quòd singulis mensibus octo sunt Idus. tum quòd illis durantibus quouis die, æra, id est mercedem totius mensis ferebant. & quia id singulorum mensium Idibus ideo dicit Octonis, & referentes. Quare autem Idibus, id conijcere licet, quòd Idus ad medium sunt mensis a diuidendo dictæ, & ideo ab ijs qui ad Idus vsque venerant, iure exigere videbantur, & ab in constantibus parum accipiebant damni, licet ante finem veniτe deherint. Nunc ad ordinem redeamus. Ibant inquam pueri Centurionum referentes, id est portantes (re enim vocat) octonis idibus, id est singulis mensibus in ipsis Idibus, quæ vbique octo sunt æra, id est mercedem scolaticam, hoc enim hodie fieri videmus, ut scriptoribus, & calculatoribus singulis mensibus detur merces. morum autem, & scientiarum præceptoribus, semel duoraxat, aut bis, aut quater in anno. Sed ipse pater ausus est portare me supple puerum, Romam, id est ad ciuitatem Romanam, docendum, id est ut doceat artes supple liberales quas artes quiuis, id est quilibet, eques atque senator, doceat, id est debeat fateri doceri, prognaros, id est progenitos, semet, id est a semetipso, hoc est ab ipsis equitibus, & senatoribus. Si quis autem vidisset in magno populo uestem meam, & seruos sequentes me, crederet illos sumptus, quos uideret in me fieri, præberi mihi ex re auita, id est ab auo derelicta. Quod dupliciter intelligi potest. Primo ut credatur esse institutus hæres ab auo diuite, ut pater uiuus cogatur illos sumptus pro eruditione filij facere. uel melius sic, ut pater credatur illo sumptus non acquisiuisse laboribus suis, sed a patre suo acquisitos possidere. facilius.n.expendimus parta alieno labore quàm nostro ut sit ex re auita, id est ex patrimonio derelicto patri meo ab auo meo, Ipse pater meus, habet autem emphasim, quasi dicat non seruus.non amicus patris, sed ipsemet pater aderat mihi, custos incorruptissimus, id est quem nullo modo potuissem corrumpere: vt voluntatem meam sequeretur contra salutem meam, circum omnes doctores, id est ducebat me ad quoscunque doctores ibam. Ciues autem plurimi dant filijs suis doctorem, qui Græce pedagogus, id est pueri ductor dicitur. Quid multa supple, de eo dicerem? ipse pater meus seruauit me pudicum, id est intactum & mundum, non solum ab omni facto turpi, verum, id est sed, quoque, id est etiam, ab omni opprobrio, id est diffamatione turpi. Qui honor est primus virtutis, hic duo aduertes Primo circa latinitatem, & elegantiam, quòd quando relatiuum qui quæ quod, ponitur inter duo substantiua, quorum sequens est proprium nomen, tunc vult eleganter sequenti non præcedenti conformari. quando autem sequens, est appellatiuum, potest alterutri conformari. Maxime autem mediante verbo vocatiuo, aut substantiuo sequenti cohæret. vt in semine tuo qui est Christus: non quod est Christus. Seruauit me pudicum qui primus virtutis honos. non quod, scilicet esse pudicum est primus virtutis honos. Secundo, circa sententiam scies, quòd pudicitia est ea virtus, qua pudore quodam naturali; ac verecundia ingenua retrahimur turpi, atque inhonesto facto. Talis autem in muliere, ac puero commendatur. Amissa nanque pudicitia nihil in muliere commendandum. De puero autem dicitur à Comico, Erubuit, salua res est. vnde sensus potest esse, quòd pudicitia sit primus honor, quia primum necessarius, vtpote in adolescentia vel reuera quod sit primus, id est principalis honor esse pudicum, id est inuiolatum ab omni facto turpi, ac opprobrio, vt scilicet quis sit, & re, & nomine pudicus. Nam volentibus perfecte viuere duo sunt necessaria vita bona, & fama. vita ipsis, fama proximo, sed hæc hactenus. Nec timuit &c. soluit obiectionem, qua quis posset dicere patrē eius non prudenter egisse, qui tantum exposuerit circa filij eruditionem, quòd non satis dereliqua filio, vt possit lautius, & securius viuere. Ad hoc enim dicit Poeta, quòd pater non est veritus si filius pauper rerum, & diues honestatis, atque prudentiæ paruas mercedes sequeretur. Et re uera si hoc multis persuasum esset patribus, melius cum multis ageretur. Nam qui liberis prælargas diuitias relinquere volunt, eos ad ignauiam inuitant. Satis enim est imitari auiculas, ac ceruos. Nam hæc cum pullos eduxerint, & uiam qua victum sibi quærerent, ostenderint, illi dum fugere docuerint, nullam præterea adhibent curam. Sic parentes qui liberos suos Deum timere, eiusq. mandata seruare, & victum honeste quęrere docuerint, satis diuitiarum reliquerunt. Sed ordinem persequamur, Nec pater supple timuit, ne quis verteret olim, id est quouis tempore futuro, sibi uitio, si ego existens præco, aut coactor, id est accumulator, & coaceruator nummorum ex venditione colligendorum, ut, id est quemadmodum, ipse fuit, sequerer paruas mercedes, id est parua lucra, neque ego essem quæstus, id est pro quæstu, que pro &, laus debetur illi maior ob hoc, & maior gratia debetur illi ob hoc, quòd, id est diligentior fuerit ad ditandum me scientijs, & virtutibus, quam rerum copijs.

ASCEN. NIl me pœniteat &c. vt se patris sui, q. humilis conditionis erat, pœnitere non decet doceat, ostendit in splēdidu statu nulla esse incōmoda, quæ humili ignota sunt. Ordo.n.est, Nil.i.in nullo, pœniteat me sanū i. si fuerim sanus, huius.i.huiusmodi patris, libertinæ.s.cōditionis, sed solertis liberi o\& eruditoris, que pro &, eo .i.iccirco, ego non defendam, id est purgē me sic, vt.i.quemadmodum, magna pars supple hominum purgantiū se, negat esse factum suo dolo.i.uitio & iniquitate. q, id est quia, non habeat parētes ingenuos.i. liberos à natiuitate, & claros, & illustres, hoc est, ego si peccauero non imputatem parentibus dicēdo me nō posse præclare agere quia ex claris nō sim natus, sicut pleriq. faciunt, quasi uero claritas parētum sit causa, cur quis præclare agat. Vox mea.i. locutio, & rō.i. mens, & sententia, discrepat.i. dissentit longe, istis .i. ab istis ita se defendentibus. Nā si natura iuberet quum peractum à certis annis, id est per certos annos, remeare.i.redire, atque iuberet legere.i.eligere, quoscunque parentes.i.si natura, aut naturæ rector Deus uellet res quæ paullo

Nil me pœniteat sanum patris huius: eoque,
Non, vt magna dolo factum negat esse suo pars,
Quòd non ingenuos habeat, clarosque parentes:
Si me defendam. longe mea discrepat istis
Et vox, & ratio. num si natura iuberet
A certis annis æuum remeare peractum;
Atque alios legere ad fastum, quoscunque parenteis
Optaret sibi quisque; meis contentus, honestos
Fascibus, & sellis, nolim mihi sumere, demens
Iudicio vulgi, sanus fortasse tuo: quòd
Nollem onus haud vnquam solitus portare molestū.
Nam mihi continuo maior quærenda foret res:
Atque salutandi plures: ducendus & vnus,
Et comes alter: vti ne solus, rúsue, peregréue,
Exirem: plures calones, atque caballi
Pascendi: ducenda petorrita. nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel, si libet, vsque Tarentum:
Mantica cui lumbos onere vlceret, atq. eques armos.
Obijciet nemo sordeis mihi; quas tibi Tulli:
Cum Tiburte via prætorem quinque sequuntur
Te pueri lasanum portantes, œnophorumque.
Hoc ego commodius, quàm tu præclare senator,
Milibus atque alijs viuo. quacunque libido est,
Incendo solus: percontor quanti olus, ac far:
Fallacem circum, vespertinumque pererro
Sæpe forum: assisto diuinis inde domum me
Ad porri, & ciceris refero, laganique catinum.

ante interierunt, reparate, hoc est liberis omnibus quorum parentes obierunt, parentes quoslibet, hoc est quos uellent aut eosdē, aut alios dare, quisque .i. quicunque, optaret, id est eligeret sibi parentes, ad fastum, id est superbiā, ego contētus meis supple parētibus, nollē (aut nollim sumere.s.parētes, honestos, id est honestatos, & decoratos, facibus.s.uirgaR, qui ijs dabant qui ex officio magistratus cædere quēuis poterant, eos.n. lictores ante eos ferebāt. unde pro magnis honoribus fasces usurpamus & honestos sellis s.curulibus, nam primi magistratus in sellis curulibus uehebātur. Nollem inquā sumere sic honestos, existens demens.i.insanus, & puersæ mentis, iudicio i. secūdū iudiciū uulgi, & existens fortasse sanus.i.sanæ mentis, tuo scilicet iudicio ò Mœcenas, quòd .i. quia ego haud .i. non solitus, id est consuetus unquā portare onus molestum (quia omne nomen honoris etiam oneris est) nollem, scilicet ipsum portare. Nam si supple nobiles parentes haberem, & magistratum gerentem, maior res, id est diuitiarum copia foret, id est esset quærenda, id est acquirenda, continuo, id est

Cœna miniſtratur pueris tribus : & lapis albus
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet : aſtat echinus
Vilis : cum patera guttus, Campana ſupellex.
Deinde eo dormitum, non ſolicitus, mihi quòd cras
Surgendum ſit mane : obeundus Marſia : qui ſe
Vultum ferre negat Nouiorum poſſe minoris.
Ad quartam iaceo : poſt hanc vagor : aut ego lecto,
Aut ſcriptu, quod me tacitum iuuet. vngor oliuo :
Non quo fraudatis immundus Naca lucernis.
Aſt vbi me feſſum ſol acrior ire lauatum
Admonuit : fugio rabioſi tempora ſigni.
Pranſus non auide, quantum interpellet inani
Ventre diem durare : domeſticus ocior. hæc eſt
Vita ſolutorum miſera ambitione, grauiq́. :
His me conſolor, victurum ſuauius ; ac ſi
Quæſtor auus, pater atque meus, patruusq́. fuiſſent.

id eſt ſtatim, atque plures ſupple forет ſalutandi mihi.i.deberem plures ſalutare, vt ab eis ſportulam merear. vnus & alter comes, id eſt cliens mecum iens, eſſet ducendus, id eſt conducendus ſupple mihi, vti, id eſt vt ne, id eſt non, exirem ſolus, id eſt incomitatus, vt pro aut, aut rur, aut petegre. plures calones id eſt miniſtri fuſtes, & ligna, aut vallum ferentes, & plures caballi, id eſt equi belligeri, ſupple eſſent paſcendi, id eſt nutriendi mihi, petorita, id eſt vehicula illa, in quibus tunc vehar, eſſent ſupple ducenda, id eſt conducenda mihi, nunc cum, ſcilicet priuatus ſim, & humili loco natus licet mihi ire.i.proficiſci, uel, id eſt etiam ſi libet, vſque Tarentum curto, id eſt modico, & puſillo mulo, cui mantica, id eſt ſarcina corio inuoluta, hulceret, id eſt lædat hulcus faciens lumbos.i.poſteriores partes dorſi, atque eques, id eſt inſeſſor, hulceret ſupple armor, id eſt anteriores partes, dorſi, id eſt humeros, hoc eſt ego exiſtens eques hulcerem eius armos pondere corporis mei, ſed nota quòd muli in ſeſſorem equitare vocat, ſicut poſtea dicturus eſt pueros ludere par impar, equitare in harundine longa, cum tam eques, quàm equito ab equo proprie dicantur. Nemo obijcit mihi ſordes, id eſt ſordidam, & auarorum vitam quas ſupple ſordes, populi ſup. obijciunt tibi ò Tulli. de quo prius dictum eſt. Quo tibi Tulli &c. cum, id eſt quando quinque pueri, id eſt miniſtri domeſtici : portantes laſanum, id eſt vas in quod exoneretur venter, que pro &, œnophorum.i.vas in quo vinum fertur. ſequuntur in via Tiburte.i.qua ducit Liburte. prætorem. Hic nota antitheſim, Nam licet vſque Tarentum ire priuato ſine comite, id eſt procul à ciuitate. non licet prætori eũ quinque comitibus ſine, pluribus ire in via Tiburtina, quæ proxima eſt. O præclare ſenator, ſcilicet ò Tulli (& nunc irriſorie vocat præclarum, hominem ambitioſum, & de magiſtratu gloriantem) ego viuo hoc, id eſt in hoc, vel pro tanto. cõmodius.i.cum maiore commodo, minore onere, quam tu, atque viuo commodius alijs millibus ſupple hominum. Ego incedo .i. deambulo ſolus ea, ſupple via, quacunque ſupple via libido .i. voluntas, eſt incedere, ſcilicet. ego percunctor, id eſt interrogo, & diſquiro, quanti, id eſt quanto pretio, holus, id eſt quæuis herba, qua veſci ſolemus, ſupple veneat, aut venundetur. Et ego pererro ſæpe ſolus Circum fallacem, id eſt in quo plures falluntur ꝙ ibi meretrices fallaces ſedeant, aut ꝙ ibi Sabinæ tempore Romuli falſæ .i. deceptæ ſunt, vt dicit Liuius in primo, aut quia ibi furta venduntur veſperi. vnde ſubdit, quæ pro .i. pererro ſæpe forũ veſpertinum .i. quod a furibus veſperi celebratur, ego aſſideo diuinis .i. meretricibus illic diuinantibus, vt Iuuenalis ſatis notificat, & ego refero me, id eſt redeo inde domum, ad catinum.i.vas eſcarium, porri, id eſt illius herbæ, & ciceris, illius leguminis, que pro &, lagani, id eſt panis piperacei, & filiginei. Cœna miniſtratur, ſupple mihi á tribus pueris, & vnus lapis.i mensa lapidea, ſuſtinet duo pocula, id eſt vaſa potoria, cum cyatho, id eſt vaſe maiore, vnde depromitur potus guttus, id eſt vas guttatim oleum in balneis lauanti emittens, aſtat echino ?i. iuxta echinum, id eſt calicum receptaculum, ſicut enim nucleus caſtanearum in echinis includitur, ita pateræ clauduntur echino, id eſt cooperculo ex corio. aſtat ergo echino cum paterna, id eſt patente vaſæ, exiſtens ſuppellex Campana, id eſt è terra Campaniæ regionis in Italia, hoc eſt omnia vaſcula illa ſunt mihi pauca, & ea fictilia. Deinde, id eſt poſtquam ſic cœnatus ſum eo dormitum, non exiſtens ſupple ſollicitus quòd ſurgendum ſit, id eſt ꝙ ſurgere debeam, cras, id eſt poſtridie eius diei, mane, id eſt tempore matutino, & ꝙ Marſia, id eſt temerarius iudex, ſicut Marſia erat iudex Apollinis, aut potius ſecundùm Acronis opinionem, ſtatua Marſiæ in foro poſita, forte ideo, vt eius iudicij temerarij exitum iudices aſpiciant, non ergo ſollicitus ſum quòd Marſia, id eſt vel iudex, vel locus, in quo Marſiæ ſtatua eſt, ſi ſupple obeundus, id eſt ex oppoſito adeundus, qui, ſcilicet Marſia, negat ſe poſſe ferre, id eſt pati, vultum, id eſt aſpectum, minoris Nouiorum, id eſt illorum duorum fratrum, quorum minor ob æs alienum non audebat

*Eſt hypermetrũ peregrẽne nec legitur peragre aut*

illic comparere, & ita iocoſe ꝑ tranſitum taxat eum Poëta more ſuo. Ego iaceo, id eſt recubo, ad quartam ſupple horam, & ego vagor, id eſt vaganti ſimilis ſine certo negocio ſecurus deambulo poſt hanc, ſcilicet quartam horam. aut ego &c. hoc dupliciter conſtituitur. Priore modo ſic, Aut ego vngor oliuo, id eſt intro balneum, & hoc ſupple eo quòd iuuet, id eſt recreet, & delectet, me tacitum, id eſt tacentem, lecto aut ſcripto, id eſt poſtquam id legi aut ſcripſi. Et ita lecto, & ſcripto ablatiui ſine in deſignatione ſequelæ poſiti, Poſteriore, qui magis placet, quia Porphyrio verba frequentatiua cenſet, & ordo arridet. conſtruitur ſic, Aut ego lecto, id eſt frequenter poſt dormitionem lego, aut ſcripto, id eſt ſcribo. quod etiam frequenter facio, aut quod, id eſt quæ res, me iuuet, id eſt delectet, tacitum, id eſt tacentem, vngor oliuo, id eſt oleo oleæ, aut oliuæ arboris, non ſupple eo, quod ſupple vngitur. Naca, id eſt viliſſimus quiſque, vt ſunt fullones, immundus, id eſt ſordidus vngitur inquam lucernis fraudatis, id eſt poſtquam lucernas ſuo oleo putido, & immundo ſpoliauit. Lego cum Philologo Naca, non nata, vide eius annotationes á fronte operis poſitas. At, id eſt ſed, vbi, id eſt poſtquam, Sed acrior, id eſt vehementior, & ardentior, quam vt de facili ſuſtinere poſſim, admonuit me feſſum ire, id eſt vt ego feſſus eam leuatum, ego fugio tempora rabioſi ſigni, id eſt Caniculæ, exiſtens pranſus non auide, id eſt guloſe, ſed ſupple tantum quantum interpellet, id eſt ſuſtineat, aut expediens ſit, durare diem inani ventre.i.ieiunio, ego ocior, id eſt in ocio ſum domeſticus, id eſt domi. hæc .i. huiuſmodi eſt vita ſolutorum, id eſt eorum qui ſoluti, & expediti ſunt, miſera, & graui ambitione, id eſt cupiditate magiſtratur, & ego conſolos me his, id eſt huiuſmodi oblectamentis, me inquam victurum ſuauius, ac, id eſt quàm, ſi pater atque auusq́. pro &, patruus .i. frater patris mei, fuiſſet quæſtor, id eſt receptor publicus, & coaceruator fiſci, cum fuerit coactor, id eſt exactor pretiorum rerum priuatarum, vt dictum eſt.

*Naca*

NOn quia) Horum verſuum verus eſt ordo, O Mœcenas non ſuſpendis naſo adonco, id eſt non deſpicis, ac derides ignotos .i. ignobiles, & vili genere natos, vt ſcilicet non deſpicis me natum libertino patre, vt pleri que ſolent. ſ. facere, cum referre negas quali parente ſit quiſque, quia nemo Lydorum (quicquid incoluit fines Hetruſcus) eſt generoſior tenet, ſcilicet ſuſpendis &c. quod auus maternus tibi fuit, ac paternus, qui magnis legionibus imperitarint. *Bonfinis.*

IN Propria non) Intra tuam pelliculam te contine. Porphyrion eſſe prouerb. admonet, quo vetamur obliti ſortis noſtræ, maiora conari, quàm pro noſtra facultate. Ab Aſino Cumano ſumptum. DOCT. *interpr.*

SVſpenſi Loculos) Per loculos, tabularum loculos, non pecuniarum intelligit Bonfinis, quas pueri, dum liberalibus dant artibus operam, nullos fere habent, & tabulas eas eſſe in quibus diſcendi gratia pueri computa quædam ſiue calculationes deſcribunt, non autem in quibus data, & accepta annotarentur, vt Land. vult. [Immundus Natta) Scribendum, immundus Naca. Appellantur enim Nacæ, vt ait feſtus, fullones, quod nauci ſint, id eſt nullius pretij. Omnia fere opera ex lana νάκεα dicuntur à Græcis. Significat autem νάκη pellem ouium. Suidas νάκην προβάτων δορά. Naca igitur unico, c, ſcribendum. Ponitur autem hic pro Fullone, & homine nullius pretij, qualis ouiũ villoſa pellis. ALDVS MANV.

NOn quia Mœcenas Lydorum, &c. Non quia habes (inquit Acron.) Hetruſcos fineis. quos incoluit quicquid Lydorũ fuit, & quæ ſequuntur reliqua. Si ea Acronis ſunt ac non alicuis impoſtoris, næ ille egregie ineptus eſt, qui non modo non explicat nobis Auctoris ſenſum, ſed etiam corrumpit, quod quia alij etiam notarunt, á nobis omittitur. [Ante poteſtatem Tulli) Tulli pro Tulli, Nam Seruium Tullium ſextum Romanorum Regem innuit. Acron autem non appoſite allegat Vergilij uerba Æneidos vj. Ocia qui rumpet patriæ, GLAR.

patriæ, residesque mouebit Tullus in arma viros, cum Virgilius ibidem de tertio Romanorum Rege, nempe Tullo Hostilio loquatur, qui vtique non ignobilis fuit. Badius autem scribit, Tullus vnus fuit ex septem Regibus Romę seruilis conditionis, Tullius autem orator insignis. Sed de eo non fit hic mentio. Hæc ille, dignum notatu, scilicet quasi nullus alius Tullius quàm Cicero fuerit. At Tullus Romanorum Rex non fuit seruilis conditionis, tertius nempe. Tullius autem uidelicet textus de quo hic loquitur, fuit utique. In commentarijs itaque non oportuit hæc corrumpere. In carmine propter synæresim vtiq. ita ponere licuit, quanquam ego hæc Synæresim passa uelim ubique duplici, ii, scribi, si usus reciperet. Tullij, Valerij, &c. ut dij idem. [Inuidia accreuit, priuato quæ minor esset) Hæc Acron interrogatiue legisse uidetur, mihi magis placet simplex enunciatio exempli causa eius quod præcessit. [Vt si qui ægrotet, quo morbo Barrus) Hoc in loco noster annotator carmina pessime corrupit, ineptissimeque legit ad hunc modum. Vt si quis ægrotet quo morbo? ut Barrus haberi si cupiat formosus. Tantam audaciam non uidi multis annis in quoquam. Sed scilicet tanto audaciores sumus, quanto indoctiores. Non uidit is carminis legem, si quis pro qui legerit, id neutiquam habere locum. Octauum autem hunc carmen, dij boni q̃ eleganter fecat. Vt Tullus Rex non multo dissimilius Metium Suffetium. Curare enim ad præcedentia, quærere autem ad sequentia referri putat. [Tu ne Syri damæ, aut Dionysi filius,) Colloquium est irati atque indignantis populi in ambitiosum quendam. Tu ne filius Syri, inquit populus, aut Damæ, aut Dionysij, audes deijcere è saxo ciues? aut tradere Cadmo? Respōdet ambitiosus, quid ni audeā? cum collegam habeam Nouium vno post me gradu humilioris conditionis, quippe liber ego, etiam si libertino patre natus, cum Nouius aliquando seruus fuerit, nunc libertus? Obijcit rursus populus, scilicet ob hoc superbiendum tibi, quòd Nouium præcellis? atque ob hoc te Paullo, aut Messalæ æquandum censes? Respondet rursus ambitiosus, aliquid esse præcellere Nouium. Quippe qui tam clamosus sit, vt quamlibet aliam magnā uocem superare queat. Tandè quasi placatus populus victusque, saltem hoc nos tenet, respondet, alio qui insurrecturi aduersus te, sed uicisti. Est autem amara ironia, & pertransitum amare etiam tactus Nouius. [Nunc quia Mœcenas tibi sum cōuictor) Quod tibi sum conuictor homo libertino patre natus, plures reprehendunt, sed immerito. Quod autem Tribunus militum, forsitan merito. Nam hoc illi dissimile est, hoc magno loco natis melius conueniebat, quæ fortuna mihi contingit. Illud à uirtute procedit, quæ utique mihi contingit. Quare iniuste mihi amicitiam tuam obijciunt. Atque hic est uerus sensus horum uerborum. [Ac mala lustra) Mala lustra autem, inquit Porphyrion, perpetuo epitheto dixit. Nec enim sunt bona ut ad discretionem eorum mala dixerit. Hæc ille. Quæ Acron autem adducit de lustris, ubi præda uidetur inclusa, mihi non placent. Longe autem ineptissimum quod annotator noster ait, lustra Horatium pro temporibus posuisse. Quę uero ratio commouerit eum, nihil nos mouet. Catonis enim uerba sunt laudantu eum, qui maluit rem cum scorto habere, quam cum maritata. [Si & uiuo charus amicis) Post amicis non ponemus colon punctum. Nam hyperbaton nondum finitum est, quod sexto ab hinc uersu cœperat. Est enim sensus. Quod purus ac insonia sum, quod charus amicis, debeo hoc patri meo, qui horum omnium est causa. - Magni.

Quo pueri magnis è Centurionibus orti.

Pulchra nominum collusio magni pueri, è magni nati Centurionibus. Flauium autem Calculatorem sui temporis notat, aut Romanorum potius mores, quēadmodum in arte dixerat. Romani pueri longis rationibus assem Discunt in partes centum deducere. Quæ de Flauio in Porphyrione leguntur, corrupta sunt, nec à nobis restituta. [Astat Echinus. Vilis, cum patera guttus) Quidam, quod nimis asyndeta hæc visa sint, legunt echino, & vilis coniugunt cum guttus. Vellem autem à commentatoribus diligentius explicata hæc nomina. In Porphyrione quædam corrupta sunt, in Acrone confusa, quippe quæddam etiam falsa, vt guttus genus unguenti, cum uasis sit genus. Atqui apud me non est certum vtram lectionem magis probem. Campanam supellectilem intelligo fictilia potius, quam Ænea. Nam hic omnia humilia describit, vt patet de escis, porro, cicere, & lagano.

ASCEN. PROSCRIPTI Regis Rupili pus &c. In hac (vt dixi) Satyra, taxat Poeta scurrilia conuiuia Rupili cognomine regis, & Persij cuiusdam Clazomenij, quibus, aut potius quorum vitijs poeta insensus erat, forte ab illis (vt Acron dicit) lacessitus. Militauerat enim Horat. quoque sub Brut. Ex Porphyr. autem paucis argumentum habe. Rupilius Prænestinus cognomine rex, post exilium, in quod damnatus profugerat, militauit in Attica sub Actio Var. deinde cum præturā gereret, proscriptus a triumuiris confugit ad Brut. & comites habitus est, ibique militantem Horat. Flac. iurgio lacessiuit, propter quod amaritudinem styli Poeta in eum strinxit scurrilem concertationem eius cum Persio Clazo. ex parte videlicet Asiatico, & matre Romana nato Satyrice notans. Proscriptus dicitur à pro, id est ante scriptus, in conspectu videlicet omnium tabula publica, ut aut viuus, aut mortuus vbicunque deprehensus ad tribunal trahatur. Et ita proscriptorum erat peior conditio, quam exulum. Hybrida est animal ex diuersi generis parentibus natum, ut aquila, ex aquila, & vulture, secundum Acronem, aut canis ex gregario, & venatico natus, sicut Persius ex Asiatico patre, & matre Romana. Lippis, & tonsoribus, in tonstrinis enim nouę fabulæ ferè recitari solent, ad eas autem conueniunt Lippi ob medelam, quia & tunc tonsores chirurgici erant. Sisennas Barros sic Acron legit, dicens, Sisennam Bar. medicum loquacem fuisse. Porph. videtur ten fere legendum esse, Sisennas, Varrosque exponit enim sic. Adeo fuit rabie orationis amarus Persius, vt Sisennam, atque Varrum longe anteiret, sed hoc ipso ita gloriabatur, quasi quadrigis triumphalibus incederet. Landinus legit Bar. exponens pro elephantis, sicut in Epodo. Quid tibi vis mulier nigris dignissima Barris. Sed tamen dicit populos loquaces fuisse à loco Sisennas dictos. Ego vero vt viros loquaces dicam cum Porphyrione inuitor, quia dicit sermonis amari fuisse, vt forte Sisenna, & Varrus fuerunt, vt præcurrere equis albis sit triumphare. Vt vero Barros legam inuitor propter Antitheton, vt Barri, id est elephanti nigri, de quibus illud Ennianum quod Virgil. ad formicas transtulit. It nigrum campis agmen, & Poeta in dicto uersu. Nigris dignissima Barris, opponantur equis albis. Sed quomodo sermone uincat Barros,

## ARGVMENTVM.

*Describit rixam Rupili Prænestini, cum græculo quodam Persio. Nam cum rex ille proscriptus esset ab Augusto, fugit ad Brutu, vbi Horatium contempsit propter ignobilitatem, quam ob rem ab eo hac Satyra perstringitur.*

## SATYRA VII.

PROSCRIPTI Regis Rupili pus, atque venenum
Hybrida quo pacto sit Persius vltus, opinor
Omnibus & lippis notum, & tonsoribus esse.
Persius hic permagna negocia diues habebat
Clazomenis: etiam lites cum Rege molestas:
Durus homo, atque odio qui posset vincere Regem
Confidens, tumidusque, adeo sermonis amari,
Sisennas, Barros vt equis præcurreret albis.
Ad Regem redeo. postquam nihil inter vtrunque
Conuenit. hoc etenim sunt omnes jure molesti,
Quo fortes, quibus aduersum bellum incidit inter
Hectora Priamiden, animosum atque inter Achillem
Ira fuit capitalis: vt vltima diuideret mors:
Non aliam ob caussam, nisi quod virtus in vtroque
Summa fuit. duo si discordia vexat inerteis:
Aut si disparibus bellum incidat; vt Diomedi
Cum Lycio Glauco: discedat pigrior, vltro
Muneribus missis. Bruto prætore tenente
Ditem Asiam, Rupili, & Persi par pugnat: vti non
Compositus melius cum Bitho Bacchius. in ius

Acres procurrunt, magnum spectaculum vterque.
Persius exponit caussam: ridetur ab omni
Conuentu: laudat Brutum: laudatq. cohortem.
Solem Asiæ Brutum appellat: stellasq. salubreis
Appellat comites, excepto Rege: canem illum,
Inuisum agricolis sidus, venisse: ruebat
Flumen vt hibernum, fertur quo rara securis.
Tum Prænestinus salso, multumq. fluenti
Expressa arbusto regerit conuicia, durus
Vindemator, & inuictus, cui sæpe viator
Cessisset, magna compellans voce cucullum.
At Græcus, postquam est Italo perfusus * aceto,
Persius; exclamat: per magnos Brute deos te
Oro: qui reges consueris tollere: cur non
Hũc Regẽ iugulas? operũ hoc (mihi crede) tuorũ est.

** Acetũ pro mordacitate dixit Horat iste Doct.*

ros, audi. Vicit Sisennas quos Barros, id est tardos vocat respectu Persij, quasi dicat Sisennas Bar. fuisse i. elephantinam tarditatem habuisse respectu Persianæ velocitatis, qui quasi equis albis incideret, de quibus diuerse citatur versu Vergilianus, ab Acrone enim, vt positus est, à Landino sic. Qui superent candore niues qui cursibus auras. Ordo est. Ego opinor notum sup. esse omnibus lippis.i. oculorũ, aut alterius membri ægritudine laborantibus, & tonsorum ope egentibus, & tonsoribus, id est omnibus tonstrinas frequentantibus, quo pacto, id est quomodo Persius. Hybrida, id est mixto genere ex patre Asiatico, & matre Romana natus, sit vltus pus atque venenum, id est putidam, & fœdam, ac scurrilem criminationem. Repuli (autem Rumpili) pro Rupili causa metri, regis, scilicet cognomine proscripti, id est proscriptione expulsi. Hic de quo, id est loquor, Persius existens diues, habebat per magna, id est valde magna negocia, Clazomenis, in ea ciuitate Asiæ, & habebat etiam lites, id est contentiones molestas (hoc totum Ironice dicit) cum rege, scilicet Rupilio sic cognominato, existens dignus homo, atque talis supple qui possit vincere odio, id est inuidia, ac molestia, regem, id est Rupilium, sed alludit ad vocabulum, quasi magnum sit vinceret regem, existens præterea confidens, id est sibi multum fidens, & tumidus, id est superbus, & inflatus, & sermonis adeo, ideo intantum, amari, id est falsi reprehensor, vt præueniret, id est anteiret, & vbi præterierit obuertere posse, equis albis, id est quasi velocitate arborum equorum fretus, Sisennas, id est homines quantum vis dicaces. Barros, id est Elephantes, vel Elephantos, qui nigri & tardi sunt, & equis albis, & colore, & motu contrarij.

Ego Redeo ad regem, id est ad narrationem conuitiorum regis Rupili, scilicet postquam nihil conuenit, id est nulla pars concordiæ, & nulla via paciscendi est inter vtrunque, scilicet Rupilium, & Persium, etenim, id est quia certe, omnes supple homines quibus bellum incidit aduersum, id est cum aduersario, sunt molesti ac infesti, hoc iure i. hac proportione, quo. i. quam supp. sunt fortes. i. tantum solent esse molesti, quantum fortes, & potentes quilibet enim in contentione cum aduersario vtitur totis viribus suis, ira capitalis. i. vsque ad capitis, id est vitæ ablationem, fuit inter Hectora Priamidem, id est Priami filium, atque inter Achillem Pelei filium animosum. i. magnanimum, ira inquam fuit capitalis, vt vltima mors diuideret, & dirimeret, & terminaret, & non ob aliam causam nisi quòd summa virtus fuit in vtroque, si discordia vexet. i. titillet, afficiat, torqueat, duo. i. duos, inertes. i. nullam artem, aut virtutem habentes, aut si bellũ incidat disparibus, id est forti cum imbecillo, vt sup. incidit Diomedi viro forti cum Glauco Lycio, viro timido, & inerti, pigrior, scilicet illorum duorum, discedat, scilicet à lite aut pugna vltro. i. sine repugnatione aut obsistentia, & hoc muneribus missis. i. mittens munera fortiori, sicut Glaucus Diomedi, fertur enim Glaucus aurea arma sua misisse Diomedi, ab eo ferrea recepturus, vnde sumpsit comparationem Aulus Gellius lib. ij. cap. xxiij. dicens, Diomedis hercle arma, & Glauci non dispari magis pretio æstimata sunt. Sunt qui legant muneribus. s. gladiatorijs, hoc est exercitio dimicandi, missis. i. prætermissis, Hæc autem omnia dicta sunt per parenthesim, nam ordo est. Postquam nihil conuenit inter vtrunque. Bruto prætore &c. par, scilicet concertantium, Rupili pro Rupilij, & Persi pro Persij, pugnat. i. concertat, non pugnis, sed lingua scurriliter. Bruto prætore tenente, id est dum Brutus prætor teneret, Asiam ditem. i. diuitem prouinciam, sic sup. vti. i. vt, Bacchus, gladiator ille strenuus, non sit compositus, id est ad digladiandum simul exhibitus populo, melius, id est proportionabilius cum Bitho, alio gladiatore tantundem strenuo. Ipsi ergo acres concurrunt (aut procurrunt) in ius, id est ad prætorem ius dicere solitum, hoc est contendunt inter se, vterque sup. concurrit, existens magnum spectaculum Persius exponit causam sup litis suæ, & ridetur ab omni conuentu, ipse laudat Brutum, & laudat cohortem, id est omnes quibus Brutus præerat, tãquam prætor, & appellat Brutũ solem Asiæ. i. maximum lumen, & appellat comites sup. Bruti stellas salubres, i. salubrem afferentes, omnes sup. excepto rege videlicet Rupilio, & ruebat. i. vehementer dicebat, illum videlicet Regem Rupilium, existentem Canem, hoc est Caniculam, aut Siriũ venisse in Asiam, existentem sidus inuisum. i. odiosum agricolis, ruebat inquam, id est præcipitanter, & raptim loquebatur, vt. i. quemadmodum flumen hybernum. i. imbribus ac niuibus hyberno tempore auctum sup. ruit, quo. i. in quo, vel per quod securis rara. i. aurea quam Mercurius illam rustico daturus extraxit, fertur. i. impetu voluitur. Tum Prænestinus &c. tangit in generali conuitia, quæ Rupilius Prænestinus in Persium reiecit. Ordo est. Tum. i. deinde, Prænestinus regerit. i. infert, conuitia in Persium expressa, arbusto. i. ex pectore, salso & multum fluenti, existens durus vindemiator. i. tanq̃ durus vindemiator (dicitur aũt hic per syncopam vindemator, quia vindemiam habet secundam longam. Vnde Virg. Non eadem arboribus pendet vindemia nostris) & inuictus. i. insuperabilis, cui vindemiatori, viator. i. iter suum faciens, compellans magna voce ipsum cucullum. i. cucullo indutum, aut cucullo aui similem, cessisset. i. victoriam reliquisset in conuitijs regerendis. At pro sed, postquam Græcus. s. Clazomenius Persius, est perfusus aceto Italo. i. carptus Italica acerbitate ipsius Prænestini, ipse Persius exclamat, O Brute, ego oro. i. interrogo te per magnos Deos, cur tu qui consuesti. i. consueuisti, tollere. i. exigere Reges, sicut Iunius Brutus Tarquinios exegit, & hic Brutus C. Cæsarem regni affectatorem Senatu occiderat, cur inquam non iugulas hunc regem. s. Rupilium? crede mihi, hoc. i. iugulare omnes reges, est tuorum operum. i. pertinet ad munus, & officium tuũ, & ita debes iugulare hunc licet solo cognomine regem.

**DOCT. interpr.** OMnibus & lippis) Quæ iã in ora vulgi abierunt, oĩbus tonsoribus, atq. lippis nota dñr, propter a quod olim in tonstrinarum, consessibus oẽs rumores narrari consueuerunt. [Vt equis præcurreret) Vbi quem alijs quapiam in re longe superiorem significabant, longoq. anteire interuallo, eum albis equis pręcedere dicebant, vel quod antiquitus equi albi melioris haberentur, vel quod victores in triumpho albis equis vectari soleant, vel qđ albi equi fortunatiores, & auspicatiores esse credantur. Sed quantum ad Sisennas, & Barros, erant Sisenna, & Barrus hoĩes quidam insignita maledicentiam, ẽt si Acron Barros legit, vt si epitheton [Bitho Bacchius) Rupili Persijq. parem improbitatẽ, & maledicentiã significat. Nam Bithus, & Bacchius nobile par gladiatorum fuit, pares arte pares, audacia. Proinde quoties duo æqualiter improbi contendunt, inter sese, ita vt neuter alteri velit cõcedere, non intempestiuiter dicimus Bacchium cum Bitho cõmissum. [Tum prænestinus) Olim qui fuisset in re quapiam parũ honesta deprehensi, vulgari ioco cuculi dicebãtur. Lege prouerb. Cucullus, vbi Doct. hunc Flacci locum planius interpretatur.

**GLAR.** HYbrida quo pacto sit Persius vltus Hybrida quare dixerit Poëta, Acron vt minimũ quinque describit rationes. Sed . s. fœcunda est ignorantia, melior est ratio Plin. lib. viij. cap. xiij Et ex eo planum, cum is esset diuersis natus parentibus.

Sisennas Barros.

Acron Sisennam Barrum, vnum facit, Porphyrion duos, q̃q̃ in Porphyrione Varus legitur errore, vt puto codicum. Barri meminit priore epistola, vt hominis libidinosi. Mea quidem opinione Horat. Sisennam Barrum vnum intellexit, nõ duos, alioqui dixisset Sisennas Barrosq. vt equis precurreret albis, quod & carmen patitur. Meminit Doct. in adagio. Equis albis præcurrere. Illud autem conuenit, quod tertio dein sequitur versu, ab Acrone per præteritum perfectum expositum est. Sed non mirum, cũ Glauci, & Diomedis permutatio apud Hom. Iliad. v. notissima, ibidẽ diuersa narretur. Sed elegantissimum est quod de aurea securi fabulatur idem Acron. Magis eo in loco Porphyrion placet de abrutis atque nimis altis locis poëtam loqui, ad quæ non facile eatur ad cędendum ligna. Denique quę ad finem huius Satyræ de Cuculo dicuntur, maxime intelliguntur ex Plin. lib. xviij. cap. xxvj. quę verba eleganter Doct. tractat in adagio, Cuculus.

## A R G V M E N T V M.

*In Gracidiam veneficam Neapolitanam, quam Canidiam vocat non vno loco, inuehitur hac Satyra, in qua Priapum inducit ab illa vexatum, & aliarum veneficijs.*

## S A T Y R A  VIII.

OLim truncus eram ficulnus, inutile lignum:
Cum faber incertus scānum, faceret ne Priapum:
Maluit esse Deum: Deus inde ego furum, auiumque
Maxima formido: nam fures dextra coërcet,
Obscœnoq. ruber porrectus ab inguine palus:
Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa: vetatque nouis considere in hortis.
Huc prius angustis eiecta cadauera cellis
Conseruus vili portanda locabat in arca.
Hoc miseræ plebi stabat commune sepulcrum,
Pantolabo scurræ, Nomentanoque nepoti.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat: heredes monimentum ne sequerentur.
Nunc licet Aesquilijs habitare salubribus: atque
Aggere in aprico spatiari: quo modo tristes
Albis informem spectabant ossibus agrum.
Cum mihi non tantum furesque, feræque suetæ
Hunc vexare locum, curæ sunt, atque labori:
Quantum, carminibus quæ versant, atque venenis
Humanos animos: has nullo perdere possum,
Nec prohibere modo, simulac vaga Luna decorum
Protulit os: quin ossa legant, herbasque nocenteis.
Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam pedibus nudis, passoque capillo,
Cum Sagana maiore vlulantem. (pallor vtrasque
Fecerat horrendas aspectu) scalpere terram
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam
Cœperunt. cruor in fossam confusus: vt inde
Maneis elicerent animas responsa daturas.
Lanea & effigies erat, altera cerea: maior
Lanea, quæ pœnis compesceret inferiorem.
Cerea suppliciter stabat seruilibus, vtque
Iam peritura, modis. Hecaten vocat altera, sæuam
Altera Tisiphonem. serpentes, atque videres
Infernas errare canes: Lunamque rubentem,
Ne foret his testis, post magna latere sepulcra.
Mentior at siquid: merdis caput inquiner albis
Coruorum: atque in me veniat mictū, atque cacatum
Iulius, & fragilis Pedatia, furque Voranus.
Singula quid memorem? quo pacto alterna loquētes
Vmbræ cum Sagana resonarent triste, & acutum?
Vtque lupi barbam variæ cum dente colubræ
Abdiderint furtim terris? & imagine cerea
Largior arserit ignis? & vt non testis inultus
Horruerim voces furiarum, & facta duarum?

ASCEN. OLim truncus eram) Sicut à principio diximus. Horat. Epicureorum dogma diu sectatus est, qui ad voluptatem cum corporis, tum animi summum bonum trahebant, quo circa etiam morum præcepta nunc seuere, non iucunde tradebant, quod & Horatius hic facit, nam volens veneficia atque incantationes ac præstigias stultarum muliercularū taxare, inducit Priapum Deum, ac custodem hortorum id facientem, vel vt id cum voluptate quadam faciat, vel vt innuat id fictitium esse. Annotauit enim Diuus Augustinus incomparabili vir sanctus doctrina clarus, Virgilium ex propria persona Romanorū regna in Georgicis peritura dixisse, qui ex Iouis fictione de Iride in Æneid. j dicit. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Imperiū sine fine dedi. Diuus aūt Hieronymus huius Satyræ principium etiam citat docens, vel gentiles credidisse, simulacra Deorum Deos non esse, nam quis credat penes fabrum esse, vt vel Deus, vel scamnum exeat? Dicitur aūt Priapus hortorum Deus propter fertilitatem eorum. Est enim fœcunditatis Deus, Nam ob membri virilis immoderatam magnitudinem ex Hellesponto primum eiectus, deinde pro Deo habitus est, vnde Virg. Hellespontiaci seruet tutela Priapi. Loquitur autem Priapus dicēs primum, quis sit, & quomodo sit positus custos hortorum in Exquilijs, vbi quondam plebeiorū sepulcra erant, quæ veneficæ frequentare solebant, & nunc vbi habitari cœperunt & coli, abiectis veneficis magnorum virorum est habitatio, deinde narrat quomodo veneficia sua illic exercere solebant. Ordo est. Ego, inquit, Priapus eram olim truncus ficulnus. i. ex ficu arbore truncata derelictus, existens lignum inutile, cum. i. quando faber. s. lignarius, ac statuarius incertus, id est dubius an supp. faceret ex illo trunco scamnum, ne pro an Priapum, maluit esse Deum. s. hortorum, hoc est me Priapum. s. inde. i. ex ea re, quia maluit esse Deum vel inde. i. eo tempore, quo maluit esse Deū, ego sup. sum Deus, existens maxima formido furum & auium. Nam dextra sup. manus, armata. s. falce, coërcet fures. i. vetat ne accedant, & palus ruber. i. mētula aut penis virilis rubens propter salacitatem, porrectus. i. extensus, ab inguine obscœno. i. à pudendis mēbris, coërcet sup. fures, hic patet quod in principio diximus, Satyricos Satyros Deos petulantes, & lasciuos induxisse, vt per eos obscœna, & lasciua enunciēt, nam eo modo hic Priapum inducit turpissima minantē, videlicet stuprū masculorum si hortum ingrediantur, quod in Priapea siue Virgiliana, seu Ouidiana. obscœno certe carmine apertius facit, dicens, Pedicabere fur semel, sed idem. Si prensus fueris bis, irrumabo &c. vbi etiam ostendit falcem habere in manu, dicens. Quod sim ligneus, vt vides Priapus. Et falx lignea, ligneusque penis, Prendā re tamen &c. Illic autem penem. i. caudam virilem vocat, quem hic palum. Est autem palus secundæ declinationis, & priori longa stipes sicut à gallis, ad quos vites ligantur, pali vocantur. Sed redeo ad ordinem. Est ergo formido furum, quia dextra tenens falcem, & membrum virile stuprum minitans arcet fures. Ast. i. sed, arundo fixa in vertice. i. summitate capitis mei, terret volucres importunas, & vetat supp. eas considere. i. locum capere, dum sidunt. i. descendunt ex aëre, in nouis hortis. i. paullo ante illic coli cœptis. Cōseruus. i. aliquis cum alio iam defuncto eiusdem domini seruus, locabat. i. includebat in vili arca, cadauera, conserui, scilicet sui, eiecta. s. cum contemptu, cellis angustijs, id est tugurijs, ac domunculis seu humilibus casis miserorum, locabat inquam prius, id est antea portanda, id est vt portentur, huc. i. ad hunc locum. Nam hoc. i. quod hor loco erat sepulcrum, stabat. i. paratum erat commune sepulcrum miseræ plebi, videlicet Pantolabo scurræ, & Nomentano nepoti. i. guloso, & luxurioso, qui patrimonium suum abligurierat, sicut hodie cum perditis hominibus minamur defore i quo sepeliantur, dicunt sibi hospitale non defuturum. Hic cippus. i. hic sepulturæ locus, dabat. i. concedebat miseris, & perditis sepeliendis, in fronte. i. ab ea parte, qua viam publicam contingit mille pedes, & trecentos sup. pedes, in agrum. i. ab ea parte, qua in agrum vergit, dabat inquam sic, ne, id est vt non, vt heredes non sequerentur, id est non vendicarent sibi monimentum, id est hoc sepulcrum cōmune. Videntur tamen Commentarij aliter intelligendum velle, vt sit ordo. Aliquis sup. diues dabat. i. inscribebat in sepulcro, hic cippus. i. hoc sepulcrū, habeat supp. vel teneat, mille pedes in fronte, & trecentos in agrum, id est agrum versus. Item dabat, id est inscribebat, ne heredes sequantur hoc monimentum. Et ita hæc verba. Mille in fronte pedes trecentos cippus in agrum erant scripta ab vna parte sepulcri, ab alia autem H.M.H.N.S. id est heredes monimentum hoc ne sequantur, & ita vt in talibus superscriptionibus solet, subintelligitur verbū, quod construatur cum nominatiuo cippus, videlicet habet, aut, tenet, aut vendicat sibi. Landinus autem vult Nomentanum illud sibi sepulcrum construxisse, quod omnino non placet. Nam mens poëtæ est notare illos perditos homines, qui omnibus suis cōsum

Priapus

pus

Nam, displosa sonat quantum vesica, pepedi
Diffisa nate ficus. at illæ currere in vrbem.
Canidiæ denteis, altum Saganæ caliendrum
Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis
Vincula, cum magno risuque, iocoque videres.

ptis in communi miserorum sepultura sepeliendi essent, non q sibi pomposam extruxerunt. Præterea ne irreligiose Mœcenas, atque alij qui Exquilias habitabāt, sepulcta violasse putent de se scribit magnitudinē eius. Sed pergendum est. Licet nunc habitare in Exquilijs.i.illo colle qui vnus ex septem muro Romano inclusis est, salubribus.i.salutem afferentibus, eo q locus iam mundus à sputcitijs cadauerum à veneficis olim eiectorum, atque licet spatiari.i.deambulate, in aprieo.i.Soli exposito, & mundo, aggere.i. accumulatione terratum, ab aggerendo enim dicitur, quo.i.in quo aggere, tristes.i.lugubres aliud cadauer sepulturi, spectabant.i.aspiciebant, modo.j.paullo ante, agrum informem.i.fœdatum, ossibus albis.i.eiectis & à pluuia dealbatis, cum.i.quo tempore, fures, & feræ suetæ.i.consuetæ (diuisit autē syllabam primam, & fecit trisyllabum, quomodo etiam suauis reperitur vexare).i.infestare hunc locum, non sunt mihi tantum.i. intantum curæ, atque labori, quantum sup. mihi curæ, & labori sunt sup. veneficæ, & incantatrices, quæ versant.i.inuertunt, & peruertunt frequenter, carminibus.i.per incantationes, atque venenis.i.per veneficia, animos humanos, ego nullo modo possum perdere.i.funditus destruere, & extirpare, aut prohibere, ne.s.huc veniant has.s.veneficas, simul ac.i.mox vt: Luna vaga.i.mutabilis, aut per cœlum suum errans, protulit os decorum.i.in quouis nouilunio, quin.i.quo, minus.i.vt non, tales sup.mulieres, legant .i.colligant, ossa.s.defunctorum, ad Necromantiam.s.conducere putata, & herbas nocentes.i.fascinatorias, ac venenosas. Vidi egomet, hoc Tragicum esse satis Acron admonuerit, nisi literarum rerumq. rudibus hanc operam suscepetimus. Sciat ergo rar diusculus, Tragœdiam esse altisonam, & affectionis plenam, plus autem mouent quæ sunt oculis subiecta fidelibus, vt dicit auctor noster in Poëtica. Proinde quia se vidisse dicit rem stuporis plenam, versus Tragice nimirum prolatus est. Ordo est. Egomet, inquit Priapus, vidi Canidiam, veneficam illam, & vnguentariam Neapolitanam, vadere.i.incedere nudis pedibus, existentem succinctam pulla.i.nigra palla, vel ne videatur, vel potius quia Necromanticis & omnibus rebus ad inferos spectantibus niger color accommodatior putatur. Palla autem vestis muliebris maxime gręca, & vidi eam vlulantem cum Sagana maiore.i.prouectioris ætatis, qui duæ erant Saganæ, nisi forte legendum sic cum Saga.i.venefica maiore.i.peritiore, q̄ ipsa sit & hoc capillo passo.i.dispetso, pallor fecerat vtrasque horrendas.i.terribiles aspectu, ipse veneficæ sup. cœperunt scalpere.i.effodere terram vnguibus, & diuellere.i.dilacerare, mordicus.i.per morsus seu mordendo, agnam pullam.i.nigram, cruor ipsius agnæ confusus.i.simul & mixtim fusus, sup.est in fossam, quam vnguibus fecerant, vt ipsæ elicerent.i.euocarent. inde.i.ex fossis, animas Manes.i.ad sepulcra manentes, daturus responsa. Sanguine enim credebantur animæ gaudere, & erat effigies, homines.i.effictio, lanea.i.ex lana facta: & erat altera.s.effigies maior, cerea.i.ex cera facta. Lanea supple erat qui.i.ideo, vt compesceret.i.constringeret, pœnis.i.per pœnas & compressionem, inferiorem i.ceream inferius positam, cerea sup. imago ex cera facta, stabat suppliciter.i. humiliter & quasi subiecta, que, pro &, vt.i.quasi sup. staret iam peritura.i.affligenda, modis seruilibus.i.quibus serui affligi solent.i.immaniter & sine clementia. Altera.s.veneficarum, vocat Hecatem.i.Reginam infernalem Proserpinam, altera.i.reliqua, sup.venefica, vocat.i.inuocat sæuam Tisiphonem, Furiam illam infernalem. Tu videres.i.quilibet qui tunc illic esset, videre posset, serpentes & canes infernas.i.infernales errare.i.vagare, circa, scilicet ea loca, & videres Lunam rubentem.i.verecundantem, latere post magna sepulcra, ne foret testis.i.conscia, his.s.factis veneficarum. Vel sic, videres rubentem.i.erubescentem de turpibus ausis earum. Et videres veneficas latere post magna sepulcra, ne Luna aut alius foret testis his. At, id est sed, si inquit Priapus, ego mentior, quid, id est aliquid, id est in aliquo, inquiner, id est permitto vt inquiner, ac polluar, caput, id est habeam caput inquinatum, merdis albis, id est stercore ac oleto de more albo coruorum, atque Iulius vir ille turpis & infamis, & Pedatia vir ille fragilis, id est (si noui ingenium Poëtæ) impotens retinendæ alui, & Voranus fur, id est turpissimus & vilissimus quisque veniat mictum, atque cacatum in me. [Quid, id est ad quid, ego memorem, id est narrem singula, quo pacto, id est quomodo vmbræ, id est animæ vocatæ ab Inferis loquentes cum Sagana alterna, id est alternatim, resonarent triste, id est tristiter, & acutum, id est acute & stridule. Atque vt supple vel lege vtque, id est & vt qualiter ipsa abdiderit, id est occultauerit, furtim, id est secrete, terris, id est in terris, barbam lupi. (Nam, vt Plin. scribit lupi rostrum inueteratum veneficijs resistere aiunt, & ob id portis præfigunt) cum dente colubræ variæ, id est maculosæ, & vt supple ignis largior, id est satis largus, arserit imagine cerea, id est ex imagine ex cera facta. Vbi nota quòd maluit hypermetrum, id est versum superabundantem in syllaba facere, quàm minus latine dicere Imagine ceræ. Sic & Virgil. in consimilibus consimiles hypermetros fecit, cum in alijs apud eum syllaba abundans per vocalem sequentem consumatur. In his autem videtur quædam implicata synæresis, sed prolixior fio. & vt, id est qualiter, ego, scilicet Priapus, horruerim, id est horrore præ timore concussus formidauerim, voces & Fata, aut facta, duarum Furiarum, existens testis, id est conscius eius facti, non inultus, id est non sine vindicta id transire passus. Nam ego ficus, id est existens statua ficulna, pepedi, id est bombum feci, nate diffisa, id est dissoluta & displosa, tantum supple quantum vesica displosa, id est compressu manuum, cum sit venti plena, rupta sonat, at, id est sed illæ, scilicet veneficæ, currere supple cœperunt, aut currere pro currebant in vrbem, cum, id esset sub mœnibus, & tu videres cum risu & ioco magno, id est quilibet illic existens videre posset, dentes, scilicet serpentinos, quos secum attulerat, aut mortuorum, quos excusserat, aut proprios, cum vetula esset, excidere, id est intercidere. Canidiæ veneficæ illi, & videres altum caliendrum, id est ornamentum capitis, excidere Saganæ, id est alteri veneficæ, & uideres cum risu & ioco herbas, atque uincula, id est licia quædam diuersorum colorum (de quibus in Bucol.

*Terna tibi hoc primum triplici diuersa colore*
*Licia circundo)*

Incantata, id est incantationibus affecta, excidere lacertis, id est ex brachijs eius.

*Lupi rostrum* — *Hypermetrum.*

DOCT. *interpr.* — OLim Truncus) Lignum ficulnum ut fragile atque ad omnia fere inutile prouerbijs aliquot locum fecit. Nam ἄνδρα σύκινον uirum ficulnū Græci appellant.i. mollem atque inutilem, συκίνη ἐπικουρία ficulnum auxilium, pro inualido atque inutili. Et συκίνη μάχαιρα.i ficulna machæra, calumnia. Et συκίνη ναῦς, ficulna nauis, pro uili minimeque precij nauicula.

GLAR. — NAm fures dextra coërcet. Quia fustem tenens figuratur, inquit Acron. At io Priapeis falcē habere fingitur. Quod aut post aliquot versus de cippo dicitur. Mille pedes in fronte, ad uiam uersum intelligitur, introrsum autem trecentos. Est nihilominus longitudo secundum mille, latitudo s̄m trecentos pedes intelligenda. Si quidem omni in re maiori distantiæ longitudo attribuitur, ut auctor est Ptol. lib.j. Geographiæ, cap. vj. Acron tamen contra exponit. Illud autem quod postea de luna rubente dicitur, ne forte his testis, post magna latere sepulcra, idem Acron de veneficijs intelligit. Sed quomodo eæ latere volebant, ne essent consciæ? Illud Caliendrum etiam satis diuerse à commentatoribus expositum. At si dentes appositicios Canidiæ ut uetulæ per iocum ac risum excidisse intelligimus, quadrat nimirum & Saganæ suppositititium crinem, quem pro naturalibus capillis accipiebat, excidisse, id quod innuit Acron. Nam quod Gibbam Porphyrion ait, non intelligo.

## ARGVMENTVM.

*Importunam garrulitatem, & ineptias carpit suppresso nomine.*

ASCEN. IBAM forte via &c.) Garrulum quendam lepide taxans, docet ineptam loquacitatem omnibus fugiendam esse. Vtitur aūt sermone valde humili, ita vt ferè nescias metrico ne an soluto, sed id non sine arte, vt non inerti constat: Inerti

bus autem monstrari paucis nō posset. Illud tantum dixero, solere doctos, iuxta rerum qualitatem & personarum cum quibus loquantur varietatem, stylum mutare, nam aliter ad literatum virum & scribes & loqueris, aliter ad imperitum, quia ergo cum imperito sermonem facit, pedestri vtitur stylo. Ordo est. Ego ibam forte, non quòd fortuitum esset ꝙ irer, sed ꝙ tunc iret, cum ille, de quo locuturus est, accurrit in Sacra via, quæ .s. à porta Triumphali ad Capitolium ferebat, ibam, inquit, meditans .i. cogitans, nescio quid nugarum .i. facilium versiculorum, vbi per modestiam versiculos suos extenuat sicut meus est mos, existens etiam totus in illis .s. nugis .i. totus occupatus in cōponendis quibusdam versibus, forte Satyricis, quidam homo notus mihi tantum .i. solummodo nomine, accurrit, aut occurrit .s. ad me, que pro &, ipse supp. ait, arrepta manu .i. postquam arripuit manum meam, ò dulcissime supp. amice, quid rerum .i. quas res agis? ego inquam .i. respondeo, dicit Poëta: suauiter .i. satis dulciter sup. ago: vt .i. secundū ꝙ nunc est .s. status meus, & cupio .i. volo etiam omnia, quæ tu vis .i. volo tibi complacere in omnibus, hoc autem dicere solent volentes discedere, sed cum, id est quādo ille improbus .s. affectaretur .i. continue sequeretur me, ego occupo .i. priusq̄ me alloquatur, alloquor ipsum dicens. Num .i. nōne vis: quid .i. aliquid? At .i. sed: ille .s. accurrens, inquit. O Horati notis .i. noueris ne nos? nos sumus docti, ego dicit Poëta, inquam .i. dico hic .i. ad hoc dictum illius, tu eris .i. reputaberis: mihi .i. à me: hoc .i. propter hoc, vel pro tāto, pluris .i. maiori pretio .i. pluris te propterea faciam ꝙ doctus es, & ego cupiens misere .i. vsque ad miseram afflictionem animi, discedere ab illo, ire sup. cœpi, vel ire .i. ibam: modo .i. aliquando ocyus, & consistere .i. consistebam: interdum .i. aliquando, & dicere .i. dicebam, puero .i. ministro meo, nescio quid in aurem, cum .i. quando sudor .s. ex oppressione illius viri, manaret .i. distillaret mihi ad imos talos, ego tacitus, hoc est in animo meo, aiebam, ò Bolane sup. dico te felicem cerebri .i. habentem felix cerebrum, qui cum sis cerebrosus illius ineptias & importunitatē ferre non posses, sed statim exprobrares, cum .i. quādo, ille garritet quidlibet i. quamlibet rem inutilem, & cum sup. laudaret vicos & vrbem, vt .i. postquam, ego nihil respondebam illi, ipse inquit, ego video .i. cognosco iam dudum, tu cupis misere .i. valde, abire .i. discedere à me, sed tu nil

* Ab hoc verbo velis incipiēdo omnia Gar. dicere et Acrō & Bonfinus testātur.

S A T Y R A  I X.



IBAM forte via Sacra (sicut meus est mos)
Nescio quid meditans nugarum, totus in illis.
Occurit quidam notus mihi nomine tantum,
Arreptaque manu, quid agis dulcissime rerum?
Suauiter vt nunc est, inq̄: & cupio omnia, quæ vis.
Cum assectaretur: nunquid vis? occupo: at ille,
Noris nos, inquit. docti sumus. hic ego, pluris
Hoc, inquam, mihi eris. misere discedere quærens.
Ire modo ocyus: interdum consistere: in aurem
Dicere nescio quid puero: cum sudor ad imos
Manaret talos. ò te Bollane cerebri
Felicem, aiebam tacitus. cum quidlibet ille
Garriret: vicos, vrbem laudaret vt illi
Nil respondebam: misere cupis, inquit, abire,
Iandudum video: sed nil agris: vsque tenebo,
Persequar. hinc quò nunc iter est tibi? nil opus est te
Circumagi: quendam volo visere, non tibi notum:
Trans Tiberim longe cubat is prope Cæsaris hortos.
Nil habeo, quod agā: & nō sum piger: vsq. sequar te.
Demitto auriculas: vt iniquæ mentis asellus,
Cum grauius dorso subijt onus. incipit ille.
Si bene me noui, non Viscum pluris amicum,
Non Varium facies. nam quis me scribere plureis,
Aut citius posit versus? quis membra monere
Mollius? inuideat quod & Hermogenes, ego canto.
Interpellandi locus hic erat. est tibi mater?
Cognati? quis te saluo est opus? haud mihi quisq̄.
Omnes composui felices. nunc ego resto.
Confice. nanque instat fatum mihi triste: Sabella
Quod puero cecinit, diuina mota anus vrna.
Hunc neque dira venena nec hosticus auferet ensis,
Nec laterum dolor, aut tussis, nec tarda podagra.
Garrulus hunc quando consumet cunque: loquaceis,
Si sapiat, vitet: simulac adolcuerit ætas.
Ventum erat ad Vestæ, quarta iam parte diei
Præterita: & casu tunc respondere vadato
Debebat: quod ni fecisset: perdere litem.
Si me amas, inquit, paullum hic ades. intercam, si
Aut valeo stare: aut noui ciuilia iura:
Et propero, quò scis. dubius sum, q̄d faciam, inquis:
Te ne relinquam an rem. me sodes. non faciam, ille,
Et præcedere cœpit. ego, vt contendere durum est,
Cum victore sequor. Mœcenas quomodo tecum?
Hinc repetit, paucorum, hoīum, & mentis bene sanæ?
Nemo dexterius fortuna est vsus. Haberes
Magnum adiutorem: posset qui ferre secundas:
Hunc hominem si velles tradere. dispeream, ni
Summosses omneis. non isto viuimus illic,
Quo tu rere, modo. domus hac nec purior vlla est:
Nec magis his aliena malis. nil mi officit vnquam:
Ditior hic, aut est quia doctior. est locus vni
Cuique suus. magnum narras, vix credibile. atqui
Sic habet. accendis, quare cupiam magis illi
Proximus esse. * velis tantummodo: quæ tua virtus,

agis .i. frustra laboras, ego tenebo sup. vsque .i. semper, & supple persequar .i. ad finem vsque sequar te, quo est tibi iter, hinc .i. ab hoc loco. Nil .i. in nullo, est opus .i. expediens, te circumagi .i. quærere diuerticula, vt a me discedas. Respondet Horat. Ego volo visere quendam, non notum tibi, trās Tyberim, is cubat .s. ægrotans, longe .i. remote ab hoc loco propè hortos Cæsaris. Gar. respondet. Ego nihil habeo quod agam, & ego non sum piger, ego sequar te vsque .i. semper, vel vsque ad eum locum. Ego, inquit Poeta, demitto .i. deorsum mitto auriculas, vt .i. quemadmodum, asellus inique .i. non satis fortis; mentis .i. animi: cum .i. quando, ipse asinus subijt dorso onus grauius q̄ sup. possit ferre. Ille .s. Garrulus incipit sup. dicere. Si ego bene noui me, tu non facies .i. reputabis: pluris .i. maioris valoris: Viscum illum disertum hominem, & non facies pluris Varum amicum, q̄ supp. me. Nam quis possit scribere versum pluris .i. plures, aut, citius, me .i. q̄ ego? q. d. nemo, quis sup. possit mouere mēbra sua mollius .i. agilius? ego canto sup. tam bene: quod Hermogenes .s. Tigellius inuideat. Locus interpellandi .i. interrūpendi sermonem eius erat hic .i. hoc loco, dicit ergo Poeta. Est tibi mater .i. habes ne adhuc matrem? Cognati sup. sunt ne tibi? quia .i. quibus opus est te saluo .i. tua salute? Respondet Garrulus: haud quisquam .i. nullus sup. est mihi: ego composui .i. simul posui in sedib⁹ suis, hoc est in sepulcro omnes. Respondet Poëta. Felices sup. sunt illi, quos sæpe liuisti, ego resto sup. componendus & interficiendus à te, confice .i. occide me garrulitate tua. Nanque triste Fatum: quod anus i. vetula, Sabella .i. ex Sabinis oriunda, cecinit mihi puero .i. cum essem puer, & hoc vrna diuina .i. in qua erant diuinationum sortes: mota .i. concussa, vt sortes casu educeret, instat mihi .i. imminet iam mihi, & vrget me. Carmen autem ipsius anus erat quod sequitur. Neque dira venena .i. infectiones venenosæ, auferent sup. hūc .s. puerum, nec ensis hosticus .i. hostilis, auferet .i. tollet è vita, hunc sup. puerum, nec dolor laterum auferet hunc, aut tussis, aut podagra .i. ægritudo pedum, tarda .i. tardos faciens, sup. non auferet hunc, quando .i. quando quidem, Garrulus .i. vir linguosus, cōsumet .i. conficiet, hunc .s. puerum, que pro &, cum .i. quando, Garrulus .s. consumet hunc, ipse vitet .i. vitauerit, si sapiat .i. sapiens sit, loquaces .i. multum & assidue loquētes, simulatque .i. mox cum ætas sup. eius, adoleuerit,

Expugnabis. & est qui vinci possit: eoque
Difficiles aditus primos habet. haud mihi deero:
Muneribus seruos corrumpam: non, hodie si
Exclusus fuero, desistam: tempora quæram;
Occurram in triuijs: deducam, nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus. hæc dum agit: ecce
Fuscus Aristius occurrit mihi carus: & illum
Qui pulchre nosset. consistimus: vnde venis? &
Quo tendis? rogat: & respondet. vellere cœpi:
Et prensare manu lentissima brachia, nutans,
Distorquens oculos: vt me eriperet. male salsus
Ridens dissimulare, meum iecur vrere bilis.
Certe nescio quid secreto velle loqui te
Aiebas mecum. memini bene: sed meliori
Tempore dicam: hodie tricesima sabbata. vin tu
Curtis Iudæis oppedere? nulla mihi inquam
Relligio est. At mi: sum paullo infirmior, vnus
Multorum: ignosces: aliàs loquar. hunccine solem
Tam nigrum surrexe mihi? fugit improbus: ac me
Sub cultro linquit. casu venit obuius illi
Aduersarius: &, quò tu turpissime? magna
Exclamat voce: &, licet antestari? ego vero
Oppono auriculam. rapit in ius: clamor vtrinque:
Vndique concursus: sic me seruauit Apollo.

rit .i. adulta fuerit. [Ventum erat &c. Persequitur reliquam partem itineris sui cum Garrulo illo. Ordo autem est. Ventum erat .s. a nobis, hoc est nos venimus ad Vestæ sup. ædem aut templum, & hoc quarta parte diei iam prætetita, & debebat .s. ille Garrulus, nunc .i. in illa hora casu .i. à casu respondere vadato .i. illi cui uadem constituerat, quod i. quam rem, ni .i. nisi fecisset, debebat sup. perdere litem .i. rem suam & ius litigandi, & inquit, scilicet Garrulus, si me amas ades .i. auxilio sis mihi, paullum .i. modicum, hic .i. hoc loco, aut in hac re, ibi aduerte syllabam me, non absumi per uocalem sequentem, sed corripi sicut in illo Virgiliano. Vale, inquit, Iolla. Respondet Horatius. Inteream .i. moriar si aut ualeo stare, ad iudicium .s. aut si noui iura ciuilia. Et .i. insuper, propero .i. festino, supple eo quo scis .s. me properare, hoc est ad amicum trans Tyberim, & ita scribendũ est scis, quamuis textus ferè habeant sis, sup. mecum profecturus. Respondes Garrulus, inqt. Ego sum dubius quid faciam, ne pro an, ego relinquam te. an rem .i. litem meam. Respondet Horatius blandiens, ac dicens. Sodes, quod blandientis est, q.d. si audes, amabo, me sup. relinquas. Ille sup. inquit. Non faciã .i. non relinquam te, sed potius rem meam, & cœpit præcedere, ego, inquit Poëta, sequor cum victore .i. eo qui me vicit, vt .i. secundũ q, durum est contendere cum tam importuno homine, hic .s. Garrulus, repetit .i. iterum incipit dicere, quomodo Mœcenas tecum sup. viuit? Mœcenas sup. dicit Poëta, est paucorum hominum, & mentis bene sanæ, vt sic in desperationem induceret Garrulum ne speret posse ab eo recipi, aut vt sic honeste garrulitatem illius refrænaret, & hoc melius, quam vt dicantur verba Garruli, qui tamen id volet dicere, ordo erit. Quomodo Mœcenas existens paucorum hominum & mentis bene sanæ, tecum sup. viuit? nemo est vsus dexterius .i. felicius, fortuna .s. prospera sup. q̃ tu, qui in talis viri familia viuis, tu ò Horati haberes magnum adiutorem, qui posset ferre .i. gerere & sustinere tecum secundas partes .s. in famulatu & obsequio, si velles tradere sup. Mœcenati cum hominem .i. me. hic enim ad primam personam pertinet. Dispeream ni .i. nisi, si tu me adiutorem haberes, tu summosses .i. summouisses omnes è domo Mœcenatis, & solus illic regnares, respondet Poëta. Non viuimus illic &c. Sunt qui sic construant, vt dicat Poëta. Dispeream ni submosses, hoc est expelleres omnes qui in domo sumus, quia non possemus te ferre, nos non viuimus illic .i. in domo Mœcenatis eo modo, quo tu rere .i. arbitraris, nec vlla domus est purior hac .s. domo nostra, nec magis aliena .i. purior his malis .s. adulationibus & garrulitatibus, quæ in te sunt. Nil .i. non aliquid, ditior non officit .i. non nocet mihi aliquid, vt in aliquo, hic .i. in hac domo nostra, vnq̃ .i. quouis tempora. aut quia quis doctior est sup. alteri, non ideo officit hic cuiquam. suus .i. proprius locus est vnicuique. Respondet Garrulus. Tu narras magnum .i. rem magnam, & vix credibile .i. rem vix credibilem. Respondet Horati. Atqui .i. sed certe, sic habet sup. res se .i. ita tamen est, vt dixi. Respondet Garrulus. Tu accendis .i. ardentius instigas me, quare ego cupiam magis esse proximus illi .i. Mœcenati, ò Horati velis tantummodo .i. duntaxat, me iuuare vt recipiar a Mœcenate, tu (quæ tua est virtus .i. secundùm q in te est virtus) expugnabis .i. impetrabis à Mœcenate quod voles, & ipse sup. Mœcenas est sup. talis .i. multum mansuetus, facilis, & exorabilis, qui possit vinci .i. exorari. Et ita in persona aliena taxat facilitatem Mœcenatis, forte ridentis cum hæc legeret. vnde dictum est. Omne vafer vitiũ &c. Respondet Horat. Eoque i. & ideo, quia scit se faciliter exorati solere, ipse habet primos aditus difficiles .i. non permittit se faciliter à quolibet supplicatura adiri. Respondet Gar. Haud .i. non, deero mihi .i. non ero negligens in causa mea. Bonfinis tamen uult etiam illa uerba. Eoq. difficiles aditus primos habet, esse Garruli ut sit sensus. Et est sup. Mœcenas talis qui possit uinci, eoq̃ue .i. & ideo, quia sentit se facilem & exorabilem, habet primos aditus difficiles, sed in remedium illius difficultatis utar perseuerantia, haud deero mihi, ego corrumpam seruos muneribus, & ego non desistam, si .i. tametsi, ego fuero exclusus hodie, ego quæram tempora .i. opportunitatem temporis, occurram Mœcenati sup. in triuijs .i. vijs publicis: deducam sup. eum domum. Non sine magno, alij textus habent. Nil, vt sit. Vita nil dedit mortalibus sine magno labore, aut legendo nõ, sic. Vita non dedit mortalibus sup. quicquam sine magno labore. Dum, inquit Poeta, ille .s. Garr. agit hæc: Fus. Aristius grammaticus existens carus mihi, & q pulchre nosset illum .s. Gar. occurrit mihi, nos consistimus .i. simul stamus in occursu .s. Fuscus, & ego, & Fuscus sup. rogat .i. interrogat sup. me, vnde venis, & quo tendis? & responde, sup. mihi .i. interroganti. Ego cœpi vellere .i. vellicare, & pro .i. prensare .i. velle accipere, manu supp. mea lentissima brachia illius, mutans .i. nutu illi signum faciens, & distorquens oculos .i. oblique conniuens, vt eriperet me ab illo .s. Garrulo. sed sup. Fuscus male .i. multum, & in malum meum. salsus .i. facetus irrisor, dissimulare i. dissimulabat .s. se non intelligere quid vellem, & hoc ridens, bilis .i. cholera, hoc est amara indignatio mouens mihi stomachum: vrere .i. vrebar, vel cœpit sup. vrere meum iecur. Et dicebam sup. ad Fuscum, certe ò Fusce, tu aiebas te velle loqui mecum nescio quid secreto .i. in secreto. Respondet Fuscus. Ego bene memini sup. hoc dixisse, quamuis non dixerit, sed ego dicam tibi tempore meliore .i. conuenientiore. Sabbata trigesima, quæ .s. Iudæi maxime obseruant, sunt sup. hodie, vin' .i. vis ne ò Horati: oppedere .i. obtemperare. Iudæis curtis .i. curtatis, præputijs, hoc est circuncisis? Respondet Horat. Nulla religio est mihi vnquam, hoc, vt, Epicureus dixit, si generaliter accipiatur. Aut intelligatur specialiter sic. Nulla sup. Iudæorum religio fuit mihi vnquam, Respondet Fuscus. At .i. sed, religio .i. obseruatio cerimoniarum diuinarum, est sup. mi .i. mihi, ego sum paullo .i. aliquanto infirmior, existens vnus multorum .i. quales multi sunt, vel in quo vno si moriar, multi mihi immo omnes censeantur mori, & ego debeo colere Deum vt mihi vitam conseruet, ignosces .i. veniam igitur dabis mihi Horati, si nunc ad festa Iudæorum propero, ego loquar alias .i. alio tempore tecum. Exclamat Horat. vt ille ausu gerat. Hunccine .i. hunc ne sup. æquum, aut dijs placitum est. Solem surrexe, pro surrexisse mihi tam nigrum .i. tam infaustũ? Fuscus sup. improbus fugit, ac linquit me sub cultro .i. sub garrulitate huius hoĩs qua occidor. Aduersarius cui .s. dies erat constituta à Gar. venit casu .i. à casu obuius illi, & exclamat magna voce. O turpissime quo tu sup. fugis? & sup. interrogat, an licet attestari (aut, vt alij textus hñt, antestari) .i. testimonium meum contra illum capere, ego uero oppono auriculam .i. præbeo eam vellicandam, vt memor fiam eius rei testis futurus, ergo rapit eũ in ius, clamor sup. fit vtrinque .i. ab vtroque, concursus sup. populi fit vndique .i. ab omni parte, & Apollo qui fautor vatum est, aut re vera qui in Foro iudiciali stat, quapropter à Iuuenale dicitur, Sportula deinde Forum, iurisque peritus Apollo, seruauit me sic .i. quia ille ad Apollinem .i. in ius tractus est.

NOtus mihi nomi. Εἰς οὖς λέγειν .i. in aurem dicere, vel hodie uulgo dictitant, pro eo qđ est clanculum ac secreto cõmittere. Translatum ab ijs, qui proprius admoti ad aurem insusurrant, quæ nolint ab alijs exaudiri. [Demitto auriculas) Qui deiecto sunt animo, auriculas super humeros habere dñr prouerbialiter. Sumptum à iumentis, quæ sic aurium motu testantur affectum animi, quemadmodum hoĩes frõte & oculis. DOCT. interpr.

ANTO. SABEL. IVdæis oppede) Hoc verbum vetus est, & significat contra pedere. Nam a pedo, pedis, cuius significatio notior est, quam vt egeat interpretationis, formatur oppedere, id qđ docet Prisc. in x. vtens illius versiculi testimonio. Errant qui existimant oppedere dici, quasi pedi opponere.

GLAR. SI bene me noui, non Viscum pluris amicum) In Porphyrionis cōmentario, vt plerique habent lib. Tuscus pro viscus legitur, ita vt quibusdam Tucca designari visus sit. Sed viscorum mentio est etiam sequenti Satyra non ita longe à fine, vt non sit tutum quicq̃ mutare ad librum, qui corruptissimi sunt fidem. Sed & Varum, pro Varium plerique habent lib. Verum de his duobus lib. j. Odarum diximus, Ode xxiiij. quæ quidem scite potuimus. [Garrulus hunc quando consumet cunque) Et Acron & Porphyrion κατὰ τμῆσιν disiunctam dictionem quandocunque prolatam asserunt, quid autem hoc loco significet, non explicant. Tu vide an non pro aliquando sit posita, aut quandoque Natiuam enim significationem hoc loco sensus vix admittet. [Quod ni fecisset, perdere litem) In cōmentario Acronis, ad hæc verba adijcitur, adesto mihi, quæ quid sibi velint, cōmisci non potui. Continuo post ad hæc poetæ verba. Et pro pero quo scis, omissa est negatio. Et legendum in Acronis commentario. Non oblitus est Horatius, quod dixit sibi visendum esse nescio quem. Nisi aliter legerit poetæ verba Acron. Rursus statim post, ad illa verba. Mœcenas quo modo tecum, deest, ait, sed agit legendum. Illa autem. Nemo dexterius fortuna est vsus, poetæ verba sunt, laudantis modestiam Mœcenatis. Qui cum fortunæ beneficio potuisset longe maior esse, noluit. Ceterum Badius sæpe poetæ verba dat Garrulo, & contra. Porphyrion admonet olim duobus punctis interstincta fuisse, quæ sane hodie non apparent. Verum ea omnia prosequi non est nostri instituti. [Hodie trigesima sabbata, vin tu) Acron quatuor expositiones hic affert, vt est copiosus quoties nihil certi afferre potest, quarum vtinam vna sit vera. Iudæi autem quomodo Næomenias dicunt cum ea vox sit græca? Atqui hoc non mirandum, cum oppedere expona contra pedem opponere. Badius vero subtilius. s. obtemperare. Illud autem, curtis, Acron exponit, quia pellicula imminuti sunt. Quia Moses Rex Iudæorum, cuius legibus reguntur, negligentia medicinalis effectus, & ne solus esset notabilis, omneis circuncidi voluit. Hæc ille. Elegans sane organum Acron per quod veritatis lucem opprimere conatus est demon. Nota autem latinitatem siue Acronis, siue impostoris alicuius, negligentia medicinalis effectus, pro, indigens medicina & notabilis, qui pellicula careret, atque inde omnes ad id coactos, q̃ elegans persuasio diaboli vt culpetur Moseos factum, quod à Deo edoctus atque iustus erat. [Et licet antestari) Antestari legendum, quasi ex circunstantibus aliquem testem facere, idque auris attactæ monitione. Vide in Adagio Aurem vellere Quidam temere mutauerant in attestari, parum memores & quædam alia apud veteres ad eam esse formam, vt Anquirere apud Liuium. [Sic me seruauit Apollo) Acron hic silet. Porphyrion de Homerico sumptum testatur, allegat autem ad hoc Lucilium, quæ verba adeo corrupta sunt, vt ego restituere nequiuerim. Ceterū locus esse videatur Iliad. v. vbi Apol. è Diom. manibus eripit Æneam. Quidam ad Apollinem in iudiciali foro referunt, ad quem in ius garrulus ille ab aduersario tractus est, atque ita liberatus Horatius.

## ARGVMENTVM.

*In Satyra quarta, cuius initium est Eupolis atque Crat scripserat Lucilium fluere lutulentum, ob quam rem male audiebat. Quare hic se purgat id vitij non Lucilio, sed seculo attribuens.*

### SATYRA X.



NEMPE incomposito dixi pede currere versus
Lucilli. quis tam Lucilli fautor inepte est?
Vt non hoc fateatur? at idem, quod sale multo
Vrbem defricuit: charta laudatur eadem.
Nec tñ hoc tribuens, dederim quoque cetera. nã sic
Et Laberi mimos, vt pulchra poemata, mirer.
Ergo non satis est risu diducere rictum
Auditoris: & est quædam tamen hic quoque virtus.
Est breuitate opus: vt currat sententia: neu se
Impediat verbis lassas onerantibus aures.
Et sermone opus est modo tristi, sæpe iocoso,
Defendente vicem modo rhetoris, atque poëtæ,
Interdum vrbani, parcentis viribus, atque
Extenuantis eas consulto. ridiculum acri
Fortius, & melius magnas plerunque secat res.
Illi, scripta quibus comœdia prisca viris est;
Hoc stabant: hoc sunt imitandi: quos neque pulcher
Hermogenes vnquam legit, neque simius iste
Nil præter Caluum & doctus cantare Catullum.
At magnum fecit: quod verbis græca latinis
Miscuit. ò seri studiorum, qui ne putatis
Difficile, & mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contigit? at sermo lingua concinnus vtraque
Suauior: vt Chio nota si commixta Falerni est.
Cum versus facias, teipsum percontor: an & cum
Dura tibi peragenda rei sit caussa Petilli?
Scilicet oblitus patriæq., patrisq. Latini

ASCEN. EMPE incomposito &c.) Vt se contra Lucilij amatores defendat, qui ęgre tulerunt q̃ dixerat eum lutulentum fluere: ostendit negligentiam eius, docens præterea nullam inuidiam esse id in Lucilium fieri, quod ipse in alios fecerat: tandemque ad se rediens concludit se in his scriptis, paucis. i. doctis, qui nimirum paucissimi sunt, lectoribus contentum esse, satisq. sibi fore si bonis viris, atque iisdem amicis suis placeat. Videtur autem principium responsiuum esse ex indignatione. Quasi Hermogenes, aut quisquam alius aduersarius Horatij, & ideo (vt fit) defensor Lucilij, dixerit ad Horatium. Tu ne Lucilium audes carpere? ad quod Poëta: Nẽpe incomposito &c. hæc enim particula nempe responsioni assertiuæ congruit. Vnde & Persius tertiam sic auspicatur Satyram, forte Horatium imitatus. Nempe hoc assidue &c. ideoq. Acron & Porphyrio Satyræ initium sic vt nos incipiunt. Sunt tamen qui hos octo versiculos, quos Philologus nõ immerito adulterinos censet, præponant.

*Lucili quàm sis mendosus teste Catone*
*Defensore tuo peruincam: qui male factos*
*Emendare parat versus: hoc lenius ille*
*Est quo vir melior, longe subtilior illo*
*Qui multum puer & loris, & funibus vdis*
*Exhortatus, vt esset opem qui ferre poëtis*
*Antiquis posset contra fastidia nostra:*
*Grammaticorum equitum doctissimus, vt redeam illuc.*
*Nempe etc*

Quos versus si quis recipere velit legat saltem Defensore tui, non tuo. Hoc lenius sup. facit ille. s. Cato, longe subtilior illo. Sunt qui Mœcenatem taxari autument, & propter ipsum ab Horatio resectum hoc caput, quo ablato. Ordo est. Nempe .i. certe, ipse. i. ego dixi versus Lucili, pro Lucilij, currere. i. fluere, pede incomposito .i. incondito & lutulento, quis est tam inepte fautor Lucili .i. Lucilij, vt non fateatur hoc idem. i. ipsum incōditos habere versus? (Esset quidem inepte fautor eius, quia cōtra veritatem. Sicut enim apud A. G. legitur, nos debemus amicos colere vsque ad deos, nã ita q̃ Deum non offendamus ob amicos Notumque est verbum, amicus Plato, amicus Socrates super omnia autem veritas) At .i. sed, idem s. Lucilius, laudatur eadem charta .i. eadem pagina Satyræ meæ, q̃ .i. quia, defricuit .i. valde fricuit, hoc est taxauit, multo sale .i. vrbana reprehensione, vrbem. i. habitantes in vrbe, hoc est Romanos, nec tamen ego tribuens .i. attribuens Lucilio, hoc. i. defricuisse vrbem, dederim. i. attribuerim, quoque .i. etiam, cetera .i. ceteras partes, quæ ad decorum & artem carminis pertinent. Ego non miror sic .i propter facetias & lepores, mimos .i. versus mimicos .i. ad imitationem pertinentes, Laberi .i. Laberij poëtæ faceti, vt .s. mirer Poëmata pulchra .i. suum decorum tam rerum, q̃ verborum habentia. Ergo deducere rictū risu .i. excitare risum vsque

vſque ad rictum.i. deformem apertutam oris auditoris,non eſt ſatis, ad hoe videlicet vt Poëma pulchrum dicatur, & tamen quæ dam virtus.i. quædam ars, eſt quoque.i.etiam hic.t. in hac re, hoc eſt in excitatione riſus, ſed non ſatis eſt, nam opus eſt breuitate vt ſententia currat.i. paucis verbis clare enuncietur, neu.i.ne ue,ſup.ipſe ſententia impediat.t. implicet ſup.ſe verbis one rantibus.i. grauantibus autes.ſ. auditorum,laſſas.i. ſatigatas. Et opus eſt, ad hoc.ſ. vt Poëma ſit pulchrum,modo.i.aliqñ,ſermone triſti.i. ſerioſo, & ſæpe ioco ſo.i. delectabili, & opus eſt ſermone deſendente.i. gerente,modo.i.aliqñ vicem rhetoris.i. obſeruante aliqñ artem rhetoricā atque modo.i.aliquando,defendenre ſup vicem poëtæ.i. obſeruantem Artem Poëticam,multa enim liceot poëtæ, quænon oratori, & deſendente interdum vicem hominis ſup.vrbani.i.vrbane loquentis, parcentis viribus, atque pro.i.extenuantis.i. imminuentis eas.i.vires ſuas, cō ſulro.i.ex conſilio & deliberatione, quia ridiculum.i.ſermo riſum excirans, ſecat.i.diffinir. vnde ſunt ſectæ philoſophorum, vel decidit plerunque.i.frequenter res magnas,melius & fortius.i.vrgentius, acri ſup.ſermone.i. q̃ ſermo acer & vehemens ac ſerioſus, illi ſup.viri, quibus.i.à q-bus viris, Comœdia priſca.t.vetus,eſt ſcripta, ſtabant.i.conſtabant, vel placebant, hoc.i.propter huiuſmodi ſermonis obſeruationem, ſunt imitandi hoc.i. in hoc,quos.ſ.veteres Comicos, neque Hermogenes pulcher.i. bene comptus cantator.ſ.neque iſte.i.vilis. Simius.i.imitator deformis.ſ.Demetrius, qui me reprehendit, eo ꝙ Lucilium caſtigauerim legit vnquam: exiſtens.ſ.vterque eorum: nil.i.non aliquid, non doctus aliquem poëtam, præter cantare.i. molliter recitate: Caluum & Catullum.i.verſus amarorios Calui & Catulli, qui poëtæ Amaſij erant: eorumq. verſus ad cantum apti. Ar magnum ſecit, ponit obiecta aduerſariorum, docetq. ea quæ indocti mirantur in Lucilio, & potiſſimum ꝙ ſermonem græcum admiſcuit,non eſſe laudanda. Ordo eſt. Ar.i.ſed, ſup. dicunt iſti: Lucilius ſecit magnum.i.rem magnam, ꝙ.i.quia, miſcuit græca ſup. verba latinis verbis. Ad quod reſpondet Poëta: O ſeri ſtudiorum.i.tardi in ſtudijs qui nimis tarde ſtuduiſtis, cum tam parum ſciaris: quine.i.non ne,putetis.i.putare debeatis,q.d.minime, difficile.i.rē difficilem facta, & mirum.i.rem admiratione dignam, id ſup. qđ contigit.i.ſine labore euenit: Pitholeonti Rhodio illi.ſ.triuiali

** Verus eſt ordo, Pollio canit facta regū percuſſo ter forte pede.i.trimetro iābico. Bonfinius.*

Cum Pedius cauſſes exaudet Poplicola, atque
Coruinus; patrijs intermiſcere petita
Verba foris malis, Canuſini more bilinguis,
Atque ego cum græcos facerem, natus mare citra,
Verſiculos: vetuit me tali voce Quirinus
Poſt mediam noctem viſus, cum ſomnia vera:
In ſiluam non ligna feras inſanius: ac ſi *
Magnas Græcorum malis implere cateruas,
Turgidus Alpinus, iugulat dum Memnona: dumq́.
Diffingit Rheni luteum caput; hæc ego ludo:
Quæ nec in æde ſonent certantia iudice Tarpa:
Nec redeant iterum, atque iterum ſpectanda theatris,
Arguta meretrice potes, Dauoq́ue Chremeta
Eludente ſenem, comis garrire libellos
Vnus viuorum Fundani. Pollio regum *
Facta canit. pede ter percuſſo forte epos acer,
Vt nemo, Varius ducit. molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure camœnæ.
Hoc erat, experto fruſtra Varrone Atacino,
Atque quibuſdam alijs, melius quod ſcribere poſsem,
Inuentore minor: neque ego illi detrahere auſim
Hærentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum, ſæpe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis. age quæſo,
Tu nihil in magno doctus reprendis Homero?
Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci?
Non ridet verſus Enni grauitate minores,
Cum de ſe loquitur non vt maiore reprenſis?
Quid vetat, & noſmet Lucilli ſcripta legenteis
Quærere; num illius, num rerum dura negarit
Verſiculos natura magis factos, & eunteis
Mollius? at ſi quis pedibus quid claudere ſenis
Hoc tantum contentus, amet ſcripſiſſe ducentos
Ante cibum verſus; totidem cœnatus: Etruſci
Quale fuit Caſsi rapido feruentius amni
Ingenium: capſis quem fama eſt eſſe, librisq́ue
Ambuſtum proprijs. fuerit Lucillius inquam
Comis & vrbanus: fuerit limatior idem,
Quàm rudis, & Græcis intacti carminis auctor:
Quamq́ue poëtarum ſeniorum turba: ſed ille,
Si foret hoc noſtrum fato dilatus in æuum;
Detereret ſibi multa: recideret omne, quod vltra
Perfectum traheretur: & in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet; viuos & roderet vngueis.
Sæpe ſtilum vertas, iterum, quæ digna legi ſint,
Scripturus: neque te vt miretur turba labores,
Contentus paucis lectoribus, an tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina malis?
Nō ego: nā ſatis eſt eqtem mihi plaudere: vt audax,
Contemptis alijs, exploſa Arbuſcula dixit.
Men' moueat cimex Pantilius: aut crucier, quòd
Vellicet abſentem Demetrius? aut quòd ineptus
Fannius Hermogenis lædat conuiua Tigelli?
Plotius, & Varius, Mœcenas, Virgiliusq́ue,
Valgius, & probet hæc Octauius optimus, atque
Fuſcus: & hæc vtinam Viſcorum laudet vterq́ue.
Ambitione relegata te dicere poſſum
Pollio, te Meſſalla tuo cum fratre, ſimulq́ue
Vos Bibuli, & Serui, ſimul his te candide Furni:
Complureis alios, doctos ego quos, & amicos

poëtæ, qui cum eſſet natua in cō finio vtriuſque linguæ, carmina plebeia & vulgaria ſcripſit cōfuſo ſermone, non ex atte, ſed ex vitio, quia neurro ſic præditus erat, vt eo mero vteretur. Vetū obijciat defenſor Lucilli. At.i. ſed: licet.ſ.forte non ſit difficile omnino, tñ ſermo concinnus.i. concinnatus & compoſitus: vtraque lingua.ſ. græca & latina,eſt ſuauior, quam ſi ex altera tantum conſtaret, vt.i.quemadmodum,ſi nota Falerni vini ſup..i.vinum Falernum nota dignū. vt.ſ.in vaſe notato reſeruandum cuſtodiatur: cōmixta.i.ſimul mixtum: Chio.i.cum vino Chio: eſt ſup.ſuauius quod ex vrroque reſultat,q̃ alterum merum, quia Falernum eſt paullo auſterius & ardentius, & Chium dulcius & ſegnius iritans palarum, q̃ deceat, & ita auſteriras admixta dulcori ſuauem facit cōmixtionem. Ar hoc ex arte rhetorica, quæ vult, vt quoties prompte reſpondere noo poſſis, aliud interroges,reſpondet Poëta interrogatione dicens. Ego percunctor.i.interrogo teipſum q hoc dicis, an cum ſacias verſus, & cū dura.i.difficilis & periculoſa cauſa: Perilli.i. Perillij Capitolini ſacrilegi, de quo prius dictū eſt: rei.i.accuſari ſacrilegio, ſit peragenda.i.finali actione deſendenda tibi.ſ.an tu oblitus patriæ & latini patris.ſ.generis Latinorū, malis.i.magis velis,more Canuſini.i.habitatoris Canuſij: bilinguis.i.duarum linguarū, in quarum confinio moratur ſermone mixto vtēs,intermiſcere verba petita ſoris.i.externa, q̃ ſup. vti patrio ſermone, cum tñ Pedius Publicola,atque Coruinus Meſſala vterque vehemens orator & cauſidicus peririſſimus, exudet.i. omni ſtudio vſque ad ſudoris emiſſionem agat, patrij.i.latinis ſup. verbis? q. d. ſi hoc malis, erres tota via, contra videlicet morem optimorum virorum agens, innuit autem idē faciendum eſſe in ſcribendo qđ in agendo, vnde ſubdit. Atque cum ego natus citra mare.i. in Italia: facerem.i. facere conarer,verſiculos græcos. Quirinus.i.Romulus,uiſus.i.apparens mihi poſt mediam noctem: cum.i. quo tempore, ſomnia.i.uiſiones & apparitiones ſupp. ſunt uera, quia tunc purgatum eſt cerebrū ſuperfluis vaporibus, ita ut quæ tunc appareant, à dijs miſſa credantur,vetuit me tali voce videlicet, ò Horati,tu non ſeras,id eſt portes, inſanius.i. cum maiore inſania, ligna ſiluam: ac.i.quam, ſi malis.i. magis uelis, implere magnas cateruas Græcorum.i. eorum qui græce ſcripſerunt: prætermiſſis ſup Latinis, qui tā pauci ſunt. Turgidus Alpinus &c. hic deſendit ſe Poëta contra

** In ſiluam ligna ferre eſt aliquem in rebus augere vel le quibus ipſe maxime abundet.*

Prudens prætereo : quibus hæc, sint qualiacunque,
Arridere velim, doliturus, si placeant spe
Deterius nostra. Demetri, teq. Tigelli
Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.
I puer, atque meo citus hæc subscribe libello.

culpantes quòd Satyras scribit, dicens se id facere, quia ad eas scribendas quodam modo natus est, sed (vt Propertius dicit) Naturæ sequitur semina quisque suæ, quod probat per varia studia diuersa scribentium, probatque se non ad inanẽ gloriam, aut ostentationem id facere, cum scripta sua, non referat in ædem camœnarum, neque propterea ꝙ Lucilianos versus damnauerit, se continuo Lucilio meliorem asseruisse, sicut nec se Lucilius Ennio, cuius versus reprehendit, cum etiã ipse Lucilius si adhuc viueret multos suorum versuum corrigeret. Ordo est. Interea sup. dum Alpinus poëta malus, turgidus .i. inflatus. iugulat.i.tam male mortẽ eius describit, vt eum iugulare .i. eius memoriam delere videatur, Memnona .i. filium Auroræ, de quo Virg. in j. Aeneid. Nunc quibus Auroræ venisset filius armis, venerat autem ad Troiam ab Orientali plaga, que pro &, dum defingit.i. male fingit, & quantũ in ipso est destruit, caput Rheni luteum .i. quod turbide describendo luteum reddit, hoc est dum occupatus in rebus nihil ad bonos mores facientibus, ijsque ab extremis mundi partibus petitis perditum carmen scribit, ego ludo .i. faciliter scribo, hæc .i. huiusmodi carmina Satyrica quæ neque sonent .s. dum recitentur, in æde .s. Camœnarum ab Augusto Apollini & Musis consecrata, certantia.i.contendentia cum alijs de palma, & hoc Tarpa .s. Metio homine non satis perito, existente iudice.i.censore, nec redeant iterum, atque iterum spectanda theatris, q. d. ego non sentio me natum ad scribenda ea, quæ in theatris.i.spectaculis Romanis risum excitent & applausum captent, sua enim cuique est vena, vnde dicit, O Fundani tu vnus.i.solus viuorum, es sup. potens ad carmen scribendum, meretrice arguta.i.callida & subtili, & Dauo.i.seruo Comico, eludẽte.i decipiente, Chremeta.i.herum suum, qui Chremes vocatur, vnde fit accusatiuus Chremeta, sicut à nominatiuo Dares fit accusatiuus Dareta in V. Æneid. & tu vnus viuorum, es sup. potens.i.aptus & idoneus, garrire.i.affabiliter componere, libellos Comis.i Comicos.i.inter omnes mortales Fundanius præcipue ad Comœdiã natus est. Pollio canit facta regum pede percusso ter.i.valde terso & composito, optimamq́ symetriam habente, aut potius q̃a Tragœdiam scripsit, numero senario trimetro Bonfinis (vt statim dicam) aliter legit & construit. Varius Poëta, de quo in Carminibus. Scriberis Vario fortis & hostium victor, acer.i vehementi spiritu præditus, ducit.i.apte componit, & quasi dux agit, Epos.i.carmen heroicum, forte.i.neruosum, & vehemens, ita sup. ducit vt nemo, quia nemo eius similis est Camœnæ i. Musæ carminum inuentrices, gaudentes rure.i.Georgica, hoc est res rusticas curantes, annuerant, aut annuerunt.i.fauorabiliter prius q̃ scriberet, concesserant Virgilio, carmen sup. molle.i.lene, & facetum.i.facete compositum. Non igitur vult Poëta Virg. in Georg. lasciuire, aut molle & facetum scribere, sed esse amœno ingenio præditum, & prius q̃ se ad Georgica conuerteret, ludicra mollius scripsisse, vt forte Priapeiam, & alia quæ illi ascribuntur, & ideo vsus est præterito plusq̃ perfecto annuerãt, q.d. prius q̃ Georgica scriberet. Bonfinis tñ aliter distinguit, & Epodum legit, & rura sic. Pollio canit facta regum pede percusso ter forte.i.fortiter. Et nemo ducit Epodum carmen molle atque facetum, vt Varius acer. Camœnæ gaudentes.i lætæ & bene affectæ, annuerant Virgilio rura &c. sic ille, ego priorem & lectionem & sensum sequar, tum ꝙ antiquior est, tum ꝙ non videtur cõgruum vt Vario acri heroum facinora scribenti assignet molle, atque facetum, quod aũt de Georgicorum grauitate obijcit, diluimus. Hoc.i.hæc res.s.opus Satyricum quod scribo, erat ꝙ ego possem scribere melius Varrone Atacino, experto.i.qui experientiam ac periculum ingenij sui in eo fecit : frustra.i.in vanum, quia non potuit feliciter scribere, & quod possem scribere melius quibusdam alijs etiam frustra expertis, existens minor .i.inferior : inuentore.s.Lucilio, neque ego ausim detrahere illi, scilicet Lucilio : coronam, scilicet lauream, hærentem, id est adhærentem capiti eius cum multa laude, aut quam viuus obtinuit, aut quæ imagini eius in æde Camœnarum adhæret, vnde est illud Persianum. Quorum imagines lambunt hederæ sequaces. At.i.sed : ego dixi hunc .s. Lucilium, fluere lutulentum .i. turbidum, luti plenum : ferentem .i. afferentem more rapidi fluminis sæpe plura tollenda.i.auferenda & abijcienda, relinquẽdis.i.quam quæ essent relinquenda (Ex hoc patet illud qđ prius dixit. Erat quod tollere posses, exponendum esse vt nos illic exposuimus.) Age quæso.i.quæro à te, uel dic quæso, tu qui doctus es, nil .i. non aliquid, an sup. non deprehendis aliquid, in magno Homero, sup. corrigendum ? q.d. si id non facis, doctus non es, quia quandoque bonus dormitat Homerus. Nil .i. non aliquid an sup. Lucilius comis.i. quem tu comem dicis, non mutat aliquid Acci.i. Atti Tragici? q.d immo, Non.i.nõ ne, ipse Lucilius ridet.i.irridet, versus Enni .i. Ennij poëtæ, minores grauitate.i.non habentes grauitatem suam, cum.i.qñ, ipse loquitur de se, non vt sup. de maiore.i.excellentiore, reprensis.i. Accio & Ennio ? q d. maxime. Et si Lucilius hoc fecit. Quid vetat &.i.etiam, nos legentes versus Lucili.i.Lucilij, quærere.i.disquirere, num.i.an non, natura.i.ingenium, illius.s.Lucilij : & num.i.nõ ne natura rerum dura.i.difficilis ad exprimendũ versibus negarit.i.negauerit illi uersiculos, magis factos.i.artificiosius cõpositos, & euntes.i.incedentes : mollius.i. pedibus aliquantulum molliter cõpositis ? q.d.nihil vetat. At.i. sed, si quis contentus claudere quid .i.aliquid, siue decens, siue indecens, senis pedibus.i.hexametro, & contentus tantum .i.solummodo, hoc.i.in hac re, amet scripsisse ducentos versus ante cibũ .i.ieiunus, & totidem.i.alteros ducentos, cœnatus.i.post cœnam, quale.i.cuiusmodi, fuit ingenium Cassi.i. Cassij Hetrusci, existẽs feruentius.i. torrentius & rapidius, amni rapido.i. rapide fluente, quem.s.Cassium, fama est esse ambustum in sup. proprijs capsis & libris, si quis inquam hoc amet, ipse Lucilius fuerit comis & vrbanus, & idem.s Lucilius, fuerit limatior.i.magis limatus.i. limata scribens, vt pro libro scriptor ponatur. Limata autem sunt, quorum superflua sunt lima quadã & scobina abrasa, fuerit ergo limatior .i. magis dicendus limatus auctor, q̃ rudis auctor carminis intacti Græcis.s. Satyrici, cuius ipse auctor & inuẽtor fuit, & fuerit limatior q̃ turba Poëtarum seniorum.i. qui ante Satyrici carminis inuentionem fuerunt, vt Ennius, Pacuuius, Accius. Sane pro modo dicendi cognoscendo scies puer multos nunc sic loqui. Hic est ditior q̃ doctior, vbi ego dicam ditior q̃ doctus. Sic Lucilius fuerit auctor Satyrici carminis limatior q̃ rudis.i.potius dicendus limatus q̃ rudis. Vnde vnius Lucilij epitheta sunt limatior & rudis, nec ad Homerum (vt Landinus somniauit) alterum refertur. Sed ille .s. Lucilius, si foret delapsus aut dilatus, Fato.s.fata volente, & reuoluente vices rerum, in hoc nostrum æuum.i.si rediret in vitam, deterreret.i.oblimaret, sibi a scriptis multa, & recideret .i. amputaret omne quod traheretur vltra perfectum, videtur tractum à syrmate.i. caudata veste, quæ trahebatur, & ipse scaberet sæpe caput.i diligentior esset & attentior, in versu faciendo .i. dum versu faceret, ita ꝙ rapius sæpe præter industriam scaberet caput, & indignatus ꝙ verba inuentis non respondeant, roderet vngues viuos.i.ira ꝙ se morderet nec sentiret priusquam ad viuum ventum esset. Si quis hoc sciens faceret insanus esset, sed non qua specie poëtæ insanire dicuntur, vt in arte Poëtica latius visum est. [Sæpe stylum vertas &c.) Quia Lucilium carmina sua castigaturum dixerat, si ad nos rediret, ideo docet inquam diligẽtiam carminibus nostris adhibere debeamus, atque contenti esse paucis lectoribus vtpote doctis. Iuxta quod enumerat Poëta aliquot viros bonos, & apprime doctos quibus scripta sua placere desideret, parui facturus quid Hermogenes, aut Demetrius, ceteriq. id genus futiles & ignari viri de eis censeant. Videtur autem alludere statim in principio ad vocabulum, videtur enim versus à uertendo dici. Neque leges vertat, quia non amplius de Lucilio loquitur. Vt vero Crinitus, Cœliusque adnotauerunt, Politianus dixit stylum vertere esse inducendi, expungendiq. causa styli partem, ex acuminatam surrigere qua scribimus, altera (quæ retusior aut latior) proclinata, & scriptis delendis in pacta. Quippe Hieron. quoque meliorem styli partem vocat, quæ peiora de auctoribus confodiat, eradatque, hæc Cœl. lib. xiij. cap. xxv. Crinitus autem vocat partem retusam deletilem. Ordo aũt est. Tu scripturus .i. quicunque scribere voles, sup. carmina quæ sint digna legi iterum.i.secundario, uertas.i.cõmunes sæpe stylum, vnde est vulgatus versiculus. Sæpe stylum vertat, qui versum condere curat, neque labores i. adhibeas operam. (Est .n. verbum labores) vt turba.i.turbati ingenij popellus, miretur te existens contentus paucis, vtpote doctis, qui pauci sunt, lectoribus. An ò demens tu malis.i.magis velis, tua carmina dictari.i. pueris vt dictata exhiberi, in ludis.i.scholis, vnde est ludi magister, vilibus, quo viles & indocti conueniunt ? Non ego.i.ego non malim placere multis indoctis, q̃ paucis doctis. Nam satis est mihi equitem applaudere.i.egregios viros, alijs sup. viris contemptis.i.vilipensis, vt.i. quemad

quemadmodum. Arbuscula mima illa .i. fabularum repræsentatrix cum gestu & imitatione, audax .i. magni animi, dixit explosa .i. postquam esset explosa à populo cui non placebat. Plaudere est manuum eleuatione cum exclamatione in signum admirationis & lætitiæ aliquem laudare. Explodere econtrario cum sibilo & palmarum concussione aliquem ejicere ab eo loco vbi agere inceperat, quando ergo Arbuscula à populo exploderetur forte quod uerecundius, nec satis scurriliter ageret, respondit audacter se paruifacere, quod à uulgo exigeretur, dummodo equitibus qui in xiiij. primis grad. sederent, placerent. Men' .i. mene, moueat sup. ad iram aut ad aliter scribendum, Pantilius Cimex .i. fœtidus ut Cimex aut Demetrius, quē prius Simium dixit, cruciet sup. me .i. afficiat animi cruciatu, quod .i. quia, uelliceet .i. laceret sup. me absentem, aut quod Fannius ineptus .s. poëta, conuiua Tigelli, pro Tigellij Hermog. Musici aut cantoris supra notati lædat me absentem? q. d. minime, quia parui animi est a talibus hominibus commoueri. Vtinam Plotius, uir ille bonus & doctus, probet .i. approbet hæc s. mea scripta, & Varius, poëta ille bonus, & Mæcenas, poëtarum præsidium, que pro &, Virg. poëtarum doctissimus, & Valgius uir item bonus & doctus, & utinā Octauius optimus, quem uulgo nunc Octauianum uocant, & Fuscus uir doctissimus, & uterque Viscorum, ambo utique perdocti uiri, laudet hæc .s. quæ scribo, ego possum dicere .i. laudare, ut pote cuius approbationem exoptem, te Pollio, ambitione .i. cupiditate nimia laudis, relegata .i. reiecta, & te ò Messala cum tuo fratre, simulque sup. dicere possum uos ò Bibuli, & sup. te ò Serui, simul his te ò candide Furni, que pro &, ego possum dicere complures alios doctos & amicos quos ego prætereo prudens .i. sciēs ne prolixior sim, quibus sup. amicis & uiris bonis ac doctis, ego uelim hæc .s. scripta mea qualiacunque sint arridere. uidetur mihi esse hypallage, ut sit dictum pro eo quod esset, quos ego uelim arridere his qualiacunque sint, si tamen acceperimus arridere simpliciter pro placere, sicut accipiendum uidetur ex eo quod sequitur: Doliturus si placeam spe &c. nulla est figura, quibus ergo uelim hæc nostra scripta qualiacunque sunt: arridere .i. placere, sicut qui nobis arrident complacere student, uelim inquam arridere .i. placere, doliturus si placeant deterius .i. minus plene, nostra spe .i. quàm speramus, ò Demetri & ò Tigelli, ego iubeo .i. uolo, te plorare .i. uoce quadam fœminea & fracta, sicut hodie quoque Itali cantant, cantare in cathedras discipularum .i. puellarum ac mimarum, quas cantum docebant. Hoc autem ultro se obtulisse poëtæ non attendenti uidetur, dum sermonem clauserat, unde dicit. O puer .i. uade, citus .i. celer, atque subscribe hoc meo libello .i. adde alijs scriptis meis. Aduerte iterum grammatice si legatur cito, ut multi tex. habent, uocalem in dictione cito non absumi, uel quia aspiratio uim literæ habet, sicut Æneid. Posthabita coluisse Samo hic illius arma, uel quia satis putauit corripuisse, sicut ibi. Si me amas &c.

COEL. RHOD. Post mediam) Somniale uaticinium propè Solis emersum, sedata paullum uaporum, externarumq. rerum cura, contingere proditum est literis. Id fieri putatur non solum ea de causa, quod percocta ciborum mole amplius sobrij sumus. Sæpius enim cibo inanes quietem petimus, neque tamen contingit uisionum perspicuitas. Sed eo item nomine, quod & Solis. Phœbiq. uatis (ut ueterum more loquamur) roborari uaticiniū solet. Sanguineiq. quoque spiritus, igneique ea hora dominantes claritate sua somniali conferunt claritati &c. Cœl. lib. xiiij. cap. xlij. [Sæpe stylum uertas) Stylum, inquit Politian. uertere, est inducendi expungendique causa styli partem exacuminatam surrigere, quo scribimus, altera, quæ retusior est aut latior, proclinata & scriptis delendis imparta. Quippe Hieron. quoque meliorem styli partem uocat quæ peruta de auctoribus confodiat eradatque. Cœl. lib. xiij. cap. xxiiij. [Epos acer.) Rem apertissimam, inquit Bonfinis, ex obscura & dubia faciemus, si epodum legerimus non epos, & rura, non rure, ut sit sensus & ordo. Nemo dicit epodum, scilicet carmen molle atque facetum, ut acer Varius. Et postea adijciamus: Camœnæ gaudentes annuerant, id est concesserant rura. Virgil j. Georg. ut scriberet &c. [Carminis auctor) Auctor .s. Lucilius, non Homer. ut Land. noster non dormitans, sed profundo somno correptus exponit.

DOCT. interpr. Sæpe caput scaberet) Caput scabere, vngues arrodere, gestus sunt hominis cogitabundi, & de mutando, cuius pœniteat, secum agitantis. Habent vsum prouerbialem hæc.

GLAR. Quæ ab initio huius Satyræ viij. sunt carmina, in plerisque libris non habentur. At ea viri vel Horatij vel Simiæ eius. Ablata tñ uideri possunt etiam poëtæ cōsilio, quod notauerat quendam ex humili genere factum potentem, cum poëta ipse libertino patre natus esset. Legendum autem in versu vj. Exornatus, non exhortatus, ad eum sensum, quo Terentianus Chremes de Syro, adeo exornatum dabo, adeo depexum, vt dum viuat, meminerit semper mei. [Nam sic, Et Laberi mimos, vt pulchra poëmata, mirer) Si dico Lucilium ideo bonum Poëtam quod habet facetias, idem mihi dicendum est de Laberio mimographo. Hæc Acron. Quare illud, nam sic, alij non recte mutarunt in, non sic, vt Badius excludit. Acronis autem verba hic cito vt menti poëtæ congrua, alioqui me non haberet subscribentem. Et sane in hac Sat. aliquot locis bina, aliquot terna videbis Acronis commentaria, aliquando contraria. Vt de Pitholeonte, quem nunc Rhodium facit, nunc de Canusio, vt ipse loquitur. Item Lutem Rheni caput, bifariam exponit prorsus contrario sensu. Priore ita. Non quia luteum caput, inquit, Rhenus, sed quod luteum facit ipse describendo male. Et hæc placet expositio. Altera, Luteum, inquit, & ad naturam fluminis retulit, quoniam semper turbidum est, & ad vitium Alpini poëtæ. Hoc falsum est de Rheno, est etiam contra Poëtæ & sensum & mentem. [Forte epos acer Vt nemo, Varius ducit) Hoc loco est Acronis commentario non facile expedies, vtrum Vario molle ac facetum tribuat, an Virg. Doctiores autem oēs Virg. attribuunt. Porph. etiam facetum exponit elegans. Meo iudicio Virgilio dare vult poëta naturæ illam simplicitatem, qua vehementer enituit. Quintil. etiam pro exemplo adducit hoc ex j. Æneid. carmen. Miratur molem Æneid magalia. quondam. Sed incredibile est quàm hoc loco insaniat annotat. noster. Nam epodum legendum contendit pro epos, & rura pro rure. Et molle ac facetum ad Varium refert, hoc sensu. Nemo ducit epodum .s. carmen molle atque facetum vt acer Varius. Camœnæ gaudentes annuerant rura. Virg. Dic vere cuculus mediam de Epodo corripit, & magna audacia poëtæ sensum inuertit, sed piger amplius de eo loqui. [Et Græcis intacti carminis auctor) Hoc ideo dictum, inquit Porp. quia nulli Græcorum hexametris versibus hoc genus operis scripserunt. Acron idem cum dicat, admiscet tamen alia propemodum ab his dissona.

# Q. HORATII FLACCI

## SERMONVM, LIBER II.



### ARGVMENTVM.

*Trebatio iurisconsulto & Poëtæ scribens, refutat eos, qui se nimium mordacem calumniabantur.*

### SATYRA I.



Vnt, quibus in satyra videar nimis acer: & vltra
Legem tendere opus. sine neruis altera quicquid
Composui pars esse putat: similesq meorum
Mille die versus deduci posse. Trebati,
Quid faciam, præscribe. quiescas. ne faciam, inqs,
Omnino versus? aio. peream male, si non
Optimum erat: verum nequeo dormire. ter vncti
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto:
Irriguumq. mero sub noctem corpus habento.
Aut, si tantus amor scribendi te rapit: aude
Cæsaris inuicti res dicere, multa laborum
Præmia laturus. cupidum pater optime vires
Deficiunt: neque enim quiuis horrentia pilis
Agmina, nec fracta pereunteis cuspide Gallos,
Aut labentis equo describat vulnera Parthi.
Attamen & iustum poteras, & scribere fortem:
Scipiadam vt sapiens Lucillius. haud mihi deero,
Cum res ipsa feret. nisi dextro tempore Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem.
Cui male si * palpere, recalcitrat vndique tutus.
Quanto rectius hoc: quàm tristi lædere versu
Pantolabum scurram, Nomentanumq. nepotem?
Cum sibi quisque timet; quanq̃ est intactus: & odit.
Quid faciam? saltat Milonius: vt semet icto
Accessit feruor capiti, numerusq. lucernis.
Castor gaudet equis: ouo prognatus eodem,

ASCEN.



Vnt quibus in Satyra. Purgat se Poëta obiectis, quæ a maleuolis obijciebantur, vtpote q ex maleuolentia carmen maledicum scriberet, ostendens ita non esse, sed naturam ad Satyram scribendam non posse non scribere, presertim cum nullum bonum lædere intendat, nec ob id amicus minus carus amicis esse debeat, sicut nec Lucilius suis, inducit autem Trebatium iureconsultum, qui cum an Satyram scribere liceat, disputat, & est fere Dialogus in principio, cuius ea pars quæ Trebatio datur, stylum iuridicorum habet, nam fere futuris vtútur imperatiuis, sicut Trebatius hic dicens transnanto, habento &c. Multa hic notatu digna habentur, quorum quædam in connexione ordinis habentur, qui talis est. Sunt supple aliqui, quibus ego videar nimis acer, id est acerbus & vehemens in Satyra supple scribenda (vnde patet q etiam Satyras scribere fatetur se Poëta, licet Sermones maluit appellare) & supple sunt quibus ego videar, tendere opus vltra legem, id est quam lex permittat. Altera pars sup. hominum, putat quicquid ego cōposui esse sine neruis .i. acrimonia, hoc est laxum & debile, & putat mille versus similes meorum sup. versuum, posse deduci .i. faciliter & tenuiter componi, die .i. spatio vnius diei. O Trebati, qui iurisconsultus es, præscribe .i. scripto præcipe, indica mihi quasi per legem latam, quid faciam, id est quid possim melius facere vt cōplaceam, an .s. vehementius, an remissius scribam. Respondet Trebatius, quasi præter opinionem, ac si dicat. Quæris quid facias? quiescas .s. a scribendis Satyris, & ita neque hos neque illos offendes, q̃ rem quasi inopinatam Poëta intelligere primú non posset, quærit, inquis .i. nonne dicis Trebati? ne .i. vt non faciam, omnino, id est penitus versus? peream animo (quod peius est q̃ corpore) male .i. multum & in malum meum, si non erat, id est si non fuerit, optimum .s. horum trium, aut acerbius, aut lenius, aut nihil scribere, verum .i. sed, nequeo dormire, sup. nisi scribam, quasi dicat naturaliter instigor ad carmen scriberem vsque adeo, vt nisi scribendum, dormire non possem, ad quod Trebatius iucunde respondens, quasi nihil aliud moueat Poëtam ad scribendam Satyram q̃ vt possit dormire, dicit, ij supple quibus opus est alto .i. profundo somno, transnanto, id est volo ac iubeo vt tranent, aut transnatent rei, aut vncti .i. oleo ad constringendos poros perfuliter, id est multum transnanto Tyberim. & habento, id est habeant tempore futuro seu posthac, corpus irriguum, id est irrigatum, mero, id est puro vino, sub noctem, id est paullo ante noctem, quia poti bene dormiunt, aut si tantus amor scribendi rapit te, vt .s. aliter dormire nequeas, aude tanquam .s. rem arduam & difficilem, dicere .i. carmine laudare res sup. gestas inuicti .i. inuincibilis, aut nunquam superati Cæsaris .s. Augusti, laturus .i. reportaturus inde multa præmia laborum tuorum. Respondet Poeta, O pater Trebati, vires deficiunt, id est derelinquunt, me cupidum, id est cupientem facere quod mones. Neque .n. id est nam non, quiuis describat .i. describere possit agmina, scilicet Romana instructa ad bellum, horrentia, id est terribilia pilis, id est telis longis Romanorum proprijs, nec quiuis describat Gallos pereuntes cuspide fracta, id est postquam cuspides suas fregerint, aut cuspide Romanorum fracta contra Gallorū armaturas, aut vulnera Parthi, id est illius populi, labentis, id est decidentis equo. Respondet Trebatius, Attamen, id est quamuis non possis scribere arma Cæsaris, eiusque victorias heroico carmine, tamen tu poteras scribere Cæsarem supple & iustum & fortem, id est describere iustitiam & fortitudinem eius, & hoc mediocri stylo, vt .s. quemadmodum, Lucilius sapiēs .i. prudenter in hoc agens supple scripsit, Scipiadam, id est Scipionem, qui Annibalem deuicit. Respondet Poeta. Ego haud, id est non, deero mihi, id est vtilitati meæ, cum ipsa res, id est opportunitas, feret, id est exposcet aut dabit. Verba Flacci, id est verba mea qui Flaccus sum, non ibunt per aurem Cæsaris, attentam .s. ad maiora negocia, nisi tempore dextro, id est opportuno. Multum enim valere putabant antiqui ad felices exitus rerum, opportunitatem, quia sæpe res honesta non impetratur, si à male affecto petitur. Cui supple Augusto, si tu palpere, id est palpando & molliter tangendo blandiaris, male, id est importune ipse recalcitrat sicut equus non ferens manum male palpantis. Dicitur autem palpor deponenti aliter cum datiuo, sicut hic, aut palpo actiue cum accusatiuo, sicut apud Iuuen. Quem munere palpat Carus, recalcitrat ergo existens tutus vndique .i. ab omni parte .i. q non possit adulationibus decipi, infert Trebatius, admiratiue loquens. Quanto rectius, id est conuenientius, & decentius supple fieret hoc, quam lædere versu tristi, id est Satyrico, hoc est maledico, & diffamatorio, Pantolabum scurram, & Nomentanum nepotem, id est luxuria & gula perditum, quos tamen prius læsit. Poëta. Cum, id est quoniam, quisque timet sibi .i. honori & famæ suæ, quanquam est intactus supple à vitio, aut à reprehensione adhuc, & odit supple Satyricum diffama

* Palpe percutere dicitur, qui blanditur, ac spem inanem verbis inijcit Trāslatū ab equisonibus qui plausu manus blandiūtur equis

famatorem. Periculosum ergo est à malitis timeri, quod Cic.in ij Off. approbat etiam Ennianis versibus. (Quid faciam? &c) Iterum deliberabundus quærit Horat. quid sibi faciendum, probatque carmen Satyricum scribendum, quia eo solo valet contra vitiosos, & naturaliter quisque se maxime eo defendit, quo maxime valet, quod in pluribus declarat. Et ne petulantia animi potius quam vitiorum expellẽdorum desiderio Satyram scribere culpetur rogat Deum, cupitq. vnumquenque ita viuere vt Satyræ scribendæ materiam non habeat. Ordo est. Quid faciam ò Trebati? cum vnusquisque naturam suam sequatur, cur Satyram ad quam naturaliter inclinor non scribam? Milonius, vir ille sæpe ebrius & potus saltat, vt.i. postquam, feruor .s. vini, accessit .i. aduenit, capiti semel icto .i. percusso vaporibus, & vt numerus accessit lucernis .i. postquam candela, aut lucerna, quæ vna est, videtur ei gemina, vt ebrijs solet, hoc est quoties percussus est furore Bacchico, ad illum.n. alludit quamuis alius sit, saltat, quia naturaliter ad hoc inclinatur, cur ergo quoties furor poeticus me inuadit, nõ scribam ad quod inclinor? Castor filius Iouis ex Leda vxore Tyndari, gaudet equis, quia fuit domitor equorum, & prognatus .i. progenitus eodem ouo .s. Pollux frater eius geminus, gaudet sup. pugnis quia pugil fuit. Nota est fabula quomodo Iupiter in specie Cygni cum Leda concubuit, vnde illa ouum concepit, sicut ex viro alterum ouum, sed sm hunc locum ex ouo eodem geniti sunt Castor & Pollux, secũdũ alios ex ouo Iouis Helena & Pollux immortales, & ex ouo Tyndari Castor & Clytemnestra mortales, sed Pollux mortuo Castore impetrauit, vt diuinitatem suam illi cõmunicaret, & vicissim morerentur, quod ob geminorum signi naturam factum est. Vnde Virg. in vj. Si fratrem Pollux alterna morte redemit &c. Solent tñ nomina confundi, & fabula diuersimode recitari, huic autem loco sufficit ostendisse, quia fratres gemini sępe diuerso studio ad quod inclinantur, incumbant. Quot capita viuunt, totidem sup. sunt millia studiorum, me delectat claudere verba pedibus .i. facere versus, ritu .i. more. Lucili .i. Lucilij, hoc est Satyricos, Lucili dico melioris vtroque nostrum, id est te & me. Prudenter laudat hic Lucilium à bonitate, quia malũ sequi turpe est. Ille .s. Lucilius, credebat .i. mandabat, olim libris velut fidis sodalibus, arcana .i. secreta sua etiam vitia, neque decurrens vsquam (aut vnquam)

Pugnis. quot capitum viuunt, totidem studiorum
Millia. me pedibus delectat claudere verba
Lucilli ritu, nostrum melioris vtroque,
Ille velut fidis arcana sodalibus olim
Credebat libris: neque, si male gesserat * vnquam:
Decurrens alio; neque si bene. quo fit: vt omnis
Votiua pateat veluti descripta tabella,
Vita senis. sequor hunc, Lucanus an Apulus, anceps;
Nam Venusinus arat finem sub vtrunque colonus,
Missus ad hoc, pulsis (vetus est vt fama) Sabellis.
Quo ne per vacuum Romano incurreret hostis:
Siue quod Apula gens, seu quod Lucania bellum
Incuteret violenta. sed hic stilus haud petet vltro
Quenquam animantem: & me veluti custodiet ensis
Vagina tectus. quem cur distringere coner
Tutus ab infestis latronibus? ô pater, & rex
Iupiter vt pereat positum rubigine telum
Nec quisquam noceat cupido mihi pacis, at ille,
Qui me commorit, (melius non tangere, clamo)
Flebit: & insignis tota cantabitur vrbe.
Seruius iratus leges minitatur, & vrnam:
Canidia Albuti, quibus est inimica, venenum:
Grande malum Turius, si quis se iudice certet.
Vt quo quisque valet suspectos terreat: vtque
Imperet hoc natura potens: sic collige mecum.
Dente lupus, cornu taurus petit. vnde, nisi intus
Monstratum? Scæuæ viuacem crede nepoti
Matrem: nil faciet sceleris pia dextera. mirum:
Vt neque calce lupus quenq̃, neque dente petit bos.
Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta.
Ne longum faciam, seu me tranquilla senectus
Expectat: seu mors atris circumuolat alis:
Diues, inops, Romæ, seu fors ita iusserit, exul,
Quisquis erit vitæ scribam color. ô puer, vt sis
Vitalis metuo, & maiorum ne quis amicus
Frigore te feriat. quid cum est Lucillius ausus
Primus in hunc operis componere carmina morem?
Detrahere, & pellem, nitidus qua quisque per ora
Cederet, introrsum turpis? num Lælius, aut qui
Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen
Ingenio offensi? aut læso doluere Metello?
Famosisque lupo cooperto versibus? atqui
Primores populi arripuit, populumque tributim,
Scilicet vni æquus virtuti, atque eius amicis.
Quin, vbi se à vulgo, & scena, in secreta remorant
Virtus Scipiadæ, & mitis sapientia Læli:
Nugari cum illo, & discincti ludere, donec
Decoqueretur olus, soliti. quicquid sum ego, quãuis
Infra Lucilli censum, ingeniumque, tamen me
Cum magnis vixisse inuita fatebitur vsque
Inuidia: & fragili quærens illidere dentem
Offendet solido. nisi quid tu docte Trebati
Dissentis. equidem nihil huic diffingere possum.
Sed tamen vt monitus caueas, ne forte negoci
Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum:
Si mala condiderit in quem quis carmina, ius est,
Iudiciumque. esto, si quis mala: sed bona si quis
Iudice condiderit laudatur Cæsare. si quis
Opprobrijs dignum latrauerit, integer ipse:
Soluentur risu tabulæ: tu missus abibis.

.i. in aliquo, alio .i. ad alium cui secreta sua reuelaret, si male gesserat .i. fecerat, neq. si bene sup. gesserat, quo .i. per quod fit, vt omnis vita senis .s. Lucilij, pateat veluti sup. sit descripta in tabella votiua .i. voto oblata, ego sequor hunc .s. Lucilium, existens anceps .i. incertus, an Lucanus, an Appulus. Nam colonus Venusinus .i. qui Venusium incolit, cuius ego sum, arat sub .i. ante, vtrũque finem .s. Lucaniæ & Apuliæ missus à Romanis vt est vetus fama, Sabellis pulsis .i. expulsis, ad hoc quo ne .i. vt non, vt hostis non incurreret .i. non faceret incursus, per vacuum .i. locum vacantem milite Romano, siue missus supp. ad hoc, quod aliter sup. gens Appula, seu quod Lucania existens violenta incuteret bellum. Sed hic .i. Satyricus stylus noster, haud .i. non petet quenquam animantem .i. viuentem, vltro .i. non lacessitus sine causa. Et custodiet me a malefactoribus .s. me timentibus, veluti .i. tanquam, ensis tectus i. inclusus vagina, quem sup. ensem, cur .i. qua de causa, coner distringere .i. euaginare tutus .i. dummodo sim tutus ab latronibus infestis .i. quemlibet infestantibus? q. d. nulla de causa. Vnde exclamat. O Iupiter pater & rex, vt .i. vtinam, telum .s. meum, hoc est execratio, aut vituperatio vitiorum, pereat rubigine .s. contracta longa dissuetudine, positum .i. conditum in vagina, nec quisquam noceat mihi cupido pacis hoc est vtinam sic omnes viuerent, vt non cogar quenquam reprehendere. At .i. sed, ille qui commorit .i. commouerit me, quod sup. nolim, quia ego clamo .i. prædico melius esse, supp. non tangere .i. non offendere me vitijs suis, is sup flebit, & cantabitur insignis .i. infamis, tota vrbe .i per totam vrbem. Ceruius (miror quare non scribatur Seru.) iudex ille iratus .i. quando irascitur, minitatur leges i. sentẽtiam ex legibus in rebus certis latam, & vrnam .i. sententiam per sortes datam in rebus dubijs, quod tangitur Æn j cum dicitur. Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat, Canidia Albuti .i. Albutij sup filia, minitatur supp. quibus est inimica, venenum. Turius iudex seuerus & iniquus (tãgit .n. hos per transitum more suo) minatur supp. grande malum .i. perditionem vitæ aut rerum, si quis certet se .s. Turio iudice. ideo autem hoc faciunt, vt quisque teneat suspectos sup. eo, quo valet .s. præcipue. Vtq. .i. & vt, & collige mecum vt .i. qualiter, natura potens imperat (aut imperet) hoc .s. quo quisque valet tereere, sic .i. hac inductione, Lupus petit dente, Taurus cornu, aut (vt vult Bons.) vtq.,

* vsquã

&

& collige mecum, scilicet hæc esse vera sic (vt, sic collige mecum sit per parenthesim insertum) Lupus petit dente hostes, Taurus cornu &c. vt natura potens imperat. Ego tamen malim legere vt consuetus sum. Collige mecum sic, id est inductorie, vt, id est qualiter, quisque terreat suspectos eo quo valet, scilicet præcipue, & vt, id est qualiter, natura potens imperet hoc. Lupus petit, id est inuadit dente, Taurus petit cornu &c. Ideo autem placet non legere vt, id est sicut, natura imperat, quia scutista quæreret, addens. Vnde monstratum est sup. Lupo & Tauro id facere, id est eo inuadere, quo potissimum valet, nisi intus, id est ab instinctu naturali? quasi dicat à nullo crede, id est committe, matrem viuaces, id est nimis diu viuentem, nepoti sæuæ, id est crudeli (Sunt qui legant, Scæuæ, vt sit nomen proprium) pia dextra naturaliter, scilicet quia fœmina nil faciet sceleris, id est non interficiet eam, mirum, id est putas quod sit mirum, quod mulier non occidat gladio? vt neque Lupus petit quenquam calce, id est calcibus suis, neque bos petit quenquam dente, sed ipsa nepos, scilicet mala, tollet, id est auferet è vita, anum .i. vetulam melle, id est dulciario quouis cibo, vitiato, id est infecto & corrupto, cicuta, id est succo herbæ venenatæ. Hic nota, quod nepos olim erat cõmunis generis, vnde nepotis facit, non nepris. [Ne longum faciam,) Concludit se consimiliter à natura instrui ad Satyram scribendam, nec posse eam non scribere. Ordo est. Ne ego faciam longum, vt breuiter quod sentio dicam, seu, id est siue, senectus tranquilla .i. placida & quieta, expectat me, id est siue diu & tranquille victurus sum, seu .i. siue mors circumuolat me atris .i. funestis, alis, id est siue propediem moriturus sum, quisquis erit color .i. dispositio vitæ, hoc est quocunque mihi vita signanda erit lapillo, siue albo significante prosperitatem, siue nigro significante aduersitatem, hoc est siue viuam diues, siue inops, siue viuam Romæ, siue sors, aut sors ita iusserit ꝙ exul, hoc est qualiscunque fuerit status vitæ meæ ego scribam sup. Satyram. Respondet Trebatius. O puer, vnde patet iuuenem fuisse, cum senior scriberet Odas, ego metuo vt sis vitalis .i. quod non eris diu victurus, & metuo ne quis, id est aliquis amicus, maiorum, id est potentiorum, feriat, id est percutiat te frigore, scilicet mortis. Respondet poëta. Quid sup. dicis te metuere hoc? Cum, id est quando, Lucilius est ausus primus componere carmina in hunc morem .s. Satyricum & detrahere pellem .i. tectorum, aut tegumentum, qua quisque existens nitidus .i. candidus & mundus, per ora, id est exteriora & in superficie, cederet, id est incederet, existens turpis introrsum, id est in conscientia sua? num, id est nunquid, Lælius & is sup. qui duxit nomen, id est agnomen, meritum, id est quod meruit, a Carthagine oppressa, id est deuicta, scilicet Scipio Africanus, qui cum Lælio nobile par amicorum facit, offensi supp. fuerunt ingenio ipsius Lucilij? q. d. minime, aut num, id est nunquid doluere .i. ægre tulerunt, Metello viro illo præpotente, læso .i. quia Metellus lædebatur, hoc est carpebatur versibus Lucilianis, que, pro &, Lupo, viro illo etiam prædiuite, coopertto .i. diffamato, versibus famosis .i. diffamatorijs? q. d. minime. Atqui .i. attamen, ipse Lucilius arripuit, id est inuasit stylo suo Satyrico, primores .i. optimates vrbis .s. Romanæ, & populum sup. Romanum? tributim .i. per tribus, s. existens sup. æquus .i. concinnus & concors, vni, id est soli virtuti, atque amicis eius, id est eam colentibus. Quin, id est quinimmo, insuper, vbi virtus Scipiadæ, & sapientia mitis Læli, id est Lælij, hoc est ipse Scipio strenuus & Lælius bonus remorant, id est remouerant se à vulgo, & scena, id est theatro, in secreta, & quo populo non licebat conuenire, soliti sup. sunt nugari cum illo, scilicet Lucilio, & ludere cum illo, existentes discincti, id est negligenter culti donec holus, id est cibus frugalis coqueretur, quicquid ego sum, quamuis sum infra censum Lucili, id est Lucilij, id est quamuis non habeam diuitias, quas ille habuit, & quamuis infra ingenium Lucili, id est non habeam tam bonum ingenium vt ille, tamen inuidia fatebitur etiam sup. inuita, id est quamuis nolit me vixisse semper cum magnis viris (hoc dicit Poeta ne forte dicat quis Lucilio diuiti licuisse, quod non licet Horatio) & quærens, id est is qui quæret, aut nitetur, illidere, id est impingere dentem suum. supp. mihi fragili, id est quem fragilem putet, ipse offendet sup. dentem illisisse, solido, id est duro & forti, id est inueniet in me resistentiam, si quis volet me mordere, nisi tu ò Trebati docte, dissentis quid id est aliquid vel in aliquo. Respondet Trebat. Equidem, id, est ego quidem nihil possum diffingere, id est aliter sentiens distrahere, hinc, id est ab hac sententia tua, sed tamen sic supp. assentior, vt tu monitus à me, supple caueas ne inscitia sanctarum legum incutiat tibi quid, id est aliquid negoci, pro negocij, ius & iudicium est, id est iam sententia lata & dijudicatum est, si supple quisquam condiderit mala, id est falsa & detractoria carmina in quenquam. Sunt qui legant, In quem quis carmina &c. Esto, inquit Horat. .i. concedo quod puniatur per legem si quis mala supp. scribat carmina in quenquam, sed si quis condiderit bona, id est veridica supp. carmina, quid supple de eo fiet? Respondet Trebat. Talis laudatur, Cæsare .i. Augusto, iudice .i. iudicante. Addit Horat. Si quis ipse existens integer, id est inuiolatus, latrauerit, id est auide obiurgauerit, dignum, id est meritum, supp. quid fiet? Respondet Trebat. Tabulæ, id est libelli contra te facti, soluentur, id est rumpentur cum risu, & tu abibis missus, id est dimissus impunis & indemnis, ita ponitur secunda pro quauis persona, quocirca legam libentius. Si mala condideris, quia ris, syllaba, aut longa, aut saltem cõmunis est, rie breuis, quæ excusatur tamen vtcunque, quia in fine dictionis, & principio tertij pedis.

QVo prognatus) Forcasse simpliciter dictum est ab Horat. Hoc tamen ad fabulam respicit Ledæ, quæ grauida ex Ioue in cygnum conuerso, ouum peperit, vnde gemini sunt prognati Castor & Poll. [Et fragili quærens illi) Hæc Horat. sententia non multum huic abest græcorum prouerbio, ξυρὸς εἰς ἀκόνην .i. nouacula in cotem, dici solitum in hos, qui forte in eas res inciderunt, in quas minime volebant. Neque enim nouacula potest incommodius cadere, quam si in cotem incurrat. [Tabulæ) Tabulæ, id est subsellia, soluentur risu, id est nimio consessus cachino.

VT quo quisque) Mihi placet, inquit Bonf. inter alia, alterum vt esse coniunctionem, alterum aduerbium, & primum ad superiora pertinere, & reddere præcedentium causam tanquam si diceret quisquam, Veni ad te supplex vt aliquid impetrarem .i. aliquid impetrandi gratia. Secundum vero ad sequentia, & pro sicut poni, & imperat legamus, non imperet, vt sit ordo. Collige .i. aduerte & considera mecum, sup. ea esse vera. Et hoc per parenthesim legas, sic lupus petit hostes dente, cornu taurus, & alia quæ sequuntur. Vt .i. sicut natura potens hoc imperat [Tu missus abibis) Tu .i. ille quisquis est, qui integer ipse latrauerit opprobrijs dignum, missus abibis, pro abibit aliquis, vt intelligamus secundam personam pro tertia positam, vt passim fieri consueuit.

MIssus ad hoc, pulsis (vetus est vt fama) Sabellis. Sabellos manifeste accipit pro Sãnitibus. Verisimile est n. bello Sãnitico hoc oppidum a Sãnitibus possessum, deinde eis pulsis, Romanos sunt illuc misisse colonos aduersus Apulos Lucanosq. præsidium, vt de Luceria patet lib. ix. ab V. C. apud Liu. Id hac de causa admonemus, quod sæpe alias in hunc poetam Sabellum exponunt Marsum nostri commentatores. [Ceruius iratus leges minitatur & vrnam.) Virg. lib. j Æn. vno item carmine breuiter vtrunque complexus est Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat. Vt hic Horat. per leges intelligat in certis rebus latam sententiam, per vrnam in rebus dubijs. Et hũc locum recte explicuit Bad. [Scæuæ viuacem crede nepoti matrẽ) At hunc non recte Scæuam n. mulierem putauit, & nepotem generis communis, cum locus totus ironicos sit dictus, vt testatur Porph. Scæua autem filius matrem veneno extinxit, in cuius malum, iocatur Horat. piam dicendo, quippe Scæua nõ dextra, sed veneno pugnabat. Illud mala quod iiij. sequitur versu, Badium fefellit. Sed id vel ad dextram referri potest, vel quod malim ad cicuta. Nam cicuta nominatiui est casus, quasi poëta dicat innocens est Scæuæ dextra, mala cicuta tollet anum vitiato melle. [Et qui Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomẽ) Africanum Scipionem, inquit Acron dicit, qui Africam funditus, Numantiamq. deleuit, vnde postea Numantinus dictus est. Hæc ille. De posteriore poëta loquitur Africano Æmiliano, qui Carthaginem, non Africam (vt Acron habet) Numantiamq́. deleuit, & Africanum nomen etiam adoptione habuit. Numantinus autem vbi dicatur non memini. Ex his autem constat Lucilium vixisse tertio bello Punico, cum Ennius secundo. Et Ennium superioris Africani bella scripsisse, Lucilium priuatam vitam, in gratiam inferioris Scipionis, vt puto, quod ideo admonemus, quod ferè commentatores hæc confundat. Ergo oppressa hic exponendum extincta. C. autẽ Lelius est, a quo Cicero Dialogus de amicitia nomẽ habet, Scipioni Æmiliano amicissimus, Cos Anno ab V. C. DCXIIII. Quo tempore multi vixere Metelli etiã consulares, de quo autem Lucillius scripserit, certum nobis non constat, de Lupo adhuc minus. [Si mala condideris in quẽquam carmina) Condideris legendum secũda persona, futurum frequẽter producitur, quamuis et qñque corripiatur viciositate præteriti

cti & significatione, & terminatione. Et mala pro maledica dixit cum Horat. pro vitiosa repetat, vt & Acron & Porph. annotarunt. Sed Horatij verba post esto incipiunt. Ceterum Bad. hic nō recte facit nouam interrogationem: Sed si quis condiderit bona, quid de eo? Respondet Trebat. Talis laudatur Cæsare iudice. Hæc ait Bad. Verum iudice præcedit non solum verbum laudatur, sed etiam condiderit. Quod lector statim videbit. Vltimum autem carmen in postremis verbis difficultatem habet, num Poëta de se secunda persona pro quauis vsus sit, an missus de Trebatio, pro frustratio positum intelligamus Porph. etiam tabulæ .i. subsellia exponit, quod ego non intelligo nisi vltimum carmen Trebatio potius demus.

ARGVMENTVM.

*Frugalitatem commendat ex Stoicorum sententia. Nam Ofellus post primus Stoicam disciplinam Latinitati donauit,*

SATYRA VII.



QVae virtus, & quanta bonis sit viuere paruo:
Nec meus hic sermo est: sed quem præcepit Ofellus
Rusticus, anormis sapiens, crassaq. Minerua:
Discite non inter lances, mensasq. niteneis:
Cum stupet insanis acies fulgoribus: & cum
Accliuis falsis animus, meliora recusat:
Verum hic impransi mecum disquirite. cur hoc?
Dicam si potero. male verum examinat omnis
Corruptus iudex. leporem sectatus, equo ue
Lassus ab indomito, vel si Romana fatigat
Militia assuetum græcari: seu pila velox,
Molliter austerum studio fallente laborem,
Seu te discus agit: pete cedentem aëra disco.
Cum labor extuderit fastidia: siccus, inanis
Sperne cibum vilem: nisi Hymettia mella Falerno
Ne biberis diluta. foris est promus: & atrum
Defendens pisces hiemat mare. cum sale panis
Latrantem stomachum bene leniet. vnde putas? aut
Qui partum? non in caro nidore voluptas
Summa, sed in te ipso est. tu pulmentaria quære
Sudando. pinguem vitijs, albumq., nec ostrea,
Nec scarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.
Vix tamen eripiam, posito pauone, velis quin
Hoc potius, quàm gallina tergere palatum,
Corruptus vanis rerum: quia veneat auro
Rara auis: & picta pandat spectacula cauda:
Tanq̃ ad rem attineat quicquam. num vesceris ista,
Quam laudas, pluma? cocto num adest honor idem?
Carne tamen quamuis distat nihil hac magis illa:
Imparibus formis deceptum te patet. esto,
Vnde datum, sentis, lupus hic Tiberinus, an alto
Captus hiet, pontes ne inter iactatus, an amnis
Ostia sub Tusci? laudas insane trilibrem

ASCEN. QVÆ virtus, & quanta bonis) Argumentum iam percurrimus. Dicit signanter bonis, quod potest exponi inter multa bona, qa illic virtus eminet vbi peccandi potestas est, nec tamen peccatur. qui ergo inter multa bona parce, non dico auare viueret, veram parsimoniam habere probaretur. videtur tamen potius exponendum esse bonis super hominibus. quia in malis nulla virtus est, licet quid de genere virtutis faciant, vt licet sobrie viuant, qui sua ligurierunt quia plura non habent, habere tamen vellent, non virtutis, sed necessitatis censendum erit. Et ita in reliquis. Priusquam ordinem ponam, hoc quoque, dixero, Ofellum hunc vere rusticum fuisse, nec quouis modo philosophum vocat. n. eum sapientem anormem .i. sine regula & doctrina philosophica & Minerua crassa, non à præceptore .s. sed ab experientia accepta. Itaque longe dissentiendum est ab Acrone. nam si sinistre ingressum sectam Stoicorum hunc dicamus, nullam sit eius auctoritas reliqua. Præterea expressissime in hac Satyra docebitur agricolam fuisse, & philosophiæ non rudem, sed omnino expertem. Ordo est. Discite quæ & quanta virtus sit bonis supp. viris, vel inter bona multa, viuere paruo .i. paucis contentum. Nec hic Sermo est meus .i. hæc doctrina non est mea quod dicit, quia cū sit Epicureus, videretur forte cōtra sectam suam dicere, cum tamen Epicurus ipse parcissime vixerit, holusculis contentus, nec vitium sit poëtis nunc hanc, nūc illam insequi sectā. Alludit præterea ad opus suū, quod Sermonum titulo inscripsit. hic Sermo ergo non est meus, sed sup. est is, quem Ofellus rusticus anormis, id est absque dogmate & norma sapiens, & sapiens crassa Minerua .i. sapientia inerudita, qualem illiterati habere possunt, præcipit sup. suis vt postea videbimus. Sed scies grammatice, ꝙ anormis hic latina est dictio tota. nam græce anomalon primam corripit, itaque non ab a, græca particula, sed latina deductam dices. hæc autem insetta sunt per parenthesim. vnde reperamus) Discite inquam non inter lances .i. patinas & mensas nitentes .s. vario luxu & splendore epularum, cū .i. quando acies oculorum .s. stupet .i. stupida & hebes sit, fulgoribus insanis .i. valde magnis, vt illic: Insani feriant sine littora fluctus, vel insanis .i. insanos facientibus, & cum .i. quando, animus accliuis .i. inclinatis, falsis .i. ad falsas opiniones, hoc est ad laudandas lautiores cœnas, recusat, id est refugit, meliora .i. vtiliora & eligibiliora, vtpote frugalitatem & parsimoniam perquam est mens sana in corpore sano. vos autem disquirite mecum hic verum .i. veritatem rei impransi, id est adhuc ieiuni & non corrupti splendore epularum. Cur hoc, id est forte quæreris cur hoc moneam, ego dicam vobis si potero, ideo supple hoc monui, quia omnis iudex corruptus examinas, id est disquirit, male .i. inepte, verum, id est veritatem rei.. Tu lectatus, id est postquam venando sectatus es leporem, ve, pro vel, lassus .i. lassatus & fatigatus ab equo indomito, vel si militia Romana fatigat te assuetum græcari .i. græce iocari aut nugari, seu .i. siue, pila velox .i. corium uento plenum ac rotundum, qđ pedibus ac manibus uelocitce impellitur, agit sup. te, & hoc studio, id est exercitio illo quod studiose facis, fallente, id est imperceptibiliter transire faciente, laborem austerum, id est qui alioqui austerus esset, si quis inuict⁹ & coactus faceret, seu .i. siue, discus, id est exercitatio in disco proijciendo in aëra agit, id est impellit & exercet te, pete, id est lacesse, inuade, percute, aëra .i. aërem cedentem .i. locum dantem, disco, id est globo quodam ac massa, quo & qua uires experiūtur suas, cum, id est postquam, labor, id est exercitatio illa, extuderit, id est eiecerit fastidia, id est nauseam ciborum & appetitum, ac famem generauerit, tu siccus, id est sitibundus, & inanis, id est famelicus, sperne uilem cibum, quasi dicat scio id non facies quia sic incorrupto & ieiuno omnis cibus, gratus est, ne biberis supp. aliquid, nisi mella Hymettia, id est suauissima a loco natiuo sic dicta, diluta, id est admixta. Falerno .i. acri uino, pro eo quod est. Nisi Falerna uina diluta .i. temperata melle Hymettio. Si sup. promus .i. dispēsator, qui promat potū aut cibum est foris .i. non est domi, & mare atrum .i. nubilosum, hiemat .i. tempestatem mouet defendens pisces, eo ꝙ piscatores arcet, tunc sup. panis cum sale bene leniet, id est sedabit & placabit, stomachum latrantem .i. famelicum, quia uidetur famelicus quasi catulos habere in stomacho, propter crepitus quos edit, & hoc more catuli petentis bolum. Vnde putas sup hoc partum .i. acquisitum, & inuentum? aut qui .i. quo, sup. putas datum esse quod famelico omnis cibus placet? Rn̄det ipse Poëta, q. d. inde partū est, quod summa voluptas non est in nidore .i. odore ciborum, earo .i. quos care emisti, sed summa voluptas est in te ipso .i. in appetitu tuo, tu quære .i. exposce, pulmentaria .i. viliorem victum, sudando .i. per sudorem & laborem. quia neque ostrea delicatissimum insectile, nec scarus piscis, tūc habitus in pretio, nec lagois auis leporinas habens carnes, peregrina .i. longe quæsita, poterit iuuare .i. recreare & delectare, pinguem vitijs .i. per vitia, hoc est otium & gulam, non aūr pinguē a natura, & album .i. hn̄tem ventrem ita cibis distentum ꝙ albescat. Et tñ licet voluptas in te, nō in rebus est. tñ pauone posito .s. ante te, vix eripiam sup. eum, vel vis eripiendo efficiā q̃n velis potius tergere palatū tuū .i. irritare & laute afficere, hoc .i. pauone quā gallina existens corruptus vanis .i. vanitatibus re℞, qa auis rara .s. pauo, veneat .i. vēdatur auro,

&

quia pandat.i.pandendo & operiendo oſtentet ſpectacula, cauda picta.i.varijs coloribus quaſi picta ſit ornata. Sic Æn.iiij. Pictæq. volucres, tanquam.i. perinde ac ſi, quicquam pertineat ad rem .i. ad guſtum aut bonitatem rei. Num.i.nunquid, tu veſceris illa pluma quam laudas, hoc eſt nunquid laudatam à te plumam pauonis comedis? num .i. nunquid, idem honor .i. ornatus, adeſt cocto .ſ. pauoni, qui adeſt crudo? q. d. minime (gula tñ inuenit, vt plumatus apponatur pauo, habet aũt carnem difficillimę digeſtionis, vt ſuper Iuuen. auctoritate D. Auguſtini probabimus) quamuis nihil diſtet carne .i. quantum ad carnem, tñ patet te deceptũ eſſe magis hac quam illa, imparibus formis .i. propter impares formas .i. licet caro gallinæ non ſit deterior carne pauonis, tamen quia pauo habet aliam formam quam gallina, tu magis delectaris carne pauonis quam gallinæ, & ita ſi ſumis iudicium ex colore & ſpẽ diuerſa, eſto .i. permittatur tibi hoc, ſed ſup. dic mihi, vnde datum .i. conceſſum tibi à natura ſentis, hic Lupus Tyberinus .i. quem ſcis captum in Tyberi (eſt.n. piſcis) an hiet captus alto.i.in profundo gurgite, poſtquam .ſ. intrauit mare, ne, pro an, iactatus inter põtes, vbi optimus creditur, quia ſordibus cloacarum impinguatus, an hiet captus ſub .i. paullo ante, hoſtia .i. introitum amnis Thuſci .ſ. Tyberis, hoc eſt vbi Tyberis intrat mare, q. d. forte dices te noſſe diſcrimen inter pauonem & gallinam, etiam amotis plumis, ſed quomodo cognoſces de vna, & eadem ſpẽ piſcis, vtpote lupi, an ſit captus in ortu, an in medio, an in exitu eiuſdem fluminis, & tamen pluris emis captum inter duos pontes. Ac ſi dicat. Id non faceres, niſi opinione praua ducaris. O inſane tu laudes mulum trilibrem .i. trium librarum, quia tunc temporis pauci tanti reperiebantur.

ASCEN. QVem ſup. mulum) .i. piſcem ſic appellatum, neceſſe eſt vt tu minuas.i.minutim incidas, in ſingula pulmenta .i. fruſtra, q. d. fruſtra petis piſcem tanti ponderis, cum ne vnciatim quidem eum comeſſe poſſis. Ergo dicit poeta, ſpecies.i. pulchritudo magni piſcis, ducit te .i. video quod forte dices mihi pulchrum eſſe de tam magno piſce comeſſe, quamuis fruſtim comedas, ergo ſi magnitudinem amas, quo pertinet odiſſe lupos.i. tales piſces, proceros .i. oblongos, hoc eſt quare nõ oẽs piſces magnos amas, ſcilicet.i.ſcire licet, hoc eſt ideo puto id facis, quia natura dedit illis.ſ.lupis maiorem, modum.i.menſuram, & his.ſ.mulis, breue pondus.i.modicam grauitatem, hoc eſt tu vis contra id, quod natura vult, quia omne rarum carum. Stomachus ieiunus temnit.i.contemnit, raro vulgaria ſup cibaria, gula .i.vorago illa gutturis in homine edace, digna harpyis.i.obſcœnis illis uolucribus, quæ os virgineum, ſed diram ventris ingluuiem habent & ideo talis gula eſt digna eis rapacibus.i.aſſidue rapientibus ait .i.dicit, ego vellem magnum ſup. piſcem, aut aprum correptum, id eſt extenſum in magno carino.i.vaſe eſcario. Harpiæ notæ ſunt omnibus aliquid in poëſi ſapientibus. Sunt autem tres Celeno, Aello, Ocypete, quarum duarum poſteriorum Heſiodus in Theogonia meminit. Celenus autem Virg. in iij. Æn. Erant obſcœnæ volucres omnia cibaria contactu fœdantes, & mira voracitate omnia ingurgitantes, de quibus illic videre eſt. At vos ò Auſtri.i. venti Meridionalis humidi, & calidi, & ideo maxime putrefactiui, coquite obſonia.i.fercula horum, ſup. hominum .i. corrumpite & putrefacite oẽs cibos eorũ, quia q̃q̃ (aut quamuis) aper, aut rhombus ſup. eſt recens, tñ ſup. putet.i.fœtet, aut ſic, q̃q̃.i.licet fruſtra id opto, quia aper & rhombus recens .i. ẽt ſi ſit recens putet qñ copia .i. abundantia, mala.i.nociua, ſollicitat ſtomachum ægrum.i. epulis oneratum, cum.i.qñ, plenus .i. ſatur, mauult .i. magis vult, rapula .i. parua rapa. Nam tam neutrum quam fœmininum repetitur, ſunt autem minores rapæ & acerbiores paullo, & mauult inulas illas herbeculas, acidas .i. aliquantulum aceſcentes, & ita punctiuas & appetitus excitatiuas. Necdum, pro non & adhuc, non omnis pauperies .i. modicitas & cibatio pauperum, eſt abacta .i. reiecta adhuc ab epulis regum .i. prædiuitum virorum. Nam locus eſt hodie .i. adhuc hodiernis diebus quamuis gula multum creuerit, ouis vilibus.i.modici pretij, & oleis nigris .i. nigri colo-

* Aſtri coquite, hoc eſt, putrefacite eorũ cibos

Mulum: in ſingula quem minuas pulmẽta neceſſe eſt,
Ducit te ſpecies video. quò pertinet ergo
Proceros odiſſe lupos? quia ſcilicet illis
Maiorem natura modum dedit: his breue pondus.
Ieiunus ſtomachus raro vulgaria temnit.
Porrectum magno magnum ſpectare catino
Vellem, ait harpyis gula digna rapacibus. at vos
Præſentes * auſtri coquite horum obſonia: quamuis
Putet aper rhombuſq. recens: mala copia quando
Aegrum ſolicitat ſtomachum: cum rapula plenus,
Atque acidas mauult inulas. nec dum omnis abacta
Pauperies epulis regum. nam vilibus ouis,
Nigriſq. eſt oleis hodie locus. haud ita pridem
Galloni præconis erat acipenſere menſa
Infamis. quid, tum rhombos minus æquora alebant?
Tutus erat rhombus. tutoq. ciconia nido.
Donec vox auctor docuit prætorius. ergo
Si quis nunc mergos ſuaueis edixerit aſſos:
Parebit praui docilis Romana iuuentus.
Sordidus à tenui victu diſtabit, Ofello
Iudice. nam fruſtra vitium vitaueris illud;
Si te alio prauum detorſeris. Auidienus,
Cui Canis ex vero dictum cognomen adhæret.
Quinquenneis oleas eſt, & ſiluestria corna:
Ac, niſi mutatum, parcit diffundere vinum: &
Cuius odorem olei nequeas perferre. licebit
Ille repotia, nataleis, alios ue dierum
Feſtos albatus celebret: cornu ipſe bilibri
Caulibus inſtillat veteris non parcus aceti.
Quali igitur victu ſapiens vtetur? & horum
Vtrum imitabitur? hac vrget lupus: hac canis angit.
Mundus erit, qui non offendat ſordidus: atque
In neutram partem cultus miſer. hic neque ſeruis,
Albuti ſenis exemplo, dum munia didit,
Sæuus erit: nec ſic vt ſimplex Neuius, vnctam
Conuiuis præbebit aquam: vitiũ hoc quoque magnũ.

ris, & ita acerbioribus. Menſa Galloni præconis, quem etiam Lucilius taxat, haud .i. non, erat ita infamis pridem.i.olim, acipẽſere .i. in qua acipenſer erat appoſitus. Eſt autem piſcis rarus inuentu. vnus omnium ſquamas ad os verſas habens, erat autem piſcis tunc delicatus creditus poſtea in nullo honore, q̃d non venit niſi ex opinione hominum, vnde quærit Poeta, quid .i. nunquid, æquora alebant tum .i. tunc minus rhombum, quam nunc ſup. q.d. minime, & tamen rhõbus qui nunc in magno pretio eſt, tunc vilipendebatur, & ita rhombus erat tunc tutus, q̃a nemo petebat eum, & ciconia erat in nido tuto.i. ipſam tutante quia nemo comedit eam ſicut nunc, donec pretorius auctor .i. inuentor ciconiæ apponendæ docuit vos ò guloſi. Ergo ſi quis edixerit.i. publico quaſi mandato iuſſerit, & præceperit mergos .i volucres vrinantes, aſſos .i.aſſatos, eſſe ſuaues nunc, quia tamẽ aridi ſunt, nihil eſt illis toſtis inſuauius iuuentus Romana docilis praui .i. quæ faciliter docetur rem prauam parebit .i. obtemperabit, tali edicto .i. faciliter imitabitur prauum inſtitutum. Et ita concludit homines potius peccare ex falſa opinione quam ex rerum qualitate, q̃a vnam & eandem rem nunc pluris, nunc minoris faciunt cum tamen non mutetur. Sordidus à tenui, docet auctore Ofello non eundem eſſe ſordidum & parcũ. qui parcus eſt tenui victu vtitur quia poſſet quis ex virtute ſobrius eſſe. Sordidus autem nõ vt primo patuit. Ordo eſt, Victus ſup. ſordidus .i. hominis ſordide viuentis, diſtabit à tenui victu, Ofello iudice.i.qui parcus eſſe volet, non ſic erit parcus vt ſordidus fiat. Nam fruſtra vitaueris illud vitium.ſ.prodigalitatis, ſi detorſerit.i. extra viam rectam detruſerit, te.ſ.prauum alio .i. ad aliud vitium auaritiæ, aut ſorditatis. Auidienus, vir ille ſordidus & diues, cui cognomen canis adhæret, dictum.i.addictum, aut inditum ex vero.i. pp veram imitationem quia ſordidus eſt vt canis, eſt.i.comedit, oleas.i. bacas oleæ, quinquennes.i.quinque annorum, & corna ſilueſtria, ac parcit.i.cauet, diffundere.i.ex vaſis ſuis in pocula fundere, vinum, niſi ſup. ſit mutatum.i.inuerſum, aut in vappam mutatum, & ipſe .ſ. non confidens miniſtris, in propria perſona inſtillat caulibus cornu bilibri oleum ſup. cuius odorem tu nequeas perferre, q̃ tam grauis eſt inſtillat ſup. exiſtens non parcus.i. largus aceti veteris.i.euaporati & ſemimortui, & hoc licebit.i.licet, ille .ſ. Auidienus. celebret albatus.i.candidatus (quod in ſumma feſtiuitate con-

contingebat, quando à dijs impetrare quicquam volebant) repotia .i. octauam à nuptijs aut filiæ, aut neptis, in qua conuenientes amici ac parentes lætitis viuere solent, aut licet celebret natales sup. suos, in quibus veteres maxime Ge[nio] indulgebant, ve pto vel, alios festos dierum .i. alios dies festos. Igitur si hoc vituperabile est, quali victu vtetur sapiens, & vtrum horum .s. lupi & canis, quis dicet, imitabitur? Lupus .i. homo vorax & prodigus vt lupus vrget hac .i. in hac parte inuitat te .s. ad imitationem vitæ suæ. & canis .i. homo immundus & nimis auarus, vt canis angit, id est constringit te ad imitandum se, hac, id est per hanc partem. Responsio, Is erit mundus, qui non offendat sordib. id est auaritia quæ sordidum facit, atque qui neutram .i. non alteram, qui non est cultus miser .i. vt miser, in alteram partem, id est neque sordide, neque nimis splendide, hic .i. huiusmodi, neque erit sæuus .i. austerus & rigidus ac iminitis, dum didit .i. diuidit distribuit seruis suis, munia .i. officia, exemplo Albuti .i. Albutij senis, nec existens sic simplex vt Neuius, præberet conuiuis aquam vnctam, quod superfluum est, quia aquam mero mundior est vt eligibilior, vel intelligamus Albutium esse sæuum .i. nimis magnificum, sicut Maternis stat sæuus in armis. & ita Neuius erit sordidus non nisi aqua modicum vnctam conuiuis suis præbens quoque .i. etiam, hoc .i. nimis parcum esse, est magnum vitium. Ex hoc vltimo verbo approbatur hæc secunda sententia, quia cum parsimoniam laudet, dicit nimiam parcitatem Neuij esse vitiosam. ad quod accedit, quod & Auidienus nomen fictitium ab auiditate videtur sumptum.

Accipe nunc, victus tenuis quæ quantaq́. secum
Afferat: in primis valeas bene: nam variæ res
Vt noceant homini, credas, memor illius escæ,
Quæ simplex olim tibi sederit. at simul assis
Miscueris elixa; simul conchylia turdis:
Dulcia se in bilem vertent: stomachoq́. tumultum
Lenta feret pituita. vides, vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia? quin corpus onustum
Hesternis vitijs animum quoque prægrauat vna:
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.
Alter, vbi dicto citius, curata sopori
Membra dedit: vegetus præscripta ad munia surgit.
Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam:
Siue diem festum rediens adduxerit annus:
Seu recreare volet tenuatum corpus: vbiq.
Accedent anni: & tractari mollius ætas
Imbecilla volet. tibi quidnam accedet ad istam,
Quam puer & validus præsumis, mollitiem? seu
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?
Rancidum aprum antiqui laudabant: non quia nasus
Illis nullus erat: sed credo hac mente, quòd hospes
Tardius adueniens, vitiatum commodius, quàm
Integrum edax dominus cõsumeret. hos vtinã inter
Heroas natum tellus me prima tulisset.
Das aliquid famæ? quæ carmine gratior aurem
Occupat humanam. grandes rhombi, patinæq́.
Grande ferunt vna cum damno dedecus. adde
Iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum,
Et frustra mortis cupidum, cum deerit egenti
Aes, laquei pretium. iure, inquit, Trasius istis
Iurgatur verbis. ego vectigalia magna,
Diuitiasq́. habeo tribus amplas regibus. ergo
Quod superat, non est melius quo insumere possis?

ASCEN. Accipe nunc, victus tenuis) Recitat cõmoda sobrietatis, vt ad eã nos alliciat. Ordo est. Accipe .i. intellige, audi nũc quæ, & quanta cõmoda, tenuis .i. modicus, victus .i. sumptus afferat secum in primis .i. primũ hoc boni affert quod tu valeas bene .i. sanus sis. Nã vt .i. quod res variæ .i. variæ escæ noceãt homini, credas .i. faciliter credere possis, memor .i. si fueris memor illius escæ .i. cibi, quæ existens simplex .i. vniformis, & vnius speciei sederit .i. placuerit tibi olim, eum .s. sobrius & forte pauper esses. At .i. sed, simul .i. immediate postquã, miscueris elixa .i. bullita obsonia assis .i. cum assatis cibis, & simul ac miscueris conchylia .i. pisces vt ostrea & conchas, turdis .i. volatilib. delicatis, vt sunt turdi dulcia .i. ea quæ tibi dulcia erant, dum ingurgitares ea, vertent se in bilem .i. amaram choleram, & pituita .i. nociuus humor feret .i. afferet, tumultum .i. perturbationem stomacho tuo. tu vides, vt .i. qualiter, omnis supp. homo desurgat .i. surgat, de cœna dubia .i. opipara, vbi propter multitudinem dubitet quid primum sumat, desurgat inquam existens pallidus ex nimia oneratione stomachi. Quin .i. quinimmo, corpus onustum .i. oneratum, vitijs .i. crapulis, hesternis .i. pridianis, aggrauat quoque vna .i. pariter animum .i. rationem hominis, atque affigit humo .i. rebus terrenis, particulam diuinæ auræ .i. spiritus cœlestis, hoc est animam rationalem, quam ex cœlesti arce demissam, & esse particulam cœlestis ignis credebant. Vnde Virg. Igneus est ollis vigor & cœlestis origo. Item, Atque auræ simplicis ignem. Et Iuuen. Sensum à cœlesti demissum traximus arce. Alter .i. qui non est crapulosus, sed sobrius vbi .i. postquã, dedit sopori .i. tranquillæ dormitioni membra curata .i. refecta, citius dicto .i. quam dici posset, surgit vegetus .i. (vt dicuntur) euigilatus & agilis, ad munia .i. officia & ministeria sua præscripta .i. ipsi assignata & tamen licet .s. ex sobrietate illa austerius modo vixerit, tamen poterit, transcurrere .i. celeriter se applicare quondam .i. aliqñ tpe futuro, ad melius .i. vberiorem & auctiorem sumptum, siue annus rediens adduxerit diem festum, videlicet natalem, aut ambaruallem, aut similem, seu .i. siue, volet recreare corpus tenuatum, longa sobrietate .s. que, pro &, & vbi .i. postquam, vel quo tempore (sunt autem hæ duæ dictiones vbique) anni accedẽt .i. qñ senior erit, ætas .s. senilis, imbecilla .i. fragilis, impotens, volet tractari mollius .i. paullo delicatius, quid nam accedat .i. addi possit tibi gulose & perdite iuuenis, ad istam mollitiem, quam præsumis .i. ante tempus debitum sumis, existens puer .i. multum iuuenis adhuc, & validus .i. sanus, hoc est, quid plus poteris tibi lautitiarum facere? seu .i. siue, valetudo .i. dispositio corporis, dura .i. ægra & aduersa, inciderit .i. siue ægrotare incipias, & valetudinarius esse, seu .i. siue, senectus tarda .i. te tardum faciens sup. aduenerit? non .n. potest incidere senectus .i. casu interuenire, nisi quantum ad apparentiam, quam propter tribulationes seniores apparemus. Siue ergo æger fias, siue senex, non poteris lautius ac delicatius viuere, quàm nunc puer, validus. Antiqui .i. prisci & maiores nostri, laudabant aprum .i. porcum siluestrem, rancidum .i. qui ex longa conseruatione contraxit ranciditatem hoc .n. vitiũ carniũ est, sicut acor vini, & mucor panis. vnde sunt plebei versiculi. Hic bonus est Promus in cuius sæpe culina mucidus est panis, caro rancida pendula vina non supp. ideo laudabant rancidum aprum, quia nullus nasus .i. nulla vis odorandi, erat illis, sed ego credo hac mente, quod hospes i. aliquis amicus hospitio susceptus, adueniens tardius supp. quam credebat eum suscepturus .s. qui ob eius aduentum aprum coxerat, consumeret cõmodius .i. cum maiore cõmodo quãtum ad iudicium suscipientis, aprum sup. vitiatum .i. corruptum ranciditate ex diuturna conseruatione, quàm dñs edax .i. qui edax censendus esset, si eum consumpsisset, consumeret integrum .i. incorruptũ. Vtinã prima tellus, .i. cum primum coli cœpta est, tulisset .i. produxisse me natum, inter hos .i. huiusmodi, heroas .i. heroicos & semideos viros, qui tam frugaliter vixerunt. das aliqd, famæ. reprobat stultitiam eorum, qui sibi gloriam comparare putant ex epularum splendore, nimioque sumptu. Ordo est legendo interrogatiue, Das tu aliquid famæ? Aut ironice sic, Tu das famæ tuæ aliquid .i. augmentas famam tuam in aliquo, quod fama comparata ex opinione vulgi existens gratior carmine .i. quã esset approbatio poëtæ per carmen si sobrius viueres, occupat aurẽ humanam .i. diuulgatur per hoĩes. Et hoc modo sensus est, Forte dices quod splendide viuendo comparas tibi laudem popularem, quod tibi gratior est, quam si ob sobrietatem lauderis carmine aliquo. Porph. tñ aliter intelligit dicens. Hoc Antisthenes dixisse traditur. Is .n. cum vidisset adolescentem luxuriosum, ac aromatibus deditum, miserum te, inquit, adolescẽns, qui nunquam audisti summum acroama .i. laudem tuam, hæc ille. quasi vero laudis sit sua consumpsisse. Et ita exponetur sic, Tu das .i. forte dices quod das aliquid famæ tuæ ex opinione Populi, quæ existens gratior .i. multum grata carmine .i. per carmẽ, vel quæ gratior occupat carmine .i. per carmen aurem hoĩum &c. sed prior sententia mihi placet. Ostendit aũt talem errare & falli, dicens rhombi .i. tales pisces, grandes .i. magni, & patinæ .i. vasa escarta

ria lare patentia ferunt vna.i.pariter,cum damno.f. rerum dedecus. hoc est tantum abest vt vere laudari merearis ob talem luxuriam,vt verissime vituperari merearis. videtur autem hinc sumpsisse Iuuen Sat.de rhombo, Adde,ad damnum & dedecus sup.patruum.i.fratrem patris tui defuncti quia eo viuente non haberes adhuc patrimonium,quod nunc consumis,iratum sup. tibi,& vicinos iratos tibi,& te iniquum i.incommodum tibi, & cupidum .i.qui aliquando cupidus eris frustra .i. incassum, mortis, cum .i. quando,æs.i.pecunia,appositorie pretium.i. vnde habeas pretium laquei,quo.f.re desperantem amissis rebus suspendas, deerit tibi egenti.i. quando tam pauper eris, quod non habebis vnde emas laqueum ad te suspendendum. Iure,inquit Trasius, ponit obiectionem in cuius solutione docet prodigentiam omnibus vitiosam,non solum .f. ijs , qui ad paupertatem rediguntur, sed etiam tam diuitibus vt vix possint inopes fieri. Obiectio autem talis est: Aliquis sup. diues,inquit,aut tu forte inquis Trasius(aut Trallius) vir ille ad paupertatem redactus,iurgatur .i. obiurgatur iure .i. merito,istis .i. ex probrosis tuis verbis. Et sic si libraria haberent,malem legere inquis,quam inquit, quia prius dixerat in secunda persona, Das aliquid famæ ego habeo magna vectigalia i.reditus & prouentus etiam priuatos. Nam & Cic. vectigal pro priuatis reditibus accepit,cum ferè publici sint, vt dicit hic Porph. & ego habeo diuitias amplas .i. suffecturas tribus regibus, q. d. non possem pauper effici,& ita possum secure & impune luxuriose viuere. Ad quod poëta, aut Offellus. Ergo si tam diues es,quod plus quam satis sit habeas,non est sup.aliquid quo .i. in quo,possis insumere .i. impendere illud,quod superat, id est abundat, q. d. licet plus , quam opus tibi est habeas,tamen non continuo licebit inutiliter expendere, cum sit in quo honestius expendas.

Cur eget indignus quisquam te diuite? quare
Templa ruunt antiqua deum? cur improbe caræ
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?
Vni nimirum tibi recte semper erunt res?
O magnus post hac inimicis risus. vter nam
Ad casus dubios fides sibi certius? hic, qui
Pluribus assuerit mentem, corpusq. superbum;
An, qui contentus paruo, metuensq. futuri,
In pace, vt sapiens, aptarit idonea bello,
Quo magis his credas: puer hunc ego paruus Ofellũ
Integris opibus noui, non latius vsum,
Quàm nunc accisis. videas metato in agello
Cum pecore, & gnatis fortem mercede colonum,
Non ego, narrantem, temere edi in luce profesta
Quicquam præter olus fumosæ cum pede pernæ.
At mihi cum longum post tempus venerat hospes:
Siue operum vacuo gratus conuiua per imbrem
Vicinus: bene erat, non piscibus vrbe petitis,
Sed pullo, atque hœdo: tum pensilis vua secundas,
Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu.
Post hoc ludus erat culpa potare magistra:
Ac venerata Ceres, vt culmo surgeret alto,
Explicuit vino contractæ seria frontis.
Sæuiat, atque nouos moueat fortuna tumultus:
Quantũ hinc ĩminuet? quãto aut ego parcius,aut vos
O pueri nituistis, vt huc nouus incola venit?
Nam propriæ telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quenquam statuit. nos expulit ille:
Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris,
Postremo expellet certe viuacior heres.
Nunc ager Vmbreni sub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius: sed cedet in vsum
Nunc mihi, nunc alij. quocirca viuite fortes:
Fortiaque aduersis opponite pectora rebus.

ASCEN. NAm cur quisquam indignus supp. egestate,& dignus opulentia eget te diuite, id est dum tu diues es? quare antiqua templa Deum,id est Deorum ruunt, id est deciduni? ò improbe,id est improbande, cur non emetiris, id est emetiendo (per quod significatur tam diues quod pecunias metiri posset) expendis ex tanto aceruo,id est cumulo pecuniarum aliquid patriæ caræ, non quæ tibi cara est,sed quæ merito sit. Nimirum,id est certe,vel hauddubie res erunt tibi vni, id est soli, rectæ, id est prosperæ. hoc ironice legetur,aut per interrogationem figuratam,negatiuam responsionem postulantem. pauci enim permanent beati. O supple tu qui futurus es posthac .i. post hoc tempus, magnus risus inimicis, id est qui ab inimicis tuis,quos tibi nunc plurimos comparas, irrideberis, supp. dic mihi. vter fidet sibi certius ad casus dubios: ne(aut nam)pro an, hic qui assuerit, id est assuefecerit pluribus supp.rebus mentem & corpus superbum, id est elatum, an sup. is qui existens contentus paruo, & metuens futuri, id est de tempore futuro aptarit in pace, id est tempore pacis, hoc est prosperitatis,idonea bello, id est ad bellum, vt, id est quemadmodum sapiens supp. aptat, hoc est an qui voluptatibus se assuefacit tanquam in eis semper, secureq. victurus sit, an qui tempore prosperitatis duriter viuit, viuit vt assuefiat malo, id est laboribus, & paupertatibus, sicut vir prudens in pace, ea quæ ad bellum necessaria sunt disponit, ne ingruente bello obruatur improuisus, quasi dicat certum est melius esse,laboribus assuetum esse quam delitijs,quia nihil est miserius quam fuisse felicem. Quo,id est & vt,tu credas magis ijs. quæ dico quod scilicet vir prudens tempore prosperitatis & abundantiæ se frugalitati & parsimoniæ assuefacit,sup. probo exẽplis. Nam ego adhuc paruus puer, noui hunc Ofellum, de quo loquor,non vsum esse latius,id est copiosius,opetibus, id est possessionibus & fortunis suis,integris.i.ex integro saluis,quam tu videas sup eum vti,nunc operibus accisis, id est imminutis, in agello metato, id est vbi miles, qui eum inuasit castrametatus est,aut metato, id est occupato ab Vmbreno illic castrametati, vel ad mensuram illi pro mercede locato, qui olim proprius erat. victis enim Brutianis,quorum partes secutus erat, ab Augusti militibus possessionibus suis priuatus erat. Ofellum dico fortem, id est strenuum colonum, mercede, id est mercenarium, cum pecore & gnatis,id est auxilio pecoris & liberorum, ex quo & agro conductitio strenue viuit. Noui inquam Ofellum narrantem, id est recitando dicentem, ego non edi, id est comedi luce profesta, id est procul à festo,ante festum, id est die non festo quicunque esset temere,id est quasi,quicquam præter holus cũ pede,pernę.i.cruris porcini rum parte pulposa,fumosæ.i.fumo induratæ,ac seu (vel ad cum) .i. siue,hospes .i. aliquis amicus hospitio recipiendus gratis & iure hospitalitatis venerat mihi post longum tempus,siue vicinus existens grauatus conuiua venerat mihi uacuo operum .i. cessanti ab opere per imbrem .i. propter imbrium vehementiam,bene erat sup. nobis, non piscibus petitis .i. quæsitis,vrbe.i ab vrbe,sed pullo atque hœdo (pullus est fœtus gallinæ,hœdus capræ,vt notissimum est vterque autem rusticis parabilis) Tum.i. inde post priorem mensam, quæ secũdum Seruium erat carnium vua pensilis .i. quæ suspensa conseruata erat, & nux ornabat secundas mensas, quę erant pomorum, & reliquorum fructuum, cum ficu duplice .i. recenti, & arida, aut duplice ficu, quæ duplex, est .i. duplici tempore parta sunt .n. biferæ i. bis ferentes ficus plurimæ. Post hoc .i. post talem cibationem,erat ludus .i. quædam recreatio animi potare, culpa existente magistra, id est prohibente nos modum excedere,sicut magister discipulos coercet, hoc est timuimus in potando incurrere culpam, sicut discipuli magistrum. nam non erat alius magister nobis quem vereremur, præterquam fœditas culpæ, quam incurrere noluimus. Ac, vt supple Ceres, Dea frumenti, venerata,id est solennitate tali honorata, surgeret ita, id est per talem festiuitatem,alto culmo,explicuit,id est exporrexit, & sine plicis fecit,vino,id est potu vini,feris,id est feriositatem frontis contractæ, in rugas scilicet & plicas more tristium. Noui etiam supple narrantem: Sæuiat fortuna, atque moueat nouos tumultus, id est noua bella & expulsiones colonorum veterum, quantum imminuet, id est auferet ipsa hinc, id est ab hoc statu meo? quasi dicat vix quicquam. Quanto aut ego supple nitui,aut vos,ò pueri,id est ministri ac familiares mei, nituistis, id est splẽdidi fuistis,parcius,id est magis sobrie, vt,id est postquam nouus incola .s.Vmbrenus,venit huc,id est in hanc possessionem meam? quam sup. prius nitui, ac vos nituistis? quasi dicat in nullo. Nam natura non statuit herum propriæ telluris, id est terræ,neque illum,nec me,nec quenquam. Ille.s.nouus hospes Vmbrenus,expulit nos.Hęc autem dicit non fine nota temporis sui,

&

& ita tangit Augustum, licet amicum iuxta quod dictum est: Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico Tangit. Naquities .i. perdita & luxuriosa vita, aut inscitia .i. ignorātia vafri iuris, aut pustremum heres viuacior .i. diutius viuens, expellat certe eum .i. Vmbrenum ager sup. qui dicitur nunc Vmbreni .s. militis, dictus nuper Ofelli .i. meus, erit nulli proprius .i. perpetuus, sed cedet in vsum .i. commodabitur vsus eius nunc mihi, nunc alij, quo circa .i. quapropter, ò pueri, viuite fortes, & opponite fortia pectora rebus aduersis, q. d. forti animo poteritis fortunam contemnare, & in vtraque fortuna lætius viuere. Ex his ergo manifestissime conuincitur Ofellum fuisse verum agricolā, non Stoicum. nam si Horat. eum puer colonum nouit, nuncq. in agro eodem mercenarium viuere, vbi olim dominus viuebat, certum est, quod neque olim, neque nunc Philosophus sit, nec facit contra auctoritatem ante dictorum, nam in ijs, quæ ad œconomiam pertinent, experientia summa magistra est. Multa autem sunt quæ diligens lector per se annotare poterit. Non autem placuit Acr. in hoc sequi. ut ordo sit: Noui narrantem non temere, sed noui narrantem, ego temere .i. fere, non adi &c. neque in hoc se fordidum fuisse fatetur, sed frugalem, quia non dicit se comedisse solum holus diebus profestis, sed holus cum perna, qui cibus agricolæ satis splendidus est. Notatu autem dignum est, quod vicinum dicit sibi gratum conuiuam fuisse, significans per hoc concordiam & beneficantiam inter vicinos summopere esse seruandam. Ponderosius autem est quod prius dixit, quod sapiens aptat in pace ea, quæ sunt idonea bello, non vt bellum inferat, sed propulset. Magnæ autem fortitudinis est prouocare quodammodo fortunam, sicut Ofellus dicens: Sæuiat atque nouos moueat fortuna tumultus. Sed illud iucundissimum, quod quanto quis minus habeat tanto contra fortunam armatior fit. Nihil .n. habenti, nihil auferri potest. vnde subdit causam securitatis suæ dicens. Quantum hic imminuet? q. d. minimum. Nec caret pondere suo, quod ostendit nullum perpetuum esse heredam, graphice autem enumerat ea quibus heredes mutari solent, aut per nequam vitam propriam, aut iniquam cauillationem alicuius aliena iura inuadentis, aut posttemum per successorem, quia morituro nihil perpetuum est, nihilq. à nobis hic perpetuo possideri potest, nisi de more perpetuum voces, quod ad finem vitæ duraturum est. Quod autem in fine dicit. Quocirca viuite fortes, potius crederem Horatii, quam Ofelli verba, eo quod philosophica sunt.

DOCT. interpr. CRassaq. Minerua) Hoc crassa Minerua fieri dicitur, quod incōditus, simpliciusq. quasiq indoctius fit. Hinc Horat. philosophum describens non exactis illis Stoicorum rationibus atque argutijs instructum, sed veluti circa artem, philosophiam moribus exprimentem, neque tam disertum, quam simplicem, ac sincerum hoc præfato vtitur carmina: Rusticus &c. quod Minerua iuxta Poëtarum fabulas artibus, atque ingenijs fuerit præses. [Foris est promus) Hic promus, non pro pisce accipitur, sed pro eo qui præest promendis cibarijs. Etenim in familia potentiorum & luculentiorum alius est condus, alius est promus, alius alij ministerio assignatus. Condum vero illum appellauerunt, qui recondit in cellam pœnuariam ipsa Pœnora, Promus vero is dictus est, qui depromit ea quæ vsionis gratia depromenda sunt, vt docet Fulgentius Placiades, Sententiaq. Horatij est eum qui multiplici corporis labore exercitatus ac delassatus est, esurientem, non aspernaturum vilia cibaria, & si domi non erit promus, hoc est ille qui promat conditos in callario cibos esculantiores, & si pisces habere non poterunt mari hyemante & vndabundo, libentissima tamen panem cum sale in esca sumpturum ad se dandum murmurantis præ inedia stomachi esuritionem. Est nanque (vt dicere solebat Socr.) potissimū obsonium fames. [Vellem ait harpyis) Ibi gulonum gula spaciosa digna rapacibus Harpyis nuncupatur, significante videlicet heluonum ingluuiem mereri, vt ita cibaria illis luxuriosa harpyiarum raptu de mensa eripiantur, & contactu fœdentur, quemadmodum Phineos cibos arripiebant, & immundo ora dapes polluebant. Poëticam elegantiam non inspexerunt illi penitus, qui existimarunt ab Horatio dici, gulam dignam harpyis vel quæ sit voracissima vt harpyia, Ant. [Galloni praeconis) Nos in Lucilianis versibus pridem legimus Publium hunc Gallonium fuisse postremæ gulæ hominem & in cupedijs & lautioribus cibis assidue versatum. Vnde ob eam rem à Lælio viro sapienti gurges est appellatus. Versus autem Luciliani ex quibus hæc mutuatus est Horat. sunt apud Cic. de Finib. bon. &c. Petrus Crin. lib. vj. de hon. disc. cap. iiij.

HEsternis vitijs animum) D. Hieronymus in epistola quadam in his Horatianis carm. hoc prouerbium non abesse firmat pinguis venter non gignit sensum tenuem quod admonet luxu corporis hebescere mentis aciem. [Non quia nasus) Et nasus in prouerbium abijt pro iudicio, veluti odorari, cuius instrumentū est nasus, pro rescifcere, & sagaciter deprehensum, atque animaduersum cognoscere. Et odor, pro suspicionia. PETR. CRIN.

SEd quem præcipit Ofellus Rusticus) Recte Badius hic Acronis ineptias arguit, sunt .n. oppido futiles. Nec satis mirari possum, quis has nugas tam eleganti poëtę assuarit. Multo dignissimus erat Horat. vt alios haberet commentatores, sed hoc eius fuit fatum. [Carne tamen quamuis distat nihil hac magis illa) Quæ hoc in loco Porph. affert impostoris alicuius esse puto. [Donec vos auctor docuit Prætorius) Mirum quam hoc loco nec secum, nec inter se conueniant Acron & Porph. Acron ait Asellium prætorem designari, alios tamen Sempronium velle Porph. Plotium Plancum prætorium, cui statim subnectit Rufum prætorium. Plin. lib. x. vbi de ciconijs nihil eius rei meminit. Cornelium tamen Nepotem Augusti principatu mortuum, scripsiste ait, Ciconias magis placere quam grues, nihil addens ipse ne primus eius rei inuentor esset, an alius, quispiam. [Hac vrget lupus, hac canis angit) Quidam ad animalis naturam referunt, sed videtur Horat. ad Lupum Rutilium, de quo priore Satyra & Auidienum Canem, de quo hic retulisse, per Rutilium voracem, ac luxuriosum, per Auidienum sordidum innuens. [In neutram partem cultus miser.) In neutram partē, hoc est, neque sordide, neque nimis splendide, hoc recte Bad. Sed illud miser, pro misere, vel anxie positum videtur, vt misere amat. Est .n. misere cultus luxuriosus in vnam partem, sordidus in alteram morose, atque etiam misere. Porro luxuriosi exemplum videtur Albutius sæuus in seruos, quod in conuiuijs apparendis non satis festinarent munia q obirent quæ illis ipse iniunxisset. Auari autem ac sordidi exemplum Næuius, qui conuiuijs vnctam .i. sordidam præbebat aquam. [Rancidum aprum antiqui laudabant) In, laudabant argutia est laudabant, inquit, non quia nasus illis nullus erat .i. non quod ignorarent, rancidam esse factam ex conseruatione lōgiore. Sed credo hac mente &c. [Non ego, narrantem, temere edi) Acron eum paullo ante proscriptum fecisset Ofellum, & ab initio Stoicū quendā philosophum, hic concinantē tñ recte intellexit. At cui cōnecta aduerb temere dubitauit ego ad edi referēdū puto nō ad narrātē. Et narrantē vī παρ απαντήν ad modū græcū, latine .n. vix ita inclusferit. Et noui recte dixit repetendū esse Acrō. GLAR.

## ARGVMENTVM.

*Damasippum Stoicum inducit secum expostulantem quod otiosus nil scriberet, neque commentaretur.*

## SATYRA III.



SIc raro scribis, vt toto non quater
anno
Membranam poscas, scriptorum
quæque retexens,
Iratus tibi, quod vini, somniq. benignus
Nil dignum sermone canas. quid fiet? ab ipsis

ASCEN. 

SIc raro scribis,) Inducit Damasippū ex mercatore stulto Stoicum nō sane prudētem effectum omnes mortales insanire ac stultos esse prædicantem & primum ipsum Poëtam, quod desidiæ deditus rarius scribat. In qua re admirandum est ingenium Poëtæ, qui non se reprehendit, se reprehendentem tum, se tum alios inducit & eum quidem non reprehensibilem, nec de re turpi sane reprehendentem. non autē oblitus moris sui poëta multa iucunda serijs immiscet. Ordo est. O Horati, inquit Damasippus, interpretatur autem domitor equorum, si quis nominis interpretationem poscat, tu scribis sic, id est intantum raro, vt non poscas toto anno .i. (vt dicunt) per totum annum membranam in qua .s. scribas, quater, retexens .i. resoluens & destruens, quæque scriptorum .i. quæcunque prius scripsisti, iratus, id est succensens tibi, quod tu benignus somni & vini .i. indulgens somno & vino nil, id est non aliquid, non canis aliquid dignum sermone .i. quod sermo

monibus, hoc est reliquis Satyris tuis ascribatur, quid fiet sup. tandem à te? tu fugisti huc .i. in hunc locum tepidiorem, ab ipsis Saturnalibus .i. post ipsa Saturnalia festa, quæ celebrantur in Decembri, quo mense maxime uiget frigus, cui impatiēs erat Horat. Ego sobrius .i. non potus vt soles esse, dic aliquid dignum promissis .s. Satyris, incipe sup. scribere, nil est sup. quod obstet Calami, quibus in Italia fere scribunt, sicuti alibi pennis, culpantur .i. damnantur, frustra .i. sine causa. Hunc locum Pers. assumpsit in Satyram, cuius principium. Nempe hoc assidue, & paries .s. ad lecticam tuam cera illitus, natus .i. effectus, dijs atque poëtis iratis .s. malo auspicio cum non consequatur finem suum. (Finis autem est, vt scribas, quod non facis. Nam poëtæ ne carmina quæ noctu occurrerint, perirent, ceratos parietes habebant, & stylum appensum, quo ea scriberent. id autem poëtam neglexisse arguit) laborat .i. in periculo reprobationis est, immeritus .i. citra meritum, & culpam suam. Atqui .i. attamen certe vultus .i. facies, erat sup. tibi, minantis .i. eius qui seuere promitteret multa & præclara, sup. à te scribenda esse, si villula .i. modica villa, hoc est possessiuncula, & domus rustica in agro tuo, cepissent supp. te vacuū .i. expertem curarum, hoc est ociantem tepido .i. frigore temperato tecto. Quorsum .i. quo versus, hoc est ad quod commodum, pertinuit stipare .i. comprimere, sicut qui nauem faciunt rimas obstruunt stuppis. & ita stipant, id est condensant eas, hoc est compressum fere tecum. Platona, id est opera Platonis, Menandro .i. cum operibus Menandri (declinatur ne ignores puer. hic Plato. nis. ni. nem. latine, uel hic Platon. nos. ni. Platona more græco. bene aūt enumerat libros. quibus ad Satyras scribendas opus est videlicet philosophorū pro sententijs, & Comicorum pro imitatione) & quorsum pertinet educere .i. ex vrbe in agrum ducere, tantos comites .s. Platonem philosophū, Menandrum nouæ Comœdiæ patrem, Eupolim veteris Comœdiæ diligentem scriptorem, Archilochum Iambici carminis principem, vnde acerbitatem styli depromat? paras tu placare inuidiam .i. molestiam, & odium populi, sicut ibi, Inuidiam nimio cultu vitare memento. & hoc uirtute, quæ est i correptione fraternali per Satyram, relicta .i. neglecta? hoc est an ideo uirtutem derelinquis, ne cuiquā odio aut molestiæ sis? O misee si hoc facis, tu contemnere .i. cōtemneris penul. longa. Ell .n.

Saturnalibus huc fugisti. sobrius ergo
Dic aliquid dignum promissis: incipe: nil est:
Culpantur frustra calami: immeritusq́. laborat
Iratis natus paries dijs, atque poëtis.
Atqui vultus erat multa, & præclara minantis,
Si vacuum tepido cepisset villula tecto.
Quorsum pertinuit stipare Platona Menandro?
Eupolin, Archilochum, comites educere tantos?
Inuidiam placare paras virtute relicta?
Contemnere miser. vitanda est improba Siren
Desidia: aut quicquid vita meliore parasti,
Ponendum æquo animo. di te Damasippe, deæq́.
Verum ob consilium donent tonsore. sed vnde
Tam bene me nosti? postquam omnis res mea Ianum
Ad medium fracta est: aliena negotia curo,
Excussus proprijs. olim nam quærere amabam,
Quo vafer ille pedes lauisset Sisyphus ære:
Quid scalptum infabre, quid fusum durius esset.
Callidus huic signo ponebam millia centum:
Hortos, egregiasq́. domos, mercarier vnus
Cum lucro noram. vnde frequentia Mercuriale
Imposuere mihi cognomen compita noui:
Et morbi miror purgatum te illius. atqui
E mouit veterem mire nouus: vt solet, in cor
Traiecto lateris miseri, capitisq́. dolore:
Vt lethargicus hic cum fit pugil, & medicum vrget.
Dum nequid simile huic, esto vt libet. ò bone ne te
Frustrere: insanis & tu: stultiq́. prope omnes:
Si quid Stertinius veri crepat: vnde ego mira
Descripsi docilis præcepta hæc, tempore, quo me
Solatus iussit sapientem pascere barbam:
Atque à Fabricio non tristem ponte reuerti.
Nam male re gesta cum vellem mittere operto
Me capite in flumen: dexter stetit: & caue faxis
Te quicq̃ indignum. pudor inquit te malus vrget:
Insanos qui inter vereare insanus haberi?
Primum nam inquirā, quid sit furere: hoc si erit in te
Solo: nil verbi, pereas quin fortiter, addam.
Quem mala stultitia, & quæcunque inscitia veri
Cæcum agit: insanum Chrysippi porticus, & grex
Autumat. hæc populos, hæc magnos formula reges,
Excepto sapiente, tenet. nunc accipe quare
Desipiant omnes, æque ac tu: qui tibi nomen
Insano posuere. velut siluis, vbi passim
Palanteis error certo de tramite pellit:
Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit: vnus vtrique
Error: sed varijs illudit partibus. hoc te
Crede modo insanum: nihilo vt sapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat. est genus vnum
Stultitiæ nihilum metuenda timentis: vt igneis,
Vt rupeis, fluuiosq́. in campo obstare queratur.
Alterum & huic varium, & nihilo sapientius, igneis
Per medios fluuiosq́ ruentis. clamet amica,
Mater, honesta soror, cum cognatis, pater, vxor,
Hic fossa est ingens: hic rupes maxima: serua:
Non magis audierit: quàm Fusius ebrius olim,
Cum Ilionam edormit: Catienis mille ducentis
Mater te appello, clamantibus. huic ego vulgum
Errori similem cunctum insanire docebo.
Insanit veteres statuas Damasippus emendo.

futuri indicatiui, hoc est uilipenderis, quia tu quæris tectorum, ac uelamen desidiæ tuæ Desidia existens improba .i. improbanda, & inuerecunda Siren .i. allectrix & deceptrix dulcedine sua, ut Sirenes cantu decipiebant, est uitanda .i. effugienda tibi, aut quicquid sup. virtutis, aut gloriæ bonæque opinionis, parasti .i. acquisiuisti vita meliore, hoc est melius uiuendo .s. in labore ac studio philosophiæ est ponendum .i. deponendum & renunciandum tibi æquo .i. plando & in utranque fortunam parato animo. Respondet Poëta, Damasippe, dij, que, pro &, deæ donent te tonsore .i. benigne conferant tibi tonsorem, ob .i. propter, verum consilium .i. quia dedisti mihi consilium. Et id amare dicit Poëta, sed prudenter, ne uideatur approbare quę Damasippus obiecerat. Nil enim tristius accidere posset id genus, cuius erat Damasippus, id est prolixa barba & baculo, seucroque superciliose philosophos ostentantibus cum ignari & nequam sint. imprecatur ergo Damasippo ut ei barba tondeatur, quod ille minime cupiebat. Sed unde nosti me iam bene? Respondet Damasippus, Postquam omnis res mea fracta .i. imminuta ac perdita est, ad Ianum .i. statuā Iani medium, quæ est media triū, ad quā creditores & fœneratores .i q dabant aut accipiebāt ad vsuram, conuenire solebant, uel ad medium .i. dimiatū & semifractum qui in foro stabat hoc est postq̃ ego perdidi oēs res meas, & non debeo curare eas ego, curo aliena negocia, excussus .i. eiectus proprijs sup. negocijs. Nā ego amabam olim .i. tpe præterito quærere .i. inquirere, quo ære, ille .i. notissimus artifex noie Sisyphus lauisset pedes .i. vnde pelues fecisset, hoc est inquirebam æs Corinthum, & quærere supp. quod æs esset sculptum infabre .i. duriter & sine arte, & quod sup. esset fusum durius .i. rudius, & minus viuum exprimens. cuius contrarium est illud, Excudent alij spirantia mollius æra, Cedo equidem viuos ducent de marmore vultus. Laudatur .n. opus molle, sed opifex mollis vituperatur. Ego callidus .i. multum expertus, & hoc per ierisionem sui dicit, ponebam .i. cōstituebam, huic .i. alicui signo, centummillia .s. nūmorum. Ego vnus .i. solus, noram .i. noueram mercari cum lucro, non suo, sed venditoris, verum ironicos oia dicit, egregias domos, vnde frequentia compita .i. multitudo populorum, ad compita .i. loca quæ plures petunt conuenientium, imposuere .i. imposuerunt mihi, cognomen Mercuriale .i. dixerunt me Mercurialem, hoc est

est vafrum & callidū in mercib. emendis & vēdendis, more Mercurij. Rñ let Horat. ĕ territorie, Nom .i. quod dicis, & miror te purgatum illius morbi sup. macula & insania. Atqui.i sed q̄uo, inquit Damasippus, miraris me purgatum? nouus morbus sup. noua species insaniæ, eiecit .i. amouit, vt solet, veterē sup morbum, vt.i. queadmodū, hic.i.aliquis, lethargicus.i. morbū obliuionem inducentē patiens, cū .i. qñ, fit pugil .i. freneticus vnumquenque lacessens, & vrget.i. cædit ac pulsat medicum, & hoc dolore lateris, vel pro vel miseri capitis, traiecto.i. trāsmisso in cor .i. mentem, hoc est dum ex obliuioso fit freneticus. Rñdet Hor. Esto vt lubet .i. sis freneticus & furiosus ad libitū, dum.i. dūmodo, ne quit .i. non aliquid simile sup. fiat, aut tu facias huic .i. mihi, hoc est dūmodo, me non cedas aut vrgeas. Ad quod rñdet Damasippus ingrediens principale intentum huius satyræ, videlicet oēs insanire & dicit. O bone sup. vir Horati, ne frustrere .i. frustreris te, hoc est ne frustra tibi placeas, insanis, & .i et tu, que pro &, oēs prope .i. quasi sunt supp. stulti, si Stertinius .i. Stoicus, crepat.i. cum crepitu docet, quid .i. aliquid veri, vnde .i. abs quo Stertinio, ego docilis.i. capax doctrinæ eius, descripsi hæc mira præcepta.i. hæc Paradoxa. eo tpe quo ipse solatus.i. consolatus me, iussit barbam sapientem.i. sapientię indicem crescere sup. mihi.i. iussit me philosophari, atque iussit me reuerti .i. redire, nō tristem .i. hilarem, à pōte Fabricio.i. quem Fabricius supra Tyberim struxerat. (Nā re male gesta) .i postquam oēm rem perdiderā, cum ego vellem me mittere in flumen .i. immergere, capite operto, vt constantius id facerem. (Ne.n. formidine mortis aut terrore, aut aliquo alio reuocētur à misero ꝓposito, solent sic desperantes caput tegere. vt vno impetu sepcipitent) Ipse sup Stertinius, stetit dexter .i. vtilis & cōmodus ac ꝓpitius mihi, & inquit caue Damasippe faxis .i. ne facias (caue, hic tertiæ est coniugationis sicut in Epist. Vade, vale. caue ne titubes, quia secunda corripitur) quicq̄ indignum .i. quod hoīem non decet, cuiusmodi est seipm submergere, & inquit, malus .i. perniciosus pudor vrget.i. impellit te, qui vereare.i. verearis hr̄i insanus inter insanos. Et si Damasippus q̄rat, q̄uo sunt alij insani, quia me deceperunt? Rñdet ad hoc Stertinius. Nam ego inquiram primū quid sit furere, & si sup hoc.s. furere erit ī te solo, ego nil .i. nō aliquid, nō addam aliquid verbi.i. aliquod verbum, quin .i. quo minus, hoc est non,

Integer est mentis Damasippi creditor? esto:
Accipe, quod nunquam reddas mihi, si tibi dicam:
Tu ne insanus eris, si acceperis? an magis excors
Reiecta præda. quam præsens Mercurius fert?
Scribe decem Netio: non est satis: adde Cicutæ
Nodosi tabulas: centum, mille adde catenas:
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.
Cum rapies in iura, malis ridentem alienis:
Fiet aper: modo auis: modo saxū: & cū volet, arbor.
Si male rem gerere insani est: contra, bene sani:
Putidius multo cerebrum est (mihi crede) Perilli
Dictantis, quod tu nunquam rescribere possis.
Audire, atque togam iubeo componere, quisquis
Ambitione mala, aut argenti pallet amore:
Quisquis luxuria, tristi ue superstitione,
Aut alio mentis morbo calet: hoc propius me,
Dum doceo insanire omneis, vos ordine adite.
Danda est ellebori multo pars maxima auaris:
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.
Heredes Staberi summam incidere sepulcro.
Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria; atque epulum, arbitrio Arri,
Frumenti quantum metit Africa. siue ego praue,
Seu recte, hoc volui: ne sis patruus mihi. credo
Hoc Staberi prudentem animum vidisse. quid ergo
Sensit cum summam patrimoni insculpere saxo
Heredes voluit? quoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium: & cauit nihil acrius: vt si
Forte minus locuples vno quadrante perisset;
Ipse videretur sibi nequior. omnis enim res,
Virtus, fama, decus, diuina, humanaq; pulchris
Diuitijs parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens etiam, & rex,
Et quicquid volet. hoc, veluti virtute paratum,
Sperauit magnæ laudi fore. quid simile isti
Græcus Aristippus? qui seruos proijcere aurum
In media iussit Libya: quia tardius irent
Propter onus segnes. vter est insanior horum?
Nil agit exemplum, litem quod lite resoluit.
Si quis emat citharas, emptas comportet in vnum,
Nec studio citharæ, nec musæ deditus vlli:
Si scalpra, & formas non sutor: nautica vela
Auersus mercaturis: delirus, & amens
Vndique dicatur merito. quid discrepat istis,
Qui nummos, aurumq; recondit, nescius vti
Compositis, metuensq; velut contingere sacrum?
Si quis ad ingentem frumenti semper aceruum
Porrectus vigilet cum longo fuste: neque illinc
Audeat esuriens dominus contingere granum:
Ac potius folijs parcus vescatur amaris:
Si positis intus Chij, veterisq; Falerni
Mille cadis, nihil est, tercentum millibus, acre
Potet acetum: age, si & stramentis incubet, vndeOctoginta annos natus, cui stragula vestis,
Blattarum, ac tinearum epulæ, putrescat in arca:
Nimirum insanus paucis videatur; eo quòd
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.
Filius, aut etiam libertus vt ebibat heres:
Dis inimice senex custodis? ne tibi desit?
Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum?

pereas.i. moriaris, fortiter.i. forti animo. Quē mala &c. describit primo stultitiam, inducturus varia gn̄a stulturū. Ordo est Porticus & grex.i. tota secta & schola, Chrysippi.i stoica, in qua plurima scripsit Chrysippus, autumat.i. opinat, aut asserit, eū supple quē mala.i. praua & ꝑniciosa stultitia, & q̄ ūque inscitia .i. ignorantia veri .i. veritatis agit .i. impellit cæcū esse supp. stultū maior ergo est quicunque malā stultitiam, aut quamuis ignorantiam habet insanus est hæc formula.i. hæc ꝓpositio, hæc maxima, tenet populos & magnos reges, sup. oēs excepto sapiēte. Minor est sed omnis tā popularis q̄ rex, præter sapientem, hēt stultitiam, aut ignorantiam prauā. vñ sequitur conclusio, ergo oīs hō est insanus, q̄ Stertinius, vt recitat Damasippus, sic probauit. Nunc ò Damasippe, postq̄.s. docui q̄ sint stulti atque insani, accipe .i. intellige, nunc quare oēs sup. hoīes, desipiāt.i male sapiāt ac stulti sint, æque .i. æqualiter, ac.i. sicut tu, oēs dico illi qui posuere.i. indidere tibi insano nomen.i. agnominādo vocauerunt insanum velut.i. queadmodum, in sup. siluis, vbi error pellit de certo tramite .i. certo itinere, sup. hoīes palantes .i. errabunde vagantes, passim i. quasi per singulos passus ille.i. vnus eorum, abit.i. aberat, sinistrorsū .i. in sinistrā partem, hic.i. alius, dextrorsum.i. in dextrā partē vnꝰ.i. ęqualis, error.i. vitiū erroris est vtriq. sed illudit varijs partib. quia nō in eandem partē aberrant. Crede te insanū hoc modo, vt ille q̄ te deridet, existēt nihilo.i. in nullo sapiētior te, trahat caudam .s. vulpis.i. ita deridendus sit, vt his cui pueri affigunt caudā vulpinā vt eum deridendū notent. vnum genus stultitiæ est timētis.i. vnū est genus stultoꝝ timentiū nihilum.i. in nullo metuendum, vt.i. ac si q̄ratur.i. conqueratur, ignis .i. ignes, rupes.i. saxa rupta & fluuios obstare in cāpo.i. loco plano & capaci. Alteꝝ supp. est genus stultitię, varium.i. diuersum, huic.i. ab hoc iā dicto. & nihilo.i. in nullo sapiētius, videlicet stultitiæ ruentis.i. præcipitanter currētis ꝑ medios ignes & fluuios .i. alij peccāt pusillanimitate, alij temeritate, Dum aūt sic temerarius ruit clamet amica, clamet mater, clamet soror honesta, clamet pater & vxor, cū cognatis.i. consanguineis & affinib. clamet .s. dicens, hic est ingens fossa, hic est maxima rupes, serua .i. salua te non ꝑcipiteris, ipse sequēs furorem suū non magis audiuerit .s. amicos reuocantes, q̄ Fusius, actor Tragœdiaꝝ, ebrius.i. cum esset ebrius, sup. audiuit, cū edormit.i. edormiēdo vult repræsentare, Ilionam .i. filiam Hecubæ

sororem Polydori, & hoc mille ducentis Catienis.i.actorib.per sonam Polydori agentib.clamãtibus, mater te appello, soror sepeli me. Hic locus sane iucũdus est, sed quia historiã tangit non omnibus vt vereor intellectus. Est autẽ talis. Iliona filia Priami & Hecubæ nupta fuit Polymnestori, cui pater cũ iam diffideret rebus Troianis, vt aliquid gñis sui superesset Polydorum filium cũ grandi põdere auri cõmisit. Polymnestor autem vidẽs Græcos victores, Res Agamẽnonias, victriciaque arma secutus, Polydorũ obtruncat & auro vi potitur, vt dicit Virg. in iij. Aen. De hac aũt re facta erat Tragœdia, in qua anima Polydori insepulti apparuit sorori, appellans eam matrẽ vt materna pietate vteretur in se sepeliẽdo. Hãc aũt fabulam cum Fusius & Catienus agerẽt, Fusius personã Ilionæ dormientis & Catienus personam Polydori interpellantis, contingit vt Fusius potus, ac ebrius cum vellet simulare dormientem tam profunde dormierit, ꝙ Catienus clamans altissima voce, mater te appello, ipm excitare non potuit. Quinetiã sunt qui extinctum, dum dormientem fingeret, velint. Ita dicit, tam demẽs ac obstinatus reperitur modo quispiam, vt si ab errore reuocetur, non plus audiret quam Fusius audiuit Catienum, ẽt si mille ducenti Catieni clamarent. Nunc ad reliqua, Ego docebo cunctum vulgum i. vilem populum (dicitur aũt hic aut hoc vulgus) insanire, similẽ .i. consimiliter, huic errori.i. ad hunc errorem. Damasippus insanit.i.tu inqt Stertinius, vt nũc narrat Damasippus, Damasippe insanis emendo veteres statuas, q.d. id notorium est, sed q̃ro sup. nunquid creditor Damasippi est integræ mentis? q.d. minime, qđ in sequẽtib. ꝓbat. Sed attende ꝙ textus fere hñt, Integer est mentis. vbi grãmatice & * vegnã stante versu dixeris. Integræ est mentis. sed forte pp coinciden tiam vocalium vitandam dixit integer. malim integræ est mentis legere. Esto.i.cõcedamus eũ esse integræ mentis, sed tñ si ego dicam tibi, accipe id supp. quod nunquã reddas mihi ne pro an, eris tu isanus si acceperis, an magis excors .i. sine corde ꝑda quã Mercurius .i. Deus merciũ, pñs .i. fauorabilis fert.i. affert tibi, reiecti i. repulsa à te? q.d. eodem modo insanior fuit creditor qui Damasippo perdito homini credidit, quod nunquam esset recepturus, q̃ Damasippus qui id a venditore auaro, eo aĩo, quo à Deo vltro offerente acciperet, * Latus accepit. Et si quis dicat, creditores obligationes a debitore petebãt, docet eas exẽplo Nerij ni

Vngere si cauleis oleo meliore, caputq́.
Cœperis impexa fœdum porrigine? quare,
Si quid vis satis est: periuras, surripis, aufers
Vndique? tum sanus? populum si cædere saxis
Incipias, seruos ue tuos, quos ære pararis:
Insanum te omnes pueri, clamentq́. puellæ.
Cum laqueo vxorem interimis, matremq́. veneno:
Incolumi capiti es? qd enim? neq; tu hoc facis Argis
Nec ferro: vt demens genitricem occidit Orestes.
An tu reris eum occisa insanisse parente?
Ac non ante malis dementem actum furijs, quàm
In matris iugulo ferrum tepefecit acutum?
Quin ex quo est habitus male tutæ mentis Orestes:
Nil sane fecit, quod tu reprendere possis:
Non Pyladen ferro violare, ausus ue sororem
Electram: tantum male dicit vtrique, vocando
Hanc furiam, hunc aliud, iussit quod splendida bilis.
Pauper Opimius argenti positi intus, & auri,
Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus Trulla, vappamq́. profestis:
Quondam lethargo grandi est oppressus: vt hæres
Iam circum loculos, & claueis lætus, ouansq́.
Curreret. hunc medicus multum celer, atque fidelis
Excitat hoc pacto: mensam poni iubet: atque
Effundi saccos nummorum, accedere plureis
Ad numerandum, hominem sic erigit. addit & illud,
Ni tua custodis, auidus iam hoc auferet hæres.
Men' viuo? vt viuas igitur, vigila. hoc age. quiduis?
Deficient inopem venæ te: ni cibus, atque
Ingens accedat stomacho fultura ruenti.
Quid cessas? agedum sume hoc ptisanarium orizæ.
Quãti emptæ? paruo. quãti ergo? octussibus. eheu
Quid refert morbo, an furtis, peream ne rapinis?
Quisnam igitur sanus? qui non stultus. quid auarus?
Stultus & insanus. quid si quis non sit auarus:
Continuo sanus? minime. cur Stoice? dicam.
Non est cardiacus, Craterum dixisse putato,
Hic æger, recte est igitur? surgetq́. negabit.
Quòd latus, aut renes morbo tententur acuto.
Non est periurus, neque sordidus. immolet æquis
Hic porcum laribus. verum ambitiosus, & audax.
Nauiget Anticyram. quid enim' differt? barathro ne
Dones quicquid habes, an * nunquam vtare paratis?
Seruius Oppidius Canusi duo prædia diues
Antiquo censu, natis diuisse duobus
Fertur: & hoc moriens pueris dixisse vocatis
Ad lectum: postquam te talos Aule, nucesq́.
Ferre sinu laxo, donare, & ludere vidi:
Te Tiberi numerare: cauis abscondere tristem.
Extimui, ne vos ageret vesania discors:
Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam.
Qnare per diuos oratus vterque penateis,
Tu caue ne minuas: tu ne maius facias id,
Quod satis esse putat pater: & natura coërcet.
Præterea ne vos titillet gloria, iureiurando obstringam ambos: vter ædilis fuerit, vel
Vestrum prætor: is intestabilis, & sacer esto.
In cicere, atque faba, bona tu perdasq́. lupinis,
* Lætus vt in circo spaciere, aut æneus vt stes,
Nudus agris, nudus nummis insane paternis?

hil prodesse, dũmodo non sit soluendo qui obligationem dedit. Ordo est. [Scribe Nerio decẽ) .i. obliga Damasippum ei in decem. Rñdet Nerius, Non satis est sup. eum obligatum esse, adde cẽtum tabulas Cicutæ, illius fœneratoris nodosi .i. multis nodis & obligationib. implicantis, adde mille cathenas.i. obligationes tñ Proteus sceleratus effugiet hæc vincula .i. ipse debitor versipellis effugiet eas obligationes, sicut Proteus Deus maris & custos vitulorũ marinorũ, & reliqui pecoris marini, effugit vincula eorũ, qui dormientẽ oppresserũt rñsa petituri, vt iiij. Geor. Virg. docet & cũ .i. qñ, tu rapies hunc. s. perditũ debitorẽ, in iura ridẽtem. i exultantem de malis alienis, ipse fiet aper, & modo i. aliqñ auis, & modo.i. aliqñ saxum. & cũ volet arbor. Sũt qui hæc intelligunt simpliciter, vt sit, Mutabit se in varias figuras, sicut Proteus faciebat. Alij signanter singula dicta putant, vt per aprum intelligãt complices, qui eripiant, sicut reliq porci clamanti apro succurrunt. per auem celerem fugam, per saxũ fortem resistẽtiam, per arborem iouasionẽ. Si insani est.i. ad insanum pertinet, gerere.i. administrare & gubernare rem suã male, & si contra .i. econtrario sani sup. est hoĩs gerere rem suam bene. tunc crede mihi, cerebrum Perilli, illius vsurarij dictantis.i. pronunciantis, quod scribas.i. te scribere in obligationis faciẽtis quod tu nunq̃ possis rescribere .i. persoluendo delere, est multo putidius.i. corruptius & insanius sup. quam accipiẽtis. Ego iubeo, inquit Stertinius. audire atque componere togam .i. disponere ad audiendum attentius. Quisquis pallet .i. pallidius efficitur, aut mala ambitione.i. cupiditate honorum aut amore argenti, quisquis pallet luxuria, aut tristi superstitione, aut calet.i. ardet alio morbo mẽtis, adite vos oẽs huc .i. ꝓpius me donec ego doceo oẽs insanire.i. insanos esse. Hæc.n. gña stultitiæ iam dicta hic late patebunt, & primũ auaritia. Danda est ellebori, primũ damnat auaritiam tanq̃ perniciosissimam pestem, ostẽdens auaros q̃ maxime insanos, & quodãmodo solos insanire qa oẽs peccamus auaritia .i. mala quadã cupiditate aut faciẽdi ꝓhibiti, aut omittandi mandati. Dicit ergo, ad eos purgãdos opus est fere tota Anticyra.i. oi elleboro nascenti in Anticyra. Est autẽ herba ad purgandum a noxijs humorib. aptissima, præcipue alba, eaq́. tutissime in Anticyra sumebatur, ad quã ob id magni viri perrexisse leguntur. Potest esse & alia causa cur totã Anticyram auaris destinet, quia vide

videlicet pessima est pestis & difficile purgabilis, cum ne senectu tem quidem deserat, sed vel maxime vexet. Ordo aūt est. Multo maxima pars ellebori .i. herbæ ab insania purgatæ, danda est auaris, tanquam maxime insanis, & nescio an ratio destinet .i. addicat, attribuat, illis .i. auaris, omnē Anticyram .i. oē elleborum illic nascens, vel quia soli auari, vel quia præcipue insaniunt. Heredes Staberi, illius auari, cui persuasum erat ditissimum quenq. beatissimū esse (qui vt post mortem beatus prædicaretur iussit summā a se derelictā sepulcro incidi. qd' si prætermisissent heredes, legauit populo centū paria gladiato℞ exhibendo℞ ab heredibus, & viscerationem opulentissimam, cuius rei cognouit populum non segnē executorē fore. ne ergo voluntas illa vltima neglectui esset, talem pœnā negligentiæ statuit) incidere .i. inciderunt sepulcro summam supp. omnium diuitiarum eius, exillēs dānati à Stabero (aut forte Staberio) ni .i. nisi, fecisset, id hoc est incidissent in sepulcro summam dare populo centum paria gladiatorū, qui in arena ad spectaculum populi concertarent, & se mutuo vulnerarent atque dare epulum .i. viscerationem, & cōe cōuiuium, arbitrio .i. ad arbitriū Arri .i. Arij hominis perditi ꝓdigentia & odio in auaros, & sup. dare tm̄ frumenti, quantum Africa merit hoc aūt hyperbolice dicit qa Africa ferax est frumenti. Dixit item Staberus, aut iussit incidi, ne ò lector sis patruus .i. seuerus castigator mihi (vñ Pers. Cum sapimus patruos &c. Solēt .n. patrui esse rigidiores q̄ p̄res) seu ego volui hoc praue, seu recte. Credo, prudentem animum Staberi (ironice vocat prudentē .i. prouidētem) vidiste hoc .i. hoc prudenter prӕuidiste. Quid ergo sensit? hæc sunt verba poetæ ad Damasippū, aut Damasippi referentis qūo ad Stertinium, loquebatur, cum .i. qñ voluit heredes insculpere saxo .i. sarcophago, summam patrimoni, pro patrimonij Rñsio ipse credidit quoad .i. quandiu vixit, pauperiē .i. paupertatem. alibi sigñat damnum, esse sup. ingens vitium, & nil .i. nō aliquid, nun eanit .i. fugit aliq̄d, acrius .i. vehementius q̄ paupertatem, vt si ipse periret .i. moreretur forte minus locuples ad iustam summam vno quadrante, ipse videretur sibi nequior .i. valde neq̄ .i. homo nihil quiens .i. valens, aut potens. enim, pro quia, ſm iudicium illius, oīs res, videlicet virtus, fama, decus, diuina, & humana parent .i. obtēperant pulchris diuitijs, quas sup. diuitias, q. .i. quicunque contraxerit, ille erit clarus, fortis, iustus, etiā rex, & quicquid volet, hoc spera

Scilicet vt plausus, quos fert Agrippa, feras tu
Astuta ingenuum vulpes imitata leonem?
Ne quis humasse velit Aiacem Atrida vetas cur?
Rex sum. nil vltra quæro plebeius. & æquam
Rem imperito: ac si cui videor non iustus, inulto
Dicere, quæ sentit, permitto. maxime regum
Di tibi dent capta classem deducere Troia:
Ergo consulere, & mox respondere licebit?
Consule. cur Aiax heros ab Achille secundus
Putrescit, toties seruatis clarus Achiuis?
Gaudeat vt populus Priami, Priamusq. inhumato:
Per quem tot iuuenes patrio caruere sepulcro?
Mille ouium insanus morti dedit, inclytum Vlyxē
Et Menelaum vna mecum se occidere clamans.
Tu cum pro vitula statuis dulcem Aulide natam
Ante aras: spargisq. mola caput improbe salsa:
Rectū animi seruas? quorsum? insanus qd enim Aiax
Fecit, cum strauit ferro pecus? abstinuit vim
Vxore, & gnato, mala multa precatus Atridis:
Non ille aut Teucrum, aut ipsum violauit Vlyxem.
Verum ego, vt hærentes aduerso littore naueis
Eriperem: prudens placaui sanguine diuos.
Nempe tuo furiose? meo, sed non furiosus.
Qui species alias veri, scelerisq. tumultu
Permixtas capiet, commotus habebitur: atque,
Stultitia ne erret, nihilum distabit, an ira.
Aiax immeritos dum occidit, desipit, agnos?
Cum prudens scelus ob titulos admittis inaneis?
Stas animo? & purū est vitio tibi, cū tumidum est cor?
Si quis lecticā nitidam gestare amet agnam:
Huic vestem vt gnatæ, paret ancillas: paret aurum:
Rufam, aut Pusillam appellet: fortiq. marito
Destinet vxorem: interdicto huic omne adimat ius
Prætor: & ad sanos abeat tutela propinquos.
Quid si quis gnatam pro muta deuouet agna:
Integer est animi? ne dixeris, ergo vbi praua
Stultitia; hic est summa insania. qui sceleratus,
Et furiosus erit: quem cepit vitrea fama,
Hunc circuntonuit gaudens Bellona cruentis.
Nunc age luxuriam, & Nomentanum arripe mecum.
Vincit enim stultos ratio insanire nepotes.
Hic simul accepit patrimoni mille talenta:
Edicit, piscator vti, pomarius, auceps,
Vnguentarius, ac Tusci turba impia vici,
Cum scurris fartor, cum velabro omne macellum,
Mane domum veniant. quid tum? venere frequentes.
Verba facit leno, quicquid mihi, quicquid & horum
Cuique domi est, id crede tuū: vel nunc pete, vel cras.
Accipe, quid contra iuuenis responderit æquus.
In niue Lucana dormis ocreatus: vt aprum
Cœnem ego: tu pisceis hiberno ex æquore vellis:
Segnis ego, indignus qui tantum possideam, aufer:
Sume tibi decies: tibi tantundem: tibi triplex,
Vnde vxor media currat de nocte vocata.
Filius Aesopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet vt decies solidum exorberet: aceto
Diluit insignem bacam: qui sanior, ac si
Illud idem in rapidum flumen, iaceret ue cloacam?
Quinti progenies Arri, par nobile fratrum,
Nequitia & nugis, prauorum & amore gemellum,

uit fore laudi sibi paratum, diuitijs sup. velut in virtute .i. sicut ꝑ virtutem, Stoici sibi omnia parata dn̄t. Dicit ergo hoc stomacho se, stoicus, ac si dicat, Ille miser credebat omnia posse consequi per diuitias, sicut nos qui recte sapimus, dicimus nos oīa consequi ꝑ virtutem & sapientiā. Ad quod tunc obijciebat Damasippus nōdum Stoica disciplina imbutus. ac si diceret, Si dicis Staberum insaniuisse ꝙ sic diuitias accumulauerat, quid Aristippus Græcus sup. philosophus fecit simile isti sup. sic accumulanti? q. d. nihil vtpote qui iussit in media Libya seruos proijcere aurū quia ipsi segnes .i. tardiores ꝑꝑ aurum irent .i. ingrederentur radius. vter horū insanior? Rn̄det poeta Damasippo, aut Damasippus Stertinio, adducens id, quod Dialectici dn̄t adducere incōueniens contra inconueniens non est soluere. q.d. si Aristippus insanus fuit non sequitur Staberum sanum esse, quia exemplum qd' resoluit litem .i. quod contra inconueniens aliquod adducit aliud, nil agit .i. nō soluit, aut nihil probat, hoc est licet Aristippus insipiēter egit profundendo, nō sequitur Staberum sapiēter egisse nimis custodiendo, immo insaniuit. quod exemplis probat, dicens. Si quis emat cytharas .i. talia instrumenta musicalia (quidā male legunt amat) & ipse cōportet eas emptas in vnū sup. locū, exillēs nec deditus studio cytharæ, nec vlli Musæ .i. nullum commercium hn̄s cum cytharis, nec sciens eis vti, si non sutor .i. aliquis nesciens suere, aut calceos facere, emat & comportet scalpra, quibus coriū scalpitur, & formas, quibus calcei formantur, si qs auersus .i. alienus mercaturis, emat & cōportet nautica vela, ipse dicatur vndique delirus & amens, & quidē merito, qui .i. in quo discrepat .i. diuersus & differens est, istis .i. ab istis, q recondit .i. abscondit, & fodit in terra, nūmos .i. monetā atque au℞, nescimus .i. ignorans, vti cōpositis .i. accumulatis, & metuens contingere sup. q̄ cōposuit, veluti sacrū .i. tanq̄ rē sacrā, sicut in j. Ser. primi dictū est? Si qs vigilet semper porrectus .i. extensus & prostratus, cū fuste .i. baculo quo fures arceat, ad ingenié aceruū frumēti, neque ipse esuriēs audeat dn̄s .i. cū sit dn̄s, contingere illinc .i. ab illo aceruo granū, ac ipse parcus vescatur potius folijs amaris. Itē si supp q̄s .i. aliquis, potet acre acetum & hoc mille cadis Chij sup. vini, positis .i. locatis, intus .i. in penu. nihil est sup. quod dixi, mille cadis positis. Age adhortandi est, q.d. dicamus adhuc fortius, quis supple natus annos vndeoctoginta .i. lxxix. (Est autē vna dictio, sed, vt dictum est in

Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmptas.
Quorſum abeant ſani? creta an carbone notandi?
Aedificare caſas, ploſtello adiungere mures,
Ludere par impar, equitate in arundine longa,
Si quem delectet barbatum: amentia verſet.
Sic puerilius his ratio eſſe euincet amare:
Nec quicquam differre: vtrum ne in puluere trimus
Quale prius ludas opus: an meretricis amore
Solicitus plores. quæro, facias ne, quod olim
Mutatus Polemon? ponas inſignia morbi,
Faſciolas, cubital, focalia: potus vt ille
Dicitur ex collo furtim carpſiſſe coronas:
Poſtquam eſt impranſi correptus voce magiſtri.
Porrigis irato puero cum poma: recuſat.
Sume Catelle: negat. ſi non des: optat. amator
Excluſus qui diſtat? ait vbi ſecum, eat, an non,
Quo rediturus erat non arceſſitus: & hæret
Inuiſis foribus. nec nunc cum me vocet vltro
Accedam? an potius mediter finire dolores?
Excluſit: reuocat: redeam? non ſi obſecret. ecce
Seruus non paullo ſapientior. ò here, quæ res
Nec modum habet, neque conſilium, ratione, modoq́.
Tractari non vult. in amore hæc ſunt mala, bellum,
Pax rurſum. hæc ſi quis tempeſtatis prope ritu
Mobilia, & cæca fluitantia ſorte, laboret
Reddere certa: ſibi nihilo plus explicet: ac ſi
Inſanire paret certa ratione, modoq́..
Quid? cum Picenis excerpens ſemina pomis
Gaudes: ſi cameram percuſti forte: penes te es?
Quid cum balba feras annoſo verba palato?
Aedificante caſas qui ſanior? adde cruorem
Stultitiæ: atque ignem gladio ſcrutare: modo inquã
Hellade percuſſa Marius cum præcipitat ſe,
Cerritus fuit? an commotæ crimine mentis
Abſolues hominem, & ſceleris damnabis eundem,
Ex more imponens cognata vocabula rebus?
Libertinus erat, qui circum compita ſiccus
Lauris mane ſenex manibus currebat. & vnum,
Quoddam magnum addens, vnum me ſurpite morti,
Dis etenim facile eſt, orabat: ſanus vtriſque
Auribus, atque oculis: mentem, niſi litigioſus,
Exciperet dominus, cum vẽderet. hoc quoque vulgus
Chryſippus ponit fœcunda ingente Meneni.
Iupiter ingenteis qui das, adimisq́. dolores:
Mater ait pueri menſeis iam quinque cubantis,
Frigida ſi puerum quartana reliquerit: illo
Mane die, quo tu indicis ieiunia. nudus
In Tiberi ſtabit. caſus, medicus ue leuarit
Aegrum, ex præcipiti: mater delira necabit
In gelida fixum ripa: febrimq́. reducet.
Quo ne malo mentem concuſſa? timore deorum.
Hæc mihi Stertinius ſapientum octauus amico
Arma dedit: poſthac ne compellarer inultus.
Dixerit inſanum qui me, totidem audiet: atque
Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo.
Stoice, poſt damnum ſic vendas omnia pluris:
Qua me ſtultitia (quoniam non eſt genus vnum)
Inſanire putas? ego nam videor mihi ſanus.
Quid? caput abſciſſum demens cum portat Agaue
Gnati infelicis: ſibi tum furioſa videtur?

principiis, vt magis vulgaris videretur Sermo, voluit Poeta vnã dictionem potiſſimum compoſitam in diuerſis verſibus ponere. Eſt aũt idem ac ſi dicat, vnum de lxxx. ſicut duodeoctoginta, lxxviij. & vndeoctogeſimus, ac duodeoctogeſimus dicitur, ſic vndeuigeſimus &c.) Si ergo talis cubet. i. dormiat ſtramẽtis .i. in ſtramínio. cui veſtis ſtragula putreſcat in arca exiſtens epulæ blattaꝵ .i. nociuoꝵ vermium, ac tineaꝵ, nimiꝵ .i. haud dubie talis, ſup. cum ſit inſaniſſimus, videatur paucis inſanas, eo ꝙ maxima pars hominum iactatur. i. in periculo verſatur, eodem morbo auaritiæ, ſed quiſque laudat qđ amat, & tñ non minus inſaniret. vnde exclamat contra eũ, O ſenex inimice dijs .i. odio habite à dijs qui tibi bona tribuerunt, nõ quibus fruaris, ſed torquearis, vel qui contra benignitatẽ deoꝵ facis, cuſtodis vt filius, aut etiã libertus heres ebibat .i bibẽdo abſumat hoc quod cuſtodis, ne tibi deſit ſup. aliquid, in qua te ſtulte agre, enim pro quia quantulum .i. quantum modicum, quiſque dierũ .i. quilibet dies, curtabit i. auferet ſummę ſi cœperis ſaltem in ſenectute, vngere meliore oleo caules, & caput exiſtẽs fœdũ porrigine .i. vlcere fœdo, aut ſcabie impexa .i. quæ generata eſt, quia non pecteris? Dicet fortaſſis auarus, Ego non appeto delicias, aut lautitias, modicũ mihi ſatis eſt, nõ peto pecti, aut vngi, aut vncti veſci faciant hoc delicijs aſſueti. Contra ꝙ dicit Stertinius, Si quid vis .i. quæuis res, ẽt minima ſatis eſt tibi, quare periura, ſurripis, aufers vndique .i. ex omni parte .i. omnibus qbus potes modis, ẽt iniuſtis, accumulas? tun'. i. tu ne, vel tun'. i tunc ne, tu ſanus ſup. eſſes, ſi incipias cedere .i. percutere ſaxis populum & ſeruos, quos pararis i. parauerís, hoc eſt emeris tuo ære, q d. non, quia oẽs pueri, que, pro &, puellæ clament te inſanum Et eum .i. qñ tu interimis .i. necas, vxorem laqueo .i. ſtrangulas eam, vt dotem eius habeas, & cum interimis matrem tuam veneno, es tu incolumi .i. ſano capite? Quid. n. id eſt cur non dicatis incolumi capite, quia neque facis hoc Argis .i. apud Argos in Græcia, vbi Oreſtes ſimile fecit, hoc eſt matrem occidit, nec facis hoc ferro, vt demens Oreſtes occidit matrem? q.d. forte dices te non eſſe cenſendum ppea dementem, quia non facis apud Argos, vbi (quia rarum eſt) Oreſtes ind eatus eſt inſanire, ſed Romæ vbi tot ſunt matrum interfectores, vt non videatur inſani hoĩs, ppea tu non occidis matrem ferro vt Oreſtes, qui, qa hoc fecerat, poſtea inſaniuit, tu vero clam facis hoc veneno, & ita vis te ſanũ aſſerere. Ad qđ Stertinius, An tu reris eum inſaniſſe parente .i. matre, occiſa .i. ſolum poſtquam matrem occidit, ac non ipſum dementem actum .i. inſtigatum, & impulſum eſſe malis Furijs ad ipſam occidendum, antequam tepeſecit ſanguine .ſ. ferrum acutum .i. mucronem in iugulo matris? q d. tu erras ſi hoc reris. Quin .i. quinetiam ex quo .i. poſtquã Oreſtes eſt habitus .i. reputatus, mẽtis male tutæ .i non ſatis ſanæ, nil ſane .i. oino fecit, vel ni fecit quod tu poſſis rephendere. Non auſus violate ferro .i. vulnerare, aut occidere Pyladem amicum ſuum, eum quo nobile par amicoꝵ facit. ve, pro vel, Electrã ſororem maledixit tñ .i. duntaxat, vtrique .i. Pyladi & Electræ, vocando hanc .ſ. ſororem ſuam Furiam, & hunc .ſ. Pyladem aliud .ſ. opprobrium, quod bilis ſplendida .i. cholera noxia furorem generans iuſſit. Quia ergo nihil iã deteſtabile fecit, poſt occiſam matrem, ſicut cum eam ex furore occideret, patet ꝙ magis inſaniuit anteq̃ occideret, q̃ poſtea. Longa eſt hiſtoria, ſed nota, q̃ in principio Iuuen. recitatam inuenies. & in j. Sat. huius operis tetigimus Clytẽneſtra vxor Agamẽnonis quo tpe vir apud Troiam ageret, cum Ægyſto adulterium cõmiſit & redeuntem viꝵ occidit, ob quod ab Oreſte ſuo, Agamemnoniq filio occiſa eſt. ob quod facinus Oreſtes ſibi viſus eſt Furias pati: & a manibus maternis vexari, ſed à ſorore & Pylade ad Dianam ductus purgatus eſt: inuenta illic Iphigenia ſorore. Pauper Opimius &c. ponit aliud exemplis deteſtandæ auaritiæ, quod ex ordine patebit qui talis eſt, Opimius vir ille auarus, pauper .i. expers argenti & auri poſiti intus .i. qđ abſconditum, aut in arca poſitũ habeat, cuius tñ egebat, quia tã deeſt auaro, quod habet, q̃ quod non habet, qui ſolitus portare feſtis diebus trulla Campana .i. vaſculo fictili, quo alij excrementũ ventris excipiuntur. Veientanũ ſup. vinum vile, quod Iuuen. Rubellum vocat & ſolitus potare diebus profeſtis .i. non feſtis, vappam .i. vinum euaporatum oppreſſus eſt quondam .i. quouis tẽpore præterito, lethargo .i morbo dormire compellente graui, ſup. in tantũ vt heres curret iam lætus & ouans circum claues, & loculos .i. ſacculos pecuniæ medicus celer .i. expedite curãs, atque fidelis .ſ. qui remedium adhibebat, ꝙ ſonum eſſe cognouit, excitat è ſomno .ſ. lethargico, hunc .ſ. Opimium auarũ, hoc pacto .i. hoc modo, ipſe iubet menſam .i. tabulam poni ante lectum ægrotantis atque ſaccos numorũ effundi ſuper eam ſup. atque plures accedere ad numerandũ ſup. numos

Stultum me fateor (liceat concedere veris)
Atque etiam insanum: tantum hoc edissere, quo me
Aegrotare putes animi vitio. accipe: primum
Aedificas: hoc est longos imitaris, ab imo
Ad summum totus moduli bipedalis: & idem
Corpore maiorem rides Turbonis in armis
Spiritum, & incessum: qui ridiculus minus illo?
An quodcunque facit Mœcenas: te quoque verũ est,
Tanto dissimilem, & tanto certare minorem?
Absentis ranæ pullis vituli pede pressis,
Vnus vbi effugit; matri denarrat; vt ingens
Bellua cognatos eliserit. illa rogare,
Quanta ne? num tandem, se inflans, sic magna fuisset.
Maior dimidio? num tanto? cum magis, atque
Se magis inflaret: non, si te ruperis, inquit,
Par eris. hæc à te non multum abludit imago.
Adde poëmata nunc: hoc est oleum adde camino:
Quæ si quis sanus fecit: sanus facis & tu.
Non dico horrendam rabiem, iam desine cultum
Maiorem censu. teneas Damasippe tuis te:
Mille puellarum, puerorum mille furores.
O maior tandem parcas insane minori.

numos & erigit.i.lecto se erigen tem tacit hic hoiem.s.Opimium & addit illud sup.verbum s.ni.i. nisi,custodis tua ò Opimi, heres auidus.i.cupidus rerum tuarum auferet hæc,aut hoc. Respondet Opimius. Men'.i.me ne, viuo.i. viuente sup.auferet mea? Addit medicus: Vigila igitur vt viuas. dicit Opim Age hoc sup. facio, quid vis supp.amplius? Ad hoc medicus. Venæ.i. vires deficient .i.destituent te inopem.i. impotem vel imbecillem nisi cibus, atque ingens.i.valde magna fultura.i.sustentatio,accedat.i adda tur,stomacho ruenti.i. deficienti & labanti. Et cum ille nolet sumere, addit medicus, Cessas tu sup. aliquid fulcimenti sumere? Agedum, adhortantis est? q. d. si vis viuere sume hoc ptisanarium .i. hanc potionem hordeaceam? Respondet Opim. Quanti emptæ supp.sunt orizæ .i. ordea maiuscula: Rñdet medicus, Par uo.s.pretio emptæ sunt,sed auarus non confidens & volens scire, inquit: Ergo si paruo, quanti sup.sunt emptæ? (Iam pueri sciunt tanti quanti, pluris & minoris sine substantiuis in genitiuo construi cum verbis pretij, cetera in ablatiuo. & ergo dixit quanti non quanto, & paruo non paruui, & octussibus, & non octusium.) Respondet medicus, Octussibus.i.octo assibus sup.emptæ sunt. Ad quod Opimius. Heu heu, quid refert.i.quid interest, an ego peream morbo, an furtis, ve,.p vel, rapinis, hoc est citius moriar, q̃ pariar me ita spoliari, vt octussibus emam præseotiarum, & ita si moriendum, est malle morbo q̃ sic mori. Rñdet ad hoc, vt Damasippus Stertinio, aut Horat. Damasippo, Igitur cum certum sit talem esse stultum quisnam est sanus.i.sanæ mentis? Rñsio: Is sup. qui non est stultus. Quid auarus sup.est. Rñsio: Stultus & insanus supp. est quid sup. dicas si quis non sit auarus est ne sup.continuo.i.ideo, aut statim sanus? Rñdet Stoicus aut Damasippus Stertinio quod potius credo. aut Poëta Damasippo nunc Stoico effecto: Minime supp. sanus est. Cur ò Stoice minime sanus est. Rñsio dicam putato Craterum.i. medicum illum peritum dixisse, hic æger non est cardiacus.i.non patitur morbum cordis, si sup. tunc dicas, Igitur recte eum.i.bene est cum hoc homine, que, pro &, ipse sup.surget, negabit sup medicus ergo surgere, q̃.i. quia, latus sup. tentatur morbo acuto, aut quod renes eius tentantur.i.afficiuntur & torquentur acuto morbo. Eodem modo si sup. hic non est periurus, neque sordidus. Rñsio: Immolet hic.i.talis, æquis.i.iustis, & fauorabilibus, Laribus,i.dijs familiaribus, porcum. dicit alter, Verum ipse sup est ambitiosus .i. cupidus nimis honorum, & est audax.i. temerarius. Rñsio: Nauiget Anticyram i.ad illam insulam vbi elleboro tute vtatur, vt se purget, quia insanus est. Enim, pro q̃a, quid differt.i.refert, aut distat, ne pro an (sunt .n. duæ particulæ) dones barathro .i. profundæ ingluuiei & luxuriæ, quicquid habes, an nunquam vtare .i. vtaris, paratis .i. acquisitis? hoc est æque vitiosus est, qui deuoret quicquid habet ac qui nullo vtatur. Seruius Oppidius ponit exemplum fugiendæ prodigentiæ, auaritiæ, & ambitionis. Ordo est. Seruius Oppidius, vir sic dictus existens diues Canusi .i.Canusij, fertur, id est dicitur diuisse, id est diuisisse, duobus natis, id est filijs suis, duo prædia antiquo censu. Et ipse moriens fertur dixisse pueris.i.filijs suis vocatis ad lectum, in quo æger iam moriturus iacebat. O Aule (sic .n. vocabatur alter puerorũ) postquam ego vidi te ferre .i. portare in sinu laxo, talos & nuces, id est instrumenta ludendi, & vidi te donare & ludere, id est prodigum tuarum rerum quamuis paruarũ esse, & ò Tiberi (alter.n. vocabatur Tiberius) postquam ego vidi te tristem.i.sollicitum & anxium, numerare.i. discere computum, & abscondere.i.occultare, cauis.i.locis cauatis sup.rem tuá, ego extimui.i. valde timui, ne discors.i. diuersa vesania.i. furor ageret.i. impelleret vos, hoc est prodigentia Aulum, & auaritia Tiberium, videlicet ne tu ò Aule sequerere Nomentanum virum nimis prodigum, & ne tu ò Tiberi sequerere Cicutam.i. vsuratium nimis auarum. Quare.i. quapropter, vterque supp.

vestrum oratus per diuos Penates.i.deos familiares nostros, ca ueat sup. tu ò Aule caue ne minuas, & tu Tiberi caue ne facias maius.i.nimis augmentes id, q̃d pater putat esse satis, & quod natura coërcet.i. continet intra limites suos. Præterea, ne gloria .i. cupido gloriæ, vel ambitio, titillet.i.tentet, & dulcedine sui irritet vos, ego obstringam.i.obligabo vos ambo iureiurãdo, vter vestrum, hoc est siue tu Aule, siue tu Tiberi fuerit ædilis, ve, pro vel, prætor, is esto .i. volo vt sit, intestabilis .i. expers testium, & rerum meatum, & sacer.i.execrabilis, vt transgressos vltimæ voluntatis patris sui. Sic ferè interpretatur, præter Bonsinem qui ambo vult esse nominatiui casus, censetq́. iniqui, immo insani patris obstringere filios, ne eos titillet gloria, cum id non sit in potestate filiorũ, subaudit verbum fueritis, addit particulam, aut post vestrum, intestabilis in tres scindit dictiones, vt in annotationibus eius videre est, quæ me parum mouent. nam certum est ambo posse accusatiui casus dici, vt duo apud Virgil. Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros &c. & ét apud hunc alibi. Neque sensus est Poetæ: Ego obstringam vos iureiurando .i. per iusiurandum obligabo vos, ne gloria vos titillet, hoc est cogam vos iurare q̃ gloria vos non titillabat. illud .n. esset insani patris dictum, sed quia metu pœnæ arcemur ab illicitis, & alioqui licitis nisi vetita essent, ne gloria vos titillet .i. sua dulcedine tentet, & vt metu pœnæ arceamini, ego iureiurando mihi præstito, obstringam vos ambo.i. volo vos ambos iureiurando mihi promittere, vter vestrum ædilis aut prætor fuerit, is sacer & intestabilis sit. Quod vero dicit, Latus vt in Circo spatiere, vbi legitur lætus, nõ displicet, quia cum verbo spatiere quadrat, nec tamen omnino expungam lætus, eo q̃ læti suot, qui magistratum adipiscuntur, lætitiamq́. produnt. Perdas tu ex humilibus parentibus natus, in cicere atque faba, que, pro &, lupinis.i.illis leguminibus quæ solebant distribui populo ab ijs, qui magistratum inierunt, bona.i. patrimonium tuũ, vt tu spatiere.i.spatieris, lætus.i.exultans, aut latus .i. amplus, & pomposus in circo vbi fiebant ludi Circenses, aut vt tu ò insane stes æneus .i. habeas statuam æneam in loco publico, nudus agris, nudus numis paternis? Scilicet (ironia est) q. d. scite licet, & conatus dignus scitu, vt tu plebeius feras.i.reportes, plausus.i. applausiones populi, quos .i. quales, Agrippa vir magnus & nobilis fert existens itẽ vulpes astuta, imitata.i. quæ imitari voluit, leonem ingenuum .i. nobilem ac natiuum, q. d. decet te in pelle tua persistere. [Ne quis humasse velit &c.) Postquam Poeta nr̃ ostendit auaros stultos esse, sicut & prodigos, ambitiososq́., núc principaliter persequitur ambitiosos, & potissimum Agaménona, qui vt exercitui suo placeret, Iphigemam filiam suam Dianæ sacrificauit. Fabulæ tñ dñr suppositam esse ceruam eius loco vt tangit Seruius super illud secundi Æn. Sangnine placastis ventos & virgine cæsa &c. Videtur autem induci quiuis plebeius fictus Thersites apud Hom. audacter in Agamemnona locutus est, qui quærat, cur Aiacem Telamonium sepeliri vetet. Vnde scies, q̃ cum Achilles iratus ob raptam amicam pugnare nollet, & Patroclus in eius armis Hect. debellando, victusq́. & occisus Achil. armis spoliatus esset, Thetis a Vulc. filio suo alia arma impetrauit mulio omnium pulcherrima, quæ mortuo per insidias Achill. Vlyss. & Aiax sibi vendicauerant, contendentes coram Agamemn. ceterisq́. principibus in qua contentione vicit facundia Vlyss. quam rem ægre ferens Aiax raptusq́. furore in iudices, noctu surrexit. & credens ingredi tentoria principum, illieque Vlyss. Agamemn. ceterosq́. interficere, occidit boues & oues. quam rem postridie notam cognoscens præ verecundia seipsum interemit quod resciens Agamemn. simulq́. qua mente iit se fuerat, vetuit sepeliri. Inducitur ergo quis ex plebe sic Agamemn. alloquens. O Attida.i. Agamemn. qui diceris filius Atrei, cur vetas ne quis velit humasse Aiacem? Respondet Agam.

Rex sum, q. d. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas quod audiens plebeius dicit. Ego plebeius.i.qui sum de humili plebe, nil quæro vlterius, q.d. si imperium pro ratione est, frustra rationem peto. sed continuo vt quasi simul loqui putentur, addit Agamem. Et ego imperito .i. impero (vt sit frequentatiuum pro principali) rem æquam.i.iustam, ac pro &, si ego videor cui.i. ali cui non iustus, hoc .s. imperando, ego permitto ei sup. inulto .i. impuni, de quo nullam vltionem quicquid dixerit feceto, dicere id, quod (aut quæ) sentit. Respondet Plebeius: O maxime regum, dij dēt deducere classem .i. multitudinem nauium tuarum in patriam saluam reducere. Troia capta.i. postquam Troiam ceperis. Homeri est imitatio. Ergo quia hoc permittis, licebit .i. licitum erit, consulere.i.consilium abs te petere, & respōderet ibi mos coosulenti .i. consilium petenti, aut licebit tibi sic à tuis consilium petere, & tuis tibi respondere (In hoc laudatur Horat. ꝙ dum alias res agere videtur, reip. consulit. Nouit.n. qa Mœc. & per eum Augustus istæc aliquādo lecturus esset. & ideo voluit eum inducere ad benignitatem, vt facilem accessum daret etiam minimis bona consulentibus.) Respondet Agamem. annuendo ac iudicando ꝙ liceat. vnde addit. Consule.i. pete consilium. Quærit ergo Plebeius. Cur Aiax existens heros .i. vir fortis & quasi diuinus, secundus ab Achill. in fortitudine, & magnitudine putrescit sup. insepultus, existens clarus Achiuis.i Græcis omnibus seruatis à Troianorum imperu, toties .i. tam frequenter? Nonne sup. hæc facis, vt populus Priami .i. Troianus, & vt Priamus gaudeat (nondum .n. mortuus erat, dum hæc contigisse finguntur. Et aduerte non vitiosum esse, ꝙ populum prætermisit, moris .n. est Hom. & Virgiliani, segregare ducem ab exercitu, vt egregium significent sicut Troas reliquias Danaum, atque immitis Achil. sed pergo, vt inquam gaudeat supp. eo inhumato .i. ꝙ is taceat inhumatus.i.insepultus, per quem tot iuuenes supp. Troiani caruere patrio sepulcro? quasi dij talionem cum eo fecerint. Respondet Agamem. causam assignans quia ipse Aiax insanus .i. furibundus, dedit morti.i.occidit, mille ouium.i. plurimas oues numerus certus pro incerto, clamans se occidere inclytum .i. clarum Vlyssem & Menelaum fratrem meum vna .i. pariter mecum .i. cum me, dicebat.n. dum maiores arietes, aut vitulos occideret habe nunc Vlyss. arma mihi surrepta, habe hoc Agamem. pro iniquo iudicio tuo, & tu Menelae pro consilio, aut quid simile. Respondet Plebeius innuens neminem id debere punire in alio, cuius ipse culpabilis sit, & ita Aiacem non debere insepultum relinquere propter insaniam, cum Agamem. non minus insaniuerit. dicit ergo, cum.i. quando, tu ò Agamem. statuis mactandam. s. ante aras. s. Dianæ cuius occideras ceruam, dulcem natam.i. filiam Iphigeniam, quæ deberet, tibi dulcis esse, pro vitula .i. loco vitulæ, cum potuisses Deam placasse vitula · Aulide, in illo portu vbi fiebat recensio totius exercitus Græcorum (quo tēpore Agamem. Dianæ ceruam sagittis traiecit, vnde irata dea fecit vt non possent Græci habere ventum nauigandi Troiam, donec placata est ex iudicio Calcantis virgine cæsa) & cum ò improbe .i. improbande, spargis caput filiæ tuæ immolandæ, mola salsa, sine qua non fiebat sacrificium (Sinon ij. Æn. Mihi sacra parari: Et salsæ fruges, & circum tempora vitæ) cum inquam tu hæc facis, seruas tu rectum .i. rectitudinem animi? q. d. minime. Ad quod Agamem. Quorsum insanus .i. quo versus, vel in quam partem dicor insanus? Addit Plebeius, Quid.n. fecit Aiax, cum strauit.i. prostrauit pecus ferro? q. d. nihil tam detestandum, qa abstinuit vim.i. violentiam prohibuit ab vxore: & nato.i. filio p̄catus .i. imprecatus, Atridis.i. vobis inimicis eius multa mala ille .s. Aiax, non violauit aut Teucrum filium, sicut tu filiam, aut Vlyss. ipsum. s. quem merito odisse poterat, ferro.i. mucrone suo. Rn̄det. Verum .i. sed ego existens prudens placaui diuos sanguine (artificiose subticet cuius sanguine) vt eriperem sup. à destructione naues. s. Græcorum, herentes .i. affixas eo ꝙ dij vētum prohiberent, in sup. littore aduerso.i. inimicis vicino ex opposito Troiæ. Vnde Plebeius addit illud quod ille subtiliter omiserat. Nempe.i. nōne certe, furiose placasti, sup. duos, tuo sanguine .i. filiæ ex te genitæ? Respondet Agamem. Meo supp. sanguine placaui, sed non furiosus. Probat Plebeius ꝙ furiosus id fecerit dicens: Is sup. qui capiat alias species .i. similitudines, veri.i. veritatis (quia omnes decipimur specie recti) que, pro &, sceleris .i. iniquitatis permixtas confusas tumultu .i. turbatione mentis .i. quicunque perturbatus confundit species veri & sceleris, quæ tamen aliæ.i. inter se diuersæ sunt, vt quia auaritiam suam parsimoniam vocat, aut ambitionem magnanimitatem, aut magnificentiam &c. habebitur .i. iudicabitur commotus atque nihilum .i. in nullo distabit .i. differentia erit, ne pro an, an errer stultitia .i. per stultitiam, an ira .i. per iram. Aiax dum occidit agnos immeritos .i. qui non meruerunt ab eo occidi, desipit.i. male sapit, & insans est cum tu prudens .i. qui dicis & prospiciens quid faceres, admittit scelus in filiam .s. ob inanes titulos .s. vt saluator exercitus aut imperator dicaris, stas tu animo.i. seruas statum.i. ratione animi, & cor tumidum.i. inflatum, est ne supp. purum tibi cum vitio.i. cum tamen sis vitiosus? q. d. id fieri non potest. Quod alio exemplo probat dicens, Si quis amet gestare lectica, in qua nobiles matronæ gestabantur, Agnam nitidam.i. mundam ouem adhuc teneram, & paret.i. comparet aut emat, huic .s. Agnæ vestem, vt gnatæ.i. filiæ sup. emeret, & paret ancillas, paret aurum, & appellet eam rufam aut pusillam, sicut faciunt patres blandientes filiabus paruulis, & si destinet .i. animo addicat, videlicet Agnam vxorem forti marito, prętor adimat .i. auferat, huic interdicto .s. vsu rerum suarum, omne ius, & tutela abeat.i. traducatur ad propinquos sanos, hoc est prætor assignaret illi tāquam furioso curatorem. Quid (aut quod) sup. dicas, si quis deuoueat gnatam .i. filia.i. adiudicet eam morti, pro muta Agna.i. vbi posset offerre mutam Agnam? est ipse integer animi? ne dixeris .i. noli hoc dicere. (Aduerte quia iterum textus habet Integer est animi, vbi magis grammatice dicas etiam stante versu Integri est animi. sed dixit forte sicut Virg. Infelix animi) Ergo vbi praua stultitia est sicut in re, hic.i. ibidem, est summa insania Is sup. qui est sceleratus, erit, &.i. etiam, furiosus .i. nemo sceleratus est, qui nō idem furiosus & quem fama vitrea.i. fragilis, sed splendida cepit.i. quicunque ambitiosus est, hunc circuntonuit .i. attonitum & per hoc insanum fecit, Bellona, Dea belli, gaudens cruentis, sup. rebus vt armis, & viris, quæ excitat Erinnym .i. furorem bellicum, hæc conclusio videtur esse Stertinij vt sequentia. [Nunc age luxuriam &c.) Postquam auaros & ambitiosos insanire Stertinius docuit, docet nunc prodigos & luxuriosos insanire dicens, O Damasippe, age.i persequere nunc mecum luxuriam i superfluitatem in luxu, vestitu, ac cetero sumptu, hoc est prodigentiā, & arripe .i. numerum stultorum trahe mecum, Nomentanum, virum illum prodigum & perditum luxuria. Enim pro quia, ratio vincit .i. probat euidenter nepotes .i. luxuriosos, & gulosos, stultos.i. qui stulti sunt, insanire.i. etiam insanos esse. Hic.s. Nomentanus, simul i statim, ac.i. postquam, cepit.i. recepit, mille talenta patrimoni, hoc est de patrimonio suo, edicit i. publice mandat, vti.i. vt piscator, & pomarius.i. pomorum venditor, & auceps .i. auium captor ac venditor, vnguentarius .i. vnguenti venditor, ac impia turba Thusci vici .s. lenonum & parasitorum, & fartor .i. farciminum structor, ac venditor cum scurris, & omne macellum .i. omnis vendens obsonia in macello, quod a Macello, cuius illic domus erat, denominatum est, cum Velabro .i. cum omnibus pisces recentes ad Velabrum vendentibus, veniat domum sup. suam mane. Quid tum? sup. factum est. & sunt verba Damasippi aut poëtæ interrogantis. Responsio: Ipsi venere .i. venerunt frequentes .i. in magna frequentia. Leno (quem è vico Thusco venisse putem: licet Acron maluerit propter negotiatores impiam turbam dixisse) facit verba (sunt .n. lenones meretricum patroni, & delectores) .i. loquitur pro reliquis tanquam facundior ceteris. vnde dicit, O Nomentane quicquid mihi est domi, & quicquid cuique horum est domi, crede .i. persuade tibi, id tuum sup. esse pete vel nunc, vel cras .i. quandocunque voles. Accipe.i. intellige, quid iuuenis equus.i. iustus (& hoc ironicos, quasi æquitatis sit erga lenones gratum esse) .s. Nomentanus responderit, contra hæc, tu sup. venator & auceps, dormis ocreatus in niue Lucana, vt ego cœnem .i. in cœna comedam, aprum, tu s. piscator, vellis .i. auellis & extrahis, ex æquore hyberno i. hyemali frigore horrenti, pisces, ego segnis .i. ignauus nihil agens. (Nam quasi sine igne, qui maxime actiuus est, segnis dicitur) indignus sup. sum qui possideam tantum supp. pecuniarum aufer & sume tibi ò venator decies sup sestertium, & tu piscator tantundem i. etiam decies sestertium, tu.s. leno, sume & aufer tibi triplex .i. tricies, siue xxx. sestertia, tu inquam vnde .i. abs cuius latere, vxor vocata .i. quando vocauero eam currit (aut curtat) .i. celeriter venit ad me, de media nocte.i. etiam tempore mediæ noctis. Filius Æsopi, ponit aliud exemplum prodigentiæ, ac perditæ gulæ. Ordo est. Filius Æsopi, illius Tragœdiarum actoris ditissimi, diluit i in liquorem resoluit ac potabilem fecit aceto .i. per acetum, baccam .i. gemmam insignem, detractam, non vi, sed magnitudine pretij, ex aure Metellæ potentissimæ matronę (tunc enim in aures deferebant matronæ, & habebant uniones dependentes ab auribus more Ægyptiarum, nobilium) .s. ut exorberet solidum.i. ex integro & uno haustu decies sup. sestertium. (Et aduerte lector, quia docti libentius dixerunt decies

cies sestertium q̃ decem sestertia. est autem sestertium, seu ses-
tertius pondus libræ dimidiatæ quasi semitertium. Dicitur etiã
M. Antonius superatus in luxu cœnatum á Cleopatra regina
Aegypti vnionum potu.) Qui.i.in quo, fuit sup. ille filius sanior,
ac.i.q̃ si iaceret.i.proijceret, illud idem.s. pretium in flumen ra-
pidum, ve pro vel, in cloacam .i. receptaculum sordium? q. d. in
nullo. Progenies.i.generatio, proles, Quinti Arri.i.Arrij, existẽs
par fratrum nobile nequitia.i.p nequitiam, & nugis.i.per nugas,
& gemellum .i. concors & conforme vt gemelli solent amore
prauorũ, quia consimiliter & æqualiter prauitati studebant, soli-
ti. (Est locutio congrua re, non voce, Par fratrum soliti.i. ipsi fra
tres) prandere luscinias .i. auiculas canoras, & ob cantum pre-
tiosas, coemptas .i. simul emptas, impenso .i. magno impendio,
quorsum.i.quo versus.i.in quam partem abeant? sani ne supple
sunt annotandi creta.i.bono lapillo, quo sani notandi sunt, an
carbone.i.nigro colore, qui malos & perditos designat, q. d. sine
dubio notandi sunt carbone, tanquam insani. Lusciniæ aut po-
tius Luciniæ, quasi prima luce canentes, á suauitate Philumelæ
dicuntur, vel quia Philumela in eam auem versa dicitur. De hac
autem sic dicit Plin. Huic aui diebus, ac noctibus continuis xv.
garrulus cantus est, densante se frondum germine. Mirum pro-
fecto tantam vocem in tam paruo corpusculo inesse, tam perti-
nacem spiritum, & musicæ perfectæ modulatum sonum. Hæc
in ore Stesichori poëtæ adhuc infantis cecinit. Certant inter se
victa morte quiescit, prius deficiens vita q̃ cantu. Audit discipu-
lam attente ac corrigit, quapropter illis seruorũ pretium est &c.
vnde hic impenso emptas dicit. [Aedificare casas &c.) Stulte a-
mantes insanire docet. Ordo est. Si ædificare casas.i. domuncu
las ex lapillis, aut frustis lignorum repertis more puerorum. &
adiungere mures plostello .i. paruo plaustro vt trahant ipsum.
(Quia.n. au, in o, longum mutabant veteres indifferenter cau-
lis & colis, caurus & corus, caudex & codex, plaustrum & plo-
strum &c. leguntur) ludere par impar, aut de nucibus, aut de
aciculis diuinando, equitare in longa harũdine .i. in canna palu-
stri, aut in quauis alia pertica, hoc est si exercere lusus pueriles
delectat (aut delectet) barbarum, tunc amentia verset .i. agat,
& impellat eum. Sic ratio euincet.i.insolubiliter probabit, ama-
re.s. meretrico amore esse puerilius .i. stultius & puero dignius,
his sup. factis puerorum, nec, pro & non, & conuincet non dif-
ferre.i. interesse quicquam verum tu ludas.i. puerilirer exerceas
opus in puluere quale prius sup. lusisti, trimus.i.cum esses tãtum
trium annorum, an tu plores existens sollicitus amore.i. de amo
re meretricis. Quæro an facias.i. te facturum speres id, quod Po
lemon mutatus.i. ex luxurioso philosophus effectus supp. fecit
olim, hoc est ꝙ ponas insignia morbi .i. luxuriæ & nequitiæ tuæ
vtpote molles, ac muliebres habitus, videlicet fasciolas, quibus
mulieres, aut capillos ligant, aut mamillas stringunt, cubitale
quo cubitum ornant, focalia .i. calamistrum in foco calefactum
ad crispandos capillos, vt.i. quemadmodum, ille videlicet Pole-
mon dicitur olim potus.i.ebrius, carpsisse quondam furtim i. se-
crete alijs vix percipientibus, coronas.s.quas poturus capiti im-
posuerat, sed ad collum vsque deciderant. imponebant.n.indul-
gentius poturi coronas capitibus suis, sed ipse carpsit eas ex col
lo, in quod deciderant, postquam est correptus .i. reprehensus,
voce magistri .s. Xenocratis de virtute disputantis, impransi .i.
adhuc ieiuni, & per hoc maiorem auctoritatem contra crapulam
disputandi habentis, expeditiusque (vt fieri solet) ingenium?
q. d. id quidem, q̃ paucissimis datum, vt ex stultis amoribus vere
resipiscant. Sunt.n. stulti amatores puerorum similes, qui cito
mutantur. vnde subdit, Cum tu porrigis puero irato poma, re-
cusat sumere. Cum autem dicis, O Citelle, aut Catelle, vt ali-
qui legunt (sic adhuc hodie blandiuntur Itali quidam pueris)
sume.i.accipe, negant si non des sup. poma, opter (aut optat) ea
accipere. amator exclusus qui .i. in quo distat sup. à tali puero,
vbi agit (aut ait).i.disquirit secum, an eat sup ad amicã, an non,
quo.i.ad quam erat rediturus non accersitus (aut arcessitus).i. si
non fuisset vocatus, & heret.i.dubitat, foribus .s.meretricis inui-
sis.i.inspectis, nisi dicas ante fores inuisas. agit autem secum, hoc
modo pro parte negatiua, nec .i. non etiam, ego non accedam
etiam nunc sup. ad amicam, cum.i. quamuis, vocet me vltro.i. nõ
requisita à me deinde pro affirmatiua dicit, an potius mediter
finire dolores.i.cruciatus quos suffero, & quos finiuero per co-
piam eius? deinde iterum pro negatiua dicit, Ipsa excludit sup.
me, & reuocat sup. me, totus hic locus est quasi in Eunucho Te-
rentij redeam.i.putas ꝙ redeam ad eam? non sup. redeam. si .i.
tametsi, obsecret supp. me ecce seruus sapientior non paullo .i.
multo (quod non est contra decorũ, quia tantus est furor aman-
tium, vt seruus non amans merito dicatur multo sapientior do-
mino amante) ait supp. ò here.i. domine, res quæ nec habet mo-
dum.i. moderationem, neque consilium cuiusmodi est amor, non
vult tractari ratione & modo. hæc mala sunt in amore, bellum,
rursum pax, si quis laboret reddere.i. efficere sibi certa .i. stabilia.
hæc mobilia prope .i. quasi, ritu .i. more tempestatis & fluitan-
tia cæca forte .i. fortuna (declinatur hæc sors, & ab hac sorte, vt
iij. Æn. Forte sua Lybicis tempestas appulit oris. quod probat
melius legi forte, q̃ sorte) talis explicet .i. efficiat nihilo plus. ac
si .i. q̃ si, paret insanire certa ratione, & modo .i. cum ratione &
modo. Quid sup. dicis amator? cum gaudes si percussi forte came
ram amicæ, pomis Picenis ex loco sic vocatis. excerpens femi-
na, hoc est cum in morem amentium amatorum, quibus persua-
sum est si forte .i. à casu, contigerint granis pomi Piceni camerã
amicæ voti compotes fieri, gaudes id tibi contigisse, es tu penes
te .i. compos mentis tuæ? q. d. non. Quid sup. dicis? es tu penes
te cum feris annoso palato .i. laborioso proferes ex antiquo ore
verba balba.i. semiperfecta ex more balbutiẽtium? qui.i. in quo?
sanior sup. es hoc faciens puero supp. ædificante casas ex lapillis
& fragmentis rerum, vt dictum est. q. d. in nullo. Adde cruo-
rem .i. perniciem stultitiæ .s. quæ in amore & non in puero est,
atque scrutare ignem .i. ardore amoris. scrutare, inquam modo,
an eum.i. quando Marius amator, quidam stultus, præcipitat se.i.
deorsum proijcit ex desperatione, & hoc Hellada amica eius per
cussa.i. occisa, fuit ipse tunc ceritus .i. totus furiosus, & insanus,
an absolues.i. liberabis hominem .s. Marium, crimine .i. per cri-
men commotæ mentis.i. dices eum non ceritum.i. furiosum fuis
se, sed habuisse mentem commotam, & damnabis eundem.s. Ma-
rium, sceleris.i. dices eum crimen commisisse occidendo Helladẽ
& se, sed scelus .s. leniusculum, imponens ex more .i. sicut moris
vestri est rebus, vocabula non propria, sed cognata .i. vicina pro-
prijs? Hoc Stoice omnino dictum est. de Stoicis .n. in prima hu
ius dictum est, quod nemini parcant, & omnes æqualiter puniree
velint. Econtratio Stertinius stoicus nunc ægre fert eos, qui á se
ueritate discedentes mitius appellant peccata scelera, videlicet
quæ manifesta crimina sunt. Et ita patet sententias ſm affectio
nem loquentium esse interpretandas. Et hæc de stultis amatori-
bus. Sequentia sunt de superstitionibus Libertinus erat, nunc
superstitionem damnat eaq́. capros insanire docet, loquens de
quodam libertinæ conditionis, noto quidem, sed non nominato
forte propter legem. Ordo est. Libertinus .i. quidam liberti-
næ conditionis erat, qui siccus.i. non ebrius, sed adhuc ieiunus,
nec per insaniam peccans. quia senex, currebat mane.i. tempo-
re matutino, cum saniore capite esse deberet, manibus lautis.i. lo
tis, & mundis. quod ad religionem facere putauit superstitiosus,
circum Compita, vbi dijs Laribus sacrificaret, qui inquam sic cur
rens, & addens quiddam (aut quoddam) vnum magnum orabat
dicens, sup. Dij surpite, pro surripite (quæ syncopa præcipitan-
ter locutum innuit) me vnum .i. solum ex omnibus mortalibus
morti, etenim sup. hoc facile.s. factu, dijs.s. qui omnipotẽtes sunt,
orabat dico existens sanus vtrisque auribus, atque oculis sup. sa-
nis, sed dominus eius sup. cum venderet. i. cum vellet eum ven-
dere, nisi litigiosus.i. ni esset litis amator, exciperet .i. demeret à
sanitate mentem sup. eius .i. diceret eum sano corpore, sed non
animo aut mente. Chrysippus .i. Dogma Stoicorum à Chrys.
descriptum, ponit quoque.i. etiam, hoc.i. insanire vulgus .i. mul-
titudinem populi, in fœcunda gente Meneni. illius viri, quẽ per
transitum taxat. Mater pueri cuiusdam forte de familia Mene-
nij cubantis in lecto i. præ ægritudine iacentis, ait: ò Iupiter qui
das & adimis dolores (simile est primi Regum primo) si quar-
tana sup. febris, frigida.i. frigore concutiens, reliquerit puerum,
ipse puer stabit nudus in Tyberi, illo die quo tu ò magna Iup. in-
dicis, id est præcipis, ieiunia sup. celebrari. Si supp. casus.i. for-
tuna, ve, pro vel medicus leuarit .i. leuauerit, ægrum.s. puerum, i-
psa mater delira .i. ex superstitione insaniens, necabit ea præci-
piti .i. ex præcipitatione illa, puerum fixum in gelida ripa, que,
pro &, reducet febrim quo malo concussa mentem .i. quo con-
cussam mentem habens hæc facit? ne .i. nonne, malo .i. superst-
tioso timore deorũ, q. d. manifestissime. [Hæc mihi Stertinius)
Concludit narrationem suam Damasipp. dicens se omnia supe-
riora à Stertinio audiuisse, deinde interroganti poëtæ. cum om-
nes stultos prædicet, quo ipse morbo insaniat, dicit quædam le-
uia, quæ tamen poëta in se non admittit. Ordo est. Stertinius
octauus sapientum (erant .n. prius septem nobiles sapiẽtes Græ
ciæ) dedit mihi amico suo, hæc arma.i. hanc defensionem, ne com
pellaret .i. interpellaret & molestaret vt stultus, posthac .i. post
hoc tempus inultus.i. non sumens vltionẽ de iniuria mihi illata.

qui dixerit me posthac insanum, audiet totidem sup. verba, quia dicam eum etiam insanum, atq. discet .s. per me stultitiam eius reuelantem, respice. e pendentia .i. ea quæ pendent .s. sua cuiusque vitia, tergo ignoto .i. nostro non aspecto a nobis, sed ab alijs, vt alibi dictum est. Nam Apologus Aesopi habet, quemlibet portare manticam dependentem ab humeris antrorsum & retrorsum, sed in parte anterio e ponere aliorum vitia, vt quæ sæpe inspicimus, in posteriore nostra, quæ nunquam videmus, sed q nos sequuntur semper. Respondet Horat. cum iucundo risu, O Stoice sic vendas (Sic est particula aptissima precib. vt, Sic te diua potens Cypri, Sic lucida sidera &c.) omnia .i. omnes res tuas, pluris .i. maiore pretio post damnum, quia dixit se omnia perdidisse, dic sup. qua stultitia putas me insanire? q. d. id dubito, quoniam non est vnum, precise sup. aut duntaxat, genus sup. stultitiæ, sed multiplex, dic mihi, nam ego videor mihi sanus. Respondet Damasippus, Quid sup. mirum est si tibi sanus videris? Agaue mater Penthei regis Thebarum, cum .i. quando, portat caput gnati infelicis .s. Penthei (quem capta furore Bacchico, loco vituli, aut apri trucidauit) abscissum sup. a se, videtur ipsa sibi tum .i. tunc furiosa? q. d minime, & tamen furiosa fuit. Consimiliter licet tu tibi sanus videris, non tamen continuo sanus es. Ad quod Poëta, Ego fateor me stultum, liceat .i. licitum sit concedere veris, atque fateor me etiam insanum .i. fateor quicquid vis, edissere .i. declara mihi, tantû .i. tantummodo hoc, quo vitio animi putes me æg otaret. Respondet Damasippus, Accipe .i. audi, dicam tibi, Primum tu ædificas, hoc est tu imitaris, longos .i. facis longas & altas domos, cum sis totus ab imo .i. a planta pedis ad summum .i. vsque ad verticem capitis, modu h.i. paruæ mensuræ, bipedalis videlicet, & tu idem rides spiritû & incessum Turbonis, illius gladiatoris, in armis .i. quando armatus incedit, maiorem corpore .i. q̃ sit corpus eius. (Proprium ergo declinatur hic Turbo, turbonis, appellatiuum, quia olim dicebatur hoc turbem, facit huius turbinis) qui .i. in quo, es sup. tu minus ridiculus .i. dignus derisione, illo .i q. ille quem tu derides? q. d. in nullo, an quodcunque facit Mæcenas est verum .i. verisimile, quoque .i. etiam, te sup. facere decere, existentem dissimilem sup. Mœcenati tanto .i. in tanto (Hoc quoque verbo amicum ridentem tangit, innuens eum multa vix decentia facere) & verum est te tanto minorem sup. Mœcenate, certare .i. contendere sup. cum eo? q. d. minime, quod probat Apologo quodam Aesopi. Pullis ranæ absentis pressis .i. oppressis, pede vituli .i. iuuenis bouis .i. cum semel pulli ranæ essent oppressi a pede bouis, vbi .i. postquam, vnus sup. illorum pullorum effugit, denarrat matri vt .i. qualiter, ingens bellua eliserit cognatos .i reliquos pullos secum natos, hoc est confratres suos, illa .i. mater, hoc est vetus rana, aut bufo, rogare sup. cœpit, aut rogabat tanta ne (aut quanta ne) .i. non ne tam ingens bellua vt ego non sum, sup. oppressit eos, & sufflans .t. inflans se, rogabat sup. tandem, num .i. nunquid (quod innuit negationem) sup. bellua fuisset hic magna vt ipsa hic inflata. Respondit pullus sup. Ipsa fuit maior sup. te, dimidio .i. pro dimidio, quod audiens mater iterum inflans se interrogabat, num .i. nunquid, sup. erat tanto maior? & cum ipsa inflaret se magis, atque magis, inquit sup. pullus, ò mater si iiácetsi, ruperis te, tu non eris par illi belluæ, sup. hæc imago .i. parabola ò Horati, non abludit .i. non aliena est multum a te, q Mœcenati te æquare vis, quod non magis assequeris, q̃ rana molem bouis. Adde nunc ad ceteros furores tuos Poemata i. poeticum furorem, hoc est adde camino .i igni aut fornaci oleum vt magis ardeat, sicut Poësis te magis insanum facit, quæ sup. Poëmata, si quis fecit sup. vnquam, existens sanus, & .i. etiam, tu facis sanus, sed notum putat q poetæ insaniunt (Non tamen poëticus furor vitiosus erat. verum Damasippo inuisus) adde it. q Poëmata, non dicam rabiem horrendam, cum tamen sup. id vere dicere possim. Desine ergo Horati iam cultum maiorem censu .i. q̃ redditus tui suppetant. Ad hæc Horatius, ne concessisse hæc vitia culpetur ab æmulis, fingit se iratum in Damasippû, dicens, Damasippe teneas te tuis .i inter tuos, & tui similes. Pergit autẽ impetu petulanti Damasippus, ac si dicat, Non dicam mille furores .i insanos amores tuos puellarum, & mille furores puerorum. pergit etiam Horatius, quasi simul loquantur vt irati conuiciatores solent, dicens tamen lentius, O maior insane .i. qui magis insanis, parcas tandem minori .i. mihi minus insanienti, quam tu. & sic dissecississe se innuit.

ANTO. SABEL. Postquam omnis res) Hic introducit Damasippum sermocinantem, qui ostendere volẽs se ære alieno & fœneratorũ vsuris omne patrimonium perdidisse, per quam eleganter ait. Postquam omnis res &c. Nam Romæ in regione Basilicæ Pauli consistebant fœneratores, qui locus Ianus dicebatur: Quoniam quinque in eo Iani simulacra collocata visebantur, cuius rei meminit Porph. vt alibi signat Horat. sic scribens in j. Ep. Hæc Ianus summus Perdocet. Cic. in vij. Antonianarum Ianum medium sicut Horat. nuncupauit, & pro eodem significatu accepit &c. Ad Ianum igitur medium ait Damasipp. se rem suam, hoc est patrimonium fregisse, quoniam sub fœneratoribus corruerat in vico Iani consistentibus. Qui ad medium Ianum, pro mercatura exponunt, quid sibi velint ignoto. [Incubet vndeoctoginta) In hac Satyra per quam scite dictionem diuisit, ita vt partem in fine dictionis superioris, partem in principio inferioris carminis collocaret. Nam illud vndeoctogenta pro vna tanû dictione dictum accipere debemus, sicuti vndeuiginti, vndetriginta veteres dictitarunt. Vndeoctoginta dixit Horat. j. lxxviij. annos habens ætatis, hoc est lxxx. vnde deest vnum, sicuti interpretatur Prisc. in lib. de ponderibus &c.

Aliena negotia curo) Præfert hic Damasip. Balneatoris vt vulgo dicitur, exemplar, qui quoniam in otio viuit, neque suis negotijs destinetur, aliena curare solet. Doct. Balneator. [Immolet æquis hic) Loquitur de eo poëta qui iam ab insania resipuisse videretur. inde translatum, quod qui actus in temperijs irati numinis, hoc piaculo se consueuerit purgare. [Nauiget Anticyram) Hinc orationi poëta subesse prouerbium innuit, quo Stoicum insanû notat. Nam Strab. lib. Geographiæ ix. duas Anticyras commonstrat. Et in altera quæ sit post Crissam oppidum, elleborum nasci, in altera eiusdem nominis quæ sit ad sinum Maliacum & Oetam montem optime temperari, atque in eam quamplurimis e regionibus adnauigari sanitatis gratias. Lege de his plura apud. [Postquam te talos) Talis ac nucibus olim lusitasse pueros, vel Horat. testis est, vnde nuces relinquere, est omissis studijs ac nugis puerilibus ad grauiora, magisq. seria conuerti.

DOCT. maris. Antiquo censu natis) Nulli dubium esse debet Horat. his versibus velle homines ad auream mediocritatem, ac virtutes quæ in illa plerunque consistunt, hortari, & a vitijs deterrere. Et propterea Auli & Tyberij filiorum Seruij Oppidij exemplo prodigalitatem opponit auaritiæ, & vtrunque detestatur. [Titillet gloria, iure) Hoc est ne nimia gloriæ cupiditas, & ambitio præcipites vos agat. Significat n. titillare sensum aliquem cum voluptate mouere, & ad cupiditatẽ nimiam trahere.

COEL. RHOD. Filius Æsopi detractam) Horum versuum talis est intellectus Clodius Æsopi tragœdi filius, vt experiretur in gloria palati (vt inquit Plin.) quid sapiant margaritæ, singulos vniones conuiuis absorbendos dedit. Cœl. lib. xiij. cap iij

GLAR. Postquam omnis res mea Ianum Ad medium) Iani statuæ tres erant, inquit idem, ad vnam illarum solebant cõuenire creditores & fœneratores, alij ad reddendû, alij ad locandû fœnus. Hæc ille. Porph. autem ait omnes ad Ianum in Basilica stabant fœneratores. At lib. j. Epist. j. & Acron & Porph fatentur duas esse ad Basilicam Pauli. Verum quia Horat. medium ait, videntur fuisse tres. Meminit Cic. ad finem lib. ij. Off. Sed toto hoc genere inquit, de quætenda, de collocanda pecunia, etiam de vtenda, commodius à quibus optimis viris, ad medium Ianum sedentibus, quam ab vllis philosophis vlla in scola disputatur. Vbi male legitur ad medium ianuæ, ineptiusq. ab commentatoribus in hemicyclo exponitur. Hunc locum primus eruit nobis Doct. vir natus ad hoc, vt errores ex optimorum auctorum libris tollat quemadmodum mõstra ex mundo Hercules. [Cum Ilionam edormit) Quæ hic Acron adfert de Iliona, vt loco fratris, filium posuerit, ita vt Polymnestor deceptus filium trucidauerit, abs quo conficta sint, immo à quo recepta, mirari satis nequeo. Ego fabulæ nomen Ilione fuisse puto, & Fusium vel eius, vel Heculæ personam, Catienum Polydori obtruncati egisse. Quod ex hoc carmine apparet, quod in Acronis commentario citatur, Mater te appello, soror ò surge & sepeli me, in Porphyr. commento aliter legitur, quasi octonarius Iambicus. Sed non solum il idem hic est error. Ea omnia sanare nec possumus, nec nostri est propositi. [Nescio an Anticyram) Multum Anticyræ, inquit Acron, dandum est auaris, quasi Anticyra herba sit, quod plane puto illum existimasse, quippe qui paullo post dicat, posuit autem Anticyram pro medicamine simile est quod paullo post exponit dare centum, id est ducentas libras, nouem modios grani. Hæc ille. Quis pateretur hæc à puero, si quem quis audiret ita delirantem? Nunc editis libris in auctorem tam vetustum ac elegantem taleis nugas pro enarrationibus legimus. [Is intestabilis & sacer esto) Intestabiles, inquit Acron, appellabantur, quorum testimonium non valebat

bat. Porph. autem, Antiqui eos, inquit, quos in testimonium di mitti volebant, intestabiles vocabant. Hæc ille. Multa similia Iurisperiti. Badius autem intestabilis exponit i. testamenti expers, & rerum mearum idque proprius vero hoc loco. Non possum autem satis mirari insignem impudentiam nostri annotatoris, qui tres dictiones ex vna facit stabilis in te. & ambo nominatiui casus censet. Præterea post vestrum adijcit, aut contra, & sensum, & mentem auctoris. Huic tam audaci corruptori modestius quam oportuit respondet Badius. Ideo ea repetere supersedebimus. [Quorsum insanus? quid enim Aiax Fecit?) Badius putat hæc Agamemnonis esse verba, at ego puto plebei qui dicat Agamemnoni, quo genere insaniæ laborauit Aiax qui eum insanum appellas, cum tu sis non minus insanus? quod statim probabit. [Ac Tusci turba impia vici) Mira est contentio auctorum de hoc vico, vbi, & qua parte ciuitatis, quando cœperit, & quare eius turba hic impia dicatur, quos omnes componere non est nostri instituti. Hoc autem risi, quod Anius quidam Viterbiensis egregie stomachatus & in Liuium & in Dionysium Alicarnaseum, sub Romulo, auctore Varrone, non sub Porsena, huius vici nomen fuisse vt illi voluere contendat. Deinde turbam impiam dici quod patriam reliquerint, alioqui religiosissimos, quasi poëta non sua respexerit tempora, & à septingentis annis mutatis mira fieri potuit, nimirum vt tota Roma mutata fuerat ex sobria in ebriam ita & vicus hic ex religioso in impium. In Acr. vero commentarijs Arietnis legendum, pro Hereinijs. [Sume tibi decies, tibi tantundem, tibi triplex) Vt in decies intelligimus centena millia HS. ita in triplex intelligo tricies centena milia HS. Hoc est ter decies, siue ter tantum quantum vel venatori, vel piscatori. Ratioque subiungitur. Vnde vxor media currit de nocte vocata, vel citata, vt Porph. legisse videtur. Badius hæc exponit quasi idem sit tricis HS. & triginta sestertia. Item decies HS. & decem sestertia cum Budæus ingens Galliæ nostræ ornamentum, hæc in immensum differre non minus luculenter quam erudite ostenderit. [Quid cum Picenis excerpens semina pomis) Inter Picenum & Picentem, hoc interest, Picenum vas dicimus, Picentem, hominem. Hæc Acron, quæ ego corrupta puto. Picenum enim regio est propè Vmbros, Anconam vsque tensa. Picentes vero vicini Lucanis ac Hirpinis, ad alteris origenem duxere, vt Strabo auctor est libro quinto ad finem. [Atque ignem gladio scrutare) Pythagoricum est, inquit Porphyr. Doctor trifariam hoc ab auctoribus magnis vsurpatum docet in Adagionum volumine, vbi de Pythagoræ Symbolis. Ceterum poëta hoc loco vt ostendat amatorem insanum magis puero ędificante casas hoc ait, Pueri lusum, stultum illum quidem, sed innocuum, neque quicquam periculi aduehētem, Amatoris autem stultitiam sæpe cruorem adducere, sæpe etiam ad crudelitatem prouocare, id quod & de Mario continuo probat. Præterea Cerritus nomen quidam ἀπὸ τῆ κέρατ@ deductum putant. Sed ego malim cum Nonio dictum asserere: Cerritum quasi Cereritum. i. Cereris ita percussum, atque ideo primam lōgam, vt in ferrem proferrerem. [Chrysippus ponit fœcunda in gente Menem) Menenius, inquit Porphyr. fuit illis temporibus insanus vel certe plebeius, qui tamen videri voluit a Menenio illo, qui senatum & populum in gratiā reduxit. Hæc ille. Significat igitur Menenium in hoc stultum, quod altioris originis esse voluit quam erat. locus autem Porphyr. corruptus erat. [Stoice post damnum sic vendas) In, sic, videtur esse argutia quasi diceret, ita precor vt omnia vendas pluris, modo mihi dixeris qua laborem stultitia, vt sic te diua potens Cypri. deinde satyrica reprehensio in, post damnum. [Ædificas, hoc est longos imitaris) Insaniam ostendit quod ædificet, deinde quod breuis longos imitetur, innuit pauperem illum velle æquare se diuitibus, quod etiam insaniæ genus non vulgare, etiam si frequentissimum vulgatissimumque. [Maior dimidio) Quidam putant hæc pulli respondentis verba esse, qui dicere velit matre uitulum dimidio maiorem fuisse quam ipsa esset cum se semel inflasset, sed mihi continuatus videtur sermo matris, quasi quæ, puter immane monstrum quod dimidio maius esset quam ipsa inflata, ita enim ipsi visum est, & procedit optime iocus apologi ad pusilli hominis existimationem, quam de se concipit. [Non dico horrendam rabiem) Mira loci huius variatio tum lectione, tum expositione quidam dicam pro dico legunt, quidam desine, quidam desino. Ceterum multæ expositiones esse possunt, est tamen velut duorum concertantium ac conuitiantium sermo, ita vt prope simul loqui videantur. Damasippus igitur togatus, egregie Horat. Stultitiam obijcit, quod ædificet, quod carmina faciat, quod cultum censu maiorem ostentet. Denique quod & in amorem furat Horat. Contra, Damasippum admonet vt suis se teneat, adiecturus fortassis aliquid, nisi Damasippus obturbasset, Tandem Horat. tanquam offensus ac iam abiens, pronunciat Damasippum maiorem esse stultum. Quidam etiam hæc verba, non dicam horrendam rabiem, ita intelligit? q. d. horrendam obticeo quia desino. Sed cultum maiorem census mille furores puellarum puerorumque dicam. Potest etiam. iam desine Horat. vt inter turbans dicere, vt reliqua omnia interturbantur.

## ARGVMENTVM.

*Inducit Catium Epicureum, qui quattuor libros de natura scripsit, arroganter de secta sua differentem, quam hac Satyra ridet Poeta, vtpote quam in voluptate poneret summum bonum.*

## SATYRA IIII.

VNDE, & quo Catius? non est mihi tempus auenti
Ponere signa nouis præceptis: qualia vincunt
Pythagoram, Anytiq. reum, doctumq. Platona.
Peccatum fateor: cum te sic tempore leuo
Interpellarim: sed des veniam bonus oro.
Quod si interciderit tibi nunc aliquid: repetes mox.
Siue est naturæ hoc, siue artis, mirus vtroque.
Quin id erat curæ: quo pacto cuncta tenerem:
Vtpote res tenueis, tenui sermone peractas.
Ede hominis nomen: simul an Romanus an hospes.
Ipsa memor præcepta canam: celabitur auctor.
Longa quibus facies ouis erit. illa memento,
Vt succi melioris, & vt magis alba rotundis
Ponere: nanque marem cohibent callosa vitellum.
Caule suburbano, qui siccis creuit in agris,

ASCEN. VNDE, & quo Catius?) Catium ex cœna Nasidieni redeuntem ostēdit poëta cum quo de lautitijs mensarum multa loquitur subtiliter sanè, vt ferè nescias an ridere velit Poëta Epicureorum quorum sectator erat, Dogma, an tradere. Est (vt dixi) ferè in sermonibus Horatij Dialogus. unde & Sermones merito nuncupauit, à conferenda uidelicet ultro citroque locutione. Loquitur ergo Poëta dicens: Vnde supple uenit, & quo sup uadit Catius? Est autem modus interrogandi succinctus, & de præsenti tanquam de alio, ut de familiaribus solemus. Respōdet Catius: Tempus sup. respondēdi, non est mihi auenti. i. cupienti ponere signa nouis. i. admirandis præceptis decoctione. s. & lautitijs cœnarum, qualia supp. præcepta uincunt i. superāt: Pythagoram Samium illum philosophū, & Italicæ doctrinæ principem, qui primus philosophus appellatus est. que, pro &, reū Anyti i. quem Anytus ut reum accusauit, & ad mortem compulit, uidelicet Socratem, qui falsis delationibus Anyti & Melyti in carcere Atheniēsi cicuta nectus est, que, pro &, alia sup. uincunt Platona doctum. i. præcepta Pythagoræ, Socratis, & Platonis. Respondet Horat. Ego fateor peccatum i. me peccasse, cum interpellauerim, hoc est interruperim cursum tuum te appellando sic, tempore læuo. i sinistro, hoc est importuno, sed oro ut sup. tu bonus. i. benignus & exorabilis: des ueniam. i ignoscas. quòd si aliquid interciderit, id est à memoria exciderit modo: tu repetes mox. i. paullo post. nam siue hoc, scilicet repetere posse, & memoria complecti, ac multa scire, est naturæ, id est datum tibi à natura: siue artis, id est acquisitum ab arte, tu es mirus in utroque. uel sic, Siue hoc quod agis est naturæ, id est pertinet ad scientiam naturalem, siue est artis, id est pertinet ad scientiam artificialem, tu es mirus in utroque. Respondet Catius: Quin, id est quinimmo, id erat curæ, id est id curabam: quo pacto, id est quo modo: ego tenerem memoria, scilicet cūcta præcepta, utpote res tenues.

Dulcior. irriguo nihil est elutius horto.
Si vespertinus subito te oppresserit hospes;
Ne gallina malum responset dura palato,
Doctus eris viuam mixto mersare falerno.
Hoc teneam faciet. pratensibus optima fungis
Natura est: alijs male creditur. ille salubreis
Aestates peraget; qui nigris prandia moris
Finiet: ante grauem quæ legerit arbore solem.
Aufidius forti miscebat mella Falerno,
Mendose: quoniam vacuis commitere venis,
Nil nisi lene decet. leni præcordia mulso
Prolueris melius. si dura morabitur aluus:
Mutulus, & viles pellent obstantia conchæ,
Et lapathi breuis herba, sed albo non sine coo.
Lubrica nascentes implent conchylia lunæ.
Sed non omne mare est generosæ fertile testæ.
Murice Baiano melior lucrina Peloris.
Ostrea Circæis, Miseno oriuntur Echini.
Pectinibus patulis iactat se mollet Tarentum.
Nec sibi cœnarum quiuis temere arroget artem:
Ni prius exacta tenui ratione saporum.
Nec satis est cara pisceis auertere mensa,
Ignarum quibus est ius aptius: & quibus assis
Languidus in cubitum iam se conuiua reponet. *
Vmber, * & iligna nutritus glande, rotundas
Curuet aper lanceis carnem vitantis inertem.
Nam Laurens malus est, vluis, & arundine pinguis.
Vinea summittit capreas non semper eduleis.
Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.
Piscibus, atque auibus, quæ natura, & foret ætas;
Ante meum nulli patuit quæsita palatum.
Sunt quorum ingenium noua tantū crustula promit.
Nequaquam satis in re vna consumere curam.
Vt si quis solum hoc, mala ne sint vina, laboret,
Quali perfundat pisceis securus oliuo.
Massica si cœlo supponas vina sereno:
Nocturna, si quid crassi est, tenuabitur aura:
Et decedet odor neruis inimicus: at illa
Integrum perdunt lino vitiata saporem.
Surrentina vafer, qui miscet fece Falerna
Vina: columbino limum bene colligit ouo:
Quatenus ima petit, voluens aliena vitellus.
Tostis marcentem squillis recreabis, & Afra
Potorem coclea. nam lactuca innatat acri
Post vinum stomacho: perna magis, ac magis hillis,
Flagitat in morsus refici: quin omnia malit,
Quæcunque immundus feruent allata popinis.
Est operæpretium duplicis pernoscere iuris
Naturam. simplex è dulci constat oliuo:
Quod pingui miscere mero, muriaq. decebit:
Non alia, quam quæ Byzantia putruit orca.
Hoc vbi confusum sectis inferbuit herbis:
Corycioq. croco sparsum stetit: insuper addes
Pressa Venafranæ, quod baca remisit oliuæ.
Picenis cedunt pomis Tiburtia succo:
Nam facie præstant. Venucula conuenit ollis.
Rectius Albanam fumo duraueris vuam.
Hanc ego cum malis, ego fæcem primus, & alec,
Primus & inueni piper album, cum sale nigro
Incretum, puris circumposuisse catillis.

tenues.i.subtiles,& ita parū perceptibilis,& peractas.i. mihi traditas, tenui.i.modico sermone. Respondet Horat. Ede.i. eloquere. dic mihi nomen hominis.i.præceptoris tui,& simul ede an Romanus sup. sit, an hospes.i.peregrinus (forte sciptū erat hostis,quo nomine, vt docet Cic.in Officijs,olim externi nominabantur)Respondet Catius, Ipse.i. ego memor.i. quia memor sum, & vt memor maneam, canam.i. narrabo præceptas sed auctor celabitur. Incipit ergo narrare præcepta,quorum primum est,Memento ponere.i. anteponere conuiuis,illa sup. oua quibus ouis facies.i.factura & figura est longa,vt.i.tanquam melioris succi,& vt magis alba.i. meliora rotundis. Nam pro quia oua sup.callosa.i.multos callos habentia, cohibent.i. in se tenent, vitellum marem i. fortem aut meliorem, vel vnde masculus nascatur. Caulis,si supponatur sup. siue colis (nam vtrunque pro eodem dicitur mutando au, in o, estque interdum species brassicæ, interdum tyrsus ille qui per medium cuiuslibet folij, aut frondis protenditur. vnde pro ea specie fere accipitur quæ eminentem habet caulem) qui creuit in agris siccis, est dulcior cole suburbano, id est quam is,qui creuit in suburbijs. nihil autem est elutius i. insipidus (nam si res saporosa eluatur perdit gratiam. & est vocabulum aptum rei)horto irriguo.i. irrigato & humido. Si hospes vespertinus.i. vesperi inopinatus adueniens oppresserit te subito, ne gallina quam ei parare vis,existens dura.i.minus tenera, responset palato malum, id est insipide, tu eris doctus.i. scies: mersare.i.immersare eam viuam, Falerno.i.forti vino mixto.s.cum aqua, hoc.i.ita mersare,faciet eam teneram. Optima natura est fungis pratensibus.i.in prato nascentibus. (Est autem fungus herba illa boleti similis multum tecta quasi pileo prælargo. vnde sic pilea tum Plautus in Trinummo de fungino genere dixit.) Creditur.i fides adhibetur, male.i.periculose,alijs sup. fungis in fimo nascētibus ille peraget salubres æstates.i. sanus erit per æstatem qui finiet prandia nigris moris. quæ .s. mora, ipse legerit in arbore ante Solem.i.calorem Solis, grauem i. ingrauescentem. Aufidius miscebat mendose mella forti falerno & ita faciebat mulsum austerum & grossum in quo peccabat. quoniam nil.i. non aliquid, non decet committere venis vacuis.i.sitientibus & ieiunis,aliquid nisi lene i.subtile, & non austerum. tu prolueris.i. ample laueris, melius.i.conuenientius præcordia.i. intestina circa cor,mulso.i. vino dulci,leni.i. subtili & non vehementi, quale est falernum. Si aluus.i. receptaculum sordidum dura.i. duros & non faciliter egestibiles cibos continens morabitur te,ita qaod egerere nequeas, mitilus,aut michilus,concha nigra cuius in aluum laxat (quia tñ & conchæ dicit, quasi vero mitilus concha non sit, quidam legunt mugilis, sed Acron & Porphyrio mitilus) & viles conchæ sup. reliquæ,possent obstantia.i. impedimenta & breuis herba lapathi,pro lapathij,non sine.i tamē cū albo sup. vino, Coo.i.ex Co insula. Lunæ nascentes.i.crescētes implent conchylia lubrica vt ostrea. Sed non omne mare est fertile generosæ testæ.i. nobilis. Nam peloris Lucrina.i.in Lucrino lacu capta, est melior murice.i pisce illo de genere cōchyliosum, vnde purpura tinguitur Baiano.i.capto apud Baias Ostrea oriuntur sup. laudata, Circæis.i.in mari iuxta Circæos, echini pisces hirsuti nascūtur Miseno.i. iuxta illud promōtorium à Miseno appellatum, Tarentum oppidum illud molle.i. vbi molliter viuitur, iactat .i. extollit se pectinibus.i. piscibus illis, patulis .i. largiusculis. Nec sibi cœnatum,hactenus de emendis obsonis,nunc de parandis loquitur. Ordo est. Nec quiuis.i.quilibet homo indifferenter,arroget sibi temere.i. passim & temerarie, artem cœnarum sup.instruendarum, non.i. nisi tenui.i.subtili ratione saporum,exacta.i.exacte nota prius. Nec satis est auertere.i.auferre, pisces emptos a cara mensa.s.vēditoris,quia sup. mensam vēdit, hoc est non satis est emisse caros pisces,ignarum.i.eum qui ignorat, quibus sup. obsonijs aptius est ius.i.vt in iure parentur, hoc est bulliantur, & quibus aptius est supple vesci assis (Sunt autem tria genera obsoniorum, elixa.i bullita, sed sine iure comestibilia, iussulenta.i.in iure cocta, & cum eo comedenda. & assa,) Si sup. conuiua languidus .i.iam pene satur,& non tam auide comedens reponet, id est reclinabit iam se in cubitum, tunc aper Vmber, id est ex Vmbria nutritus, glande iligna, id est ilicis arboris, quæ dulcior est curuat (aut curuet,) scilicet pondere suo: rotundas lances, supple illius conuiuæ: vitantis, id est fugientis, carnem inertem, id est insipidam, & male coactam aut domesticam. Sic autem malo legere & construere, quam sicut Bonfinius qui legit Vmbes ut iligna. & construit sic Vmber conuiua languidus iam se recumbet in cubitum, id est iam consurget,

* Reponet in cubitum .s. cōsurget. Bonfinius.

* Hic et, uel ubi & reponendum, alias nec latina nec Horatiana videbitur effectio in qua & copula, nihil operaretur. Bonfinius

get,& se etiget ad comedendum,vt,vel vbi.i. postquam,aper nutritus iligna glande,curuat rotundas lances vitatis carnem inertem.f.magistri conuiuij &c. Hæc ille. Quæ ideo non placent, quia recumbere in cubitum non est se erigentis, sed languidi & defessi,aut dolentis. Præterea,quod Vmber sit epitheton apri non conuiuæ. vt patet quia subditur. Nam Lauteus,&c.in Vmbria enim multæ sunt arbores glandiferæ quæ bonam, & non inertem efficiunt carnem, in Lautetana regione plurimæ paludes,quæ inertem & insipidam reddunt. Item malim dicere lances conuiuæ vitantis inertem carnem, hoc est positas ante talem conuiuam, quam regis conuiuij, quia non de rege saginando, sed de conuiuiis laute accipiendis disputat. Nam aper sup. Laurens.i.in agro Laurenti captus,existans pinguis vluis.i.herbis paludosis,& harundine,est sup.malus.i.insipidus. Vinea non summittit.i.clanculum mittit semper,capreas edules,hoc est capreæ quæ ex vineis afferuntur,non semper sunt edules.i.bonæ ad edēdum,siue de animalibus, siue de palmitum retinaculis intelligatur. Sapiens .i. qui bonum gustum habet,& bene sapit. sectabitur armos.i.vicina humeris, leporis fœcundi.i.multos fœtus producentis.i. cuniculi. Quæ natura & quæ ætas foret piscibus atque auibus nullis patuit quæsita.i.tametsi esset quæsita ante meū palatum.a.ante q̃ per palatum meum inueni. Sunt sup. coci,quibus ingenium promittit .i. producit & dat inuenire tantum noua crustula .i. genera placentæ ex pane condita, sed sup. nequaquam satis est consumere curam in vna re, vt si quis laboret solum hoc,na.f.vina sint mala,securus .i. negligens & non curans, quali oliuo.i.oleo oliuæ,perfundat pisces, sup. non satisfacerit. Si tu suppones,aut supponas, cœlo sereno aëre, vina Massica .i. à monte in quo nascuntur sic dicta, si quid .i. aliquid, crassi est sup. in eis,id tennabitur.i. purgabitur,& tenue fiet aura nocturna, & odor inimicus neruis .i. grauis, & nimium penetratiuus enetuans vires,decedet.i.euanescet. At .i. sed illa .f. Massica vina vitiata.i.vitiose purgata & colata lino.i.sacco lineo per quem transfunduntur, perdunt integrum saporem,q.a languida fiunt, sup. ille vafer.i.callidus,qui miscet.i.cōmiscet, vina Surrentina, quæ lenia & tenuia sunt fece Falerna.i. vini Falerni,quod austerū & forte est,bene colligit.i.accumulat,limum.i fecem vini Falerni,ouo columbino. quatinus,aut quatenus.i. quoniam vitellus.f.oui columbini,vitans.i.effugiens,aliena,id est vina alterius naturæ,petit ima.i.fundum vbi limus est. quem contrahit. Tu recreabis marcentem .i. languentem stomachum qui non habet appetitum,squillis.i.piscibus illis,tostis.i.assis.& tu recreabis potorem.i.eum,qui gaudet potu,cochlea.i.limace, Afra .i. ex Africa. Nam lactuca innatat acri stomacho post vinum. immorsus.i. qui nihil adhuc eo die momordit,sicut impransus,incœnatus &c.i.ieiunus flagitat refici magis perna sup. salita, & adhuc magis hillis, quæ sunt intestina plena carnibus minutim concisis,quin malit omnia quæcunque, feruent .i. calida sunt allata.i. apportata. popinis immundis.i.locis vbi summa, & cetera pinguia,quæ calida sumi solent,coquuntur,qui haud dubie immundus est, operæpretium est .i. dignum labore, aut expediens est, pernoscere.i.perfecte noscere, naturam duplicis iuris.i.liquaminis,in quo obsonia coquuntur, & comeduntur. Simplex supp. ius,constat.i.conficitur è dulci oliuo, quod decebit miscere pingui mero,& mura.i.liquamine ex sale indurato & aqua medicaro,in quo piscia salsus est,non alia.i. non cum alia muria, quam sup. illa,qua.i.in qua,orea.i.piscis,aut testa,Byzantia.i.ex Byzantino mari,putruit i liquefacta est,vbi.i postquam, hoc .f. oleum cum muria & liquamine, inferbuit .i. feruidum effectum est, & stetit sparsum herbis sectis, & croco Corycio, quod optimum est. tu addes insuper illud sup. oleum quod baca oliuæ Venafranæ,quæ optima est,pressa .i. postquam pressa est, remisit .i. effudit. poma Tyburtia cedunt Picenis sup. pomis .i. vincuntur ab eis succo. nam præstant.i meliora sunt, facie.i. superficie & colore. Venucula sup. vua conueuit ollis.i. conseruanda est in ollis & tu duraueris.i.duram feceris rectius vuam Albanam fumo. ego primus inueni hanc sup. vuam,cum malis .i. quibusdam pomis,ego inueni fecem genus quoddam liquamine,& alec, aliud genus,& ego inueni primus circumposuisse catillis pucia album piper cum nigro sale.

Immane est vitium, dare millia terna macello:
Angustoq́. vagos pisces vrgere catino.
Magna mouent stomacho fastidia, seu puer vnctis
Tractauit calicem manibus: dum furta ligurit:
Siue grauis veteri crateræ limus adhæsit.
Vilibus in scopis, in mappis, in scobe, quantus
Consistit sumptus? neglectis, flagitium ingens.
Ten' lapides varios lutulenta radere palma:
Et Tyrias dare circum illota toralia vesteis:
Oblitum, quanto curam, sumptumq́. minorem
Hæc habeant: tanto reprendi iustius illis:
Quæ, nisi diuitibus nequeunt contingere mensis?
Docte Cati per amicitiam, diuosq́. rogatus
Ducere me auditum, perges quocunque, memento.
Nam quamuis referas memori mihi pectore cuncta:
Non tamen interpres tantundem iuueris. adde
Vultum,habitumq́. hominis: quem tu vidisse beatus
Non magnipendis: quia contigit: at mihi cura
Non mediocris inest, fonteis vt adire remotos,
Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ.

## ASCENSIVS.

IMmane est &c.) Nunc præcipit munditias & lautitias quæ debent seruari à splendido epulone. Ordo est. Immane vitium est dare macello, id est expendere in emendis obsonijs terna millia supple sestertium aut nummum, & vrgere, id est constringere, pisces vagos, id est vagari solitos angusto catino, id est vase escario. Magna fastidia mouent supple se, aut quæ sequuntur mouent, id est excitant stomacho, magna fastidia, id est nauseam, seu puer, id est minister, tractauit calicem, id est poculum, manibus vnctis, id est crassis, dum ligurit, id est auide exorbet furta, id est ius furtiuum, siue grauis limus adhæsit veteri cratere. Quantus sumptus, quasi dicat minimus consistit in scopis, id est virgis, quibus domus verritur, in mappis, quibus manus terguntur, in scobe, id est illo quod de scobina, siue lima decidit, quo vasa purgari solent. Ingens flagitium, id est peccatum flagitione dignum, est neglecti supple sumptus, id est si negligatur. Ten', id est te ne, supple docet radere, id est contingere varios lapides, qui sunt in poculis: palma lutulenta, id est luti plena? quasi dicat minime & dare vestes Tyrias, id est ex purpura Tyria, dibapha, id est bis tincta quæ illic optima erat circum toralia, id est quibus tori discubitorij sternuntur, aut cooperiuntur. (Quanto hæc quæ dicta sunt ad munditiam pertinere, habebant minorem curam & sumptum, tanto iustius est oblitum, id est qui ea obliuiscatur: aut neglexerit reprehendi. iustius dico illa, id est quam de illis, quæ nequeant contingere nisi diuitibus mensis? Respondet Horat. O docte Cati, tu rogatus per amicitiam, & per diuos, id est deos, memento me ducere, quocunque tu perges, auditum, supple ea præcepta quæ tu auditurus es, hoc autem per Ironiam dicit. Nam quamuis referas, id est racites mihi cuncta mente memori, tamen tu interpres non iuueris, id est non delectaueris me tantundem, quantum supple principalis præceptor. Adde vultum & habitum hominis supple talia præcipientis: quam vidisse tu beatus non magnipendis, quia contingit, scilicet tibi, licet cum difficultate, datum est. At, id est sed, cura non mediocris, id est sanè magna, inest mihi: vt quædam adire remotos fontes, atque haurire supple ex eis accepta vitæ beatæ, id est quam vos beatam ducitis.

VTPOTE res tenueia.) Huc pertinere videtur prouerbium. Tenuiter diducis, quod dici solitum de ijs, qui pauperum more tenuiter victitant. Translatum apparet à mulieribus lanam carminantibus. Interdum tamen ad exactam curam referunt, ac subtilitatem, vt est hic apud Horatium. Nanqua marem cohibant callosa vitellum. DOCT. interpr.

## GLAREANVS.

OBscure est hoc dictum) Acron exponit marem .i. fortem du℞,noster annotator pro meliore,sed sensum tñ non explicant. Propius vero vr̃,quod Badius ait marem vitellū, vnde masculus nascatur si supponatur,& cohibent pro, in se tenent.

nent. Illud callosa maxime explicatum hoc loco velim, nam callos mutos habentia non satis facit ad sensum eliciendum. [Et quibus assis Languidus in cubitum) Hæc verba coniungenda sunt, nec distinguenda post assis. Assos enim quosdam cibos ista aliquando placere, ait vt languidum conuiuam tursus excitent inuitentque ad edendum, qui iam ad nullum cibum amplius surrecturus videbatur. Languidus igitur, hoc est satur, & reponet.i. rursus se eriget a thoro vt comedat. In Vmber autem alia incipit præceptio. Badius sequentia recte exposuit, contra insignem nostri annotatoris impudentiam & hallucinationem, qui Vmber hoc loco hominis non apti epitheton esse existimauit. Sed illa priora male disiunxit idem Badius. Nam post assis colon posuit, & sequens carmen sequenti de Apro præceptioni connexuit, quod non placet. [Vinea summittit capreas non semper eduleis) Capreas pro hœdis exponit Porph. si liber non errat, quod equidem suspicor, queadmodum & paullo ante corrupta sunt quæ de Vitelli genere, & fungis scripsit, ac de murieum Peloridumque comparatione. Ceterum si ob vites Baccho capet omnibus aris cæditur, vt est apud Maronem, non video, quomodo hic locus de animali intelligatur. [Venucula conuenit ollis) Plin. lib. xiiij. cap. ij. Venuculam vocat ollis aptissimã, alludens ad hunc Horat. locum, vt opinor. Ceterum de alece & eius generis, alijs, quæ paullo post hic poëta numerat, vide eundem Plin. lib. xxj. cap. viij. Horat. genere neutro vsurpauit vt Plautus, sed Plinius fœminino. [Ten' lapides varios lutulenta radere) Badius de lapidibus in poculis intellixit, & palmam de manu. Porphyri de marmore dictum scribit. Vnde non dubito pro varios, legendum parios, vt admonuit nos Doct. præceptor noster. Et palmam de scopis intelligendum. Et est sensus elegans ad illud. [Immane est vitium dare millia terna macello. Angustoque vagos pisces vrgere catino) Sic non decere ait pulchra sedilia sordidis commaculare scobinis, & Tyrias vesteis dare circum illora toralia. Quare cum Porph. hic sensus de marmoribus intelligendus, non de lapidibus in poculis.

## ARGVMENTVM.

*Ingenio se auaros carpit sub Vlyßis persona quem apud inferos inducit sciscitantem qua arte poßit ditescere.*

## SATYRA V.



Hoc quoque Tiresia, præter narrata, petenti
Responde: quibus amissas reparare queam res
Artibus, atque modis. quid rides? iam ne doloso
Non satis est Ithacam reuehi: patriosq́. penates
Aspicere? ò nulli quicquam mentite, vides vt
Nudus, inopsq́. domum redeam te vate. neque illic,
Aut apotheca procis intacta est, aut pecus. atqui
Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior alga est.
Quando pauperiem missis ambagibus horres:
Accipe, qua ratione queas ditescere. turdus,
Siue aliud priuum dabitur tibi: deuolet illuc:
Res vbi magna nitet domino sene. dulcia poma,
Et quoscunque feret cultus tibi fundus honores,
Ante larem gustet venerabilior lare diues.
Qui quamuis periurus erit, sine gente, cruentus
Sanguine fraterno, fugitiuus: ne tamen illi
Tu comes exterior, si postulet, ire recuses.
Vis ne tegam spurco Damæ latus? haud ita Troiæ
Me gessi certans semper melioribus. ergo
Pauper eris. fortem hoc animum tolerare iubebo.
Et quondam maiora tuli. tu protinus, vnde
Diuitias, ærisque ruam, dic augur, aceruos.
Dixi equidem: & dico: captes astutus vbique
Testamenta senum: neu si vafer vnus, & alter
Insidiatorem * præroso fugerit hamo:
Aut spem deponas: aut artem illusus omittas.
Magna minorue foro si res certabitur olim:
Viuet vter locuples sine gnatis, improbus vltro
Qui meliorem audax vocet in ius: illius esto
Defensor. fama ciuem, caussaq́. priorem
Sperne: domi si gnatus erit, fœcundáue coniux.
Quinte puta, aut Publi (gaudent prænomine molles
Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicum.
Ius anceps noui: caussas defendere possum.
Eripiet quiuis oculos citius mihi; quàm te
Contemptum cassa nuce pauperet. hæc mea cura est:
Ne quid tu perdas: neu sis iocus. ire domum, atque

ASCEN.



Hoc quoque Tiresia &c.) Heredipetarum.i. petentium hereditatem impudentem captationem lepide taxat. Inducit autem Vlyssem à Tiresia disquirentem quomodo perditas res recuperare posset, cui Tiresias tamen det quod per captationem. Sumpta autem est occasio ex Homero, qui in Odyssea fabulatur, Vlyssem ad inferos descendisse, illicque Tiresiam vatem Thebanum & diuinatione donatum multa rogasse de statu suo futuro, post quæ (vt hic, inquit Poëta) perquisiuit quo pacto posset reparare res suas. Ordo est. O Tiresia, responde supp. mihi, scilicet Vlyssi, petenti quoque .i. etiam hoc.i. hanc rem, præter narrata .i. præter ea quæ narrasti mihi videlicet quibus artibus. atque modis queam reparare res amissas. Cum autẽ hæc diceret Vlysses, fingitur risisse Tiresias. Vnde ait Vlysses. Quid .i. ad quid rides? Respondet Tiresias. Iã ne, vel an ne, non ne satis est tibi ò Vlysses doloso.i. doli & fraudis pleno, reuehi (hoc enim videtur esse pollicitus) Ithacam.i. ad patriam tuam, & aspicere Penates patrios.i. patriæ tuæ? Addit Vlysses, ò Tiresia sup. nulli.i. non vlli, non mentite vlli quicquam.i. quamuis rem, vides vt.i. qualiter, ego redeam domum nudus & inops te vate.i. cum tamẽ tu sis vates & possis me vaticinio tuo docere quomodo diues fiãm, neque aut apotheca, id est penus quę recondita sunt domi, est intacta.i. non consumpta immo consumpta illic.i. in patria quo propero, aut sup. neque pecus est intactum á procis.i. ab ijs qui Penelopen vxorem meam in matrimonium deposcunt. Atqui i. tamen certe, & genus & virtus est vilior alga .i. quam herba è mari ad littus, aut fluuio ad ripam iactata, nisi.i. si non sit, cum re.i. cum diuitijs, quia vilipenditur sine illis. Quando, respondet Tiresias docens qua via possit diuitias accumulare videlicet, per adulationes & captationes, in hoc mores sui temporis notans. Ordo est. Ambagibus, id est circumlocutionibus obscuris, ac dubijs sentẽtijs missis quando, id est quandoquidem, tu horres, id est exhorres pauperiem, id est paupertatem accipe, id est audi & disce qua ratione queas ditescere, id est diues fieri. Si supple turdus, id est delicatissima auis, siue aliud priuum, id est proprium (quod vulgo non reperitur) dabitur tibi, deuolet, id est de te volet. (Et bene, quia turdum dixit, cuius est volare) illuc, id est ad eũ locum: vbi nitet, id est resplendet magna res: domino existente supple sene, diues venerabilior, id est quem tu qui diuitias eius captas magis venerari debes. Lare, id est quam Deum familiarem tuum, gustet ante Larem, id est priusquam Lar: dulcia poma (quæ præconia sunt) & quoscunque honores, id est fructus honestos, hoc est pulchros: fundus cultus feret, id est producit tibi. Qui supple diues: quamuis, id est quantumuis, erit periurus, id est infamis propter periurium, sine gente, id est non generosus, sed ignobilis, cruentus fraterno sanguine, id est quamuis fratres occiderit, existens. fugitiuus à patria sua tamen tu non recuses, id est renuas: illi ire comes exterior, id est in exteriore parte, hoc est distantiore à domibus quæ inferior est, aut sibi à parte sinistra si postulet, id est si requirat a te. Respon. Vlysses: sic tamen vt Romanus videatur, quia Damam notat, nisi & Græcum Damam consimilis vitæ diximus vis ne, id est mones ne, vt ego tegam latus, id est sim satelles a latere incedens, Damæ: viro illi spurco, id est immundo? O Tiresia supple ego, haud, id est non gessi me Troiæ, id est apud Troiam ita, id est vt sic immundis inseruiam, certans .i. contendens semper melioribus supple me, vt

** Præroso hamo, hoc est accepta à te præda fraudem ru sperata heredi tate.*

vt cum Achille, Palamede, Aiace &c. Tiresias. Ergo si non vis ita facere, tu erit pauper. Vlysses. Ego iubebo animum meum fortem tolerare .i. sustinere, & perpeti hoc i. vt inseruiam immundis & turpibus, & ego tuli. i. passus sum, quondam. i. aliquando maiora, tu augur dic protinus, vnde ruam .i. eruam diuitias, & aceruos æris. i. pecuniæ, quæ tunc ærea fuit. Tiresias. Equidem dixi, & dico (si vis. s. discere tu astutus .i. callidus, ne reprehendaris, captes vbique testamenta senum, neu .i. ne ue, si vnus & alter sup. senex, vafer .i. callidus & versutus, fugerit, sup. te insidiatorem. i. quem noscit sibi insidiari, & hoc hamo. i. dolo ac fraude, quæ sub dulcedine verborum & factorum tuorum est preroso .i. prægustato, sicut pisces & nonnunquam aues inescantur hamo, tu tamen non depones spem, aut illusus non omittas artes. [Magna minor ue &c.) Ponit alia præcepta captandi, dicens. Si res magna, aut minor certabitur .i. agetur, i foro. s. iudiciali, olim .i. quouis tempore futuro vter sup. contendentium viuet locuplex. i. diues, sine gnatis .i. liberis, qui. s. diues improbus, existēs audax. i. temerarius aut confidens astutiæ suæ vocet in ius vltro. i. nō vocatus, cum posset viuere sine lite, aliquem meliorem .i. iustiorem & meliorem causam habentem, tu esto defensor illius. s. diuitis, & sperne ciuem priorem. i. meliorem, & honorabiliorem, fama. i. propter famam suam bonam, & causa .i. propter causam suam iustam. Sperne dico signatus. i. filius heres, aut coniux fœcunda erit domi, docet autem modū quomodo quis adibit in tali casu diuites, adibit enim dicendo, vt puto Quinte aut Publi (quæ sunt prænomina, gaudent autem prænomine molles auriculæ. i. diuitum, quæ blanditijs acquiescunt) tua virtus fecit me amicum tibi, ego noui ius anceps. i. quod est dubij exitus, ego possum defendere causas, quiuis eripiet mihi potius oculos, quam pauperet. i. pauperem

* Versus est Furij hibaculi, factus de tortus, paucis mutatis

* Recoquere est fcudi reddere qđ est refingere atque mutare, corrigereque

Pelliculam curare iube. sis cognitor ipse.
Persta, atque obdura: seu rubra canicula findet
Infanteis statuas: seu pingui tentus omaso
* Furius hibernas cana niue conspuet Alpeis.
Non ne vides, aliquis cubito stantem prope tangens
Inquiet: vt patiens, vt amicis aptus, vt acer.
Plures annabunt thunni: & cetaria crescent.
Si cui præterea validus male filius in re
Præclara sublatus alatur: ne manifestum
Cœlibis obsequium nudet te: leniter in spem
Atrepe officiosus: vt & scribare secundus
Heres: &, si quis casus puerum egerit orco:
In vacuum venias. perraro hæc alea fallit.
Qui testamentum tradet tibi cunque legendum:
Abnuere, & tabulas à te remouere memento:
Sic tamen, vt limis rapias, quid prima secundo
Cera velit versu. solus, multis ne coheres,
Veloci percurre oculo. plerunque * recoctus
Scriba ex quinqueuiro coruum deludet hiantem:
Captatorque dabit risus Nasica Corano.
Num furis? an prudens ludis me, obscura canendo?
O Laërtiade quicquid dicam, aut erit, aut non.
Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo.
Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, ede.
Tempore quo iuuenis Parthis horrendus ab alto
Demissum genus Aenea, tellure, marique
Magnus erit: forti nubet procera Corano
Filia Nasicæ metuentis reddere soldum.
Tum gener hoc faciet: tabulas socero dabit: atque
Vt legat, orabit. multum Nasica negatas
Accipiet tandem: & tacitus leget. inuenietque
Nil sibi legatum, præter plorare, suisque.
Illud ad hæc iubeo: mulier si forte dolosa,
Libertus ue senem delirum temperet: illis
Accedas socius: laudes: lauderis vt absens.
Adiuuat hoc quoque: sed vincit longe prius ipsum
Expugnare caput. scribet mala carmina vecors:
Laudato. scortator erit: caue te roget: vltro
Penelopen facilis potiori trade. putasne:
Perduci poterit, tam frugi, tamque pudica?
Quam nequiere proci recto depellere cursu.
Venit enim magnum donandi parca iuuentus:
Nec tantum Veneris quantum studiosa culinæ.
Sic tibi Penelope frugi est. quæ si semel vno
De sene gustarit, tecum partita lucellum:
Vt canis à corio nunquam absterrebitur vncto.

na niue, hoc est siue ingens frigus sit, siue calor, & si hoc feceris, aliquis tangens cubito stantem prope se. scilicet inquiet, id est dicet, non ne vides ut, id est qualiter supple est patiens. s. frigoris, caloris, laboris & cetera, ut, id est qualiter, aptus supple sit amicus, & vt, id est qualiter, acer, id est vehemens defensor sit? Et sic supple plures thunni, id est magni & pingues pisces .i. diuites orbi, annabunt supple ad oras tuas, vt à te capiantur, & cetaria, id est conseruatoria cete, id est magnorum piscium, crescent, id est augmentabuntur. Præterea, id est præter ea quæ dicta sunt, sicut, id est si alicui, filius male validus aletur sublatus, id est in sublimi positus in re præclara, id est valde splendida, ne manifestum obsequium cœlibis, id est quia non inseruires nisi cœlibi, id est non existenti in matrimonio, nudet te, id est priuet te gratia & auctoritate, hoc est manifeste captator videaris ex eo quod tantum modo extra matrimonium viuentibus obsequaris, tu officiosus, id est obsequiosus, arripere, id est fac arripiaris (est enim imperatiui modi verbi passiui, nisi dicas arripere) leniter, id est dulciter & pedetentim in spem, &, id est simul, vt scribare, id est scribaris, secundus heres, &, id est simul, si quis casus egerit, id est impulerit. Orcho, id est ad Orchum, hoc est infernum, puerum illum, scilicet valetudinarium, tu venias in vacuum, scilicet herede, id est vt sis heres substitutus, hæc alea, id est hic casus, qui fortuitus videtur, fallit perraro, id est ualde raro. [Qui testamentum &c.) Tmesis est, id est quicunque tradit tibi testamentum legendum, id est quicunque volet tibi monstrare testamentum, in quo te heredem instituit, memento abnuere. i. recusare, tanquam non ideo ei seruieris vt instituaris, & memento remouere, id est molliter repellere à te, tabulas, id est instrumenta testamenti, sic tamen vt rapias, id est celeriter in

faciat te contemptum, nuce cassa. i. fracta. i. de tanto damno quātum patereris, si nux una cassaretur tibi, quod tamen minimum esset, quia integra comedi non potest. Potest etiam translatum esse a pueris, qui nucibus contendunt eas comprimēdo, & virius cassa fuerit, is eam perdit, cassa ergo nuce. i. amissa re tua per litem, hæc est mea cura .i. hanc curam mihi assumo, ne tu perdas quid. i. aliquid, neu .i. néue, sis iocus .i. irrisio aut ludibrium, iube eum ire domum, atque curare. i. molliter tractare pelliculam, ipse. i. tu sis cognitor supple causarum, ad quem pertineat cognitio causæ eius, persta, id est perseuera, atque obdura, seu, id est siue, Canicula, id est stella illa, rubra, id est ardens, findet, id est diuidet, statuas infantes, id est mutas utpote ligneas, seu, id est siue Furius poëta ille, tentus pingui omaso; id est indulgens uentri suo tempore brumali, conspuet, id est narrabit inflato & turgido stylo consputas esse Alpes, id est montes illos altissimos Italiam à Gallis separantes, hybernas, id est perpetuam hyemem patientes, aut tempore hyberno præcipue consputas ca-

spicias, limis supple oculis, quid prima cera, id est prima tabula cerata, in qua tunc scribebatur, uelut in secundo versu, hoc est an tu ibi secundus, id est substitutus heres filio ualetúdinario scriptus sis. Item percurre ueloci oculo, an supple sis solius supple heres, an coheres multis quia Coranus existens scriba recoctus, id est callidus, & expertus, ex quinque viro, id est qui prius erat vnus quinqueuirum, deludet plerunque, id est ut plurimum, coruum hiantem, id est socerum suum Nasicam prædæ cupidum. (Tractum est ex Apologis Æsopi, in quibus cum coruus caseum portans á vulpe audiret pulcherrimam fore auem si canere sciret, cupidus laudis cantare cœpit, & caseum dimisit, quem uulpecula ridens absumpsit) que pro &, id est Nasica socer dabit Corano genero suo risus, id est occasionem ridendi, dederat enim Nasica Corano diuiti, sed prouectæ ætatis uiro filiam ea spe ut heres instituatur. Ille hoc sentiens tabulas monstrare voluit, sed callidus captor recusauit, postea tamen nihil in testamento sibi legatum

legatum reperit præter gemitus & suspiria, ne simile ergo testamentum hæredipetæ fiat, monet vt celeriter perspiciat formam testamenti. Quia vero hæc contingebant tempore Horatij, & Vlysses ad Inferos descendisse dicitur paullo post Troiæ euersionem, non videretur poëta verosimile agere, & temporis imperitus esse, nisi diceret. Tiresiam per donum vaticinij, quod ab Ioue (vt dictum est) susceperat, hæc cognouisse quæ ignota erant Vlyssi. vnde prius de Dama in persona Vlyssis non recte locutus sit nisi Damam Græcum putemus. Nam nunc dicit Vlysses. Num.i.nunquid ò Tiresia, furis.i.furore percitus nescis quid dicas? an rides.i. derides, me prudens.i.sciens & volens, canendo.i.vaticinando, obscura.i. ignota mihi? sic & Sybilla in vj. Æneidos canebat. Obscuris vera inuoluens. Respondet Tiresias. O Laërtiade.i.ò Vlysses fili Laërtæ, quicquid dicam, aut erit, aut non erit, diuinare enim mihi donat magnus Apollo, etenim.i.certe, non donat mihi diuinare .i. officium diuinandi, tamen, scilicet.i. scire licet (multi legunt .s.) eloquere, dic quid ista fabula volet sibi. Respon. Tire. Tempore quo iuuenis.s.Augustus, de quo, & illud. Hic illum vidi iuuenem Meliboee) horrendus.i.metuendus Parthis, nam coegit eos signa.i.vexilla & insignia Romana restituere, existens genus demissum.i. deductum ab alto Aenea bonum Antitheton demissum ab alto &c. erit magnus tellure.i.in terra, & mari, filia procera.i procero & oblongo corpore, Nasicæ.i. illius diuitis metuentis reddere soldum.i. vnum solidum in dotem filiæ suæ, nubet Corano. tum.i.tunc, gener.s. Coranus faciet hoc quod dictum est, videlicet dabit socero suo tabulas sup. testamenti, atque orabit vt legat sup. eas, & Nasica accipiet tandem tabulas multum negatis.i.quas negabat se velle obtinere, & ipse tacitus .i.imperceptus à Corano, leget & inueniet nil legatum .i. testamento dimissum sibi & suis præter plorare, vel quia hoc scriptum erat, vel quia cum nil scriptum esset, id continuo fecit illud ad hæc iubeo &c. aliud præceptum nimis callidum, quo monet captandos esse primum domesticos. Ordo est. Ego iubeo ad.i. vltra ea quæ dicta sunt illud quod sequitur, si forte mulier dolosa.i.callida vt coniux vel concubina, ve pro vel, si libertus .s. eius temperet.i. moderetur, gubernet, senem delirum .i. male sanum propter senectutem, tu accedas .i. adiungaris illis socius laudes sup.concubinam & libertum eius, ita vt se percipiant te laudatos vt tu absens laudetis ab illis, & ita mutuas vices geretis. Nam hoc quoque.i.etiam hoc.i.captare familiares, adiuuat.i. prodest, sed (quis sibi quisque primum petit) vincit .i. præstat, melius est longe.i. multo, expugnare.i. sibi obediens ex sententia efficere, ipsum caput.i.dominum ipsum, qui caput est in ea re, quam agis. Si ipse vecors .i. male cordatus, scribet mala carmina, laudato sup. ea (contra quod Vmbricius apud Iuuen. Librum si malus est nequeo laudare) si erit senex sup.scortator .i. scortorum, hoc est meretricum sectator libidinosus caue te roget.i.noli expectare donec te roget: tu facilis.i.obsequiosus cito faciens quod illum velle noris trade vltro.i.non rogatus, potiori.i.ditiori te Penelopem.i coniugem. sic enim vocabatur coniux Vlyssis. O Tiresia putas ne, quod tam frugi & tam pudica coniux vt est Penelope mea, poterit perduci ad mœchum.s.diuitem, quam.i.coniugem meam, proci.i.qui eius matrimonium petierunt, nequiere.i.nequierunt depellere recto tramite.s fidelitatis & castitatis? Iterum hoc poterit videri negligenter à poëta positum, nisi dicamus, quod verisimile est Vlyssem prius statum domus & coniugis suæ didicisse, vnde dictum est præter narrata. Nam aliter qui scire posset id coniugem fecisse, qui nondum in patriam redierat? Tire. Ideo, inquit, casta mansit enim pro quia, iuuentus.i. turba iuuenum: parca donandi magnum.i.rem magnam, venit sup.ad eam, nec tantum studiosa Veneris.i.luxuriæ, quantum culinæ, quæ in coquina fit, sic hoc modo Penelope est tibi frugi.i.vt mulier ad frugem.i vtilitatem domus suæ respiciens casta & parca, quæ si gustarit semel de vno sene.i.muneribus senis, partita tecum lucellum.i.dulce lucrum, vnde blande diminutiuo vtitur, ipsa vnum absterrebitur sup.a sene, vt canis nunquam potest absterreri corio vncto.i.pingui semel gustato. Argutissime dicit partita tecum, quia si viri ad hoc semel descenderint: nunquam deinceps iustum obijcem opposuerint, dicturis propter te & per te feci, tu particeps lucri &c.

ASCEN. ME sene &c.) Aliud præceptum fugiendæ immodestiæ in obsequendo. Id, quod dicam, factum est me sene.i.cum essem senex, dicit Tiresias, quædam anus improba (quantum ad iudicium captatorum) est elata.i è domo ad sepulcrum portata Thebis, in mea ciuitate (nam erat Thebanus) ex testamento .i.quia hoc præcepit in testamẽto suo heres tulit.i.portauit nudis humeris (aut nudus humeris) cadauer eius vnctum largo oleo.s.si posset elabi.s.è manibus captatorum mortua, quod vix potuit viua. Credo dicit Tire. quod heres captator institerit, aut institerat, nimium i.instantiam nimiam fecerit, viuenti.i. dum viueret, tu ergo adito quos captatos vis, cautus, ne.i. vt non, de sis operæ.i.diligentiæ debitæ, ve pro vel, ne abundes.i. superfluus sis in opera præstanda. Garrulus.i.multiloquus, qui garrit vltro.i.non rogatus, offendet virum difficilem, & morosum.i.cum nimio more & cura loquentem & agentem, hoc est non sis garrulus cum taciturno, non sileas etiam.i.ne sis penitus mutus, sis Dauus Comicus .i.qualis inducitur in Comœdijs, hoc est assentator opportunitatem loquendi capturus & obsequiosus, atque stes capite obstippo.i.inclinato in terra, quasi eleuare non audeat, similis multũ metuenti. Grassare.i.obrue diuitem, obsequio.i.seruitio, si aura.i.ventus austerus, increbuit.i frequens factus sit, mone vti, id est vt, ipse cautus.i.sibi cauens, velet i.cooperiat carum caput. Et si est oppressus, extrahe eum humeris tuis oppositis.i.obiectis p-

Me sene quod dicam, factũ est. anus improba Thebis
Ex testamento sic est elata: cadauer
Vnctum oleo largo nudis humeris tulit heres:
Scilicet elabi si posset mortua: credo,
Quod nimium institerat viuenti. cautus adito:
Ne desis operæ: néue immoderatus abundes.
Difficilem, & morosum offendet garrulus. vltro
Non etiam sileas. Dauus sis comicus: atque
Stes capite obstipo, multum similis metuenti.
Obsequio grassare: mone, si increbuit aura,
Cautus vti velet carum caput: extrahe turba
Oppositis humeris aurem substringe loquaci.
Importunus amat laudari. donec ohe iam
Ad cœlum manibus sublatis dixerit. vrge: &
Crescentem tumidis infla sermonibus vtrem.
Cum te seruitio longo, curaq. leuarit:
Et certum vigilans, quartæ sit partis Vlysses
Audieris heres. ergo nunc Dama sodalis
Nusquam est? vnde mihi tam fortem, tamq. fidelem?
Sparge subinde: & si paullum potes, illacrymare. est
Gaudia prodentem vultum celare. sepulcrum
Commissum arbitrio sine sordibus extrue. funus
Egregie factum laudet vicinia. si quis
Forte coheredum senior male tussiet: huic tu
Dic, ex parte tua seu fundi, siue domus sit
Emptor, gaudentem nummo te addicere. sed me
Imperiosa trahit Proserpina: viue valeque.

mentibus, turba i ex pressura, substringe.i. parum nuda, hoc est præbe loquaci aurem tuam, hoc est ausculta illum, si ipse importunus amat laudari, vrge eũ sup. laudationibus, donec dixerit ohe quæ saturitatis vox est, & hoc manibus eius iam sublatis.i.sursum latis in cœlum, & infla tumidis sermonibus vtrem crescentem.i.senem gaudentem adulationibus. Cum.i.quando, senex moriens sup. leuarit.i.leuauerit.i.deonerauerit lõgo seruitio & cura sup.longa, te, & uigilans.i.non somnians, audieris certum.i.indubitatum à pronunciante testamentum, supp. hoc quod sequitur, scilicet Vlysses sit heres quartæ partis, clama (sic enim multi legunt, sed non suo ordine uerba ponunt," uerum, ut paullo mox dicam, placet ut Dama legatur) cum heiulatu, scilicet magno, ergo nunc sodalis, id est carissimus amicus, cum quo tam dulciter uixi, nusquam est, id est decessit? Clama nunc ergo sodalis, sic prius legi, nec uelim ut Bonfinis legere Verum Philologus, quia scriptum reperit. Nunc ergo clama sodalis &c. Admonitus quantitate posterioris syllabæ quæ in clama uerbo est longa, censet legendum Dama, & id meo quidem iudicio argutissime, uel quod in scribendo magna est inter cl, & d, similitudo, uel quod Dama aptissime ponitur ad exprimendam captatoris demissionem, qui uilissimi hominis nomen, quia ab eo scriptus est, heres, celebrat uila enim esse nomen ostendit illud. Tune Syri, Damæ, aut Dionysi filius, audes &c. Et Persianus admiratio. Dama

admiratio. Momento turbinis exit Marcus, Dama, papæ? & quod maxime facit ad rem, in hac Satyra dictum est. Vis ne requod maxime gam spurco Damæ latus?& Sat.vij. Prodis ex iudice Dama Turpis. Ordo igitur est. Sparge.i.interfere,subinde.i. aliquando, ergo Dama sodalis.i. focius mensæ tam carus mihi, nusquam est .i. extinctus est. Displicet Bonfinius, quòd sodalis vocetur rex cōuiuij, quod non hetet h ingenium captatorum norit, qui vt benignos pdicent eos, a quibus vt serui habiti sunt, sodales fuisse ia ctitant, vnde sup. acquiram mihi tam fortem, atque fidelem supp. amicum alium? & h pores paullum illacrymare, hoc sup. est cœlare vultum prodentem gaudia. Extrue sepulcrum permissum aut cōmissum, à defuncto, arbitrio sup. tuo, sine sordibus.i.honorifice, & fac vt vicina.i. quilibet vicinorum, laudet funus .i. pompam funebrem, esse factum egregia.i. magnifice & sumptuose. Si forte quis.i. aliquis, coheredum.i qui tecum heredes sunt constituti, tussiet male .i. nimis cum significatione male .i. ægritudinis eius, tu dic huic, si sit emptor ex parte tua, seu fundi, seu domus.t. si vides quod libenter amat partem tuam, dic inquam te gaudentem.i. lubentem addicere sup. illi nummo.i. modico precio. (Nec enim datum male vertatur, antiqui quod dari posset modico mercabantur, aut nummum .i. arram dabat emptor sieur & hodie, quam denarium dei vocant, in corroborationem contractus) sed Proserpina, regina Inferni, imperiosa .i. cuius imperio Inferis parendum est, trahit sup me.i. amouet me, ne amplius tecum loquar, ò Vlysse, viue & vale.

COEL. RHOD. TV comes ext.) Hic sciendum est, comitem exteriorem videri ab Horatio dictum, à sinistris affectantem. Cœl. lib. v. c. xxix.

PElliculam curare iub.) Qui voluptati student magis quam formæ, vnum hoc curant, vt cutis summa niteat, eaq. gratia lautioribus epulis, balneis, vnguenti, somno, conuiuijs, alijsq. id genus delicijs vtuntur. Et hinc prouerbio dicitur, curare cuticulam. [Vtin coruum deluder) Hoc dictum est ab Horatio in eum qui captatorem suum arte frustrarus fuerat. Lege prouer. Coruum &c. [Vt canis à corio) Haud dissimili figura dictum est illud à Græcis ad nos delatum. Intestina eanem semel degustasse periculum est. Admoner hoc, haud facile temperare à peccando, qui semel illecebram illam velut autoramentum vitiorum degustarit. DOCT interpr.

ERgo nunc Dama) Ordo est. Sparge subinde, hoc est, frequenter dicito. Hæc.s. Ergo nunc Dama sodalis nusquam est. Vnde mihi tam fortem, & tam fidelem habeo. Ald. Bon. autem tunc clama, sodales, legendum censer, vt sodales sit vocandi casus numero multitudinis. ALDVS MANV.

O Laërtiade quicquid dicam erit aut non) Post non distinguendum & à sequenti versu noua sententia incipienda. Badius non attentus ad munus hoc ab Ioue Tiresiæ datum, etenim pro certe exponit, quasi aduerbium sit, & non potius coniunctio rationalis, & magnus Apollo non donat diuinare mihi, contra auctoris & sensum & mentem. Notum est ridiculum hoc Tiresiæ vaticinium apud omneis. [Ergo nunc Dama sodalis) Omnino dama legendum, vt in libro Aldino habetur. Annotator noster hoc in loco rursus ostendit se nullius esse iudicij nugatorem cum velit legendum esse, clama. Sed quia huic Badius satis respondit, nos omittimus. GLAR.

## ARGVMENTVM.

*Vita rustica eius, qua se præcipue delectari ait, pauci interim contentum.*

## SATYRA VI.



HOc erat in votis: modus agri nō ita magnus,
Hortus vbi, & tecto vicinus iugis aquæ fons,
Et paullum siluæ super his foret. auctius, atque
Di melius fecere. bene est. nihil amplius oro
Maia nate: nisi vt propria hæc mihi munera faxis:
Si neque maiorem feci ratione mala rem:
Nec sum facturus vitio, culpáue minorem.
Si veneror stultus nihil horum: O si angulus ille
Proximus accedat: qui nunc deformat agellum:
O si vrnam argenti fors qua mihi monstret: vt illi
Thesauro inuento, qui mercenarius agrum
Illum ipsum mercatus arauit diues amico
Hercule: si quod adest, gratū iuuat: hac prece te oro
Pingue pecus domino facias, & cetera, præter
Ingenium: vtque soles, custos mihi maximus adsis.
Ergo vbi me in monteis, & in arcem ex vrbe remoui:
Quid prius illustrem satyris, musaque pedestri?
Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus auster,
Autumnusque grauis, Libitinæ questus acerbæ.
Matutine pater, seu sane libentius audis,
Vnde homines operum primos, vitæque labores
Instituunt (sic dis placitum) tu carminis esto
Principium. Romæ sponsorem me rapis: eia
Ne prior officio quisquam respondeat: vrge,
Siue aquilo radit terras: seu bruma niualem
Interiore diem gyro trahit: ire necesse est:
Post modo, quod mi obsit clare, certumque locuto.
Luctandum in turba: facienda iniuria tardis.
Quid vis insane, & quas res agis? improbus vrget
Iratis precibus. tu pulses omne, quod obstat,

### ASCENSIVS.



HOc erat in votis.) In hac Satyr. ostendit se poëta contentum rebus partis, id quòd in prima toties Satyr. faciendum præceperat docetque commoda ruris, quæ vt plene lauder, affert incommoda vrbis, claudens Sermonem iucundo Apologo. Ordo est. Hoc, scilicet quòd sequitur, erat in votis, id est in desiderio meo, videlicet modus, id est mensura agri, non ita, id est non valde magnus, vbi, id est in quo agro, foret, id est esset hortus herbifer, scilicet & fons iugis aquæ, id est perenniter fundens aquam, existens vicinus tecto, & vbi super his, id est vltra hæc, foret paullum siluæ cæduæ, scilicet ad focum instruendum. Dij fecere, id est fecerunt mihi, auctius, id est abundantius & melius, quam, scilicet optaram: bene, id est satis est supple mihi, ò nate, id est genite, Maia, id est, ò Mercuri Deus mercium & collator diuitiarum, ego nihil amplius oro, id est peto à te, nisi vt faxis, id est facias mihi, hæc munera, id est hæc dona tua propria, id est perpetua, ita quòd me viuente ad alium non transeant. Orat autem si dignus sit. quod se esse innuit, dicens. Oro supple si ego neque feci rem, id est possessionem meam, maiorem, id est si non auxi eam mala ratione, id est iniusta aliqua via, aut dando proximis malum computum, nec sum facturus rem meam minorem vitio, id est per uitium, ue pro uel culpa, id est per culpam. Si ego veneror, id est honoror, nihil horum, id est nullo horum, quæ sequuntur, stultus, id est stulte cupidus, uidelicet si non opto ò si angulus iste, aut ille, proximus, qui denormat, aut deformat, agellum, id est extra normam ponit, cum sine eo mihi quadratus sit, accedat, id est addatur, & accrescat agro meo, uocat autem agellum respiciens ad cupiditatem auari, cui nihil satis magnum videtur. O si fors, id est fortuna bona, monstret mihi qua, id est quauis uia, seu ratione urnam argenti, ut supple monstrauit illi colono videlicet, qui cum supple esset mercenarius, mercatus illum ipsum agrum, inuento thesauro, id est postquam thesaurum inuenerat arauit, supple illum, existens diues Hercule amico, id est fautore, & auxiliatore, & (ut dicit Persius) dextro, ubi ostenditur Hercules uenerari decimus, ut diuitias conferat, multa hic Persius, & Iuuenalis sumpserunt. Si ergo uiuo contentus meis, & si quid gratum, id est commodum mihi adest, iuuat, id est delectet me, uel potius si supple gratum quod adest, iuuat, id est delectat me. (Et ita legendum est, si quod duabus dictionibus) ego oro te ò Maia nate, hac prece, sic laudabili, & honesta, ut facias domino, scilicet mihi, pecus pingue, & cetera omnia sup. omnia præter ingenium, quod subtile, non crassum desiderat, unde crassa Minerua dicta, eo quòd obeso uen-

tre

tre tardi sunt ingenio. Et adsis mihi maximum custos, vt soles, quod Acron declarat fingi forte se liberatum a Mercurio, quia per facundiam, cuius Mercurius Deus est. Ergo vbi &c. incipit narrare cōmoda agri sui, & id in gratiam Mœcenatis, à quo, vt in Epistolis fatetur, illum agrum dono susceperat. Ergo quia id, atque plus q̃ optaueram obtinui vbi .i. postquam ego remoui me ex vrbe in montes .s. Sabinos, & in arcem .i. summitatem mōtis .s. aut in tutamen quietis meæ quid illustrem .i. illustre facere debeam prius satyris .i. q̃ Satyras, & pedestri .i. familiari & humili Musa, qualis est Satyra, vt prius dictum est? q. d. nihil. (Tractum aucest a peditibus, quorum conditio infra equitum est) nec mala .i. perniciosa eciam reipublicæ ambitio perdit me, id est perdite sui cupidum facit, nec Auster .i. ventus ille meridionalis, Græcum vocant Romani, plumbeus .s. ab effectu, hoc est grauans animos more plumbi, nec Autumnus existens grauis quæstus .i. magnum lucrum, & magna conquisitio, Libitinæ .i. Deæ quæ sepulturis præest, acerbæ .i. de morte multorum lætæ, sup. perdit me. (Putatur autem Venus Libitina dici, & Libitinarij sunt qui vrendorum, aut sepeliendorum cadauerum curam gerunt) Incipit ergo scribere Satyram de rebus præsentibus, hoc est rusticis, dicens. O pater matutine, seu ò Iane, si sup. id libentius audis, hoc est si forte mauis appellari Ianus q̃ matutinus, & ita innuit eiusdem esse nomen, vnde .i. abs quo Deo, homines instituunt .i. incipiunt statuere primos labores operum, & vitæ, sic enim placitum supple est Dijs tu esto principium carminis .i. sine, vt de te primum scribam, tu rapis me Romæ, id est quando sum Romæ, sponsorem .i. compellor tempore matutino sponsor esse, eia ò Iane, vrge .i. impelle me, ne quisquam respondeat officio .s. amico impendendo, aut officio salutandi prior sup. quàm ego, & hoc siue Aquilo .i. Boreas ventus frigidissimus, radit .i. penetrabiliter perflat terras, seu .i. siue, bruma .i. tempestas, qua dies breuissima est, trahit interiore gyro .i. breuiore reuolutione, quæ in epicyclo quo interior eo breuior est, diem .i. Solem, qui diem producit, necesse est ire, postmodo luctandum .i. concendendum est mihi in turba, locuto .i. postquam locutus sum clare, & certum .i. manifeste, supple aliquid quod obsit .i. noceat, mi .i. mihi, quia defendendo clientem, facio aduersarium eius mihi inimicum, qui mihi nociturus est, & facienda est mihi .i. a me fieri debet si volo Romæ viuere, iniuria .i. molestia, & offenso, tardis .i. tarde ingredientibus. Improbus .i. quis cerebrosus, vrget .i. impellit, ac pulsat me, iratis precibus .i. imprecans mala, ac maledicens mihi his verbis, ò insane quid, & quas res vis tibi? pulses tu omne quod obstat? Sic enim pulsantes se pulsatos quæruntur.

ASCEN.

AD Mœcenatem &c.) Dixi in his Sermonibus collocutionem esse. inducit ergo Ianum, aut quemuis alium respondentem. Ordo est. Si tu recurras ad Mæcenatē amicum tuum dulcissimum, mente memori .i. iam illud agente. (Nam in re deliciosa si quis alio animum applicet, nihil voluptatis ceperit, memori ergo mente consuetudinis, q̃ cum Mœcenare habuerit & habiturus sit) qd sup. de illo dices, an ne & ipsum triste? Respondet Poeta. Ego non mentiar .i. verum fatear, hoc .s. ire ad Mœnatem, iuuat .i. delectat me, & est supp. mihi melli .i. ad dulcedinem mellis accedens, tam dulce, vt mel, at .i. sed, simul .i. continuo, vt ventum est supp. ad Exquilias atras, in quibus dictum est cōmunem sepulturam fuisse, & Necromanticam obseruari, centum aliena negocia saliunt .i. insiliunt mihi per caput, & circa latus. Alius sup. dicit Roscius amicus tuus orabat, vt sup. ad esses sibi cras ante secundam, sup horam, ad Puteal .i. ad locū illum in Comitio vbi lites agebantur, vel (vt scripsit Pub. Victor) ad locum illum in regione vrbis, octaua, illic enim locat Puteal, & Ianos duos, qui esset mercatoribus frequens locus, vt recitat Cœl lib. vj. cap xij. quo loco quare Puteal dicitur ita diffinit. Comperio in Comitio in gradibus ipsis ad læuam curiæ fuisse Actij Nauij statuam, capite velato, quo in loco is cotem nouacula disciderit. Qui locus, inquit Dionysius, vocatur a Romanis puteus, vbi ara est subterranea. Cicero autem in Diuin. Cotem, inquit, & illam nouaculam defossam in Comitio, supraque impositum Puteal accepimus. Est vero Puteal sicuti apud iureconsultum obseruabimus Pomponium Digestis de actio emption. & venditio. quo putei operiuntur, hoc est veluti

*Post nomen scribæ & copulā addit. Bonfinis. *Nouatæ.

*Fortunæ filiū de Hor. intelligēdū reor, non de Mœcenate, vt vult Lādinus q̃ maxime absurdū esset et incongruū Bonfinus.

Ad Mœcenatem memori si mente recurras.  
Hoc iuuat: & melli est: non mentiar. at simul atras  
Ventum est Aesquilias: aliena negocia centum  
Per caput, & circa saliunt latus. ante secundam  
Roscius orabat sibi adesses ad puteal cras.  
De re communi * scribæ magna, atque * noua te  
Orabant hodie meminisses Quinte reuerti.  
Imprimat his cura Mœcenas signa tabellis.  
Dixeris experiar: si vis, potes, addit: & instat.  
Septimus octauo propior iam fugerit annus:  
Ex quo Mœcenas me cœpit habere suorum  
In numero: duntaxat ad hoc, quem tollere rheda  
Vellet, iter faciens: & cui concredere nugas  
Hoc gen⁹. hora quota est? Thrax est Gallina Syropar?  
Matutina parum cautos iam frigora mordent  
Et quæ rimosa bene deponuntur in aure.  
Per totum hoc tempus subiectior in diem, & horam  
Inuidiæ: noster ludos spectauerat vna:  
Luserat in campo, * fortunæ filius omnes.  
Frigidus à rostris manat per compita rumor.  
Quicunque obuius est, me consulit: ò bone (nam te  
Scire, deos quoniam propius contingis: oportet)  
Nunquid de Dacis audisti? nil equidem. vt tu  
Semper eris derisor ad omneis di exagitent me:  
Si quicquam. quid? militibus promissa, Triquetra  
Prædia Cæsar, an est Itala tellure daturus?  
Iurantem me scire nihil, mirantur, vt vnum  
Scilicet egregij mortalem, altique silenti.  
Perditur hæc inter misere lux, non sine votis.  
Orus, quando ego te aspiciam? quandoq. licebit,  
Nunc veterum libris, nunc somno, & inertibus horis  
Ducere solicitæ iucunda obliuia vitæ?  
O quando faba Pythagoræ cognata, simulq.  
Vincta satis pingui ponentur oluscula lardo?  
O noctes, cœnæq deum: quibus ipse, meiq.  
Ante larem proprium vescor: vernasq procaces  
Pasco libatis dapibus, prout cuique libido est.  
Siccat inæquales calices conuiua, solutus  
Legibus insanis: seu quis capit acria fortis  
Pocula: seu modicis humescit lætius. ergo  
Sermo oritur, non de villis, domibus'ue alienis:  
Nec male nec ne Lepos saltet: sed q̃ magis ad nos

vmbella quædam, aut petasus, qualem Pyramidibus impositū Plinius scribit, hæc, & plura ille ibidem. Addit, Inuenio in Græcorum thesauris fuisse in Atuca iuridicendo stationem, siue iudiciale forum quod diceretur ἐν φρέατι .i. in puteo. Addit, celonium dici organum, quo aqua è puteo hauritur, factum in formam ciconiæ, vnde & ciconiam quidam latine vocant (vt Flandrici) organum quo onera è nauibus extrahuntur, sed finem facio. Alius sup. dicit, O Quinte Horati .s. scribe atque nouatæ .i. debitorum nouatores, orabant de re communi, & magna .i. propter magnam vtilitatem vobis communem, vt sup. meminisses reuerti hodie, ad Puteal .s. Sic Bonfinis legit, qui censet, & copulam addēdam, sed non uideo ei locum aptum. Dure enim sonet. De re communi, & scribæ magna. durius De re communi scribæ, & magna nisi legamus De re communi, & magna scribæ, atque nouatæ, quod placet, nisi quis malit dicere magna esse aduerbium, ut sit. Scribæ atque nouatæ orabant magna .i. magnopere, de re communi &c. Alij legunt. Atque noua te. Alius sup. dicit. O Quinte Horati, cura .i. procura, adhibe diligentiam, ut sup. Mœcenas imprimat his tabellis signa. (Erat ergo Mœcenas Augusto, quod is quem cancellarium uocant, regi Franciæ, habuisse autem dicitur pro signo effigiem ranæ, unde dictum est ranam Mœcenatis fuisse multis timori, cum tamen rana nihil sit timidius) Si sup tu dixeris, ego experiar .i. ego uidebo an potero facere, ipse addit, Horati tu potes si uis, & instat .i. instantius vrget me, cum tamen non impedierim, Nam septimus annus suggerit .i. succedit, aut (vt alij legunt) fugerit .i. transierit, iam propior octauo sup. anno, ex quo .i. postquam, Mœcenas

Pertinet : & nescire malum est, agitamus. vtrum ne
Diuitijs homines, an sint virtute beati :
Quidue ad amicitias, vsus, rectum ne trahat nos :
Et quæ sit natura boni : summumque quid eius.
Ceruius hæc inter vicinus garrit aniles
Ex re fabellas : nam si quis laudat Arelli
Solicitas ignarus opes : sic incipit. Olim
Rusticus vrbanum murem mus paupere fertur
Accepisse cauo, veterem vetus hospes amicum,
Asper, & attentus quæsitis. vt tamen arctum
Solueret hospitijs animum : quid multa? neque illi
Sepositi ciceris, nec longæ inuidit auenæ :
Aridum & ore ferens acinum, semesaque lardi
Frustra dedit, cupiens varia fastidia cœna
Vincere, tangentis male singula dente superbo :
Cum patet ipse domus palea porrectus in horna
Esset ador, loliumq́, dapis meliora relinquens.
Tandem vrbanus ad hunc, quid te iuuat, inqt, amice
Prærupti nemoris patientem viuere dorso?
* Vis tu homines, vrbemque feris præponere siluis?
Carpe viam (mihi crede) comes: terrestria quando
Mortaleis animas viuunt sortita: neque vlla est,
Aut magno, aut paruo leti fuga. quo bone circa
Dum licet, in rebus iocundis viue beatus:
Viue memor, quàm sis æui breuis. hæc vbi dicta
Agrestem pepulere: domo leuis exilit. inde
Ambo propositum peragunt iter, vrbis auentes
Mœnia nocturni subrepere. iamque tenebat
Nox medium cœli spatium: cum ponit vterque
In locuplete domo vestigia: rubro vbi cocco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos:
Multaque de magna superessent fercula cœna:
Quæ procul extructis inerant hesterna canistris.
Ergo vbi purpurea porrectum in veste locauit
Agrestem: veluti succinctus cursitat hospes:
Continuatq́. dapes: nec non vernaliter ipsis
Fungitur officijs, prælabens omne, quod affert.
Ille cubans gaudet mutata sorte: bonisq́.
Rebus agit lætum conuiuam: cum subito ingens
Valuarum strepitus lectis excussit vtrunque.
Currere per totum pauidi conclaue: magisque
Exanimes trepidare: simul domus alta Molossis
Personuit canibus. tum rusticus, haud mihi vita
Est opus hac, ait: & valeas. me silua, cauusq́.
Tutus ab insidijs tenui solabitur eruo.

* Vin'.i. vis ne & vis reponendum affirmat Bonfinus.

Mæcenas cœpit me habere in numero suorum sup. amicorum, & familiarium, duntaxat .i. solùmmodo, ad hoc, quem .i. ut haberet quem ipse faciens iter, tolleret .i. aucheret secum, in theda .i. curru, & cui uellet concredere nugas .i. res nihil agentes, hoc genus, pro huius generis (sicut id genus, pro eius generis) Quota est hora? Gallina Thrax .i. ex Thracia, est ipse par .i. datus cõgladiatoe, Syro, alteri gladiatori? hoc est quod par gladiatorũ exponetur hodie in harena? nõ ne Thrax, & Syrus? frigora matutina mordent .i. lædunt parum canthos .i. extremitates rotarũ, hoc est parum gelauit hac nocte, aut si legas cautos, sensus erit. Frigora maturina lædunt cautos parum .i. improuisos, & non uestitos contra frigus. Et sup. alia eiusmodi, quæ deponuntur .i. custodienda dantur, bene .i. sine periculo, in aure rimosa .i. nihil secreti continenti, hoc est quæ omnibus palam esse possunt. Ego sum subiectior .i. aliquantulum subiectus inuidiæ: in diem, & in horam, per totum hoc tempus. (Et ita non erit cõtra elegantiam q̃ Valla prætendit, qui vult cum dictione incrementum importante pluraliter loquendum esse, vt in dies, & in horas subiectior fio. Si tamen eam Poëta non attendisse putetur, ordo erit. Ego sup. factus sum subiectior inuidiæ in diem, & in horam, per hoc totum tempus.) Si supple noster patronus Mæcenas, spectauerat vna .i. pariter ludos, aut luserat in campo. omnes supple dicunt de me, hic sup. est fortunæ filius. Aduerte, ꝙ quia modestior videretur sermo, si diceret se spectasse una cum Mæcenate, q̃ Mæcenatem secum posset talis esse ordo. Omnes sup. dicunt noster filius fortunæ .s. Horatius, spectauerat his diebus s. ludos, & luserat vna .i. pariter sup cum Mæcenate, in campo .s. Martio. Si sup. frigidus rumor .i. qui concutit pectora hominum frigore .i. timore .s. de tumultuario bello manat .i. diuulgatur per compita (forte sensus esse posset: Rumor frigidus i. mihi nociuus, manat de me per Compita, se prior placet) quicunque est obuius mihi, consulit .i. consilium petit à me dicens. O bone Horati, nunquid .i. non ne aliquid, audisti de Dacis .i illis populis bellicosis. (Nam oportet te scire, quoniam contingis propius Deos .s. Augustum, & Mæcenatem, in quorum comitatu sæpe uideris) Respondet Horatius. Equidem .i ego quidem, nil sup. audiui, ut tu. Et consultor ait. Eris tu semper derisor ad omnes sup. interrogantes? Horatij. Dij exagitent .i. eijciant me extra omnem locum & persequantur me, si quicquam sup. scio. Et consultor. Quid sup. de illo sentis? Triquetra .i. Sicilia est ipsa pruedia promissa militibus? an Cæsar .s. Augustus, daturus est militibus prædia in tellure Itala .i. Italica? quomodo Cremonensium, & quorundam Mantuanorum agri dati erant. Ipsi mirantur me iurantem .i. quando ego iuro me nihil scire, & mirantur, aut dicunt me unum mortalem .i. esse egregij, & alti .i. profunde, silenti .i. silentij. Lux .i. dies, aut uita perditur mihi misero inter hæc, id est dum respondeo talia percunctantibus, perditur dico, non sine votis .i. optationibus huiusmodi. O rus sup. meum, quando aspiciam ego te, que, pro &, quando licebit ducere iucunda obliuia sollicitæ vitæ, nunc .i. aliquando libris veterum sup. auctorum legendis, nunc somno, & pro .i. horis inertibus .i. sine arte prætereuntibus, quia somnus est mortis imago. O quando faba cognata Pythagoræ .i. à qua Pythagoras abstinuit, eo ꝙ putaret in ea speciẽ sanguinis esse, & in sanguine forte animam parentis, vnde cognatam vocat Poëta Satyrice ridens, que, pro &, quando holuscula satis vncta, ponentur .i. apponentur mihi in rure cum pingui lardu? O noctes, & ò cœnæ Deum .i. Deorum, hoc est tranquillæ sine uitijs, & carnificibus mentium, quibus, sup. cœnis ego uescor, & mei vescuntur ante proprium Larẽ, & pasco .i. nutrio, Vernas procaces i. seruos fallaces, dapibus libatis .i prægustatis à me. Conuiua siccat .i. ebibit: inæqualis .i. inæquales calices, hoc est diuersæ magnitudinis pocula prout cuique libido est, aut parum .s. aut multum bibere, existens solutus legibus insanis .i. uerendis, sicut Persius insanum magistrũ vocat seu .i. siue, quis fortis .i. habens cerebrum forte contra uini impetum, capit pocula acria .i. acris vini, seu ipse humescit .i. irrigatur lætius .i. libentius, modicis sup. poculis .i vini leuioris. Ergo quia læte, & libere, & sine inuidia viuimus, sermo oritur nobis, aut villis .i. possessionibus & agrestis habitationibus alienis. Nec supp. agitamus: num .i. nunquid: Lepos, saltator ille notissimus salter male, nec ne .i. an non sup. male, hoc est bene, sed nos agitamus .i. disquirimus, id sup. quod magis pertinet ad nos. (Si uis latine loqui, non dices pertinet, aut attinet mihi, sed vt hic, ad me) & supple quod malum est nescire, videlicet utrum homines sint beati diuitijs ne, an virtute, ue, pro uel, quid trahat nos ad amicitias, ne .i. an, usus .i. familiaritas, & consuetudo cõueniendi, ne, pro an, rectum .i. iustitia, & uirtus, & quæ .i. qualis sit natura boni, & quid sit summum eius .s. boni, hoc est quod est summum bonum, & in quo consistat. (Gerrius hæc inter &c.) Quia inter rusticos se uitam agere dixit, ne ineptius illic philosophatus arguatur, dicit uicinum suum interseruisse Apologum Æsopi, qui & notus, & in textu facere expressus est. Ordo autem est. Gerrius uicinus noster, garrit .i. garrulose explanat inter hæc philosophica nostra, fabellas .i. Apologos, aniles .i qualés anus, hoc est uetulę garrire solent, sed ex re .i. ex utilitate, & ad propositum pertinentes. Nam si quis ignarus .i. ignorans q̃ miserum sit magnas habere opes, quia (ut dicit Iuuen.) Misera est magni custodia census. laudat opes sollicitas .i. cum sollicitudine custodiendas, Arelli, illius diuitis, ipse sup. Gerrius, incipit sic fabellam suam. Mus rusticus .i ruri degens, fertur accepisse olim .i. tempore præterito cauo .i. loco cauato subterraneo uidelicet paupere .i. paucis operibus ornato, murem urbanum i. in urbe habitare solitum, mus dico rusticus, existens uetus hospes, accepit murem urbanum ueterem amicum suum, existens præterea asper .i. rigidus, & intẽtus

aut attentus, quæsitis sup. rebus, ita tamen vt solueret .i. relaxaret, hospitijs .i. iure hospitalitatis, animum arctum .i. strictum & sollicitum quid multa sup. dicam? ille .s. mus rusticus, neque inuidit .i. pepercit, sepositis .s. particulis ciceris, illius leguminis, nec longæ auenæ, quæ vilior est, & minus recolligitur, vt verisimile sit murem collegisse, & ipse ferens .i. afferens ore, dedit acinum .i. granum vuæ, aut alterius fructus condense nascentis, aridum .i. arefactum ad conseruationem, que, pro &, frusta .i. fragmenta, lardi .i. carnis porcinæ salsæ, semesa, id est semicomesta, cupiens vincere .i. auferre varia cœna .i. per varietatem ferculorum, fastidia .i. nauseam .s. muris vrbani, tangentis singula .s. apposita, male, id est inepte, & indecenter, dente superbo. Cum .i. quando, ipse .s. rusticus pater domus, porrectus .i. discumbens, in palea horna .i. stramento illius anni, relinquens meliora .i. meliores partes dapis .i. epuli sui, esset .i. comederet, ador, quoddam genus farris, q; pro &, lolium, granum vile, de quo Virg. Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Vrbanus .s. mus, inquit, tandem ad hunc .s. rusticum, ò amice quid iuuat i. delectat te, patientem .i. parcum, & egenum, viuere in dorso nemoris prærupti, id est rupe cuiusdã nemoris .i. loci solitarij, quo nemo accedit? Si supple tu vis (Bonfinis legit Vin' tu .i. vis ne tu, sed magnopere placet) præponere feris siluis homines & vrbem, crede mihi carpe, id est arripe viã, existens comes mihi, crede inquam mihi, quando, id est quandoquidem terrestria, id est terra genita, viuunt sortita mortales animas (hæc Epicureorum sententia digna muribus, quorum animæ nimirum mortales sunt) neque ulla fuga læti .i. mortis, est aut magno, aut paruo, quocirca .i. quapropter, ò bone .s. amice. uiue beatus .i. indulgens tibi lautus, & splendidus in rebus iucundis dum, id est donec, aut tantisper dum licet, & uiue memor, q̃ .i. quantum, breuis æui .i. uitæ sis, hanc sententiam dat Persius desidiæ, & luxuriæ, & si quis catholicus sibi daret, diceret, uiue bene .i. sancte & honeste, memor q̃ sis breuis æui. Bonf legit. Quo bone circa, & ita Aldus impressit, placetque quia sequitur beatus, non enim recte dixerit uiue bene beatus, nisi sit bene .i. multum beatus, sed sic non adeo disiunxerit Poeta hæc sup. uerba, ubi .i. postquam dicta sunt, pepulere .i. compulerunt a loco tuto, & parsimonia, agrestem sup. murem, ipse leuis .i. aut inconstans, aut potius gestiens, & exultãs spe melioris uitę, exilit è cauo suo, inde ambo pergunt iter propositum, & ipsi auentes .i. cupientes mœnia urbis, surrepere, id est surrepebant, ea nocturni .i. tempore nocturno, & nox tenebat iam medium spatium cœli, cum uterque ponit uestigia in domo locuplete, ubi, id est in qua domo, uestis tincta rubro cocco canderet .i. resplenderet super lectos eburnos .i. ex ebore factos, & ubi multa superessent de magna cœna, quæ inerant hesterna procul .i. longe eminentia, ita ut muribus accessus pateat canistris .i. in sportulis ad hoc extructis, ergo ubi .i. postquam hospes .s. urbanus qui illic hospes .i. receptor erat locauit agrestem sup. murem in purpurea ueste, ipse cursitat ueluti .i. tanquam, esset succinctus .i. expeditus ad seruiendum, & continuat dapes, nec non .i. etiam fungitur ipsis officijs .s. ministrandi, uernaliter .i. quomodo uernæ .s. serui ministrantes solent, prælambens omne quod affert. Ille .s. agrestis mus cubans .i. discumbens gaudet sorte .i. conditione mutata in melius .s. & agit lætum conuiua in bonis rebus: cum, id est quando: ingẽs strepitus valuarum excussit subito vtrunque ex lectis .s. discubitorijs, quis sedebant in triclinio diuitis. (Ad notandum autem, quòd extremum gaudij luctus occupat tuncque mala plurima obueniunt cum minime veremur, quia cum dixerint pax, & securitas &c.) currere sup. cœperunt, vel currere .i. currebant pauidi, per totum conclaue .i. triclinium, & ipsi exanimes .i. timore ferè mortui, magis trepidare .i. trepidabant, simul .i. pariter, alta domus personuit .i. per totum sonuit, canibus Molossis .i. Epiroticis optimis ad venandum. Tum .i. deinde, postquam abeunte Promo conueuerunt, rusticus .s. mus ait, haud .i. non opus est mihi hac vita, & valeas silua, & cauus tutus .i. cauernula, in qua viuo tutus ab insidijs, solabitur me tenui .i. modico, eruo .i. illo legumine de genere ipsorum.

COenaque deum θεῶν τροφὴ .i. cibus deorum, de prælautis epulis dicebatur, propterea quod Homerus fingit deos nectare atque ambrosia victitare, nec ob id vnquam senescere Doct. Bonfin.

COenaque deum) Cœnas deorum in hoc loco, quæ citra omnem sunt sollicitudinem intelligo. Cœl. lib. xv. cap. COEL. RHOD.

SI veneror stultus nihil horum) Veneror pro honoror exponit Badius, non recte meo iudicio, honora tolerabilius esset. Sed quidam suspicantur legendum, venor, non veneror, idq. etiam placuit Doct. Denormat autem, versu sequenti, & Acron, & Porphyrion legunt, quod item placet. [Matutine pater, seu Iane libentius audis) Pudet me legere quæ hoc loco narrat Acron, adeo ineptit. Et septimo deinde versu. Interiore diem gyro, exponendum, breuiore supra horizonta, vel supra terram circulo. Badius de epicyclo intellexit, quam sol etiam epicyclum habeat, Acronis commentarius hoc loco quid dicat vix intelligitur. [De re communi scribæ magna) Recte Badius hunc versum restituit. De re communi, & magna scribæ atque nouatæ. Somniauit hoc quoque annotator noster sed assequitur, vt solet, & recte reprehenditur à Badio. Quidam pro, nouatæ, legunt nouate, per duas dictiones, & placet lectio. [Ad puteal cras) Porphyrion in Epistolam vicesimam libri primi. Puteal, ait, Libonis, sedes prętoris sunt prope arcum Fabianum, dictum q̃ a Libone illic primum tribunal, & subsellia collocata sint. Dionysius libro tertio, sub finem, vbi de Neuio Actio (ita enim ipse nominat) eius columnam ante curiam prope sacrum templum fuisse scribit, parumque ab eo distantem aram cui cos ipsa, & nouacula insculpta sint. Locum autem a Romanis Puteum vocari, meminit, & Cic. de Diuin. Sed de his satis. [Noster ludos spectauerat) Hic noster annotator Landinum irridet, quod coniunxerit, noster filius fortunæ, nec tamen ipse explicat sensum. Acronis enim verba hic non satis faciunt lectori. Sed hoc vult dicere poeta. Quoties Mæcenas vel ludos spectauerat, vel vna luserat, omnes statim dicebant me fortunæ filium, nescientes Mæcenatem me non vti nisi ad ludicra, non ad seria. Atque hic sensus etiam placuit Doct. Badius non multum aberat a scopo, sed illic non permansit. [Simul domus alta molossis) Simul pro, statim vt, more huius poetæ, & multorum aliorum auctorum accipitur. Badius expònit pro pariter. Molossis autem Epiroticis canibus recte idem exponit, quod Acron malo pro Creticis extulit. GLAR.

## ARGVMENTVM.

*Inducitur seruus, qui data per Saturnalia libertate, stomachabatur in herum, quod ex re nata, aliud dicat, aliud faciat.*

## SATYRA VII.

IAndudum ausculto: & cupiens tibi dicere seruus
Pauca, reformido * Dauus ne: ita Dauus, * amicum
Mancipium domino, & frugi, quod sit satis, hoc est,
Vt vitale * putes. age, libertate Decembri,
(Quando ita maiores voluerunt) vtere: narra.
Pars hominum vitijs gaudet constanter: & vrget

ASCEN. IAndudum ausculto) Loquitur Dauus seruus, qui in Comœdijs petulãs, & malus ferè inducitur. Carpit autem dominũ suum tempore Saturnaliorum. Sunt autem Saturnalia festa Saturno consecrata, quę in Decembri celebrabantur magna comessandi, & compotandi licentia, summaque libertate, ita vt seruis liceret cum dominis discumbere, libereque in eos quæ vellent dicere. In qua re videntur respexisse ad sidus, & ad regem. Ad sidus quidem, quia frigidum est, & sub frigore ea festa colebant, ad regem, quia eo regnante aurea erant secula, omniaque sponte nascebantur, & iuxta legem naturæ uiuebãt, qua nemo seruus habebatur, & ita indulgenter cum libertate quadam etiam seruis concessa transigebantur. Iandudum est quasi iam, & dudum .i. paullo ante, notat enim modicum, & id continuatum tempus: fereque verbum præsentis temporis efflagitat, sicut hic. Est ergo ordo, vt per Dialogum loquuntur dominus, & seruus, sic. Ego seruus ausculto iandudum .i. iam à pauco tempore ex quo .s. sedata est fames epulis, & ego cupiens dicere tibi domino meo pauca, reformido .i. retrahor per formidinem. Horat. Dauus ne .i. tu ne qui seruus villissimus es, audeas vt loquaris domino tuo? Respondet

* Sunt verba domini

* Dauus .s. Sunt verba serui.

* Putes, hoc est existimes & iudices, non velu, vt Acrõ exponit. Bonfinis.

Respondet Dauus. Ita ego, Dauus, existens mancipium amicū .i. seruus fidelis, & amicus domino, & frugi .i. ad frugem, & vtilitatem domini respiciens, quod satis .i. non nimis, hoc est vt putes vitale .s. mancipium .i. me diu victurum, hæc autem ex petulantia serūli dicit, nam Daui, qui more multorum aliorum seruorum à patria nomen traxerunt, vt Syri, Getæ, Afri, à patria petulantiam sermonis habent, vt Dauus Terentianus, qa ergo vulgo dicebatur tunc, sicut & nunc multum bonos ac prudentes non esse vitales .i. non diu viuere, dicit se esse mancipium amicum, & frugi, quod satis est, hoc est ita vt putetur posse diu viuere, quod non heret, si valde frugi, aut amicum esset, hunc locum sic semper intellexi, sed quia Bōsinis ignotum putauit latius explicui. Cum audisset Horatius tam libere loquentem, in mentem venit, quia Saturnalia essent, vnde subdit. Age vtere libertate Decembri, id est Saturnaliorum, seu Saturnalium (nam vtroque modo declinatus) quando .i. quandoquidem, maiores voluerunt ita, narra .i. dic, quod vis, hoc autem dicit quasi putet eum fabulam velle narrare. Incipit autem Dauus dicens. Pars hominum gaudet constanter .i. perseueranter vitijs, & vrget .i. premit instanter, propositum sup. suum multa pars natat .i. fluitat incerta, modo .i. aliquando, capessens .i. capere nitens, recta & iussa sunt & obnoxia interdum prauis .i. vitijs. Priscus notatus est sæpe cū tribus annellis .i. paruis annulis. & modo .i. aliquando, læua .i. sinistra manu in qua annuli ferri solent, inani .i. sine anellis. Vixit ergo inæqualis .i. ita dissimilis sui, vt mutares clauum .i. contum, & gubernaculum vitæ suæ, in horas .i. per singulas horas, & sup. vt egressus ex magnis domibus, conderet .i. absconderet se subito, in sup. tugurio, Ganea, aut alio loco, vnde libertinus .i. homo libertinæ conditionis, mundior sup. q̄ ceteri, aut aliquantulum mundus, vix exiret honeste, & vt sup. ipse mallet iā .i. aliquando, viuere Romæ mœchus .i. vbi adulterijs operam daret, cum id videatur Romæ impune licere, & vt mallet iam viuere Athenis doctus .i. vbi doctrinis insudaret, existens natus Vertumnis .i. dijs, qui bene vertēdis rebus præsunt, iniquis .i. sibi non fauentibus, quotquot, id est quotcunque sunt quia quicquid inceperat non bene vertebatur ex quo non finierat. hoc ergo exemplum est secundi membri prius positi .i. de natantibus, ac incerte fluitantibus. Subdit exēplum primi de ijs .s. qui vitijs con-

* Milui* Parasiti nomen

Propositum: pars multa natat, modo recta capessens,
Interdum prauis obnoxia. sæpe notatus
Cum tribus anellis, modo læua Priscus inani
Vixit inæqualis: clauum vt mutaret in horas:
Aedibus ex magnis subito se conderet vnde
Mundior exiret vix libertinus honeste,
Iam mœchus Romæ, iam mallet doctus Athenis
Viuere, Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.
Scurra Volanerius, postquam illi iusta chiragra
Contulit articulos: qui pro se tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna
Conductum pauit, quanto constantior idem
In vitijs: tanto leuius miser, ac prior ille
Qui iam contento, iam laxo fune laborat.
Non dices hodie, quorsum hæc tam putida tendant
Furcifer? ad te inquam. quo pacto pessime? laudas
Fortunam, & mores antiquæ plebis: & idem
Si quis ad illa deus subito te agat: vsque recuses:
Aut quia non sentis, quod clamas, rectius esse;
Aut quia non firmus rectum defendis: & heres,
Nequicquam cœno cupiens euellere plantam.
Romæ rus optas: absentem rusticus vrbem
Tollis ad astra leuis. si nusquam es forte vocatus
Ad cœnam; laudas securum olus: ac velut vsquam
Vinctus eas; ita te felicem dicis; amasque:
Quòd nusquam tibi sit potandum. iusserit ad se
Mœcenas serum sub lumina prima venire
Conuiuam: nemon' oleum feret ocyus? ecquis
Audit? cum magno blateras clamore: fugisque.
* Miluius, & scurræ tibi non referenda precati
Discedunt. etenim fateor, me dixerit ille
Duci ventre leuem: nasum nidore supino
Imbecillus, iners, sim quid vis, adde popino.
Tu cum sis, quod ego, & fortassis nequior: vltro
Insectere velut melior? vel bisque decoris
Obuoluas vitium? quid si me stultior ipso
Quingentis empto drachmis deprenderis? aufer
Me vultu terrere: manum, stomachumque teneto:
Dum, quæ Crispini docuit me ianitor, edo.
Te coniux aliena capit. meretricula Dauum.
Peccat vter nostrum cruce dignius? acris vbi me
Natura incendit: sub clara nuda lucerna
Quæcunque excepit turgentis verbera caudæ.
Clunibus aut agitauit equum lasciua supinum:
Dimittit neque famosum, neque solicitum, ne
Ditior, aut formæ melioris meiat eodem.
Tu cum proiectis insignibus, annulo equestri,
Romanoque habitu, prodis ex iudice Dama
Turpis, odoratum caput obscurante lacerna:
Non es quod simulas? metuens induceris, atque
Altercante libidinibus tremis ossa pauore.
Quid refert vri virgis? ferroque necari?
Auctoratus eas, an turpi clausus in arca,
Quò te demisit peccati conscia herilis
Contractum? genibus tangas caput? est ne marito
Matronæ peccantis in ambos iusta potestas?
In corruptorem vel iustior? illa tamen se
Non habitu, mutátue loco: peccatue superne,
Cum te formidet mulier: neque credat amanti.
Ibis sub furcam prudens: dominoque furenti,

stanter gaudent, dicens, Volanerius scurra .i. scurriliter viuēs, postquam chiragra .i. contractio manuum, iusta .i. illi debita contudit .i. confregit illi articulos .i. iuncturas digitorum, pauit diurna mercede sup. ministrum qui tolleret pro se .i. afferret lucrum, atque mitteret talos .i. taxillos, in pyrgum .i. (s̄m Beroaldum) non in tabulam lusoriam, quam alij falso fritillum, alij alueum seu alueolum vocant, sed in vasculum quo coniecti tali, agitatique postea emittebantur ab eis, qui manu fraudem agere putabantur. quanto idem supple scurra fuit constantior in vitijs, tanto sup. fuit leuius .i. minus, aut tolerabilius miser. ille est acrior .i. vehementior in miseria, aut lege ille est actius supp. miser, qui laborat .i. fatigatur, iā .i. aliquando, fune contento .i. arcto, & constricto. à cōtineor potius q̄ a contentor. (Landinus tamen a contentor deducit) & iam .i. aliquando, fune laxo, hoc est tenetur vinculis stultitiæ. ac vitiorum nunc arctis, nunc laxis. Hæc sententia potest dici à Dauo dicta, & ita. quia quales sunt loquentes, tales sunt fere sermones eorum, non approbanda, nisi intelligatur quomodo Apocalyp. tertio frigidus tepido præfertur. vbi sic dicitur, Scio opera tua, quia neque frigidus es, neq. calidus, vtinam frigidus esses, aut calidus. sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo &c. Calidus in statu gratiæ est, frigidus scit se in crimine esse, tepidus spem virtutis habens, confidit sibi, & ita est in peiori statu, q̄ qui fatetur peccatum suum. [Non dices &c.) Verba Horatij, O furcifer Daue non dices hodie, quorsum .i. in quem hæc tam putida verba tua tendant? Furcifer est seruus fugitiuus, qui in fuga deprehensus, ob quod furcam, seu crucem meruit in contumeliam suam furcam fert, aut notam. Respondet Dauus. Ad te inquam supple tendunt. Quærit Horat. O pessime quo pacto sup. tendunt ad me? Respondet Dauus, q. d. Tu inconstans es, quia laudas fortunam, & mores antiquæ plebis) iuxta quod Ouid. Laudamus veteres; sed nostris vtimur annis) & tu idem si quis Deus agat te subito ad illa .s. ad veterum fortunam & mores, tu recuses vsque .i. semper sup. ire, aut quia non sentis rectius esse quod clamas, sup. rectius este, aut quia tu non defendis firmus .s. in opere tuo, hoc est constans, & heres .i. dubius es q̄d facias, cupiens ne quicquam .i. frustra, euellere plantam cœno .i. sordibus vitiorum. Tu optas Romæ .i. quando es Romæ rus,

Cōmittes rem oēm, & vitam, & cum corpore famam.
Euasti. credo metues: doctusque cauebis.
Quæres, quando iterum paueas: iterumque perire
Possis. ô toties seruus. quæ bellua ruptis,
Cum semel effugit, reddit se praua catenis?
Non sum mœchus, ais. neq. ego hercule fur: vbi vasa
Præterea sapiens argentea. tolle periclum:
Iam vaga prosiliet frænis natura remotis.
Tu ne mihi dominus, rerum imperijs, hominumque
Tot, tantisq. minor? quem ter vindicta, quaterq.
Imposita haud vnquam misera formidine priuet?
Adde supradictis? quod non leuius valeat. nam
Siue vicarius est, qui seruo paret: vti mos
Vester ait: seu conseruus? tibi quid sum ego? nempe
Tu, mihi qui imperitas, alijs seruis miser: atque
Duceris, vt neruis alienis mobile lignum.
Quis nam igitur liber? sapiens: sibi qui imperiosus:
Quē neq. pauperies, neque mors, neq vincula terrent.
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in seipso totus teres, atque rotundus:
Externi ne quid valeat per leue morari.
In quem manca ruit semper fortuna. potes ne
Ex his, vt proprium quid noscere? quinque talenta
Poscit te mulier: vexat: foribusque repulsum
Perfundit gelida. rursus vocat. eripe turpi
Colla iugo, liber. liber sum, dic age. non quis.
Vrget enim dominus mentem non lenis: & acreis
Subiectat lasso stimulos: versatque negantem.
Vel cum Pausiaca torpes insane tabella:
Qui peccas minus, atque ego? cum Fului, Rutubæq.,
Aut Placideiani contento poplite miror
Prœlia rubrica picta, aut carbone: velut si
Re vera pugnent: feriant: vitentque mouentes
Arma viri. nequam, & cessator Dauus: at ipse
Subtilis veterum iudex, & callidus audis.
Nil ego, si ducor libo fumante: tibi ingens
Virtus atque animus cœnis responsat opimis.
Obsequium ventris mihi perniciosius est cur?
Tergo plector enim. qui tu impunitior? illa,
Quæ paruo sumi nequeunt cum obsonia captas.
Nempe inamarescunt epulæ sine fine petitæ:
Illusique pedes vitiosum ferre recusant
Corpus. an hic peccat, sub noctem qui puer vuam
Furtiua mutat strigili? qui prædia vendit:
Nil seruile gulæ parens habet? adde, quod idem
Non horam tecum esse potes: non ocia recte
Ponere: teq ipsum vitas fugitiuus, vt erro,
Iam vino quærens, iam somno fallere curam,
Frustra: nam comes atra premit, sequiturq. fugacem.
Vnde mihi lapidē? quorsum est opus? vnde sagittas?
Aut insanit homo: aut versus facit. ocyus hinc te
Ni rapis: accedes opera agro nona Sabino.

& tu rusticus.i. existens ruri, tol lis.i.extolis ad astra vrbem.i. Romam absentem, existens le- uis.i. facilis & inconstans. Si tu nusquam .i. ad nullum vocatus es forte ad cœnam, laudas holus securum.i. quod secure domi sumis, ac velut eas vsque.i. semper vinctus .i. coactus sicut vinctus trahitur, ita dicis te felicem, & amas.i gaudes, ꝙ nusquam sit tibi potandum. Si sup. Mœcenas iusserit sup. te venire conuiuam serū, vel iusserit in te venire ad se seꝝ.i sero, hoc est tarde cōnuiuā.s. sub.i. paullo ante, prima lumina sup. candelarū quæ in cænis accenduntur, tu blateras cū magno clamore, hoc est diffone clamitas, Nemon'.i. nemo ne, feret ocyus.i. celeriter oleum? audit quis sup seruorum meorū hæc vel ecquis.i. nūquid aliquis audit? que, pro &, fugis.i. celeriter ad Mœcenatem curris. Miluius.i. parasitus rapax, vt Miluus & scurræ quos inuitarat Mœcenas, dicedunt precati.i. imprecati tibi, non referenda.i. referri indigna. nolunt.i. illic manere vbi te vident tam vehementem reprehensorem. Etenim si sup. ille.s. Miluius, dixerit coram Mœcenate ad risus captandos, ego fateor me leuem.i. facilem acquisitu, & parui momenti virū, duci ventre, ego supinor nasum .i. habeo nasum supinatum.i. sursum tractum, nidore.i. ab odore cibariorum, tu sup dicis ꝙ sit imbecillus, iners, & si quid vis sup. addere adde ꝙ sit popino.i. popinarum, & ganearum frequentator, & amator. hic sensus quidē bonus esset, si cohæret cum sequentibus, sed quia cetera dicūtur ex persona Daui construacut potius sic, Etenim ille.s. Mœcenas, aut alius vir bonus, & clarus dixerit me leuem duci ventre. ego fateor ꝙ supinor nasum odore, existens iners, imbecillus, & si quid vis addere, adde ꝙ sum etiam popino, q. d. facile feram ab eo, sed tu cum sis quod ego, & forcassis nequior.i. minus valens, insectere.i. patiar ne vt insecteris me vltro, velut sup insectetur melior.i. tanq̄ esses melior, & ꝙ obuoluas.i. velles, obtegas vitium tuum decoris verbis? quid sup dices, si deprenderis.i. inueniris stultior meipso empto quingentis drachmis.i. seruo vili pretio empto? Cum autem hæc diceret, minabatur Poëta capite nutans. vnde Dauus ob libertatem impetterritus ait, Aufer, id est desine, terrere me vultu.s. minaci, & teneto manum ne s. me cædas, & stomachum (ne mihi irascaris) tantisper sup. dum.i donec, ego edo.i. exprimo (ab e, & do, componitur edo, edis, edidi, edere, editum, editu &c.) ea sup. documenta, quæ minitor Crispini, illius philosophi, qui Dogmata Stoicorum scripserat, docuit me. Non leues Chrysippi, qui ea tempestate Chrysippus non erat. Te coniux &c. incipit notare vitia dominorum. Ordo est. Coniux aliena capit.i. illaqueat te amore sui: meretricula sup. capit Dauum.s. me. loquitur enim Dauus de se tanquam de alio, vter

nostrum (non dices nostrorum hoc est an nego an tu, peccat dignus cruce.i. vt crucifigatur? q. d. tu, quia adulterium est grauius fornicatione simplici. Vbi acris natura incendit, aut intendit.i. inflammat me libidine, quecunque sup. meretrix nuda excepit clunibus, sub clara lucerna verbera caudæ turgentis.i. virilis virgæ (obscœnus sermo seruo dignus) aut ipsa lasciua desuper incumbens agitauit equum .i. me, vt equum supinum, ipsa dimittit me neque famosum.i. infamem (iuxta illa sup tempora) neque sollicitum, ne ditior, aut meliorie forme.i. pulchrior, mear.i. coëat eodem, tu ô Horati cum.i. quando proiectis insignibus.i. ornamentis dignitatis tuæ.s annulo equestri, & habitu Romano, prodis.i. emergis, Dama turpis.i. vilis, & vanus, vt Dama ex iudice.i. induis personam Damæ relicta iudicis, & hoc lacerna.i. veste oblōga, obscurante.i. obtegente, caput odoratum .i odoribus, hoc est vnguentis perfusum, tu non es quod simulas, tu metuēs induceris.i in domum adulterij, atque tu tremis ossa.i. habes ossa trementia, pauore.i. formidine, altercante.i. litigante sup. cum libidinibus, qa pauor inde rettahit, quo libido trahit. Quid refert vri.i. flagellatijs virgis, q;, pro &, necari ferro? q.d. siue virgis cædaris, seu ferro occidaris, semper infamis euadis. Et quid refert an eas auctoratus, vt.i. seruus, aut gladiator auctione vēditus, an tu clausus in turpi arca, quo i. inquam, demisit te ancilla supp. conscia peccati herilis.i heræ, seu dominæ suæ, tangas genibus tuis caput contractum vsque ad genua sup præ angustia loci? Dic sup. mihi: Est ne marito matronæ (quam tu adulterio polluis) iusta potestas in ambos.i. in te, & in illam? q.d. etiam, & est vel.i. etiam, iustior potestas incorruptorem.s. te, vel alium q̄ incorruptam, tamen.i tametsi, etiam matrona peccat tamen quia nō tam dedita opera peccat vt tu. minus peccat. ꝙ non tam dedita opera peccet, probat dicens: Illa non mutat sup. se habitu, vt tu, nec loco, vt tu, quia ad te nō venit, nec peccat superne.i. a superiore parte, aut in fidem cuius superos testes fecit cum.i. quandoquidem, ipsa mulier, cuius.s fragilis est natura: formidet te neque credat i. committat se, tibi amanti.i propter amorem, sed propter potestatem tuam, tu prudens.i. volens & sciens (falso hic dixeris prudenter aut scienter, quia nemo prudenter, aut scienter peccat, scientes, & volentes omnes) & tu cōmittes domino.i. illi, qui te deprehensum vt seruum tractat: furenti.i. insanienti omnem rem, & vitam, & famam cum corpore i. cum membris corporis tui, in quæ.s potestatem habet Euasti.i. si euasisti, cum fueris quasi reprehensus, credo (hoc ironicos dicit) tu metuens, & doctus, cauebis sup. consimile periculum. immo dicit Dauus, tu quę res.i. sollicite inuestigabis, quando pauaas iterum

qua

que pro &, quando poſſit iterum petite. ò ſup. tu exiſtens totiea ſeruus, dic ſup. quæ bellua .i. beſtia, praua.i. effeta, cum effugit ſemel cathenis ruptis, reddit ſe iterum ſup. cathenis? Tu forte ais, non ſum mœchus, neque Hercule.i. per Herculem. ego ſum fur, vbi ego ſapiens prætereo vaſa argentea, quia .ſ. non audeo furari, nec tu ſemper mœchari, ſed tolle periclum, iam natura prolibet, vaga.i. effrenis, & hoc frænis remotis.i. tunc tu mœchaberis, & ego ſurabor. Tune.i. es ne tu mihi dominus, minor.i. inferior me, tot & tantis imperijs rerum, & hominum .i. cum tot homines, totque res imperitent tibi, & non mihi? q. d. minime, tu inquam quem vindicta .i. prætoris virga, qua manu mittens contingit ſeruos, impoſita ter & quater, haud .i. non priuet .i. liberet vnquam, miſera formidine.i. qui nequaquam à prætore libet fieri potes. hunc locum aſſumpſit Perſius fere totum. Adde ſuperadictis ſupp. aliquid, quod non valeat leuius .ſ. minus ad probandum te non eſſe dominum meum. Nam ſiue Vicarius eſt ille qui paret.i. obedit ſeruo, vti veſter mos ait, ſeu conſeruus, quid ſum ego tibi? q.d. conſeruus, aut vicarius, non ſeruus, nempe.i. nam certe. tu qui imperitas mihi ſeruus ſup. es, vel ſeruis me ſer alijs, atque duceris.i. impelleris a paſſionibus animis tui, vt .i. quemadmodum, lignum mobile .i. turbo, aut trochus, ducitur ſup. neruis alienis.ſ. pueri impellentis ipſum ſcutica. Quiſnam igitur &c. hunc locum fere totum Perſius in Sat. ſuam tranſtulit, habeturque in viro bono Virgilij. quia vero philoſophicus eſt, nec Daui perſonæ congruus, prudenter dixit à Ianitore Criſpini ſe hæc didiciſſe. Luquitur Horat. Igitur ſi ego liber non ſum, quiſnam liber ſup. eſt? Reſpon. Dauus. Sapiens ſup. liber eſt qui imperioſus ſup. ſibi, hoc eſt qui affectionibus ſuis imperat, quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent, qui fortis reſponſare .i. obuiare, & reſiſtere cupidinibus.i. cupiditatibus, & affectionibus ſuis, & fortis contemnere.i. ad contemnendum. (Eſt autem locutio de qua Alexander, hanc olim pulchram veteres dixere figuram) honores.ſ. extraneos, non tamen cauſam eorum quæ virtus eſſe debet. & exiſtens in ſeipſo totus teres, atque rotundus.i. ex omni parte totus, ne quid externi valeat morari.i. inhærere, per leue.i. propter leuitatem.i. politiam ac glabritatem (huius contrarium eſt aſpetum, quia primam cō ducit) in quem fortuna ruit ſemper manca.i. impotens. hic Horati, Potes ne cognoſcere quid.i. aliquid ex his vt proprium, q.d. non, quia mulier poſcit te quinque talenta, pro nocte.ſ. vna, vt Lais ſolebat, & vexat te & perfundit te gelida ſup. aqua, repulſum foribus, id eſt à foribus ſuis, & vocat te rurſus, eripe liber.i. ſi es vere liber, colla tua turpi iugo (nihil cui turpius quam à meretrice ſubiugari) & age dic ſupple tunc ego ſum liber, ſed tu non quis .i. non vales, à queo, quis, enim pro quia, dominus non leuis.i. nō mitis, ſed durus, & rigidus, videlicet amor turpis vrget mentem tuam, & ſubiectat tibi laſſo acris ſtimulos (acris autem in accuſandi caſu numero plurali etiam latine ponitur quia genitiuus ium habet) & verſat.i. frequenter vertit, & impellit te negantem .i. ſi forte ad tempus negaueris. In carmine illo Virgiliano. Vir bonus & ſapiens, latius hunc locum in ſiluis noſtris explanauimus, quas qui non habet, ſciat rotundum cum ſit ſphærice.i. vndique circularis figuræ eſſe perfectum, & ita Deus totum vniuerſum tale fecit, extra quod ſecundùm philoſophum nihil eſt, & in quo ſecundùm eundem nihil deeſt, cum non ſit dare vacuum. veruntamen, quia res minima rotunda eſſe poteſt, vt pupilla culicis, ne ad iuſtam menſuram quid deſit adiecit teres, quod longitudinem, & proceritatem addit. Et notus plebeius verſiculus, Haſtam dic teretem, pomum dic eſſe rotundum. Notaq. eſt Biantis ſententia, Sapientem omnia ſua ſecum ferre, virtutem, id eſt & ſapientiam, quæ ſua.i. propria cuiuſque bona ſunt. [Vel cum Pauſiaca &c.) Obijcit alia genera ſtultitiæ domino ſuo dicens illum non minus peccare. Ordo eſt. Vel, id eſt etiam, ò inſane cum tu torpes.i. ſtupidus inhæres, & moraris in tabella Pauſiaca.i. à Pauſia depicta, qui optimus artifex fuit, qui.i. in quo peccas minus, atque.i. q̃ ego, cum.i. quando miror placide.i. cum quiete, poplite contento a curſu.ſ. quo miſſus eram. (Acron tamen etiam alium ordinem innuit, vt.ſ. intelligatur. de poplite gladiatoris contento in dimicando prœlia, id eſt certamina, Fului.i. Fuluij, & Rutubæ gladiatorum, aut Iani, picta.i. depicta, in pariete .ſ. ædium priuatarum, rubrica.i. terra rubra, aut carbone, ſic inquam picta velut ſi ipſi viri mouentes arma pugnent re uera, hoc eſt feriant, & vitent ſupple ictus ferientis? Dauus ſupple dicitur nequam, & ceſſator, at.i. ſed, ipſe.i. tu, audis ſup dicentes, ꝙ es ſubtilis & callidus iudex veterum ſup. rerum. Quaſi dicat non minus vitij eſſe ſtupere in re pretioſa, q̃ vili cum non minus rem exprimant ruditer, q̃ artificioſe depicta. Si ego ducor.i. trahor, libo fumante.i. auiditate libi fumantis, nil ſup. reputor.i. homo nihili, ingens virtus atque animus reſponſat tibi in opimis cœnis .i. tu diceris habere magnificentiam, & magnanimitatem pro magnitudine cœnarum, Cur obſequium.i. indulgentia uentris, eſt perniciolius mihi, q̃ ſup. tibi, ꝙ autem perniciolius.i. magis nociuum eſt, patet enim pro quia, ego plector.i. cædor tergo. qui.i. in quo, tu impunitior, id eſt minus? captas.i. ſectatis, & frequenter ſumis, illa obſonia.i. illos cibos. (Quicquid enim præter panem eſtur, obſonium dicitur) quę nequeunt ſumi, id eſt abſumi pauco ſupple pretio? q.d in nullo impunitior ſumis pretioſa obſonia quam ego vilia. Nempe.i. quia certe, epulæ petitæ ſine fine, id eſt modo, & menſura, hoc eſt immodeſte, inmarceſcunt.ſ. in ſtomacho, vbi digeri non poſſunt pedes illuſi.i. decepti onere ſtomachi, recuſant ferre corpus vitioſum.i. vitijs, hoc eſt crapulis plenum. An.i. nunquid, hic puer peccat qui mutat, id eſt commutat ſub noctem.i. tempore cœnæ paullo ante noctem, vuam ſtrigili furtiua.i. qui emit vuam ſtrigili, quam furatus eſt in balneo (eſt enim inſtrumentum quo cutis ſtringitur) & qui uendit prædia parens gulæ nil habet ſeruile.i. ad ſeruum pertinens? q. d. plurimum habet. Adde quòd tu idem non potes eſſe tecum.i. in tranquillitate, aut firmo propoſito, horam .i. per tempus vnius horæ, & ꝙ non potes ponere.i. diſponere recte ocia, & tuvitas teipſum, vt erro fugitiuus. (Ecco dicitur qui vagatur, & errat. Multa enim nomina ſimilia verbis. vt erro, manduco, mando, comedo, cachinno, lurco palpo, & ſimilia. Declinantur autem hic erro erronis. dicuntur planetæ errones latine, cum tamen ſecundùm Plinium nihil minus erret) querens.i. conans, iam i. aliquando, fallere.i. amouere curam vino iam .i. aliquando, ſomno .i. aliquando potando, aliquando dormiendo. (Iucunde dicit fallere curam. Nam cura dicitur eo ꝙ cor vrat ſecundùm Seruium. qui ergo ſopit cogitationes ſuas ita vt non det eis locum, videtur quodammodo curam fallere) quærens inquam fruſtra.i. ſine effectu. nam ipſa cura atra.i. nociua, & moleſta, & comes.i. comitatrix, premit, & ſequitur te fugacem.i. aſſidue fugere tentantem. Hæc à Dauo Horatij obijciuntur, quibus is capitur, qui ſe talem ſentit. Nam Poëta ne in ſe admittere huiuſmodi vitia putetur fingit ſe iratum dicens, Vnde mihi lapidem? Sicut enim ſæpe dixi, & potiſſimum in præambulis Perſianis dicturus ſum, danda eſt doctori opera, ne culpa redarguat ipſum. Veruntamen quia Satyrici Satyros deos imitantes petulantes ſunt, iocoſa, & ridicula quædam fatentur, ſed non grauia ſcelera. neque hic obiecta pernicioſe ſunt, veruntamen Poëtæ turpia. dicit ergo, vnde ſup. acquiram mihi lapidem? Reticet verbum propter iram moris eſt enim iraſcentium imperfectum habere ſermonem. Reſpondet Dauus, Quorſum eſt opus ſup. tibi lapidem? Addit poëta, Vnde ſup. acquiram mihi ſagittas? Ad quod Dauus, aut homo hic inſanit, aut facit verſus, quod etiam inſanus facit. Et Horatius, Ni.i. niſi, tu rapis te hinc ocyus.i. celeriter tu accedes, aut accedas, agro Sabino nona opera.i. nonus operarius, quia iam octo ſunt.

Itteret in pyrgum) Quæri ſolet ab eruditis quid ſignificet hic pyrgus. Nanque nō pauci ex eruditionibus pyrgum eſſe dixerunt alueolum, hoc eſt tabulam luſoriam quam & fritillum appellari exiſtimauerunt. in quo duplici errore labuntur, cum neque pyrgus ſignificet alueolum, neque alueolus pro fritillo accipiatur. Nos autem pyrgum eſſe dicimus illud vaſculum. quo coniecti tali agitati mittuntur, cuius effigies inſtar turriculæ eſt, vnde nomen mutuatur. Pyrgos enim græcæ, turris latine ſignificat. Martialis latino verbo vti maluit, & turriculum appellauit. Nanque in Apophoretis lemma eſt turricula, quæ in eodem ſignificatu, quo pyrgum accepit Horat. &c. ANTO. SARAL.

On dices hodie quorſum hæc tam putida tendant) Quidam tandem legunt protendant. Ceterꝝ Acron ait Hiratij eſſe, verba cum poſſint etiam ſerui eſſe, tanquam mirantis heri ſilentium. [Etenim fateor me dixerit ille) Quaſi Horatij verba ſunt, inquit Acron. Porphyrion aūt ait, ſeruum hoc dicere ſub Horatij perſona, quod mihi quoq. probatur, q. d. ſeruus tanto melior ſum te, quod fatear meum peccatum, cum tu hoc non fatearis, immo verbis decoris obuoluas uitium. [Peccat non ſuperne) Porphyrion exponit, quia ſuperior peccat. Landinus, quaſi leuius Doct. putat ſupertie pro externe poſitum, q. d. non peccat palam. Et ſane poëta conatur oſtendere mulierem imbecillitate, non dedita opera peccare. [Quis nam igitur liber) Acron ait eſſe Horatij verba. Sed poſſunt etiam ſerui Daui eſſe tanquam ſecum ratiocinantis apud herum. Neque enim herus nunc tam placidus eſt, vt ab Dauo doceri velit. Quippe qui paullo poſt & lapidem, & ſagittas poſtulet. [Vel cum Pauſiaca tor- GLAR.

pes insane tabella) Pausiæ pictoris meminit Plin.lib xxj.cap.ij. Porrò quæ sequuntur verba ambigua sunt, Quod quidam Fuluium Rutubam, ac Placideianum gladiatores fuisse existiment, quos in pariete pictos Dauus aspexit, quo sensu Acron videtur exposuisse illud, contento poplite. Alij hos tres pictores fuisse eius temporis putant, quorum picturam sit admiratus Dauus. Cauiam addunt, quod antea Pausiæ fiat mentio veteris pictoris, nunc horum vt nouorum. Et sanè laudem annexam habet hæc pictura, Pausiæ nullam, nisi quod vetusta sit. Vnde egregie seruus heri iudicium irridet, cum non omnino vetera sint meliora. Contento autem poplite intelligo Satyricos, aut iocose dictum in Placideianum, contractum altero crure. Badius separat Placideianum in aduerbium placide ac Ianum, Cui ego non scribo.

ASCEN. VT te Nasidieni &c.) Fundanium, vt dixi, amicum poeta interrogat de cœna Nasidieni, quam Mœcenati, sodalibusque, ac scurris eius parauerat. In qua re nonnihil, vt solet, Mœcenatem taxat, sed in persona aliena, quasi ipse id non ageret. Ordo est, & sunt verba Horatij. O Fundani, vt.i. qualiter cœna Nasidieni beati.i.diuitis (aut poti⁹ s̄m Epicureos, beate viuentis, eo q̄ est voluptatibus indulgens. Creditur enim præcepta prius à Catio recitata tradidisse) iuuit.i. delectauit te? quæro sup. hoc a te, tanquam ab experto. nam tu dictus es a familiaribus .s.tuis, mihi quærenti conuiuā: potare.i.q̄ potares, here.i.heri, illic.s.apud Nasidienum, de medio die i incipiendo a meridie vsque ad cœnam. Respondet Fundanius, Sic sup.iuuit, vt nunquam fuerit mihi in vita.i.quandiu vixi melius. Horatius: Dic, aut Da, si non est graue.i.molestum, quæ esca placauerit.i.sedauerit prima, ventrem iratum.i. famelicum. Respondet Fundanius: In primis fuit aper Lucanus captus in leni Austro, quia Austro flante tenerescunt carnes, & nisi absumantur putrescunt, vt.i.s̄m q̄ pater cœnæ.s. Nasidienus aiebat. hoc prudenter addit Fundanius, ne se quoque lautitiarum studiosum prædicet. Acria rapula fuerunt sup. circum.i.in circuitu, & lactucæ, & radices, & supple talia qualia peruellunt.i.irritant, stomachū lassum, videlicet siser, alec, fecula Coa.i. omne genus gari ac muriæ. vbi.i postquam, his.s dictis obsonijs, sublatis.i.amotis, puer cinctus alte vt sit expeditior, perterfit.i.vndique tersit, mensam aceruam.i.ex acere arbore preciosa factam, & hoc Gausape.i. panno villoso, purpureo.i.purpurei coloris, & alter.s puer, sublegit i clanculum & ex ordine abstulit de mensa quodcunque iaceret inutile.i superfluum, que pro &, quod possit offendere cœnantis (accusatiuus est).i cœnātes, Hydaspes, puer denominatus à fluuio Parthos pertransfeunte, fuscus.i fusci coloris more patriæ procedit ferens Cecuba vina, vt.i.quemadmodum, virgo Attica.i.Atheniensis, sup procedit, cum sacris Cereris.i. ferens sacra Cereris in capite, ea enim lentissime in

* *Qui sumptū praber, & conuiuas pascit hoc loco*

# A R G V M E N T V M.

*Fundanium amicum alloquitur. qui Nasidieni Epicurei conuiua fuerat, sectam ridens, & importunum luxum. Nam honestos, & sordidos eodem conuiuo acceperat.*

## S A T Y R A VIII.

VT Nasidieni iuuit te cœna beati?
Nam mihi quærenti conuiuam, dictus here illic
De medio potare die. Sic, vt mihi nunquam
In vita fuerit melius. da, si graue non est:
Quæ prima iratum ventrem placuerit esca.
In primis Lucanus aper, leni fuit austro
Captus, vt aiebat cœnæ pater. acria circum
Rapula, lactucæ, radices, qualia lassum
Peruellunt stomachum, siser, alec, fecula coa.
His vbi sublatis, puer alte cinctus, acernam
Gausape purpureo mensam pertersit: & alter
Sublegit quodcunque iaceret inutile: quodque
Posset cœnanteis offendere: vt Attica virgo
Cum sacris Cereris, procedit fuscus Hydaspes
Cecuba vina ferens, Alcon chium maris expers.
Hic herus, Albanum Mœcenas, siue Falernum
Te magis appositis delectat: habemus vtrunque.
Diuitias miseras. Si quis cœnantibus vnà
Fundani pulchre fuerit tibi, nosse laboro.
Summus ego, & prope me Viscus Turinus, & infra,
Si memini, Varius, cum Seruilio Balatrone
Vibidius: quos Mœcenas adduxerat vmbras.
Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra,
Ridiculus totas simul absorbere placentas.
Nomentanus ad hoc, qui si quid forte lateret,
Indice monstraret digito, nam cetera turba,
Nos inquam, cœnamus aueis, conchylia, pisceis
Longe dissimilem noto celantia succum
Vt vel continuo patuit: cum passeris, atque
Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi
Post hoc me docuit melimela rubere minorem
Ad lunam delecta. quid hoc intersit: ab ipso
Audieris melius. tum Vbidius Balatroni.
Nos nisi damnose bibimus: moriemur inulti.
Et calices poscunt maiores. vertere pallor
Tum * Parochi faciem nil sic metuentis, vt acreis
Potores: vel quod maledicunt liberius: vel
Feruida quod subtile exsurdant vina palatum.
Inuertunt Aliphanis vinaria tota
Vibidius, Balatroque, secutis omnibus imis.
Conuiuæ lecti nihilum nocuere lagenis.
Affertur squillas inter murena natanteis
In prima porrecta, sub hoc herus, hæc grauida, inqt,

cedebat. Alchon.i.alter minister, procedit ferens Chium sup. vinum, expers maris.i.non habens corruptionem, aut admixtionem aliquam ex mari, licet sit per mare vectum. Hic.i.hoc loco, herus.i.dominus conuiuij sup.dixit. O Mœcenas, siue Albanum sup. vinum, siue Falernū delectat te magis appositis .i. q̄ vina apposita, Cecuba, & Chia: nos habemus vtrunque.i.libenter afferemus. Inter clamat Poëta modeste, vnde non addit O, quod vehementiam notat, dicens: Miseras diuitias quæ.s. hominem perditum faciunt, & de illis se iactantem (& id potius dixero q̄ quod Acron.) Sed, aut si, ô Fundani, ego laboro nosse.i.scire, pulchre.i.ex ordine, quis cœnantibus.i.de cœnantibus fuerit tibi vna.i.pariter in eo conuiuio. Respondet Fundanius, Ego sup. fui, summus.i. in summo loco vnius lecti, & Viscus Thurinus ex oppido Thurio, quod est in Calabria supple fuit propè me, & infra sup. Viscum.i tertius in ordine fuit, sup. si memini: Varius Poëta ille Lyricus, & cum Seruilio Balatrone homine perditæ gulæ fuit Vibidini alius parasitus: quos Mœcenas adduxerat vmbras.i. scænicos viros, qui mimos, & scurras agerent. Nomentanus, prodigus ille sæpe notatus ab Horatio, erat supra ipsum.s.Vibidium: Porcius, alius perditus homo, erat sup infra ipsum, existens ridiculus.i.cum risu perditus: absorbere.i.sorbendo absumere simul totas placentas. Nomentanus supp. erat aduocatus ad hoc qui.i.vt, monstraret digito indice.i.indicante, si forte qd .i.aliquid lateret. Erat enim peritus obsoniorum, vt qui in eis totum patrimonium suum absumpserat, & ita erat a Nasidieno adhibitus, vt pretium ferculorum indicaret. Nam cetera turbam, inquam.i dico nos qui non sumus gulæ proceres: nec earum rerum studiosi, cœnamus aues, conchylia, pisces cælantia .i.occultantia, & in se continentia succum, qui saporum sedes est, dissimilem longe noto.i.familiari, & consueto nobis, & ideo incognito nobis, & propterea nisi fuisset adhibitus qui valorem obsoniorum indicasset, perdidisset dominus conuiuij expensas suas. Nam si rusticus turdum pro mergo comedit, operam, & expensas perdideret, qui apposuit.) dissimilem dico

Capta est, deterior post partum carne futura.
His mixtum ius est oleo, quod prima Venafri
Pressit cella: garo de succis piscis Iberi,
Vino quinquenni, verum citra mare nato,
Dum coquitur: cocto Chium sic conuenit, vt non
Hoc magis vllum aliud: pipere albo, non sine aceto,
Quod Methymnæam vitio mutauerat vuam.
Erucas virideis, inulas ego primus amaras
Monstraui incoquere, illutos Curtillus echinos,
Vt melius muria quàm testa marina remittat.
Interea suspensa graueis aulæa ruinas
In patinam fecere trahentia pulueris atri,
Quantum non Aquilo campanis excitat agris.
Non maius veriti, postquam nihil esse pericli
*Sensimus: erigimur. Rufus posito capite, vt si
Filius immaturus obisset: flere. quis esset
Finis? ni sapiens sic Nomentanus amicum
Tolleret. heu fortuna, quis est crudelior in nos
Te deus? vt semper gaudes illudere rebus
Humanis. Varius mappa compescere risum
Vix poterat. Balatro suspendens omnia naso,
Hæc est conditio viuendi aiebat: eoque
Responsura tuo nunquam est par fama labori.
Te ne, vt ego accipiar laute, torquerier omni
Solicitudine districtum? ne panis adustus,
Ne male conditum ius apponatur? vt omnes
Præcincti recte pueri, comptique ministrent?
Adde hos præterea casus: aulæa ruent si;
Vt modo: si patinam pede lapsus frangat agaso.
Sed conuiuatoris, vti ducis, ingenium res
Aduersæ nudare solent: celare secundæ.
Nasidienus ad hæc: tibi di, quæcunque preceris,
Commoda dent: ita vir bonus es, conuiuaq; comis.
Et soleas poscit. tum in lecto quoque videres
Stridere secreta diuisos aure susurros.
Nullos his mallem ludos spectasse: sed illa
Redde age, quæ deinceps risisti. Vibidius dum
Quærit de pueris, num sit quoque fracta lagæna?
Quod sibi poscenti non dentur pocula: dumq́.
Ridetur fictis rerum Balatrone: secundo
Nasidiene redis mutatæ frontis, vt arte
Emendaturus fortunam. deinde secuti
Mazonomo pueri magno discerpta ferentes
- Membra gruis sparsi sale multo, non sine farre,
Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi,
Et leporum auulsos, vt multo suauius, armos,
Quàm si cum lumbis quis edat. tum pectore adusto
Vidimus & merulas poni, & sine clune palumbes.
Suauis res, si non caussas narraret earum, &
Naturas dominus: quem nos sic fugimus vlti,
Vt nihil omnino gustaremus: velut illis
Canidia afflasset peior serpentibus Afris.

dien noto, vt .i. quemadmodum patuit, vel .i. etiam, continuo .i. statim, cum .i. postquam, porrexerit .i. ministrauerit mihi, ilia pisseris .i. illius piscis. (Nam passer etiam piscis est. Ilia autem sunt intestina. quæ in piscibus pinguia, & lautiora esse solent. vnde Iuuen. Vis frater ab illis Ilibus) Atque ilia rhombi, alterius piscis in summo precio tunc temporis habiti, ingustata mihi .s. quæ nunquam ante gustaueram. Et ita quia se lautitiarum imperitũ fatetur potius dixeto poëtam quam equitem, q͂a sobrietas potius poëtę quam eq. ti competit potissimum cum in prima huius dictus sit Poëta elegans esse. [Post hæc me docuit, prosequitur eandem rem Fundanius dicens, Nomentanus docuit me post hæc .s. dicta, melimela .i. illos dulces fructus, rubere melius delecta .i. cum delectu capra, ad Lunam minorem .i. cũ imminuta est. quid hoc .s. ꝙ ad minorem Lunam, & non ad plenam delegantur intersit .i. referat, disces tu melius ab ipso .s. Nasidieno. Tum .i. postquam, cibis refecti sunt, Vibidius scurra, & parasitus, dixit sup. Balatroni, nos moriemur inulti .s. de isto apparatu, nisi bibimus damnose .s. vsque ad ægritudinem cerebri nostri, & iacturam domini. Et sup. hoc dicto, poscit, aut poscunt, calices maiores .i. pocula maiora. pallor, indicium timoris, vertere supple cœpit, vel vertere .i. vertebat, tum .i. tunc, faciem Parochi .i. domini conuiuij (qui vt Parochus ligna, salẽ, & aquam præbebat) metuentis nil .i. nihil sit, vt potores acres .i. vehementes, vel ꝙ .i. quia, poti .s. maledicunt liberios (vnde dictum est in j. lib. Serm. Sæpe tribus videas lectis cœnare quaternos: E quibus vnus auet quamuis aspergere cunctos, Pręter eũ qui præbet aquam, post hunc quoque potus) vel ꝙ feruida vina exsurdant .i. surdum, & sine gustu faciunt: palatum subtile .i. tenerum, & cito corruptile, vel quod subtile esse debet pro dijudicandis cibis. Vibidius, & Balatro parasiti illi vehementes potores: inuertunt .i. euacuant, tota vinaria sup. vasą, quibus vina allata sunt: aliphanis .i. poculis maioribus à loco sic dictis, & hoc omnibus, qui in eo lecto erant: secutis .i. sequentibus. cõuiuæ imi .i. infimi lecti, nihilum nocuere lagenis .i. modeste biberunt. Murena .i. piscis ille affertur in patina, porrecta .i. extensa inter squillas alios pisces, natantes .s. in iure suo. Heros .i. dominus conuiuij .s. Nasidienus, inquit sub hoc .i. cum illa affertetur, hæc .s. murena capta est grauida, future deterior carne .i. minus bonam carnem habitura, post partum .i. postquam peperisset. His sup. piscibus, est ius mixtum oleo, quod prima .i. laudatissima cella, Venafri, illius oppidi circa quod laudatissimum nascitur oleum, pressit, & sup. garo .i. liquamine, aut salsamento de succis piscis Iberi .i. mari Ibero capti, & sup. vino quinquenni .i. quinque annorum, verum .i. sed

nato .i. producto citra mare, hoc est in Italia, Chium sup. vinum, conuenit .i. concordat sic Coo: sup. vino: dum .i. quandiu coquitur, vt vllum sup. vinum, non cõueniat sup. magis, hoc .i. q̃ hoc .s. Chium vinum, & mixtum sup. albo pipere, non sine .i. cum aceto, quod mutauerit vitio .s. aceti, seu aciditatis, vuã Methymnæã, ab vrbe Lesbi, vbi optimum fit vinum, sic dictam. Ex optimo .n. vino solet fieri optimum acetũ. Ego, inquit, Nasidienus, docui primus incoquere inulas amaras .i. quas coquendo in illo vino amaras facio, vt appetitũ excitent, Cotillus, aut Cortillus, sup mõstrauit, vt .i. qualiter, muria remittat .i. repererit: echinos sup. pisces, illutos, aut illotos .s. salsedine, melius .i. cõmodius: q̃ testa marina .i. q̃ liquamen factum de pisce marino testato. Sunt qui aliter intelligant, sed suus cuique sensus est. Interea suspensa &c. id ferè contingit, vt dum festiui, ac lęti esse cupimus, aliquid molestiæ intercidat sed iucundissima est narratio, quæ rebus ridiculis graues sentẽtias intermiscet. Ordo est. Interea dum sic gloriabundus inuenta sua narraret Nasidienus, aulæa .i. vestes inter textæ (cuiusmodi sunt tapeta, quæ tamen proprie sunt dum substernuntur, sicut aulæa quæ in aulis suspenduntur) suspensa .i. rursum pensa ad arcendos pulueres, fecere .i. fecerunt, graues ruinas .i. casus, in patinam .i. uas escarium, trahentia sup. tantum atri .i. immundi, & nigri pulueris, quantum sup. pulueris Aquilo .i. vẽtus ille impetuosus, non excitat .i. commouet in agris Campanis, qui renosi ac puluerulenti sunt. Nos .s. conuiuæ, veriti grauius sup. periculum, videlicet ruinam totius triclinij, postquam sensimus nihil pericli, pro periculi esse, erigimur, & animo, & corpore, qui compressi, & attoniti eramus. Rufus .s. Nasidienus rex conuiuij, flere sup. cœpit, aut flere .i. flebat, capite posito .i. inclinato, vt .i. quemadmodum sup. fleret, si filius obisset immaturus .i. morte imatura Quis esset finis supple flendi? q. d. nullus, ni .i. nisi. Nomentanus sapiens .i. peritus assentator, tolleret .i. erigeret cõsolando amicum .s. Nasidienũ, sic .i. talibus verbis. Heu fortuna, quis Deus est crudelior in nos .i. in genus humanum, te .i. q̃ tu? q.d. nullus, vt .i. qualiter (admirantis est) tu gaudes semper illudere rebus humanis. hæc grauis est sententia; de rebus ridiculosis. Vnde Varius poëta vix poterat compescere .i. continere risum, mappa, quam .s. in os ingerebat, aut mordebat. Balatro parasitus ne quam suspendens omnia naso .i. uafre irridens, ita ꝙ sic suspense loqueretur, vt nescias serio, an ioco id dixerit, aiebat, Hæc .i. huiusmodi .i. dubia, & infortunio subiecta est conditio viuendi, eoque .i. & ideo fama par .i. æqualis nunquam est responsura tuo labori .i. nunquam famam consequetis æqualem laboribus tuis. Te ne .i. nunquid sup. æquum, aut iustum, aut dijs

placitum est te torquerier, pro torqueri.i.cruciari, vt ego accipiar laute.i. splendide,& opipare,te inquam districtum.i. angustiatum omni solicitudinis,ne panis supp. sit adustus,vel ne quis apponatur adustus,& ne ius apponatur male.i. indecenter conditum & vt omnes pueri ministrent præcincti, & compti recte? Adde præterea i.præter alias sollicitudines suas,hos.i.huiusmodi,casus.i. infortunia (sed bene alludit ad casum aulæorum quæ ceciderant) si aulæa ruant.i. decidant,vt modo sup. ruerunt,aut deciderunt. Et si Agaso.i. rudis minister, vt solent esse Agasones i.mulorum equorum ue aut asinorum directores,lapsus pede,frangat patinam.i. vas escarium patens, & forte fictile, quia cibus in eo minus contrahit malum saporem. Sed res aduersæ solent nudare.i.reuelare, & manifestare oculis quasi nudum qui prius tectus erat obijcere,animum conuiuatoris.i. conuiuia parantis,vti.i.sicut ducit sup. animum nudare solent, & secundæ.i. prosperæ. sup. res,solent cœlare animum conuiuatoris, & ducis,quia fortitudo in aduersitate potissimum perspicitur,quamuis iuuenes temperatiores in aduersis q̃ lætis. [Nasidienus ad hæc &c. ita suspenso naso dixerat Balatro superiora, vt Nasidienus se vere laudatum putaret. vnde sequitur, Nasidienus sup. respondit ad hæc, sup. dicta Balatroni, O Balatro amice, dij dent tibi quæcunque commoda precaris,aut preceris,ita.i.in tantum es,tu vir bonus,& comis.i.concinnus conuiua. Et sup. hoc dicto poscit soleas.i.crepidas suas, qua exuerat cum torum conscenderet,tum.i. postquam,habitis soleis discesserat, tu vide res.i. quilibet qui ad esset videre posset, susurros diuisos.i. ex diuersa parte ortos, stridere.i. stridorem facere (Est autem hic à strido tertiæ coniugationis,non à strideo secundæ,quia penultimam corripit) in aure secreta in quocunque lecto.s. Triclinij. Respondet Horatius. Ego nullos.i.non vllos,ego non mallem, .i.magis vellem, spectasse vllos ludos his.i.q̃ hos quos mihi narras. Sed age redde illa quæ risisti deinceps. Respondet Fundanius, Vibidius parasitus ille dum quærit.i. percontatur de pueris num.i. nunquid,lagena sit quoque i. etiam fracta quod.i.qa pocula.i. potus,non dentur sibi poscenti.i.petenti,que pro &,dū .i.quando, Vibidius.s.quia scurram scurra ridet, ridetur Balatrone fictis.i. fictitijs rerum,hoc est rebus fictis. O Nasidiene tu redis secundo i. iterum, frontis mutatæ i habens frontem mutatam,hoc est hilariorem,vt i. tanquam,emendaturus arte.i. industria fortunam. deinde pueri.i. ministri secuti sup. sunt, ferentes.i.apportantes.magno mazonomo.i.lance sic dicta, membra discerpta gruis sparsi multo sale,non sine farre, & iecur albi anseris pastum.i.enutritum pinguibus ficis, & armos leporum (de quibus dictum est, Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos) auulsos,vt i. tanquam multo suauius.i. rem multo suauiorem, quam si quis edat cum lumbis.i.cum posteriori parte. tum.i.deinde,vidimus &.i.etiam,merulas poni adusto pectore,& palumbes sine clune,appositorie res suauis.i.suaues,si dominus.s. Nasidienus,non narraret.i. narrauisset,causas earum supple rerum.

Causæ autem erant,quia dixit conseruatas esse tantum, & medium earum esset putrefactum, quia nunc quoque multis visum est nihil satis tenerum. aut delicatum,nisi sit semi putidum, quē sup dominum,nos vlti.i.sumentes vltionem (cum enim summæ laudis putares laute parasse cibos cōuiuis gratos,nihil ei tristius poterat accidere,quam contemptis cibis conuiuas aufugere. vltionis ergo genus est cibos corruptos non attingere) nos ergo vlti fugimus sic,vt nihil omnino gustaremus,velut Canidia, illa venefica Neapolitana de qua prius dictum est, existens peior.i. venenosior serpentibus Afris,qui tamen venenosissimi sunt, ef flasset.i. flatum venenosum inspirasset, illis supple cibis semicorruptis.

C Aecuba vina ferens) Vt cuiuis nodus iste pateat, cuidam piscatoris visum est apponere oraculum percelebre, esse Dionysium demergendum in mare. Id autem significabat,vino marinam aquam affundi oportere Facit enim ea defecatius vinum,firmus,& incorruptius.Quoniam aquæ marinæ ratio videri potest eo, quod frigiditatem illius exigat caliditas innata,quæ maxime vini restinguit vim,corrumpitque. Quod & Plin.lib.xiiij.cap.xix. probat. Nec non Varro,cum circa Liberū patrem delphinos scribit versari. Ast vina esse quædam, quæ non patiantur admixtionem aquæ his prædictis verbis Horat. docet. Cœl. lib. xiiij cap. viij. COEL. RHOD.

A Dduxerat vmbras) Vmbra pro conuiua nonnunquam accipitur,vt hic. Est enim ordo. Suminus ego,(eram in mensa) & prope me Viscus Thurinus,& si memini insta,erat,Varius,& Vibidius cum Seruilio Balatrone. Nomentanus erat super Mœcen.Porcius ridiculus absorbendo totas placentas,erat,infra.Nomentanus ad hoc,vt digito indice monstraret si quid (cibi suauis) forte lateret.Quos ipse Mœcenas adduxerat vmbras,hoc est,secum duxerat ad conuiuium.Conuiuæ autem vmbræ dicuntur, quod sequantur inuitatos in conuiuium, non ipsi etiam inuitati,vt vmbra corpus. ALDVS MANV.

A Leon Chium maris expers)Ergo expers,inquit Acrō, quod per terram,non per mare aduectum est, quasi ex insula vinum illud volauerit s. Rectius Badius hoc exponit,maris expers.i.non habēs corruptionem, aut admixtionem aliquam ex mari.[Summus ego,& prope me Viscus)Conuiuas octo nominat Fundanius,se in summo,ab altero autem latere Viscum,& Varium,& Vibidium cum Seruilio Balatrone. Ab altero rursus latere Mœcenatem cum duobus vmbris Nomentano ac Portio, è quibus Nomentanus supra Mœcenatem sedebat,proximo Fundanium, vt ex sequentibus clarius patet, quippe qui Fundanium gulæ misteria tam anxie doceret. Quare ego distinguendum puto post Vibidius. Nam sequentis, Quos Mœcenas adduxerat vmbras, de Nomentano ac Portio intelligenda,non de Seruilio ac Vibidio, etiam si in Porphyrionis commentario aliter legitur,ea tamen corrupta sunt, vt nostri habent libris. GLAR.

PRIMA

# Q. HORATII FLACCI EPISTOLARVM

## LIBER PRIMVS.



## AD MOECENATEM.



RIMA dicte mihi, summa
dicende Camœna,
Spectatum satis, & donatum
iam rude quæris
Męcenas iterum antiquo me
includere ludo.
Non eadem est ætas, non
mens. Veianius, armis
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro:
Me populum extrema toties exoret arena.
Est, mihi purgatam crebro qui personet aurem:
Solue senescentem mature sanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.
Nunc itaque & versus, & cetera ludicra pono:
Quid verũ, atq. decẽs, curo, & rogo: & oĩs in hoc sum:
Condo, & compono, quæ mox depromere possim.
Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter.
Nullius addictus iurare in verba magistri, *
Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes.
Nunc agilis fio, & versor ciuilibus vndis
Virtutis veræ custos, rigidusq. satelles:
Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor,
Et mihi res, non me rebus submittere conor.
Vt nox longa, quibus mentitur amica; diesq.
Longa videtur opus debentibus; vt piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum:
Sic mihi tarda fluunt, ingrataq. tempora, quæ spẽ,
Consiliumq. morantur agendi gnauiter id, quod
Aeque pauperibus prodest, locupletibus æque,
Aeque neglectum pueris, senibusq. nocebit.
Restat, vt his ego me ipse regam soler q. elementis.
Non possis oculo quantum contendere Lynceus:
Non tamen iccirco contemnas lippus inungi:
Nec, quia desperes inuicti membra Glyconis,

ASCEN. 
RIMA dicte mihi) Mœcenatem (vt dixi) luminum amicum, atque patronum suum alloquitur incepti operis rationem subiuncturus, quæ est positis ludicris, quod verum atque decens curare. In his enim epistolis quædam delectantia intersetuntur, sed nihil obscœnũ, aut lubricum, Satyraq. dignum conspicitur. Sunt enim omnia casta, & sancta, vt ab eo composita qui extremam operam se musis impensurum testetur. Epistola dicitur scriptum missiuum: nam ab ἐπιστέλλω, epistello: quod est mitto, deducitur. in diminutione reperitur hoc epistolium. Dicere est ex arte loqui. quomodo loquuntur oratores, qui vbi perorauerint dicunt dixi, & ij qui quemuis laudare volũt. vnde dictum laudatum interpretantur. Sicut in illo Georg. cui non dictus Hylas &c. Potest tamen intelligi hic dicte. i. nuncupate in operibus meis, hoc est cui opera mea dicaui, & nuncupaui, dicens in principio Carminum: Mœcenas atauis edite regibus. & in principio Sermonum, Qui fit Mœcenas. & in alio Sermone, Non quia Mœcenas &c. Tria autem præcipua opera Mœcenati nuncupauit, quorum ordinem videtur depinxisse ex eius nominis locatione. nam Carminum opus quod adolescẽtiæ, aut saltem iuuenili ætati congruit, & ita primum videtur editum, auspicatus est à Mœcenatis nomine, Męcenas atauis &c. Sermonum quod mediocri, qa virili ętati conuenit medium posuit, & in primi versus medio idẽ nomen. Qui fit Mœcenas. Epistolarum autem quod graue dixi, & in senili ætate edidit, & summam Camœnam inscripsit, sic nuncupat, vt non nisi completis duobus uersibus Mœcenatis nomen apponat, ut videre est. Artem Poëticam Pisonibus addixit. quo facto docemur magnis viris non nisi digna præscribere. Prætetea qui in membranis scribunt, quia descendendo scribunt, solent prima summa, aut suprema vocare. vnde in cõsuetudine habetur, vt supra .i. prius. Hic tamen summam Camœnam vltimam vocat, ab ascẽdentibus tracta Metaphora. Ii enim cum in summo sunt progredi non possunt. Summus ergo progressus Camœnarum (nã & pedibus ingrediuntur versus) erit Horatio præsens opus, vltra quod nõ progredietur. Hæc rudis in ablatiuo rude: virga est sine ferro, quæ meritis datur. i. ijs qui aut labore, aut senio fracti remittebantur ab officio gladiatorio. ideo autem daram putant eis rudem, vt ea dimicantes dirimant tanquam artis periti.

Captat autem statim in principio à Mœcenate beneuolentiam ex beneficio suo, quia dicit se eum dixisse .i. laudasse in operibus suis, & ex merito Mœcenatis, quia dicit adhuc dicendum, quasi nunquam satis laudatus sit. Comparat sibi auctoritatem & gratiam, quia se satis spectatum modeste fatetur excusatq. senium (quia omnia fert ætas, animum quoque) quo minus aptus sit ad carmina scribenda. Et ita difficultate negocij, & vtilitate rei, quia non ludicra, sed salubria dicturus est: attentum facit lectorem. Et etiam docilem ex rerum propositione, vt in sequentibus videbimus. Ordo est: O Mœcenas dicte, id est nuncupate aut laudate, mihi, id est a me: prima Camœna, id est primo opere carmine conscripto, & dicende, id est laudande, aut nuncupande, id est qui dignus es, vt dicaris: summa, id est vltima Camœna in præsenti opere tu quæris, id est petis includere antiquo ludo, id est loco exercitationis consuetæ, hoc est exercitio poëtico, me spectatum, id est cognitum & probatum satis: & donatum iam rude, id est virga, qua emeriti gladiatores donabantur, hoc est satis cognitum, & dignum qui remittatur ab officio poëtico, sicut gladiator donatus rude, remittitur à munere gladiatorio. Ætas non est mihi eadem, id est eiusdem roboris, & mens non est mihi eadem, id est eiusdem acuminis: aut non eadem placent seni quæ iuueni. Veianius: notus gladiator, latet abditus, id est occultatur otio deditus in agro, & hoc armis, scilicet gladiatorijs, fixis ad postem Herculis vbi arma sua figebant, qui eis amplius vti nolebant: latet dico, ne exoret .i. precetur, hoc est ne cogatur precari populum toties in extrema harena (hoc intelligunt quasi cogatur populum orare, vt fiat emeritus, & rude donetur: sed iam potius donatum rude dixero cum Herculi arma dicauerit. Ego igitur intelligo emeritos populo petente aliquando in harena exhibitos, vbi victi orabant populum ne sinat se interimi a victore, & ob id confugerant vsque ad extremam harenam, vt manum porrigat.) Est, scilicet philosophus: aut verius Apollo, id est ratio, & iudicium, scilicet qui personet mihi aurem purgatam, scilicet a prauis affectionibus, hoc est qui admoneat me hoc modo: O Horati, solue sanus, id est quandiu sanus es: mature, id est tempestiue, equum senescentem, id est te vt equum senio confectum, ne ipse equus peccet, id est deficiat, & succumbat, ridendus, id est irridendus, ad extremum, id est priusquam perueniat ad metã, & ducat, id est trahat ilia crebris anhelationibus defatigatus.

Vide an not. Frã. Rob. sup isto loco.

Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.
Est quodam prodire tenus, si non datur vltra.
Feruet auaritia, miseraq́ cupidine pectus?
Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes. sunt certa piacula, quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator,
Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem.

tus. Nunc itaque & versus &c. ludicra pono, facit (vt dixi) auditorem, seu lectorem potius attentum ex rerum describendarum maturitate, quia pollicetur hic nihil descripturum quod ludicrum sit, aut inane, sed ea duntaxat quæ ad vitæ perfectionem pertineant. vnde quia in Arte dictum est. Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ: Aut simul & iucunda, & idonea dicere vitæ. videtur Poeta in libris Carminum voluisse delectare, quæ res iuuenili ætati competit, hic vero in vltima Camœna, vbi se donarum rude dicit, duntaxat prodesse, præcipue bonis moribus, in Satyra autem quam mediam posuit, vtrunque facere, quod & re vera effecit. Nam & prodest, & delectat plurimum. Quod ergo hic dicit, Versus & cetera ludicra, per quæ verba etiam versus inter ludicra reponit, dicemus loqui de Odis, seu Carm. nam & hic versu vtetur, sed alterius generis, ac qualitatis vtpote doctrinali, qui semper grauis est. Ludicrum est quod ad lusum pertinet, cuius omnis fructus ex voluptate est. Est.n. (s̃m Vallam) ars ludicra histrionica, & scenica. Ludicrum autem substantiue sumptum non modo ludus est histrionicus, & scenicus, sed quodcunque lusorium opus ac ioculare, etiam ludi publici. Est præterea secundæ inflexionis non tertiæ, vt contra Prisc. docet lib. j. dictus Valla. Pono .i. depono, vt apud Mart.

Grande cothurnati pone Maronis opus.

Curo. s. animo, hoc est mecum tacite, & rogo .i. interrogo ab alijs, & ita sum omnis .i. totus in hoc .i. in inquirendo quod verũ, atque decens .i. honestum. Condo, & compono, aut in libris, aut in promptuario pectoris, quæ mox .i. paullo post, possim depromere .i. excipere in vsum vitæ. Rapit tempestas, aut metaphora est a nauigantibus, aut id dicit, se tempori accommodaturum, nam præcepta moralia tempori accommodanda sunt & loco, vsque adeo, vt quæ hic, & nunc decent, alibi & alias dedeceant. Quæ vero sub præcepto diuino continentur, vt nunquam non decere possunt, ita nunquam non obseruanda sunt. Iurare in verba, ita enim addicti nonnulli præceptoribus sectæ suæ sunt, vt iurati videantur quicquid illi dixerint se approbaturos. Hospes .i. vt hospes, in nulla certa domo, id est in nullius sectæ opinione permansurus, nisi tantisper dum placuerit, rigidusq́ satelles, id est constans, & incorruptibilis sectator. In Aristippi .s. Stoici, cum ipse sit Epicureus: & ideo furtim quasi ad aliena inuenta accedens. Stoici autem (vt Cicero in Officijs docet) optime de moribus disputarunt. Res .i. præceptiones, aut argumenta philosophica, vt in Arte:

Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ.

Non me rebus, hoc est ego non cogam intellectum meum sequi præcepta philosophorum, sicut nos in fide quodammodo cogimur credere, quæ intelligere non possumus, sed ea duntaxat præcepta complectar, quæ mihi comprobabuntur. Vt nox longa, ostendit se magno desiderio fortiter agendi rapi, vtens exemplis eorum, qui maxime desiderio trahuntur. Id, quod æque pauperibus &c ex vtilitate ergo sibi beneuolentiam, quoque comparat. Cetera ex ordine patebunt, qui talis est: Itaque, quia sic admonitus sum: ego pono, id est depono, &, id est pariter, versus amatorios, & lasciuiusculos, & cetera ludicra, id est quę ad delectationem facerent, & cura quod (aut quid) verum atque decens supple est: & rogo, id est interrogo, & perquiro, & sum omnis, id est totus in hoc, condo, & compono supple ea quæ possim depromere, id est prompte mihi sumere, mox, id est paullo post, hoc est ego colligo, ea præcepta viuendi, quibus vbi opus erit, vtar. Ac ne roges, id est interroges forte, quo duce, id est principe philosophiæ, & quo Lare .i. cuius familiæ secta, ego tuter, id est tutum faciam me, hoc est cuius sectæ auctoritatem, & doctrinam sequar in hoc opere, ego nullius, id est non vllius, nõ addictus, id est more militis ascriptus, aut adiudicandus iurare in verba vllius magistri, id est quasi iuratus, & sacramento astrictus sequi dogmata vnius sectæ, feror hospes, id est externus, & non domesticus, quocunque tempestas .i. impetus voluntatis, aut commoditas, & opportunitas temporis rapit me. Ego fio nunc, id est aliquando, agilis, id est praxi incumbo, & mersor, id est immersor, vndis ciuilibus, id est ijs quæ ad ciuilem vitam pertinent, hoc est incumbo Ethicæ .i. philosophiæ morali, quæ ad praxin, id est operationem pertinet, quasi dicat aliquando profundis speculationibus me totum dedo aliquando fio agilis, id est quæ didici ad operationem applico. Non enim semper philosophiæ speculatiuæ insudandum est. vnde apud A. Gelliũ Gallicles Platonicus ad Socratem, Philosophia, inquit, ò Socrates res est elegans si modice quispiam per ætatem attigerit, at si supra modum tempus in ea contriuerit, hominum est corruptela. Nam si quis vel ameno, acriq́. sit ingenio, vltraq́. ætatem philosophetur, necessum est eum rerum omnium esse imperitum, quarum vsum calleat oportet quisquis honestus, probusq́. est futurus. Non ergo soli speculationi incumbit, propterea quia veritati potius, quam auctoritati concedendum est, ideo subdit. Ego custos .i. obseruator veræ virtutis, & rigidus .i. seuerus satelles .i. quasi corporis defensor, relabor .i. per transitum incido, nunc .i. aliquando in præcepta Aristippi, illius Epicurei, & ego conor subiungere (sic .n. Acron legit. licet alij submittere legant) mihi res .i. doctrinas philosophorum, ita vt libere de eis iudicem, & non me rebus. Aut res .i. fortunæ bona subiungo mihi, non me illis, de quo Acron bene differit, sed ad ordinem. Vt .i. quemadmodum, nox videtur longa supp. illis, quibus amica .i. concubina pollicita, se venturam est, mentita, hoc est qui totam noctem spectauerunt eam, que, pro &, vt supp. dies videtur longa, id est nimis durare, debentibus opus, id est obligatis ad aliquod opus singulis diebus exhibendum, vt glebæ addicti, aut remigio, vt .i. quemadmodum, annus videtur piger, id est tarde procedere, pupillis, id est patre orbatis, quos dura custodia matrum premit, quia nihil imperiosius muliere: & (vt dicit Iuuen.) Intolerabilius nihil est, quam fœmina diues, sic tempora fluunt mihi tarda, & ingrata, quæ tempora morantur, id est in mora tenet, spem & consilium agendi gnauiter id, quod prodest, æque, id est æqualiter, pauperibus, & locupletibus, id est diuitibus, & quod neglectum nocebit æque pueris, & senibus, id est omni sexui, & ætati, hoc est id, quod ad philosophiam pertinet. Nam omnes debent viuere honeste, & probe, seq́. decenter regere si non habeant alios regendos, restat, id est reliquum est, quia nondum nactus sum plenam opportunitatem ex sententia viuendi, eo quòd nondum collegerim normam integram: restat vt ipse, id est ego: regam me, & soler me his elementis, id est paruis principijs, quasi dicat quia nondum omnia possum, non continuo nil faciam, sed dicam mihi: ò Horati, si tu non possis contendere oculo, id est perspicere quantum Lynceus: vir ille acerrimi, & acutissimi visus qui per multa millia passuum naues in portu vidit, Sunt qui putent eundem esse, de quo Solinus dicit sic: Visu plurimum ponit Strabo nomine quem superspexisse per xxxv. millia passuum Varro significat solitumq́. à Carthagine exeuntem classem Punicam numerumq́. nauium manifestissime è Lilybitana specula notare. Hæc ille. Sit itaque Strabo Lynceus dictus, quòd Lynceos habuerit oculos. licet ergo non possim tantum contendere, tamen tu lippus, id est debilem visum, & fluentes oculos habens: non contemnas iccirco inungi, id est mederi, hoc est licet non omnia potes: nõ tamen iccirco nihil facies. (Et ita Stoicorum Paradoxon damnat, qui dicunt omnia vitia esse paria, sapientesq́ omnia, & solos posse, nullumq́. sapientem esse, qui non plene sapiens sit.) Et (aut nec) quia tu desperes membra Glyconis illius athletæ, ac luctatoris: inuicti, id est fortissimi, & quasi inuincibilis, nolis, id est recuses: prohibere, id est arcere corpus, scilicet tuum à chiragra, id est contractione manum, nodosa, id est nodos neruorum generante? quasi dicat tu, id stulte faceres, quia est, scilicet statutum, aut laudabile, & concessum, prodire, id est progredi in virtutibus, tenus quodam, id est vsque ad quiddam, id est etiam modicum gradum, si non datur supple prodire vltra, id est quilibet conabitur tantum proficere quantum poterit. Si supple pectus feruet, id est æstuat, auaritia & cupidine, id est cupiditate, misera, id est magna, vel quæ miseros facit, sunt verba, scilicet philosophica, scripta intelligit, & voces, id est doctrinæ quæ viua voce traduntur, quibus possis lenire, id est mitigare, & reprimere hunc, scilicet mentis dolorem, & deponere magnam partem morbi .i. vitij tui. Si supple tu rumet .i. inflaris amore laudis, sunt certa piacula .i. purgamina quæ poterunt recreare te .i. facere te quasi nouum hominẽ, & hoc libello .i. modica

dica parte philosophiæ, lecto terti diligenter, & pure .i. attente sine praua cupiditate admixta, inuidus, iracundus, iners .i. accediosus, vinosus .i. gulosus, amator .i. libidinosus. (Et ita septē peccata mortalia damnat. primo auaritiam ibi: Feruet auaritia, quia eam exitialiter semper execratus est, vt in Sermonibus vidimus. Deinde superbiam, ibi Laudis amore tumes. & hic quinque reliqua.) nemo dictorum peccatorum est adeo .i. intantum ferus .i. sceleribus effetus, vt non possit mitescere, si modo .i. dummodo, commendet .i. præbeat, aurem patentem culturæ .i. quæ sinat se coli electis vitijs. Vinosus dicitur, qui vino nimis indulget, & per hoc gulosus. Amator, & amica, pro luxuriosis accipiuntur, amicus autem pro honesto.

Virtus est, vitium fugere: & sapientia prima,
Stultitia caruisse. vides, quæ maxima credis
Esse mala, exiguum censum, turpemq́ repulsum,
Quanto deuites animi, capitisq́ labore.
Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per igneis.
Ne cures ea, quæ stulte miraris, & optas:
Discere, & audire, & meliori credere non vis.
Quis circum pagos, & circum compita pugnax,
Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ?
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
O ciues ciues, quærenda pecunia primum est,
Virtus post nummos. hæc Ianus summus ab imo
Perdocet: hæc recinunt iuuenes dictata, senesq́.
Læuo suspensi loculos, tabulamq́ lacerto.
Si quadringentis sex septem millia desunt,
Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidesq́:
Plebs eris. At pueri ludentes, rex eris, aiunt,
Si recte facies. Hic murus aheneus esto:
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum
Nenia? quæ regnum recte facientibus offert,
Et maribus Curijs, & decantata Camillis?
Is ne tibi melius suadet, qui rem facias; rem,
Si possis recte; si non, quocunque modo rem:
Vt propius spectes lacrymosa poëmata Puppi?
An qui fortunæ te responsare superbæ
Liberum, & erectum præsens hortatur, & optat?
Quòd si me populus Romanus forte roget, cur
Non, vt porticibus, sic iudicijs fruar isdem,
Nec sequar, aut fugiam, quæ diligit ipse, vel odit:
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Respondit, referam: Quia me vestigia terrent
Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.
Bellua multorũ es capitũ. nam q̃d sequar? aut quem?

ASCEN. Virtus est vitium fugere,) Incipit instituere virum bonũ, & studiosum, cuius primum officium est fugere vitium. Vnde scriptum est: Declina à malo, & fac bonum. Est quidem primum non quia præcipuum. plus enim est bonum facere, quam malum non facere: tum nemo verum bonum agat, qui mala non deuitet, sed quia qui studiosus effici vult, primo loco conari debet, vt vitia deuitet, sicut coloni prius nociua euellunt quam bona inferant agris suis. Stultitia, id est stolida, aut praua opinione, qua omnes peccatores dicuntur, ideoq́. scriptum est, Stultorum infinitus est numerus. Et quòd prudentia huius seculi stultitia est apud Deum. Quod auctor hic exemplis probat, quia paupertatem maximo conatu fugiunt plurimi, quod non facerent nisi praua opinione ducantur, aut si ab ea curari velint per prudentium doctrinam. Et ita ostendit fallam opinionem de auaritia, additq́. de gloria, & ambitione, dicens quod vix quisquam præditus virtute corporis contemnat gloriam ob victoriam in certamine Olympico, præter sapientem, qui sine puluere, & sudore palmam obtinuit, non cupiendo, sed contemnendo, quia neglecta inani gloria virtutem obtine, quæ pluris est quàm aurum, sicut aurum pluris est quàm argentum. Opinio tamen praua mortalium, effectu ipso contra sentire probatur, quia videtur pluribus virtus acquirenda esse post nummos .i. studendum esse virtuti, & honestati postquam diuites quacunque via euaserint, credentes nullum honorandum, qui non sit diues. Sed longe aliter esse etiam pueri attestantur, canentes veteri cantico à maioribus tradito, Rex eris si recte facies. Et ita murus aheneus .i. fortissimum munimentum, esto .i. sit cuilibet, nil conscire sibi .i. habere nullius mali conscientiam, iudice qua se nemo nocens absoluitur. Notum est ab eo quod est æs æris fieri varia denominatiua, nam & æreus, & æneus, & ahenus, & aheneus (vt hic inde deducitur. Sane quia æs non cito corrumpitur rubigine, omnia diu durantia ærea vocabant antiqui. vnde ærea vox dicebatur ab Homero, quæ à Vergilio ferrea. Et in primo Carminum dixerat Poëta noster, Illi robur, & æs triplex Circa pectus erat, &c. Lex Roscia est quam tulit Lucius Otho Roscius, vt nemini liceret in quatuordecim primis ordinibus, seu gradibus in theatro sedere nisi qui haberet censum equestrem .i. quadringenta sestertia in censu. vnde est illud Iuuen. Sat. iij. Exeat, inquit, Si pudor est, & de puluino surgat equestri, Cuius res legi non sufficit, & sedeant hic Lenonum pueri quocunque in Fornice nati. Hic plaudat nitidi præconis filius, inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq́. lanistæ. Sic libitum vano, qui nos distinxit Othoni. Hæc ille. Qui ideo vanus, quia ad censum non ad virturem, aut patentum merita respiciendum duxit. Est ergo eius lex deterior quam Nenia puerorum decantata, scilicet in funere ipsis Curijs, Fabricijs, & Camillis, ceterisq́. maribus .i. virilis animis proceribus Romanis, qui neglecta re virtuti studebant, & ita puerorum Neniam dum viuebant, approbabant, & legem Rosciam, quæ postea lata est, re ipsa improbant, quia censum equestrem non curabant. Curius enim Dentatus, qui de Samnitibus triumphauit, legatis Samnitium aurum offerentibus, cum ipse in foco rapas torreret, malo hæc inquit esse (id est manducare) in fictilibus meis, & aurum habentibus imperare, quàm aurum possidere. Furius quoque Camillus vrbis liberator dictus, in exilio vitam inopem agere, quàm Romæ latius viuere maluit. Hic autem ponitur pro egregio virtutis amatore. Is ne tibi melius suader, suademus, inquit Acron, etiam mala, hortamur ad bona. Secundùm quem ponitur Puppi, pro Puppij. Nam Puppius, inquit, Tragœdiographus ita affectus spectantium mouit, vt eos flere compelleret. inde istum versum fecit. Flebunt amici, & bene noti morte mea. Nam Puppius in me viuo lacrymatus est. Alijs videtur puppi esse appellatiuum, vt in constructione patebit, quæ talis est. Virtus est fugere vitium, & prima, id est primum expetenda sapientia, est caruisse stultitia, sed stultitia magna est diligentius externa bona, quam interna perquirere, & mala vitare, vnde dicit, Tu vides, id est quilibet videt. Non enim hic Mœcenatem docet, nec hanc epistolam sic ad Mœcenatem scripsit, vt ceteras ad ceteros, quia per hanc dedicat, ac nuncupat hoc opus epistolarum Mœcenati, non quem doceat, sed in cuius gratiam scripserit. Tu ergo vides dicit ad quemlibet loquendo quanto labore animi, & capitis tu deuites ea quæ credis esse maxima mala, scilicet exiguum, id est modicum, censum, id est thesaurum, aut rerum possessionem, & repulsam turpem, quam patitur qui honores non exauditus petit. Tu mercator curris impiger, id est celer ad extremos Indos fugiens pauperiem, id est paupertatem, per mare, per saxa, per ignes. & tamen tu non vis credere meliori. & audire & discere ne, id est vt non cures, id est vt nihil facias ea quæ tu miraris, & optas stulte, quasi dicat longe maiori diligentia quæris curas quam diuites, & hoc quia stultitia non cares deprauatus vitio cupiditatis. Quod consimili probat quærens. Quis pugnax, id est assidue pugnans, aut naturaliter inclinatus ad pugnandum circum Pagos & compita, id est in omnibus conuenticulis hominum, contemnat, coronari supple per magna Olympia: aut appositorie contemnat coronari, quæ sunt magna Olympia? Responsio: Is supple philosophus cui sit spes, & cui conditio palmæ, id est victoriæ. (Sit dulcis, sine puluere.) Hoc est philosophus cui persuasum est non minus gloriosum esse in pace, sine puluere palmam econtra vitia, & ignorantiam acquirere quam coronam Olympicam: facile contemnet

Olympica

Olympica certamina tempore non praue affectus, Sic ego, alij aliter exponunt. Compita sunt quæ competuntur .i. à multis simul petuntur loca. Vilius argentum est auro, docet stultos, & praue affectos esse plurimos, vt qui rem minoris æstimandam pluris faciunt quia pecunia minoris est quam virtus ea tamen pluris amatur à multis. Ordo est. Argentum est vilius auro, & aurum est vilius virtutibus, & tamen supple ò ciues ciues pecunia est quærenda primum, & virtus est quærenda post nummos. Ianus summus ab imo perdocet hæc .i. quicunque versantur inter summum Ianum, & imum perdocent hæc. Erant .i. treis statuæ Iani, ad quarum mediam (vt in Sermonibus dictum est) maxima fiebant commercia negociatorum quicquid ergo in eo Vico versatur, non aliud clamat, quam ꝙ quærenda pecunia primum est. Iuuenes & senes suspensi loculos, & tabulam .i. habentes loculos, id est sacculos denariorum pro fictilium, & tabulam suspensam læuo lacerto, id est brachio recinunt, id est cantando memoriæ commēdant, hæc dictata, id est hæc præcepta à talibus magistris tradita. Nam si sex sup. aut septem millia desunt quadringentis supple millibus, id est censui equestri, quanquam supple animus est tibi supple fortis mores sunt tibi supple probati, & lingua supple diserta est tibi, & fides, id est fidelitas est tibi, tamen supple tu eris, id est reputaberis, plebs .i. plebeius, & vilis. Sic Bonfinis quoque construendum censet, quem viginti annis postquam hæc scripseram, nunc primum legi. sed durum mihi videtur textum reponere, vt reponendum censet, vt, scilicet legatur, Si quadringentis sex septem, aut millia desunt: Et si animus tibi, sunt mores &c. Ego certe illas particulas subaudire mallem, quam apponere, re vera sæpe etiam vbi nullum est metrum coniunctionem abijcimus, vt, Si quadringentis sex septem millia desunt. & supple si, est animus &c. vel subauditur, concedo est animus tibi &c. tamen supple plebs eris. At, id est sed, pueri ludentes, dum cantica à maioribus suis tradita discunt, aiunt tu eris rex, si facias recte. Vbi laudandum est institutum priscorum, qui tali sententia animos suorum imbuerunt, vt in virtute principatum collocent. Hic, id est huiusmodi murus esto aheneus, id est fortissimus, quasi ex ære factus, scilicet nil conscire, id est nullius mali conscium esse sibi, & nulla, id est non vlla, non pallescere, id est pallidum fieri vlla culpa. Sodes, blandientis est, quasi dicat si audes, & commodum videtur, dic, an lex Roscia, id est quam Roscius Otho tulit, videlicet nequis non habens censum equestrem sedeat in quatuordecim primis gradibus theatri, quę coegit multos vsuram exercere, quo diuites fierent est melior, id est iustior, & commodior, an Nenia, id est vulgaris cantilena puerorum. (Est .n. Nenia cantilena illa quam præfica, id est mulier ad hoc ceteris præfecta canit, dum cadauer sepeliendum custoditur, in qua commemorat laudes, & virtutes defuncti cum eiulatu, & ploratu magno) quæ, scilicet Nenia, offert regnum facientibus recte existens decantata; & .i. pariter Curijs, & .i. pariter Camillis maribus .i. fortibus, & continentibus viris, quibus persuasum erat regnum esse recte facere, & paucis contentum esse, & ita ipsis defunctis talis Nenia poterat decantari, qualem postea pueri a maioribus cantare didicerunt, vt ad virtutem cohortarentur. Curius, & Camillus laudatissimis apud Rom. fuerūt, vt Liuius, Valerius, Plinius, alijque prædicant. Ne, pro an, aut nunquid, is suadet melius, qui suadet, vt supple facias rem, id est diuitias, si non recte quocunque modo possis facias inquam rem. vt spectes propius .i. coniunctius, puppi, id est altiori parti nauis vbi patroni, & gubernatores sedent, id est vt dominus nauis spectes poëmata lacrymosa, id est pericula maris ingruente tempestate qualia poetæ in poëmatis suis ad lacrymas excitandas recitant, hoc est sic lucro inuentus sis vt proxime ad puppim sedens spectes siccis oculis lacrymosa poëmata .i. materiam poëmatum lacrymosorum, Aut sequentes Acronem dicamus, Sic facias rem vt spectes propius, id est proximo, lacrymosa poëmata Puppi, illius poetæ tam amati, vt eius poëmata lacrymas excitarent, hoc est vt præ desiderio rerum lacrymas, an sup. is melius suadet qui præsens .i. assistens, & amicus hortatur, & optat, te liberum cupiditate, & erectum rebus terrenis, responsare .i. frequenter obstare, & contumaciter obuiare fortunæ superbæ, quasi dicat is posterior multo melius hortatur. Quod si me populus, fortūnæ responsare, & sua sorte contentum esse multo præstare probat exemplo à se sumpto. Nam cū posset iuxta strepitum fortunæ versari in iudicijs, & collegio iudicum, & illic gloriam mereri, maluit in ocio tuto delitescere. Ordo est, ꝙ si populus Romanus roget, id est interroget forte me, cur non fruar sic ijsdem porticibus, id est quare cum sim de collegio iudicum, & verser cum eis in porticibus deambulando, vbi non agitur res periculosa, non versarer etiam cum eis in iudicijs, vbi gloriam mereri possem, Nec pro & non, & cur non sequar ea quæ ipse populus diligit, & cur non fugiam ea quæ ipse odit, ego referam .i. respondeam id, quod vulpes cauta respondit olim leoni ægroto, interroganti .n. leoni (vt Æsopus narrat) cur non ingrederetur regiam suam respondit vulpes, quia vestigia terrent me. vestigia dicit spectantia omnia aduersum .i. te versus, hoc est ad introitum, & nulla spectantia retrorsum, id est ad egressum, hoc est quæ omnia sunt ingredientium. per quod annotauit vulpecula, quòd leo omnes visitantes se deuoraret, sicut administratio reipublicæ, & (vt dicunt) curia principum, paucos incolumes emittit, quia qui reipub. bene facit, nulli facit, & qui eam offendit, omnes offendit. vnde dicit Horat. ad populum. Tu es bellua multorum capitum, & ita difficile est populo placere, quia quod vni placet, alteri displicet. Nam quid sequar, aut quem, quasi dicat nesciam. vnde recitat varia studia populi, dicens.

Pars hominum gestit conducere publica: sunt qui
Crustis, & pomis viduas venentur auaras;
Excipiantq. senes, quos in viuaria mittant.
Multis occulto crescit res fœnore. verum
Esto alijs alios rebus, studijsq. teneri:
* Idem eadem possunt horam durare probantes?
Nullus in orbe sinus Baijs prælucet amœnis,
Si dixit diues: lacus, & mare sentit amorem
Festinantis heri. cui si vitiosa libido
Fecerit auspicium: cras ferramenta Theanum
Tolletis fabri. Lectus genialis in aula est?
Nil ait esse prius, melius nil cœlibe vita.
Si non est: iurat bene solis esse maritis.
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
Quid pauper? ride. mutat cœnacula, lectos,
Balnea, tonsores: conducto nauigio æque
Nauseat, ac locuples, quem ducit priua triremis.
Si curtatus inæquali tonsore capillos
Occurri: rides. si forte subucula pexæ
Trita subest tunicæ? vel si toga dissidet impar:
Rides. Quid, mea cum pugnat sententia secum:
Quod petijt, spernit: repetit, quod nuper omisit:

ASCEN. Pars hominum gestit) .i. nimis cupit, conducere publica .i. ad rempublicam spectantia sunt qui venentur, id est capient, viduas auaras frustis, & pomis, id est delicatis cibis decoctis, & per frusta missis, & qui excipiant, id est irretiant senes. quo mittant in viuaria, id est in repositoria diuitiarum suarum, sicut pisces qui capti assimilantur, custodiuntur in viuarijs. Res crescit multis occulto fœnore verum, id est sed, esto alios teneri alijs studijs, id est concedamus quoslibet suo studio teneri, & in eo versari, putes ne supp. ꝙ ijdem possunt durare hora, id est per tempus vnius horæ, probantes eadem quæ prius laudauerunt? quasi dicat minime. Sic autem malui construere, & sic supplere, quam apponere particulam ne, cum Bonfine censente sic legi debere. Idem eadem possunt ne horam &c. Si diues dixit: Nullus sinus, id est nullus angulus, nullum receptaculum prælucet, id est amœnior, & dulcior est, in orbe, id est toto mundo, Baijs amœnis, de quibus Iuuen. Ianua Baiarum est, & gratum littus amœni Secessus &c. Est enim regio Italiæ iuxta Lucrinum lacum amœnissima. lacus, scilicet Lucrinus: & mare quod vicinum est. sentit amorem heri, id est domini, festinantis, id est properantis illuc, cui supple hero, si libido vitiosa, id est concupiscentia leuis, & inconstans, fecerit auspicium, id est indicauerit mutandas esse sedes (quasi auspicio, id est ex auium inspectione, sine qua nihil magni inchoabant veteres Romani. vnde auspicari pro rite incipere accipitur, & auspicium pro incepto) fecerit ergo auspicium, id est indicium migrandi de Baijs, vos fabri tolletis cras, id est postridie quàm Baias aduenerit, ferramenta, id est instrumenta ferrea, quibus prætoria, ad domum construatis. Theanum, in illud oppidum

* Addendam hac arbitror particulam post verbum possunt, vt sic, Idē eadē possūt ne horā durare probantes. Alias, si per interrogatio nē legas, ut legi oportet nō uidebitur Horatiana mihi sermo, et locutio. Bonfinus.

Aestuat,& vitæ disconuenit ordine toto:
Diruit, ædificat; mutat quadrata rotundis?
Insanire putas solennia me: neque rides:
Nec medici credis, nec curatoris egere
A prætore dati, rerum tutela mearum
Cum sis, & praue sectum stomacheris ob vnguem
De te pendentis, te respicientis amici.
Ad summam, sapiens vno minor est Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,
Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est.

pidum non procul à Sora,& Nola. Si sup. alicui lectus Genialis .i. matrimonialis, in quo liberis generandis operam det, est in aula .i. in domo sua, quasi in regia, ipse ait nil esse prius, & nil esse melius, vita cœlibe .i. priuata matrimonio, hoc est secubitu si sup. ple lectus Genialis non est, ipse iurat solis maritis esse bene. Quo nodo .i. vinculo, teneá Protea .i. hominem tam mutabilem animo, sicut Protea dicunt mutabilem corpore fuisse mutantem vultus .i. speciem faciet, qua voluntas indicatur, vt iam hoc velle, iam nolle videatur? De Proteo ad finem iiij. Georg. constat quo modo sese captum in varias figuras vertat. est autem Deus marinus pecoris Neptuni custos, vaticinio præditus. Quid pauper &c. quia dictum est de diuitibus, ꝙ instabiles, ac inconstantes sint quæri posset de paupere. vnde quærit Poëta, aut populus à poëta. Quid pauper sup. facit? Respondet ridet, q. d. non minus ridicula quam diues, mutant cœnacula .i. mansiones suas, quas in sumitate domus sub tecto conducit mutat lectos conductitios .s. balnea, tonsores sup. mutat, & nauseat .i. stomachatur, & imperiosus est, æque .i. æqualiter nauigio quo migret .s. conducto, ac locuples quem triremis .i. nauis trenis remorum ordinibus impellenda, priua .i. propria ipsius, ducit. Si curtatus &c. docet vitia propria, & animi damnabiliora esse, quam aliena, aut corporis, cum tamen contra fiat. Ordo est. Si ego occurri tibi curtatus capillos .i. habens capillos curtatos (alij curtatus legunt) sup à tonsore inæquali .i. inæqualiter tondente, vt operanti det quod operis est, aut inæquali .i. mihi inæqualibus cruribus, vt ob vitiū corporis inæqualiter tondeat, tu rides. & si subucula trita .i. pannus attritus (vulgo foderaturam, aut duplicaturam appellant, aut potius est vestis interior. vnde Varro, Postquam binas tunicas habere cœperunt, instituerunt vocare subuculam,& indusiam) subest tunicæ pexæ .i. rasæ, aut tritæ, vel (vt Acron dicit) ad talos demissæ sicut capilli pexi demissi sunt. vel si toga dissidet .i. corpori adhæret impar .i. inæqualibus portionibus, tu rides, quid .i. aliquid aut cur? cum .i. quando, mea sententia .i. iudicium voluntatis pugnat secum, & spernit quod perijt, & repetit quod omisit nuper .i. paullo ante, & cum æstuat .i. ardet cupiditate, & disconuenit .i. dispar est toto ordine vitæ .i. quicquid facit in tota vita, diruit .i. destruit ædificia, ædificat mutat quadrata .i. ea quæ prius voluit habere quadrata, rotundis .i. faciat ea rotunda, quid inquam putas me insanire solennia .i. solenniter, quasi percitum furore sacro aut Bacchis, aut Cereri, & neque rides, nec credis me egere medici, qui curet me ab insania, nec curatoris dati à prætore, vt solet furiosis dari cum tu sis tutela mearum rerum, hoc est cum ad te tanquam ad amicum pertineat tutela mearum rerum? & hoc est cum nihilominus tamen tu stomacheris .i. indigneris, ob vnguem sectum .i. putatum male vnguem, dico amici pendentis de te, & respicientis te .i. qui totam spem in te collocauit, ad summam .i. vt semel dicam, quid inter stultum, & sapientem sit sapiens. est minor Ioue .i. Deo, vno .i. in vna re, quia .s. mortalis est, & ægritudinibus subiectus. Est enim liber, honoratus, pulcher, & denique rex regum, & sanus præcipue, quia animo, & corpore, nisi cum pituita .i. nociuus humor furorem excitans, est molesta. In hoc Stoicos ridet, qui sapientem dicebant non dolere.

Bonfinis ET donatum iam) Quicūque à munere quouis in otium restituuntur, vel ob ætatem, vel imbecillitatem, rude donari dicuntur. Inde ducta metaphora, quod antiquitus gladiatores virga quam rudem appellabāt, donabantur, qui hinc Rudiarii dicti. Et rudem accipere, pro dimitti a munere. Rudem item donare, pro dimittere. Doct. [Ne populum extrema) In harenam descendere, pro eo quod est, certamen inire. Harena cedere, pro desistere a certamine, & victoriam vltro concedere. Translatum a gladiatoria pugna Doct. [Contendere Lynceus) Plutarch. in Comment. quem scripsit aduersus Stoicos testatur famam fuisse de Lynceo, quod saxa, & arbores oculorum acie penetrarit. Apollonius item in Argonauticis Lynceum vsque adeo fuisse perspicacem dicit, vt etiam terram ipsam oculorum acie penetrarit, quæque apud inferos fierent præuideret. Sunt qui Lynceum primum repetisse fodinas metallorum æris, argenti, & auri dicunt. Et hinc vulgo natam fabulam quod ea quoque viderit, quę sub terra fierent Doct. [Sunt verba &c.) Ex opinione Stoicorum, cupiditates animi morbos appellat, his philosophia medetur, pharmacis verborum, id est monitis salubribus. Vt enim corporū morbis pro ratione valetudinis alia, atque alia adhibentur pharmaca, itidem in animi malis non eadem adhibenda est oratio: Sed interim blandius monendum, interim acrius iurgandum, nonnunquam dissimulandum, & imprudenti pharmacum admouendum. Vide prouerbio. Animo ægrotanti &c. [Per saxa, per ignes) Cum significamus quiduis periculi subeūdum, per saxa, per igneis dicimus, aut per enses perq. ignes. [Sine puluere palmæ) ἀκονιτὶ .i. citra puluerem, sic græci dicunt, cum quis aliqua re citra negotium potitur. Translatum vel ab Aphe .i. a pulueris contactu, quo se spargebat in palæstrico certamine congressurus. Vel certe a puluere, quo non indecore sordidari scripsit Horatius libro j. Odarum, eos qui certant Olympia, qui ue bellum gerunt. Doct. [O ciues ciues) Hæc per ironiam dicta sunt, neque enim sentit Horat. prius habendam rationem facultatum, quam morum, sed irridet sententiam vulgo decantatam, quam his quoque temporibus plerique parentes liberis suis serio inculcant. Doct. in Prouerb. Querendæ facultates &c.

EST quodam prodire tenus) Est, Landinus exponit pro licet, quod probatur (quodam autem magis placet propter tenus, quam quoddam, vt habent impressi libri. Quiddam propter idem tenus, locum hic non habet Proximo autem versu legēdum genere masculino, miserosq. Cupidine. auctore Doct. præceptore nostro. Apud hunc .n. poëtam haud aliter reperias, vt puto. [Quis circum pagos &c.) Tria hæc carmina interrogatiuum habent punctum ad finem, non in medio secundi post, Olympia. Est autem sensus, pugiles exigui, nempe circa pagos, & compita, neutiquam contemnerent, immo cuperent coronari in Olympicis. si quidem spem haberent sine puluere, hoc est labore, dulcem se posse palmam acquirere, hoc est victoriam. At illa absque labore non contingit. Qui igitur nolit sudare, vt humiles, pugiles, non possunt sperare victoriam in Olympicis, Ita tu quoque qui non vis discere, & audire, Ne cures ea, quæ stulte miraris, & optas, nunquam speres animo te quieto cupidinibusq. vacuum, vllum reportaturum triumphum. [Lacrymosa poëmata Puppi) Quæ Acron de poëta Puppio scribit placent, quæ autem alij de puppi altiore nauis parte adducunt inepta sunt. Verisimilius est, eos qui in quatuordecim primis sedebant ordinibus, quia propiores theatri pulpito erant, facilius audire potuisse poëtarum fabulas, per transitum autem notat Puppium, vt inter miserabiles poetas qui tamen sæpius auidius à populo audiebantur, ꝗ boni poetæ, propterea non tanti este eo in loco sedere, vt ideo rem male facias. Quæ vero Acron citat carmina. Trimetra sunt Iambica, hoc modo: GLAR.

Helunt amici,& morte bene noti mea.
Nam puppius me viuo lacrymatus est.
Cras ferramenta Teanum.

Tenua, inquit Acron, ciuitas est certe abundans optimis fabris & sartoribus. Hæc ille. Miror quis hæc ita asseuerit, cum Teanum Sidicinorum sit oppidum in Campania. & aliud item in Apulia. Idem paullo ante, censum equestrem quadringentorum millium æris ait, cum Porphyrion censum equestrem facit quadringentorum sestertiorum, vt omnes alij classici: Illud autem cras Badius exponit postridie quàm Batas aduenerit, quod mihi non probatur, sed indefinitum puto, pro breui tamen tempore.

Ad summam sapiens vno minor est Ioue, diues.

Vno Ioue Acron bifariam exponit, vel quia moritur, vel quod in cœlo non est. Badius autem quia, scilicet mortalis est, & ægritudinibus subiectus. Ego credo dictum, vno Ioue minor, quasi dicat omnes alios vel superat, vel æquat.

ASCEN.  ROIANI belli scriptorem,) Probe & decenter commemorat vtilitatem, quam legendis bonis auctoribus quilibet assequi potest, & potissimum legendo Homero quem ingeniorum fontem, Plin. non immerito prædicat. quippe in quo est totius Poeticæ imaginem conspicere, etiam Donato super Terent. statim in principio censore. Dicit igitur se lecto poemata Homeri manifestius didicisse, & quid fugiendum, & quid sequendum q̃ si aut Chrysippum, aut Crantora summos stoicæ disciplinæ professores legisset. In Iliade enim notantur procerum, & principum non sine plebeiorum clade vitia. In Odyssea sapientis viri instituta. Qui sua prudentia Circem Solis filiam, & eius amatoria pocula superauit. cum ad eam in Circæis iuxta Italiam degentem appulsus esset vt ex ordine patebit, qui talis est. O Lolli Maxime .s. amicorum, aut sic cognominate, vt Valerius Max. ego relegi .i. iterum legi. Præneste .i. in ciuitate Prænestina, scriptorem Troiani belli.i. Homerum, interea sup. dum tu declamas .i. rhetoricam exerces Romæ. Qui .s. ipse Homerus scriptor Troiani belli, dicit planius ac melius, Chrysippo, & Crantore .i. philosophis illis Stoicis, quid sit pulchrum .i. honestum, quid turpe .i. inhonestum, quid vtile, & quid nón vtile .i. inutile. Audi nisi quid .i. aliquid, detinet te .i. nisi alio occupatus sis, cur ego crediderim ita, Fabula .i. fabulosa narratio, qua .i. inquam, Græcia narratur collisa lento duello .i pugna decennali: Barbariæ .i. Phrygum (quos Græci Barbaros vocant) & ita erit genitiui casus, aut collisa Barbariæ .i. a Barbaria in datiuo, propter amorem Paridis .i. Alexandri filij Priami qui Helenam vxorem Menelai rapuit, continet æstus .i. furores, & iras regum stultorum, & populorum stultorum. Antenor vnus ex principibus Troianis censet .i. iudicat præcidere sup. debere causam belli, hoc est restituendam esse Helenam. Quid Paris sup. censet? vt ipse solus regnet, & viuat beatus, secundú iudicium suum deprauatum, negat sup. se posse cogi ad restituendã Helenam. Nestor rex Pyli sapiétissimus, qui tertiam ætatem attigerat, festinat componere .i. finire per pacem lites, inter Peliden .i. Pelei filium Achillem, & inter Atridẽ .i. Agamemnonem, amor .s. Briseidis ablatæ ab Agamemnone Chryseida restituere coacto, vrit .i. incendit, hunc .s. Achillem, & ita vtrunque communiter. quicquid reges .s. Achilles, & Agamemnon, delirant .i per furorem committunt, Achiui .i. Græci populares, plectuntur .i. luunt, puniuntur. Peccatur .i. peccatum committitur intra, & extra muros Iliacos, seditione .i. per seditionem dolis, scelere atque libidinẽ, & ira .i. per varia vitia. Rursus .i. econtrario. Hom. proposuit nobis Vlyssem (appositorie) vtile exemplum sup. sciendi, quid virtus, & quid sapientia possit. Qui .s. Vlysses, existens domitor Troiæ, inspexit prouidus vrbes, & mores multorum hominum. hoc .n. in principio Odyss. attestatur Hom. que, pro &, qui pertulit .i. sustinuit ad finem vsque multa aspera, per æquor latum .i. mare magnum, dum parat sibi, & dum socijs parat reditum existens immersabilis aduersis vndis rerum, vel aduersus .i. oppositis vndis rerum. Sed prior est melior lectio, ne duo sint epitheta sine coniunctione media. Tu ò Lolli nosti voces .i. cantilena Sirenum (quæ tres sorores dulcedine cantus transeuntes sopitos submergebant, quod à Circe doctus Vlysses sociorum aures cera obstruxit, & se ad malum alligari fecit. Carmẽ traductum videbis apud Iuuen. & tu nosti pocula Circes, quibus homines in varias feras vertebat, quæ supp. pocula Circes, si Vlysses bibisset cum socijs existens stultus, & cupidus fuisset turpis, & excors sub domina meretrice .s. Circe, & ipse vixisset, vt alij canis immundus .i. luxuriosus, vel sus amicus luto .i. gaudens volutabro luti. Nos .s. qui nihil operamur, nec experimur sumus numerus .i. ad numerum hominum pertinentes non ad robur, aut virtutem, sicut Tersites apud Homerum auxit, sed non meliorem fecit numerum Græcorum, & nos sumus nati consumere fruges, quasi ad nihil aliud vtiles, quam ad gulam, existentes sponsi .i. quales erant sponsi .i. qui cupiebant esse sponsi, hoc est proci Penelopes, vxoris Vlyssis, de quibus ipsa dicit in prima Epistola Heroidum: Turba ruunt in me luxuriose proci. Nos sumus nebulones .i. vani & fœdi vt nebula, & sumus iuuentus .i. multitudo iuuenum Alcinoi regis, qui Vlyssem hospitio susceperat, hoc est nos sumus tales, qualis fuit iuuentus Alcinoi, operata .i. exercita, plus æquo .i. quam æquum est in curanda cute .i. in molli vita. Cui .s. iuuentuti, fuit .i. visum est esse, pulchrum dormire, id est vsque ad medios dies, & ducere curam cessatum, id est vbi cesset, vel ad cessandum (legit enim Porphyrio cessatum, non, Cessandum nec, vt Landinus Cessantum) ad strepitum citharæ: dulci enim susurro, ac strepitu citharæ prouocabant somnum, latrones surgunt de nocte supple media, vt iugulent .i. interficiant homines non expergisceris tu, vt serues te ipsum? & hoc interrogatiue, vel sic. Et tamen supple non expergisceris .i. excitaris de somno, vt serues teipsum supple à vitijs. Atqui .i. sed certe, si tu nolis curare supple salutem tuam, sanus, id est quandiu sanus es,



AD LOLLIVM.

*Homeri poësin philosophiæ arcana complecti.*

 ROIANI belli scriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi:
Qui, quid sit pulchrum, quid turpe; quid vtile, quid non
Plenius, ac melius Chrysippo, & Crantore dicit.
Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi.
Fabula, qua Paridis propter narratur amorem,
Græcia barbariæ lento collisa duello:
Stultorum regum, & populorum continet æstus.
Antenor censet belli præcidere caussam.
Quid Paris? vt saluus regnet, viuatq́. beatus;
Cogi posse negat. Nestor componere liteis
Inter Peliden festinat, & inter Atriden.
Hunc amor, ira quidem communiter vrit vtrunque.
Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui
Seditione, dolis, scelere, atque libidine, & ira
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Rursus quid virtus, & quid sapientia possit,
Vtile proposuit nobis exemplar Vlyxem.
Qui domitor Troiæ, multorum prouidus, vrbeis,
Et mores hominum inspexit: latumq́. per æquor,
Dum sibi, dum socijs reditum parat, aspera multa
Pertulit, aduersis rerum immersabilis vndis.
Sirenum voces, & Circes pocula nosti:
Quæ si cum socijs stultus, cupidusq́. bibisset:
Sub domina meretrice fuisset turpis, & excors:
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.
Nos numerus sumus, & fruges consumere nati,
Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoiq́.
In cute curanda plus æquo operata iuuentus.
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &
Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.
Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones:
Vt teipsum serues, non expergisceris? atqui
Si nolis sanus, curres hydropicus. & ni
Posces ante diem librum cum lumine: si non
Intendes animum studijs. & rebus honestis:
Inuidia, vel amore vigil torquebere. nam cur
Quæ lædunt oculos, festinas demere: si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui cœpit habet. sapere, aude:
Incipe. qui recte viuendi prorogat horam:
Rusticus, expectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.
Quæritur argentum, puerisq́ beata creandis
Vxor, & incultæ pacantur vomere siluæ.
Quod satis est, cui contingit: nihil amplius optet.
Non domus. & fundus, non æris aceruus, & auri
Aegroto domini deduxit corpore febres,
Non animo curas. valeat possessor oportet,

in curre hydropiens, id est hydropicus factus. & hoc tandem erit, quia difficilis est curatu morbus ille, & ni, id est nisi, posces librum cum lumine ante diem, si non intendis animũ studijs & rebus honestis, tu vigil torquebere inuidia vel amore. i. aliqua affectione praua. Sensus est. Hoiem subiectum esse curis, aut rerum honestarum, aut aliarum, & ideo melius esse vt honestis inludemus, nam si non surrexerimus postquã dormiuimus, quod naturæ satis est, inuadent nos in lecto iacentes curæ, aut inuidiæ, aut amores. Nam cur festinas tu demere. i. amouere ea q̃ ledunt oculos, si tu differs in annum tempus curandi sup. illius, aut illud, quod est i. consumit, & corrodit animum? q. d. prius animo, q̃ oculis succurrendum esse. Aude sapere & incipere, quia qui bene cœpit, habet dimidium facti. (Principium. n. vniuscuiusq. rei potissima pars est. vt etiam in principio Digestoꝶ de origine iuris dicitur.) Rusticus. i. stultus & ignarus, qui prorogat. i. extendit annum recte viuendi expectat sup eundum. i quandiu, amnis. i fluuius perennis, ac iugis defluat. At. i. sed, ille. s. amnis iugis, labitur existens volubilis. & labetur in omne æuum. (Acron prius legit horam nõ annum.) Rusticus trans amnem agrum habuit quem colere distulit, donec arefactum amnem videret, sed id nunquam contingit, & ideo nunquam coluit, est ergo rusticus qui incipere non audet, sicut qui crastinum expectat. vnde Persius, Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras. Qui enim hodie non laborat nunquam laborat. Nam qui nunc crastinus est cras hodiernus erit. Quæritur &c. Iterum monet virtutem summopere quærendam esse, reiecta superfluat rerum cura. Ordo est. Argentum. i. pecunia, quæritur nobis. s & vxor beata, id est diues, & opportuna, creandis pueris, id est liberis quæritur, & siluæ incultæ pacantur. i. domantur (nisi dicamus per phantasiam poëtam dicere siluis pacari facile, dum non vltra quam satis est eruimus eas) vomere. i. aratro, hoc est facimus noualia, sed cui contingit quod satis est nil optet amplius. Nam domus non deduxit, ægroto corpore domini febres, & non deduxit ægroto animo domini curas, fundus non deduxit & cetera aceruus. i. cumulus ęris & auri non deduxit febres &c oportet vt sup. possessor etiam minimæ rei qui cogitat bene vti rebus compoitatis. i congestis & accumulatis, valeat. i sit validus & sanus. Et est duplex sensus: Vel ꝙ nemo poterit vti recte rebus suis, nisi valeat. i. sanus sit animo, & hic coheret sequentibus. Vel ꝙ nemo vtens rebus suis recte non valeat. Nemo ergo bene vtitur rebus suis, nisi valeat. i. animum validum habeat. Nam ita domus, aut res iuuat. i. delectat, illum qui cupit supp. plura habere, aut metuit quæ habet perdere, vt tabulæ pictæ iuuant sup. lippum, & vt fomenta. i. medicamenta, iuuant podagram. i. ægros pedes habentem, & supple citharæ iuuant auriculas dolentes sorde collecta. i. conglutinata in eis, ita quòd surdaster sit i. qui parum audit. Nam nisi uas sit sincerum i. incorruptum alieno liquore, quicquid infundis acescit, id est fit acetosum. Sperne voluptatem, quia voluptas empta dolore nocet, hoc est quia voluptas & illecebra carnis semper

Si comportatis rebus bene cogitat vti.
Qui cupit, aut metuit, iuuat illum sic domus, aut res,
Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,
Auriculas citharæ collecta sorde dolentes.
Sincerum est nisi vas: quodcunque infundis, acescit.
Sperne voluptates. nocet empta dolore voluptas.
Semper auarus eget. certum voto pete finem.
Inuidus alterius macrescit rebus opimis.
Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum. qui non moderabitur iræ,
Infectum volet esse, dolor quod suaserit, & mens,
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.
Ira furor breuis est, animum rege: qui nisi paret,
Imperat: hunc frænis, hunc tu compesce catena.
Fingit equum tenera docilem ceruice magister,
Ire viam, quam monstrat eques. venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in siluis catulus. nunc adhibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu. quòd si cessas, aut strenuus anteis:
Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

dolorem parit, nec est repletio cum voluptate, quam non sequatur exinanitio cum dolore. Auarus eget, semper, pete voto. i. desiderio toto, certum finem supp. habendi. Inuidus macrescit. i. macer fit, rebus opimis. i. pinguibus alterius. Et est antithetũ macrescit opimis, quia optimum & mactum opponuntur. vnde non leges marcescit. Tyranni Siculi. s. Phalaris Agrigẽtinus, cui bos æneus ad torquẽdum factus est, & Dionysius Syracusanus, non inuenere. i. inuenerunt grauius tormentum. Inuidia, quia inuidus consumit seipsum. Ad quem locum alludit Persius dicens Satyra iij. An ne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci. Is qui moderabitur. i. modum faciet iræ (non. n. penitus extirpari potest in viro forti. vnde in j. Serm. Denique quatinus excidi penitus vitium iræ. Cetera item nequeunt stultis herentia. Nec est peccatum ex toto genere. vnde scriptum est: Irascimini & nolite peccare) volet esse infectum. i. volet ꝙ id non sit factum, quod dolor aut mens sup. furiosa suaserit, dum. i. quando, ipsa mens festinat pœnas per vim. i. violentiam, odio inulto. i. quandiu odium inultum est: Ira est furor breuis. i. cõmotio subita, est. n. subita accẽsio sanguinis circa cor. rege animum tuum, qui paret. i. obedit, imperat. i dominatur. cõpesce tu hunc frænis, compesce hunc cathena. Magister. i dominator equorum, fingit. i. componit & docet equum docilem. i. quandiu docilis est, videlicet in tenera ceruice ire. i. ingredi viam, q̃ eques. i. insessor monstrat. Catulus. i. canis paruus, venaticus. i. ad venationem destinatus ex quo tpe. i. post quod tempus, latrauit. i. latratu petijt, & lacessiuit pellem ceruinam in aula, ipse militat. i. exercet se, hoc est venatur in siluis. O puer adhibe, vel (quia hoc diceretur ſm tertiam coniugationem, quod alibi non reperitur, legerem potius) adhibe nunc pectore puro. i. dum pectus purum habes verba. i præcepta philosophica & offer te nunc melioribus. sup. præceptorib. Nam testa. i. vas fictile præcipue ruptum, tunc. n. testa dicitur, & odorem præcipue emittit. seruabit diu odorem, quo ipsa recens est semel imbuta. i. vnde primã tincturam cœpit. ꝙ si tu cessas, aut anteis. i. præcedis, existens, strenuus. i. nimis velox. i. si mediocritatem non seruas, ego nec operior. i. expecto tardum, nec insto ꝓcedentib. i. eis non facio vt ꝓuertam, aut ante eam impedimentũ, q. d. meo modulo incedam.

CLAR. Vixisset canis immundus) Amica luto dicit, quia nihil minus conuenit rostro suillo, q̃ delitię vnguentarię, quippe cui id demum dulce olet, quod cœnum olet. Hæc Doct. Nihil cum amaricino sui. [Nos numerus) Homines nullius bonæ rei numerus prouerbio dñr. Translatum videri potest a calculis ad nihil aliud vtilibus, nisi ad numerum Doct. [Sponsi Penelopes) Voluptatibus mancipatos, nec vllam prorsus rationis lucem capiẽtes, sponsos Penelopes videtur intellexisse Hora. auct. Cæl. lib. xvj. c. viij. [Dimidium facti, qui) ἀρχὴ ἥ μισυπαντές. i. principium dimidium totius. Hoc prouerbio significatum est, maximam difficultatis partem in aggrediundo negocio sitam, sic Ausonius, incipe, dimidium facti est cœpisse, superest Dimidium rursus hoc incipe, & efficias, Doct.

## AD IVLIVM FLORVM.

*Iulium auaritiæ latenter accusat hac epistola.*

Iuli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Augusti priuignus, scire laboro.
Thraca ne vos, Hebrusq. niuali cõpede vinctus,

ASCEN. Iuli Flore) Hãc epistolam, vt dixi, scribit ad Iulium Florum, q. vt Acron scriptũ reliquit, in cohorte fuit amicorum. i inter amicos Tib. Neronis Claudij, qui ab Augusto imperiũ acceperat. fuit. n. nat⁹ ex Liuia. & ideo fuit adoptiuus Augusti, & amic⁹ Horatij. vnde in libris Carm. Neronum domum plurimum laudauit. Nec vera est lectio apud Acronem, vbi ex Iulia natus legitur, quia Suet. in vita eius manifeste ex Liuia natum asserit, quam Augustus duxit adhuc viuo, sed concedente marito, vnde priuignus eius fuit. Hunc autem Florum sub Tiberio in Thracia militantem hac epistola multa familiaritate pcõtatur ꝓcipue de socijs eius musicę studiosis, dein-

de

An freta vicinas inter currentia turreis,
An pingues Asiæ campi, collesq́. morantur?
Quid studiosa cohors operũ struit? Hæc quoq. curo.
Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit?
Bella quis, & paces longum diffundit in æuum?
Quid * Titius, Romana breui venturus in ora:
Pindarici fontis, qui non expalluit haustus,
Fastidire lacus, & riuos ausus apertos:
Vt valet? vt meminit nostri? fidibus ne Latinis
Thebanos aptare modos studet auspice Musa?
An Tragica desæuit, & ampullatur in arte?
Quid mihi * Celsus agit? monitus, multũq. monẽdus
Priuatas vt quærat opes, & tangere vitet
Scripta, Palatinus quæcunque recepit Apollo:
Ne, si forte suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas: moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus. ipse quid audes?
Quæ circumuolitas agilis thyma? non tibi paruum
Ingenium, non incultum est, nec turpiter hirtum.
Seu linguam caussis acuis, seu ciuica iura
Respondere paras, seu condis amabile carmen:
Prima feres ederæ victricis præmia. quòd si
Frigida curarum fomenta relinquere posses:
Quo te cœlestis sapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc studium parui properemus, & ampli:
Si patriæ volumus, si nobis viuere cari,
Debes hoc etiam rescribere: si tibi curæ,
Quàm te conueniat Munatius. an male sarta
Gratia nequicquam coit? & rescinditur? at vos
Seu calidus sanguis, seu rerum inscitia vexat,
Indomita ceruice feros: vbicunque locorum
Viuitis, indigni fraternum rumpere fœdus:
Pascitur in vestrum reditum votiua iuuenca.

de nequa parte eruditione sancta vocet, eundem Iulium multa salubriter monet, præcipue vt diuinæ scientiæ & paci, ac concordiæ studeat. Ordo est. O Iuli Flore, ego laboro .i. studeo, & cupio laborose scire, quibus pro in quibus oris terrarũ Claudius .s. Tiberius Nero priuignus Augusti .i. ex Liuia coniuge eius & alio marito natus, militet .i. militiam exerceat, ne pro an, Thraca .i. Thracia, & Hebrus fluuius Thraciæ victus .i. impeditus ne fluat, compede niuali .i. perpetua niue, ac glacie, an freta .i. maria concurrentia inter vicinas turres .s. Sestum & Abydon, an pingues campi & colles Asiæ morentur (aut morantur) .i. detineant vos. Et laboro scire quid operũ struit cohors studiosa .s. literatum, & ego curo supp. scire, quoque .i. etiam hæc, videlicet quis sumit .i. assumit scribere res gestas Augusti, hoc est quis diffundit .i. extendit, promulgat in longum æuum bella & paces Augusti. Nam in vtrisque clarus fuit. Quid Titius poëta ille supp. facit, Titius dico venturus breui sup. tempore in ora Romana .i. laudationem & admirationem Romanorum, qui non expalluit .i. veritus est, sumere haustus Pindarici fontis .i. vnde Pindarus Lyricorum laudatissimus Odas ausit, ausus præterea fastidire .i. respuere, lacus, & riuos apertos .i. faciles & probabiles, multisq́. expositos, hoc est triuiales, seu vulgares. valet, vt .i. quomodo. vt .i. qualiter, meminit .i. memor est, aut mentionem facit nostri. Ne, pro an, studeat aptare fidibus .i. chordis, aut Lyricis instrumentis, latinis, modos .i. modulos, hoc est versus, Thebanos .i. Pindaricos, quia Pindarus Thebanus fuit, & hoc Musa auspice .i. auspicante, hoc est felici successu, an desæuit .i. sæuus & altiloquus fit, & ampullatur .i. inflatur in arte Tragica. per hoc ostendit eum aptiorem ad Lyrica, quam ad Tragica. Quid mihi &c. curo etiam sup. scire, quid Celsus, alius poëta ait (mihi adiectum est de more loquendi. Nam sæpe datiuum ponimus) auctore Valla, ad nullum præcise respicientem. (vt, Hic mihi semper dormit &c) Celsus dico monitus & monendus multum, vt quærat opes sup. literarius, hoc est poëticas. [Priuatas) .i. sibi proprias & non furtiue vndecunqe ablatas, & vt vitet .i. caueat tangere scripta quæcunque Apollo Palatinus .i. in æde Camœnarum, hoc est in Palatio ab Augusto sacratus, recepit, hoc est quæcũque publice) legenda in ædem Apollinis illata sunt, ne si grex auium, id est (per metaphoram sumptam ex Apologis Æsopi) multitudo poëtarum, venerit forte olim, id est aliquando repetitum plumas suas, ipse cornicula, id est qualis fuit cornicula, nudata coloribus furtiuis, moueat risum. Nam cornicula sublegerat singulis auibus plumas aliquot, proprijs relectis atque ita in cœtum auium ingressa admirationi fuit, sed mox cognitis plumis & repetitis nuda derelicta risum mouit. O Luci, ipse .i. tu. quid audes? quæ thyma, id est quos libros (& hoc per metaphoram sumptam ab apibus, quæ circum thyma, herbas videlicet suaues & odoriferas volitantes, redolentia mella colligunt, quomodo Florus optima quæque leges decerpit sibi quæ placeant) tu circunuolitas agilis, id est celer? Ingenium non tibi paruum. non est tibi incultum, nec hirtum, id est hirsutum vt ager incultus vepribus, & tribulis hirtus est turpiter .i. indecenter, seu .i. siue, tu acuis .i. exerces linguam caussis sup. dicendis, seu paras respondere iura ciuica .i. ciuilia, seu condis, id est componis, carmen amabile .i. amatorium, tu feres .i. reportabis, prima .i. præcipua præmia, ederæ victrices .i. victoriam denotantis, quòd si tu posses relinquere fomenta curarum tu ires sup. eo quo sapientia cœlestis, id est diuina .s. Theologia, cuius poëtæ primi professores fuerunt, duceret te. properemus parui & ampli hoc opus, & hoc studium, si volumus esse cari patriæ, que, pro &, si volumus esse cari bonis, id est iustis viris. Tu debes rescribere etiam hoc, an sup. Numatius sit tibi curæ, sup. tantæ quantæ supp. curæ, conueniat .i. deceat, sup. tibi esse, An gratia male sarta .i. consuta compacta conglutinata, inita coit, id est consolidatur, nequicquam, id est nullo modo, & rescinditur, id est separatur. At .i. sed, seu sanguis callidus, seu inscitia rerum vexat vos feros, ceruice indomita .i. more pullorum equinorum nondum domitorum, vbicunque locorũ viuitis, vos viuitis indigni rumpere fœdus fraternum .i. inter vos fratres ictum, iuuenca .i. vitula, votiua .i. quam voui, pascitur in vestrum reditum .i. quam mactabo dijs pro reditu vestro, vbi rediueritis.

* Poëta Pindari interpres

* Celsus plagiarius.

## AD ALBIVM TIBVLLVM
Elegorum scriptorem.

*Monent amicum, quod pueros deperiret, solum ea amare, quæ se ad immortalitatem potius accenderent expetendam.*

ASCEN. ALBI, nostrorũ) Hac epistola Albium Tibullum Elegorum scriptorem tersissimum & diligentissimum vno in pueros amore notatum familiariter alloquitur, monetq́. vt in huius mũdi freto nihil stabile esse putet, sed sic viuat, vt quemlibet diem supremum sibi censeat, quia bona insperata gratiora eueniunt. Videtur autem Tibullus huiusmodi monitis paruisse. nam mortis quamsæpissime in scriptis suis meminit præsagio (ni fallor) naturæ, nam iuuenis admodum ab ea sublatus est. Ordo est. O Albi amice candide .i. sine inuidia, & arrogantia, integer iudex nostrorum Sermonum, quid dicam te nunc facere in regione Pedana .i. dictam a Pedo oppido? An sup. dicam te scribere, quod vincat .i. superet, opuscula Cassi .i. Cassij Parmensis, qui (vt Acron dicit) aliquot generibus carminum stylum exercuit, inter quæ opera Elegias & Epigrammata eius laudantur (fuit autem sub Cassio & Bruto tribunus militum. Quibus victis Athenas se cõtulit. Quintus autem Varrus ab Augusto missus, vt eum interficeret, studentem repetit, & perempto

ALBI, nostrorum sermonum candide iudex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat?
An tacitum siluas inter reptare salubreis,
Cur autem quicquid dignum sapiente, bonoq́. est?

empto eo, ferinium cum libris tulit. Vnde multo crediderunt Thyestem Cassi Parmensis fuisse. Scripserat.n.multas alias tragœdias) An sup.dicam te tacitũ .i. speculatiuũ, reptare inter syluas salubres.i. varia philosophorum scripta curantem quicquid dignum est viro sapiẽte &bono? Tu non eras corpus sine pectore .i. sine anima rationali, qa dij dederunt. (Acron dicit dederunt mediam breuem habere. vnde legendum est dederunt, non dederant, quia non est dubium quin

Non tu corpus eras sine pectore. di tibi formam,
Di tibi diuitias dederunt, artemq́ fruendi.
Quid voueat dulci nutricula maius alumno;
Quàm sapere, & fari possit, quæ sentiat; & cui
Gratia, fama, valetudo contingat abunde,
Et mundus victus non deficiente crumena?
Inter spem, curamq́., timores inter, & iras
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.
Grata superueniet, quæ non sperabitur, hora.
Me pinguem, & nitidum bene curata cute vises:
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

sentiat & cui gratia, fama, valetudu cõtingat abunde, & victus mundus, & hoc crumena.i. sacculo pecuniaꝝ non deficiente. Valetudo dicitur a valido pro valitudo. vnde secunda producitur. Crede inter spem & curam, que, pro &, inter timores & iras, oẽm diem diluxisse tibi supremum .i. vltimum, hoc est sic viue, quasi quotidie moriturus. qui adeo in elegijs suis sæpe mortis meminit, quæ immaturam abstulit. Hora quæ non sperabitur.i. mortis superueniet grata i. vltro vocata, vel (vt quidam textus habent) grate. & est ablatiuus solus, nã

dederant primam corripiat. Sic in Buc.dr̃. Matri longa decem tulerunt fastidia menses. Quod autem dicit deos dedisse formam, contra Epicureos est, & ita posset videri sibi contrarius, cũ dicet se Epicuri de grege porcum, nisi in prima epistola dixisset se nullius iuratum in verba magistri) tibi formam dij dederunt tibi diuitias, & artem fruendi sup. diuitijs. Quid nutricula voueat .i. vouendo optet maius, dulci alumno, q̃ vt possit sapere & fari, q̃

aduerbium producitur, aut verius (vt dixi) sic, Crede omnẽ diem supremum, & ita tibi de lucro, quia hora quæ non sperabitur .i. quæ præter spem addetur, superueniet grata. Tu vises .i. venies videre me pinguem & nitidum, cute bene curata .i. habentem cutem bene curatam, cum .i. quando, tu voles ridere porcum.i. hominem voluptuosum, de grege Epicuri.

## AD TORQVATVM.

*Cœnæ iucundæ descriptio.*

ASCEN. 

I potes &c.) Ordo est. O Torquate, si tu potes cõuiua meus recũbere lectis Archiacis.i. rudibus, ab impetito fabro sic denominatis, nec times cęnare omne holus.i. ita quod nihil remaneat in modica patella, aut omnigenum, ego manebo .i. expectabo te domi, supremo.i. extremo Sole, hoc est sub Occasum Solis. Tu bibes vina diffusa Tauro supple facto, iterum.i. secundũ, consule sup. hoc est secundo consulatu Tauri diffusa dico inter palustres Minturnas, in quibus Marius delituisse dicitur, & Petrinũ oppidum Sinuessanum .i. iuxta Sinuessam. de qua primo Serm. Plotius & Varius Sinuessæ Virgiliusq́. Occurrunt. Hoc est bibes vinum modicum in paludosis locis natum, si (aut sin) habes quid.i. aliquid supp vini melius, accerse.i. voca me vt sim tibi hospes, vel fer imperium meum, qui cum tibi sim hospes etiã rex fuero. Nam pascentes, hoc est alios accipientes, dicebantur reges, quocirca qui senatui cœnã dabant togabant consules, aut dictatorem me ad cœnam venirẽt, sed ad illos mittebant partem cœnæ, ne qui domi reges erant sint coacti illos domum deducere, & ita comites fieri ex regibus. Focus splender accenso .s. igni iandudum, & suppellex est munda .i. mundata tibi.i. propter aduentum tuum. Mitte .i. omitte, delinque, spes leues .i. de leuibus, rebus, & certamina diuitiarum, & causam .i. defensionem causæ, Moschi illius diuitis. dies festus Cæsare nato .i. quo Cæsar natus est, hoc est natalis Cæsaris, dat cras veniam & somnum, licebit impune .i. libere extendere, noctem æstiuam, quæ breuis est benigno sermone .i. amica confabulatione. Quo .i. ad quid, sup. optem fortunam (vel si legatur fortuna propter penthemimerim dic, quo .i. ad

*Corrugare nares



I potes Archaicis conuiua recumbere lectis,
Nec modica cœnare times olus omne patella:
Suprema te sole domi Torquate manebo.
Vina bibes iterum Tauro diffusa, palustreis
Inter Minturnas, Sinuessanumq́. Petrinum.
Sin melius quid habes, accerse, vel imperium fer.
Iandudum splendet focus, & tibi munda supellex.
Mitte leueis spes, & certamina diuitiarum,
Et Moschi caussam. cras nato Cæsare festus
Dat veniam, somnumq́. dies. impune licebit
Aestiuam sermone benigno tendere noctem.
Quo mihi fortuna, si non conceditur vti?
Parcus ob heredis curam, nimiumq́. seuerus,
Asidet insano. potare, & spargere flores,
Incipiam: patiarq́., vel inconsultus haberi.
Quid non ebrietas designat? operta recludit:
Spes iubet esse ratas: in prœlia trudit inermem:
Solicitis animis onus eximit: addocet arteis.
Fœcunda calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?
Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non
Inuitus: ne turpe toral, ne sordida mappa
*Corruget nareis: ne non & cantharus, & lanx
Ostendat tibi te: ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet. vt coëat par,
Iungaturq́. pari: Brutum tibi, Septiciumq́.,
Et nisi cœna prior, potiorq́. puella Sabinum
Detinet, assumam. locus est & pluribus * vmbris:
Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.
Tu, quotus esse velis, rescribe? & rebus omissis,
Atria seruantem postico falle clientem.

quid, supp. detur mihi fortuna .i. diuitiarum copia) si non conceditur vti? q. d. ad nihil. Parcus .i. parce viuens, & nimium seuerus ob curam heredis, assidet insano .i. proxime accedit ad insaniam, ego incipiã potare & spargere flores, & patiar haberi .i. reputari, vel.i. etiam, inconsultus .i. bibam quasi ad ebrietatem. Quid ebrietas non designat .i. aperit quod signatum & clausum erat? q. d. nihil non designat, sed quodlibet, ipsa recludit .i. referat, operta .i. occultata. Iubet spes esse ratas.i. firmas, & trudit .i. impellit inermem ad prœlia. vnde dicitur in Georgicis: Bacchus & ad culpam causas dedit. vnde etiam Baccho cornua dantur, & eximit .i. demit animis sollicitis, onus.i. sollicitudinem, ac docet artes, quia ebrij confidentius loquuntur & plura scire se putant, quàm cum sobrij, quem calices fœcundi .i. magna pocula vini plena, non fecere.i. fecerunt, disertum.i. diserte loquentem? q. d. neminem? & ita quemlibet faciunt disertũ. quem non fecere solutum, id est quem non soluunt in paupertate contracta? Ego imperor .i. iubeor hæc procurare, existens idoneus, & non inuitus, hæc dico .s. ne toral .i. quod toro superponitur, turpe, & ne mappa sordida corruget .i. in rugas trahat præ nausea, nares conuiuarum, necnon.i. etiam imperor procurare, vt cantharus .i. œnophoꝝ, quo vinum afferam, & lanx, qua cibus affertur, ostendat tibi te .i. ram lucida & splendida sit, vt tanquam in speculo in ea te videas, vel ostẽdat facultates tuas, vt iuxta mensuram opum tuaꝝ sit cantharus magnus, aut paruus, & similiter lanx. sed prior expositio placet. Et imperor procurare, ne sit qui eliminet .i. extra limen domus ferat foras. dicta inter fidos amicos. Item vt par coëat & pro .i. iungatur pari ego adsumam, vetuste pro assumam. tibi Brutum (Philo-

*.i. conuiuis

logus legit Brutam, sed nō placet) Septimiumq., vel Septitium, quia Brutus & Septimius pares erant in moribus, & adsumam tibi Sabinum, nisi cœna prior .i. ad quam prius fuerat inuitatus, aut puella potior .i. quam pluris facit, q̄ cœnam, detinet sup. eū. Alij legunt summam.i. ad extremam facultatem, sed ne quod verbum desideretur, placet adsumam legatur. locus est sup. mihi, & .i. etiam, pluribus vmbris.i. vmbraticis viris, hoc est parasitis & minimis, vel quibuscunque conuiuis. sed potissimum qui vt vmbra corpus, etiam non inuitati sequuntur potentis, vt faciunt parasiti. Sed capræ olidæ .i. fœtores caprini, seu hircini sub alis, de quibus in Annotationibus suis late Beroaldus, præmunt conuiuia nimis arcta, hoc est ne tamen fœtorem afferant tot conuiuæ, paucioribus sim cōtentus tu rescribe quotus velis esse.i. quot tecum conuiuas adducere, & omissis rebus.i. negotijs tuis, falle postico .i. egrediendo per posticum.i. hostium posterius, clientem.i. consultorem a te defendendum, seruantem .i. obseruantem & custodientem, atria.i. priorem partem domus, per quam te putat egressurum. Hunc autem locum quantum ad capras ita annotauit Beroaldus. Apud Horat. inj. epist. lib versus ille notissimus est. Sed nimis arcta &c. quo significat conuiuas & coëpulones nimis arcte discumbentes, nimisq. ob numerosam multitudinem constipatos in mensa lædi fœtore molestissimo, qui modo hircus, modo caper, modo tragos nominatur a poetis. namq; quæ (vt auctor est Censorinus) in secunda annorum hebdomade, vel incipiente tertia vox crassior fit, & inæqualis. quod antiqui Latini dicūt hirquitallire, & inde ipsos putant hirqui, tallos appellari, q̄ tunc corpus, hircum olere incipiat. Arist. id, quod Latine hirqui tallire dicitur Græce vocat tragizin lib vij de Animalib. quam dictionem interpres Aristotelicus in latinum vertens caprire dixit. Idem Arist. in Probl. auctor est, virus hirci illos redolere, qui rē agunt Veneream, quique in ea ætate sunt, quæ Veneri sufficiat. Inde fœtorem alarum hircum vocitamus, quæ omnium maxime partium nostri corporis male olent, propterea q̄ immobiles, inexercitatæq; habentur, hinc est illud ab Horatio dictum elegāter in Epodo: Cubat hircus in alis, Catullus, caprum appellat illo versiculo, Valle sub alarum trux habitare caper. A Martiale tragos Græce nuncupatur. Inde tragos, celeresq. pili, mirandaq. matri Barba. Et quoniam hircus maritum significat capellarum, & accipiuntur pro graueolentia, luculente & festiue dixit Ouid. Offendat nares virq. paterq. gregis. Cum fœtorē hircinum significare voluisset, & ita ab Horat. poëtica quadā venustate olidæ capræ appellantur male olentes conuiuæ. ab hirco hircosus deriuatur. Persius hic aliqs de gēte hircosa Cēturionū.

Quid non ebrietas) Plin. scr. lib. xiiij. c. xxij. vinum vsqueadeo mentis arcana prodere, vt mortifera etiam inter pocula loquantur homines, & ne per iugulum quidem redituras voces cōtineant. Lege Prouerb. In vino veritas. [Ne fidos inter amicos) Ex conuiuio nihil foras effutire, ibi Horatius inter iucundi conuiuij cōmoditates cōmemorat. Doct. Odi memorem compotorem. [Brutum tibi Septiciumq.,) Aldus Brutam legit, quæ videtur fuisse amica Septicij, vel si mauis Septimij. nam vtrunque legitur. Est autem ordo vt par coeat, & iungatur pari ad summam tibi Brutam & Septicium, & Sabinum, nisi prior cœna & potior amica detinet illum s. est locus & pluribus vmbris.i. conuiuis, sed capræ olidæ.i. graue olentes, premunt, hoc est offendunt conuiuia nimis arcta, & hoc propter malum odorem. qui solet emitti, cum concauitas illa, quæ sub alis est, nimis incalescit. Hæc Aldus. [Pluribus vmbris) Ad hoc prouerbium allusit. Horat. quod Græci dicunt σκιαί .i. vmbræ. Doct. [Sed nimis arcta) Et ibi ad prouerbium allusio quod est: Septem conuiuium. nomen conuitium. Doct [Sed nimis arcta) Ibi significat conuiuas & coepulones nimis arcte discumbentes, nimisq. ob numerosam multitudinem constipatos in mensa lædi fœtore molestissimo, qui modo hircus, modo caper, modo trages nominatur à poetis &c. Et ita ab Horatio poëtica venustate, olidæ capræ appellantur. male olentes conuiuæ Ant. Sabel. Benfins.

Vina bibes iterum Tauro diffusa,) De T. Statilio Tauro hoc intelligo, qui Cos. primum fuit Anno ab V. C. DCCXVIII. cum Cæsare Augusto viij. Ceterum iterum Consulem, alicubi subrogatum puto. Nam in catalogo non refertur. GLAR.

## AD NVMICIVM.

*Sapiens nihil cōmouebitur rebus terrenis, sed ne cœlestibus quidem.*



Il admirari, prope res est vna Numici,
Solaq., quæ possit facere, & seruare beatum.
Hunc solem, & stellas, & decedentia certis
Tempora momentis, sunt qui formidine nulla
Imbuti spectent. quid censes munera terræ?
Quid maris extremos Arabas ditantis, & ludos?
Ludicra quid, plausus, & amici dona Quiritis?
Quo spectanda modo, quo sensu credis, & ore?
Qui timet hic aduersa, ferè miratur eodem,
Quo cupiens, pacto. pauor est vtrique molestus:
Improuisa simul species exterret vtrunque.
Gaudeat, an doleat: cupiat, metuat ue: quid ad rem?
Si, quicquid vidit melius, peius ue sua spe,
Defixis oculis, animoq., & corpore torpet.
Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Vltra, quàm satis est, virtutem si petat ipsam.
I nunc, argentum, & marmor vetus, æraq., & arteis
Suspice: cum gemmis Tyrios mirare colores:
Gaude, quòd spectant oculi te mille loquentem:
Gnauus mane forum, & vespertinus pete tectum:
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mucius, indignum, quòd sit peioribus ortus,
Hic tibi sit potius, quàm tu mirabilis illi.

ASCEN.



Il admirari,) Ordo est. O Numici: Nil admirari .i. nullius admiratione stupere & capi est prope .i. quasi vna, que, pro &, sola res quæ posset facere & seruare beatum. Nemo .n. beatus est qui quid extra se cupit. Sunt supple quidam .s. Epicurei, putātes deū non curare mortalia qui imbuti nulla formidine .i. nulla religione deorum, spectent nulla formidine .i. sine timore hunc Solē, & stellas, & tempora decedentia .i. transeuntia certis momentis. Et si cœlum sine admiratione, ac timore illi contemplari possunt, quid cēses, quo modo, quo sensu, & quo ore credis munera terræ, vt metalla & frumenta, spectanda? Quid censes? quomodo credis munera maris ditantis .i. diuites facientis Arabas extremos & Indos? quid censes ludicra .i. iocularia & scenicos ludos, & plausus .s. populi, & dona Quiritis .i. Romani populi amici .i munera militaria, aut magistratus i rep. Romana, cuius Romulus auctor quo inquam modo credis hæc spectanda? q. d minime cum admiratione respectu Solis & stellarum. Is qui timet aduersa .i. contraria, his .s. paupertatem aut repulsam, humilemq. fortunam miratur .i. stupescit ferè eodem pacto, quo cupiens sup. ea haberet, hoc est ferè æqualis est passio hęc cupere & opposita vereri, nam contraria sunt circa idem pauor .i. stupor mentis est molestus vtrique tam cupienti, quam timenti, & species improuisa .i. improuidentiæ quædam pars exterret simul vtrunque quid supp. facit ad rem, an gaudeat supp immoderate de bonis præsentibus, an doleat supp de malis præsentib. an cupiat supp bona futura, an metuat sup. mala futura, q. d. nihil, quia æque miser est Si quicquid vidit melius, ve, pro vel peius, sua spe .i quam sperauerat, torpet .i. heret, & deficit quodam stupore ignauo, & hoc oculis, & animo & corpore defixis .i illi nimium affixis. Si sapiens petat ipsam virtutem vltra quam satis est .i. si velit nimium sapiens esse (præceptum est n. ad sobrietatem sapere) ipse ferat .i portet, obtineat nomen insani .i. insipientis & si æquus .i iustus, petat ipsam virtutem .i iustitiam. vltra quam satis est (quia summū ius summa iniuria) ipse ferat nomen iniqui, hoc est ne virtus quidem & sapientia potest vltra mēsuram recte appeti quanto minus fortunæ bona, vnde subdit vtens imperio figurato, quod vetationem innuit. I nunc .i. vade suspice .i. sursum & cum quadam admiratione aspice argentum, & marmor vetus .i. statuas mar-

mortcas

Quicquid sub terra est, in apricum proferet ætas:
Defodiet, condetq́. nitentia. cum bene notum
Porticus Agrippæ, & via te conspexerit Appi:
Ire tamen restat, Numa quo deuenit, & Ancus.
Si latus, aut renes morbo tentantur acuto:
Quære fugam morbi. vis recte viuere? quis non?
Si virtus hoc vna potest dare: fortis omissis
Hoc age delicijs. virtutem verba putas, vt
Lucum ligna. caue ne portus occupet alter:
Ne Cybiratica, ne Bythina negotia perdas.
Mille talenta rotundentur: totidem altera porro:
Tertia succedant: & quæ pars quadret aceruum.
Scilicet vxorem cum dote, fidemq́., & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat:
Ac bene nummatum decorat suadela, Venusq́.
Mancipijs locuples, eget æris Cappadocum rex.
Nec fueris hic tu. Chlamydes Lucullus, vt aiunt,
Si posset centum scenæ præbere rogatus,
Qui possum tot? ait: tñ & quæram: & quod habebo
Mittam. post paullo scribit, sibi millia quinque
Esse domi chlamydum: partem, vel tolleret omneis.
Exilis domus est: vbi non & multa supersunt:
Et dominum fallunt: & prosunt furibus. ergo
Si res sola potest facere, & seruare beatum:
Hoc primus repetas opus: hoc postremus omittas.
Si fortunatum species, & gratia præstat:
Mercemur seruum, qui dictet nomina: sæuum
Qui fodiat latus: & cogat trans pondera dextram
Porrigere. hic multum in Fabia valet: ille Velina:
Cuilibet hic fasceis dabit: eripietq́. curule
Cui volet importunus ebur. frater, pater, adde,
Vt cuique est ætas, ita quenque facetus adopta.
Si bene qui cœnat, bene viuit: lucet: eamus,
Quo ducit gula: piscemur: venemur: vt olim
Gargilius, qui mane plagas, venabula, seruos,
Differtum transire foram, populumq́. iubebat:
Vnus vt è multis populo spectante referret
Emptum mulus aprum. crudi, tumidiq́. lauemur,
Quid deceat, quid non obliti, cerite cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlyxei:
Cui potior patria fuit interdicta voluptas.
Si, Mimnermus vti censet, sine amore, iocisq́.
Nil est iucundum: viuas in amore, iocisq́..
Viue: vale. si quid nouisti rectius istis:
Candidus imperti: si non, his vtere mecum.

moreat veteres, & æra & artes.i. opera artificiose facta. I nunc & mirare.i. obstupesce. Tyrios colores.i. purpuras, cum gēmis .i. lapillis preciosis. I nunc & gaude, q mille oculi spectant te loquentem.i. quia disertus & eloquens es. & tu ignauus.i. operosus & solers, pete mane.i. tempore matutino, forum.s. quo res afferuntur venales, & vespertinus.i. tempore vespertino, pete tecta.i. granaria, ne mutus (aut Mutius).i. vir diues (sed forte mutum vocat, quia indisertum) emetat.i. metendo auehat, agris dotalibus.i. quos per dotem acquisiuit, plus frumenti, quam tu sup. in foro & tecto emeris (aut de foro iudiciali intelligit, vbi acquirat quo emat) & indignum sit.i. indigneris quod hic ortus priorib⁹ (aut peioribus).i. ignobilioribus parentibus sit potius mirabilis.i. admiratione dignus, tibi.i. à te, q̃ tu illi, hoc est quod tu potius debeas mirari eius diuitias, q̃ ipse tuas. Quicquid &c. cōmemorat omnium rerum vicissitudinem esse, ne quis sibi placeat ob fortunæ applausum, dicens, ætas.i. longæuitas temporis proferet in apricum.i. sub solem aut in lucē, quicquid est sub terra.i. occultatum in visceribus terræ, & ipsa ætas defodiet & cōdet .i. abscondet nitentia.s. metalla, cum.i. quamuis, porticus. Agrippæ quo nobiles conueniunt, & via Appi.i. Appij, hoc est Appia, quam Appius strauit lapidibus Neapolim vsque.i. quiuis locus celebratus, conspexerit te bene .i. multum notum.s. quamuis sis spectatus & clarus multis, tamē restat.i. reliquum est, te ire sup. eo quo Numa s. Pompilius rex religiosissimus, & Ancus.s. Martius rex bellicosissimus, deuenit in cineres, quia (vt dicit idem in Arte) Puluis & vmbra sumus. Si latus, aut renes, significat ex omnibus constitutionibus, quod cuique optimum videtur illa maxime amplexandum, vt de singulis per ordinem parebit qui talis est, si latus aut renes sup. tui, rentantur.i. vexantur acuto morbo, quære fugam morbi, q.d. morbo corporali medelam quærimus, ita & mentali quærenda est. vnde subdit. Vis viuere recte? Respondet: Quis non sup. velit recte viuere? q.d. omnes volumus recte viuere. Addit Poëta: Si vna.i. sola virtus, potest dare hoc (aut hæc).i. recte viuere (q.d. quod sic, quia vtitur indicatiuo non subiunctiuo. vnde quidam exponerent, si potest.i. quia potest) tu fortis age hoc.i. sectare virtutem, omissis delicijs.i. voluptatibus quæ virtuti obstant. Sed sup. si putas virtutem verba .i. fictitiam philosophorum inuentionem & in solis verbis eorum, & non in re consistere, vt.i. qualiter, putas supp. aut quidam putant, lucum.i. siluam incæduam.i. quæ nunquam inciditur propter lucis ac numinis præsentiam, quam gentilitas illic, vbi lucū consecrauit esse credebat, quare vetitum est in sacris literis Iudæis ne lucum struant, vt inquam putas lucum esse ligna sup. sola sine numine, aut discretione à siluis non sacris, hoc est si neque in verbis philosophorum virtutem præcipientium aliquid rei, neque in lucis aliquid numinis putas, caue ne alter occupet portus prior te.i. fac ne quisquam sit prior te in portu, qui à nauibus & (vt Persius dicit) sitiente camelo merces tollat, hoc est totam

curam adhibe ad res cumulandas, in quibus beatitudinem collocasti, ne perdas negocia Cybiratica.i. ne perdas operam in mercibus Cybiraticis, quæ ad te vehuntur ex Cybira magna vrbe in Asia iuxta Sindam, vt dicit Strabo lib. xij ne perdas negocia Bythina.i. operam in mercib⁹ ex Bythinia aduectis, & fac sup. vt mille talenta.i. mille grauissima pondera æris, argenti, aut auri rotundentur.i. compleantur s̃m Acronem, quia omne rotundum completum & perfectum, vel rotundentur.i. accipiunt monetam, aut formam pecuniæ: q̃ rotunda est, & fac altera totidē, id est altera mille talenta, & porrò vt tertia mille talenta succedant, & sup. ea pars, quæ quadret .i. quadratum faciat aceruum.i. quarta millia sup. succedant. Scilicet.i. scire licet, hoc est ideo certe q i pecunia regina donat vxorem cum dote, & fidem & amicos & genus.i. generositatem, & formam.i. formositatem. Ac suadela.i. persuadendi Dea, aut virtus. Nam Angelus Politianus Suadam & Pitho Deam leporis hic ab Horatio Suadelam dici docet Miscel. cap. xcj. Et Venus .i. venustas, & gratia dicendi, decorat.i. exornat, bene numatū, id est multos numos habentem, hoc est: si persuasum est nihil posse deesse, neque vxorem diuitem, neque fidem amicos, neque generositatem, neque formositatem, neque gratiam ac venustatem dicendi habita pecunia, totis viribus ei habendæ studeas, quia rex Cappadocum.i. quiuis dominus multorum seruorum ex Cappadocia. de qua re sic Beroaldus disserit. Scribit idem Horat. in primo epist. Mancipijs locuples eget æris Cappadocum rex. quo versu significat quosdam esse famulosus & famulitio numeroso copiosos, sed ei nummariæ egentissimos, & ita rex Cappadocum non accipitur pro rege Cappadociæ, sed pro eo qui maximam habeat familiam seruorū. rex. n. alias dominus, alias regnator, alias diues significat & ita apud luculentos scriptores frequenter significat diuitem, atque potentem, quia diuitibus colitur & parasitis. & in hoc significatu Iuuen. Mart. & Plaut accipiunt, & alibi ab Horatio dictum est, siue reges, siue inopes erimus coloni. Columella quoque lib. j. de salutatore loquens ait, Somnium regis sui rumoribus auguratur, scribit eruditissime Donatus regem nomen esse ad aliquid, vt dialectici loquuntur. vt. n. libertus est patroni, ita rex parasiti, & parasitus regis. Cappadocas vero seruos appellamus a nomine regionis, ex qua venales optimi deportabantur, sicut Lydum & Syrum prisci nuncuparunt. Sicuti Dauum & Getam vocitamus a Getis populis & Dacis quos olim Dauos vocitatos esse existimat Strabo. Ex quo apud Athenienses Dauorum & Getarum nomina seruilia in vsu erant frequentissimo, & inde apud poëtas Comicos identidem reperies seruos Getas, & Dauos appellari. Cappadocis mancipiis meminit Persius. Cappadocas rigida pingues pauisse catasta. Et Mart. inquit, Quid te Cappadocum sex onus esse iuuat? Ad mancipia quæ ex Cappadocia bona deferebantur alludens Apul. in lib. vij. de Asino aureo ait, at ille Cappadocum me & satis forticulum nū-

ciat. Ita ab Horatio rex Cappadocum dicitur dominus mancipiorum, quorum legiones a nonnullis Romanorum locupletissimis habebantur vt luculenter tradit Plin. qui in xxxiij. ait, seruorum causa Nomenclatorem esse adhibendum. Rex inquam Cappadocum .i. quiuis dominus mancipiorum, locuples .i. diues, mancipijs .i. seruis, ancillis, eger æris, & ita beatus non est. tu ergo ne fueris hic .i. rex Cappadocum, vt solummodo seruos habeas. innuit etiam vt non sis Lucullus (aut Lucillius) .i. chlamydum duntaxat, hoc est rerum superfluarum ciuis, vt Lucullus, vnde dicit, Lucullus (vt aiunt) rogatus si posset præbere scenæ .i. ad ludos scenicos exhibendos, centum chlamydes .i. (vt nunc dicunt) mantellos, ait .i. respondit, qui .i. quomodo, possim sup. præbere tot, sup. chlamydes (nesciuit .n. an centum haberet) tamen, & .i. pariter, quæram & mittam sup. tot quot habeo, vel id, quod habebo, & scribit ad eum .s. à quo rogatus erat paullo post, quinque millia chlamydum esse domi suæ, vt tolleret .i. auferret, partem chlamydum, vel omnes chlamydes. Et scribit sup. quod domus est exilis .i. tenuis & paupercula, vbi non supersunt .i. plus quam satis sunt multa, & fallunt .i. latent, dominum .i. possessorem eorum, & prosunt furibus, qui ea sine inquisitione domini furari possunt. Ergo si sola res .i. si persuasum est, quod sola res potest facere & seruere beatum, repetas hoc opus primus .i. primo loco .i. ante omnia, & omittas hoc opus .s. diuitiarum acquirendarum postremus .i. postremo loco, hoc est solis diuitijs accumulandis inludes. Et hæc de virtute & diuitijs, nunc de honoribus & dignitatibus. Si species .i. splendor & ornatus, ac gloria in magistratu existentium & gratia .i. fauos popularis, quo ad honores peruenitur, præstet .i. reddat, aut efficiat fortunatum, hoc est si id nobis persuasum est, mercemur .i. emamus sæuum .i. immitem seruum, qui dictet nomina .i. qui pronunciet eligenti populo nomina eligendorum, seu Nomenclatorem, vel qui dictet nomina .i. debita scribenda, vt obligatos ad suffragia præstanda cogat. sed prior expositio melius coheret, vt Nomenclatorem .i. nominum pronunciatorem intelligas, qui inspiret populo quem eligaot, & qui fodiat .i. instiget pulset latus populi .s. non est sententia statim suffragantis, & cogat .s. populum, porrigere dextram in signum .s. fauoris & suffragij, trans pondera .i. trans molem densæ turbæ, aut trans pondera lapidum in via iacentium. Bonfinis hunc ordinem ponit. Mercemur seruum qui dictet nomina .i. qui scientia omnium ferè nomina, & sit quasi Nomenclator quidam nobis & fodiat sæuum latus .s. non cedentium nobis loco cum sumus transituri, & cogat dextram .s. clientum, vel subditorum, transporrigere pondera, id est grauia munera ac dona. Hæc ille. Mihi placet seruum dicere sæuum potius quam latus populi, & construere. Porrigere dextram trans pondera, quam transporrigere &c. hic, id est vnus è populo, valet multum in Fabia supple gente, aut tribu: ille, hoc est alius, in Velina .s. gente, hic .i. alius, dabit cuilibet .i. placet, fasces .i. summos honores, quòd pro etiam, eripiet, id est adimet, importunus .i. nō habita ratione, cui, id est cuicunque volet, ebur curule .i. sellam curulem eburneam, non nisi summis magistratibus concessam. vt ergo per talem, magistratū obtineas, adopta, id est quasi per modum adoptionis reconcilia tibi, facetus, id est facete dicens, frater adde pater, vt .i. sm quòd cuique ætas est, vt tibi frater esse possit, eum fratrem compella, & cuius vt pater, eum patrem .i. omnibus vijs studeas ambire si in honoribus beatitudinem constituisti. Si bene &c. nunc de voluptatibus. Si, inquit, is bene .i. beate viuit, sm iudicium tuum, qui cœnat bene lucet .i. satis diei, ac lucis adhuc est. (nam licet stare non potest, & lucet scriptum repperi) eamus quo gula ducit, piscemur, venemur, vt Gargilius (vir perditæ gulæ, qui gloriosum putauit luxuriose viuere) olim supple venatus est, qui iubebat plagas .i. retia, venabula .i. arma venātium, & seruos transire mane .i. tempore matutino, forum differtum .i. repletum, & populum, id est per medium fori populosi. vt vnus mulus è multis .i. quos multos eduxerat, referret .i. reportare, populo spectante, id est vidente aptum non captum (quia id nequiuit) sed emptum, & si hoc persuasum est nobis, lauemur crudi .i. crudos & indigestos cibos in stomacho habentes intremus balnea, & tumidi .i. inflati cibis, obliti quid deceat, & quid nō supple deceat. digni sup. existens cera cerite .i. ceritum tabula, in qua nullæ leges scriptæ erant, sicut nos nullam obseruamus. Nam Cerites victi à Romanis nulla lege dignati sunt, nec suffragijs admissi, ideoque cui ius suffragiorum ademptum erat Cerite tabula dignus per contumeliam dicebatur. digni ergo cera cerite, id est ignominiosa tabula, existens remigium vitiosum, id est (per metonymiam remiges vitiosi Vlyssei Ithacensis, cui, scilicet remigio voluptas interdicta ab Vlysse, fuit potior patria quæ potissima esse debebat, simulq. abstinere à voluptate, vt in patriam rediret, quam tamen summum bonum diffinientes potiorem patria dicerent. Aduerte autem lector plurima nomina, quæ apud nos in es longam exeunt, apud Græcos in eus exire, & econuerso vnde hic ab Vlysseus fit genitiuus Vlyssei, cuius vltima est diphthongus. Sicut econtrario in Buc. Virg. Orphi dixit à nominatiuo Orpheus. Item quia Cerites .i. Græci, qui vrbem prius Agellinam dictam incolebant, visi sunt Latinis surdastri, cum .n. sæpe percontarentur quod nam esset nomen ciuitatis, illi non intelligentes Latinos & credentes se salutari, resalutabant dicentes cherete, hoc est saluete. Illi corrupto vocabulo dixerunt vrbem Ceritem vocari, ideo quidam dicunt ceram ceritem esse, quæ surdos faciat, sicut remigium Vlyssis cera obstrusas habens aures surdum tunc fuit. Et hæc in eos, quorum deus est venter eorum .i. qui in gula summum bonum sibi constituunt. Si, Mimnermus vti &c. nunc in eos qui summum bonum in libidine venerea collocant, dicit, si nil est iucundum .i. delectabile sine amore, & iocis, vt .i. vt, hoc est quemadmodum Mimnermus, scriptor elegantes indolentiam summum bonum diffiniens, censet .i. iudicat. (Philologus auctoritate Suidæ recte censet, vt Mimermnus legatur, non Mineremus, neque Minernus, neque Minermus. Scribitur græce Mimermnos, vt i adnotatis patuit) viuas in amore, iocisq. hoc est illud totis viribus amplectere, in quo summum bonum consistere putas. quod quia scit Numicium in virtute constituturum, vtpote virum sapientem, innuit virtutem summopere amplexandam, & eo plurima pars epistolæ tendit. Viue, vale ò Numici, & si nouisti quid .i. aliquid rectius istis, tu candidus .i. amicus integer, & sine liuore inuidiæ imparti .i. fac me participem, si non sup. nouisti rectius, vtere mecum his .s. præscriptis. Mimner. mus.

ET genus, &) Omnibus quidem nationibus in ore fuit olim istæc sententia, quæ nunc in vsu est, Pecuniæ obediunt omnia. Doct. [Mancipijs locuples) Hoc versu significat quosdam esse famulosos, & famulitio numeroso copiosos, sed rei nummariæ egentissimos. Et ita rex Cappadocum non accipitur pro rege Cappadociæ, sed pro eo, qui maximam habet familiam seruorum. Rex .n. alias dominus, alias regnator, alias diues significat &c. Cappadocos vero seruos appellamus à nomine regionis, ex qua venales optimi deportabantur. Sabell. [Cerite cera Digni) Olim notari dignos atque improbos, & nequā homines Cerite cera dignos prouerb. vocabant. Nimirum Ceritē ceram, insignem ignominiam appellantes. Acron & Porphyrion huiusmodi tradunt originem adagij, Romani Ceritibus bello subactis eam dixere conditionem, Ne suffragij ius haberent, ne leges vllas aut æderent, aut haberent, eamq. ignominiam abijsse in adagium. De tabulis Ceritibus scr. A. Gell lib. xvj. cap. xiij. Doct. Plura de hac re inuenies apud Petrum Crinitum de honesta disciplina lib. vij. cap. vj Eget æris Cappadocum rex. Philippus Beroal. multis verbis ostendere conatur, per Cappadocū regem non intelligendū Cappadociæ regem, sed pro eo qui maximam habeat familiam seruorum. Et sæpe apud luculentos scriptores, atque adeo apud hunc poëtam Regem pro diuite vsurpari. Hæc ille. Quæ si ita habent, quomodo intelligemus diuitē qui eget æris? mancipijs, inquis, diues erat, non pecunia. atqui hoc non videtur verisimile, magis autem credibile est Regē Cappadocum populo abundasse, non etiam pecunia, quod etiam nō nostra ætate pluribus regibus accidit. Ideoq. in Cappadocum regem poëtę scomma potius crediderim, quod ea tempestate Romæ bene licebat. Bonfin.

ET cogat trans pondera dextram Porrigere) Pondera, inquit Acron, lapides qui porriguntur per vias, vel qui per latera expositi altiores sunt, & est sensus, qui manum porrigant transituro. Hæc ille. Sed verba sunt obscura Land. exponit, trans pondera .i. trans turbam quæ se obijcit, quæ pondus affert transmissæ dextræ. Sed neque hæc verba intelligo. Vterque sane ad hoc tendit vt nomenclator ille cōductus sit, qui viam domino faciet per turbam. Bad. cū præcedentia exposuisset de suffragijs extorquendis, cū ad pondera deuentum est, trans pondera exponit .i. trās molē densæ tubæ, aut trans pondera lapidū in via iacētium. Itaque nec ipse mihi visus est intellexisse. Ineptissimū aūt est quod annotator noster exponit, & cogat, inquit, dextram .s. clientum vel subditorum transporrigere pondera .i. grauia muneta ad dona. Sed vt tandē desinam, hoc loco læuum, non sæuum legendum est, vt seruum nomēclatorem intelligamus, qui domini læuum fodiat latus & cogat dñm transeuntibus porrigere manum, etiam trans pondera, quæ aliqñ in via transeuntes separant dicans hæc verba, hic multum in Fabia gente valet, ille Vellina, ergo manus ei præbenda. Hæc ex Doct. vt pleraque alia. GLAR.

Quinque

ASCEN.



VINQVE dies) Argumentum patuit, sed quod de Designatore Beroaldus annotauit, recitandum est. dicit autem sic. Idem in epist. ad Mœcenatem scripta, sic inquit: Designatorem decorat lictoribus atris in cuius loci enarratione labuntur interpretes, & quid Designator significet non satis diligenter exponunt, sed nos omissis aliorum interpretamentis nostra probemus. Designare vetustissimo significatu est rem nouam facere in vtranque partem & bonam & malam. sicuti docet Donatus enarrans illud Terentianum in Adelphis. Modo quid designauit. inde Designatores dicti sunt curatores funerum, qui ludis funebribus præsunt, ob eam causam, quod in his ludis multa fiāt noua & spectanda. Scribit iurisconsultus de his, qui notātur infamia: Designatores ministeriū non artem ludicram exercere, ideoque ignominiosos non haberi. & sanè locus iste à principe, vt verbis iurisconsulti vtar hodie non pro modico beneficio datur. Ad hoc idem pertinentia verba Senecę subieci ex libro de beneficijs vj quæ hæc sunt: An tu Aruntium, & Aterium, & ceteros qui captandorum testamētorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quæ designatores & Libitinarios vota? illi quorum mortes optent nesciunt, hi familiarissimum quēque ex quo propter amicitiam rei plurimum est, mori cupiunt. Hactenus Seneca. Sensus autem Horatij hic est: Dabis, inquit mihi Mœcenas veniam diutius villicanti, & in agro cōmoranti, q̃ promiserim, quoniam ægrotare Romæ formido per dies Autumni pestiferos, dū Designatores hoc est præfecti ludorum funebrium lictoribus atris decorari, & per multorum mortes munia sua frequenter vsurpant funebribus ludis præsidendo. Ordo est. O Mœcenas, ego pollicitus me tibi futurum .i. mansurum rure (pro ruri) hoc est in rure, quinque dies .i. per spatium quinque duntaxat dierum: ego mendax desidero totum Sextilem mensem .i. Augustum, hoc est absens sum per totum Augustum. Id enim desideratur quod abest, ac deest nobis. Atqui .i. sed certe, ò Mœcenas si vis me viuere .i. vt ego viuam recte, & si vis videre me valentem: tu dabis mihi timenti ægrotare eam veniam: quam das mihi ægroto, dum .i. quandiu, ficus prima, recens collecta. & dum calor .s. vehemens, decorat .i. ornat in officio suo præsidentem, designatorem .i. ludorum funebrium præfectum lictoribus .i. ministris publicis, atris .i. pulla & nigra, hoc est lugubria vestimenta indutis: hoc est dum multi moriuntur, & heredes pullati curant sepulcra per designatorem, quem lictores atri in re funerea sequuntur ornanda, & dum omnis pater & matercula .i. indulgentior mater pallet .i. timet, pueris .i. pro pueris, hoc est liberis suis, aut timet liberis mortem. (Nam timeo tibi .i. pro te, & timeo te .i. de te, dicimus. Et similiter metuo ac, transumptiue palleo) que, pro &, dū sedulitas officiosa .i. officij & obsequij plena, & opella forensis .i. opera impendenda rebus forensibus pro clientibus, adducit febres sup. letales. vnde subdit, & resignat .i. aperit prius signata testamenta, quia mortuo testatore heredibus resignatur .i. aperitur testamentum, quod si bruma .i. tempestas brumalis in Decembri videlicet, illinet Albanis agris niues vates tuus ò Męcenas (hoc autem de se dicit) descēdet ad mare vbi tempore hyemali quædam tepiditas est & parcet sibi, & contractus .i. arcto loco ad euitandum frigus (eius .n. impatiens fuit) leget .s. libros philosophorum, & ò dulcis amice, ipse reuiset .i. redibit visum te cum zephyris .i. ventis dulciter spirantibus, in vere flare solitis. & reuiset te si concedas (aut concedes) cum prima hirundine .i. cum primo aduentu hirundinum. Non quo more &c. artificiose ab eo munere Mœcenatem laudat, quod ab eo p̄cipue expostulat, dicens. Tu non fecisti me locupletem eo more, quo hospes Calaber .i. qui in Calabria hospitio recipit, iubet recepto .s. vesci pyris, hoc est non tu dedisti mihi ea quibus amplius vti nolles, sed egregia munera, in hoc te verum amicū significans. Verus autem amicus dat liberaliter, nec tollit libertatem accipiendi. Quomodo autem hospes det pyra subiungit, dicit enim vescere sodes sup. pyris istis. Respon. amicus. Iam satis est sup. mihi. addit hospes. Tolle benigne .i. cum beneuolētia, quantumuis sup. de pyris, tu feres paruis pueris tuis munuscula .i. parua munera non inuisa. Respon. amicus, q.d. gratias habeo hospes mi ego teneor .i. obligatus sum tibi, tam .i. itā, quam .i. quantum sup. tenerer si dimittar à te onusto .i. oneroso dono, aut legatur onustus. vt sit, quam si dimittar onustus .i. oneratus dono, hoc est (quod vulgo dicitur) tantam gratiam tibi habeo, quātam haberem si asportarem. Respon. hospes ineptus. in qua responsione est nodus fabulæ, ac dicit, vt libet supp. facito, quia indifferens sum, si enim non acceperis, tu relinquis hæc .s. pyra, comedenda hodie porcis. vnde addit Poëta. Prodigus & stultus donat quæ spernit, & odit. Hæc seges .i. plantatio illiberalitatis in animis hominum tulit .i. produxit, & feret .i. producet omnibus annis ingratos, quia nemo gratias referendas putat dari qui spernit, & odit. Vir bonus & sapiens, ait sup. se & suum paratum

## AD MOECENATEM.

*Rationem reddit cur promissa non præstiterit.*



VINQVE dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax desidero. atqui
Si me viuere vis sanum, recteq́. valentem?
Quam mihi das ægro, dabis ęgrotare timenti:
Mœcenas veniam: dum ficus prima, calorq́.
Designatorem decorat lictoribus atris:
Dum pueris omnis pater, & matercula pallet:
Officiosaq́ sedulitas, & opella forensis
Adducit febreis: & testamenta resignat.
Quod si bruma niueis Albanis illinet agris:
Ad mare descendet vates tuus: & sibi parcet:
Contractusq́. leget. te dulcis amice reuiset
Cum zephyris, si concedes, & hirundine prima.
Non quo more pyris vesci Calaber iubet hospes:
Tu me fecisti locupletem. Vescere sodes.
Iam satis est. At tu quantumuis tolle. Benigne.
Non inuisa feres pueris munuscula paruis.
Tam teneor dono. quàm si dimittar onustus.
Vt libet: hæc porcis hodie comedenda relinques.
Prodigus, & stultus donat quæ spernit, & odit.
Hæc seges ingratos tulit, & feret omnibus annis,
Vir bonus, & sapiens dignis ait esse paratum:
Nec tamen ignorat, quid distent ęra lupinis.
Dignum præstabo me etiam pro laude merentis.
Quod si me noles vsquam discedere: reddes
Forte latus, nigros angusta fronte capillos: *
Reddes dulce loqui; reddes ridere decorum, &
Inter vina fugam Cynaræ mœrere proteruæ.
Forte per angustam tenuis vulpecula rimam
Repserat in cumeram frumenti: pastaq́. rursus
Ire foras pleno tendebat corpore frustra.
Cui mustela procul, si vis ait effugere istinc:
Macra cauum repetes arctum, quem macra subisti.
Hac ego si compellar imagine: cuncta resigno.
Nec somnum plebis laudo satur altilium: nec
Otia diuitijs Arabum liberrima muto.
Sæpe verecundum laudasti: rexq́., paterq́.,
Audisti coram: nec verbo parcius absens:
Inspice, si possum donata reponere lætus.
Haud male Telemachus proles patientis Vlyxei,
Non est aptus equis Ithacæ locus: vt neque planis
Porrectus spatijs: nec multæ prodigus herbæ,
Atride. magis apta tibi tua dona relinquam.
Paruum parua decent. mihi iam non regia Roma,
Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.
Strenuus, & fortis, caussisq́. Philippus agendis
Clarus, ab officijs octauam circiter horam

*His verbis iuuenilis indicatur ætas auc. Col. li. x. c. 72

ratum, non cuiuis, sed dignis, nec tameo ignorat, id est atramen bene scit, quid æra .i. pecuniæ, distent lupinis, id est ab illis leguminibus vulgo in Italia habebis. Dignum præstabo, innuit Poëta vitium illiberalis datoris & uirtutem liberalis, nunc innuit officium decentis receptoris, dicens, Ego etiam præstabo me dignum laude. i. iuxta dignitatem merentis .s. de me, hoc est exhibebo me non ingratum, nec indignú beneficio tuo q̃ si nolles me unquam discedere. i. si uoles me sic subiectum tenere, ut sim semper iuxta te, reddes .i. restitues mihi forte latus, quod .s. habui, quando incepi primum obsequi tibi, & reddes nigros capillos, qui .s. nunc cani sunt in froote angusta, pilosa & non caluastra, ut nunc est, & ita iuuentilem ætatem, q̃ ea habentur, præterijsse indicat, reddes dulce loq. reddes ridere decorum, & mœrere. i. deplorare, inter uina. i. inter potandum, fugam Cynaræ amicæ proteruæ. i. procacis. Vulpecula tenuis .i. macilenta repserat forte .i. a casu, per angustam rimam. i. fissuram & apertura in cumeram frumenti .i. uas uimineum, in quo erat frumentum, & ipsa pasta .i. enutrita, tendebat .i. conabatur rursus ire foras, corpore pleno .i. repleto, & pingui, frustra .i. incassum, quia non potuit per angustam rimã, exire, cui .s. uulpeculæ .i. paruæ uulpi, mustella ait procul .i. de longe si uis effugere istinc .i. ab cumera, repetas macra cauum arctum. i. strictum & angustum, quem subisti. i. intrasti macra. Si ego compellor (sui compellar) .i. expostulor hac imagine .i. parabola, aut exemplo huius, hoc est si ego cogor priusquam exeam, cuncta relinqueee, quæ accepi a te, ego resigno .i. restituo cuncta, nec ego satue altilium laudo somnum plebis. i. non peso solummodo tranquillam requiem, quando sum satur, nec ego muto. i. commuto, aut uendo, liberrima ocia diuitijs, id est precio diuitiatum, Arabum, illorum populorum ditissimorum. Tu rex & pater mihi laudasti sæpe me uerecundum. i. a uerecundis, tu audisti sup. me coram .i. in præsentia te laudantem, nec sup. sum absens. i. i absentia, paecius. i. magis parcens, verbo. i nõ minus te laudo nunc absens, q̃ olim præsens. Inspice si possum reponere .i. restituere, donata .i. quæ mihi dedisti. Haud male Telem. proles &c. docet exemplis non omnia dona ab amicis accipienda esse si quidem accipienti nocitura, aut libertatem & tranquillitatem animi ablatuea sint, quorum primum ex Odyssea sumptum est. Ordo est. Telemachus proles. i. filius Vlyssei, quod nos dicimus Vlyssis, patiẽtis. s. laborum & errorum, haud male sup. dixit respondit Menelao, O Atride, locus Ithacæ .s. patriæ meæ, non est aptus equis, vt .i. vtpote, neque porrectus .i. extensus planis spatijs, nec prodigus .i. productiuus multæ herbæ, ego relinquam tibi tua munera magis apta tibi. Addit, parua decent paruũ quod aut Poëta supple dicam? puer respondet Philippo benigne, aut potius Vulteius respondet puero benigne se habere & agere gratias domino, sed non posse venire. vnde puer vt redijt, dicit hero suo, Ille .s. Vulteius, negat mihi sup. quod petij. s. ad cœnam venire, ille improbus negat & negligit te, aut horret, id est timet te. Philippus occupat, id est offendit in foro, mane, id est postridie eius diei, Vulteium vendentem popello tunicato, id est vili, & humili scruta, id est vetera menta, id est res veteres vsu detritas, & pretio ob id diminutas. vnde Cœlius lib. x. cap. lvj. Ego, inquit, eo verbo vetetamenta omnifaria significari puto quæ cũ vsu iam detrita sint, pretio item diminuta censentur hinc significa

Dum redit: atque foro nimium distare Carinas
Iam grandis natu queritur: conspexit, vt aiunt,
Adrasum quendam vacua tonsoris in vmbra,
Cultello proprios purgantem leniter vngueis.
Demetri (puer hic non læue iussa Philippi
Accipiebat) abi: quære, & refer, vnde domo, quis,
Cuius fortunæ, quo sit patre, quoue patrono.
It: redit: & narrat, Vulteium nomine Menam,
Præconem, tenui censu, sine crimine notum,
Et properare loco, & cessare, & quærere, & vti,
Gaudentem paruisq. sodalibus, & lare certo,
Et ludis, & post decisa negotia, campo.
Scitari libet ex ipso, quodcunque refers. dic
Ad cœnam veniat. non sanè credere Mena:
Mirari secum tacitus. quid multa? benigne,
Respondet: negat ille mihi? negat improbus, & te
Negligit, aut horret. Vulteium mane Philippus
Vilia vendentem tunicato scruta popello,
Occupat: & saluere iubet prior. ille Philippo
Excusare laborem, & mercenaria vincla:
Quòd non mane domum venisset: denique, quod nõ
Prouidisset eum. sic ignouisse putato
Me tibi: si cœnas hodie mecum. vt libet. ergo
Post nonam venies. nunc i: rem strenuus auge.
Vt ventum ad cœnam est; dicenda, tacenda locutus,
Tandem dormitum dimittitur. hic vbi sæpe
Occultum visus decurrere piscis ad hamum,
Mane cliens, etiam certus conuiua: iubetur
Rura suburbana indictis comes ire Latinis.
Impositus mannis, aruum, cœlumq. Sabinum
Non cessat laudare. videt, ridetq. Philippus:
Et sibi dum requiem, dum risus vndique quærit:
Dum septem donat sestertia: mutua septem
Promittit: persuadet vti mercetur agellum.
Mercatur. ne te longis ambagibus vltra,
Quam satis est, morer: ex nitido fit rusticus: atque
Sulcos, & vineta crepat mera: præparat vlmos:
Immoritur studijs: & amore senescit habendi.
Verum vbi oues furto, morbo periere capellæ:
Spem mentita seges: bos est enectus arando:
Offensus damnis, media de nocte caballum
Arripit: iratusq. Philippo tendit ad ædeis.
Quem simul aspexit scabrum, intonsumq. Philippus,
Durus ait Vultei nimis, attentusq. videris
Esse mihi. pol me miserum patrone vocares:
Si velles, inquit, verum mihi dicere nomen.
Quod te per genium, dextramq., deosq. penateis
Obsecro, & obtestor: vitæ me redde priori.
Qui semel aspexit, quantum dimissa petitis
Præstent; mature redeat: repetatq. relicta.
Metiri se quenque suo modulo, ac pede, verum est.

tæ, aut Telemachi verbum esse potest. Roma regia i. regalis ciuitas, non placet mihi iam, sed Tybur oppidum illud: vacuum .i. non populosum, & vacuum respectu Romæ aut Tarentum, aliud oppidum, imbelle. i. molle & voluptuosum. Philip. quidam aduocatus strenuus, & fortis & clatus, agendis causis. i. in causis agendis, dum reddit ab officijs .s. forensibus circiter octauam horam, atque dum ipse iam grãdis natu. i. senior & prouectioris ætatis, ita quod non posset bene ambulare, queritur .i. conqueritur: Carinas. i. locum habitationis suæ, qui in motem tarinarum ædificia constructa habebat, distare nimium à foro iudiciali. s. respexit (vt aiũt) quendam adrasum. i. libertinæ conditionis, aut ad mollitiẽ pertinet, ne capilli officiant purgantem cultello leniter .i. (vt dicunt) dulciter, & sine impetu, aut polite, vngues proprios, in vmbra tõsoris vacua. i. ante domum tonsoris cessantis. Puer Philippi accipiebat hoc .i. hoc loco, & hoc tempore, cum sic videret eum, iussa non leue. i. sinistre, & ab re. reperimus enim læue in textu, posset tamen legi non lenia .i. aspera iussa, videlicet ò Demetri abi quære & refer supple responsum ab eo vnde. i. de qua domo sit quis sit cuius fortunæ, id est conditionis sit, quo patre sit, ve pro vel, quo patrono sit, id est quem patrem, aut patronum habeat. It sup. puer ad illum cessatorem, reddit ad Philippum, narrat. i. refert, eum nomine. i. nominari Vlteium Menam, existẽtem præconem, id est rerum priuatarum publicum venditorem notum tenui censu sine crimine, & gaudentem properare. i. festinare, loco. i. in loco, hoc est quando opportunũ esset & cessare loco, & quærere. i. acquirere in loco, & vti. s. quæsitis, & gaudentem paucis sodalibus .i. commensalibus & conuictionibus & certo .i. consueto, & suo Lare, & ludis, & campo, post negocis decisa .i. post p̃conia peracta. Addit Philippus, Libet. i. placet mihi, scitari .i. sciscitari, & experiri ex ipso quodcunque refers, dic veniat ad cœnam, q̃d vbi dixerat puer, Mena .s. Vulteius, non credere, id est non credebat, sane i. multum, & tacitus mirari, id est mirabatur qd mul-

ſtanter ab Horatio vtilitatis appoſito expreſſa, mõſtrataq. ſunt, Ex que origine factum, vt ſcruteri dicantur viliſſime quæque. Quod vt ſentiam, Lucilius facit apud Gell. noctium Atticerum lib. iij. Quid ni & ſcrutei quidem vt vendat ſcrutarius laudat, Perfractum ſtrigilem, ſoleam improbus dimidie tamen vide cetera ibidem, & ipſe Philippus iubet prior. i. priuſquam tã Vulteio viſus eſſet, ſaluere. ſ. Vulteium. Ille. ſ. Vulteius, excuſare ſup. cœpit, aut excuſabat. i in excuſationem adducebat laborem, & vincla. i. vincula, mercenaria. i. quia cum mercenarius eſſet, obligaretur ad præſtandam operam, quod non veniſſet domũ. ſ. Philippi mane. Denique excuſabat, quod nõ præuidiſſet eum ſ. Philippum. i. quod non prior eum ſalutaſſet, quia minorum eſt maiores ſalutare priores. Reſpondet Phil. Putato Vultei me ignouiſſe tibi ſic, i. hoc pacto vtpote ſi cœnas hodie mecum. Reſpondet Vulteius, vt libet ſup. faciam. Et Philippus inquit, venies poſt nonam ſup. horam, poſt ortum Solis, nunc ſtrenuus in rem. i. ad rem cumulandam, auge ſup. eam, vt. i. poſtq̃, ventum eſt ad cœnam, Vulteius locutus dicenda, tacenda. i. quædam dicenda, & quædam tacenda, dimittitur tandem ſup. ire dormitum, hinc. i. ex hac cœna, vbi piſcis viſus eſt ſæpe decurrere ad occultum hamũ. i. vbi Philippus vidit locum eſſe captandi eum. ipſe exiſtens mane cliens, & certus. i. etiam non locatus conuiua, iubetur ire comes rura ſuburbana. i. cum Philippo in ſuburbanum eius, & hoc Latinis ſup. feſtis, indictis. i. denunciatis, quibus. ſ. temporibus ceſſabatur in foro iudiciali, & ita licebat Philippo abeſſe, & hoc mannis. i. equis minoribus quaſi ad manum habendis, impoſitis. ſ. vehiculo, cum autem illuc ventum eſſet, Vulteius non ceſſat laudare aruum, & cœlum. i. aërem Sabinum, quod Philippus videt & ridet, & dum ipſe quærit ſibi vndique requiem. i. recreationem animi, & riſus. i. ridendi occaſiones, & dum dona ſeptem ſeſtertia, & promittit ſeptẽ mutua. i. mutuo danda, perſuadet Vulteio vt. i. vt mercetur. i. emat agellum, & ſup. Vulteius mercatur nec. i. & ne morer. i. detineam, te vltra quam ſatis eſt longis ambagibus. i. per lõgos ſermones, ipſe fit ruſticus ex nitido. i. ex vrbano bene culto, & crepat. i. crepare facit ſulcos & mera vineta. i. agros & vineas colit, præparat. i. putat, & reſecat, aut plantat vlmos, quibus vites adhærẽt in Italia, immoritur. i. vſque ad mortis angorem incumbit ſtudijs & ſeneſcit amore habendi, verum. i. ſed, vbi. i. poſtquam, oues periere furto, & capellæ morba, & ſeges male proueniens mentita ſupp. eſt ſpem, quam de ea conceperat, & bos eſt enectus. i. mortuus arando, ipſe offenſus. i. læſus, & iratus damnis, arripit de media nocte caballum. i. equum, & iratus tendit ad ædes Philippi, quem. ſ. Vulteium, ſimulac. i. ſtatim poſtquam, aſpexit ſcabrum & intõſum ait. O Vultei, tu videris mihi nimis durus. i. ſtrenuus agricola, & nimis attentus ſup. ad rem ipſe Vulteius, inquit, pol. i. pollucem ò patrone, tu vocares me miſerum, ſi velles mihi dicere. i. aſſignare verum nomen. Quod. i. propter quod, ego obſecro. i. per ſacra rogo & obteſto te, per Genium. i. Deum tuum peculiarem per dexteram. i. virtutem tuam, per deos penates, redde me priori vitæ. hæc poſſunt ſm Acronem eſſe verba Poëtæ ad Mœcenatem. Is qui ſimul. i. ſtatim vt aſpexit, quantum dimiſſa. i. derelicta, præſtent petitis, redeat mature. i. tempeſtiue repetat relicta, quia verum. i. iuſtum & decens eſt, quenque metiri. i. menſurare ſe ſuo modulo. i. forma ac pede. i. menſura, longitudinis. i. quemlibet conari, quod perficere poſſit.

ANTO. SAESL. Deſignatorem decorat) Deſignare vetuſtiſſimo ſignificatu eſt rem nouam facere, in vtrenque partem, & bonam & malam, ſicut docet Don. Inde deſignatores dicti ſunt curatores funerum, qui ludis funebribus præſunt. ob eam cauſam, quod in his ludis multa fiant noua, & ſpectanda &c. Senſus autem Horat. eſt, Dabis mihi Mœcenas veniam diutius villicanti, & in agri cõmoranti, quam promiſeram. qm̃ ægrotare Romæ formido per dies autumni peſtiferos, dum deſignatores, hoc eſt præfecti ludorum funebrium lictoribus atris decorantur, & p multorum mortes munia frequẽter vſurpant, funebribus ludis præſidẽdo.

DOCT. interpr. Non quo more pyris) Ex his verſiculis prouerbium ſubeſſe videtur Calabri nanque hoſpitis munera ruſticana, leuiaq. quæque magis onerant accipientem, quam iuuant, recte dixeris, aut quæ donantur contempta. Si quidẽ Calabri, qđ pyris abundent, conſueuerunt ea hoſpitibus affatim apponere. Deinde ſaturos bellariorum vice domum auferre iubent. Quod ſi recuſes eadem porcis obijciuntur. [Nec tamen ignorat) Habet & illud prouerbij ſymbolum. Vult. o. Horat. quod talis ſciat diſcrimen rerum vilium & precioſarum. Agit autem Horat. de ijs, qui beneficia non ita conferunt in quos vis. velut abijciant, ſed ita collocant, vt expendant & eius meritum ac dignitatem cui pſtant, & pretium muneris quod largiuntur. Porro lupini vtilitatem prouerbialiter notauit & Iuuen. ſic. Tunicam mihi malo lupini Quam ſi me toto laudet vicinia pago. [Patientis Vlyxei) Hic laudat Telemachum Homericum qui equos a Menelao oblatos, recuſauit, cum non ſolum in accipiendis muneribus verecundiam habere debeamus, ſed etiam delectum iuxta prouerbium: Nec omnia, nec paſſim &c. [Metiri ſe quenque) Huc reſpexit Horat. quod vulgo dicitur. Tuo te pede metire. Quod monet ne quis ſe dilatet vltra conditionem ſuam, ne ue ſeipſum ex aſſentatorum laudibus, aut vulgi opinione, aut formæ fauore, verum, proprijs ac veris dotibus animiq. virtutibus æſtimet. Trãſlatum ab ijs qui corporis humani modum, pedũ numero æſtimant.

## AD CELSVM ALBINOVANVM.

*Indicat animi ſe ægritudine laborare, neque quæcunque eorum quæ recta eſſent, ſibi placere.*



CElso gaudere, & bene rem gerere Albinouano
Muſa rogata refer, comiti, ſcribæq. Neronis.
Si quæret, quid agam: dic multa, & pulchre minantem,
Viuere, nec recte, nec ſuauiter: haud quia grando
Contuderit vites: oleamq. momorderit æſtus:
Nec quia longinquis armentum ægrotet in aruis.
Sed quia mente minus validus, quam corpore toto,
Nil audire velim: nil diſcere: quod leuet ægrum:
Fidis offendar medicis: iraſcar amicis:
Cur me funeſto properent arcere veterno:
Quæ nocuere ſequar: fugiam quæ profore credam:
Romæ Tibur amem ventoſus: Tibure Romam.
Poſt hæc vt valeat: quo pacto rem gerat, & ſe:
Vt placeat iuueni percontare, atque cohorti.
Si dicet recte: primum gaudere, ſubinde
Præceptum auriculis hoc inſtillare memento:
Vt tu fortunam, ſic nos te Celſe feremus.

ASCEN. CElso gaudere, &c.) Ordo eſt. O Muſa rogata. ſ. à me, refer. i. dic (alloquitur aũt Muſam, quia carmina ſcribit) Celſo Albinouano comiti & ſcribæ Neronis. ſ. Claudij, gaudere & rem bene gerere, hoc eſt ſaluta eum ſic more Græcorum, qui pro ſalute dicunt eupratin. i. bene agere, dic ergo illi gaudere, & bene agere pro ſalute. Nec placet vt rogata exponatur. i. interrogata quia ſalutentes non expectant donec interrogentur præterea ſic videretur ſenſus eſſe, quod poëta gaudet & bene rem gereret, cuius contrarium ſtatim ſequitur, dic rogata. i. orata a me. Si quæret ſupp. Celſus ſic ſalutatus, quid agam, dic me minantem. i. ſuperbe, quaſi minis pollicitantem multa & præclara, viuere nec recte. i. vt decet, nec ſuauiter. i. vt volo, & ita non ſibi, ſed conditioni ſuæ imputandum ſignificat, ſi non vt decet viuat, viuentem dicit non ſuauiter, non quia grando contuderit. i. contundendo deſtruxerit, vites, aut quia æſtus. i. nimius, quaſi æſtuãs calor momorderit. i. pro parte extinxerit, & areſecerit oleam tractum à capitis, quæ quicquid mordent, vrunt. Nec quia armẽtum ægrotet in longinquis aruis. Sed ideo minus ſuauiter viuentem, quia effectus ſup. min⁹ validus mente, quam toto corpore, nil velim audire, nil diſcere, quod leuet. i. minus dolere faciat me ſup ægrum, & quod ſup. offendat fidis medicis. i. moleſte feram fidos medicos, & quod iraſcar amicis, quærens ſup. ab eis, cur properent. i. feſtinent, me arcere funeſto. i. mortali, veterno. i. morbo intercuti aggrauante, & animam, & corpus & quod ſequar quæ nocuere, & quod fugiam quæ credam pro foro. i. profutura, hoc eſt vtilia mihi, & quod ego ventoſus. i. leuis, vt aura, vel ventus, amem Romæ. i. quando ſum Romæ, Tybur, & Tybure. i. quando ſum Tyburi, amem Romam, hoc eſt dic me iniquo animo eſſe, nec ſibi conſtanti, aliquando. n. animus, noſter neſcio quo faſtidio afficitur. vnde dictum. Quandoque humanus faſtidiet omnia ſenſus & tali

li tædio se affectum dicit Poëta. Percontare .i. interroga, post hæc .i. postquam hæc dixeris, vt .i. qualiter valeat, quo pacto .i. quo modo, gerat .i. administret rem, & quo pacto gerat se .i. seipsum portet, vt .i. qualiter placeat iuueni .s. Neroni, & vt .i. qualiter, sup. placeat cohorti .i. ijs in quorum cohorte est. Si dicet recte sup. se valere, & illis placere, memento primum gaudere .i. te lætum ostendere, subinde .i. denique, sed latenter, memẽto instillare .i. leniter infundere auriculis eius hoc præceptum, O Celse nos feremus .i. tolerabimus te, sic sup. vt tu sup. feres fortunam .i. si prospero successu fortunæ superbias, ita quod ceteros fastidias nos, te quoque fastidiemus. Propter hanc autem particulam creditur verisimiliter tota epistola composita,

## AD CLAVDIVM NERONEM.

*Septimium Claudium, Claudio Augusti priuigno commendans.*



EPTIMIVS Claudi nimirum intelligit vnus,
Quanti me facias. nam cum rogat, & prece cogit,
Scilicet vt tibi se laudare, & tradere coner,
Dignum mente, domoq́. legentis honesta Neronis:
Munere cum fungi propioris censet amici:
Quid possim videt: ac nouit me valdius ipso.
Multa quidem dixi, cur excusatus abirem:
Sed timui, mea ne finxisse minora putarer,
Dissimulator opis propriæ: mihi commodus vni.
Sic ego maioris fugiens opprobria culpæ,
Frontis ad vrbanæ descendi præmia. quod si
Depositum laudas ob amici iussa pudorem:
Scribe tui gregis hunc: & fortem crede, bonumq́.

ASCEN. 

EPTIMIVS &c. Ordo est. O Claudi Nero. Septimius .i. hic amicus noster, qui hanc epistolam perfert, intelligit nimirum .i. haud dubie, vnus .i. vnice & singulariter, quanti facias .i. æstimes & pendas me. nam rogat me, & cogit prece .s. vt coner laudare, & tradere tibi se existentem dignum mente, & domo Neronis legentis honesta. per quod eum honestum significat, cum .i. quando .s. Septimius, censet .i. iudicat supp. me fungi munere .i. officio amici, propioris .i. valde coniuncti, ipse videt & nouit valdius .i. copiosius, me ipso .i. quam ego ipse, quod possim supp. apud te. Quidem .i. certe ego dixi multa, cur .i. ob quæ ego excusatus abirem .i. discederem ab eo, & renuerem sup. ipsum commendare, sed ego timui ne putarer finxisse mea, id est potestatem meam, minora, id est minoris valoris quam sint, existens dissimulator propriæ opis, id est facultatis, & commodus, id est vtilis, & inseruiens mihi vni, id est soli. Sic, id est & propterea, ego fugiens opprobria maioris culpæ, scilicet dissimulationis in amicum, descendi, id est periculose deueni, ad præmia frontis vrbanæ, id est eius quæ minus verecunda est, quia rusticitatis signum est nimis verecundum esse: hoc enim arguit vix cum hominibus bonis conuersatum esse, quod si ò Claudi, tu laudas pudorem, id est verecundiam & ruborem, depositum, id est abiectum, ob, id est propter iussa amici, scilicet Septimij, scribe hunc tui gregis, id est ascribe hunc tuo gregi, & crede eum fortem & bonum.

## AD FVSCVM ARISTIVM.

*Varietas in genere vitæ, etiam inter eiusdem studij homines.*



RBIS amatorem Fuscum saluere iubemus
Ruris amatores, hac in re scilicet vna
Multum dissimiles, ad cetera pene gemelli.
Fraternis animis quicquid negat alter, & alter:
Annuimus pariter vetuli, notiq́. columbi.
Tu nidum seruas: ego laudo ruris amœni
Riuos, & musco circunlita saxa, nemusq.
Quid quæris? viuo, & regno; simul ista reliqui,
Quæ vos ad cœlum effertis rumore secundo.
Vtq́. sacerdotis fugitiuus, liba recuso:
Pane egeo, iam mellitis potiore placentis.
Viuere naturæ si conuenienter oportet:
Ponendæq́. domo quærenda est area primum:
Nouisti ne locum potiorem rure beato?
Est vbi plus tepeant hyemes? vbi gratior aura
Leniat & rabiem canis, & momenta leonis;
Cum semel accepit solem furibundus acutum?
Est vbi diuellat somnos minus inuida cura?
Deterius Libycis olet, aut nitet herba lapillis?
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quàm, quæ per pronum trepidat cũ murmure riuũ?
Nempe inter varias nutritur silua columnas:
Laudaturq́. domus, longos quæ prospicit agros.

ASCEN. 

RBIS amatorẽ) Ordo est. Nos amatores ruris: iubemus Fuscum .s. Aristium, cuius in primo Sermonum meminit, amatorem vrbis, saluere, id est saluum esse, scilicet, id est scire licet, multum dissimiles in hac re, id est quod alter vrbem, alter rus amet, & pene, id est quasi, gemelli fraternis animis, id est concordes, & fratres vno partu editi esse solent, vel vt gemini, Castor, & Pollux inter se fuerunt, quicquid alter, id est vnus nostrum negat, alter, id est reliquus, &, id est etiam, sup. negat, nos annuimus, id est consentimus & volumus aliquid, pariter, id est simul existentes vetuli, & noti columbi, id est quales columbi vetuli, qui diu vnum tectum, seu columbarium simul frequentauerunt. Tu seruas nidum, id est vrbem Romanam, ego laudo riuos amœni ruris, & saxa circunlita musco, scilicet lanugine viridi & laudo nemus. Quid quæris, supple quid ruri faciam? Ego viuo & regno simul, id est statim postquam vel simul .i. & insuper, ego reliqui ista .s. mũdana & terrena, & per hoc vilia, quæ vos .i. vrbis amatores fertis .i. extollitis secundo .i. prospero, rumore .i. commendatione magna ad cœlum, & ego recuso liba, id est lautitias vrbanas, vt .i. quemadmodum, seruus sup. fugitiuus, sacerdotis sup. recusabat, liba, id est fastiditus leuem cibum, & dulciarium, effugit vt vulgarem panem edat. Ego inquam vt seruus fugitiuus sacerdotis recusans liba, egeo pane vulgari, id est obiector cibis vulgaribus (hæc autem omnia allegoricos dicit) pane dico iam potiore, id est quem iudico potioram & meliorem placentis mellitis, id est melle dulcificatis. Si oportet, vt certe oportet, viuere conuenienter, id est conformiter & vt conuenit naturæ, & si area, id est fundus, est quærenda primum .i. primo loco pro supp. domo ponenda, nouisti ne locum potiorem, scilicet ad talem aream, rure beato? q. d. scio quod non. Est ne supp. locus vbi hyemes .i. tempestates hyberne, tepeant, plus, id est tepidiores sint, & vbi aura leniat, id est demulceat gratior, &, id est pariter rabiem canis, id est caniculæ sideris videlicet mordacis, & momenta, id est tempora Leonis, cum, id est postquam. Leo, scilicet, hoc est signum illud cœleste, furibundus: Vt Leo furibundus, absumat homines, vt in Iulio & Augusto solet, accepit Solem acutum, id est penetratiuum. Est supple alius locus vbi cura inuida

Naturam expellas furca: tamen vsque recurret:
Et mala perrumpet furtim fastidia victrix.
Non qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera fucum;
Certius accipiet damnum, propriusue medullis;
Quàm qui non poterit vero distinguere falsum.
Quem res plus nimio delectauere secundæ:
Mutatæ quatient. si quid mirabere, pones
Inuitus. fuge magna: licet sub paupere tecto
Reges, & regum vita præcurrere amicos.
Ceruus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat: donec minor in certamine longo
Implorauit opes hominis: frænumq; recepit.
Sed postquam victor violens discessit ab hoste:
Non equitem dorso, non frænum depulit ore.
Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret; dominum vehet improbus: atque
Seruiet æternum: quia paruo nesciet vti.
Cui non conueniet sua res: vt calceus olim,
Si pede maior erit, subuertet; si minor, vret.
Lætus sorte tua uiues sapienter Aristi.
Nec me dimittes incastigatum; vbi plura
Cogere, quam satis est, ac non cessare videbor.
Imperat, aut seruit collecta pecunia cuique,
Tortum digna sequi potius, quàm ducere funem.
Hæc tibi dictabam post fanum putre Vacunæ,
Excepto quod non simul esses, cetera lætus.

vila.i. insidens requiei nostræ minus diuellat somnos, q̃ lapp. turi? Nunquid supple herba olet.i. fragrat, aut nitet deterius, id est minus bene, lapillis Lybicis, q.d. non. Et nunqd sup. aqua purior .i. limpidior, tendit.i. conatur rumpere plumbum .i. grauitatem animi, in vicis.i. cõmunibus habitaculis hoium quam supple illa quæ trepidat.i. præcipitanter delabitur, per riuum .i. alueum, pronum.i. decumbentem? q.d. non. Nempe i. quia certe, silua.s. arborum, quæ hortorum sunt ornamenta, nutritur inter varias columnas .s. ex marmore, aut iaspide (Vnde Iuuen. in j. Frontonis platani, conuulsaque marmora clamant) & domus quę prospicit.i. ante se videt longos agros, laudatur, hoc est vrbanæ deliciæ imitantur rusticas, quocirca rusticæ potiores probantur, quia naturales, vnde subdit, Expelles, aut Expellas, naturam furca.i. per furcam facies virgultum aliquod aliter q̃ naturaliter crescat, crescere, tamen recurret .i. redibit, vsque .i. semper sup. in locum suũ amota furca, & ipsa natura victrix perrumpet furtim mala.i violẽta vestigia, hoc est natura plus q̃ ars potest, & ita silua præstat hortis. Is qui callidus .i. credẽs se callidum, nescit vellera potantia succum Aquinatem .i. purpuram similem Tyriæ, sed deteriorem contendere.i. certare, & similia videri sed non esse, ostro .i. purpuræ, Sidonio .i. Tyriæ, non accipiet damnum certius & propius medullis.i. quod magis penetret cor, q̃ qui non poterit distinguere falsum vero. Illum sup. quem res secundæ.i. prosperæ, delectauere nimio plus sup. q̃ satis, mutatæ.i. aduersæ factæ, quatient .i. concutient. Si tu mirabere.i. miraberis, hoc est cum admiratione amabis, quid .i. aliquid, tu pones .i. depones sup. illud inuitus, fuge magna, licat præcurrere.i. excellere in felicitate reges, & amicos regum sub tecto paupere, dum.s. mens diues est. Caruus equum &c. ostendit Apologo, vt dixi, libertatem incultam præferendam seruituti phaleratæ. Ordo est. Ceruus melior pugna (propter cornua.s.) pellebat equum herbis cõmunibus .i. quas communiter depasci solebant, donec minor .i. inferior & debilior in certamine longo.s. equus implorauit opas.i. auxilia hominis, & recepit fræna. sed postquam equus victor cerui discessit violens.i. superbus & infestus, ab hoste .s. ceruo, non depulit .i. non potuit depellere, dorso .i. de dorso, equitem .i. insessorem, & frænum

ore. sic qui veritus pauperiem caret libertate potiore.i. quæ potior est. metallis, vehet.i. portabit, improbus .i. improbandus dominum, atqua is supp. seruiet æternum, qui, aut quia, nesciet vti paruo. & is sup. seruiet æternum, cui sua res non conueniet .i. aut maior, aut minor sit, vt .i. quemadmodum, calceus olim si est maior pede, subuertet supp. eũtem in eo, & si est minor supple pede, vret .i. constringendo inflabit eum. O Aristi, tu igitur viues lætus tua sorte, nec dimittes me incastigatum, vbi .i. qñ, ego videbor cogere .i. coarcuare, aut congregare plura, q̃ satis est. pecunia collecta imperat, aut seruit cuique, existens digna potius sequi funẽ tortum.i. trahi & impelli à possidente, q̃ ducere funem tortum.i. implicitũ, hoc est ducere possessorem à se victum ac vinctum. O Aristi, ego dictabam i puero scribenti pronunciabam tibi post Phanũ Vacunæ, Deæ à Sabinis multum & antiqua religione cultæ, siue ea Diana, siue Minerua, siue Ceres, siue Victoria, siue demum Bellona putetur, putre, id est vetustate putrefactum, dictabã inquam existens lætus cetera, id est per cetera, aut in ceteris omnibus, excepto q̃ non esses simul, id est mecum, quia te desiderabam.

DOCT. interpr. NAturam expellas furca.) Sensus est, haud facile dedisci quæ nobis natura penitus indidit atque inseuit. Ducta metaphora a ramis, qui apposita furca torquentur alio quam natura posuerat, qua sublata rursum uargunt eodem quo prius: sic alibi libr. ij. serm. vij. dixit idem poëta. Tolla periculum. Iam uaga prosiliet fretis natura remotis.

## GLAREANVS.

ET male perrumpet furtim fastigia victrix) Badius mala legit, exponitq. uiolenta. Sed idem uestigia, non fastigia habet. In libro item Landini uestigia inuenio, ac sensu non minus obscuro: Alij male ad uictrix referunt, ut male uictrix pro pertinaciter uictrix dictum intelligamus, & fastigia, ad fastigia legunt, ut sit sensus, quantumuis tacuruemus arborem (nam inde est sumpta metaphora) ipsam tamen contra quam volumus, ad fastigia peruenire.

ASCEN. VID tibi visa Chios &c.) Argumentum paruit, sed si Acronem sequamur, quomodo dicamus visas Bullatio insulas, si ad Tyberim semper remanens ad alia loca non transierat? Dicerem ergo potius. Bullatium varias regiones negociando peragrasse, sed iactare solitum se nusquam beatum esse, quã Romæ apud Tyberim. quod Poëta innuit eum sentire propter pigritiam, ne alio cogatur proficisci, docetque non in loco, sed in animo beatitudinem consiste re. Ordo est. O Bullati, qd Chios insula illa visa tibi, & qd Lesbos insula diues vtraque upũ, &

## AD BVLLATIVM.

*Taxat quæstus cupiditatem in Bullatio, cuius gratia missus non currebat.*



VID tibi visa Chios Bullati, notaque Lesbos?
Quid concinna Sames? quid Crœsi regia Sardis?
Smyrna quid, & Colophon? maiora, minora ne fama?
Cunctane præ campo, & Tiberino flumine sordent?
An venit in votum Attalicis ex vrbibus vna?
An Lebedum laudas odio maris, atque viarum?
Scis Lebedus quàm sit Gabijs desertior, atque
Fidenis vicus: tamen illic viuere vellem:
Oblitusque meorum, obliuiscendus & illis,

potissimũ vini, quid Samos, insula concinna.i. concinne.i. vniformiter constructa habẽs ædificia, qd Sardis regia Crœsi illius regis longe ditissimi, quod Smyrna & Colophõ, oppida illa quæ certãt de patria Homeri, existẽtia maiora vel minora fama .i. quã fama est ne pro an, cuncta sup. iã dicta loca, sordent i. sordida vñr tibi, præ cãpo & flumine Tyberino.i. cõparatione cãpi & flumini Tyberini? An vna vrba .s. Roma, venit in votũ.i. in desiderium tuum, ex vrbibus Attalicis.i. superbe, luxuriosæque varijs rebus ornatis, sicut vrbes Attali erant, qui primus vestes auro intertexere docuit, quę ab eo Attalicæ dictæ sunt, hoc est caperis solius Romæ delectatione,

Neptunum procul è terra ſpectare furentem.
Sed neque, qui Capua Romam petit imbre, lutoq́;
Aſperſus, volet in caupona viuere: nec qui
Frigus collegit, furnos & balnea laudat, *
Vt fortunatam plene præſtantia vitam.
Nec ſi te validus iactauerit auſter in alto:
Icirco nauem trans Aegæum mare vendas.
Incolumi Rhodos, & Mitylene pulchra facit: quod
Penula ſolſtitio, campeſtre niualibus auris,
Per brumam Tiberis, ſextile menſe caminus.
Dum licet: & vultum ſeruat fortuna benignum:
Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.
Tu quamcunque deus tibi fortunauerit horam
Grata ſume manu: nec dulcia differ in annum:
Vt quocunque loco fueris, vixiſſe libenter
Te dicas. nam ſi ratio, & prudentia curas,
Non locus effuſi late maris arbiter aufert:
Cœlum, non animū mutant, qui trans mare currunt.
Strenua nos exercet inertia: nauibus, atque
Quadrigis petimus bene viuere. quod petis, hic eſt:
Eſt Vlubris: animus ſi te non deficit æquus.

ne, propter affluentiam diuitiarum, nam Attalus rex Pergami populum R. heredem inſtituit. an laudas Lebedum, oppidum illud deſertiſſimum iuxta mare, vnde nemo mare ingredi audet, odio maris atque viarū? hoc eſt an ideo Romam tantopere laudas, vt non cogaris alio proficiſci, vt etiam ob id Lebedum laudes? tu ſ'is q̄d ſit Lebedus, ſup. vicus deſertior Gabijs & Fidenis vicis, quę olim ciuitates fuerunt opulentæ, tamen .i. licet ita ſit deſertus locus, putas ne ſup. q̄d ego vellem viuere illic, & ego oblitus meorum .ſ. conſanguineorum & familiarium, & obliuiſcendus .i. obliuioni tradēdus, illis .i. ab illis, vellem expectare procul è terra: Neptunum furentem .i. Mare cōmotum quaſi ſit furore percitum? q. d. minime. Sed neque qui petit Romā Capua, exiſtens aſperſus imbre & luto, volet viuere in caupona .i. in domo mercenaria vbi ſe curat & ſiccat, nec is qui colligit frigus, laudat furnos & balnea, vt .i. veluti ſupple laudet præſtantia .i. ea quæ præſtant plane beatam vitam. Nec ſi Auſter, ventus ille validus .i. impetuoſus, iactauerit te in alto, iccirco vendas nauem trans mare Ægæum. Rhodos, illa inſula temperata, & Mitylene pulchra, facit ſupple hoc incolumi .i. homini ſani capitis, & cui animus ſanus, quod penula, id eſt veſtis villoſa & condenſa facit, ſolſtitio ſupple æſtiuali, quod nihil boni eſt, quia in calore non egemus tali veſte, & quod campeſtre, id eſt ſubligar, quo pudenda ligantur, & quo luctantes in campo Martio, ne inhoneſte videantur, cinguntur (& vt manifeſtius, dicam, id eſt quod vulgo brachas vocant) facit ſupple auris niualibus, quod parum eſt, quia ſolum pudenda cooperit dicit idem alijs verbis, & quod Tyberis fluuius frigidus facit per brumam, & quod caminus .i. ignis facit, menſe Sextili .i. Auguſto. Dum, id eſt quandiu licet, & fortuna ſeruat benignū vultum, Samos & Chios & Rhodos abſens laudetur Romæ .i. ab exiſtente Romæ, tu ſume grata manu quamcunque (aut quacūque) horam Deus fortunauerit .i. proſperauerit tibi, nec differ dulcia in annum. vt dicas te vixiſſe libenter in quocunque loco fueris. Nam ſi ratio & prudentia aufert curas, & non locus exiſtens arbiter .i. in tuto poſitus quaſi ad arbitriū inſpector maris effuſi late, & ſi illi, qui currūt trans mare mutant cœlum, non animum, inertia ſtrenua, id eſt diligentia ſine arte, exercet, id eſt vexat nos, nos pĕtimus nauibus, atque quadrigis bene viuere, hoc eſt nos facimus nos vehi, aut nauibus, aut vehiculis ad loca amœna, vbi beate ſimus, ſed ideo ſumus inertes, quia quod petis tu qui facis te vehi, hoc eſt beatitudo quam petis, eſt hic, id eſt hoc loco, & eſt Vlubris, in vico illo deſertiſſimo, ſi animus æquus non deficit, id eſt derelinquit te.

*Prouerbiū erat prouerb? in paupe res, quā aſſidue frigerēt, treme. rētq́; cos de balneo cogitare & furno conductos dictitabant. Cœl. lib. 26. cap. 47.

Campeſtre niualibus) Apud Hieronymum pro femorale hoc poſitum comperies, quod vulgo ſuccinctorium aut campeſtre vocant. Auguſtinus ciuitatis lib xiiij. Campeſtria, inquit, latinum verbum non eſt, ſed ex eo dictum, quod iuuenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant. Vnde qui ita ſuccincti ſunt, campeſtros vulgus appellat. Cœl. lib. x. cap. xxj.

COS RHO

## AD ICCIVM.

*Iccium Agrippæ procuratorem fortunatum dicit, ſi fortuna bene vtatur.*

Fructibus Agrippæ Siculis,
quos colligis, Icci
Si recte frueris: non eſt vt copia
maior
Ab Ioue donari poſſit tibi. tolle
querelas.
Pauper enim non eſt cui rerum ſup
petit vſus.
Si ventri bene, ſi lateri eſt, pedibuſque tuis: nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.
Si forte in medio poſitorum abſtemius herbis
Viuis, & vrtica: ſic viues, protinus vt te
Confeſtim liquidus fortunæ riuus inauret.
Vel quia naturam mutare pecunia neſcit:
Vel quia cuncta putas vna virtute minora.
Miramur, ſi Democriti pecus edit agellos,
Cultaque: dum peregre eſt animus ſine corpore velox:
Cum tu inter ſcabiem tantam, & contagia lucri,
Nil paruum ſapias: & adhuc ſublimia cures:
Quæ mare cōpeſcant cauſſæ: quid temperet annum:
Stellæ ſponte ſua, iuſſæ ne vagentur, & errent:
Quid premat obſcurum Lunæ, quid proferat orbē:
Quid velit, & poſſit rerum concordia diſcors:
Empedocles, an Stertini deliret acumen.
Verum ſeu piſces, ſeu porrum, & cæpe trucidas:
Vtere Pompeio Groſpho: & ſi quid petet, vltro

ASGEN. Fructibus &c.) Ordo eſt, O Icci, ſi tu frueris recte fructibus Siculis, quos colligis Agrippę .ſ. Marco, cuius procurator es, vel fructibus Agrippæ .i. ab Agrippa donatis tibi, quos colligis Siculis .i. apud Siculos, non eſt vt maior copia poſſit donari ab Ioue, quia ſummum bonum eſt ſuis bene frugi, tolle .i. amoue, querelas .i. noli mihi, conqueri te pauperem eſſe, enim pro quia. is non eſt pauper, cui vſus rerum ſuppetit .i. ſatis abundans eſt, Si bene eſt ventri ſi bene eſt lateri, ne pro uel pedibus tuis, diuitiæ regales .i. quales regem decent, nil poterunt addere maius. Si tu forte abſtemius .i. abſtinens à temeto .i. vino, viuis herbis, & vrtica, exiſtens in medio poſitorum, id eſt reconditorum tibi, tu uiues protinus .i ideo ſic, ut riuus fortunę liquidus .i liquide fluēs, inauret .i. quaſi aureum faciat te, confeſtim .i. ſubito, vel ſupple ideo, quia pecunia non poteſt mutare naturam, id eſt non poteſt te allicere ad largiorem uſum rerum, vel quia tu putas cuncta minora, id eſt viliora, una id eſt ſola, uirtute, id eſt propter uirtutem abſtinens Miramur ſi pecus edit .i. comedit, abſumpſit, agellos .i. holera aut fruges, quæ Democritus aſſidēs cuſtos habebat in agellis, q; pro &, ſi pecus edit culta .i. ea quæ Democritus coluerat, dum animus eius eſt peregre .i. raptus ꝓfunda rerum inquiſitione, & eſt velox .i. id eſt alte uolās, uſque ad cœleſtium contemplationem? quaſi dicat, non debemus poſthac admirari Democritum ſoli philoſophiæ deditum. ſic aliqn̄ raptum animum iuxta agros ſuos cultos ſedebat, non uideret pecora culta ſua ingurgitantia, cū tu nihil, aut parum capias inter tantam ſcabiem, & tanta ſupple contagia lucri, & cum tu cures adhuc, id eſt licet lucris intētus, ſublimia id eſt res ſublimes, uidelicet quę cauſæ compeſcant mare, quod non rĕdundet, cum omnia flumina ipſum intrent, nec terras undis obruat, cum altius ſit natura, quid temperet annum, qui talem uiciſſitudinem ſeruet, ſtellæ, id eſt planetæ an uagentur & errent, ſua ſponte, id eſt ſine motoris, impulſu, an uagentur iuſſe, id eſt imperio motoris, ſcilicet intelligentiæ, aut alterius, quid premat .i. occultet, orbem, id eſt partem globi lunaris, obſcurum, id eſt non illuminatum, ut in plenilunio, & quid proferat orbem obſcurum, id eſt ad nos uer tat

tat partem obſcuram, vt in nouilunio. Quid velit, & q̃d poſſit diſcors concordia rerum, mire dictum. elementa enim inter ſe contraria & diſcordia ſunt, tamen mutua corruptione ſe conſeruant, & ita diſcordando in hoc quod ſe concordant, conſeruant. an Empedocles philoſophus ille Agrigẽtinus verſibus.

Defer: nil Groſpus niſi verum orabit, & æquum
Vilis amicorum eſt annona bonis, vbi quid deeſt.
Ne tamen ignores quo ſit Romana loco res:
Cantaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit, ius, imperiumq́ue Phraates
Cæſaris accepit genibus minor. aurea fruges
Italiæ pleno diffudit Copia cornu.

occiſus eſt virtute Agrippæ Armenius ſupple populus. cecidit virtute Claudi, pro Claudij Neronis, Phraates rex Perſarum accepit ius & Imperium Cæſaris, exiſtẽs minor genibus, id eſt ſupplicans genibus poſitis, hoc eſt ſubiectus eſt Romano Imperio. Copia.i. Dea vbertatis, aurea, id eſt pulchra aut commoda, diffudit Italiæ fruges pleno cornu. alludit ad cornu copiæ Herculi datum.

Pythagoricam ſectam complexus, an acumen Stertinij Stoicam ſectam verſibus complexi. de quo in ſecundo ſermonum dictum eſt, quod ſit ſapientum octauus: deliret, id eſt inſaniat, quaſi dicat vtcunque inſaniet, cum philoſophia ſe neget ornari verbis contenta doceri. veruntamen ſeu tu trucidas, id eſt auide comedis piſces (qui cariores carnibus Romanis viſi ſemper ſeu porrum & cepe, id eſt communia, & vilia holuſcula, vtere Pompeio Groſpho, id eſt conſilio eius, & ſi ipſe petet quid à te. defer id ſupple illi vltro. Groſphus nil orabit te niſi verum, id eſt decens, & æquum, id eſt iuſtum, ſcilicet non vana, non ſtiuola, non luperflua, non iniqua. Annona, id eſt prouentus & acquiſitio amicorum, eſt vilis, id eſt facilis acquiſitu, aut viliſpenditur. Simile eſt in Trinũmo Plauti, vbi annonam proborum virorum cariſſimam dicit, & improborum prouentum multo vberrimum, non ergo intelliges de annona proponenda amicis, ſed de ipſis amicis. Et tamen ne ignores quo loco, id eſt in quo ſtatu ſit res Romana.ſ. reſpub. noſtra: Cantaber, ſcilicet populus, cecidit, id eſt

DOCT. interpr. Vilis amicorum eſt) Apponendum hoc Græcorum prouerb. cenſuimus: Ἀνδρὸς κακῶς πράττοντος ἐκποδὼν φίλοι .i. viri ſiti in malis amici ſunt procul. Hæc parœmia notat mores amicorum vulgarium, qui hirundinum ritu pro ratione temporum aduolant ac deuolant.

GLAR. Vilis amicorum eſt annona, bonis vbi quid deeſt. Varie hoc & diſtinguitur, & intelligitur, quidam poſt bonis, quidam ante diſtinguunt. Sed certe omnis ambiguitas, eſt in duabus his vocibus, annona & bonis. Nam annona amicorum intelligi poteſt, vel quemadmodum Plautus in Trinummo ait, Neque quicquam hic vile nunc eſt, Niſi mores mali, vel pro prouentu amicis proponendo. Ita bonis ambiguum, vel viris, vel ſumptibus, ac ex his vt minimum quatuor ſenſus elicere non erit difficile ingenioſo lectori. Et habet hic Poëta quædam talia, vt antea ſæpe admonuimus, vbi grammatici rixentur.

## AD VINNIVM ASELLAM.

*Quam opportune & prudenter munus offerendum.*

ASCEN. 

T proficiſcentẽ. Ordo eſt. O Vinni, tu reddes Auguſto, volumina.ſ. carminũ, ſignata.i. clauſa & ſigillo munita, vt.i. quẽadmodũ, ego docui te proficiſcentẽ.i. abire volẽtem reddes dico, ſi erit validus, & ſi erit lętus, deniq. ſi poſcet.i. exigat à te, ne tu pecces ſtudio.i. nimio conatu, & importunitate tua, & tu miniſter ſedulus.i. diligẽs, opera vehemẽte.i. in opera mihi pſtanda vehemẽter importes.i. ingeras libellis dic. Si grauis ſarcina meæ chartæ.i. faſcis ſcriptorũ meorũ, vret.i. comprimet, & lędet forte te, abijcito potius.ſ. ex humeris tuis in flumen aliquod, anteq̃ Romem peruenerís, potius dico quã tu ferus impingas.i. illidas impingendo (muli.n. defatigati dũ onus excutere parãt, ad arbores aut muros clitellas, ſup quas ſarcinas portãt, impingunt vt illidãt) clitellas.i. ſarcinas tuas, aut thecas librorũ tuorũ illic ſup. quo tu iubetis pferre.i. cũ fueris in cõſpectu Auguſti, & tu vertas paternũ.i. familię tuæ cognomen.ſ. Aſinæ in riſum, & fias fabula.i. mate-



T proficiſcentem docui te ſæpe, diuque:
Auguſto reddes ſignata volumina Vinni:
Si validus, ſi lætus erit: ſi denique poſcet:
Ne ſtudio noſtri pecces: odiumque libellis
Sedulus importes, opera vehemente miniſter.
Si te forte meæ grauis vret ſarcina chartæ:
Abijcito potius: quàm quò perferre iuberis
Clitellas ferus impingas: Aſinæq; paternum
Cognomen, vertas in riſum: & fabula fias.
Viribus vteris per cliuos, flumina, lamas.
Victor propoſiti ſimulac perueneris illuc:
Sic poſitum ſeruabis onus: ne forte ſub ala
Faſciculum portes librorum: vt ruſticus agnum:
Vt vinoſa globos furtiuæ Pyrrhia lanæ:
Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis.
Ne Vulgo narres te ſudaiſſe ferendo
Carmina: quæ poſſunt oculos, aureiſq́ue morari
Cæſaris. oratus multa prece nitere porro.
Vade, vale, caue ne titubes: mandataq́ue frangas

ria fabulãdi & ridendi, ac ſi dicãt te verũ Aſinum, tu vteris viribus tuis.i. fortiter incedes, p cliuos.i. deſcẽſum montium, vbi iumẽta laborant, p flumina, p lamas.i. lacunas & ſimul ac.i. ſtatim poſtquã, tu uictor ꝓpoſiti.i. compos uoti, cõſumato itinere, ꝑueneris illuc.i. ad Aug. tu ſeruabis onus ſic poſitum, qũo.ſ. nunc poſitum eſt, ne forte portes faſciculum librorũ, ſub ala.i. axilis, aut brachijs tuis, vt.i. ſicut, ruſticus portat agnũ, & Pyrrhia mercenaria illa uinoſa.i. uino indulgentior, portat ſup. uenum globos.i. glomera, lanæ furtiuæ.i. q̃ furata eſt & ut.i. qualiter, ꝯuiua tribulis.i. cũ tribulibus ſuis, portat ſup. ſoleas cũ pileolo, q̃a neque pileũ caput, neque ſoleas pedes ebrij ferè pñt, & tu ſeruabis onus ſic poſitũ ne narres.i. narrare cogaris quęrẽtib. q̃d portes, uulgo te ſudauiſſe ferẽdo carmina, q̃ pñt morari.i. in mora tenere, oculos & aures Cęſ.i. q̃b⁹ impeditus nõ poſſit alijs uocare q̃ te ĩpedituri ſint porrò.i. cęterũ, tu oratus.ſ. à me multa pce, nitere.i. labora efficere q̃d iuſſi uade, uale, caue ne titubes.i. uacilles, & frãgas mãdata.i. iuſſa mea. Iterũ caue p tertiã declinationẽ flexit, q̃a corripit vltimã, quæ in ſecunda ꝓduceret.

## AD VILLICVM SVVM.

*Villaticæ vitæ laudes enumerat.*

ASCEN. 

ILLICE ſiluarum) In hac Epiſtola quã ad Villicum.i. villæ ſuæ curatorẽ, & mercenarium ſcribit, multa ſalubriter monet dicens, hoc ordine: O Villice, id eſt cuſtos & gubernator, ſiluarum, id eſt poſſeſſionis meæ ſiluoſæ, & agelli.i. modici agri mei. reddentis mihi me.i. recreantis me, & facientis me mecum habitare, id eſt in tranquillitate viuere,



ILLICE ſiluarum, & mihi me reddentis agelli,
Quem tu faſtidis, habitatũ quinque focis, &
Quinque bonos ſolitum Bariam dimittere patres:
Certemus: ſpinas animo ne ego fortius, an tu
Euellas agro. & melior ſit Horatius, an res.

quem agellum tu faſtidis, id eſt ſuperbe uilipendis, quamuis ſupple habitatum, quinque focis, id eſt quinque diſtinctis familijs, & ſolitum dimittere Baria, id eſt è loco illo in Sabinis celeberrimo, ut dicit Porphyrio, quinque bonos patres.i. ſenatores ſecundum eundem, uel quinque bonos patres familias, qui dimittebantur ab illo agello ire Romam, Baria.i. à Baria, non alliciebantur celebritate illius loci, contenti agello meo quem tu

Me quamuis Lamiæ pietas, & cura moratur
Fratrem mœrentis, rapto de fratre dolentis
Insolabiliter: tamen istuc mens, animusque
Fert: & amat spatijs obstantia rumpere claustra
Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum.
Cui placet alterius, sua nimirum est odio, sors.
Stultus vterque locum immeritum causatur inique.
In culpa est animus: qui se non effugit vnquam
Tu mediastinus tacita prece rura petebas:
Nunc vrbem, & ludos, & balnea villicus optas.
Me constare mihi scis: & discedere tristem,
Quandocunque trahunt inuisa negocia Romam.
Non eadem miramur: eo disconuenit inter,
Meque, & te. nam quæ deserta, & inhospita tesqua
Credis: amœna vocat, mecum qui sentit: & odit,
Quæ tu pulchra vocas, fornix tibi, & vncta popina
Incutiunt vrbis desiderium: video: & quòd
Angulus iste feret piper, & tus ocyus vua,
Nec vicinia subest, vinum præbere taberna
Quæ possit tibi: nec meretrix tibicina, cuius
Ad strepitum salias terræ grauis. & tamen vrges
Iampridem non tacta ligonibus arua: bouemque
Disiunctum curas, & strictis frondibus exples.
Addit opus pigro riuus, si decidit imber:
Multa mole docendus aprico parcere prato.
Nunc age quid nostrum concentum diuidat, audi.
Quem tenues decuere togæ, nitidique capilli:
Quem scis iuuenem Cynaræ placuisse rapaci:
Quem bibulum liquidi media de luce falerni:
Cœna breuis iuuat, & prope riuum somnus in herba.
Nec lusisse pudet: sed non incidere ludum.
Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat: non odio obscuro, morsuque venenas.
Rident vicini, glebas, & saxa mouentem.
Cum seruis vrbana diaria rodere mauis.
Horum tu in numerum voto ruis. inuidet vsum
Lignorum, & pecoris tibi calo argutus, & horti:
Optat ephippia bos piger: optat arare caballus.
Quam scit vterque, libens, censebo, exerceat artem.

tu fastidis, ò Villice inquam, certemus.i. disputemus, contendamus inter nos, ne pro an, an ego sup. euellam fortius animo.i. ex animo, spinas.i. vitia, an tu euellas fortius agro meos, spinas.i. frutices, & herbas nocentes, & an sup. Horatius.i. ego dominus sit melior.i. sim præstantior, an res.s. possessa, hoc est an ego sim melius cultus per me, an res mea per te, quamuis pietas Lamiæ, illius nobilis viri, & cura Lamiæ mœrentis.i. lugentis fratrem & dolentis insolabiliter.i. qui est inconsolabilis de fratre rapto per mortem s. moratur.i. detinet me, tamen mens & animus fert.i. trahit & impellit me, istuc.i. ad rus vbi tu es, & amat.i. cupit, rumpere claustra obstantia spatijs.i. transcurrere spatia quæ me secludunt ego dico viuentem rure.i. in iure beatum, & tu dicis viuentem in vrbe beatum. Cui sors alterius placet, & sup. est sua.i. propria sors odio, vterque stultus, & qui rus damnat, & qui vrbem causatur.i. criminatur, inique.i. iniuste, locum immeritum.i. qui non meruit culpari, animus est in culpa, qui non effugit se vnquam.i. qui vbicunque fuerit, semper habet inconstantiam suam. Tu mediastinus.i. cum esses mediæ vrbis habitator petebas.i. requirebas rura, prece tacita.i. secreto voto. tu nunc Villicus. quando in rure viuis, optas vrbem, & ludos & balnea.i. delicias vrbis. Tu scis me constare.i. constantem & conformem esse mihi, & scis me discedere tristem, à rure quandocunque negocia inuisa.i. odiosa mihi, trahunt me Romam. Nos non miramur eadem i. non diligimus eandem rē eo.i. & ideo disconuenit.i. discordia est inter me & te. Nam is qui sentit mecum, vocat supp. ea loca, quæ tu credis tesqua.i. loca spinosa & difficilia, deserta & inhospita, amœna sup. loca, & odit sup. ea quæ tu putas, aut vocas, pulchra ego video quod fornix.i. locus fornicationum, & popina.i. coquina: vncta.i. pinguis, incutiunt tibi desiderium vrbis, & video quod angulus iste quem habitas, feret piper & tus ocyus.i. citius vua.i. quam vuam. Nec taberna vicina subest.i. præsto est quæ possit præbere tibi vinum, nec meretrix tibicina.i. canens in tibijs, subest tibi, ad cuius strepitum i. crepitum cytharæ, aut strepitum pedum salias, existens grauis terræ.i. ineptus ad saltationem, vel quem terra sine saltu ferre recusat, & tamen tu vrges.i. vrgentes colis: arua non tacta iampridem.i. à plusculis temporibus, ligonibus.i. bidente, aut marra, aut quouis alio instrumento rustico, & tu curas. id est habilem facis bouem disiunctum, id est remissum ab aratione, & exples, id est explicas ipsum frontibus strictis, & si imber decidit.i. deorsum cadit.i. si inūdatio aquarum ex imbribus, riuus i. impetus aquarū decurrentium, addit tibi pigro opus.i. cogit riuo mearum facere, existens docēdus multa mole i. varijs obijcibus & aggeribus, parcere agro aprico.i. Soli exposito. nunc age audi quid diuidat nostrum contentum.i. nostram concordiam. Eum, hoc est me, quem tenues.i. viles togæ decuere, & quem nitidi capilli decuere, & quem scis immunem.i. sine damno, aut periclitatione placuisse Cynaræ, mulieri illi rapaci, & quem bibulum liquidi Falerni de media luce, cœna breuis iuuat, & somnus in herba prope riuum. nec pudet lusisse, sed pudet non incidere.i. abrumpere ludum, quisquam non limat.i. carpit & iminuit, sicut lima ferrum, aut potius limis oculis videt, quod signum inuidię est (sicut ibi Transuersa tuentibus hircis) mea cōmoda obliquo odio & non venenat.i. non inficit obscuro odio, & morsu, vicini rident me mouentem saxa, & glebas, tu mauis i. magis vis, rodere cum seruis diaria.i. precia diurni laboris, vrbana.i. qualia dantur in vrbe, hoc est cū ego vrbanus rustica gerā, tu rusticus vrbana pfecs seruis duntaxat debita, sic legit Porph. rodere inq̄ non reddere, nisi quod exponit cum seruis.i qñ seruis. & tu ruis.i. incidis voto in numerum, horū.s. seruorum vrbanorum. Calo.i. faber lignorū, argutus.i. subtilis, inuidet tibi vsum lignorum & pecoris & horti, bos piger optat ephippia.i. equorum stramenta, hoc est sellas. Nam vt Philelphus in epistolis ait, quæ nunc sellæ à sedendo dicuntur, à priscis ephippeia dicta sunt. Optat ergo bos officium equi cursoris & equus piger optat arare. Ego censebo.i. iustum iudicabo, ut vterque nostrum exerceat libens eam artem, quam scit.

*DOCT. interpr.* Optat ephippia bos) Hoc carmine eleganter notauit Horatius vitiū, quod naturaliter oībus est insitum vt quippe semp alienam sortē magis mutentur ac suam cōtemnant & fastidiāt, optent item inexperta, experta dānent siqdem ephipphia vocātur quas vulgo sellas equestres appellāt, additas in hoc vt cōmodius sedeat eques, Veteres bobus arabāt, non eqs. (Quā scit vterq.) Prouerb. est apud Gręcos Ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην .i. quā quisq. nouit artem in hac se exerceat. Quo monemur vt quarū rerū sumus periti, in his dūtaxat disputādis tractandisq. versemur, quarū vero sumus, rudes eas doctioribus cōcedamus, neq. professionem alienam nobis vindicemus, neque in messem alienam mittamus falcem, ne sutores vltra crepidam iudicemus.

## AD VALLAM.

*Consulit Vallam de salubritate regionis Lucaniæ.*



VAE sit hyems Veliæ, quod cœlū Vala Salerni
Quorum hominum regio, & qualis via: nam mihi Baias
Musa superuacuas Antonius, & tamen illis

### ASCENSIVS.



VÆ sit hyems Veliæ,) Ordo compendeet ab vltimo versu sic. O Valla, par est, id est iustum, & æquum, te scribere nobis, & nos accedere, id est fidem adhibere tibi. Sic autem potius dixero, quam diuisis dictionibus ac credere. vt sit, at nos credere, quia sic Poëta dixisset: Scribere te nobis, ac, nos tibi credere par est. tibi inquam scribenti, quæ hyems, id est tempestas hyemalis, sit Veliæ, id est in illo oppido Lucaniæ, & quod, id est quale, cœlum, id est qualis

Me facit inuisum: gelida cum perluor vnda
Per medium frigus. sane myrteta relinqui,
Dictaque cessantem neruis elidere morbum
Sulfura contemni, vicus gemit, inuidus ægris,
Qui caput, & stomachum supponere fontibus audent
Clusinis: Gabiosque petunt, & frigida rura.
Mutandus locus est; & * diuersoria nota.
Præter agendus equus. quo tendis? non mihi Cumas
Est iter, aut Baias. leua stomachosus habena
Dicet eques. sed equi frænato est auris in ore
Maior vtrum populum frumenti copia pascat:
Collectos ne bibant imbreis, puteos ne perenneis
Iugis aquæ: nam vina nihil moror illius oræ.
Rure meo possum quiduis perferre, patique.
Ad mare cum veni: generosum, & lene requiro:
Quod curas abigat: quod cum spe diuite manet
In venas, animumque meum: quod verba ministret:
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.
Tractus vter plureis lepores, vter educet apros:
Vtra magis pisces, & echinos æquora celent:
Pinguis vt inde domum possim, Phæaxque reuerti:
Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.
Menius, vt rebus maternis, atque paternis
Fortiter absumptis, vrbanus cœpit haberi
Scurra vagus, non qui certum præsepe teneret:
Impransus non qui ciuem dignosceret hoste:
Quælibet in quemuis opprobria fingere sæuus,
Pernicies, & tempestas, barathrumque macelli,
Quicquid quæsierat, ventri donabat auaro.
Hic vbi nequitiæ fautoribus, & timidis nil,
Aut paullum abstulerat: patinas cœnabat omasi
Vilis & agnini, tribus vrsis quod satis esset.
Scilicet vt ventres lamna candente nepotum
Diceret vrendos correctos. Menius idem
Quicquid erat nactus prædæ maioris, vbi omne
Verterat in fumum, & cinerem. non hercule miror
Aiebat, si qui comedunt bona: cum sit obeso
Nil melius turdo: nil vulua pulchrius ampla.
Nimirum hic ego sum: nam tuta, & paruula laudo;
Cum res deficiunt: satis inter vilia fortis.
Verum vbi quid melius contingit, & vnctius: idem
Vos sapere, & solos aio bene viuere; quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

qualis dispositio ueris sit Salerni, quod etiam Lucaniæ oppidū est. item quotum, id est qualiū hominum, sit regio, id est a qualibus hominibus habitetur regio illa, & qualis via qua itur eo, quod supple ideo quæro. Nam Antonius Musa, medicus ille Augusti, dixit supple mihi, Baias esse superuacuas, id est inutiles & tamen facit me inuisum illis, quia indignantur, quod sub frigore vitem loca tepida quæiens gelida. facit ergo illis inuisum, cum, id est quando perluor gelida vnda per medium frigus, cum .s. illi tepidam habere possim. sane vicus .s. Baianus, inuidus ægris .i. inuidia commotus in ægros quia eos videre per fictionem non potest, quin statim sanos reddat, gemit .i. ægre fert. myrteta, quæ illic plurima sunt, relinqui ab ijs, qui Gabios petunt, & sulphura dicta elidere .i. eijcere neruis morbum cessantem .i. facientem cessare, & tardos ire, hoc est podagram, & (vt dicunt) guttam, seu articularem morbum contemni, q. d. ægre fert vicus, quod balnea sua calida sulphurata, & ita neruos iuuantia contemnantur, quia q. audent supponere Clusinis fontibus, qui frigidi sunt, caput & stomachum .i. quæuis membra dolentia petunt Gabios & frigida rura, & ergo locus est murandus diuersoria .i. hospitia noia sunt mutanda, & (vt sentit Porphyr.) equus est præter agendus .i. per varia loca agendus, melius autem sic locus est mutandus & equus est agendus præter .i. vltra diuersoria nota, quod equi inuiti solent facere. Et si quæras. Quo tendis? ipse eques stomachosus .i. iracundus & morosus propter morbum, dicet á leua habena .i. ab ea parte qua habenam tenet, hoc est a sinistra, iter non est mihi Cumas aut Baias, q. d. non tendo quo putas. & id quidem non satis sanus videtur facere, sed auris est equo frænato in ore .i. obedit fræno quod in ore habet. illudque intelligit ex tractu insidentis, sicut nos aure accipimus imperium loquentis, hoc est qualiscunque sit eques, oportet equum obtemperare. Item par est te scribere mihi, vtrum maior .i. sane magna copia frumenti pascat populum, hoc est an istic sit magnus prouentus frumenti, ne .i. an, sup. homines bibant illic imbres .i. aquas pluuiales, collectos .s. in cisternis. sic faciunt vbi fontes & flumina desunt. ve pro an, sup. bibant puteos perennes .i. per totum annum durantes, aquæ iugis .i. indeficientis, & ita ideo perennes, quia aquæ iugis. Philologus tn̄ dicit in antiquo exemplari legi, Dulcis aquæ idque sibi placere, quod non sint perennes nisi iugis aquæ. mihi etiam ideo placet, quia sequitur, Nam vina &c. Nam aqua iugis si non sit dulcis, non esset vino etiam austero, aut insipido præferenda. Nam nihil moror .i. nullo modo curo, vina oræ .i. regionis illius, quæ grossa & austera sunt, ego possum perferre & pati quiduis .i. quamlibet indigentiam in meo rure, aut quodlibet vinum bibere, sed cum venio, aut veni, ad mare, ego requiro generosum sup. vinum, & lene vinum .i. penetratiuum, quod abigat .i. expellat curas, & quod mane .i. diffundatur (á mano manas) in venas, & animum, cum spe diuite .i. ampla, quia poti magna spem habent, & quod ministret verba, quia dicaces sunt ebrij & quod commēdet me iuuenem .i. iuuenescē tem, & iuuenem apparentem, puellæ Lucanæ .i. quam in Lucania inuenirem, & vter (duo .n. sunt) tractus .i. saltus & regio, educet .i. enutriat plures lepores, & vter plures apros, vtra æquora cœlent .i. occultent in se magis pisces & supp. specialiter echinos, quia echini etiam pisces sunt, Vnde prius, Ostrea Circæis Miseno oriuntur echini. vt ego possim reuerti domū inde .i. ex ea regione, pinguis, & Phæax .i. more Phæacum populi Alcinoi regis, somno & vino indulgens ac Tardus. de Alcinoo autem & eius iuuentute visum est Epistola secunda. [Menius vt rebus) Hunc Menium, quem quidam perperam Mæniū poëtam malum putant, dixit Acron Pantolabum dictum, quod quidquid afferebatur, acciperet. Erat enim, inquit, & vrbanus & mordax. Itaque dabant illi & qui vrbanitate delectabantur, & qui mordacitatem timebant illius. Ordo est. Menius scurra ille, vt .i. postquam, cœpit haberi vrbanus .i. sectari facetias, quibus victum quæritet, & hoc rebus paternis, atque maternis absumptis .i. abliguritis, fortiter .i. constanti animo existens scurra vagus .i. se non in vno loco continens, vtpote, qui non teneret certum præsepe .i. qui non sectaretur quamuis vnam mensam, impransus .i. cum nondum pransus esset, tunc enim vagabatur, donec prādium inueniebat, nec qui dignosceret .i. discerneret ciuem, sup. ab hoste .i. peregrino (sic, s̄m Ciceronem est in ij. Offic. peregrinus & externus olim vocabatur) aut ab hoste .i. etiam inimico, sæuus .i. immanis, aut suetus .i. consuetus fingere quælibet opprobria .i. vituperia & contumelias, in quemuis .i. quemlibet hominem sine discretione, existens pernicies .i. vt deuorator pernecans tempesta .i. vt tempestas ingurgitans, ac barathrū, id est vorago, macelli .i. omnis obsonij in macello venundari soliti. hoc est homo voracissimus & gulosissimus, quicquid quæsierat, donabat ventri auaro .i. insatiabili cibis, vt auarus non saturabitur pecunia, hic, scilicet Menius, vbi, id est quo tempore. vel quoties, nil, aut paullum abstulerat fautoribus nequitiæ, id est gulosis nepotibus, & tumidis, id est ambitiosis (alii qui legunt timidis cœnabat, id est in cœna absumebat, patinas, id est patentes lances, omasi uilis, & pro, id est agnini, id est intestinorum arietum, quæ vt viliora reijci solent illud dico omasi cœnabat, quod satis esset tribus vrsis. Scilicet, id est scire licet, quod supple sic cœnabat omasum, quasi contentus eo, ut ipse correptus, aut correctus, id est reprehensus de sorditate, diceret Bestius, id est ut Bestius sordidus. (Erat enim philosophorum explosor, eo quod auaritiam detestabantur, quam ipse amabat. Vnde Satyra sexta Persius. Sed Bestius vrget Doctores Graios &c. Et ob eum locum puto hic Bestium dici non edacem, sed sordidum) sic ergo ut ipse correptus diceret quasi Bestius, uentres nepotum, id est gulosorum lurconum, urendos, id est uri dignos, lamna, pro lamina, candente, id est ex ardore relucente. Idem, scilicet Menius, vbi, id est in quo tempore, verterat in fumum & cineres, id est concoxerat, quicquid

* Diuersoria nosa hic nō syllepsis vt Porp. dicit, sed accusandi casus est, & regitur à præter ꝑpositione vt sit ordo, equus agēdus ꝑter .i. vltra diuersoria. nota. Bonf.

quid maloris prædæ erat nactus, aiebat, ego non miror Hercu- lem, si qui .i. aliqui, comedunt bona, aut bene .i. bonos bolos, cũ nil sit melius turdo obeso .i. pingui, & rotundis, ac pulposis cluni bus. (Est autem auis delicatissima sm Martialem dicentem, In ter aues turdus, si quis me iudice certet. [Inter quadrupedes glo ria prima lepus) Et cum nil sit pulchrius .i. splendidius, sm iudi- cium epulonis, vulua ampla .i. mãma porcina cum lacte auulsa, maxime suis primiparæ. voluit id esse quod sumen vocamus, sed & fœtus receptaculum vulua vocatur. Nimirum .i. haud du- bie, dicit Poëta, ego sum hic .i. huiusmodi, nam cum res deficiunt, ego laudo tuta & paruula quæ tutius custodiuntur, existens fa- sis fortis .i diuitiarum contemptor inter vilia .i. res viles. (Est .n. fortitudinis contemnere diuitias. vnde Euander ad Æneam, Aude hospes cõtemnere opes, & te quoque dignum Finge Deo de quo loco apud Senecam plura) verum, id est sed, vbi .i. qñ, quid melius & vnctius .i. pinguius contingit, ego idem aio vos so los sapere & bene viuere, quorum pecunia conspicitur fundata .i. stabilita, & immobilis & quasi stabilis facta, nitidis villis .i. am plis possessionibus in agro positis. Nam villa (vt sæpe dixi) do mus etiam vna est in agro villis, aut harundinibus tecta. Signi- ficat ergo animum pro rerum qualitate alite affici. vnde est il- lud in Hecyra Terentiana, Profecto hoc sic est vt puto omnibus nobis, vt res dat sese ita magni, atque humiles sumus. Sed id pru denter vituperat Poëta, quia talem dicit Menio similem. Quod autem in sua persona de alio loquatur, patet ex Epistola xiiij. ad villicum data, vbi dicit, Me constare mihi &c.

ALDVS MANV. IVgis aquæ, nam) In antiquo exemplari apud me legitur, dul cis aquæ, quo placet, tum quia præcedit, Collectos &c. Nam non possunt putei perẽnes esse, nisi etiam sint iugis aquæ. Iugis enim & perennis, idem est, sic iugiter & perenniter .i. per- petuo & assidue. Ne videatur igitur bis idem dicere, legendum, dulcis aquæ. Tum etiam ad imitationem Virg. in Buc. Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.

GLAREANVS.

SI vlla alia inter Horatij Epistolas intellectu difficilis est, certe hæc vna est, & haud scio quam bene ab expositoribus percepta, nam male expositam, non est dubium. Hyperba- ton ab initio eius ad finem admonent, sed hoc quoque admonuis se oportuit, quoties in medio repetendum. Poëta cum prius vel Cumas vel Baias lauatum iret, vt ad loca consueta & nota omni bus, nunc Medici Musæ vsus consilio mutare vult locum, & vel Veliæ, vel Salerni lauare. Vallam igitur rogat, vt eorum loco- rum peritum, de cœli qualitate Veliæ & Salerni. Causam au- tem cum quærat adnectit; Quia mutandus locus est, & æquus præter agendus diuersoria nota. Hoc etiam scite cupit, vtro in loco maior rerum copia, ac salubrior, quod Porphyrion de Ba- ijs ac Cumis intellexit, quasi Poëta eo ire cupiat, Ego vero de Velia ac Salerno eum loqui intelligo, quod sequentia omnia plane ostendunt, Tractus vter plures lepores, &, vtra magis pi- sces. Hac Epistola videtur velut appendix præcedentis. Nam penultimus versus apostrophen habet ad Vallam. Proscindit autem Satyrice Menium, quem eundem esse Porphyrion credi- dit, de quo Satyra tertia, libri primi Sermonum, Menius absen- tem Nouium dum carperet, Cui ego plane subscribo, vt in pri- mam Satyram eiusdem libri annotauimus. [Hic vbi nequitiæ fautoribus, & timidis nil) Quidam timidis mutauerant in tumi dis, quod non quadrat, Nam erant olim Parasiti, qui etiam Sy- cophantæ. Describit autem Menium voracem, sed aliud atque aliud sentientem, vt vel abiectat ac vilibus cibis, vel splendidiori bus vtebatur. Illud etiam Aldinus liber mutauit, si qui come- dunt bona, in bene, Cum Menius dicat se non mutari, si qui co- medendo absumant bona. Atque ita etiam legit Dominus Doct. & Badius, quanquam Badius duodecimo huius Epistolæ versu Sestius legit, pro Menius, non recte vt puto.

# AD QVINTIVM.

*Insinuatione vtitur, occasione capta ex agri sui descriptione.*

ASCEN. NE perconteris. Ordo est. Optime Quinti, ne pcõteris .i. vt nõ inquirat, an fundus meos pascat herũ .i. me, aruo .i. fruge in aruo, hoc est terra arata nascẽti, an pascat opulẽter baccis oliuæ, ne .p an, pomis & pratis .i. pascuis, an vlmo amicta vitibus .i. vineis, hoc est ne forte ignores an fundus meus sit ferax frugis, an oliuæ, an pomorũ, an herbarum, an vini fundus, & situs agri scribẽtur, aut scribetur, tibi loquaciter .i. garrule & satis abunde. Mõtes sunt sup. continui in eo, nisi dissociẽtur valle opaca .i. vmbrosa, sed sic ut Sol veniens .i. oriẽs, aspiciat latus dextrum, & discedens .i. occidens, vaporet .i. irroret, læuum .i. sinistrum latus, curru fugiente .i. occidente, fingitur enim Sol quadrigis uehi. tu laudes .i laudare possis, temperiem .i. temperamentum auræ, quid aut quid, si vepres ferant .i. portent, benigne .i. abunde corna rubicũda, & pruna, & quercus, & ilex .i. arbor glandifera, iuuet pecus .s. suillum multa fruge .s. glande, & dñm vmbra tu dicas Tarentum ciuitatem illam amœnissimam, adductum propius .i. illic sitam frondere. Fõs etiam idoneus dare riuo nomen .i. tam magnam aquam effundens vt riuum vocare possis, ita vt Hebrus nec frigidior, nec purior ambiat .i. circũeat Thracã .i. Thraciam, fluit aptus, aut vtilis, infirmo capiti, & aptus aluo, qa frigiditate sua sedat calorẽ capitis, & tẽperat duritiã alui. Hæ latebræ dulces, & si credis ẽt amœnę, præstãt .i. efficiunt, me incolumen tibi .i. vt tu desideras, ẽt horis Septẽbribus, qñ venti Autũnales febres affer re solent. Tu recte viuis, ab agri descriptione ad animi descriptionem transiens dicitur, Tu viuis recte, si curas esse qđ audis .i. quod de te dr̃. Nam ois Roma .i. nos oẽs Romani, iactamus .i. iactãter p̃dicamus te beatũ. hinc illud Boetij. Quid me felicem toties iactastis amici? Sed ego uereo .i. timeo, ne tu credas cui .i. alicui de te plusq̃ tibi (hinc Persius, Nec te quæsiueris extra) vel pro uel, ne putes alium à sapiẽte & bono .i. q non sit sapiens & bonus, esse beatũ. Neu .i neue, si populus dictitet .i. prædicet te sanum & recte ualentem, dissimules sub .i. parum ante, tẽpus edendi .i. comedendi, febrem occultã .i. latentem, hoc est ne, ut irrecomprehensus impune quiduis comedas, morbum dissimules, donec tremor incidat manibus unctis .i. quibus pinguia tractasti (hunc locum Persius etiam sumpsit) Pudor malus .i. detestabilis stultorum celat .i. occultat, vlcera incurata .i. non purgata (contra quod Boëtius, Si operam medicantis expectas, oportet vulnus retegas) Si qs dicat bella pugnata tibi .i. à te in terra & mari, & permulceat aures tuas uacuas .i. adulationibus patentes, his uerbis, Iupiter qui consulit .i. salutem procurat tibi & urbi, seruat aut seruet, in ambiguo .i. dubio, an populus uelit magis te saluũ, an tu populum, hoc est an populus



NE perconteris, fundus meus optime Quinti,
Aruo pascat herum: an bacis opulenter oliuæ:
Pomis ne, & pratis: an amicta vitibus vlmo:
Scribetur tibi forma loquaciter, & situs agri,
Continui montes, nisi dissocientur opaca
Valle: sed vt veniens dextrum latus aspiciat sol:
Læuum discedens curru fugiente vaporet.
Temperiem laudes. quid, si rubicunda benigne
Corna vepres, & pruna ferant? si quercus, & ilex,
Multa fruge pecus, multa dominum iuuet vmbra?
Dicas adductum proprius frondere Tarentum?
Fons etiam riuo dare nomen idoneus, vt nec
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus:
Infirmo capiti fluit vtilis, vtilis aluo:
Hæ latebræ dulces, etiam (si credis) amœnæ
Incolumem tibi me præstant Septembribus horis.
Tu recte viuis, si curas esse, quod audis.
Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum.
Sed vereor ne cui de te plus, quàm tibi credas:
Neue putes alium sapiente, bonoque beatum,
Neu si te populus sanum, recteque valentem
Dictitet: occultam febrem sub tempus edendi
Dissimules: donec manibus tremor incidat vnctis.
Stultorum incurata pudor malus vlcera celat.
Si quis bella tibi terra pugnata, marique
Dicat: & his verbis vacuas permulceat aures:
Te ne magis saluum populus velit, an populum tu;

S ruet in ambiguo, qui consulit, & tibi, & vrbi,
Iupiter: Augusti laudes agnoscere posis?
Cum pateris sapiens, emendatusque vocari:
Respondes ne tuo, dic sodes, nomine? nempe
Vir bonus, & prudens dici delector ego, ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet: vt si
Detulerit fasces indigno, detrahet idem.
Pone: meum est, inquit: pono: tristisque recedo.
Idem si clamet furem: neget esse pudicum:
Contendat laqueo collum pressisse paternum:
Mordear opprobrijs falsis? mutemque colores?
Falsus honor iuuat, & mendax infamia terret,
Quē, nisi mēdosum, & mendacem? vir bonus est qs?
Qui consulta patrum, qui leges, iuraque seruat:
Quo multæ, magnæque secantur iudice lites:
Quo responsore, & quo causæ teste tenentur.
Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota
Introrsum turpem, speciosum pelle decora.
Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat
Seruus: habes pretium: loris non vreris, aio.
Non hominem occidi. non pasces in cruce coruos.
Sum bonus, & frugi. renuit, negat atque Sabellus.
Cautus enim metuit foueam lupus: accipiterque
Suspectos laqueos: & opertum miluius hamum.
Oderunt peccare boni virtutis amore.
Tu nihil admittes in te, formidine pœnæ.
Sit spes fallendi: miscebis sacra profanis.
Nam de mille fabæ modijs, cum surripis vnum:
Damnum est, non facinus mihi pacto lenius isto.
Vir bonus, oē forum, quem spectat, & omne tribunal:
Quandocunque deos vel porco, vel boue placat:
Iane pater clare, clare cum dixit Apollo
Labra mouet metuens audiri: pulchra Lauerna
Da mihi fallere: da iustum sanctumque videri:
Noctem peccatis, & fraudibus obijce nubem.
Quo melior seruo, quo liberior sit auarus;
In triuijs fixum cum se demittit ob assem:
Non video. nam qui cupiet, metuet quoque porro:
Qui metuens viuit, liber mihi non erit vnquam.
Perdidit arma: locum virtutis deseruit: qui
Semper in augenda festinat, & obruitur re.
Vendere cum possis captiuum, occidere noli.
Seruiet vtiliter. sine pascat durus: aretque:
Nauiget: ac medijs hiemet mercator in vndis:
Annonæ prosit: portet frumenta, penusq;.
Vir bonus, & sapiens audebit dicere, Pentheu
Rector Thebarum, quid me perferre, patiq;
Indignum coges? adimam bona. nempe pecus, rem
Lectos, argentum. tollas licet. in manicis, &
Compedibus sæuo te sub custode tenebo.
Ipse deus, simulatque volam, me soluet. opinor,
Hoc sentit, moriar. mors vltima linea rerum est.

lus magis tuam salutem uelit, an tu populi, q d. nō minus amaris a populo, q̃ illi utilis es, tu posiis agnoscere laudes Augusti, quē populus patrē patriæ uocauit & Augustum, & Quirinū quasi alterum Romulum? Cum tu pateris .i. patienter fers uocari, sapiens & emendatus .i. sine mendis & uitijs, dic sodes, respōdes ne tuo nomine .i. agnoscis, ne has laudes tuo nomini debitas, hoc est cum sic uocatis, respōdes ne quasi tuo nomine nocatus, an alieno? Respondet Quintius, aut Poëta. quia cum idem interrogat & respondet, solet uti hac particula nempe. Nempe igitur .i. quia certe, ego delector ac .i. sicut tu, dici .s. appellari, vir bonus & prudens. Ad quod Poëta ostēdens id stulte fieri, ait, Is supple .s. populus, qui dedit hoc .i. has laudes hodie auferet cras si uolet, ut .i. quemadmodum. si detulerit .i. assignauerit indigno, fasces .i. summos magistratus, quibus fasces ui gi rum per lictores post terga ferunt (in signum q cædendi potestatem habeant, idem detrahet cras. si supple populus collator talis dignitatis, inquit pone .i. depone meum est supp. id honoris quod geris. nunquid sup. ego, inquit Poeta, qui talem honorem gero, pono .i. depono, & recedo tristis? Et si idem clamet supp. me furem, & si neget me esse pudicum, & si contendat, id est asserat contentiose, me pressisse laqueo collum paternum .i. patrem strangulasse, & si mordeat, aut mordear, me falsis opprobrijs. mutem colores, q.d mini me, quia quem iuuat .i delectat, falsus .i. immeritus honor & quē infamia mendax .i. mendaciter iniecta, terret nisi mendosum & mendacem? quasi dicat neminem. Si ergo quæratur, quis est vir bonus? Respon. poëta, Qui seruat consulta patrum .i. senatorum, aut iurisperitorum, & qui seruat leges & iura, quo iudice .i. iudicante, multæ & magnæ lites secantur .i. dirimuntur, quo sup. existente responsore .i. fideiussore, & quo teste .i. attestante, tenentur .i. ratæ habentur causæ. Sed omnis domus .i. tota familia eius, & tota vicinia .i. quilibet videt hunc .i. huiusmodi simulatorem turpem .i. vitiosum introrsum .i. intrinsecus, & speciosum palle .i. superficie exteriore decora? q d. si ita est, nō est vir bonus, quod exemplo probat. Si seruus dicat mihi: Ego nec furtum feci, nec fugi, sup. dominum, ego aio ei, tu habas pretium .i. mercedem quia non vreris .i flagellaris vsque ad vibices loro, id est scutica. Et si seruus dicat. Ego non occidi hominem, aio illi, tu non pasces coruos in cruce .i. non suspenderis. Si dicat. Ego igitur sum bonus & frugi: Sabellus, vir ille qui malos seruos habet, negat atque renuit .i. dissentit quatiendo caput. Enim pro quia, lupus cautus matuit foueam. Solent .n. foueæ lupis parati, quas vbi inciderint, axire nō possint, ad quas alludere vr̃ qui dixit: Incidit in foueam quā facit. & accipiter .i. auis illa rapax, metuit laqueos suspectos. miluius (quem & milium dñt) .i. auis prędatrix, pullis gallinaceis infesta, metuit hamum opertum .i. occultatum in frusto carnis, & tñ huiusmodi sup. nō sunt boni, quia boni oderunt peccare amore virtutis. Qui sequitur versiculus: Oderunt peccare mali formidine pœnę adulterinus est vt censet Philologus, ideo obelisco eradendus. vide argumenta eius in adnotatis, quia arguta sunt. Non .n. inquit, mali, oderunt, sad metuunt peccare. posset tñ dici q oderint propter annexam pœnam, sed hoc est metuere. Ex Porph. quoque manifeste apparet non esse appositū ab Horat. Tu ergo qui bonus esse via, nihil admittes in te formidine pœnæ, si spes fallendi est sup in te .i. si spetas ignorari, tu miscebis sacra prophanis .i. oīa confundes. Nam cum surripis .i. furatis, vnum modium fabæ de mille .i. relinquēs mille alios modioa, damnum est mihi lenius .i. magis leniter ferendum, isto pacto .i. per istud pactum, quia vnū dūtaxat furatus es, facinus .i. crimen facti, non est lenius, q a voluntas erat omnia furandi. Vir bonus, quem omna forum, & omne tribunal spectat .i. qui in foro spectabilis est cum intus malus sit, & ita per Ironiam bonus dr̃, quandocunque placat deos, vel porco, vel boue. clare supple locutus est, cum dixit ò Iane pater, & cum dixit ò Apollo, quia ab his honesta peti solent: sed mouet labra metuens audiri, cū sup. dicit ò Lauerna: Dea furū, & latere volentium, pulchra i. venusta (hoc .n. modo blanditur ei) da .i. concede mihi fallere, da videri sanctum & iustum, obijce noctē .i. tenebras peccatis meis, & obijce nubem fraudibus. De Lauerna aūt dicit Acron sic, Lauerna in via Salaria lucum habet. Est aūt Dea furum, & simulacrum eius fures colunt, aut q. cōsilia sua volunt tacita. dicta à lauando. (Nam fures lauatores dñr) cum silētio preces eius exercentur. Ego, inquit Poeta, non video, quo .i. ī quo, auarus sit melior, & quo sit liberior seruo, cū .i. qñ, demittit .i. deorsum mittit, & inclinat se ob assem .i. nummum, fixum .s. clauo à petulantibus pueris, in triuijs .i. vijs publicis. Nam cui cupiet, is sup. metuet, quoq. .i. ēt porro .i. sed q viuit metués, non erit mihi vnq̃ liber. Is pdidit arma, & deseruit locū virtutis, q festinet semper in augēda re, & obruitur .i. immergitur re, hoc est infamis & vitiorum seruus est, sicut desertor & abiector armorum suorum in bello. Vendere cū possis &c. sensus est, Qui in bello aliquē capiunt, ius hñt occidendi & seruandi, eum autem seruant, quem sibi utilem sperant fore. Vnde à seruando seruus appellatus est. Et eo modo dicit Poëta per amaram irrisionem, non debemus occidere auarum, q seruus est auaritiæ, q a vtiliter seruiet Ordo igitur est. Noli occidere captiuum, eum tu possis vēdere, ipse tibi seruiet vtiliter, existens durus .i. robustus & cōstans, seu pascat .i. pastor sit pecudis, & aret,

aret, nauiget ac ipse mercator hyemet.i.hyemem trāsigat in medijs vndis, ipse prosit annonæ & portet frumenta & penus.i. faciat, vt dicunt, prouisionem omnium ad victum necessariorum. Et quia id facit ab auaritia impulsus certum est φ non sit liber, quia liber neminem timet, quod probat exemplo dicens, Vir bonus & sapiens audebit dicere, ô Pentheu rector Thebarum, quid indignum coges me perferre & pati? Respondet Pentheus. Adimam bona. addit Vir bonus, q.d. quæ bona? (Non enim bona animi amittenda sunt) nempe.i.non ne adimes pecua, & rem sup. reliquam.s.lectoa argentum? tollas.i.auferas, licet.i. permittitur tibi à me. addit Pen. & tenebo te vinctum sub sæuo custode, manicis.i.vinculis manuum & compedibus .i.cathenis pedū. respondet Vir bonus. Ipse Deus soluet me, simulatque volam .i.vt primum volam, hoc est perdurabo donec Deus euocarit me ex carcere mortis huius. nec prius desinam fortiter viuere, q̃ Deus euocarit me, & ita semel soluet me Deus, quia non priua volam liberari q̃ soluat. Ego opinor, inquit Poeta, hoc sentit Vir bonus, videlicet moriar, quia non potest homo cogi nisi mori. mors autem peccatum non est, & ita nemo inuitus peccat. mors est vltima linea rerum.s. transitoriarum. plura in j. Siluarum nostrarum de hoc loco diximus.

DOCT. interpr. INTRORSVM turpem) Pellem aut cutem. primam illam rei quasi frontem ac speciem aliquando vocamus. vnde Prouerb. Intus & incute notus. de eo qui est omnibus modis cognitus, perinde quasi dicat foris, atque intus.

ALDVS MANT. ODerunt peccare boni) Hoc signate dictum ait Porphyr. primum non timent peccare, sed oderunt, deinde nō metu pœnæ, sed amore virtutis. Abstinent igitur boni a vitijs illorum odio, & amore virtutis. Praui autem, quia timent pœnas, luporum, accipitrum, miluorum similes, cum abstinent a cibis, quos auidi deuorent, idque aut fouearum, aut laqueorū, aut hamorum metuentes, & propterea subiungit statim. Tu nihil &c. [Tu nihil admittes in.) Sensus est, tu non peccas. Quia times pœnam, nam si sperares posse homines fallere, & latere peccatum tuum, nihil non mali faceres.

GLAR. AVgusti laudes agnoscere possis) Hæc verba si enunciatiue leguntur, hoc sensu dicuntur ut non dubitet Poeta cātatissima carmina etiam Quintium de Augusto non de se dicta intelligere. Si autem interrogatiue, vt legit Porph. agnoscere pro sibi adscribere sumptum videtur. Et ad hæc quidem verba retulit Poeta, quæ tertio deinde ponit versu. Respondens ne tuo dic sodes nomine, quasi diceret ad Augusti laudes siles & bene, hic fortassis non siles quanquam vane item, qui enim tibi hodie laudem illam tribuit, craa demere potest.

## AD SAEVAM.

*Hæc Epistola ciuilem facilitatem seueræ austeritati præfert.*



QVAMVIS Sæua satis per te tibi consulis: & scis,
Quo tandem pacto deceat maioribus vti:
Disce docendus adhuc, quæ censet amiculus: vt si
Cæcus iter monstrare velit: tamen aspice, si quid,
Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur.
Si te grata quies, & primam somnus in horam
Delectat. si te puluis, strepitusque rotarum,
Si lædit caupona: Ferentinum ire iubebo.
Nam neque diuitibus contingunt gaudia solis:
Nec vixit male, qui natus, moriensque fefellit.
Si prodesse tuis, paulloque benignius ipsum
Te tractare voles: accedes siccus ad vnctum.
Si pranderet olus patienter; regibus vti
Nollet Aristippus. si sciret regibus vti;
Fastidiret olus, qui me notat. vtrius horum
Verba probes & facta, doce. vel iunior, audi,
Cur sit Aristippi potior sententia. nanque
Mordacem Cynicum sic eludebat, (vt aiunt)
Scurror ego ipse mihi: populo tu. rectius hoc, &
Splendidius multo est, equus vt me portet: alat rex:
Officium facio tu poscis vilia: verum es
Dante minor? quamuis fers te nullius egentem.
Omnis Aristippum decuit color, & status, & res:
Tentantem maiora, fere præsentibus æquum.
Contra, quem duplici panno patientia velat:
Mirabor, vitæ via si conuersa decebit.
Alter purpureum non expectabit amictum:
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet:
Personamque feret non inconcinnus vtranque.
Alter Mileti textum cane peius & angue
Vitabit chlamydem: morietur frigore, si non
Rettuleris pannum. refer: & sine viuat ineptus.
Res gerere, & captos ostendere ciuibus hostes:
Attingit solium Iouis: & cœlestia tentat.
Principibus placuisse viris, non vltima laus est.

ASCEN. 

QVAMVIS Sæua) Hac Epistola disertissima collegit, præcepta vitæ, quę misit ad Lollium Sæuam equitem Romanum. Hortatur autem ab initio eum, quomodo amicitiæ maiorum obsequi debeat. Verum quia Sæua respondere posset se nolle cuiquam inseruire: plurisque facere quietem vitæ solitariæ, q̃ strepitum regalis fortunæ, ideo ponit Poëta distinctionem, dicens: Si te grata quies &c. hoc est si quietem amas, & strepitum ac clamorem ciuitas, desere Romam, & pete Ferentinum, aut simile oppidum desertum: illicq. quiete & beate viue, quod facere possis, quia etiam pauperibus sunt sua gaudia, si videlicet sua sorte contenti viuunt, minusq. nosci & videri cupiunt. Sin prodesse malit amicis & necessarijs suis, & mollius viuere in domibus regum.i.diuitum, accedat siccus ad vnctum.i.illi inseruiat, & morem gerat vsque adeo patienter, vt dum ille unctus.i.unguento delibutus balnea intraturus, & postmodū poturus est, ipse sit siccus i.aut non potus, vt illi melius obsequatur, aut non vnctus, ne ex æmulatione illi stomachum moueat. Quocirca, qui sibi duntaxat uiuere velit, & paupertatem, si pauper sit, patienter ferre, non opus haberet diuitibus obsequi, sicut nec Diogenes Cynicus Alexandro magno inseruire voluit, carpens subinde eam ob rem Aristippum ac dicens, Si pranderet holus, hoc est si Aristippus posset sobrie viuere & herbis vesci, nollet regi inseruire. Verum Aristippus ille respondit, si Diogenes sciret vti regibus.i. si non esset tam ineptus, φ ab omnibus aspernaretur, fastidiret holus.i. nollet semp holere vesci & sordide viuere. Disquirit aūt Poeta vtrius sententia potior sit, an Diogenis qui iudicauit hominē nulli debere inseruire, & potius herbis & aqua vesci, quam ex obsequio lautius viuere, an vero Aristippi, qui censuit ob lautiorem vitam habendam morem esse gerendum diuitibus. Et concludit pro Aristippo faciens, qđ in prima epistola promiserat. Nunc ad Aristippi furtim præcepta relabor. Fuit autem Aristippus Philosophus Cyrenæus, & Socratis discipulus, qui primus ex Socratica doctrina quæstum fecit. Habuitque ingeniū ad omnia facile & paratum. Laudauit autem voluptatem, ob quam in eum scripsit Plato, & Diogenes canem regium appellauit. Ordo est. O Sæua quamuis scis & consulis tibi satis per te, quo pacto.i. qūo deceat te tandem, vti maioribus.i. principibus viris, quorum amicitiam tibi conciliasti, tn̄ disce adhuc docendus, quid amiculus.i. paruulus & modicus amicus tuus (intelligit aūt se Poeta) censet, sup. faciendum, vt.i. ita vt, si cæcus velit monstrare iter. tamē aspice si, &.i. etiam nos, loquamur quid.i. aliquid, quod cures.i. velis, fecisse proprium.i suum ipsius.i. adscribere inuentis. Si grata quies & somnus in.i. vsq. ad primam horam.s. lucis (quia vnr tunc Itali primam horam posuisse, quæ prima est lucis) si puluis & strepitus rotarum lædet, aut lædit.i. offendet te, & si caupona.i.domus in qua vinum & cibus venditur, lædet te, ego iubeo te ire Ferentinum.i.ad illud oppidum in Thuscia ad viā Latinam, quod desertum tunc erat. Nam neque gaudia contingunt solis diuitibus.i.non minus beatus eris, si securus in solitudine vixeris, q̃ si cum perturbatione in medio diuitum, nec is vixit male, qui fefellit.s. scientiam hominum, natus & moriēs .i.non ideo quia male vixit, quia ignotus

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.
Sedit,qui timuit,ne non succederet: esto.
Quid? qui peruenit, fecit ne viriliter? atqui
Hic est,aut nusq̄, quod quærimus. hic onus horret,
Vt paruis animis, & paruo corpore maius:
Hic subit: & perfert. aut virtus nomen inane est:
Aut decus, & pretium recte petit experiens vir.
Coràm rege suo de paupertate tacentes,
Plus poscente ferent. distat, sumas ne pudenter.
An rapias. atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
Indotata mihi soror est, paupercula mater,
Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus,
Qui dicit: clamat, victum date. succinit alter:
Et mihi diuiduo findetur munere quadra.
Sed tacitus pasci si posset coruus: haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiæq́ue.
Brundusium comes, aut Surrentum ductus amœnū,
Qui queritur salebras, & acerbum frigus, & imbreis
Aut cistam effractam, & subducta viatica plorat:
Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe * periscelidem raptam sibi flentis: vti mox
Nulla fides damnis, verisq́. doloribus adsit.
Nec semel irrisus triuijs attollere curat
Fracto crure Planum: licet illi plurima manet
Lacryma: per sanctum iuratus dicat Osirim:
Credite: non ludo: crudeles tollite claudum.
Quære peregrinum, vicinia rauca reclamat.

ignotus poteſt enim ignotus et in deſerto bene viuere. Si vulea prodeſſe tuis.ſ.neceſſarijs & amicis,&tractare teipſum paullo benignius.i.indulgentius,tu accedes ſiccus.i.adhuc ieiunus, aut minime vnctus,ad vnctum.i.vnguento delibutum,vt illi meltus inſeruias,nec inuidiam excitea æmulatione tua. Dixit ſup. quidam æmulus,vt Diogenes, Ariſtippo Epicureo, ſi Ariſtippus pranderet patienter.i. cum patientia agestatis,holus.i. quamuis herbam in horto naſcentem victus gratia ipſe nollet vti regibus. Ad quod Ariſtippus,Si is q notat.i. carpit me.ſ. Diogenes, aut Antiſthenes, ſciret vti regibus,ipſe faſtidire.i.aſpernaretur holus. doce vtrius.i. (ſi dicere liceat) cuius horum duorum verba & facta tu probes.i. approbes vel tu minor audi, cur ſententia Ariſtippi ſit potior,nam ipſe eludebat Cynicum.i. philoſophum caninum.ſ. Diogenem, ſic (vt aiunt) ſup. fere omnes. ego ipſe ſcurror.i. ſcurram ago, mihi.i. ad vtilitatem meam, quia voluptuoſe & læte viuo,tu ſup.ſcurraris populo.i. excitas riſum populo tua profeſſione, & ita ſcurram agis ad voluptatem populi. hoc.ſ.quia facio officiū vt equus portet me,& rex alat me,eſt rectius & ſplendidius multo. tu poſcis vilia,verum tu es minor.i.inferior dante.i.qui tibi dat, quāuis fert te.i. oſtantas & præfers nullius agentem. Omnis color ſup.veſtrum,& omnis ſtatus & res decuit Ariſtippum,tentantem maiora,& æquum.i.indifferentem,ſere præſentibus.i. rebus habitis. contre.i.econtrario,ego mirabor,ſi eum ſup. quem patientia velat duplici panno i.Diogenem Cynicum, via vitæ conuerſa.i.mutata,decebit,q.d. puto ꝙ non. Alter.ſ. Ariſtippus,non expectabit purpureum amictum.i. licet non habeat, non minus tñ incedet,ſed vadet indutus quidlibet.i.quoduis tegumentum. per loca celeberrima.i. per media conuenticula hominum, & feret non inconcinnus.i.concinnus & congruus,vtranque perſonam, eam viliter q̄ precioſe veſtiti,alter.ſ.Cynicus,vitabit chlamydem textam Mileti.i.purpuream,& ex optima lana,quia ſm Virgiliū Mileſia vellera Nymphæ carpebant, peius.i. magis anxie cane & angui (quia creditur purpureus color canibus & anguibus inuiſus. vel ſenſus eſt, Vitabit diligentius cane & angui.i.non quā canis & anguis ſup. vitant, ſed quam canem & anguem vitaret (& ipſe morietur frigore,ſi non retuleris pannum.i. veſtimentū ſolitum) hiſtoriam narrat Acron dicens, Aiunt Ariſtippum inuitato Diogene ad balneas dediſſe operam vt prius egrederetur,ipſiusq́ue pallium induiſſe,illiq́ue purpureum reliquiſſe. qđ Diogenes cum induere noluiſſet ſuum repetens, tunc Ariſtippus increpuit Cynicum famæ ſeruientem, qui algere mallet, quam conſpici in veſte purpurea) ergo refer, & ſine.i. permitte, vt ſup. viuat ineptus. Gerere.i.recte gubernare res & oſtendere ciuibus hoſtes captos ſup.à ſe,attingit Solium.i.thronum & gloriam Iouis,& tentat.i.conatur cœleſtia,q.d. qui aut priuata, aut publica bene gerit deorum gloriam meretur, & non vltima laus q.d. proxima ad deos eſt placuiſſe principibus viris. Non cuiuis homini, quia dixit ſummam eſſe laudem principibus placere ducet Adagio & deuerbio vateri eius rei difficultatem, omnia ſi quidem magna laude digna difficilia ſunt dicens, Nec cuiuis. Alij legunt (quod etiam placet) non cuiuis homini. Cuius ſenſus eſt,Sicut (vt in prouerbio eſt) non cuiuis datum eſt adire Corinthum,ita nec cuiuis contingit principibus placere. Hoc deuerbium Acron ad præſentem locum applicans dicit,Cum multi Corinthum nauigantes Laidis amore tenerentur, Ariſtippus hac fama illo perductus, ad Laidem miro amore eius deuinctus eſt. qui cum præ ſe ferret, ꝙ non eſſet captus vt ceteri. qm̃ dictum eſt, ꝙ meretricem habuiſſet,ille reſpondit, habui, ſed non habeo, aut habui, non habitus ſum. Aulus tñ Gellius noctium

* Obiter notandū periſcelidas dici quæ vulgo gremialia vel tranſuerſias dictitāt. Menāder quoque puellas geſta re periſce[...] das ſi[...] bit. Cæl. lib iij c. xliij.

Attic. lib.j. dicit non Ariſtippo, ſed Demoſtheni oratori accidiſſe, qui cum Corinthi ad Laidē meretricem diuertiſſet, cunque miſſa dextera in pectus illius q̄ſiſſet,quanti hoc? illaq. reſpondiſſet, Mille nummum. ſcita adiecit, Non tanti emo pœnitere, ſciens ꝙ omnis anima triſtatur poſt coitum. vtcunque eſt ex caritate meretricis illius,& ceteris ſumptibus Corinthi faciundis natum eſt prouerbium, Nō cuiuis datum eſt adire Corinthum. Eſt autem vrbs Achaiæ in Iſthmo,quæ eſt in medio maris Ionij & Ægæj conſtructa, vnde bimaris dicitur. fuit aūt varie appellata. Nam primum Cercyra, deinde Ephyra ab Ephyre Nympha, vt ſcribit Pauſanias, poſtea Corinthus à Corintho Iouis filio,aut (vt alij ſcribunt) Oreſtes filio,a quo fuerat reparata, deinde ab occupatoribus Batteis dicta, a quorum factione Tarquinius & Demaratus domo eiecti ſunt, auctore Dionyſio Alycarn. Poſtmodum aūt fuit ab Romanis deleta ꝙ viſa eſt ad bellum contra Romanos gerendum opportuna. Vnde dolet Ciceroni deletam eſſe in j. Offic. In eius autem conflagratione,qua cōmixtio auri,argenti,& ceterorum metallorum facta eſt, inuentum eſt nouum genus æris in ſummo pretio habitum,quod æs Corinthum dictum eſt. Fuit præterea rurſus inſtaurata. Sed ad ordinem diuertendum eſt,qui eo difficilior eſt,ꝙ allegoricos loquitur. Nam ſenſus eſt, Fateor quidem magnæ laudis & principibus placuiſſe viris,nec contingit.i. datur cuiuis.i.quilibet homini,adire Corinthum.i.obtinere cum commodo ſuo gratiam principum, & ideo ſi is qui timuit ne non ſuccedaret i. qui incaſſum conaretur, ſadit.i.deſedit,& ocioſus ceſſauit. Eſto.i. concedatur, inquit Sæua,aut Poëta,quid ſup. fecit,aut quid dices de eo qui peruenit.ſ. ad intentum,hoc eſt in gratiam principum? fecit ne viriliter? Reſpondet, Atqui.i.ſed qūo id quæris,aut certe,hic.i. in hoc.ſ. id perueniſſe eſt quod quærimus aut nuſquam. Sunt autem diuerſa genera hominū,quia hic.i. quiuis, videlicet qui ſedet horret.i. exhorret & timet onus,vt.i.vtpote,aut tanquam maius paruis animis,vt puſillanimis contingit,& corpore paruo, vt ei quē vires deficiunt,hic.i. alius,qui peruenit videlicet,ſubit.ſ.onus.i. audet,& ita animum habet,& perfert,& ita vires habet. Et ſi q a dicat, ſi onus maius eſt, q̄ vt a me perferatur.i. ſi res difficilior, quam vt à me geratur, nunquid ideo vituperabor. Reſpondet Poëta, Aut virtus eſt nomen inane.i. nulli contingens, aut virexperiens.i.periculum faciens,& pro virili ſua moliens,petit recte.i.iuſte & merito,decus & preciū.i.mercedem,hoc eſt dignus & laude & mercede, etiam ſi non queat perficere quod molitur in re laudanda. Deinde tradit præcepta recte cum regibus.i. diuitibus viuendi dicens, Tacentes de paupertate.ſ.ſua.i.verecundi, & modeſti coram rege ſuo ferent ſup. ab eo plus, poſcente.i. q̄ is qui aſſidue poſcit. diſtat ne.i.nihil ne intereſt,ne pro an,ſumas pudenter.i.cum pudore an rapias.ſ. auide,aut violenter? q.d. plurimum. Atqui.i. ſed certe hoc.i. pudenter viuere & petere, erat caput rerum,& hic erat fons rerum.i.præcipuum eſt in domo diuitum. Nam is qui dicit regi ſuo, Soror eſt mihi indotata.i.ſine dote. mater eſt mihi paupercula, & fundus eſt mihi nec vendibilis,nec firmus.i. ſatis validus, paſcere.i. vt paſcat eas qua inquam,h.d. clamat.i. aperte pronunciat, hoc eſt tantum eſt ac ſi clamet date.ſ.ſorori & matri victum. Alter.ſ.etiam impudens, ſuccinit.i. clanculum & in aurem canit. quadra.i.fruſtrum panis quadratæ figuræ,ſuper quod obſonium ponitur & inciditur, vnde inciſorium dicunt, findetur.i. findendo condi videtur, mihi munera diuiduo.i. condiuiſo cum collega meo. Sed ſi coruus poſſet.i.ſciret paſci tacitus.i.ſine garritu,ipſe haberet plus dapis.i.eſcæ,& multo minus rixæ & inuidiæ. Coruus.n.dum cadauer,

aut aliud genus escæ inuenit, voce rauca, alias aues ad prædam vocat, eum quibus aut præda condiuidenda est, aut certandum. sic autem faciunt qui cum a diuite munus acceperunt, illud cum famulis, aut collegis suis ostentant, & ita coguntur condiuidere illis, aut inuidiæ subesse. Est ergo prouerbialiter dictum, & ex Apologia sumptum. Brundusium comes, ostendit exemplo q̃ in gratum sit diuitibus habere familiares querulosos, & sine causa quærentes ac petentes semper aliquid, quanque illud eis inutile sit. Nam sic & amicum amittunt & fidem. Vnde dicit, si quis comes ductus fuerit ab amico diuite Brundusium, sicut Horat. se ductum docet in Satyra. Egressum magna &c. aut Surrentum, & in via, aut in hospitijs quæritur de salebris .i. asperitate viarũ. Sunt enim salebræ a saltu dictæ (sm Nonium) inæqualitates & asperitatis viarum per quas currus, aut equus, aut homo dum transire vult salire cogitur, vnde sumpta metaphora Cicero orationem asperam & inconcinnam salebrosam vocat. Vnde secundo de finibus bonorum & malorum, inquit, Hic si diffinire, si diuidere potuisse, si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, nunquam in tantas salebras cecidisset. Et lib. v. Venit ad Extremum, hærat in salebra. Et de Oratore, Altee enim sine vllis salebri, quasi sedatus amnis fluxit. Aut conqueritur de frigore. aut imbribus, aut plorat cistam quam secum vexerat, aut domi dereliquerat fractam, aut viatica furto sublata. imitatus est in hoc meretrices semper quærentes, aut cathellam, aut periscelidem raptam, vt in Truculento Plauti est videre. Est autem Periscelis fœminale ornamenti genus, q̃ inter cetera ornamenta mulierum ponitur Esaiæ iij. Græce dicitur, περισκελίς, à περὶ, quod cum accusatiuo significat circum vel circa, & σκέλος, quod est crus, aut brachium, quasi ornamentum circum crus, aut brachium. nec scribendum est perichelis, sed periscelis hic autem latine declinatur. Planus aũt hic proprium scurræ, seu sycophantæ, & non adiectiuum, quia tunc primam producit, vt adnotauit Beroaldus. Is autem sæpe finxerat sibi crus fractum, vnde à multis pietate motis in currum sublatus, quo voluit, vectus est, & demissus cum risu illusit illis à quibus beneficium acceperat, qua re nota post modum, cum illi crus re vera fractum esset frustra auxilium implorauit. Similem fabulam recitat Æsopus de pastoribus, qui sæpe lupum inclamantes, agricolantes frustra aduocarunt, qui decepti, cum lupus reuera in pecus irruisset, vocati in aderant. Vnde dici solet, eam esse mendacis mercedem, vt cum vera dicat, ei non credatur. Sed ordinem ponamus, qui talis est, Familiaris sup. diuitis, ductus comes .i. vt comitetur, Brundusium, aut Surrentum amœnum .i. ad ea oppida Italiæ amœna, qui quæritur .i. deflet, salebras .i. asperitatem viarum, & saltus vehiculi, & frigus acerbum .i. acre, & imbres .i. pluuias vehementer imbuentes, & cistam, quam in curru habebat, aut domi dereliquerat, fractam & plorat viatica .i. pecuniae ad viæ onera, subducta .i. furtim sublata, refert .i. repræsentat, & in memoriam reducit, acumina .i. subtilia vaframenta & calliditatis, meretricis, nota .i. iam cognita meretricis dicit flentis sæpe cathellam .i. paruam cathenam auream, aut argenteam, quam in collo habent, raptam sibi, flentis etiam sæpe periscelidem .i. fœminale, aut brachiorum ornamentum, raptam sibi, ita supple vt .i. vt, nulla fides .i. credulitas, adsit mox .i. paullo post, veris damnis, & veris doloribus. Nec sup. aliquis irrisus semel .i. cum risu deceptus à Plano, scurra. & sycophanta, curret attollere .s. in currum suum triuijs .i. in triuijs .i. vijs publicis, quo tres viæ conueniunt, Planum sycophantam illum fracto crure .i. vbi illi crus re vera fractum est, quod sæpe simularat, licet plurima lacryma manet .i. defluat ab oculis, illi .s. Plano, & licet ipse iuratus .i. iureiurando confirmans, per Osirim .i. illum Deum Aegyptiorum maritum Isidis, sanctum .i. religiose obseruatum, dicat, credite .s. nunc mihi, quia non ludo .i. illudo, aut ludum ago, sed serio loquor. & dicat cum illi abierint, ò crudeles tollite me claudum .i. fracto crure, quia vicinia .i. multitudo viciniorum. (Hoc enim significat vicinia, cum vicinitas sit propinquitas eorum) rauca .s. ex frequenti clamore in eum deceptorem facto, reclamat, ò Plane, quære peregrinum .i. externum, qui te non norit ut te tollat, quia nos à te decepti, te non tollemus. Et ita uult neminem debere petere cuius non egeat, nec simulare indigentiam prius quàm opus sit.

DOCT. interp. Nec vixit male) Allusit ad prouerbium Hora. λάθε βιώσας .i. falle viuens. Quod admonet, in humili fortuna vitam esse feliciorem ijs, qui obscure uiuunt & à publicis negocijs ita semoti, ut cum uita decessissent, nemo illos uixisse sentiret. Ouid. in lib. trist. Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, & intra Fortunam debet quisque manere suam. [Splendidius multo est) Horatius sub persona Aristippi, ad hoc Græcorum allusit Prouerbium, ἵππος με φέρει βασιλεὺς με τρέφει .i. me rex alit, ac me portat equus. Lege Doct. Ibidem. [Non cuiuis homini) Vetustum iuxta ac uenustum adagium est, de rebus arduis & aditu periculosis, quasque non sit cuiuslibet hominis affectare. Inde natum, quod (ut refertur apud Suidam) nec facilis, nec satis tritus sit nauis in Corinthiacum portum appulsus. [Sed tacitus pasci) Et hoc prouerbijs annumerandum quidam existimant. Cuius originem ex Apologo (quem in libro de deo Socratis refert Apuleius) uenisse testantur, de coruo prædam nacto, quam uulpes dolo intercepit. Quadrabit in eos, qui si quid bonæ rei nacti sint, continuo iactant ostentantque, atque ad eum modum effutiunt, vt alij tum obsistant, quo minus eiusmodi plura commoda nanciscantur, tum quæ nacti sunt interuertant.

COEL. RHOD. Fracto crure Planum) Vocem hanc Planus A. G. lib. xvj. cap. vij. commemorat inter uerba inusitata, quibus usus sit Mimus Laberius, atque significare sycophantam. Quanquam eodem nomine usus est M. Tullius, eodem significatu in oratione, quam dixit pro Cluentio. Est autem dictio Græca πλάνος, significatque, tum erroneum, tum impostorem, Doct. in Prouerb. Tollat re qui non nouit. Vide item Cœl. lib. vj. cap. xxix. & Sabellicum.

GLAB. Ferentinum ire iubebo) Liuius lib. j aquæ Ferentinæ meminit, lib. ij. capitis Ferentini. At lib. 7. Ferentinum Hernicorum oppidum facit, quod captum a Romanis paullo ante singulare T. Manlij Torquati cum Gallo certamen scribit Plin. lib. iij. cap v. Ferentinum inter Hetruria oppida prope Fesulas ponit, paullo post Ferentinates ex agro Falerno numerat. Strab. lib. v. Ferentinum in uia Latina posuit. Quod si uerum est, haud dubie de Hernicorum oppido loquitur hic poëta. Badius Thuscum Ferentinum in uia Latina ponit. Sed errat.

## AD LOLLIVM.

*Taxat Lollij importunam libertatem & nimis odiosam.*

Si bene te noui, metues liberrime Lolli
Scurrantis speciem præbere, professus amicum.
Vt matrona meretrici, dispar erit, atque
Discolor infido scurræ distabit amicus.
Est huic diuersum vitio vitium prope maius,
Asperitas agrestis, & inconcinna, grauisq;
Quæ se commendat tonsa cute, dentibus atris:
Dum vult libertas mera, dici, veraq. virtus.
Virtus est medium vitiorum, & vtrinque reductum.
Alter in obsequium plus æquo pronus, & imi

ASCEN. Si bene. Ordo est. O Lolli, liberrime, si ego bene noui te, tu professus amicum, metues præbere speciem scurrantis .i. scurriliter agẽtis. Vt .i. quemadmodum, matrona erit dispar atque discolor meretrici, ita sup. amicus distabit scurræ infido .i. à scurra infido. Est vitium diuersum .i. distinctum, huic vitio .i. ab hoc vitio scurrilitatis prope .i. quasi maius, videlicet asperitas agrestis, & inconcinna, quæ pro &, grauis .i. seuera & molesta, quæ cõmendat .i. cõmendatam facit se, cute tonsa, & atris dentibus, dum vult dici mera libertas, & uera virtus. Virtus aũt est medium uitiorum, reductum vtrinque .i. ab vtroque extremorum aliqui textus habent, Et utrinq; reductum. Alter est pronus .i. inclinatus in officium, plus æquo, id est plus q̃ æquum, aut iustum est, & derisor imi lecti .i. eorum, qui in conuiuija sedent in imo lecto .i. ad infimam tabulam. sic horret .i. cum horrore obseruat nutum diuitis, sic iterat .s. repetit uoces, sic tollit .i. extollit uerba cadentia, ut credas puerum reddere dictata, sæuo .i. rigido magistro, uel ut credas mimũ .i. tãquam mimum in scæna agere solitum, tractare .i. attentare secundas partes. [Alter rixatur sæpe de lana caprina) .i. agit cum amico controuersiam & rixam de re friuola. utpote an capræ uillia, an pilis, an lana tegi dicantur, & propugnat .i. resistit dictis amici,

Derisor lecti, sic nutum diuitis horret;
Sic iterat voces, & verba cadentia tollit:
Vt puerum sæuo credas dictata magistro
Reddere, vel parteis mimum tractare secundas.
Alter rixatur de lana sæpe caprina
Propugnat, nugis armatus: scilicet vt non
Sit mihi prima fides: & vere quod placet, vt non
Acriter * elatrem: pretium ætas altera sordet.
* Ambigitur qd enim? Castor sciat, an Docilis plus:
Brundusium Numici melius via ducat, an Appi.
Quem damnosa Venus, quem præceps alea nudat:
Gloria quem supra vireis, & vestit, & vngit:
Quem tenet argenti sitis importuna, famesq.:
Quem paupertatis pudor, & fuga: diues amicus
Sæpe decem vitijs instructior, odit, & horret.
Aut si non odit, regit: ac veluti pia mater
Plus quam se sapere, & virtutibus esse priorem
Vult: & ait propè vera. meæ, contendere noli,
Stultitiam patiuntur opes. tibi paruula res est.
Arcta decet sanum comitem toga. desine mecum
Certare. Eutrapelus cuicunque nocere volebat:
Vestimenta dabat preciosa. beatus enim iam
Cum pulchris tunicis sumet noua consilia, & spes:
Dormiet in lucem: scorto postponet honestum
Officium: nummos alienos pascet: ad imum
Thrax erit: aut olitoris aget mercede caballum.
Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam:
Commissumq. teges, & vino tortus, & ira.
Nec tua laudabis studia: aut aliena reprendes:
Nec cum venari volet ille, poemata panges.
Gratia sic fratrum geminorum Amphionis, atque
Zethi dissiluit: donec suspecta seuero
Conticuit lyra. fraternis cessisse putatur
Moribus Amphion. tu cede potentis amici
Lenibus imperijs: quotiesque educet in agros
Aetolis onerata plagis iumenta, canesque,
Surge: & inhumanæ senium depone camœnæ:
Cœnes vt pariter pulmenta laboribus empta.
Romanis solenne viris opus, vtile famæ,
Vitæque, & membris: presertim cum valeas, &
Vel cursu superare canem, vel viribus aprum
Possis. adde, virilia quod speciosius arma
Non est qui tractat. scis quod clamore coronæ
Prœlia sustineas campestria, denique sæuam
Militiam puer, & Cantabrina bella tulisti
Sub duce: qui templis Parrhorum signa refixit:
Et nunc, si quid abest Italis adiudicas armis.
Ac ne retrahas, & inexcusabilis absis:
Quamuis nil extra numerum fecisse, modumque
Curas: interdum nugaris rure paterno.
Partitur lintres exercitus: Actia pugna.
Te duce per pueros hostili more refertur.
Aduersarius est frater, lacus, Adria: donec
Alterutrum velox victoria fronde coronet.
Consentire suis studijs qui crediderit te,
Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum.
Protinus vt moneam, si quid monitoris eges tu:
Quid de quoque viro, & cui dicas, sæpe videto.
Percontatorem fugito: nam garrulus idem est:
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

amici, aut quasi propugil ante q̃ lacessitur pugnat. quod melius dicere quàm pugnat pro nugis, vt Bonfinis, armatus nugis.i.tebus friuolis dicens sup. Scilicet (quod ironice aut cum indignatione loquentis est).i.scire licet. altera ætas sordet precium.i.nollem accepisse alteram ætatem pro præmio, vt non sit mihi prima fides, & vt non elatrẽ acriter quod placeat vere ambigitur, Horatij sunt verba hoc ordine: Quid enim.i.quare non sordeat illi precium altera vita? & est ironia manifesta, ambigitur.s.inter eum & amicum.i.dubitatur, an Castor plus sciat an Docilis, id est vter illorum gladiatorum peritior sit: sic etiam Bonfinis interpretatur, ut Docilis proprium nomen gladiatoris, qui Castori opponatur. credam tñ posse dici nomen adiectiuum. vt sit an Castor plus sciat an sup. sit plus docilis.i.adhuc docendus. Non enim vr̃ Docilis glandiatoris proprium: An via Numici.i. quam Numicus strauit melius ducat: Brundusium, an via Appi.i. Appij. Amicus diues odit & horret sup. eum quem Venus.i. luxuria (nam Venus in tessera lucrosa est) damnosa nudat. & quem alea.i.ludus aleæ: præceps .i.subditus nudat, quem gloria.i. cupido gloriæ vestit & vngit supra vires, quem sitis & fames importuna argenti tenet.i.irretit, & quem fuga & pudor paupertatis tenet. odit inquam existens sæpe instructior decem vitijs, aut si non odit regit.i vult esse censor eius, & vult ipsum sapere plus q̃ se, veluti pia mater vult sup. filium plus sapere quàm se, & vult illum esse priorem virtutibus, & ait prope.i.quasi vera, quia parum interest quin ita sit, noli contendere mihi.i.mecum. Verba enim certamen concernentia regunt datiuum resolubilem in ablatiuum nec staret versus si legas mecum. sunt tñ qui legant meę vt referatur ad opes. Opes patiuntur stultitiam, id est possum facere stultitiam, quia opulentus sum, nec mihi id vitio est, tibi est res paruula toga arcta.i. stricta & modica. decet comitem i.familiarem concomitantem, sanum.i. sapientem desine certare mecum.i.noli, æmulari, si vides me pompose vestitum. Eutrapellus ille diues & versipellis. & animum versatilem habens, dabat vestimenta preciosa cuicunque volebat nocere.i. nocumentum inferre. Enim pro quia, beatus.i.is qui in illis vestibus se beatum putat, sumet noua consilia.i.noua instituta viuendi, cum pulchris tunicis, & sumet spes supp. nouas, dormiet in.i.vsque ad lucẽ, & postponet honestum officium scorto.i.meretrici, & pascet.i.ad vsuram nutriet, & augmentabit cũ damno suo, alienos nũmos. Ad imum.i.ad extremum vitæ, erit Thrax.i.gladiator, aut eget mercede.i pro precio laboris sui factus mercenarius caballum, id est equum, aut iumentum holitoris.i.venditoris holerum.i.cõsumptis suis erit vilissimus minister. Neque tu scrutaberis.i.rimaberis, inquires vnquam arcanum, id est secretum vllius, & tu teges i.celabis arcanum sup cõmissum.i.reuelatum tibi i. fidei tuę, teges inquã tortus.i.quamuis tortus, & vino i.per potum. sicut in Arte dictum est. Reges dicuntur multis vrgere culullis. Et torquere mero &c. & ira, q.i Ira furor breuis est, aut ira.s.nimis irati in te. Nec tu laudabis tua. nec reprehendes aliena, nec panges.i.conficies Poëmata, cũ ille.s.amicus tuus volet venari.i. venationi insistere. Nam gratia fratrum geminorum.s.Amphionis, atque Zethi filiorum Antiopæ ex Ioue, dissiluit i.dispersa est sic.i.per cõtrarietatem studiorum, donec lyra suspecta .i. odio habita, conticuit seuero.s. Amphioni, Amphion putatur cessisse fraternis moribus. tu cede.i.da locum, lenibus.i.placidis imperijs amici potentis, & quoties amicus potens educet in agros iumenta onerata plagis.i. venatorum retibus, Aetolijs.i. qualibus aper in Ætolia captus dicitur, & quoties educet canes sup. venaticos, tu surge, & depone seuium .i. seueritatem senilẽ Camœnæ inhumanæ, quæ esset inhumana si vetaret amico obsequi, vt tu cœnes pariter cũ eo pulmento .i pulposa obsonia, hoc est carnes venaticias, empta .i.comparata laboribus.s.venandi vtrique cõmunibus, quod supple est opus solenne Romanis viris, & vtile famæ, & vitæ & mẽbris, ne.s.torpeant presertim cũ tu valeas, & possis superare vel canem cursu, vel aprum viribus. adde ad hos dotes tuas q̃ nõ est, qui tractet speciosius.i.decẽtius arma virilia, vt nebula & arcus. Tu scis quo clamore coronæ.i. fauore circunsidentium in morem coronæ, sustineas prœlia cã pestria.i.luctamina in cãpo Martio. denique tu puer tulisti sęuã militiam, & pro .i. Cantabrica bella sub eo duce.s. Tiberio, qui refixit.i.quæ fixa erant, resoluere fecit & auferre, templis Parthorum, signa supple Romana, quæ Crassus amiserat, & qui dux adiudicat i.vendicat, & acquirit Italis armis, si quid ab est nondum.s.subiugatum. Ac ne retrahas te.s.ab exercitio militari, & absis inexcusabilis.i.nullam excusationem habens (quãuis nil curas.i.non ideo dico, quasi cures fecisse extra numerum & modum .i. mensuram) tu nugaris.i.

* Id est quasi clamãdo accusare de fundẽdã.
* Hæc Horatij sunt verba, non seueri & asperi hominis. quẽ finxit. Bonfinis.

Et semel emissum volat irreuocabile verbum.
Non ancilla tuum iecur vlceret vllà, puérue
Intra marmoreum venerandi limen amici:
Ne dominus pueri, pulchri, caráue puellæ
Munere te paruo beet: aut incommodus angat.
Qualem cōmendes, etiam atque etiā aspice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur: & quondam, non dignum tradimus: ergo
Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri:
Vt penitus notum si tentent crimina serues,
Tuterisque tuo fidentem præsidio, qui
Dente Thennino cum circumroditur, ecquid
Ante post paullo ventura pericula sentis?
Nam tua res, agitur, paries cum proximus ardet:
Et neglecta solent incendia sumere vires.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici
Expertus metuit. tu dum tua nauis in alto est:
Hoc age: ne mutata, retrorsum te ferat aura.
Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi,
Sedatum celeres, agilem gnauumque remissi:
Potores bibuli media de nocte falerni:
Oderunt porrecta begantem pocula: quamuis
Nocturnos iures te formidare vapores:
Deme supercilio nubem plerunque modestus
Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi,
Inter cuncta leges, & percontabere doctos:
Qua ratione queas traducere leniter æuum:
Ne te semper inops agitet, vexetque cupido:
Ne pauor, & rerum mediocriter vtilium spes.
Virtutem doctrina paret: natura ne donet:
Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum.
Quid pure tranquillet. honos, an dulce lucellum,
An secretum iter, & fallentis semita vitæ.
Me quoties reficit gelidus Digentia riuus:
Quem Mandela bibit rugosus frigore pagus:
Quid sentire putas: quid credis amice precari?
Sit mihi, quod nunc est, etiam minus: vt mihi viuam
Quod superest æui: si quid superesse volunt di.
Sit bona librorum, & prouisæ frugis in annum
Copia: neu fluitem dubiæ spe pendulus horæ.
Hæc satis est orare Iouem, qui donat, & aufert:
Det vitā. det opes: æquū mi animum ipse parabo.

res leues vt simulacra pugnarū, & non veras pugnas tractas interdum iure paterno, exercitus .i. multitudo iuuenū a te instructorum partitur .i. cōtrarias partes instruit, lintres .i. leuia nauigia ad magnorum similitudinē Actia pugna i. quæ fuit inter Augustum & Antonium, apud Actium promontorium, refertur .i. representatur te duce per pueros more hostili, frater tuus est aduersarius .i. agit vices aduersarij, lacus paterno agro vicinus est Adria .i pars Adriatici maris donec victoria velox .i. subito adueniens, coronet alterutrum .i. aut te aut illum. Is qui crediderit te consentire suis studijs .i. si Augustus sciret, q hoc faceres in consensum studiorum suorū ipse fautor laudabit tuum lusū vtroque pollice .i. applaudens vtranque manum leuabit. Nec vellem synecdochicos omnino dictum. nam pollica maxime plausum significamus. vnde est illud Iuuen. Et verso pollice vulgi. Quemlibet occidunt populariter. Vt ego moneam te protinus .i. omnino, si tu eges quid .i. in aliquo monitoris, videto .i. cōsiderato q d, & cui dicas, de quo que .i. vnoquoque viro Fugito percontatorem .i. nouarum rerum indagatorem, nam idem est garrulus, quia dici solet, qui multa infert, multa effert, qui multa quærit, multa denunciat. nec aures patulæ .i. assidue patentes ad quælibet noua audienda, retinent fideliter cōmissa .i. credita fidei. Et verbum emissum semel volat irreuocabile. quod alibi dicatur, Nescit vox missa reuerti. & apud philosophum. Quod semel dictū est, amplius reuumi non potest. Ancilla vlla aut puer, non vlceret .i. fœde vulneret, iecur tuum .i. caue ne capiaris amore ancillæ aut pueri, intra marmoreum limē i. in magnifica domo venerandi amici. quod Virgilio contigisse Porphyrio hic attestatur, dicens, q ad Virgilium alludit, cui Alexandrum puerum Pollio dominus dono dedit. Idem dicit Seruius ad illud Formosum pastor Corydo. Quia vero fœdum est vulnus, dicit vlceret. Non ergo vlceret iecur tuum, ne dominus pueri pulchri, aut caræ puellæ. beet .i ditet, & beatum faciat te paruo munere, aut ne ipse incommodus .i. nolens tibi id commodi facere, angat .i. dolore constringat cor tuum. Qualem cōmendes, ponit alia præcepta summopere attendenda dicens. Aspice .i. attende, considera, qualem cōmendes .i. alicui probes & laudes, aut cōmendatum facias, ne peccata alien .i. s. ipsius cōmendati, incutiant mox .i paullo post tibi, pudorem i. ruborem. Nos, inquit, fallimur, & tradimus sup. amico, aut viro bono, quondam .i. aliqn̄, non dignum .i. indignū, Ergo si ita euenerit tibi omitte .i. designe, tueri .i protegere, & defendere eum quem sua .i. ei propria. non tua culpa, premit, hoc est noli de vitio eius tuum facere, sed dices credebam probum esse, si non est eijce eum, vt .i. quemadmodum, serues .i. seruare debes, que pro &, tuteris .i. tueri debeas notum penitus .i. omnino quasi pene intus & in cute, si crimina tentent eum .i. imponantur ei notum dico fidentem tuo præsidio .i. tuæ protectioni, qui cum circūroditur .i. carpitur, dente Theonino .i. detractorio, qualem Theon habuit. Cur autem id facias ostendit, dicens, En quid vel ecquid .i. non ne in aliquo sentis pericula ventura paullo post

ad te? q. d. debes sentire, nam Tua res agitur, paries cum proximus ardet. Et incendia neglecta solēt sumere vires, hoc est si amicus carpitur immeritus, nec defendis eum, tu das occasionē etiam tui carpendi, sicut si paries ꝓximi ardet, nec extinguis eum, incendia ad te perueniant. Cultura .i. obseruantia & obsecutio & famulatus amici potentis est, dulcis inexpertis .i. ijs qui nunquam periculum, aut experimentum fecerunt, sed expertus metuit, quia scit q̄ grauis & difficilis sit. Tu age hoc, dum .i. quandiu, nauis tua est in alto .i. medio mari, vbi altum est ne aura mutata ferat te retrorsum .i. prospice nunc dum in gratia potentis amici, es ne eam subito amittas. hoc autē facies si morigerari noris. Nam tristes .i. seuari oderunt hilarem & iocosi oderunt tristem, celeres .i. agiles, & præcipites in opere suo, oderunt sedatos .i. lentos & tardos, & remissi .i. segnes oderunt agilem, & gnauum .i. cito & multa operantem, potores bibuli f. bibaces, de media nocte .i. statim post mediam noctem, Falerni .i. boni vini, quale est Falernum, oderunt negantem pocula porrecta .i recusantem bibere, quāuis tu recusans iures te formidare vapores nocturnos .i. vapores caput molestantes, aut febrem, aut quid obscenius de me .i. amoue supercilio, nubem .i. seueritatem, contracta & corrugata frōte, quia modestus .i. temperate modum seruans, occupat .i. sibi vsurpat, plerunque .i. plurimum, speciem i. similitudinem, obscuri i. ignobilis nescientis inter homines viuere, sicut nimia verecundia rusticitatem arguit, & taciturnus occupat plerunque speciem acerbi. Inter cuncta .i. inter omnia, vel super omnia quæ facturus es, leges doctos .i. scripta doctorum & percunctabere .i. interrogabis sciendi gratia doctos, adhuc. s. viuentes qua ratione i. quo pacto, qūo queas .i. valeas traducere, leniter .i. tranquille, æuum .i. tempus vitæ tuæ. ne cupido .i. auaritia inops .i. quæ inopem facit (quia semper auarus eget) agitet & vexet te semper. Ne pauor .i. formido, nec spes rerum vtilium mediocriter. cuiusmodi sunt bona fortunæ, vexet te. Et tu percunctabere doctos, an sup. doctrina .i eruditio & scientia, paret .i. generet virtutem per laborem, ne pro an, natura donet .i. gratis & sine labore conferat. Item quid .i. quæ res minuat .i. diminuat curas .i. sollicitudines, & quid .i. quæ res, reddat te amicum .i consentientē tibi, & concordem sine remorsu conscientiæ, quid .i. quæ res tranquillet i. tranquillum faciat, an sup. honos .i. adeptio honorum & dignitatum, an lucellum dulce .i. dulcis acquisitio diuitiarum an iter secretum, & semita i. occulta & secreta via vitæ, fallentis .i. quemlibet latentis, hoc est an vita solitaria. vnde dictum est, Nec vixit male qui natus, moriensque fefellit. O amice quid putas me sentire, & quid putas me precari, quoties Digentia (nomē est proprium appositorie) gelidus riuus, quem Mandela (ēt propium loci) existens Pagus rugosus i. asper frigore bibit .i. imbibit reficit .i. recreat me? Quid inquam putas me precari? Precor sup. vt quod nunc est. sit .i. maneas mihi etiam minus q̄ nunc, vt ego viuam mihi .i. in tranquillitate & securitate, q̄ large opes auferent, quia Misera est magni custodiat census viuam inq̄ mihi,

hi.id æui quod superest.i.quod restat,aut reliquum est, si dij volunt quid.i.aliquid supple æui superesse mihi. Et vt si mihi bona spes librorum, & copia frugis prouisæ in annum.i.ad totum annum vsque in proximam messem, ne ego fluitem i.instabilis vager existens pendulus.i.suspensus spe horæ dubiæ.i.incertæ, qua sperem mihi prouisum iri de annona. Sed satis est orare Iouem .i.summum Deum iuuantem patrem,qui donat & aufert (Sententia Iob) orare dico,vt det vitam,& sup det opes. ipse.i ego,parabo mi.i.mihi æquum animũ,q.d.in potestate mea est, qualis esse velim,quia liberum arbitrium habeo, in quod nemo potestatem habet,sicut in vitam, & opes. Plura in Siluis nostris diximus.

COEL. RHOD. Mimum tractare secundas) Personam primarum partiũ intelligitur, quæ sæpius actu ingreditur. cum habeat comœdia quinque actus. Secundarum vero,quæ minua minusq́. procedit. Qua in parte,Porph. inquit,secundarum partium actorea omnia submisse agunt. Cœl.lib.v.cap.viij.

DOCT. interpr. Alter rixatur) Loquitur poëta de morosis in amicitia qui quantumlibet friuola de causa litem cum amico suscipiunt. [Nam tua res) Et hodiernis tpibus in docto vulgo passim in ore est. Tum nobis esse cauendũ,cum vicini domus ardet. Admonet prouerb. vt ex alterius malo sumamus exẽplum,alienoq́. periculo discamus nostris rebus consulere. [Dulcis inexper.)Hic vide prouerb. Mus picem gusta. & : Dulce bellum inexperto.

GLAR. Brundusium Numici melius via ducit an Appi. Contentionis de lana caprina duo videntur exempla a poëta posita. Alterum de gladiatorum præstantia,alterum de meliore itinere,vel Numici, vel Appia via. Strab.lib.v.tres numerat uias Appiam,Latinam,ac Valeriam, quarum Valeria in Marsos dicit. Relinquitur igitur vt per Numiciam viam intelligamus Latinam, etiam si non liqueat cur ita dicatur. Nam à numico siue numitio fluuio, mi syllaba longa est, quæ hic corripitur præter consuetudinem,& huius,& aliorum poëtarum. Quãquam exempla poëta eiusmodi sint,vt facile etiam circa ipsa grãmaticis de lana caprina cõtentio incidere possit quale est de Docilis & Numico altero proprium ne sit an adiectiuum, altero, corruptum ne an licentia usurpatum.

## AD MOECENATEM.

*In eos qui magnorum virorum vitia imitantur, cum virtutem assequi non possunt.*



Prisco si credis Mœcenas docte Cratino:
Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt.
Quæ scribuntur aquæ potoribus: vt male sanos.
Adscribit Liber Satyris, Faunisq́. poëtas.
Vina fere dulces oluerunt mane camœnæ:
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.
Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma.
Prosiluit dicenda forum, * putealq́ue Libonis
Mandabo siccis: adimam cantare seueris.
Hoc simul edixit: non cessauere poetæ
Nocturno certare mero: putere diurno.
Quid? si quis vultu toruo ferus, & pede nudo,
Exiguæq́ue togæ simulet textore Catonem.
Virtutem ne repræsentet, moresq́ue Catonis?
Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua:
Dum studet vrbanus, tenditq́ue disertus haberi.
Decipit exemplar vitijs imitabile, quod si
Pallerem casu: biberent exangue cuminum.
O imitatores seruum pecus, vt mihi sæpe
Bilem, sæpe iocum vestri mouere tumultus.
Libera per vacuum posui vestigia princeps:
Non aliena meo pressi pede. qui sibi fidit
Dux, regit examen. Parios ego primus iambos
Ostendit Latio, numeros, animosq́ue secutus
Archilochi, non res, & agentia verba Lycambem.
At ne me folijs ideo breuioribus ornes:
Quod timui mutare modos, & carminis artem?
Têperat Archilochi musam pede mascula Sappho:
Temperat Alcæus: sed rebus, & ordine dispar.
Nec socerum quærit, quem versibus oblinat atris:
Nec sponsæ laqueum famoso carmine nectit.
Hunc ego non alio dictum prius ore, Latinis
Vulgaui fidicen. iuuat immemorata ferentem.
Ingenuis oculisq́ue legi, manibusq́ue teneri.
Scire velis, mea cur ingratus opuscula lector
Laudet, ametq́ue domi: premat extra limen iniquus.
Non ego ventosæ plebis suffragia venor
Impensis cœnarum, & tritæ munere vestis.

ASCEN. 

Prisco si credis) De hoc loco dicit sic Acron: Hanc Epistolam ad Mœcenatem scribit,in qua demonstrat pragmaticam suam.i.causam ,ppter quam composuerit carmina,sed prius uituperat, imitatores Cratini, qui docuit nullorum carmina esse stabilia, ni potulenti & ebrij essent, trahens occasionem ipse Cratinus ex Homero & Ennio,in quorum libris laus inuenitur uini. Non tñ poëtas esse dixerunt debere uinosos,q Cratinus tantæ uinolentiæ fuit: ut solitus fuerit supra pellea recũbere,in quas comedere consueuerunt. Hoc etiam Epigramma in monumento eius restatur. In suis etiam fabulis negat bonum esse poëtam, qui uinosus nõ fuerit. Hinc per hanc uinolentiam tantæ libidinis fuit. ut cubiculũ suum speculis adornaret,quatinus & coitum sui spectare posset. Adscripsit Liber, Democritus excludit suo iudicio, sanos poëtas à numero Musarum, dicens insanos in numerum Faunorum & Satyrorum deorum transire quasi ueriores. Vide p ironiam hic dicit,ꝙ postq̃ Liber pater insanos poetas numero satyroꝶ adscripsit,ipsæ Musæ ẽt mane sobriæ non fuerunt olentes adhuc uinum nocte potarũ. Quid si quis uestem,uultumq́ue Catonis imitetur,nũquid etiam uirtutibus erit Cato? Cato.n. consul Romanoꝶ ut terribilior appareret hostibus in tonsa barba, & capillis manebat cum diro coloramento,&cum toga exigua ut uelocior esset. In pede nudo,hoc de quocunque philosopho.Cato.n.nudis pedibus nõ fuit. Exiguæ togæ qualem fecerit textor.i.Rupit Hyarbitam, Hyarbita[Maurus fugit regione. qui dum Timagenem philosophum post conuiuium & inter pocula declamantem uellet imitari,nec posset, inuidia quodam modo discerptus est. Ex angue cyminum ut pallorem nimium possint imitari. Qm̃ cyminum potatum pallidos reddit homines. Seruum pecus,mire ait pecus seruum, qm̃ negant Stoici quenq̃ liberum esse præter sapiẽtem, Ordo est, O Mœcenas docte, si tu credis Carino Comico illi prisco.i.antiquo nulla carmina quę scribuntur potoribus.i.à potoribus aquę,possunt placere nec viuere diu,vt .i. postq̃ Liber .i. Bacchus vini Deus adscripsit aut adscribit,poëtas male sanos .i. furore raptos, Satyris & Faunis, dijs siluestribus & petulantibus,ac fere ĩsanis, Camœnæ dulces.i.carmina dulcia oluerunt.i. olendo retulerunt, fere.i. quasi oẽs,mane.s.posterioris diei,vina quæ videlicet poëtæ pridie eius diei potatant in cœna, aut Camœnæ quæ erant in familia Bacchi. Homerus arguitur.i.cõuincitur,vinosus.i. vini amator,laudibus.i. propter laudationes vini, quia vinum (vt in Odyssea) sæpe laudabit Ennius ipse pater .i.princeps latini carminis.nunquam prosiluit ad dicenda.i. canenda,& diserte laudanda,arma .i. armorum gesta, vt fecit in libris Annaliũ,nisi potus.i.ebrius & vini plenus, Ego,inquit Enn. aut quis poëtarum eius opinionis, sed de Romanis videtur loqui propter forum Libonis, mãdabo .i.cõmittam siccis.i.sobrijs & non potis,forum .s.iudiciale, & puteal Libonis. quod quidam ponunt in Comitio,vt ostendimus in secundi sermonum Satyrã quintam ex Cœlio Rod. aut in octaua regione Vrbis ad Ianos duos,vel,vt exponit Porph. ad sedem pretoris,hoc est tribunal, quod Libo ad arcum Fabianum cum subsellijs primus locauit (sunt qui velint locum, quo mercatores nũmularij conuenerant significari) & ego adimam .i.auferam, seueris.i.rigidis veri sectatoribus magnam abstinentiam seruantibus cantare.i. Poëmatum confectionem. Simul.i. statim postq̃, Ennius sup.edixit .i.visus est precepisse,ne pro nõ. poëtæ nõ cessauere certare.i.certatim indulgere, mero nocturno, & putere diurno.i. interdiu

* Puteal est, quo putei apperiuntur, hoc est velut umbella q̃-dã, aut petasus qualẽ pyramidali bus impositũ Plin. lib. 36. scr. Vide de his plura apud Cœl. lib. 6.cap.17

Non ego nobilium scriptorum auditor, & vltor,
Grammaticis ambire tribus, & pulpita dignor.
Hinc illæ lacrymæ. spissis indigna theatris
Scripta pudet recitare: & nugis addere pondus:
Si dixi: rides ait: & Iouis auribus ista
Seruas. fidis enim manere poëtica mella
Te solum, tibi pulcher. ad hæc ego naribus vti
Formido: & luctantis acuto ne secer vngui:
Displicet iste locus, clamo: & diludia posco.
Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram:
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

sumptu, aut postridie q̃ poti erāt putebant Quid sup mihi ra les imitatores Homeri & Ennij dicāt. Si quis ferus tristis & rigidus represemet Catonem toruo vultu, & pede nudo, & simul textore.s.rudi, exiguæ.i.modicæ togæ ne.i.an representet virtutem & mores Catonis? q.d.minime. Et consimiliter vinositatem Homeri & Ennij imitantea diui nam mentem, ac virtutem asseq non possunt. vult ergo dicere, quia Cato Vticensis ad medium vsque noctia potasse notatus est, non continuo qui eius bibacitatem imitetur, etiam virtutem assequatur. Nam ne habitum quidem imitando, etiam virtutem obtineat. Rupit Hyarbitam, exemplum, inquit Porph. stulti imitatoria interposuit. Nam hic Hyarbita Maurus fuit, qui dum Timagenem imitaretur post conuiuium, & inter pocula declamantem propter insolentiam faciendi quod conabatur penes disruptus est. Timagenea .n. multo conabatur adhibere vt cœnæ & declamationi suæ, cunque ab his multum laudaretur, ad imitationem sui prouocasse Hyarbitam dicitur, qui se & stomachum abrupit, dum Timagenem & dicendo, & pascendos amicos conatur æquare. hæc ille. Ordo est. Lingua æmula.i. imitatrix Timagenia. rupit.i. disrupit Hyarbitam Maurum illum, dum studet & tendit .i. conatur, haberi .i. reputari, vrbanus & disertus. Exemplar.s.bonorum, quod stulti se imitari dicunt, imitabile .i. quod imitari facile potest, vitijs.i.in vitijs decipit sup. imitatorea, aut decepit vitija quia vitia imitantur & non virtutea. Quid, aut quod, sup. facerent, si ego pallerem casu.i.ex casus timore, vel a casu, nōne biberent cyminum, aut cuminum, exāgue.i. quod pallidum, & quasi sine sanguine apparere facit, vt me imirentur? O imitatorea appositione seruum pecus, vt.i. qualiter & pronunciandum est admiratiue, q.d. dij boni qualiter vestri tumultus, mouere.i. mouerunt mihi sæpe bilem.i. amaram indignationem, & sæpe iocum.i. iocosam irrisionem. Libera per vacuum, postquam reprehendit eos qui stulte imitari conati sunt, recitat conatus suoa dicens, Ego princeps.i primum locum tenens, posui vestigia libera.i. nulla imitationis lege arctata, & nō pressi pede meo aliena sup. vestigia, hoc est primus Lyrica carmina latine scripsi neminem Latinorum imitatus. nec in hoc reprehendendus, q.a dux qui fidit sibi.i. habet fiduciam in se reget examen .i. eductum agmen. Ego ostendi primus Latio.i. Italiæ, Iambos.i versus Iābicos, Parioa.i. Archilochioa. nam Archilochus Iambici carminis inuentor ex Paro insula fuit, secutus .i. imitatus, numeroa .i. mensuras pedum & syllabarum & animoa.i. vehementia spiritus, Archilochi, & non secutus res.i. materiam, aut argm̄, & verba agentia.i. impellentia ad suspendium Lycambem, socerum eius. Quia.n. Lycambes filiam desponsatam Archilocho retraxerat, scripsit in eum Iamboa acerrimos. ob quorum turpitudinem se & filiam suspendit, Ac, aut at, ne ornes me ideo breuioribus folijs.s. lauri, aut hederæ quod ego timui mutare modos .i. numeros & modulos, & artem carminis, ego sup. defendam me auctoritate. Nam Sappho mascula.i. virilis animi, temperat.i. moderatur Musam .s. Iambicam Archilochi, ipsius inuentoris pede.i. introductione noui pedis, Alceus. alius poeta Lyricus, etiam Lesbicus. temperat Musam Archilochi, existens dispar rebus & ordine, nec Alcæus quęrit socerum, sicut Archilochus Lycambem, quē oblinat.i. fœdat, atris.i. diffamatorijs versibus, nec nectit sponsæ suæ laqueum, quo cum patre strangularetur. Ego si dicen.i fidibus canens, hoc est Lyricus poëta, vulgaui nunc Latinis, aut potius legatur hunc vt sit vulgari Latinis hunc.s. Alcæū, quem in Odis præcipue imitatus est, non dictum prius latinis alio ore. iuuat.i. delectat, supp. Alcæum, ferentem .i. afferentē, & canentem immemorata.i. res non priua apud Latinos dictas, legi ingenijs, & oculis, & teneri manibus.i. gaudeo quod primus Alcæi inuenta latina fecerim. Si tu velis scire cur lector ingratus laudet, & amet domi .i. in secreto mea opuscula, & cur ipse iniquus premat.i. vituperet, extra limen.i. in cœtu multorum. Ratio sup. est, quia ego non venor .i. aucupor, aut capto, suffragia .i. assensum & approbationē, plebis ventosæ.i instabilis. impensis cœnarum.i. dando cœnas, & munere tritę vestis, hoc Persius sic, Calidum scis ponere sumen. Scis comitem horridulum trita donare lacerna. Et quia ego auditor nobilium scriptorum, non dignor vltro ambire.i. ambiēdo precari, grāmaticas tribus, & pulpita.i. non visito humiles præceptores, nec precor vt mea dictent hinc.i. ex hac occasione sup. ortæ sunt illæ lacrymæ .s. quas præ gaudio, & lætitia adulatores dum alia carmina audiunt, emittere fingunt. Vel hinc sunt illæ lacrymæ .i. hinc orta est indignatio multorum (& est Terentianum verbū ex Andria) si dixi, quod pudet me recitare scripta .s. mea, indigna spissis theatris .i. quæ in theatro recitentur, & pudet me addere nugis.i rebus, vilibus, pondus i. auctoritatem & approbationem, is sup. qui rogauit audire carmina mea, ait tu rides.i. derides & vilipendis me, tu seruas.i. reseruas ista sup. carmina tua, auribus Iouis .i. vt solus Iupiter ea audiat n. pro quia, tu fidis .i. fiduciam habes, te solū manare.i. leuiter effundere Poetica mella existens pulcher tibi.i. in oculis tuis. Ego (inq̃ poeta ad hæc) clamo.i. cum clamore rn̄deo quod formido vti naribus.i. iudicio nasutorum, hoc est acrium irrisorum & ego formido ne secer.i. liber meus secetur, acuto vngue, aut vngui, luctātia .i. contendētis contra carminum meorum approbatorea & recitatores, ego clamo, iste locus .s. theatri displicet, clamo inq̃, & posco diludia.i. dilationem & intermissionem ludorum. n. pro quia ludus.i. recitatio carminum in ludis theatralibus, genuit certamen trepidū & iram, & ira genuit truces inimicitias, & funebre bellum, id est cruentum. vt ergo in pace viuam refugio recitari.

LAudibus arguitur vini) Non adest hilaritas cū deest vinum, lāguet poëtarum ingenium ni vino calescat. Vnde refert Plut. in Symposiacis Æschilum suas comœdias potādo scripsisse. Excitat.n. vini calor inueniēdi vim quæ torpet nonnunq̃ in ieiunis, mouet phātasias, addit impetus subministrat fiduciā. in ꝓ pu. Non est Dithyrambus &c. [O imitatores ser.) Hic imitationis genus velut addictum ac seruile redit Hor. Itē Fab. nihil putat ad benedicendum inutilius, quam ita seruire pręceptis artis vt non ausis digitum latum ab illis discedere, si quādo causæ ratio postulabit. HOR. interp.

LOnga est Acronis nostri ab initio huius Epist. ꝑfatio. In qua inter cetera hic ait, trahens occasionē ipse Grauius ex Hom. & Ennio, Quasi vero Crat. quem græcū fuisse opinor, Enniū legerit. Paullo post Cato. Vtic. ait Cos. Rom. intōsa barba & capillis mansisse, vt terribilior appareret hostibus. Vtrūque demiror vbi Acron legerit, & Cos. fuisse, & ea de causa barbā nutrisse. Decipit exēplar vitijs imitabile. Manifeste amphibolon ꝓtulit. Intelligitur tn̄ Illud aūt quod statim sequitur, lectione variatum inuenio. Nam pro quod si, alij legunt quid si, & carmen totum sequens interrogatiue quod tamē enunciatiue quoque legi poterat. Item post aliquot versus, Hunc ego non alio dictum prius ore Latinis. Porph. commentarius de Arth. exponit, sed corruptum arbitror. Badius recte de Alcæo exposuit. GLAR.

## AD LIBRVM SVVM.



VERTVMNVM, Ianumque liber spectare videris:
Scilicet vt prostes Sosiorum pumice mundus.
Odisti claueis, & grata sigilla pudico:
Paucis ostendi gemis: & communiam laudas,

ASCEN. 

VERTVMNVM,) Argumentū iam patuit, alibiq. dictum est Vertumnum Deum bene vertendarum rerum esse. O Liber, tu videris spectare.i. aspicere Vertumnum & Ianum .i. templa illorum deorum iuxta quæ erat rerum mercatus, & potissimum librorum, hoc est videris mihi appetere exitum. Scilicet vt prostes.i. venalis exhibearis factus mundus .i. politus pumice.i. lapide cauernoso, quo libri poliuntur & leniguntur, Sosiorum, illorum bibliopolarum .i. vēditorum librorum. Tu odisti.i odio prosequeris, claues.i clausuras, & sigilla.i. signa clausurarum grata i. accepta pudico i. verecundo. Tu gemis.i. ægre fers, & conquereris, ostendi.i. quia ostenderis paucis &

Non ita nutritus. fuge, quò discedere gestis
Non erit emisso reditus tibi. quid miser egi?
Quid volui? dices: vbi quis te læserit. & scis
In breue te cogi: cum plenus langue amator.
Quod si non odio peccantis desipit augur:
Carus eris Romæ: donec te deserat ætas.
Contrectatus vbi manibus sordescere vulgi
Cœperis: aut tineas pasces taciturnus inertcis:
Aut fugies Vticam: aut vinctus mitteris Ilerdam.
Ridebit monitor non exauditus: vt ille,
Qui male parentem in rupeis detrusit asellum
Iratus. quis enim inuitum seruare laboret?
Hoc quoque te manet: vt pueros elementa docentē
Occupet extremis in vicis balba senectus.
Cum tibi sol tepidus plures admouerit aures:
Me libertino natum patre, & in tenui re
Maiores pennas nido extendisse loqueris:
Vt quantum generi demas, virtutibus addas.
Me primis vrbis belli placuisse, domique,
Corporis exigui, præcanum, solibus aptum,
Irasci celerem, tamen vt placabilis essem.
Forte meum si quis te percontabitur æuum:
Me quater vndenos sciat impleuisse decembreis:
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

& laudas cõmunia.i.publica loca, tu non es nutritus ita, hoc est ego non institui, nec educaui te talem, sed quia verbis meis audiens esse recusas, fuge sup. eo, quo gestis.i. nimium cupis discedere, sed reditus non erit tibi emisso.i. postquam emissus fueris. Et loquitur vt pater ad filiũ emancipari cupientem. Queritur liber quasi filius dolens a patre renunciari & abdicari. Quid ego miser egi? propter quod .s. mihi reditum vetes. Respondet Poëta. Tu dices quid volui &c. possunt tamen omnia esse verba Poëta. vt sit, Tu dices sup. aliquando pœnitentia ductus. Quid ego miser egi? quid volui sup. mihi (sicut in Buc. Eheu q̃d volui misero mihi &c.) Tu inq̃ dices hoc, vbi quis te læserit, & scis te cogi.i. contrahi in breue .i. in compendium, & non ex toto legi, cum amator plenus.i. satur de te. languet.i. languide te amat. quod si augur (de se loquitur Poëta).i. is qui vaticinatur hæc de te, non desipit .i. male sapit, odio sup. tui peccantis.i. rem indebitam petentis, tu eris carus Romæ donec ætas .i. forma iuuenilis, deserat te, vbi i. cum, cœperis sordescere.i. fieri sordidus contrectatus manibus vulgi, aut tu taciturnus pasces inertes tineas.i. abijceris in aliquem angulum, vbi tineæ te demolientur aut fugies Vticam .i. ad eam ciuitatem Asiæ celeriter mitteris aut tu vinctus .i pinguis, sed si (vt Acron sentit) minatur ex eo futuras opostographias .i. Epistolarum in tergo inscriptiones, ita quod Epistolæ inuoluantur in chartis vtlibus, vt custodiantur ab eis mundæ, melius legitur vinctus, quia in opostographijs colligantur Epistolæ, erant autem exercitus Romani, tunc Vticæ & Ilerdæ, mitteris inquam vinctus.i. cum chartis in te, ligatis. Ilerdam.i. ad eam ciuitatem Hispaniæ. Monitor non exauditus, ridebit.i. ego qui te nunc moneo, si non exaudior, ridebo cum tibi male successerit. vt.i. quemadmodum, ille .s. rusticus iratus, detrusit asellum male.i non parentem, immo contrarium facientẽ, in rupes. Cum enim asinus periculose ad præcipitium rupis iret, rusticus eum dirigens cœpit retrahere, at ille vt est obstinata bellua quanto magis retrahebatur, tanto instantius accessit. quod videns rusticus, iratus detrusit eum in præcipitium & quasi dicat Poëta id bene factum, subdit, Quis enim laboret seruare inuitum? q. d. nemo, hoc quoque .i. etiam hoc malum manet .i. expectat te, tibi haud dubie futurum, vt senectus balba .i. balbutiens, occupet te in extremis vicis, docentem pueros elementa.i. primas literas. Cum autem Sol tepidus .i. tempestas verna, admouerit tibi plures aures.i. plures pueros te audituros tu loqueris .i. dices. me natum patre libertino, & in re tenui .i. modica extendisse nido, maiores pennas .i. maiores opes, & euolasse vltra dignitatem meorum natalium (describit autem seipsum Cynice. vt dicit Porph. non dissimulans humilitatem generis sui) vt tu addas tantum virtutibus supp. meis, quantum demas generi, loqueri supp. me placuisse primis.i primoribus vrbis, & belli .i. in bello, & domi.i. in pace quæ, nos domi habitare finit, & loqueris me exigui.i. pusilli corporis, præcanũ.i. ante tẽpus canum, aptum Solibus.i. libenter apricantem, celerem irasci i. facilem ad iram & cito irascentem. tamen sic sup. vt essem placabilis. Si quis forte percontabitur i. interrogabit te, æuum meum .i. tempus ætatis meæ, is sup. sciat me, impleuisse quater vndenos Decembres.i. tot annos impleuisse, dico eo anno, quo Lollius duxit Lepidum collegam.i. sortitus est cum eo consulatum Romæ. & ita collega Lollij fuit Lepidus.

DOCT. interpr. Qui mare parcũm) In rupes ꝓtrudere, quadrabit in quosdam peruerso natos ingenio, qui cum ipsi non sapiunt, nolunt tñ bene consulentium monitis obtemperare. Natum a rustico quopiam, qui cum asinum suum per alpes niuibus obtectas duceret, isq́. fræno nõ obediret, iratus in rupes ꝓtrusit.

GLAR. Aut fugies Vticam, aut vinctus mitteris Ilerdam) Ac per hoc, inquit Porphyrion, bellorum ciuilium causa adhuc illic Romanum exercitum detineri significat. Hæc ille. Quę quàm vera sint non video. Nam nouennio ante, finis bello ciuili impositus erat ab Augusto, nisi ob timorem rursus nascentis belli illic detinebantur, quod videtur verisimile. [Me quater vndenos sciat impleuisse Decembres) Hi Coss. fuere anno ab vrbe cond. DCCXXXIII de q̃bus si subtraxéris annos DCLXXXIX. quando L Manlius Torquatus, Cum L. Aurelio Cotta Cos. fuit. & quando natus est Horat. vt in lib. iij. Carminum ipse cecinit poeta, O nata mecum consule Manlio relinquentur anni xliiij. ætas Horatij.

# Q. HORATII FLACCI EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS.



## AD AVGVSTVM.

*Tacite commendat se & Poetas Augusto, ratione reddita quod minus sæpe cum interpellauit suis literis.*



VM tot sustineas, & tanta negocia solus:
Res Italas armis tuteris: moribus ornes:
Legibus emendes: in publica cõmoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora Cæsar.
Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux
Post ingentia facta, deorum in templa recepti,
Dum terras, hominumq. colunt genus: aspera bella
Componunt: agros assignant: oppida condunt:
Plorauere suis non respondere fauorem
Speratum meritis. diram qui contudit hydram:
Notaq fatali portenta labore subegit:
Comperit inuidiam supremo fine domari.
Vrit enim fulgore suo qui prægrauat arteis
Infra se positas: extinctus amabitur idem.
Præsenti tibi maturos largimur honores:
Iurandasq tuum per nomen ponimus aras,
Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.
Sed tuus hic populus sapiens, & iustus, in vno
Te nostris ducibus, te Graijs anteferendo,
Cetera nequaquam simili ratione, modoq.
Aestimat: & nisi quæ terris semota, suisq.
Temporibus defuncta videt: fastidit, & odit,
Sic fautor veterum: vt tabulas peccare vetanteis,
Quas bis quinque viri sanxerunt, fœdera regum
Vel Gabijs, vel cum rigidis æquata Sabinis,
Pontificum libros, annosa volumina vatum,
Dictitet Albano musas in monte locutas.
Si, quia Græcorum sunt antiquissima quæque

ASCEN.



VM tot sustineas &c.) Excusat publica negocia & sacras occupationes Augusti, quod hactenus ad eum non scripserit. Ordo est. O Cæsar Auguste, cum .i. quandoquidem, tu solus sustineas .i. ne labantur sursum teneas, tot, & tanta negocia, cum videlicet tuteris .i. protegas armis & ornes moribus & emẽdes legibus, res Italas, hoc est Italicas & potissimũ Romanas ego peccẽ in publica cõmoda, si ego morer .i. occupem, tu tẽpa quę s. respub. impertis (nisi dicas tempora .i. aures, quæ ad tempora protendantur) longo sermone .i. multorum verborum Epist. Romulus auctor Romani Imperij, & Liber pater Indorum victor, & Pollux cum Castores fratres illi gemini inter Argonautas habiti, recepti post ingentia facta in templa deorum dum colunt terras, & genus hominum .i quãdiu cum hominibus versati sunt, dũ componunt .i. finiunt aspera bella, dum assignant .i. suos cuique tribuunt agros dum condũt oppida, plorauere .i. ægre tulerunt, fauorem speratum .i. quem sperauerunt assequi .i. applausum popularem, nõ respondere suis meritis, hoc est minorem meritis suis esse. Is sup. videlicet Herculea, qui contundit .i. contundendo (quasi claua id peregerit) superauit Hydram diram serpẽtem aquatilem, sæuam que (Fabulãtur enim debellasse cui pro vno capite contuso, aut amputato bina nascebantur, donec igni expugnata est quod ad historiã, quidam referentes, dicunt paludem fuisse, cui obstructo vno meatu bini exoriebantur, donec igni exiccatus esset) is ergo qui Hydram cõtudit, & qui subegit .i. superauit, nota portenta .i. duodecim monstra iam notissima, & hoc labore Fatali, quia in fatis erat sic eum ad cœlos venturum comperit .i. tandem compertum habuit, ac inuenit, inuidiam domari supremo, fine .i. morte, quia omnia monstra superare potuit, præter inuidiam. Enim pro quia, ille sup. qui prægrauat .i. opprimit, artes infra se posita .i. qui omnes artes sibi subiectas habet, vrit .i. incendit .s. inuidiam, suo fulgore .i. splendore, nominis sui, sed idem extinctus .i. mortuus amabitur. hoc est, nullus eorum qui in Deorũ numerum recepti sunt, potuit viuus inuidiam superare, vt meritos honores obtineret. quod tamen tibi datum est. Et ita taciter præfert Augustum ceteris in deos relatis. nam nos largimur tibi præsenti, id est adhuc viuenti, & inter nos conuersanti honores, scilicet diuinos maturo, id est opportunos. quia haud dubie Deus cognosceris. Et nos ponimus aras iurãdas .i. iuramento honorandas, hoc est apud quas iuremus per nomen tuum fatentes nil tale ortum, & nihil tale oriturum, alias, id est quouis alio tempore. [Sed tuus) Digreditur ad carpendum temerarium, iudicium populi in nouis poëtis, æstimandis. Ordo est. Sed hic tuus populus, scilicet Romanus existens sapiens & iustus in te vno, id est solo, anteferendo, id est præferendo te nostria ducibus .i. Romanis, & Graijs .i. Græcis, æstimat, id est appreciat, & censet, cetera, id est ceteras res nequaquam simili ratione, & modo quia cum te viuentem cuilibet defunctorum in bellica gloria præferat, quemlibet defunctorum poetarum ẽt optimo viuentium in poetica præfert, & fastidit, & odit supple omnia, nisi supple ea quæ videt se mota, id est separata & distantia, terris, id est per interualla terrarum, & defuncta suis tẽporibus, id est solos sepultos, aut longe distantes in ceteris commendant, existens sic fautor veterum, vt dictitet .i. passim dicat, & asserat Musas locutas esse in Albano monte, tabulas vetantes, id est prohibentes, peccare, id est leges duodecim tabularum, quas bis quinque, id est decem viri, sauxere, id est sanxerunt, & fœdera regum æquata, id est iuste & æque percussa. vel cum Gabijs, vel cum Sabinis rigidis, quia diu multumque Romanis restiterunt, libros pontificum, id est annales, & volumina vatum annosa, id est multorum annorum, hoc est vetera sanè. Si quia quæque antiquissima scripta Græcorum sunt vel, id est etiam optima: Romani scriptores pensantur, eadem trutina, id est iudicantur consimili examine, hoc est optimi esse, qui veterrimi, non est quòd loquamur multa, id est nollem multum cum talibus contendere, vt qui manifestissime falsa asserunt, ac si dicam, quod nil duri est intra oleam, & nil duri est in nuce extra, id est a parte exteriori, quia vtrunque falsum. Nam olea, id est fructus oleæ, hoc est bacca habet os, seu lapillum durum intus, & nux testam durum foris. Nos venimus, id est pertingimus (est enim præteriti temporis) ad summum, id est ad summam potentiam fortunæ, ita quod non possumus esse perfectiores, nos pingimus, atque psallimus & luctamur doctius, id est peritius ipsis Achiuis, id est Græcis, vnctis, id est oleo perfusis in palestra, id est nos omnia facimus melius quam Græci? quasi dicat cur ergo non meliora etiam Poëmata faciamus? Si dies, id est longæuitas, reddit Poëmata meliora, vt, id est quemadmodum reddit supple vina meliora, quæ de amicitia Cicero quoque optima prædicat. si sint veterrima,

ego

Scripta, vel optima: Romani pensantur eadem
Scriptore trutina: non est quod multa loquamur.
Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.
Venimus ad summum fortunæ. pingimus; atque
Psallimus; & luctamur Achiuis doctius vnctis.
Si meliora dies, vt vina, poëmata reddit:
Scire velim, pretium chartis quotus arroget annus.
Scriptor ab hinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos, veteresq; referri debet? an inter
Viles, atque nouos? excludat iurgia finis.
Est vetus, atque probus, centum qui perficit annos.
Quid? qui deperijt minor vno mense, vel anno:
Inter quos referendus erit? veteres ne poetas?
An quos & præsens, & postera respuet ætas?
Iste quidem veteres inter ponetur honeste;
Qui vel mense breui, vel toto est iunior anno.
Vtor permisso, caudæq; pilos, vt equinæ
Paulatim vello: & demo vnum: demo etiam vnum:
Dum cadat elusus ratione ruentis aceruі,
Qui redit ad fastos, & virtutem æstimat annis:
Miraturq; nihil, nisi quod Libitina sacrauit.
Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus,
Vt critici dicunt, leuiter curare videtur,
Quo promissa cadant, & somnia Pythagorea.
Neuius in manibus non est: & mentibus hæret
Pene recens: adeo sanctum est vetus omne poema.
Ambigitur quoties vter vtro sit prior: aufert
Pacuuius docti famam senis: Accius alti:
Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro:
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi:
Vincere Cæcilius grauitate: Terentius arte.
Hos ediscit: & hos arcto stipata theatro
Spectat Roma potens: habet hos, numeratq; poetas
Ad nostrum tempus Liui scriptoris ab æuo.
Interdum vulgus rectum videt: est vbi peccat.
Si veteres ita miratur, laudatq; poetas;
Vt nihil anteferat; nihil illis comparet; errat.
Si quædam nimis antique, si pleraque dure
Dicere credat eos: ignaue multa, fatetur:
Et sapit: & mecum facit: & Ioue iudicat æquo.
Non equidem insector: delendaq; carmina Liui
Esse reor: memini quæ plagosum mihi paruo
Orbilium dictare: sed emendata videri,
Pulchraq; & exactis minimum distantia, miror.
Inter quæ verbum emicuit si forte decorum, &
Si versus paullo concinnior vnus, & alter,
Iniuste totum ducit, venditq; poema.
Indignor quicquam reprehendi; non quia crasse
Compositum, illepideue putetur: sed quia nuper:
Nec veniam antiquis, sed honorem, & præmia posci.
Recte nec ne crocum, floresq; perambulet Attæ
Fabula, si dubitem: clament perijsse pudorem
Cuncti pene patres: ea cum reprehendere coner:
Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius egit:
Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt
Vel quia turpe putant parere minoribus: & quæ
Imberbes didicere, senes perdenda fateri.
Iam saliare Numæ carmen, qui laudat, & illud,
Quod mecum ignorat, solus vult scire videri:
Ingenijs non ille fauet, plauditq; sepultis:

ego velim scire quotus annus arroget .i. sibi vendicet pretium an scriptor qui decidit .i. mortuus est abhinc centum annos. debet referri inter perfectos & veteres, an inter viles atque nouos excludat finis, id est decisio huius quæstionis. iurgia, id est diffiniamus certum tempus quo quis perfectus sit. Responsio: Is qui perficit centum annos, est vetus atque probus. Ad hanc poëta, Quid sup. dices? is qui deperit minor .i. recentior vno mense, vel anno .i. cui deest vnus mensis, vel annus ad centenarium, inter quos est referendus? ne, pro an, inter supple poëtas veteres, an supp. inter eos, quos præsens ætas & postera respuit, id est refutat? Responsio populi, Quidem, id est certe, iste qui minor sup. centum annis breui mense vel toto etiam anno, ponetur honeste, id est decenter inter veteres. Addit Poëta. Ego vtor permisso .i. concesso, quod .s. vnus annus nihil auferat perfectioni, & vello & demo paullatim, vt sup. vellerem caudæ equinæ .i. alicuius equi, pilos, extrahendo eos singulos. demo inquam vnũ annum, & demo etiam vnum, id est alterum, dum, id est donec, is qui redit ad fastos, id est ad libros Fastorum, id est ad annales, in quibus habētur quæ quibusque annis gesta sunt, & qui æstimat, id est appretiat. & licetur annis, id est iuxta numerum annorum, virtutem & qui nihil miratur nisi quod Libitina .i. Dea quæ sepeliēdis corporibus præest, sacrauit, cadet (iur cadet) id est decidet ab eo quod probare vult, elusus, idest deceptus ratione aceruі, id est cumuli & numeri annorum, ruentis, id est decrescentis. Argumentum tale est, Si quis dicat Poëtas propter annos æstimendos esse, quæram quot annos velit habere iustum pretium, aut enim centum aut plures: Si centum, quæram an dempto vno anno perfectus erit, an non. Si non, ergo vnus annus dabit perfectionem. Si sic, iterum auferam annum & quæram vt prius, donec ad vnum annum deueniam, sicut (quod statim dicam) Sertorij miles veteranus fecit, aut rusticus concedens pueris vnum pilum extrahi ex cauda equi, & iterum vnũ donec nihil mansit in ea, tandem delusus est. Si plures, dicat quemuis numerum, & procedā vt prius. Videtur itaque alludere ad Commentum Sertorij. de quo Valerius Max. lib. vij. c. de Vafre dictis & factis dicit sic, Sertorius proscriptione Syllana dux Lusitanorum fieri coactus, cum eos oratione flectere non posset, ne cum Romanis vniuersa acie confligere vellent, vafro cōsilio ad suam sententiam perduxit. Duos enim in conspectu eorum constituit equos alterum validissimum, alterum infirmissimum, ac deinde validi caudam ab imbecillo sene paullatim carpi, infirmi a iuuene eximiarum virium vniuersam conuelli iussit. obtemperatum est Imperio, sed dum adolescentes dextera irrito se labore fatigat, senio confecta manus ministerium executa est. Tunc Barbaræ concioni quorsum ea res tenderet cognoscere cupienti, subiecit. Equi caudæ consimilem esse Romanum exercitum, cuius partem aliquis aggrediens opprimere possit, vniuersum conatus prosternere celerius tradiderit, victoriam quam occupauerit. Ita gens Barbara, aspera, & regi difficilis, in exitium suum ruens, quam vtilitatem auribus respuerat, oculis peruidit. Ennius &c. ostendit nō vetustissimum quenque esse continuo optimum poëtam. Quia Ennius existens & sapiens & fortis & alter Homerus, vt dicunt Critici, id est seueri & rigidi censores, videtur curare leuiter, id est vilipēdere, quo, id est inquam censuram, cadant promissa, id est ea quæ pollicitus est, & somnia Pythagorea, id est quibus somniauit, quod esset Pythagoras, vel secutus dogma Pythagoræ dicentis animam de corpore in corpus migrare, se accepisse Homeri animam. vt in Persio latius explicabimus, hoc est Ennius videtur parum curasse vt pollicita exhiberet, nihil enim aliud videtur dicere se animam Homeri somniando accepisse, & posse scribere carmina qualia Homerus scripsit, & tamen longe humiliora scripsit: Neuius poeta Comicus, non est in manibus, id est perijt, quod signum contemptus est, & hæret mentibus, id est in memoria hominum est, pœne recens supple est, id est statim punitio subsecuta est quod perijt. vel sic: Et pœna recens hæret, id est inhæret, mentibus, id est magnus dolor & mæror est ipsum intercidisse adeo, id est intantum, sanctum est omne Poëma vetus. Quoties ambigitur vter vtro sit prior, id est (vt diceret Velle) vter sit prior altero, id est quando de vetustate contenditur. Pacuuius aufert famam docti senis, id est dum disquiritur quis sit inter veteres doctus censendus, palma datur Pacuuio, & consimiliter Accius poëta aufert famam alti, id est altisoni, senis toga, id est fabula togata, Afrani .i. Afranij poëtæ veteris, dicitur conuenisse, id est similis fuisse, Menandro, idest comœdijs Menandri Plaut. dicitur properare, id est leniter fluere, ad exemplar Epicarmi poëtę.

Sic

Nostra sed impugnat: nos, nostraq; liuidus odit.
Quod si tam Græcis nouitas inuisa fuisset:
Quàm nobis: quid nũc esset vetus? aut quid haberet
Quod legeret, tereretq; viritim publicus vsus?
Vt primum positis nugari Græcia bellis
Cœpit: & in vitium fortuna labier æqua:
Nunc athletarum studijs, nunc arsit equorum:
Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amauit:
Suspendit picta vultum, mentemq; tabella:
Nunc tibicinibus, nunc est gauisa tragœdis:
Sub nutrice puella, velut si luderet infans:
Quod cupide petijt, mature plena reliquit.
Quid placet aut odio est, quod non mutabile credas?
Hoc paces habuere bonæ, ventiq; secundi.
Romæ dulce diu fuit, & solenne reclusa
Mane domo vigilare; clienti promere iura;
Cautos nominibus certis expendere nummos;
Maiores audire; minori dicere, per quę
Crescere res posset, minui damnosa libido.
Mutauit mentem populus leuis: & calet vno
Scribendi studio. pueri, patresq; seueri
Fronde comas vincti cœnant, & carmina dictant.

Siculi. Cecilius poëta Comicus dicitur vincere .i. superare reliquos, grauitate .s. sententiarum. Terent. dicitur vincere arte .i. obseruatione artis, & proprietate sermonis Roma potens, quia rerum domina .i. Romanus populus, ediscit hos iā dictos poëtas & spectat hos, stipata .i. compressa, arcto theatro .i. quod tantæ multitudini arctum videtur, cum aliter latum sit, & Roma habet .i. reputat, & numerat hos poëtas? q. d. alios .s. post natos non dignos nomine poëtæ. Vulgus videt interdum rectum .i. recte, aut quod rectum est, & id callide asserit, ne videatur improbare ꝙ prius dixit, ipsum recte de Augusto iudicare, quem cunctis principibus præfert. Loquitur tamen hic de iudicio in poëtis censendis. vnde addit, Et est vbi peccat, ab æuo Liui, pro Liuij Andronici .s. qui primus Romæ fabulam dedit vsque supp. nostrum tempus. Si sup. vulgus miratur, & laudat ita veteres poëtas, vt nihil anteferat .i. præferat, & nihil comparet .i. comparat, & æquale putet illis, errat .i. male iudicat Sed sup si credit (aut credat) eos .s. antiquos poëtas dicere quædam nimis antique, & pleraque .i. valde multa nimis dure, & si fatetur eos dicere multa ignaue .i. segniter & negligenter, ipse sapit & facit mecum .i pro sententia mea, & iudicio existente æquo .i propitio, nec auferente verum iudicium, vel Ioue æquo .i cum Ioue qui æquus est, vt Æn. vj aut æquus amauit Iupiter. De Comicorum autem præstantia dicit A. Gellius lib noctium Attic xv. cap. xxiiij. Sedigitus in lib. quem scripsit de poetis, quid de ijs sentiat, qui Comœdias fecerunt, & quem præstare ex omnibus ceteris putet, ac deinceps quo quenque in loco & honore ponat, his versibus suis demonstrat. Multos incertos certare hanc rem vidimus, Palmam poëtæ Comico cui deferant. Eum me iudice errorem dissoluam tibi. Contra vt si quis sentiat nihil sentiat, Cecilio palmam statuo de Comico. Plautus secundus facile exuperat ceteros. Dein Neuius qui seruet pretio in tertio est. Si quid quarto detur dabitur Licinio. Post insequi Licinium facio Attilium, In sexto cōsequitur hos Terent. Turpilius septimum Trabea octauum obtinet. Nono loco esse facile facio Luscium: Decimum addo antiquitatis causa Enniũ. Hæc ille. Non equidem insector, quia acerbius in Liuium Andronicum locutus videri potest, purgat se poeta dicens, se nō insectari carmina Liuiana, nec censere ea esse delenda, aut penitus abolenda, quandoquidem ea sub Orbilio, grammatico aliquando didicerat. Quibus verbis duo innuit alterum honorem esse exhibendum præceptori, vt qui ea damnare noluit, qui præceptori aliquando placuisse nouit. Placuisse autem Orbilio Liuiana carmina ex ea re probat, quod ea discipulis suis dictarit .i. scribenda, & ita discenda legerit, quod non fecisset nisi ea bona censuisset. Sunt enim præceptores (vt Quintil. & vere, & præclare censet) animorum parentes, ideoq nil nisi sanctum docere vellent quocirca Persius magnifacit quenquam fuisse dictatum pueris, dicens Satyra prima. Ten' Cyrratorum centum dictata fuisse, Pro nihilo pendas? Alterum est honorem quoque doctrinæ & eius auctori exhibendum, oportet n. (vt Aristoteles in Elenchis censet) addiscentem credere. Quin adeo (vt in sanctis literis August. legit) nisi credideritis non intelligetis. vnde magna orta sunt discipulorum pro doctrina præceptorum suorum certamina. Poëta tamen noster, qui dixit, Se iuratu-rum in nullius verba magistri, non sic Liuiana carmina probat, vt etiam vitia excuset, quod Seneca faciundum sic commemorat: Non te moueat, inquit, dicentis auctoritas, sed quid dicatur attende. Sunt præterea duo grammaticis annotanda, quorum prius est, que syllabam communem esse, hoc est modo longam, modo breuem. Nam breuem esse in concesso est, produci autem constat Æn. iij. Liminaq;, laurusq; Dei, &c. & hic meminiq; Plagosum, alioquin Trochæus pro spondeo poneretur. plagosus autem quod a plagis pro vulneribus descendit

primam producit. Alterum est, Memini verbum recte cum verbo præsentia temporis construi. vt hic, Memini dictare. Et quidem frequentius, & (vt multi volunt) rectius, licet in Raudensem id Valla negat, quam cum præterito. Sed ordo est: Equidem .i. ego quidem, non insector, id est persequor, carmina Liui .i. Liuij, & non reor carmina Liuij esse delenda, que, pro &, memini Orbilium: Beneuentanum grammaticum, seu ludi magistrum, plagosum .i. multas plagas, & vibices facientem, dictare .i. pronunciare, & interpretari mihi paruo, sed ego miror ea videri emendata .i. sine mendis, pulchra & distantia minimum, id est in minimo discrimine, exactis, id est ab exacte factis. (Aduerte præter iam dicta minimum esse aduerbium superlatiuum, minime negantium. Quod enim minimum distat, distat quidem sed maxime parum, quod minime, non distat) inter quæ scilicet Poëmata Liuij, si forte verbum decorum emicuit, & si vnus & alter versus concinnior, id est consonantior, paullo .i. modico, quam ceteri, supple emicuit indignor totum poema duci & vendi iniuste .i. vltra valorem, & indignor quicquam reprehendi non quia putetur compositum crasse, ve, pro vel illepide, sed quia putatur compositum nuper, id est non multo ante .i. ideo solum reprehendi, quia non diu compositum, & indignor non veniam posci antiquis .i ꝙ non petatur ignoscere antiquitati, vtpore rudi adhuc & incultæ, sed præmia & honorem supple posci .i. ideo aliqua honorari, ꝙ antiqua, etiam si bona non sint, & noua iccirco reprehendi, quia noua etiam si bona sint. Si ego dubitem an sup. fabula Attæ Tragędiarum, aut Comœdiarum scriptoris (ſm Acc.) aut Togatarum secundùm Porphyr. qui fabulam Materteras inscribi dicit, vt iam vidimus. Sane Cœlius lib. xiiij. cap. lix. quædam ad huius loci, propterea quòd libri non extant, obscuri elucidationem affert, dicens. Sciendum in theatri scenæq; delicias flores item obiecisse, atque crocum & odoramenta, præcipue cum agerentur fabulæ id, quod per obscure in epistolis significat Horat. cum de Atta Comico Poëta meminit, his versibus. Recte nec ne crocum &c. Est apud Lucilium Attæ cuiusdam mentio. Muginamur, inquit, molimur subducimur Atta. Hæc ille. Secundùm igitur Acr. & Porph. sensus est, An fabula Attæ perambulet, id est perambulando ad vnguem describat, recte .i. decenter, nec ne .i. an non (cum tamen indecenter tantam digressionem fecerit) crocum & flores. Secundam Cœlium vero perambulet, id est peragendo fabulam ambulet, per crocum, & flores sparsos per proscænium ac theatrum, nec ne, id est an non, cuncti pene patres clament pudorem perijsse (hoc Persius sic:

Frontem de rebus clamet
Melicerta perisse.)

Nusquam esse verecundiam, cum iuuenes seniores reprehendant. (Et bene patres quia quisque qua via institutus est suos ire cupit, quæ res hodie quoque multis perniciem affert) cum, id est quandoquidem, ego coner reprehendere ea, quæ Æsopus .s. Tragœdiæ. actor, per quem actionem Tull. in dicendo emendauit aut quæ Roscius doctus, id est peritissimus fabularũ actor egit, vel quia ducunt, id est censent, nil rectum nisi quod placuit sibi, vel quia putant turpe parere, id est obedire & concedere minoribus, & senes fateri perdenda, id est destruenda, quæ ipsi imberbes, id est adhuc impuberes didicere. Ille qui iam laudat carmen Saliare Numæ .i. quod Numa Pompilius religiosissimus Rom. rex docuit Salios sacerdotes Martis cantare dum saliendo ancilia ferrent, & qui laudat illud quod ignorat mecum .i. sicut ego, & vult videri scire solus, ille inquam non fauet, que, pro &, non plaudit .i. applaudit, sepultis scilicet veteribus, sed impugnat nostra, & ipse liuidus .i. inuidus, odit nos & nostra .s. opera. quod si nouitas fuisset tam, id est tantum inuisa Græcis, quam,

id est quantum nobis, quid esset nūc vetus aut quid haberet quod legeret, & quod publicus vsus tereret.i.attereret vsu: viritim .i. per singulos viros ? q.d.nihil, quia primi non extant, & sequentes non scripsissent. vt primum Græcia cœpit nugari.i.inconditæ scribere, bellis positis.i.sedatis. & vt primum cœpit labier.i.labi, in vitium.s.cessationis, & luxuriæ, æqua.i.prospera fortuna.i. per prosperam fortunam, ipsa arsit.i.efferbuit nunc.i.aliquando studijs Athletarum i.pugilum ad Agonem certatitium, vnde sunt Isthmici & Olympici ludi instituti, nunc studijs equorum, nunc amauit fabros marmoris, aut eboris, id est sculptores, & suspendit vultum, & mentem, id est vitalem vultum in imaginibus (de quibus vj. Æneid.

*Excudent alij spirantia mollius æra:*
*Credo equidem viuos ducent de marmore vultus.*)

In tabula picta, & ipsa est gauisa nunc tibicinibus, & nunc Tragœdijs.i.Tragœdiarum actoribus, velut si.i.ac si puella infans luderet sub nutrice, & reliquit matura.i.tempestiue, plena.i.iam satura, aut potius iam plenis nubilis annis, illud quod petijt cupide, vt pupas, hnc est instabilis videtur Græcia fuisse, vt puellaris animus, sed Varium & mutabile semper fœmina, Quid placet, aut quid est odio .i. displicet, quod non credas mutabile? q.d. nihil. Paces bonæ, & venti secundi .i. prosperi successus græcorum, habuerunt huc .i. huiusmodi inconstantiam. Dulce & solenne fuit diu Romæ vigilare mane domo reclusa .i. aperta salutatoris, & studere ipsos inuenturis, & promere clienti more pragmaticorum iura, & expendere.i.ad vsuram dare nominibus.i. debitoribus, rectis.i.iustis, quibus recte credantur, aut certis .i. à quibus certa expectanda sit solutio. Porph. certis legit, quorum nomina inscribuntur nummos cautos.i.caute datos audire maiores, & dicere minori, per quæ res posset crescere. Et libido.i. indulgentia corporis, quæ otio crescit, damnosa i.damni plurimum rebus afferens, posset minus, sed populus leuis .i. inconstans, mutauit mentem, & calet.i.feruet, vno.i.solo studio scribendi, & pueri & patres seueri cœnant vncti comas fronde.s.lauri, aut ederæ, & dictant .i. scribenda pronunciant carmina. Aduerte alios legere certis nominibus.

Ipse ego, qui nullos me affirmo scribere versus:
Inuenior Parthis mendacior: & prius orto
Sole, vigil calamum, & chartas, & scrinia posco.
Nauem agere ignarus nauis timet. abrotanum ægro
Nō audet, nisi qui didicit, dare. quod medicorum est,
Promittunt medici. tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti, doctiq. poemata passim.
Hic error tamen, & leuis hæc insania, quantas
Virtutes habeat, sic collige. vatis auarus
Nō temere est animus: versus amat: hoc studet vnū:
Detrimenta, fugas seruorum, incendia ridet:
Non fraudem socio, puero non cogitat vllam
Pupillo: viuit siliquis, & pane secundo:
Militiæ quanquam piger, & malus, vtilis vrbi.
Si das hoc, paruis quoque rebus magna iuuari:
Os tenerum pueri, balbumq. poeta figurat:
Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem:
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Asperitatis, & inuidiæ corrector, & iræ.
Recte facta refert: orientia tempora notis
Instruit exemplis: inopem solatur, & ægrum.
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret vnde preces, vatem ni musa dedisset?
Poscit opem chorus, & præsentia numina sentit:
Cœlestes implorat aquas docta prece blandus:
Auertit morbos: metuenda pericula pellit,
Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum.
Carmine dij superi placantur, carmine manes.
Agricolæ prisci, fortes, paruoq. beati
Condita post frumenta, leuantes tempore festo
Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem,
Cum socijs operum, & pueris, & coniuge fida
Tellurem porco, Siluanum lacte piabant,
Floribus & vino Genium memorem breuis æui.
Fescennina per hunc inuenta licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit,
Libertasq. recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter: donec iam sæuus apertam
In rabiem verti cœpit iocus: & per honestas
Ire domos impune minax. doluere cruento
Dentes lacessiti. fuit intactis quoque cura
Conditione super communi. quin etiam lex,
Pœnaq. lata, malo quæ nollet carmine quenquam
Describi. vertere modum, formidine fustis
Ad benedicendum, delectandumq. redacti.

ASCEN. IPse ego,) Prosequitur quod inceperat, ostensurus commoditates habeant carmina. Ordo est. Ego ipse qui affirmo.i.si affirmem me nullos scribere versus, inuenior.i.inueniar, mendacior Parthis, hoc ait Satyrice in Parthos, & ingratulationem Augusti, & ego vigil prius Sole orto.i.prius quam Sol oriatur, posco calamum, & chartas, & scrinia .i. capsas librorum. Ignarus nauis.i.artis nauigandi, timet agere i gubernare nauē, qui non didicit dare ægro abrotanum.i.talem herbam ad medicamentum, non audet dare, quia medici promittunt quod medicorum est, fabri tractant fabrilia .i. vnusquisque id, quod didicit, sed nos docti, & indocti scribimus passim .i. sine discrimine, Poëmata, Sic in Arte, qui nescit versus tamen audet. Tn̄ collige sic, quas virtutes.i.cōmoditates habeat hic error & hæc leuis insania, quæ est in faciendis carminibus. Animus vatis.i.poëtæ, nō temere.i.ferè nunquam est auarus ipse amat versus, & studet sup. efficere hoc vnum .i. solos versus & ridet .i. facile patitur, detrimenta.i.amissiones rerum, vt fugas seruorum & incendia, domuum .s. Non cogitat vllam fraudem socio, ve pro vel (producitur aūt sicut priusq., quia, s̄m Seruium monosyllaba cōia sunt) puero pupillo, viuit siliqs .i.leguminibus & secundo pane .i. cuius flos farinæ excussus est, & quanquam est piger & malus .i.inutilis militiæ. est tn̄ sup. vtilis vrbi, si das.i.concedis hæc magna.s.quæ ad rem, spectant, iuuari quoque i.etiam paruis rebus. Poëta figurat.i.format tenerū & balbū os pueri, torquet.i.arcet, aurem.s.pueri, iam nunc ab obscœnis.i.turpibus sermonibus & format.i.iformat, mox.i.paullo post ēt pectus pueri. amicis.i.vtilibus p̄ceptis, existens corrector asperitatis, & īuidiæ & iræ, est n. poetæ professio, humanitatis studium, & refert.i.memoriæ commendat recte facta, & instruit.i. disponit, tp̄a orientia.i.futura, exēplis notis.s.rerum præteritarum, solatur.i consolatur inopē & ægrū. vnde discederet puella ignara mariti cum castis pueris, preces.i.orationes ad deos, nisi Musa dedisset vatē.i.poëtam, qui hymnos & laudes deoℜ compo suisset? q d. á nullo. Chorus q in Tragœdijs & Comœdijs olim erat & adhuc in templis est, poscit.s deos, opem.i.auxilium, & sentit numina p̄sentia.i.cito auxiliantia, & chorus blandus implorat aquas cœlestes.i.pluuia, p̄ce docta.i.a poëtis tradita, & auertit morbos, & pellit pericula metuenda, & impetrat pacem, & annum locupletem.i.abundantē frugibus. Dij superi placantur carmine, & Manes.i dij iferi placantur, & pacificantur carmine. Agricolæ prisci.i.veteres, existētes fortes ad subeundos labores & resistendum auaritiæ, & beati, qs contenti paruo.i.modicare, leuātes.i.recreantes corpus tp̄e festo.s.Compitalitioℜ aut Ambaualioℜ post frumenta cōdita .i.reposita in horreis suis, & leuātes ip̄m animum ferentem.i.patientē, dura.i.duros labores, spe finis, piabāt.i.placabant cū pueris socijs operū, & cum coniuge fida tellurē porco (quidam portò legunt, sed quia tellus Ceres est, cui porca offertur dicit. Lād. porcū pro porca dictu) & Siluanum deum siluarum lacte, & piabāt Genium.i. Deum gn̄ationis & naturæ suæ, memorem.i.memores facientē aut lege memores.s.ipsi agricolæ breuis æui piabant Genium floribus & vino. Licentia Fescenina.i fabula qua Fescenini iocosa conuitia in festis suis obijciebant, inuenta per hunc morem fudit.i.expuit rustica opprobria.i.cōuitia, versibus alternis.i.alterne prolatis, & liberta accepta .i. approbata, per annos recurrentes.i.celeriter redeuntes, lusit amabiliter, donec iam sæuus iocus cœpit verti in apertā rabiem, & cœpit ire minās.i.minabundus, impune.i.passim, & sine discrimina, aut pœna, p

domos

domos honeſtas. Laceſſiti.ſ.ho-neſti viri, dente cruento .i. diffamatorio, doluere.i.doluerunt, & cura.i.cautio, fuit quoque.i. etiā intactis.i.non laceſſitis ſuper .i. de communi conditione .i. quia potuiſſent, & ipſi cargi quinetiā lex puniendi eſt lata, quæ nollet, quenquam deſcribi malo.i. diffamatorio carmine, & ita talium carminum compoſitores vertere .i. verterunt modum.ſ.ſcribē-di, & hoc formidine fuſtis, id eſt quia verebantur fuſtigari, redacti.i.conſtricti ſi vellent ſcribere ad benedicendum, & ad laudandum (Valla negat ſe legiſſe apud idoneos benedico compoſitum, quod hic tamen videtur) Græcia capta .i. ſuperata armis Romanis, cœpit.i. fabulis ſuis illaqueauit ferum victorem, & pro .i. intulit Latio agreſti .i. in Latium agreſte, artes .i. verſuum condendorum, & ſic numerus ille Saturnius .i. qui à Saturno vſque ſeruatus erat, horridus .i. incultus, hoc eſt rudis compoſitio carminum, defluxit.i in deſuetudinem abijt, & munditiæ pepulere virus graue .i.venenoſam raptionem, ſed tamen veſtigia ruris .i. ruſticitatis, manſerunt in longum æuum. que, pro &, manent hodie. Enim, pro quia ſup. R. P. admouit ſerus.i. tarde acumina ingenij ſui, chartis .i. libris græcis, & quietus poſt Punita .i. Carthaginenſia, aut Carthaginenſia bella, cœpit quærere.i.inquirere, quid vtile Sophocles, & Theſpis, & Æſchylus, Tragœdiæ, & veteris Comœdiæ ſcriptores, ferrent .i. afferrent, & tentauit .i. attentauit, quoque i. etiam, rem, ſi .i. an poſſit vertere .i. transferre, digne .i. decenter, & placuit ſibi .i. ſe approbauit, exiſtens ſublimis, & acer, natura i. per naturam. Nam ſpirat .i. efflat, Tragicum ſupp. carmen, & audet ſatis feliciter, ſed putat lituram .i. caſtigationem, & emendationem turpem in ſcriptis ſuis, & meruit ſup. eam. Et ita (qđ in arte latius viſum eſt) vult Romanis non minus eſſe ingenij, nec ſpiritus poëtici, quam græcis (cum tamen dixerit in Arte, Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo Muſa loqui, præter laudem nullius auaris) minus tamen eſſe diligentiæ, quæ res acri, & Martio ingenio fere vitio datur. Raro .n. vehemens ſpiritu caſtigationis moram admittit. Creditur &c. hic oſtēdit quo modo Latini conati ſunt Comœdias græc. transferre, & quid difficultatis ille conatus habet dicens longe plus habere difficultatis q̃ videatur, præſertim ſi decorum obſeruetur. Quin adeo in arte cenſuit ad id laborandum ſcribenti Comœdiam, vt facile videatur poſſe imitari, cum ſit difficillimū. Verba eius

Græcia capta, ferum victorem cepit: & artes
Intulit agreſti Latio. ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius: & graue virus
Munditiæ pepulere. ſed in longum tamen æuum
Manſerunt, hodieq. manent veſtigia ruris.
Serus enim Græcis admouit acumina chartis:
Et poſt Punica bella quietus, quærere cœpit,
Quid Sophocles, & Theſpis, & Aeſchylus vtile ferrēt.
Tentauit quoque rem ſi digne vertere poſſet:
Et placuit ſibi natura ſublimis, & acer.
Nam ſpirat tragicum ſatis: & feliciter audet:
Sed turpem putat in ſcriptis, metuitq́ lituram.
Creditur, ex medio quia res acceſſit, habēre
Sudoris minimum, ſed habet comœdia tanto
Plus oneris, quanto veniæ minus. aſpice, Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis ephæbi:
Vt patris attenti, lenonis vt inſidioſi:
Quantus ſit Dorſennus edacibus in paraſitis:
Quàm non adſtricto percurrat pulpita ſocco.
Geſtit enim nummum in loculos dimittere, poſthac
Securus cadat, an recto ſtet fabula talo.
Quem tulit ad ſcenam ventoſo gloria curru,
Exanimat lentus ſpectator; ſedulus inflat.
Sic leue, ſic paruum eſt, animum quod laudis auarum
Subruit, aut reficit. valeat res ludicra ſi me
Palma negata, macrum; donata reducit opimum.
Sæpe etiam audacem fugat hoc, terretq́. poetam,
Quod numero plures, virtute & honore minores,
Indocti, ſtolidiq́., & depugnare parati,
Si diſcordet eques: media inter carmina poſcunt
Aut vrſum, aut pugiles. his nam plebecula gaudet.
Verum equitis quoque iam migrauit ab aure voluptas
Omnis, ad incertos oculos, & gaudia vana.
Quattuor aut plures aulæa premuntur in horas:
Dum fugiunt equitum turmæ, peditumq́ cateruæ.
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis.
Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naues:
Captiuum portatur ebur, captiua Corinthus.
Si foret in terris, rideret Democritus: ſeu
Diuerſum confuſa genus panthera camelo,
Siue elephas albus vulgi conuerteret ora:
Spectaret populum ludis attentius ipſis,
Vt ſibi præbentem mimo ſpectacula plura.
Scriptores autem narrare putaret aſello
Fabellam ſurdo. nam quæ peruincere voces
Eualuere ſonum, referunt quem noſtra theatra?
Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuſcum:
Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur, & artes,
Diuitiæq́. peregrinæ. quibus oblitus actor
Cum ſtetit in ſcena: concurrit dextera leuæ.
Dixit adhuc aliquid? nil ſane. quid placet ergo?
Lana Tarentino violas imitata veneno.
Ac ne forte putes me, quæ facere ipſe recuſem,
Cum recte tractent alij; laudare maligne:
Ille per extentum funem mihi poſſe videtur
Ire poeta: meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, falſis terroribus implet,
Vt magus, & modo me Thebis, modo ponit Athenis.
Verum age, & his, qui ſe lectori credere malunt,
Quàm ſpectatoris faſtidia ferre ſuperbi:

illic ſunt. Ex noto fictum carmen ſequar, vt ſibi quiuis. Speret, idem ſudet multum fruſtraq. laboret. Auſus idem tantum ſeries, iuncturaq. pollet, Tantum de medio ſumptis accedat honoris. Fatetur tamen hæc poëta, quia comœdia habet argumentum de medio ſumptum, facilem habere inuentionem, ſed tanto maiorem deſiderare diligētiam, vt non peccetur, quia in re facili vitatu peccans deteſtabilius peccat quam in difficili. Ideoq. Plautus ſummopere laudatur, qui decorum anxie obſeruauit, damnatur contra Dorſenninus (aut Dorſennus) q. auaritiæ ſtudens ipſum neglexit. Ordo eſt. Comœdia creditur habere minimum.i.maxime parum, ſudoris i molíminis & laboris, at difficultatis, quia res i.argumētū, acceſſit .i. non excogitatur. ſed vltro videtur aduenire, ex medio .i. ex conſuetudine viuendi omnibus communi, vel quia quiſque ad libitum argumentum ſibi fingere poteſt. Sed ipſa Comœdia habet tanto plus oneris, quanto minus veniæ quia qui in re facili peccat, imperitior videtur quam qui in difficili. Aſpice quo pacto Plautus tutetur i defendat aut conſeruet iuxta decorum, partes i. munus ephæbi .i. adoleſcentis amatoris, vt.i.qualiter tutetur ſup. partes patri attenti, ſup. ad rem, vt tutetur partes lenonis.i. meretricum productoris, inſidioſi i. multas inſidias adoleſcentiæ imperitæ ponentis. Quantus ſup. ſit Dorſenninus (aut Dorſennus) in paraſitis edacibus.i. aſſidue comedere volentibus, & quam .i.quantum non aſtricto.i.diſſoluto ſocco .i. comico ſtylo, percurrat pulpita .i. quantū incōditas Comœdias p̄cipitanter emittat. Enim, p̄ quia geſtit .i. immodeſte cupit, ita q̄ geſtu deſideriū ſuū p̄dat demittere (aut dimittere) nūmū in loculos .i. in ſacculum pecuniarū, hoc eſt q̄a nimis attentus eſt ad lucrū cupit potius multū q̃ bene ſcribere, exiſtēs ſecurus.i. ſine cura, hoc eſt non curans, an fabula cadat .i. diſpliceat, an ſtet recto talo.i.an placeat, & decorum ſeruet. Spectator lentus.i. ſegnis, & non attentus exanimat.i. emori facit eū ſup. quē gloria.i. affectatio gloriæ, tulit.i.vexit, ad ſcenā .i. ad locum vbi ſabulæ aguntur, curru ventoſo.i.leui & vano, ſeu inani, & ſedulus ſpectator inflat eum. Sic.i.ita leue.i.parui ponderis ac momenti, & ſic paruum eſt quod ſubruit, aut reficit animū auarum, id eſt cupidum laudis. Valeat, id eſt diſcedat à me, & relinquatur res ludicra, id eſt ſcenica, ſi palma negata reducit me macrum & ſi palma .i. victoria donata reducit me opimum. hoc etiam quod ſequitur, & terret,

Curam redde breuem: si munus Apolline dignum
Vis complere libris: & vatibus addere calcar:
Vt studio maiore petant Helicona virentem.
Multa quidem nobis facimus mala sæpe poëtæ:
Vt vineta egomet cedam mea: cum tibi librum
Solicito damus, aut fesso: cum lædimur, vnum
Si quis amicorum est ausus reprendere versum:
Cum loca iam recitata reuoluimus irreuocati:
Cum lamentamur, non apparere labores
Nostros, & tenui deducta poëmata filo:
Cum speramus eo rem venturam, vt simulatque
Carmina rescieris nos fingere; commodus vltro
Accersas; & egere vetes; & scribere cogas.
Sed tamen est operæpretium cognoscere, quales
Aedituos habeat belli spectata, domiq.
Virtus, indigno non committenda poëtæ.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Cherilus: incultis qui versibus, & male natis
Rettulit acceptos, regale numisma, philippos,
Sed veluti tractata notam, labemq. remittunt
Atramenta: ferè scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt. idem rex ille, poëma
Qui tam ridiculum, tam care prodigus emit:
Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellem,
Pingeret: aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia. quod si
Iudicium subtile videndis artibus illud
Ad libros, & ad hæc musarum dona vocares:
Bœotum in crasso iurares aëre natum.
At neque dedecorant tua de se iudicia, atque
Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt:
Dilecti tibi Virgilius, Variusq. poëtæ:

ret sæpe audacem poëtam, quod plures numero vt plebei, & minores .i. pauciores (à parum .n. venit) honore vt poëtæ indocti, parati depugnare .i. contendere de laude fabularum, si eques .i. dignitas equestris, discordet .i. inter se dissentire videatur, ac non ex toto approbare ipsi poscunt inter agendum, priusquam fabula ad medium producta sit, aut vrsum .i. spectaculum vrsi, aut cum vrso luctanteis, aut pugileis .i. gladiatores. Nam plebecula .i. indoctus populus, gaudet his .i. huiusmodi spectaculis. quod Teren. quoque in Prologis se expertum conqueritur. Verum equitis quoque, dolet Poëtę etiam equites transtulisse voluptatem ab auribus ad oculos .i. ab auditu ad visum, cū incertum dicit, & gaudia vana parere. vnde & Maro Æn. j. Animum pictura pascit inani. Dicit incertos autem oculos, quia fascinantur, & decipiuntur, aut ꝙ vagi & inconstantes sunt, leuiq. momento huc, illuc ue impelluntur. Plaut. tamen certius putat quod visum quam auditum est, dicens, Plus valet oculatus testis vnus, quam auriti decem. Ideo autem de equitibus dolet, quia scit plebem inconstantem. vnde j. Carm. Hunc si mobilium turba Quiritium. Et Maro Æn. ij. Scinditur incertum studia in cōtraria vulgus. Ordo est. Verum .i. sed, omnis voluptas .i. delectatio equitis, migrauit i. transiuit, quoque .i. etiam, ab aure .i. auditu, ad oculos incertos .i. vagos, aut fallibiles, & vana gaudia .i. equites quoque delectantur nunc magis in spectandis iucundis & vanitatibus, quam in audiendis pulchris & decoris rerum verborumq. concentibus. Aulæa .i. vela, aut tapeta suspensa, vbi fabulæ aguntur, premuntur .i. stringuntur & impediuntur occultantur, non habent locum in iiij aut plures horas, dum turmæ equitum, & cateruæ peditum, fugiunt .i. nolunt amplius interesse. Fortuna .s. aduersa eorum, videlicet superatotum trahitur mox .i. paullo post, manibus retortis .i. post terga ligatis, esseda .i. vehicula Belgica, pilenta petorita, naues .i. omnia vehicula quibus victi aduecti sunt, festinant .i. festinanter introducuntur, hoc est cessante, & intermissa Comœd. repræsentantur captiui ad gloriam eorum, qui illos ceperunt vt ebur captiuum i. raptum ab Indis captiuis portatur .s. in spectaculum triumphi simulati, & Corinthus ciuitas illa in Achaia olim ditissima, seu opulentissima, vt prius visum est, supp. portatur in triumphum, hoc est vasa, aut signa ex ære Corinthio portantur Democr. philosophus ille (qui quicquid videret, quia omnia vanitatem iudicabat, ridebat, sicut Heraclitus flebat) rideret si foret in terris (hunc locum sumpsit Iuuen.) seu .i. siue, panthera confusa .i. commixta camelo, appositotie genus aduersum .i. inter se distinctum, & siue elephas albus conuerteret .i. ad se traheret ora vulgi. Pantheram confusam camelo, Angelus Polit. Miscell. cap. iij. Camelopardalim vocari docet, eo quod Græci Pantheram pardalim vocent, notatq. ibidem eiusdem figuram, quam se vidisse dicit, a Sultano Laurentio Medici dono missam. de qua sic Beroald. Est autem Camelopardalis collo similis equo, pedibus & cruribus boui, capite camelo albis maculis rutilum colorem distinguentibus, vnde appellata Camelopardalis, nabuna Æthiopes uocant, vt auctor est Plin. in viij. nat. hist. hoc est illud animal, quod Italici lingua vernacula girapham appellant. Scribit Albertus Magnus lib. xxij. de animalibus, suis temporibus Federicum Imperatorem Camelopardalim secum habuisset, & hac tempestate Florentiæ visa est dono missa Laurentio Medici à rege Ægyptiaco. Sensus Horatij est, Risutum fuisse Democritum cui omnia mortalia ridenda videbantur, sicuti Heraclito flenda si P. R. stupere vidisset aspectu Camelopardalis, & huc ideo dictum est, quia Plinio, atque Solino auctoribus, primum visa fuit Romæ ludis Circēsibus Cæsaris dictatoris. Auctor est Iulius Capitolinus fuisse Romæ sub Imperatore Camelopardales decem. Errant qui existimant ab Horatio significari Camelū, cum panthera confusa camelo doctissima periphrasi pro Camelopardali accipienda sit, quæ (vt diximus) ex maculis pantheræ, & capite camelino formatur & ita cum camelo genus panthera confundit. Rideret dico Democritus, quia spectaret populum attentius ipsis ludis .i. quam ipsos ludos .i. plus cogeretur ridere ob stultitiam populi, quam propter spectacula ludorum, spectaret in quam populum, vt prębentem .i. tanquam eum qui præberet plura spectacula mimo .i. quam ipse mimus fabulam agens. putaret autem scriptorea narrare fabellam asello surdo, eo quod populus neque attenderet, neque si qui vellent attendere possent. Nam quæ voces eualuere .i. eualuerint, aut possint peruincere .i. superare sonum quem nostra theatra referunt? q. d. nullæ & ita non possent actores tam alte loqui vti intelligantur, quamobrem frustra quis bonas fabulas edat. Tu potes .i. quilibet audiens clamores populi in theatro, putet nemus Garganum, quod ad mare Thuscum est, & strepitu aquarum, aut clamore venantium perstrepit, aut putes mare Thuscum, mugire .i. ad morem tauri sonitum edere, cum tanto strepitu spectantur ludi & artes, & diuitiæ peregrinæ .i. pompæ vestrū peregrinarum, quibus actor (qui vulgo lusor dicitur) stetit oblitus (media breui ab oblino) .i. quasi re aliena circundatus in scena dextera sup. manus, concurrit læuæ .i. sinistræ manui .i. applauditur concutiendo manus, vel qui sedebant in dextera & læua cōcurrunt .i. fit confusio populi. Si quæratur ab illis qui aufugiūt. Dixit adhuc aliquid sup. actor præter hoc, quod audiuimus? dicit alius: Nil sanè, quia qui nescit quid dictum sit dicit nil dictū esse? vnde Poëta. Quid ergo placet supple in spectaculis illis? Responsio. Lana imitata violas veneno .i. colore adulterino, Tarentino .i. cuiusmodi fit apud Tarentum, hoc est purpura violacea facta Tarenti, placuit, & ita apparatum non fabulam laudat populus per quod dictum vr̄ Poëta reprehendere tanq̄ stultos eos q̄ fabulas componunt ad quod purgandum subdit. Ac ne Auguste putes me laudare maligne .i. maleuole, hoc est cū tacita vilipensione, ea quæ ipse .i. ego recusem facere, & quæ (aut cum) alij tractent recte ille Poëta vr̄ mihi posse ire per funem extentum i. secure in re dubia incedere, sicut funambulus super funem extentum, q̄ angit .i. angustijs stringit, irritat .i. prouocat ad iram, & mulcet .i. mitigat, & placat, inaniter i. in re fictitia, & implet me falsis erroribus .i. qui depingit rem scribendo ita ꝙ in re ficta veras affectiones cōmoueat, vt .i. quemadmodum magus, qui rem aliter q̄ sit apparere facit, & ponit me modo .i. aliquando Thebis s. qū describit res Thebanas, & ponit modo .i. aliqn̄ Athenis, quādo .s. narrat res Athenis gestas .i. ita verisimiliter res narrat, ꝙ qui eas audit, iam sibi loca fingit in quibus gestæ sint. Verum .i. sed, age ò Auguste si vis complere munus .i. officium dignū Apolline, & addere calcar libris, & vatibus .i. instigare vates, vt propetanter scribant, redde breuem curam, his qui malunt credere se lectori, quàm ferre .i. pati, fastidia i. superbos contemptus, superbi spectatoris. Redde inquam breuem curam, vt petant Helicona, id est montem illum Musis sacram: virentem .i. in vigore existentem

tem. & placidam maiore studio .i. non sperent adire Musarum antra nimio studio,& eruditione. Quia visi sunt Horatio scriptores sui temporis saltem plurimi, rerum suarum præcipites fuisse,& castigandi curam neglexisse. Quidem .i. certe nos poëtæ facimus sæpe nobis plurima mala .i. detrimenta, ad veram gloriam consequendam, vt .i. quemadmodum, si egomet cædam .i. incidam,& putem vineta mea, hoc est multi sisyphis impediti meato sunt, ne fructum laborum suorum consequantur, quia importune afferunt scripta sua, sicut si quis intempestiue vineas suas putear, causa est cur vuis careat. Facimus ergo nobis mala eum damus .i. offerimus, tibi sollicito, aut fesso librum. item cum lædimur .i. offendemur si quis amicorum est ausus reprehendere versum vnum, hoc est quia nolumus castigari, cum nos irreuocati .i. irreuocabiles, reuoluimus loca iam recitata .i. pronunciata coram doctis, & lamentamur .i. conquerimur labores nostros,& nostra poëmata non apparere deducta tenui filo .i. subtiliter composita, & cum speramus rem venturam eo .i. ad id, vt simulatque .i. statim postquam ò Auguste, resciveris .i. perceperis nos fingere carmina, tu commodus .i. beneficus accersas .i. ad te voces, & uetes egere .i. diuites facias, & cogas per munera tua scribere .s. carmina. Est tamen operæpretium .i. dignum, & pretium laboris habens, cognoscere quales æditos .i. præcones,& laudum custodes, sicut æditui ædium sacrarum custodes sunt, habeat uirtus spectata .i. clare uisa, belli .i. in bello,& domi .i. in pace, non committenda .i. quam nefas esset committere poetæ indigno .i. imperito. Cherilus ille poëta malus, sed notissimus qui retulit .i. (ut dicunt) recompensauit, Philippos .i. nummos a Philippo Alexandri patre nuncupatos, existentes numisma .i. monetam, regale .i. rege dignum, aut à rege institutum, qui retulit inquam versibus incultis,& male natis, fuit gratus Alexandro Magno Regi, & ita non habuit sanum iudicium, qui malum poetam approbauit. Sed ueluti .i. quemadmodum, atramenta tractata remittunt .i. a se mittendo inferunt, notam .i. mendum,& labem. sic scriptores fere supple omnes, linunt .i. contaminant, fœdo .i. incomposito carmine, splendida facta .i. gesta potentium. Ille idem rex .s. Alexander Magnus, qui existens prodigus emit tam care .i. tot Philippis, poema ridiculum, id est risum excitans, & deridendum, vetuit edicto .i. per edictum ne quis pingeret se, præter Apellem, optimum pictorē, aut ne supple alius Lysippo, id est a Lysippo, optimo signorum fusore, duceret, id est protraheret, æra, id est signa ærea, simulantia, id est repræsentantia, vultum, id est effigiem fortis Alexandri. quòd si ò Auguste, vocares illud subtile iudicium videndis, id est in videndis artibus, ad libros & ad hæc dona Musarum, id est si velis id Alexandrum putasse efficere in deligendo Poeta, quod in pictore, & sculptore, tu iurares, id est licite iurare posses, ipsum natum in crasso aëre Bœotum, non omnium sed rudium, & belluinorum populorum qui iudicium rectum non habent. hoc imitans dicit Iuuen. Veruecum in patria. Bonfinis prolixe de hoc loco disputat, censetque legendum Bœotium pro Bœotiorum, quod fieri non potest nisi synæresis fiat, quia secunda producit. Dicitque non omnes Bœotios crasso ingenio esse, quod probo, & propterea dici natum non in quocunque aëre, sed in crasso Bœotium, id est Bœotiorum quorundam. quod non displicet. sed miror cum tam audax in transponendis vocabulis sit, non vidisse sic posse construi. Si vocares illud ad libros, & ad hæc dona Musarum Bœotum pro Bœotidū, quæ subtilissimæ sunt, iurares natum in aëre crasso. Idem Bonfinis acriter confutat sententiam eorum, qui Boëthum poetam hoc loco intellectum dicunt, quos ego credam posse defendi, si dixerint sic construendum? Iurares Alexandrum supple esse Boëthum, id est rusticum, & ineptum, vt erat Boëthus poëta ille,& ciuis malus, natum in aëre crasso. Et ita per transitum taxet Boëthum, & nonnihil Antonium, qui magni fecit illum. Nec obstat quòd Boëthus post Alexandrum natus sit, quia de magistri sui proditore etiam nunc dicere possum, hic aliter est Iudas. Horum lector sis elector, ego nunc in eam partem inclinor, vt dicam construenda. Dona Musarum Bœotum siue pro Bœotidum, siue pro Bœotiorum dictum sit. At, id est sed, Virgilius & Varius, poëtæ dilecti tibi, neque dedecorant, id est dehonestant tua iudicia de se, neque munera tua quæ tulerunt cum multa laude dantis quia laudabile est dignis, & meritis dare. Est autem hypermeter versus habens Tribrachum pro Spondeo, iudicia neque.

ASCEN. Nec vultus clarorum virorum apparent magis expressi per signa ahenea, id est ex ære facta. diuiditur autem diphthongus. (Nam ab æs æris, quod per æ, scribi debet, fit æreus, æneus, aheneus, & aëneus, vel interposita aspiratione, aheneus) quam mores, & animi clarorum virorum apparent per opes poetæ .i. per poema. Nec ego mallem componere sermones repentes per humum, id est Satyras in humili stylo, quam res gestas supp. tuas, & quam dicere situs terrarum, & flumina, & arces impositas montibus, & barbara .i. barbarorum regna & duella .i. prœlia confecta, tuis auspicijs .i. felicibus, & prouidis inceptis per totum orbem, & claustra .i. clausuras templi Iani (quod tempore pacis vniuersalis claudebatur. quod clausum fuit sub Octauio, vt Virg. in primo quoque attestatur. Crediturq. ea tempestate fuisse qua exit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, qua auctor pacis Saluator noster natus est)

Nec magis expressi vultus per ahenea signa,
Quam per vatis opus mores, animiq. virorum
Clarorum, apparent. nec sermones ego mallem
Repentes per humum, quam res componere gestas:
Terrarumq situs, & flumina dicere, & arces
Montibus impositas, & barbara regna, tuisq.
Auspicijs totum confecta duella per orbem,
Claustraq custodem pacis cohibentia Ianum,
Et formidatam Parthis te principe Romam:
Si quantum cuperē, possem quoque. sed neque paruū
Carmen maiestas recipit tua nec meus audet
Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.
Sedulitas autem, stulte quem diligit, vrget:
Præcipue cum se numeris commendat, & arte.
Discit enim citius, meminitq. libentius illud,
Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur.
Nil moror officium, quòd me grauat: ac neque ficto
In peius vultu proponi cereus vsquam,
Nec praue factis decorari versibus opto:
Ne rubeam pingui donatus munere: & vna
Cum scriptore meo capsa porrectus aperta,
Deferar in vicum vendentem tus, & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

pro sed, sedulitas, id est diligens conatus, vrget, id est impellit eum quem diligit stulte, præcipue cum ipsa commendat se numeris, & arte, id est confidit artificiosæ compositioni. Enim, pro quia, discit citius, & meminit libentius illud, quod quis deridet, quam quod probat & veneratur. Ego nil moror officium quod me grauat, id est quod vltra vires meas est. Ac neque ego opto proponi vsquam cereus, id est in cera formatus, sicut imagines poëtarum in æde Camœnarum ponebantur, & hoc vultu facto in peius, id est pallidiore, & deformiore ab imperito plaste, quam modo sit, nec opto decorari versibus factis praue, id est imperite. Non opto inquam hæc, ne rubeam, id est erubeam, donatus pingui, id est opimo munere, & ego porrectus, id est extensus, vna cum scriptore meo, id est cum opere scriptoris mei, & meo, deferar, id est deportet in capsa operta (aut aperta) id est clausula, quasi ad sepulcrum, sicut deferuntur cadauera, hoc opus meum, & scriptoris mei deportaretur, ad vicum vendentem tus, & odores, id est aromata odorifera, & piper, & quicquid amicitur .i. vestitur, & includitur cartis ineptis.

claustra igitur inhibentia .i. includentia, & exire vetantia: Ianum custodem pacis, & Romam formidatam Parthis, te principe, id est sub tuo principatu, nam signa Romana remiserunt. non mallem inquam sermones scribere quam hæc dicta, si ego possum quoque tantum quantum cuperem. Sic Aristarchus Homeri castigator aiebat, neque se posse scribere quemadmodum vellet, neque velle quemadmodum posset. Sed neque maiestas tua recipit paruum carmen, ne pudor meus audet tentare, id est attentare rem, quam vires recusent ferre. Autem

DOCT. Nil intra est) Versus iste prouerbialis est dicendus in eos, qui ad insaniam vsque impudentes, non verentur, & confessa negare, & manifesto falsa, pro certis affirmare. denique quiduis dicere ne victi in disputando videantur. [Ille p extenrum) Id prouerbiali figura dixit Horat. pro eo quod est tē factu p quā difficilem,

cilem, præstare neque vel tantillum abertare. Sumptum à funabulis. Vt vineta egomet. Huic Prouerb. Vinea cædere, simillimum illud græcorum est, τὸν οἰκεῖον θησαυρὸν διαβάλλεις .i. domesticum thesaurum calumniaris, siue traducis, hoc est, tua ipsius carpis lacerasq́.. [Tenui deducta) Tenui filo, pro stilo subtiliori, minusq́. grandiloqua oratione. Nam rhetores tres faciunt orationis χαρακτῆρας, grãdem, tenuem, & medioctem. Sumpta metaphora a nentibus, aut texentibus. [Aut alius Lysippo) Hic Lysippum pro Polyclete adiecit Horat. vt ait Petr. Crin. lib. xvj. de hon. disc. [Bœotum in crasso) Bœotij apud antiquos male audierunt vulgo. Brutos. n. dicebant, stupidos ac pingues, idq́. pp edacitatem, & studiũ quod istis in exercendis corporibus magis fuit exercitatum, q̃ animis excolendis. Doct. in Pr. Bœoticũ ingenium.

PETR. CRIN. FLoresq́ perambulet Attæ) Constat Attam ipsam Comœdiatum auctorem fuisse haud incelebrem. ex quo (inqt Horat.) si velim nunc Attæ fabulas (vt Critici solent) reprehẽdere, quod in scenam vix afferri debeant, omnes me inscitiæ atq. imprudentiæ arguent. Videbor. n. addubitare haud satis in scenaa suas parteis absoluere, hoc est crocum, & flores perambulare. Quoniam consuetudo apud veteres fuit, vti cum fabulæ agerentur, flores ibidem aliaq. odoramenta inspergerentur. Hinc Lucretianum illud in lib. ad Memmium ij. Et cum scena croco cilici persusa recens est. Pet. Crin. lib. de hon. disc. xviij. c. iiij.

COEL. RHOD. OS tenerum pueri,) Si quis veteres diligentius euoluerit, certa doctissimum quenque sic de poëtica prodidisse animaduerteret, veluti sit ea prima quædam philosophia, q̃ nobis ab incunabulis quodammodo vitæ rationem cõmonstret, quid agendum quid ue declinandum, adeo vt nonnulli. Postea dicere minus addubitauerint solum poetam esse sapientem. quod etiam cum Pythagoricis comprobat Aristoxenes Cœl. lib. iiij. c. j. [Panthera Camelo) Hoc versu plane Camelo pardali poëtica circunlocutione descripsit. Est autem Camelopardalis collo similis equo, pedibus, & cruribus boui, capite camelo, albis maculis rutilum colorem distinguentibus, vnde appellata Camelopardalis. Sensus est Horat. risurum fuisse Democritum cui omnia mortalium ridenda videbantur, sicut Heraclito flenda, si P. R. stupere vidisset aspectu Camelopardalis. Et hoc ideo dictum est, quia Plin. & Solin auctorib. primum visa fuit Romæ, ludis Circensib. Cæsaris dictatoris &c. Errant qui existimant ab Horat. significari camelum cum panthera coëuntem.

GLAR. SCriptores trutina) In eadem ætate, inquit Acron, quia Græci poetæ antiquiores sunt q̃ Latini. Quæ verba sensum nõ explicant. Melius Porph. eadem trutina exponit, eodem examine. Et ad illud: Venimus ad summum fortunæ, ita idẽ Porph. ait, Non habet, inquit, quod nobis amplius fortuna iam præstet, ergo & perfecti poëtæ sumus, sed hoc intelligi, q̃ dici à se maluit. Hæc ille. Alijs poëta per ironiam loqui videtur. Sed ex Porph. hoc eum dicere puto: Si alijs in artibus vincimus Græcos postq̃ venimus ad summum fortunæ, videtur hoc etiam de poëtis, aut de poëmatis, sed populi R. iudicium in hoc falsum est. [Memini quæ plagosum mihi paruo Orbilium) Hic Seruius apud Acronem, apud Porphyrionem. Sæuus dicitur: Sed poterat hoc errore librariorum accidisse. Badius autem in commentario suo, q; coniunctionem male legit pro quæ, relatiuo, cum tamen alioqui Horat. carmen recte excudisset. [Quatuor aut plures aulæa p̃muntur in horas) Hæc verba prioribus annectit Acron, & postea eum secuti Landinus ac Badius. Ad tertiam, vel ad quartam horas, inquit Acron, populus intentus erat, dum poëtæ recitant carmina in scena, post vero vulgaris populus, qui potius delectabatur ludis q̃ carminibus, exorabat magistros bestiarum, vt adducerent, in theatrum, aut vrsum, aut leonem. Hæc ille. Cum poëta hoc dicere velit: Dum populo bellorum simulacrum, aut pompa triumphalia ostenditur, quatuor horis non fatigati, at si comędiam, longe citius. Accerses, & egere vetes. Quod de accerso ac eius deriuatione ait Acron, etiam alij tradũt, de arcesso aũt Pris. allegat ut mihi non sit dubium longo post Porphyrionem tempore vixisse Acronem quanquam certum tempus scire nõ possumus. [Incultis qui uersibus, & male natis) Porph. si lib. non fallit, sup. pro, ut si pro incultis uersibus, cum sit datiui casus. Dicimus enim tibi refero acceptum. Philippeos aũt intelligit numisma trium ducatorum hodie. [Bœotum crasso iurares aëre natũ.) Crasso aëre legendum existimo, non in crasso. Et Bœotum accusatiuus est non genitiuus pluralis. Alexandri iudicium de pictore ac sculptore probat Poëta, de Cherolo non item. Quod si, inquit Alex. ad eum modum præcepisset de Cherilo, vt nemo alius pręter Cherilum ipsum describeret, merito iurares Alexandrum natum Bœotum crasso aëre. Sapiens ille annotator, de quo nũc toties, longum hic cõmentus est cõmentum, in quo si uspiam alibi, certe hoc loco ostendit se gloriosulum, ac nullius iudicij. Putat enim Bœotios ne quanquam stupidos, ac hebetes dictos: & illud, crassum aërem, de quibusdam Bœotijs. non omnibus dici posse. Quasi qui dicat Bœoticum ingenium pro stupido, is omnes Bœotios stupidos uocauerit. Sed mirum hic Bœotijs timuit, cum βοιωτικὸς νοῦς etiam in Prouer. uenerit. Et Plutar. ipse Bœot. quid is potius q̃ stupidus, hoc refert, & Pindarus in Olympicis Bœoticæ suis meminerit pro homine stolido. Idem annotator negat Bœotos dici, sed Bœotios, cum Hom. ubique βοιωτοὺς uocet quos alij βοιωτίους. Nec simile est, quod ille de Brutis ac Heluetijs adducit exemplum. nemo enim hos Brutos, uel Heluetos uocat. Ineptissimum aiit est de Boeto quodam poeta intelligi, de quo Strab. lib. xiiij. differit, cum βοιτός prima syllaba sit correpta. Sed multis argumentis colligo hunc nescisse Græce, qui tamen in hunc poëtam censuram adeo acrem instituit, ut multos Aristarchos uicerit. [Ne rubeam pingui donatus munere) Cum dicit, pingui, ridet. Ego, inquit, nolim decorari turpibus uersibus, ne pingui. i. stolide composito munere donatus rubeam, & cum meo scriptore, hoc est laudatore deferar in uicum uendentem tus &c. multo porrò minus tu ò Auguste id uoles.

## AD IVLIVM FLORVM.

*Dicit se non magis teneri, vt præstet quæ non promisit, quam Mango aliquis qui seruum fugitiuum vendidit, non dissimulato vitio legibus obnoxius est.*



LORE, bono, claroq. fidelis amice Neroni,
Si quis forte velit puerum tibi vẽdere natum
Tibure, vel Gabijs: & tecum sic agat: hic &
Candidus, & talos à vertice pulcher ad imos,
Fiet, eritq. tuus, nummorum millibus octo,
Verna ministerijs ad nutus aptus herites,
Literulis Græcis imbutus, idoneus arti
Cuilibet: argilla quiduis imitabitur vda.
Quin etiam canet indoctum, sed dulce bibenti.
Multa fidem promissa leuant: vbi plenius æquo
Laudat venales, qui vult extrudere, merces.

ASCEN. 

LORE,) Sensus est. Si ego me vigilem epistolarum scriptorem dixissem, cũ hic ꝑfectus es. quo modo Mangones pueros, & equos laudant, posses merito mihi irasci quòd nihil scribam nisi coactus quodammodo, nũc nullus est iustæ querelæ locus vbi me prædixeram pigrum. Ordo est. O Flore amice fidelis bono, & claro Neroni .s. Claudio Tiberio, si quis velit forte vẽdere tibi puerum natum Tybure, vel Gabijs in aliquo loco deserto vbi rudes, & inculti sunt mores, & agat .s. de pueri valore sic tecum. hic puer supple est candidus, id est non morbosus, & pulcher, id est non vitiosus, a vertice, id est summitate capitis, ad imos pedes, & fiet, & erit tuus octo millibus, id est pro octo millibus nummorum, futurus supple verna, id est minister, aptus ministerijs, id est famulatibus, & obsequijs, ad nutus heriles, id est ad voluntatem domini, imbutus, id est eruditus græcis literulis pro captu. s. ætatis: & idoneus cuilibet arti, id est ad quamlibet artem, tu imitaberis supple eum fingendo, & reformando, quiduis .i. quamlibet personam, aut quemlibet artificem, quasi supple (vt intelligit Porphyrio) vda argilla .i. sicut ex argilla, id est terra tenaci humefacta quamuis statuam facias, ita ex hoc puero quẽuis hominem. Non intelligo, licet cum Porphyrione subaudiam quasi argilla vda esse nominatiui, sed septimi casus, sed nec Porphyrio ipse (vt opinor) apud quem legendum est vda, id est molli, non mollis nisi in exponendo adiecerit verbum sic

hoc

Res vrget me nulla: meo sum pauper in ære.
Nemo hoc Mangonum faceret tibi. non temere à me
Quiuis ferret idem. semel hic cessauit: &, vt fit,
In scalis latuit metuens pendentis habenæ.
Des nummos: excepta nihil te si fuga lædat.
Ille ferat pretium, pœnæ securus, opinor.
Prudens emisti vitiosum: dicta tibi est lex.
Insequeris tamen hunc: & lite moraris iniqua.
Dixi me pigrum proficiscenti tibi: dixi
Talibus officijs prope mancum: ne mea sæuus
Iurgares ad te quòd epistola nulla veniret.
Quid tum profeci? mecum facientia iura
Si tamen attentas? quereris super hoc etiam; quod
Expectata tibi non mittam carmina mendax.
Luculli miles collecta viatica multis
Aerumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem
Perdiderat: post hoc vehemens lupus, & sibi, & hosti
Iratus pariter, ieiunis dentibus acer,
Præsidium regale loco deiecit, vt aiunt,
Summe munito, & multarum diuite rerum.
Clarus ob id factum, donis ornatur honestis:
Accipit & bis dena super sestertia nummum.
Forte sub hoc tempus castellum euertere prætor
Nescio quod cupiens, hortari cœpit eundem
Verbis, quæ timido quoque possent addere mentem.
I bone, quo virtus tua te vocat: i pede fausto,
Grandia laturus meritorum præmia. quid stas?
Post hæc ille catus, quantumuis rusticus, Ibit,
Ibit eo, quò vis, qui zonam perdidit, inquit.
Romæ nutriri mihi contigit: atque doceri,
Iratus graijs quantum nocuisset Achilles.
Adiecere bonæ paullo plus artis Athenæ:
Scilicet vt possem curuo dignoscere rectum:
Atque inter siluas Academi quærere verum.
Dura sed amouere loco me tempora grato:
Ciuilisq. rudem belli tulit æstus in arma,
Cæsaris Augusti non responsura lacertis.
Vnde simul primum me dimisere Philippi,
Decisis humilem pennis, inopemq. paterni
Et laris, & fundi: paupertas impulit audax,
Vt versus facerem. sed, quod non desit, habentem,
Quæ poterunt vnquam satis expurgare cicutæ:
Ni melius dormire putem: quàm scribere versus?
Singula de nobis anni prædantur euntes:
Eripuere iocos, Venerem, conuiuia, ludum:
Tendunt extorquere poëmata. quid faciam vis?
Denique non omnes eadem mirantur: amantq.:
Carmine tu gaudes: hic delectatur iambis.
Ille Bioneis sermonibus, & sale nigro.
Tres mihi conuiuæ prope dissentire videntur
Poscentes vario multum diuersa palato.
Quid dem? quid nō dem? renuis tu, qđ iubet alter.
Quod petis, id sanè est inuisum, acidumq. duobus.
Præter cetera, Romæ me ne poëmata censes
Scribere posse, inter tot curas, totq. labores?
Hic sponsum vocat: hic auditum scripta, relictis
Omnibus officijs: cubat hic in colle Quirini:
Hic extremo in Auentino: visendus vterque.
Interualla vides humane commoda. verum
* Puræ sunt plateæ: nihil vt meditantibus obstat.

hoc modo, vt sit, quasi sit argilla vda .i. mollis. Acron vetat legi imitabitur, quia non est pueri quiduis imitari .i. imitando assequi. qui tamen velit Mangonem non habita ratione ætatis ipsum omnium rerum plasten dicere, legere poterit imitabitur, sed rectius Acroni auscultaueris, quia sensus est, vt rudi loquar, tu facies de eo adhuc puero quicquid volueris, sicut figulus de argilla vda facit quicquid vult. Quinetiam (addit Mango) ipse puer canet indoctum supp. canticum, sed dulce .i. iucundum bibenti multa promissa leuant .i. eleuant, & imminuunt (tractum à trutina) fidem .i. credulitatem, vbi .i. quando, is qui vult extrudere .i. tanquam rem ingratam sibi exigere, venales merces, laudat sup. eas plenius æquo .i. q̄ iustum, & æquū est hoc (solent dicere q in ea re maxime peccant) Nulla res .i. nulla necessitas, vrget .i. impellit me. s. vt puerum hunc vltra debitum laudem, ego pauper .i. quamuis pauper, sum in meo ære .i. meo dominio, & iure. Nemo Mangonum faceret tibi hoc. (Mango est qui præconio suo pueros, puellas, equos canes, aut quid simile venundat) & non quiuis temere .i. quasi nullus ferret (aut ferat) .i. auferret à me idem .i. non facerem vnicuique quod tibi facio .i. non libenter dico vnicuique secretum vitium quod tibi dico. Licet .n. sint, qui putent esse verba Horatij ad Florum, sunt tamen haud dubie Mangonis ad emptorem, moris autem est qui volunt abū de laudare, vt fides habeatur, aliquid vitij fateantur. dicit autem Mango: Hic puer cessauit .i. ociosus inuentus est semel, & vt fit .i. sicut moris est, latuit metuens habenæ .i. scuticæ pendentis in scalis, quia habenam pendebant veteres Romani in media domo: vel, licet Acron referatur sic, semel latuit in scalis .i. prope scalas metuens (quod hic non est quia genitiuum regit) habenæ pendentis .i. suspensæ des .i. dones mihi nummos quos peto, si fuga excepta .i. si ꝙ inclinatus sit ad fugam, nihil te lædat .i. si nō times ꝙ fugitiuus sit, sis securus in reliquis. ille .s. qui emit, inquit poeta, feret .i. afferet pretium existens (vt ego opinor) securus .i. sine cura, & negligens pœnæ .i. perditionis, quia nescit quid emat. Tu autem ò Flore, emisti prudens .i. sciens, & volēs vitiosum videlicet me, lex est tibi dictam, quia dixi me vitiosum, hoc est pigrum esse, tamen tu insequeris hunc .i. me, & moraris .i. detines & ipedis me, iniqua .i. iniusta lege. Ego dixi tibi proficiscenti .i. abeūti à me, Plures me sup. pigrum & prope .i. quasi, mancum .i. inutilem, talibus officijs .i. ad talia officia .s. scribendum epistolarum, ne te sæuus iurgares .i. obiurgates, ꝙ nulla mea epistola venerit ad te. Quid profeci tunc? q. d. nihil, si tamen attentas .i. aduertere, aut experiri vis, iura facientia mecum .i. pro me, quia seruum vitiosum vendit, cumq. vitiosum prædicat, non tenetur redibitionis, nec alium præstare, tu quæreris .i. conquereris etiam super hoc .i. insuper ꝙ ego mendax non mittam tibi carmina expectata, cum tamen nihil mendax sim, quia nihil pollicitus sum. Luculli miles, ostendit exemplo qui dispendio rei familiaris anguntur, multa subire, quæ opulenti refugiunt. Ordo est: Miles Luculli .i. quidam militans sub Lucullo contra Mithridatem, lassus .i. fatigatus multis ærumnis dum stertit noctu perdiderat .i. amiserat, viatica .i. pecuniam necessariam ad reditum in patriam, ad assem .i. ꝙ vix assem retinuerat, & ipse post, hoc .i. talem perditionē effectus sup. lupus .i. prædator vehemens. & iratus pariter sibi, quia rem perdiderat, hosti: quia rem eius desiderabat: & acer ieiunis dentibus deiecit .i. expugnauit, præsidium .i. munitionem, & (vt dīt) fortalicium regale, immo regis Mithridatis, in sup. loco (vt aiūt) summe munito, & diuite multarum rerum, quia illic thesaurus erat, & ipse miles clarus .i. spectatus, & inclytus ob id factum, ornatur honestis donis, & accipit super .i. vltra thesaurum inuentum, bisdena .i. viginti sestertia nummum. Prætor .s. Lucullus, cupiens euertere forte .i. per hoc tempus nescio quod castellum, cœpit hortari eundem militem verbis, quæ possent addere mentem .i. animositatem, quoque .i. etiam timido, verba autem erant huiusmodi. O bone sup. miles .i. vade, quo tua virtus vocat te .i. aggredere rem tua virtute dignam, in fausto .i. felici pede, laturus .i. relaturus grādia præmia meritorum. cum autem ille non iret, inquit Lucullus. Quid stas? ille .s. miles, catus .i. vafer, & argutus, inquit, post hæc: Rusticus quantumuis .i. quarumcunque vis ibit, ibit dico eo quo vis, qui perdidit zonam .i. cincturam in qua pecunias suas custodierat, hoc est nemo est tam rusticus qui nō subit quod vis terribile post rerum suarum amissionem, quia furore quodam tenentur, quia sua perdiderunt, q. d. Horat. Ego vt miles Luculli, nunc ditior sum quam, vt pro rebus labores scribendi vnicuique subeam. De hac re dicit sic Beroaldus: Non simpliciter dictum esse existimare debemus, qui zonam pdidit. Sed morem priscorum exprimere,

mere, qui zonas nummis aureis refertas habebant, quod probatissimorum testimonijs comprobatur in primis Tranquilli, qui scribit Vitellium zonam se aureorum plenam circundedisse, Et Apuleij, cuius hæc sunt verba ex lib. vij. de asino aureo, Plotina pretiosissimis monilium, & auro monetali zonis refertis, incincta Præterea C. Gracchus fortis orator in oratione, quam habuit ad populum, sic scriptum reliquit, Itaque Quirites cum Romam profectus sum, zonas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retulit. Tradidit Plut. in Demetrio Sosigenem aureos nummos ccc. habuisse in cingulo militari pro viatico. Spartianus quoque auctor est, Pescenniū Nigrum iussisse tu milites in zonis nummos aureos, vel argenteos portarent ad bellum, sed publice commodarent repetituri post prœlia quod dederant. Quinetiam Lampridius Alexādrum Imperatorem Romanum dicere solitum ait, Miles non timet nisi vestitus, armatus, & calciatus, & satur, & habens aliquid in zonula. & talis est Horatiana sententia. inducit enim militem Lucullianū, qui factus erat diues, & bene nūmatus. recusantem ire ad castellum oppugnandum, & ita imperatori Lucullo respondentem, ibit ad omne periculum rusticanus miles, & inops, & qui zonam perdidit, hoc est qui aureos amisit, quos in zona milites portare consueuerūt propterea, ꝗ mendicitas, militaris ad omnem desperationē vocat armatum. qui vero satur est, & aliquid habet in zona timet pericula subire. Ad hanc veterum consuetudinem referēdus est ille Satyrici poëtæ sensus, O Brutus & zonam læua, morsuque tenebit. quem Iuue. explanatores præterierunt, nāque significare voluit poëta zonam à naufrago teneri non solum manu, sed etiam mordicus, propterea ꝗ zona erat monetali auro referta, quam ne perdat omnibus neruis, viribusque cōtendit. Ecclesiastica sententia præcipit ne ęs, hoc est pecuniam in zonis habeamus. Romæ nutriri &c. docet se philosophia imbutum, quo innuit ad rem se minus attentum. occasione cuius vitam suam fere percurrit. Ordo est. Contingit .i. euenit forte difficulter mihi nutriri atque doceri Romæ, quantum Achilles iratus nocuisset Graijs .i. datum est mihi etiam Romæ discere Iliada Homeri. In cuius statim principio, inducitur Achilles iratus Agamemnoni ꝓptee raptam Briseida, quæ capta ex Lyrnesso regia Mineris Achilli in sortem cesserat. Ceterum qa Criseis ex Theba Æetionis pa-

Festinat calidus mulis, gerulisq; redemptor.
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignū:
Tristia robustis luctantur funera plaustris:
Hac rabiosa fugit canis: hac lutulenta ruit sus.
I nunc, & versus tecum meditare canoros.
Scriptorum chorus omnis amat nemus: & fugit vrbes
Rite cliens Bacchi somno gaudentis, & vmbra.
Tu me inter strepitus nocturnos, atque diurnos
Vis canere, & contracta sequi vestigia vatum.
Ingenium, sibi quod vacuas desumpsit Athenas:
Et studijs annos septem dedit; insenuitq;
Libris, & curis: statua taciturnius exit
Plerunque; & risu populum quatit. hic ego rerum
Fluctibus in medijs, & tempestatibus vrbis
Verba lyræ motura sonum connectere digner?
Frater erat Romæ consulti rhetor: vt alter
Alterius sermone meros audiret honores:
Gracchus vt hic illi foret: hic vt Mucius illi.
Qui minus argutos vexat furor iste poetas?
Carmina compono; hic elegos, mirabile visu,
Cælatumq; nouem musis opus. aspice primum,
Quanto cum fastu, quanto molimine circum
Spectemus vacuam Romanis vatibus ædem.
Mox etiam, si forte vacat, sequere, & procul audi,
Quid ferat: & quare sibi nectat vterque coronam.
Cædimur: & totidem plagis consumimus hostem,
Lento Samnites ad lumina prima duello.
Discedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis? nisi Callimachus? si plus adposcere visus:
Fit Mimnermus; & optiuo cognomine crescit.
Multa fero; vt placem genus irritabile vatum,
Cum scribo, & supplex populi suffragia capto.
Idem finitis studijs, & mente recepta,
Obturem patulos impune legentibus aures.
Ridentur, mala qui componunt carmina: verum
Gaudent scribentes; & se venerantur; & vltro
Si taceas, laudant, quicquid scripsere, beati.
At qui legitimum cupiet fecisse poema;
Cum tabulis animum censoris sumet honesti:
Audebit quæcunque parum splendoris habebunt,
Et sine pondere erunt, & honore indigna ferentur,
Verba mouere loco, quamuis inuita recedant;
Et versentur adhuc intra penetralia Vestæ.
Obscurata diu populo, bonus eruet: atque
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum:
Quæ priscis memorata Catonibus, atque Cethegis,
Nunc situs informis premit, & deserta vetustas.
Adsciscet noua; quæ genitor produxerit vsus:
Vehemens, & liquidus, puroq; simillimus amni,
Fundet opes; Latiumq; beabit diuite lingua.
Luxuriantia compescet: nimis aspera sano
Leuabit cultu: virtute carentia tollet:
Ludentis speciem dabit; & torquebitur: vt qui
Nunc satyrum, nunc agrestem Cyclopa mouetur.
Prætulerim scriptor delirus, inersq; videri;
Dum mea delectent mala me; vel denique fallant:
Quàm sapere, & ringi, fuit haud ignobilis Argis,
Qui se credebat miros audire tragœdos
In vacuo lætus sessor, plausorq; theatro.
Cetera qui vitæ seruaret munia recto

tria Andromachea quæ Agamēnoni contingit, a patre repetita eidem cōmuni consilio restituta est, vt exercitus à pestilentia liberaretur quam Apollinem intulisse putabant (erat enim Apollinis sacerdos) abduxit Agamemnon princeps exercitus Achilli Briseida, quam rem grauiter ferens amplius pugnare noluit. quo circa Græci multa, & frequenti clade afficiebantur. Nec poterat precibus, aut donis, aut minis induci vt pugnaret, donec Patroclum carissimū socium in armis suis ab Hectore occisum audiuit. quo audito motæ impatiēs arma petijt, quę illi Thretis mater à Vulcano fabricata porrexit. Quæ omnia idem Homerus effecta dicit ad gloriam Achillis, vt cognoscatur quāta eius vnius virtus, quo pugnante Græcia victrix erat, & cessante victa. Potius aūt sic dixero quam sicut prius. Nam illud totum, Iratus Graijs &c. regitur à verbo doceri loco accusatiui, Sed ad ordinem redeo, Athenæ bonæ .i. eruditæ adiecere plus artis, aut adiecere plus bonæ artis, quia non solum poëtas Græcos illic audiui, sed etiam philosophos .s. vt possem dignoscere curuum recto atque quærere verum inter siluas Academi .i. inter varias Platonicorū sententias qui in Academia Athenis versati sunt. sed dura tempora .s. belli ciuilis, amouere .i. amouerunt me, loco grato .i. à gymnasio Atheniensi, & æstus ciuilis belli tulit me rudem .i. imperitum rei militaris, in arma non responsura lacertis .i. brachijs, hoc est potentiæ Cæsaris Augusti. vnde .i. à quibus armis. simul .i. immediate vt Philippi .i. campi illi Thessalię, vbi bis pugnatum est à Rom. dimisere .i. dimiserunt primum me humilē pennis .i. auxilijs emergendi. decisis i. amputatis, & inopem paterni. Laris & fundi .i. totius patrimonij, paupertas audax .i. quę facit audaces, impulit, vt facerē versus. Sed quæ cicutæ .i. herbæ venenosæ, quibus multi enecari solent, sed hic pro forti elleboro ponitur, poterunt vnquam satis purgare habētem id, quod non desit .i. satis habentem, aut ad sufficientiam, cui necessaria non desunt. ni .i. si non, putem melius dormire quam scribere versus? Anni euntes .i. redeuntes post medium ætatis (vnde in Arte, Multa ferunt anni venientes cōmoda secum, Multa recedentes adimunt) Prædantur .i. auferunt de nobis, singula supp. cōmoda, eripuere .i. eripuerunt .s. anni, iocos, Venerem .i. coitū, conuiuia, ludum, & tendunt .i. cōtendunt, conantur. extorquere .i. violenter auferre. Poëmata, quiduis supp. vt faciam, hoc est

quid scribam? quasi dicat dubito Denique non omnes mirantur, & pro .i. amant eadem, tu gaudes carmine, vel quouis vel Lyrico, hic.i.aliquis delectatur. Iambis .i. mordacibus versibus, ille .i. alius delectatur sermonibus Bioneis .i. ludis iocis, hoc est Satyris, & nigro sale.i reprehensionibus amaris, qualib. Biõ Aristophanis Comici veteria pater vsus est. Tres conuiuæ.i.si nõ habeam nisi tres conuiuas. ipsi videntur mihi prope .i. quasi dissentire, poscẽtes multum diuersa vario palato .i propter variũ gustum, nam alijs alia sapiunt, quid dem .i. quid debeam dare, quid non dem.i. debeam non dare sup. nescio, quia tu renuis.i. refutatas, quod alter iubet supp. apponi, & id, quod tu petis est sanè.i. multum inuisum, & acidum duobus sup. reliquis. Pręter cetera, affert impedimenta quæ patitur Romę, quo minus elegantia scribat poemata, dicens, Præter cetera .i. vt cetera impedimenta taceam. putas ne i.censes vt me posse scribere poëmata Romæ inter tot curas, & tot labores? Hic vocat sponsum.i. vt sim spõsor, hic .i. alius, vocat me auditũ sup. carmina sua omnibus officijs relictis, hic i alius cubat.i.ęger iacet in colle Quirini hic cubat in extremo Auentino .i. in extrema parte collis Auentini vterque sup. est visendus .i visitandus mihi tu vides interualla, quæ sunt inter montes cõmoda .i.verba humanæ supp. naturæ, hoc est tu consideras bene ꝙ interualla sint cõmoda aduersus dictandos, vel sm Acr. Tu vides humane .i. probe, vel more hominum, interualla inter colles illos cõmoda .i. breuia, & hoc ꝑ ironiam. verum plures (aut, vt alij legunt, puræ) plateæ .i. latæ viæ, sunt sup. Romæ, vt facilior sit transitus, quia nihil obstet hic meditantibus, immo dicit Poëta. Redẽptor.i.exhibitor publicis operis, aut qui emit, vt reuẽdat. calidus.i.feruens in negotio, aut æsturus, festinat, & mulis, & gerulis .i. barulis, & ingens machina torquet nunc lapidem, & nunc lignum .i. trabem (quod Iuuen. imitatus est) funera tristia .i. quę à diuitib qui tristes se simulant, efferuntur luctantur .i. concertant, plaustris .i. vehiculis robustis, quia luctantur vtra retrocedere cogantur. Canis rabiosa fugit hac.i. per hanc partem, & sus lutulenta.i. luto inuoluta, ruit.i. præcipitanter currit, hac .i per aliam partẽ. I nunc & meditare tecum in tali .s. strepitu, & turbatione, versus canoros.i. bene sonantes, q. d. id fieri non posset, quia omnis chorus.i. multitudo scriptorum petit nemus.i. solitudinem, vbi nemo est, & fugit vrbem (aut vrbes) rite.i. debite exi

More; bonus sane vicinus, amabilis hospes,
Comis in vxorem, posset qui ignoscere seruis:
Et signo læso non insanire lagenæ:
Posset qui rupem, & puteum vitare patentem.
Hic vbi cognatorum opibus, curisq; refectus,
Expulit helleboro morbum, bilemq; meraco;
Et redit ad sese: pol me occidistis amici;
Non seruastis, ait: cui sic extorta voluptas:
Et demptus per vim mentis gratissimus error.
Nimirum sapere est abiectis vtile nugis;
Et tempestiuum pueris concedere ludum:
Ac non verba sequi fidibus modulanda Latinis:
Sed veræ numerosq;, modosq; ediscere vitæ.
Quo circa mecum loquor hæc; tacitusq; recordor:
Si tibi nulla sitim finiret copia lymphæ;
Narrares medicis: quòd quanto plura parasti,
Tanto plura cupis; nulli ne fateri audes?
Si vulnus tibi, monstrata radice, vel herba
Non fieret leuius: fugeres radice, vel herba
Proficiente nihil curarier. audieras, cui
Rem di donarent, illi decedere prauam
Stultitiam: & cum sis nihilo sapientior, ex quo
Plenior es: tamen vteris monitoribus isdem?
At si diuitiæ prudentem reddere possent:
Si cupidum, timidumq; minus te: nempe ruberes,
Viueret in terris te si quis auarior vno.
Si proprium est, quod quis libra mercatur, & ære;
Quædam (si credis consultis) mancipat vsus:
Qui te pascit ager, tuus est. & villicus Orbi
Cum segetes occat, tibi mox frumenta daturus;
Te dominum sentit. das nummos: accipis vuam,
Pullos, oua, cadum temeti: nempe modo isto
Paulatim mercaris agrum, fortasse trecentis,
Aut etiam supra nummorum millibus emptum.
Quid refert, viuas numerato nuper, an olim?
Emptor Aricini quondam, Veientis & arui,
Emptum cœnat olus; quamuis aliter putat: emptis
Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.
Sed vocat vsque suum: qua populus adsita certis
Limitibus vicina refugit iurgia: tanquam
Sit proprium cuiquam, puncto quod mobilis horæ,
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema,
Permutet dominos: & cedat in altera iura.
Sic quia perpetuus nulli datur vsus: & hæres
Hæredem alterius, velut vnda superuenit vndam:
Quid vici prosunt? aut horrea? quid ue Calabris
Saltibus adiecti Lucani? si metit Orcus
Grandia cum paruis, non exorabilis auro?
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas,
Argentum, vestes Getulo murice tinctas,
Sunt qui non habeant; est qui non curat habere.
Cur alter fratrum cessare, & ludere, & vngi
Præferat Herodis palmetis pinguibus: alter
Diues, & importunus, ad vmbram lucis ab ortu,
Siluestrem flammis, & ferro mitiget agrum:
Scit genius; natale comes qui temperat astrum:
Naturæ deus humanæ, mortalis in vnum
Quodque caput, vultu mutabilis, albus, & ater.
Vtar: & ex modico, quantum res poscet, aceruo
Tollam: nec metuam, quid de me iudicet hæres:

stens cliens Bacchi gaudentis somno, & vmbra .i. requie, & latebris. Tu vis me canere inter strepitus, nocturnos, diurnos, & sequi vestigia vatum contracta .s. ad rectas leges, & obseruationes. ingenium quod desumpsit.i. delegit sibi Athenas vacuas sup & negotijs, & curis, quod dedit septem annos studijs, & insenuit .i. inueteratum est libris, & curis, exit.i. egreditur à studio taciturnius statua, & quatit.i. concitat plerunque populum risu, & putas supp. ꝙ ego digner hic in medijs fluctibus rerum, & in medijs tempestatibus vrbis, connectere verba motura sonum lyræ.i. Lyrica carmina describere, q. d. id fieri non potest. Rhetor erat Romæ frater consulti sup. iuris, ita supp. vt alter audiret meros honores in sermone alterius, q̃ semper se mutuo laudabant, vt hic.i. alter fratrum .s rhetor, foret illi .s. consulto. Gracchus .i. disertus orator vt Gracchus, & vt hic.i. alter .s. cõsultus, foret illi .s. rhetori. Mutius Scæuola, qui.i. in quo, furor iste .s. laudandi, vexat minus argutos .i. stridulos poëtas? q. d. in nullo, q̃ mutuo se laudant. Si ego compono carmina Satyrica, & hic.i. alius. Elegos, existẽtes opus mirabile visu, & cælatum .i. effectũ sup. a nouem Musis, aspice primum cum quanto molimine circunspectemus.i. disquiramus, ædem .s. Apollinis vacuam.i. quo sit vacua Romanis vatibus mox.i. deinde, si vacas (aut vacat) forte sequere, & audi procul.i. de longe, quid ferat .i. afferat, & quare, vterq. nectat sibi coronam, q d. id pro modica re faciunt. Noa cadimur.i. lacessimur ab aduersario, & consumimus hostem totidem plagis.i. ita crucior audiẽdo carmina eius & ipse audiendo mea, vt qui hostiliter certãt, cõsumimus inquam hostem, existens Samnitis.i. duri, & inexpugnabiles, & perpetuo rebellantes, lento duello, quale Samnites contra Rom. traxerunt, quia (vt Liu. in ). attestatur) armis, & consilio valuerunt, affinesque Romanis fuerunt, ad prima lumina.i prima luce Ego Lyricus discedo Alcæus.i. reputatus Alcæus, quem in Odis imitatus est puncto.i. suffragio illius cui carmina mea recitaui, ille sup. discedit meo sup. noto, quis supp. putas? q d queris quis? quis supp. discederet nisi Callimachus .i. cum me facientem Lyrica Alcæum dicat quem vocem facientem Elegos nisi Callimachum? & si visus est adposcere plus .i. si non est contentus eo nomine, fit Mimnermus, qui duos libros scripsit, & crescit cognomine optiuo, ego fero .i. patior multa, vt placem genus vatum irritabile.i. quod faciliter irritatur, cum scribo,

Quod non plura datis inuenerit. & tamen idem
Scire volam, quantum simplex, hilarisq́. nepoti
Discrepet: & quantum discordet parcus auaro:
Distat enim, spargas tua prodigus: an neque sumptū
Inuitus facias: neque plura parare labores.
Ac potius, puer vt festis quinquatribus, olim
Exiguo, gratoq́. fruaris tempore raptim.
Pauperies immunda domus procul absit. eho, vtrum
Naue ferar magna, an parua, ferar vnus, & idem.
Non agimur tumidis velis aquilone secundo:
Non tamen aduersis ætatem ducimus austres.
Viribus, ingenio, specie, virtute, loco re,
Extremi primorum, extremis vsque priores.
Non es auarus: abi. quid cetera? num simul isto
Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos lemures, portentaq́. Thessala rides?
Natales grate numeras? ignoscis amicis?
Lenior, & melior fis accedente senecta?
Quid te exempta iuuat spinis de pluribus vna?
Viuere si recte nescis; decede peritis.
Lusisti satis: edisti satis, atque bibisti:
Tempus abire tibi est: ne potum largius æquo
Rideat, & pulset lasciua decentius ætas.

scribo, & peto supplex suffragia populi, idem f. ego qui scribens, suffragia posco, obturem .i. occludam legentibus, impune.i. passim, aures patulas, & hoc studijs scribendi finitis, & mente recepta à furore poëtico. Ridentur mala, nunc de castigatione carminum agit, dicens. Qui cum ponunt mala carmina ridentur .f. ab alijs, verum ipsi scribentes gaudent, venerantur se, & si tu taces, laudant se vltro, existentes secundùm iudicium suum beati quicquid scripserunt. At .i. sed his sup. qui cupiet fecisse poëma legitimum.i. iuxta legem carminis, sumet cum tabulis.i. quando scribere volet animum honesti censoris, & hoc est audebit mouere .i. amouere loco suo, quæcunque verba habebunt parum splendoris, & quæcunque erunt sine pondere.f. sententiarum, & quæcunque ferentur.i. dicentur, sine honore.i. dignitate. audebit dico mouere quamuis recedant inuita, & versentur adhuc inter penetralia Vestæ .i. casta & clausa adhuc sint, nec populo adhuc exposita, immo ne scripta quidē. bonus sup. censor eruet sup. verba obscurata diu populo .i. nimium obsoleta, atque proferet in lucem speciosa vocabula rerum. Et eruet etiam ea vocabula, quæ memorata priscis Caronibus, atque Cethegis: situs.i. mucor, & lanugo: informis.i. turpis, & vetustas deserta premit nunc.i. quæ multa vetustate obsoleta sunt, & quasi situ victa, & asciscet.i. aduocabit in numerum vocabulorum noua supple vocabula, quæ vsus genitor produxerit, aut perduxerit.i. vsque in consuetudinem duxerit, existens vehemens (profertur hic bissyllabum) & liquidus.i. non obscurus, & simillimus puro amni fundet opes.f. verborum, & beabit.i. ditabit Latium.i. Italiam, diuite lingua, & compescet verba luxuriantia.i. nimis fucata, & leuabit, à leui prima longa, cultu sano.i. moderato nimis aspera, & tollet carentia virtute, & dabit speciem ludentis.f. in componendo mouebit se ex affectione animi, & torquebitur si verba rebus nō respondeant, vt qui mouentur.i. dum nunc Satyrum agrestem, qui petulans est deus, & nunc Polyphemū cyclopa.i. monoculum illum agi. mouetur cui (vt Æn. iij dr̄) erat lumen vnū, quod torua solum sub fronte latebat. Is aūt multum cursu Vlyssis, & Æneæ, socios insecutus dr̄. Prætulerim &c. Exemplo docet quantum sibi placeant amatores sui, quantumq́. delitent. veruntamen bifariam legitur. Nam alij intelligunt serio ex persona poëtæ dictum, vt ex Epicureorum dogmate etiā apparentem, & phantasticam, seu imaginariam voluptatem approbet. & sit sensus. Ego malim videri alijs delirus, & iners, dum mea mala .i. ignorantia, & inscitia, delectant me .i. dummodo ex malis versibus capiam voluptatem, quàm sapere, & ringi.i. ægro animo si cruciari, vt rictum enormem ore faciam cruciantur autem qui cognoscunt versuum ineptitudinem quam castigare ex sententia nequeant. Alijs videtur sub amara interrogatione legendum, quæ vim negandi habet, vt sit, prætulerim .i. putas ne ꝙ ego prætulerim, q. d id nunquam fecerim, videri.f. alius scriptor.f. carminum, delirus.i. insanus sine norma scribendi, & iners .i. sine arte scribendi dum .i. dummodo, mala mea .i. inepta carmina, & vitia in carmine affectáter obseruata, vt quæ admonitus castigare nolim, delectent me vel denique .i. vt quod vltimo loco sit dicendum, dicam, hoc est si non delectent, saltem fallant .i. lateant, me, ita vt præ delectatione non sentiam ea vitiosa esse, quam sapere.i. reuera sapientem esse, & ringi.i. ægritudinem & molestiam animi cum rictu prodere, cum nequeam errata ex sententia corrigere. Quod autem quidam ex re nulla, hoc est ex sola imaginatione voluptatem capiant, probat exemplo cuiusdam diceos. Fuit.f quidam, haud.i non ignobilis.i. nobilis, & perspicuus vir, Argis.i. apud Argos ciuitatem clarissimam Achaiæ. est tamen Argos etiam in Attica, & in Thessalia. vnde triplex est in Attica Atticum, & in Thessalia Pelasgicum, in Achaia Hippium.i. Equinum, ꝙ equis abundet. vnde prius, Aptū dicet equis Argos. Est autem in singulari num ro generis neutri, in plurali masculin. Vsitatū præterea est Argis ponere pro aduerbio in loco vnde & Plin. circa finem 16 naturalis histor. Argis, inquit, olea etiam nunc durare dicitur, ad quam Iò in vaccam mutatam Argus alligauerat. Bonfinis reprehendit Porphyrionem ꝙ exponat Argis ꝑ Argiuis, ego vero vtrunque recte dici posse arbitror, & Argis pro loco, vt sic ordo, Fuit Argis sup vir, haud ignobilis, & Argis, pro Argiuis Argorum incolis, vt sit, Fuit vir haud ignobilis.i. bene notus, Argis.i. Argiuis, sed ad ordinem reuertamur. Fuit ergo quidam vir nobilis apud Argos, Hippium seu Achaicum q credebat se audire miros.i. admirandos, Tragœdos.i. Tragœdiarum actores. existens sessor, & plausor lætus.i. hilaris, in theatro .i. spectandi ludorum loco, vacuo.f. actoribus, & populo, existens etiam talis qui seruaret .i. seruare posset, recto .i. decente more, cetera munia.i. officia vitæ, vtpote vicinus sanè.i. valde, vel, vt sano competit, bonus hospes amabilis, id est dignus qui ametur ab ijs, quos hospitio susceperat, comis, id est affabilis dulcis, & æquus in, id est erga vxorem, & qui posset ignoscere, id est veniam dare seruis.f. leuiter peccantibus, & qui posset non insanire.i se non ostendere insanum, & furentem, signo lagenæ.i. vasis in quo optimum vinum asseruabat, læso.i. violato, & fracto per seruum, qui vinum exhauserat, & etiam qui posset uitare rupem, id est partem montis abruptam, & asperam, ad quam allideretur si non caueret, & puteum patentem, id est non coopertum, quia ne sanissimus quidem dolo obstrusum uitare posset. Vbi, id est postquam, hic.i. dictus vir, refectus opibus.i. facultatibus, & curis, id est diligentia, cognatorum i. consanguineorum, & gentilium suorum, expulit elleboro.i. ueratro, quod (vt in Sermonibus) in Anticyra tutissime sumebatur, meraco.i. puro, & non diluto, nec temperato, quo medici negant, nunc hominem posse impune uti, morbum.i. insaniam, & furorem, bilemque.i. & choleram noxiam, propter quam tali furore, ac phantasia ducebatur, & redijt ad se.i. ad sanam mentem. ubi quidam legunt: Et redit ad sese, ut sit redit, pro redijt, sed quia non cogimur talem licentiam recipere legendum putem redijt, cuius ultima propter syncopem producatur ait. O amici, Pol, id est per Pollucem, uos occidistis, & non seruastis me (dixi alibi seruo apud doctos esse pro quo recentiores saluo dicunt) me, inquit, utpote, cui uoluptas est sic extorta, id est ui expulsa, & cui gratissimus error mentis, utpote è quo summam capiebat uoluptatem, est demptus per uim, scilicet ellebori. Quod autem dicit errorem gratissimum, ostendit quibusdam etiam uitia placere, unde in Arte ad finem quosdam incorrigibiles censet. Hoc autem non ex sua sententia, sed per irrisionem dictum esse, ostendit quod sequitur. Nimirum, id est haud dubie, nugis abiectis, id est serio loquar utile est sapere, id est sapientem esse, concedere pueris ludum tempestiuum, id est pueris, hoc est non amplius scribere carmina. unde in prima epistola primi, Versus &c. ludicra pono. unde addit, Ac non sequi uerba modulanda fidibus, id est plectris aut chordis, latinis, id est Italicis, non attendere ad concentum uerborum & modulos aptiores ad lyram, sed ediscere, id est ita discere ut memoria teneam, aut edicere, id est præcipere (sed prior lectio modestior est) numeros & modos ueræ uitæ, aut uere, ut sit aduerbium, Quæ omnia id uolunt, quod Diuus Paulus sic dicit primo Corint xiij. Cum essem paruulus, loquebar ut paruulus: sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Quando autem factus sum uir, euacuaui quæ erant paruuli &c. Quocirca, id est quamobrem, inquit Poëta, ego loquor mecum tacitus, id est animo, non

ore, & recordor .i. corde repeto & reuoluto. hæc .i. huiusmodi argumenta quæ sequuntur. O Horatij (alloquendo autem se, docet quemlibet ita facere decere) si nulla copia .i. nulla vis, aut abundantia lymphæ .i. aquæ, fineret tibi sitim vt in hydropicis. Vnde est illud apud Ouidium. Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ, tu narrares medicis .i. diceres medicis, vt alia via te curent. Nulli ne audes .i. audes ne fateri vlli .s. amico prudenti, quod quanto plura parasti .i. comparasti & accumulasti tibi tanto plura cupis? quia auarus non implebitur pecunia. vnde & Iuuen. Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Ideo significandus est talis morbus amico, qui, vt te curet consulet non augere rem, sed imminuere cupiditatem, vnde addit, Si vulnus aliquod non fieret tibi leuius radice vel herba monstrata tibi ab aliquo medico .i. licet applicueris, herbam aut radicem, quam medicam vim habere dixerat, tu fugeres curarier, hoc est curari pro eo quod est conati vt cureris, radice vel herba nihil proficiente ad curationem vulneris in corpore. Audieras forte ab aliquo auaro, vt male affecto (sicut a Poëta prius, Hos solos animo sapere, & bene viuere, quorum Conspicitur nitidis fundata pecunia villis) stultitiam prauam discedere, illi .i. ab illo, cui dij darent rem .i. diuitias .i. audieras quod sani fierent qui diuitias obtinerent, & tamen cum .i. quamuis, tu sis nihilo .i. nullo sapientior .s. effectus, ex quo .i. postquam, plenior .i. ditior es, tu vteris ijsdem monitoribus. At si diuitiæ possent reddere .i. efficere te prudentem, si possent reddere te minus timidum & cupidum, nempe .i. certe, tu ruberes .s. merito, si quis viueret in terris auarior te vno, quod per contrarium, quia te non efficiunt minus, sed magis cupidum ac timidum tu deberes diuitias vitare. Si proprium, duobus, inquit, modis efficitur res nobis propria, per emptionem & vsucapionem. de successione autem hereditaria non loquitur, quia per eam non est transmutatio dominij, sed successio. fictione n. iuris pater & filius pro vno habentur, & tamen ne illis quidem modis aliquid nostrum verius efficitur, quam si duntaxat fructus emamus, nam quicunque ager nos pascit est noster, hoc est tam commodus ac si noster. Nihil .n. amplius ex eo sumere possumus. Parumque refert an nuper .i. paullo ante hac an olim .i. multo ante hac emeris agrum. Si ergo singulis annis persoluis villico Orbi, pro Orbij, vel alicuius orbi mercedem fructuum, tu nuper emisti agrum .i. fructum agrorum, paulatim .i. paulotenus, dando fortassis xxx. aureos quotannis pro fructibus agri empti trecentis millibus nummum Sin semel ccc. millia nummum numerasti, & ita diu agrum posedisti, tamen olim emisti. parum autem refert, an nuper, an olim emeris, dum efficere nequeas, vt inemptum cœnes olus. Magni .n. faciunt diuites cibis vesci, inemptis, sed errant, quia qui pro agro semel pecunias numerauerit, pro cunctis fructibus numerauit, & ita nihil ex eo cœnat inemptum. Neque vero quicquam est proprium cuiquam, quod tam cito & tam multis vijs amittere, aut derelinquere cogatur. vnde concludit diuitias nihil ad beatitatem facere variaque esse studia hominum. Memineris autem Orbi esse genitiuum aut a nominatiuo Orbius, quod propriū est proprij possessoris nomen, aut a nominatiuo orbus, vt sit orbi alicuius qui orbus patre aut filio, & ita familiam non magnam alens fructus vendat. Sancte dicitur Orcum non esse exorabilem .i. ab instituto flexibilem auro, vt nos a studio auri abstrahat, cuius amore plurima mala fieri non ignorat. Vnde & Æn. iij. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Appellationes autem gemmarum comprehendit omnes lapillos pretiosos marmoris, ædificia & statuas, eboris, quæ ex ebore fieri solent. Sigilla .i. parua signa exculpta, tabellas pictas. Ordo autem est. Si proprium est quod quis mercatur .i. emit libra, & ære .i. per æs pensum, & per pecuniam paratam, & vsus mancipat .i. vendicat sibi per vsucapionem quædam, si credis consultis sup. iuris, ager qui te pascit est tuus & villicus .i. villæ custos, & cultor orbi .i. alicuius priuati patre aut liberis, aut potius Orbi illius diuitis. vt sit Orbi pro Orbij, cum occat .i. amputat (hinc Pers. Occa, en seges altera in herba est) tibi segetes, daturus mox frumenta tibi, ipse villicus sentit te dominum, quia tu das nummos, & accipis vuam pullos, oua, cadum temeti .i. vini (sed nota quod duas in temeti produxit, cum alij corripiant) nempe .i. certe tu mercaris isto modo paulatim .i. paulotenus, seu successiue non damno semel totam summam, sed partem per singulos annos pro fructibus, cum nihil habeas iuris in fundo agrum emptum fortasse ccc. millibus nummorum, aut etiam supra .s. illum numerum (A. Gell. docet rectius dici millibus nummum, quam nummorum, sed in carmine multa licent.) Quid refert .i. interest, an sup. viuas numerato .i. ex eo quod numerata pecunia emisti nuper .i. paullo ante, an olim .i. multo ante? q. d. nihil refert, quia qui se dominum dicit & viuere cibis inemptis, eo quòd viuat ex collectis in suo agro, non recte dicit, quia cum agrum emit etiam fructus futuros emit. Emptor quondam .i. a multis annis arui Aricini & Veientia, cœnat holus emptum, quamuis aliter putat, & calefactat ahenum .i. lebetem, aut cacabum, sub. t. paullo ante gelidam noctem, lignis emptis, quamuis in fundo suo creuerint, sed vocat suum vsque .i. per totum, qua .s. parte, populus illa arbor adsita certis limitibus .i. ad certos limites posita & consita, refugit .i. diremit, iurgia vicina .i. quæ possent esse cum vicinis, tanquam .i. perinde ac si quicquam (aut cuiquam) sit proprium, quod puncto horæ mobilis permutet dominos & cedat in altera iura, nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc morte (aut sorte) suprema, hæc omnia Ofellus in Sermonibus commemorauit. Sic, quia nulli datur perpetuus vsus & heres superuenit heredē alterius, velut vnda superuenit vndam, quæ continuo succedit, quid prosunt vici & horrea, ve, pro vel, quid supp. prosunt Lucani, supp. saltus, adiecti saltibus Calabris? q. d. nihil, si .i. quia, Orcus .i. infernus, non exorabilis auro, metit .i. occidit, & aufert grandia cum paruis, gemmas, marmor, ebur, sigilla .i. parua signa, ac simulacra, Tyrrhena .i. in Hetrutia sabrefacta, tabellas, argentum vestes tinctas murice Getulo .i. Tyrio, quia Tyros non longe à Getulia est. Hæc autem ferè sunt hominum delitiosorum diuitiæ. quia his ferè carere possumus, præcipue si argentum non pro pecunia, sed pro vasis argenteis acceperimus. Orcus autem a quibusdam accipitur pro inferno loco, quasi ab vrgendo, a quibusdam pro infero Deo, hoc est Plutone. Ait enim in Verrinis Cicerone. Vt alter Orcus venisse Ætnam, & non Proserpina, sed ipsam Cererem rapuisse videtur. Sunt autem qui velint Orcum dictum ex eo quòd dij iurabant per stygem. Est enim Orcos iuramentum. Sunt supp. aliqui qui non habeant .s. hæc dicta, est supp. aliquis qui non curat habere pulchre numerum mutat, quia plures sunt pauperes re quam spiritu. Cur alter fratrum .s. gemellorum, præferat pinguibus palmetis Herodis .i. Iudaicæ regionis, seu Palæstinæ apud Hiericuncta, cessare & ludere & vngi .i. voluptati indulgere, alter .s. gemellorum, diues & importunus mitiget agrum siluestrem .i. domet flammis & ferro ab ortu lucis ad vmbram, quod plus est, quam ab ortu Solis vsque ad occasum, Genius .i. Deus naturæ, comis .i. nobis associatus, qui temperat astrum natale .i. horoscopum natiuitatis. existens Deus naturæ mortalis .s. humanæ, mutabilis .i. varius in vnumquodque caput, albus .i. bonus sup. aliquibus, & ater .i. malus alijs, scit sup. causam. Ego, inquit Poëta, vtar & tollam sup. de modico aceruo .i. cumulo rerum paruarum, nec metuam quid heres, scilicet meus, iudicet de me. quod, id est eo quòd non inuenerit plura datis, id est quam dederit mihi inescans me (quod Persius imitatur) & tamen ego idem volam scire quantum simplex & hilaris, id est paucis contentus & rebus simplicibus læte vtens. discrepet nepoti, id est a luxurioso, & prodigo Lucrone, & quantum parcus discordet auaro. Enim, pro quia, distat, id est discrimen est, an tu prodigus spargas tua, id est res tuas profundas, & dilapides, an neque facias sumptum inuitus, vt auarus, neque labores parare plura, vt suis contentus, ac potius fruaris raptim, id est celeriter, sicut ipsum rapitur tempore exiguo & grato, vt tu puer olim supple fruebaris festis Quinquatribus, quæ Mineruæ sacrantur, & quinque diebus sic dicuntur. Pauperies, appositorie immunda domus absit procul supple à nobis. Ego ferar supple vnus & idem, an ferar magna naue vtrum parua. Nos non agimur velis tumidis, id est inflatis, Aquilone secundo, id est sequente, & à tergo veniente, id est prospero, idest non sumus in prosperitate summa, tamen nos non ducimus ætatem Austris, id est illis ventis, aduersis, id est contrarijs, id est non sumus etiam in summa calamitate, non sumus extremi primorum, id est inter primos, & supple priores extremis, id est omnino vltimis, viribus, ingenio, specie, virtute, loco, id est aut nascendi, aut viuendi dignitate, & re, id est diuitijs, hoc est mediocrem conditione in his tenemus, ita quòd simus inter primos omnino, & penitus supremos. quod sapiens precatur Prouerbiorum xxx. Mendacitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria &c. Non es auarus? aut secum loquitur. iuxta id, quod dixerat. Quocirca mecum loquor hæc &c. aut more suo, & aliorum secūdam personam pro qua vis ponit, hoc est tu non es auarus? Hoc est dicas mihi quicunque es, an sis auarus. Et videtur respondere tuto. Non sum auarus. ad quod Poëta: Abi, id est discede, quasi perfectus & non amplius erudiendus. Id .n. dicere solemus ijs quos ad consumationem profecisse

fecisse applaudimus. Quid cetera .i. quid facis in ceteris vitijs? Videtur autem quibusdam ad hoc nihil respondere, quia, Nemo sine crimine viuit. Vnde ait sim illos Poëta per modum præcepti. Fuge iam cetera vitia cum isto .s. vitio auaritiæ, quæ radix malorum est, si pectus caret .i. vacat tibi rite inani ambitione, si caret formidine mortis, si caret ira, si rides .i. parui curas, somnia .i. insomnia, terrores magicos, miracula .i. præstigiosa, sagas .i. veneficas & fascinatrices, Lemures nocturnos .i. spiritus noctu ambulantes, & portenta Thessala .i. omne genus veneficarum & sagarum Thessaliæ, si tu numeras, grate .i. grataner natales supp. tuos, si ignoscis amicis, si sis lenior .i. placatior & mitior accedente senecta, quæ ceteros difficiles & morosos facit, si inquam hæc facis, quid .i. ad quid, vel in quo, vna exempta .i. decerpta de pluribus spinis .i. vna virtus .s. liberalitatis, iuuat .i. delectat te, inter tot vitia? q. d. parum. Sed melius legitur, vt reposuimus admoniti per Philologum. Num simul isto Cum vitio fugere? caret &c. vt omnia per interrogationem legantur, lego etiam Spinis de pluribus vna. vt sit ordo, Non es auarus? abi: sed quid cetera sup. vitia, num .i. nunquid, fugere .i. fugerunt à te simul cum isto vitio .s. auaritiæ? caret pectus tibi ambitione inani? caret formidine mortis & ira? Rides .i. nunquid rides somnia &c. Nunquid numeras grate natales .i. annos iam grãdis natu? Sis lenior &c. Et cum ille abnuere videretur, addidit. Quid vna spina .i. vnum vitium auaritiæ te vt spina pungens. Vnde & Christus spinis cõparauit diuitias, exempta .i. extracta de pluribus spinis, iuuat te? q. d. parũ Vnde si nescis recte viuere, decede .s. ab opinione tua, peritis .i. ad peritos. Tu lusisti satis, tu edisti .i. comedisti, atque bibisti satis, tempus est tibi abire .i. abeundi ab ista, crapula & luxuriosa vita, ne ætas lasciua decentius .i. iuuenilis, hoc est iuuentus ipsa, quam magis deceat esse lasciuam, quam tenacem, rideat, & pulset te potum largius .i. abundantius, æquo .i. quam æquũ & honestum est. Et per hoc temperantiam cõmendat, quæ omnium virtutum specimen & moderamen est. Et hæc in præsens Opus.

DOCT. interpr. ARgilla quiduis) Argillæ similis est rudis ætas, primo quidem fingi potest dum tenera est, verum vbi duruit ingenium, non facile refingitur in alienam speciem. D. in Pr. Cera tractabilior. [Qui zonam perdidit) Zonam perdidit, castrense prouerbium est, ἀρχήματους .i. in eos, qui nihil habent nũmorum Porphyrion à militum consuetudine dicit esse tractum, qui quicquid habent, in zona secum portant. Doct. Lege Sabell. qui inter alia ait Horat. inducere militem Lucillianum, qui factus erat diues & bene nũmatus, recusantem ire ad castellum oppugnandum, & ita Imperatori Lucullo respondentem. Ibit ad omne periculum rusticanus miles & inops, & qui zonam perdidit, hoc est qui aureos amisit, quos in zona milites portare consueuerunt, propterea ꝙ mendicitas militaris ad omnem desperationem vocat armatum, qui vero satur est, & aliquid habet in zona timet periculum subire &c. [Et sale nigro) Quod ibi per sal nigrum, id alio loco per suc um loliginis vult intelligi. In Prou. Theonino dente rodi. [Tres mihi con.) Nihil vel hodie tritius est, ꝙ hæc Terentij sententia. Quot homines, tot sententiæ. Et eiusdẽ Suus cuique mos est, quibus ꝙ proxime accedit illud Persianum. Mille hoĩum species, & rerũ discolor vsus. Velle suũ cuique est, nec voto viuitur vno. [Expulit elleboro) Bibe elleborũ, hoc dicto significatur insanire quẽpiam, ppea ꝙ antiquitus plurimus vsus fuerit huius herbæ ad leuanda mentis & capitis vitia.

Bonfinius. IGnobilis Argis) Argis, pro Argiuis, exponit Porph. Mihi vero id minime placet, cum locum hic Horat. significet, nõ gentem, vt Argi vrbs sit, Argiui vero Argorum incolæ.

GLAR. ARgilla quiduis imitabitur vda) Imitabitur, inquit Acrõ, quidam imitabitur legunt, deest à puero alienũ, melius ergo legimus imitaberis, & quæ sequuntur. Si Acron hæc, quæ hic adeo confusa narrantur, ita scripsit non video quid de eo dicere debeam, sed temporum iniuria corrupta videri poterant si non vbique sibi similis videretur. imitabitur hic legendũ, non imitabatur, non imitaberis. Quod carmen ipsum ac sensus satis indicant. [Post hoc vehemens lupus & sibi) Lupus sibi, idẽ inquit, quia perdere poterat per negligentiam. Hæc ille Porph. autem verba inutilia sunt, at ego puto sibi non ad lupus iungendum, sed ad iratus. Item ad illud, Luculli miles, Porph. ait, Valerianus Seruilianus exercitus, sed ea verba etiam corrupta sunt. Non .n. de toto loquitur exercitus, sed de vno quopiam milite, neque .n. in singulos xx. millia HS. erogare Lucullus potuisset quantumuis diues. Acron ex Porph. verbis deceptus idem credidit. Porph. haud dubie proprium militis posuit, qui Tribunus exercitus, aut aliud quid fuit, de quo poëta paullo post dicturus est, quantumuis rusticus ibit, quanquam eo in loco amphibolon est. vtrum catus quantumuis rusticus, inquit, an quantumuis rusticus ibit [Prætulerim scriptor) Aut ironia est, aut amara interrogatio, q. d. ego neutiquam prætulerim. Exemplum autem Argui ab aduersario ita adducitur, vt Pyrrhi à Thrasone apud Terentium, solent .n. stolidi homines ignauiæ suæ exempla prætendere. [Tamen veteris monitoribus ijsdem) Ego interrogatiue legerem, si quidem veteris futurum est, non præsens. [Cur alter fratrum) Duo hic Commentarij sub Porph. nomine leguntur. Sed hoc sæpius nunc factum. [Naturæ Deus humanæ mortalis) Badius exponit, Genius existens Deus naturæ mutralis .s. humanæ mutabilis .i. varius in vnumquodque caput. Hæc ille. At ego puto Mortalis in vnumquodque caput construendum, & vultu mutabilis, vt significet genium cum homine interire. Nec hoc mirum apud hunc poëtam, qui animæ immortalitatem non credidit, nimirum cui fides Christiana nullam fidem fecerat. [Terrores magicos) Magos dicimus quasi magnos, à magnis rebus quas se perficere posse iactant, ita Porph. Hoc ab impostore aliquo adiectũ Porph. Magus enim Persica est dictio, qua suos ipsi sapientes vocabant, vt nemo ignorat.

F I N I S.

# NICOLAI PEROTTI SIPONTINI PRAESVLIS LIBELLVS, DE METRIS ODARVM HORATIANARVM.

## NICOLAVS PEROTTVS COELIO PEROTTO FRATRI CARISSIMO S.



EX omnibus immortalis Dei erga me beneficijs duo sunt, quibus maxime gloriari soleo, vnum quod Bessarionem mihi principem, alterum quod te fratrem præstiterit. Nam si mihi data esset facultas, omnia pro arbitrio meo eligendi, quid cogitare, nec dicam sperare amplius potuissem? Vt enim a principe incipiam, nactus sum pium, beneficium, humanum, liberalem, inaudita te æquitate, summa iustitia, singulari fide, diuina sapientia, adeo præterea omni genere studiorum eruditũ, vt mihi interdum de eo cogitanti, non tam vnus homo literatus, quam literæ ipsæ, omnesque bonæ artes in vno homine esse videantur. Nulla res est tam facilis, tam abolita, quam ex huius animo velut quodam thesauro non licet expromere. quàm peritus est diuinarum literarum, quàm doctus, & ciuilis & pontificij iuris? Quid est adeo in philosophia abstrusum, atque reconditum, qđ huic non sit penitus familiare? quis in mathematicis excellentior? quantum exemplorum, quantum historiæ, quantum antiquitatis tenet? Num sermo eius cum græce loquitur, plane Atticus est? cum scribit latine. Musæ ipsæ Romanæ loqui videntur. Orationem ipsius Platonicam putes, crebra est, assidua, copiosa, & Hybernis niuibus similis, in versibus tantum leporis, dulcedinis suauitatis inserit, vt nihil cœlestius. Quid epigrammata, quæ nuper in Gemistum Platonicum composuit, quæque subito cum Latina reddidit, non ne reddere probatissimam illam antiquitatem videntur? disputationes eius subtiles, ornatæ, graues, aut facile quemlibet, quo velit impellat & trahat; ita ex tempore loquitur, quasi iampridem scripserit, videntur ad manum sensus omnes instructi. Tanta præterea humanitate erga oẽs expositus est, vt qui dignitate summum locum tenet, facilitatem morum pene infimus videatur. Liberalitatem eius cum infiniti ex Latinis, tum maxime hoc tempore infelicissimi Græciæ populi experiuntur, qui proprijs expulsi sedibus, ad hunc veluti vni cum refugium confluunt. Adde quòd me adeo amanter, benigne, clementer amplexus est, vt octauum iam annum non solũ domi, sed intra secretiora cubilia ad curam castissimi corporis sui tenuerit, teneatque apud quem quantum gratia & auctoritate valuerim, in propinquorum atque amicorum honoribus expertus sum. Quæ nostra familia, qui pater, qui nos omnes, quæ nostræ fortunæ essent, nisi princeps noster fuisset? Nota hæc omnibus sunt, quicquid sumus, principis nostri sumus beneficio, humanitate, clementia huic vni bona, fortunas, ipsam denique animam debemus. Merito itaque me puto immortale beneficium à Deo consecutum, quod talem nactus sum principem, quem nisi summa integritate, fide, obseruantia colam, venerer, adorem, sceleratus, facinorosus, nefarius sim, è conspectu hominum fugandus, eijciendus, exterminandus. De te vero mi frater quid loquar? an mihi secundo loco euenire aliquid dulcius poterat, quam te talem habere germanum? qui mihi vt aspectu, ac lineamentis corporis, ita & moribus & natura similia euaderes, qui eisdem, quibus ipse studijs deditus a me erudireris, docereris, instruereris, quam ego veluti imaginem quandam meis manibus formarem, atque confingerem. De cuius indole tantam animo spem concepi, ut non mediocre decus allaturum te familiæ nostræ, nisi te nobis fata inuiderint, existimem. At quorsum hæc de me inquies (nam de principe nostro non miror, quem vbique laudare extollere, prædicare, satiari non potes) Nempe quia tuis quoque laudibus satiari non possum optime & suauissime frater, ita me ingenium tuum, ita studium, ita mores delectant presertim in hoc lubrico ætatis, in quo multi adolescentes periclitari solent. Quanta me nuper uoluptate affectum putas, cum me rogasti, vt vna epistola omnia genera metrorum, quæ apud Horatium Flaccum reperiuntur, breuiter comprehenderem, & vnde Lyrici poetæ dicti fuerint ad te scriberem? Ex his enim intelligo non contentum te heroicis, atque elegiacis uersibus, ut ceteri nostræ ætatis adolescentes. sed ad cetera quoque metrorum genera aspirare. Quod & optimi ingenij tui, & exactissime in studijs diligentiæ testimonium est. Ego vero vt honestissimo desiderio tuo morem geram, & instar liberalissimi hominis plus etiam quàm à me quæratur præstem, hac tibi epistola omnia metrorum genera, quibus non solum Horatius, uerumetiam Boëtius usus breuiter annotabo, Si tamen prius quid Lyricorum uetustissimum nomen sibi uelit ostendero, Dicti igitur Lyrici sunt a Lyra, quoniam ueteres huiusmodi carminum scriptores ad lyram poëmata sua canere consueuerunt. hi apud Græcos quidem octo feruntur Alcman, à quo Alcmanium metrum dictum est: Stesichorus, à quo Stesichoreum, Alcæius, à quo Alcaicum, Ibicius, à quo Ibiceium, Anacreon, à quo Anacreontium, Simonides, à quo Simonideium, Pindarus, a quo Pindaricum, Bacchilides, à quo Bacchilideium. Horum, vt Quintilianus inquit, longe Pindarus princeps, spiritus, magnificentia, figuris, beatissima rerum & verborum copia, velut quodam eloquentiæ flumine, propter quod Horatius merito eum credidit nemini imitabilem. Additur supradictis Sappho, quam magistram fuisse Pletonia nõnulli tradunt, à qua Sapphicum metrum appellatum est, ita Lyricorum numerus nouem Musarum numerum implebit, quarum inuocationibus cantus suos ordiebantur. Apud Latinos vero tres præcipue memorantur Lyrici, Horatius Cesius Bassus, & Valerius Martialis. Inter hos palmam obtinet Horatius. Solus ferè. vt idem Quintil. inquit, legi dignus. nam & insurgit aliquando, & plenus est iucunditatis & gratiæ, & varijs figuris felicissime audax. Secundus Valerius Martialis, quem intellexisse Quintilianum arbitror, cum ait: Si quem adijcere Horatio velis, erit Cesius Bassus, quem nuper inuidimus. Sed eum longe præcedunt ingenia viuentium Martialem quippe Quintiliani ætate fuisse manifestum est, ac Cesij Bassi vix hac tempestate superest nomen. Vsus autem est Horatius in eo libro, qui Odæ inscribitur vndeuiginti metrorum generibus.

Primum genus est Monocolon, diciturq́ choriambicum asclepiadeum, tetrametrum, constans spondeo, duobus choriambis, & pyrrhichio, sic enim scanditur.

Mœce -- nas atauis υ--υ edite re υ--υ gibus υυ

Scripsit hoc metro duntaxat treis Odas.

Lib. j. Ode j. Mœcenas atauis edite regibus.

Lib. iij. Ode xxx. Exegi monimentum ære perenniua.

4 8 Donarem pateras, grataq́. commodis.

--υ--υυ--υυυ

Secundum genus est dicolon, tetrastrophon. Primi tres uersus sunt dactylici, pentametri, sapphici. constat enim trochæo, spondeo, dactylo, & duobus trochæis, hoc modo.

Iam sa -υ tis ter -- ris niuis -υυ atque -υ diræ --

Grandi -υ nis mi -- sit pater -υυ et ru -υ bente -υ

Dexte -υ ra sa -- cras iacu -υυ latus -υ arces --

Quartus adonius, constans dactylo, dimetro, catalectico, hoc est dactylo, & spondao, siue trochæo, hoc modo.

Terruit -υυ urbem -υ

Sciplit hoc metro sex, & viginti Odas.

1 2 Iam satis terris niuis, atque diræ.
1 10 Mercurij facunde nepos Atlantis,
1 12 Quem virum, aut heroa, lyra, vel acri.
1 20 Vile potabis modicis Sabinum.
1 12 Integer vitæ, scelerisq́ purus.
1 25 Parcius iunctas quatiunt fenestras.
1 30 O Venus Regina Gnidi, Paphiq́.
1 32 Poscimus si quid vacui sub vmbra.
1 38 Persicos odi puer apparatus.
2 2 Nullus argento color est auaris.
2 4 Ne sis ancillæ tibi amor pudori.
2 6 Septimi Gades aditure mecum,
2 8 Illa si iuris tibi peierati.
2 10 Rectius niues Licini, neque altum.
2 16 Otium diues rogat in patenti.
3 8 Martijs cœlebs quid agam calendis.
3 11 Mercuri nam te docilis magistro.
3 14 Herculis ritu modo dictus ò plebs.
3 18 Faune nympharum fugientum amator.

3 10 Non vidas quanto moueas periclo.
3 22 Montium custos, nemorumq. virgo.
3 27 Impios parræ recinantis omen.
4 2 Pindarum quisquis studet emulari.
4 6 Diue, quem prolea Niobea magnæ.
4 11 Est mihi nonum superantis annum.
5 18 Phœbe, siluarumq. potans Diana.

-u---uu-u--

-u---uu-u--

-u---uu-u-u

-uu--

Tertium Dicolon Distrophon, primus varsus est choriambicus, gliconius, trimeter, constans spondeo, choriambo, & pyrrhichio, hoc modo.

Sic te -- diua potens -uu- Cypri uu

Sequens est asclepiadaus, hoc modo.

Sic fra -- tres Helenæ -uu- lucida sy -uu- dera uu

Scripsit hoc metro Odas xij.

1 3 Sic te diua potens Cypri.
1 13 Cum tu Lydia Telephi.
2 19 Mater sæua cupidinum.
1 36 Et thure, & fidibus iuuat.
3 9 Donec gratus eram tibi.
3 15 Vxor pauperis Ibici.
3 19 Quantum distat ab Inacho.
3 24 Intactis opulentior.
3 25 Quo me Bacche rapis tui.
3 28 Festo quid potius die.
4 1 Intermissa Venus diu.
4 3 Quem tu Melpomene.

---uu-u-

---uu--uu-uu

Quartum Dicolon Distrophon, primus varsus est dactylicus, archilocheius, tetrameter, constans tatrametro bucolico, & tribus trochæis: vt,

Soluitur -uu acris hy -uu ems gra -- ta vice -uu veris -u & fa -u uoni --

Sequens item Archilocheius, constans ex penthemimere iambiaa, & tribus trochæis, hoc modo.

Trahunt u- que sic u- cas - machi u- næ ca -u rinas --

Scripsit hoc metro duntaxat hanc Oden.

1 4 Soluitur acris hyems &c.

-uu-uu---uu-u-u--

u-u---u--

Quintum Tricolon, Tetrastrophon. Primi duo versus sunt asclepiadei, hoc modo.

Quis mul -- ta gracilis -uu- te puer in -uu- rosa u-

Tertius pherecratius, constans spondeo, dactylo, & spondeo, hoc modo.

Grato -- Pyrrha sub -uu antro -

Quarto Gliconius. de quo supra dictum est, hoc modo.

Cui fla -- uam religas -uu- comam uu

Scribit hoc metro septem Odas.

1 5 Quis multa gracilis te puer in rosa.
1 14 O nauis referent in mare te noui.
1 21 Dianam tenere dicite virgines.
1 23 Vitas hinnuleo me similis Chloë.
3 7 Quid fles Asterie quem tibi candidi.
3 13 O fons Blandusiæ splendidior vitro.
4 13 Audiuere Lyce di mea vota di.

---uu--uu-u-

---uu--uu-uu

---uu--

--uu-uu

Sextum Dicolon Distrophon. Tres primi versus sunt asclepiadri, hoc modo.

Scribe -- ris Vario -uu- fortis & ho -uu- stium uu

Quartus est gliconius, hoc modo.

Miles -- te duce ges -uu- serit uu

Scribit hoc metro Odas, nouem,

1 6 Scribaris Vario fortis & hostium.
1 15 Pastor cum traheret per freta nauibus.
1 24 Quis desiderio sit pudor, atque modus.
1 33 Albi ne doleas plus nimio memor.
2 12 Nolis longas fera bella Numantiæ.
3 10 Extremum Tanaim si biberes Lyce.
3 16 Inclusam Danaën turris ahenea.
4 5 Diuis orte bonis optima Romule.
4 12 Iam veris comites quæ mare temparant.

---uu--uu-uu-

---uu--uu-uu

---uu--uu-u-

---uu-uu

Septimum Dicolon Distrophon. Primus versus est heroicus, hoc modo.

Lauda -- bunt ali -uu i cla -- ram Rhodon -uu aut Mity -uu lenem --

Secundus est dactylicus, alcmanius, tetrameter, acatalecticus, quatuor enim pedas heroici habet siue dactylos omnes, siue spõdeos, siue mixtos, frequentissime tamen in tertio pede dactylũ, hoc modo.

Aut ephe -uu sum bima -uu ris ue Co -uu rinthi --

Scribit autem hoc metro tres Odas.

1 7 Laudabunt alij claram Rhodon, ant Mitylenen.
1 28 Te maris & terræ, numeroq. carentis harenæ.
1 12 Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris.

---uu---uu-uu--

-uu-uu-uu--

Octauum Dicolon, Distrophon. Primus versua est choriambicus, monometer, aristophaneius, constans choriambo & amphibraco, siue bacchio, hoc modo.

Lydia dic -uu- per omnes u--

Sequens est choriambicos, trimeter, sapphicus, constans epitrito secundo, duobus choriambis, & amphibraco, siue bacchio, hoc modo.

Te deos o -u-- ro sybarim -uu- cur properes u--u amando -uu

Scribit hoc metro duntaxat hanc Oden.

1 8 Lydia dic per omneis.

-uu-u--

-u---uu--uu-u--

Nonum Tricolon Tetrastrophon. Primi duo versus sunt dactylici, alcaici, trimatri, catalectici, constat enim penthemimere iambica, & duobus dactylis, hoc modo.

Vides u- vt al u- ta - stet niue -uu candidum -uu

Tertius est iambicus, archilocheius, dimeter, hypercatalecticus si quidem in primo pede recipit iambum vel spondeũ in quarto iambum vel pyrrhichium, deinde superest syllaba, hoc modo.

Siluæ -- labo u- rantes -- gelo u- quæ u

Quartus versus est dactylicus, alcmanius, tetrameter, de quo paulo ante diximus, recipitq. in tertio pede frequentissime trochęũ, hoc modo.

Flumina -uu constite -uu rint a -u cuto --

Scribit hoc metro xxxvij. Odas.

1 9 Vides vt alta stet niue candidum.
1 16 O matre pulchra filia pulchrior.
1 17 Velox amœnum sæpe lucretilem.
1 26 Musis amicus tristitiam & metus.
1 27 Natis in vsum lætitiæ scyphis.
1 29 Acci beatis non Arabum inuides.
1 31 Quid dedicatum poscit Apollinem.
1 34 Parcus deorum cultor, & infrequens.
1 35 O diua gratum quæ regis Antium.
1 37 Nunc est bibendum, nunc pede libero.
2 1 Motum ex Metello consule ciuicum.
2 3 Æquam memento rebus in arduis.
2 5 Nondum subacta ferre iugum valet.
2 7 O sæpe mecum tempus in vltimum.
2 9 Non semper imbres nubibus hispidos.
2 11 Quid bellicosus Cantaber, & Scytea.
2 13 Ille & nefasto te posuit die.
2 14 Eheu fugaces Postume, Postume.
2 15 Iam pauca aratro iugera regiæ.

2 17 Cur me querelis exanimas tuis.
2 19 Bacchum in remotis carmina rupibus
2 20 Non vſitata,nec tenui ferar.
3 1 Odi profanum vulgus,& arceo.
3 2 Anguſtum amice pauperiem pati.
3 3 Iuſtum,& tenacem propoſiti virum.
3 4 Deſcende de cœlo, & dic age tibia.
3 5 Cœlo tonantem credidimus Iouem.
3 6 Delicta maiorum immeritus lues.
3 17 Æli vetuſto nobilis ab Lamo.
3 21 O nata mecum conſule Manlio.
3 23 Cœlo ſupinas ſi tuleris manus.
3 26 Vixi puellis nuper idoneus.
3 29 Tyrrhena regum progenies tibi.
4 4 Qualem miniſtrum fulminis alitem.
4 9 Ne forte credas interitura,quæ.
4 14 Quæ cura patrum, quæque Quiritium.
4 15 Phœbus volentem prœlia me loqui.

υ-υυ--υυ-υυ

υ-υ---υυ-υυ

--υ--υ-υ

-υυ-υυ-υ--

Decimum Monocolon. Verſus eſt choriambicus, pentameter,alcaicus,conſtans ſpondeo,tribus choriambis,& pyrrhichio, hoc modo.

Tu ne -- quæſieris -υυ- ſcire nefas -υυ- quem mihi quem -υυ- tibi υυ

Scribit hoc metro tres Odas.
1 11 Tu ne quæſieris,ſcire nefas,quem mihi,quem tibi.
1 18 Nullam Vare ſacra vite prius ſeueris arborem.
4 10 O crudelis adhuc,& Veneris muneribus potens.

---υυ--υυ--υυ-υυ

Vndecimum Dicolon Diſtrophon. Primus verſus eſt dimeter, iambicus archilocheius, acatalecticus, conſtat enim amphimacro,qui metrum facit ex duobus iambis, ſiue altero ſpondeo, hoc modo.

Non ebur -υ- nequ'au υ- reum υυ

Sequens trimeter,iambicus,hipponactius,catalecticus. habet.n. quinque iambos,& ſyllabam, recipit tamẽ imparibus ſedibus. etiam ſpondeum, hoc modo.

Mea υ- reni υ- det in υ- domo υ- lacu υ- nar υ

Scribit hoc metro duntaxat hanc Oden.
2 18 Non ebur, neque aureum.

-υ-υ-υυ

υ-υ-υ-υ-υ-υ

Duodecimum Monocolon,verſus eſt ionicus, ſapphicus a minori,trimeter,acatalecticus,hoc eſt tribus ionicis a minori conſtans,hoc modo.

Miſerar' eſt υυ-- neque amori υυ-- dare ludum υυ-υ

Scripſit hoc metro duntaxat hanc Oden.
3 12 Miſerarum eſt,neque amori dare ludum.

υυ--υυ--υυ-υ

υυ--υυ--υυ--

υυ--υυ--υυ--

Tertiumdecimum Dicolon, Diſtrophon. Primus verſus eſt heroicus,hoc modo.

Diffu -- gere ni -υυ ues, rede -υυ unt iam -- gramina -υυ campis --

Sequens eſt dactylicus, archilocheius, dimeter catalecticus, hoc eſt conſtans duobus dactylis,& ſyllaba, hoc modo.

Arbori -υυ busque co υ-- me -

Scribit hoc metro hanc Oden.
4 7 Diffugere niues &c.

---υυ-υυ---υυ--

-υυ-υυ-

Quartumdecimum Dicolon Diſtrophon. Primus verſus eſt iambicus,hipponactius,trimeter,acatalecticus, conſtans ſex iambis,recipiensq. etiam ſpondeum imparibus ſedibus, hoc modo.

Ibis -- Libur υ- nis in -- ter al υ- ta na υ- uium υυ

Sequens eſt iambicus,archilocheius,dimeter,acatalecticus,conſtans quatuor iambis,admixto interim imparibus ſedibus ſpondeo,hoc modo.

Ami υ- ce pro υ- pugna -- cula υυ

Scripſit hoc metro Odas decem.
5 1 Ibis Liburnis inter alta nauium.
5 2 Beatus ille,qui procul negotijs.
5 3 Parentis olim ſi quis impia manu.
5 4 Lupis & agnis quanta ſortito obtigit.
5 5 At ò deorum quiſquis in cœlo regis.
5 6 Quid immerentis hoſpites vexas canis.
5 7 Quo quo ſceleſti ruitis,aut cur dexteris.
5 8 Rogare longo putidam te ſeculo.
5 9 Quando repoſtum cæcubum ad feſtas dapes.
5 10 Mala ſoluta nauis exit alite.

--υ---υ-υ-υυ

υ-υ---υυ

Quintumdecimum Dicolon Diſtrophon. Primus verſus eſt iambicus,hipponactius,trimeter,acatalecticus,de quo paullo ante diximus,hoc modo.

Pecti -- nihil υ- me ſi -- cut an υ- tea υ- iuuat υυ

Secundus eſt ſapphicus,conſtans penthemimere heroica & dimetro iambico, hoc modo.

Scribere -υυ verſicu -υυ los - amo υ- re per υ- culſum -- graui υ-

Scripſit hoc metro duntaxat hanc Oden.
5 11 Pecti nihil me ſicut antea iuuat.

--υ---υ-υ-υυ

-υυ-υυ-υ-υ---υ-

Sextumdecimum Dicolon Diſtrophon.Primus verſus eſt heroicus, hoc modo.

Horrida -υυ tempe -- ſtas cœ -- lum con -- traxit et -υυ imbreis --

Sequens eſt archilocheius,conſtans dimetro iambico, acatalectico,& penthemimere heroica, hoc modo.

Niues υ- que de υ- ducunt -- Iouem υ- nunc mare -υυ nunc ſilu -υυ æ -

Scribit hoc metro tantum hanc Oden.
5 13 Horrida tempeſtas cœlum contraxit,& imbres.

-υυ-----υυ--

υ-υ---υ--υυ-υυ-

Decimumſeptimum Dicolon, Diſtrophon. Primus verſus eſt heroicus,hoc modo.

Mollis in -υυ ertia -υυ cur tan -- tam dif -- fuderit -υυ imis --

Secũdus iambicus,archilochius,dimeter,catalecticus,de quo ſupra dictum eſt, hoc modo.

Obli -- uio υ- nem ſen -- ſibus υυ

Scribit hoc metro duas Odas.
5 14 Mollis inertia cur tantam diffuderit imis.
5 15 Nox erat,& cœlo fulgebat Luna ſereno.

-υυ-υυ-----υυ--

--υ---υυ

Duodeuigeſimum Dicolon, Diſtrophon.Primus verſus eſt heroicus,hoc modo.

Altera -υυ iam teri -υυ tur bel -- lis ci -- uilibus -υυ ætas --

Alter iambicus,hipponactius,trimeter,acatalecticus,de quo ſupra dictam eſt,hoc modo.

Suis υ- et ip υ- ſa Ro υ- ma vi υ- ribus υ- ruit υυ

Scribit hoc metro hanc Oden duntaxat.
5 16 Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas.

-υυ-υυ-----υυ--

υ-υ-υ-υ-υυ

Vndeuigeſimum monocolon, verſus eſt iambicus, hipponactius,trimeter,acatalecticus,qualis ſuperior,hoc modo.

Iam iam ef -- fica υ- ci do -- manus υ- ſcien υ- tiæ υ-

Hanc tantummodo Oden hoc carmine ſcribit.
5 17 Iam iam efficaci do manus ſcientiæ.

--υ---υ-υ-υ-

F I N I S.

LOCVS

## LOCVS HORATII DECLARATVS.

HOratius lib. ij. Od, vbi se in formam Cycni transitu vaticinatur post mortem, sic ait.

Non vsitata, nec tenui ferar
„ Penna biformis per liquidum æthera
„ Vates, inuidiaque maior,
„ Vrbes relinquam. Paullo post.
„ Iamiam residunt cruribus asperæ
„ Pelles, & album mutor in alitem.
„ Superne, nascunturque leues
„ Per digitos, humerosque plumæ. Diogenes Laërtius;

„ Simile quidam, sed alia de causa narrat, vbi de Platone loquitur his verbis.

Λέγεται δ' ὅτι Σωκράτης ὄναρ εἶδεν κύκνου νεοττὸν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχειν, ὃν καὶ παραχρῆμα πτεροφυήσαντα ἀναπτῆναι ἡδὺ κλάγξαντα, καὶ μεθ' ἡμέραν Πλάτωνα αὐτῷ συστῆναι· τὸν δὲ τοῦτον εἶναι τὸν ὄρνιν.

Poëta se in Cycnum conuersum iri vaticinatur, ob singulare ingenium, doctrinam, atque gloriam partam ex poëmatum conscriptione. Socrates vero, dum in gremio se Cycni pullum fouere somniat, Platonis præstantiam, & admirabilem eloquentiam vaticinatur. Idem Laertius testatur ex Apollodoro eodem die natum Platonem, quo Delij affirmabant natum in sua insula Apollinem, his verbis.

Γίνεται Πλάτων, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, ὀγδόῃ, καὶ ὀγδοηκοστῇ ὀλυμπιάδι, θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ, καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασί.

Cur vero Horatius se potissimum in Cycnum conuersum iri dicet, id est in causa, quia Cycnus Apollini erat dicatus, quod declarat Callimachus cum ait.

„ Ἡ μὲν ἔφη, κύκνοι δὲ θεοῦ μέλποντες ἀοιδοί
„ Μηόνιον Πακτωλὸν ἐκυκλώσαντο λιπόντες.
„ Ἑβδόμακις περὶ Δῆλον.
„ Ἔνθεν ὁ παῖς τόσσας δὲ λύρῃ ἐν ἐδήσατο χορδάς.
„ Ὕστερον, ὁσσάκι κύκνοι ἐπ' ὠδίνεσσιν ἄεισαν.

## LOCVS HORATII IN Poëtice declaratus.

QVo loco Horatius, quale debeat esse chori officium in Tragœdia declarat, sic ait.

Auctoris partes chorus, officiumque virile,
Defendat, neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, & hereat apte.
Ille bonis faueatque, & concilietur amice
Et regat iratos, & amet peccare timenteis,
Ille dapes laudet mensæ breuis, ille salubrem
Iustitiam, legesque, & apertis ocia portis.
Ille tegat commissa, Deosque precetur, & oret,
Vt redeat miseris, abeat fortuna superbis.

Hoc ipsum etiā affirmat Arist. in problematis, sectione xxxv. vbi quærit, cur in Tragœdiarum choris neque subdorio, neque subphrygio cantandi genere vti cōsueuerint, ait enim Subphrygios modulos ad furorem concitare, & ad arma. Subdorium vero concentum stabile quiddam constans, ac magnificum sonare. Ideo non conuenire choris, qui omnia pacate, humiliter, & flebiliter agunt. Non recipit .n. chorus personas Heroum, aut ducum, sed popularium hominum, & ignobilium, qui aliorum præsto sint incommodis. Conuenire igitur Choro concentum, quem veteres Mixolydium vocabant, asserit Aristoteles, est n. Chorus veluti cliens quidam, curatorque ociosus, quippe qui beneuolentiam duntaxat ijs exhibeat, quibus adest, quæ verba si qs consideret attentius, videat idem ab Aristot. fuisse dictum, quod ab Horatio. Idem subinnuit Aristot. in lib. Poëtices his verbis.

Στάσιμον δὲ μέλος χοροῦ, τὸ ἄνευ ἀναπαίστου, καὶ τροχαίου. κόμμος δὲ θρῆνος κοινὸς χοροῦ, καὶ ἀπὸ σκηνῆς. καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαμβάνειν τῶν ὑποκριτῶν. καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου, καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὥσπερ παρ' Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ. τοῖς δὲ λοιποῖς τὰ ᾀδόμενα μᾶλλον τοῦ μύθου, ἢ ἄλλης τραγῳδίας ἐστί. διὸ ἐμβόλιμα ᾄδουσι πρώτου ἄρξαντος Ἀγάθωνος τοῦ τοιούτου. καί τοι τὸ „ διαφέρει, ἢ ἐμβόλιμα ᾄδειν, ἢ ῥῆσιν ἐξ ἄλλου, εἰς ἄλλο ἁρμόττοι. ἢ ἐπεισόδιον ὅλον.

His ita expositis ex Aristotelis sententia, subijciā exempla singulis præceptionibus Horatianis de officijs Chori, atque ea ex Sophocle, quem omnium maxime probat Aristoteles hac presertim in re, vt licet perspicere ex superioribus verbis, quæ apposui. Ac ne mihi omnes eius tragœdias nominare sit necesse, ex Aiace & Electra tantum, omnia proferamus exempla, sic enim res tota erit facilior, ac certior. [Auctoris partes) Duplex potest esse sensus horum verborum vel vt dicat, Chorum exequi partes Poëtæ, cui cum in dramatis tragicis nihil relinquatur loci, si quæ tamen dici videantur debere a Poëta, id proferatur à Choro. Vt tres illi versus extremi.

„ Ἦ πολλὰ βροτοῖς ἔστιν ἰδοῦσιν
„ Γνῶναι, πρὶν ἰδεῖν δ' οὐδεὶς μάντις
„ τῶν μελλόντων ὅ τι πράξει,

Vel quod magis probo, vt chorus exequatur partes auctoris .i. suadentis, & dissuadentis, quid sit agendum, vel non agendum. Huius rei exemplum est in primo choro Aiacis.

„ Τελαμώνιε παῖ τῆς ἀμφιρύτου
„ Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου.
„ Σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω,
„ Σὲ δ' ὅταν πληγὴ Διός, *Et quæ sequuntur.*

Officiumque virile) Huius virilis officij vestigia in hoc eodem loco apparuit. grauiter enim illum castigat chorus monetque vt nihil indignum suis maioribus, & gloria ante parta agat. [Neu, quid medios intercinat actus) Iam hoc declaratum est ex Aristotele, qui monet ne quid sit in tragœdia dictum a Choro. ἔμμελον. Vitium hoc egregie vitauit Sophocles atque ideo laudatur ab Aristotele. [Ille bonis faueat) Vt in Electra. vt audisset chorus multa contumeliosa dicta à Clytemnestra in Electram, quæ lugebat mortem patris, fauens Electræ, ac detestans Clytemnestræ scelus, atque improbitatem ait,

„ Ποῦ ποτε κεραυνοὶ Διός, ἢ ποῦ φαέθων
„ Ἥλιος, εἰ ταῦτ' ἐφορῶντες, κρύπτουσιν ἕκηλοι *Et illic.*
„ Εἰ μὴ 'γὼ παράφρων
„ Μάντις ἔφυν, καὶ γνώμας
„ Λειπομένα σοφᾶς
„ Εἶσιν ἁ πρόμαντις.
„ Δίκα δίκαια φερομένα χεροῖν κράτη.

Vaticinatur enim exilium Ægistho, & Clytemnestræ ob illorum nefandum scelus, quod ubique detestatur. [Concilietur Amice) .i. magnam præ se ferat erga suos beneuolentiam, ac iuuandi studium. ut cum Chorus Aiacem quæritans diu frustra præ nimio desiderio ita exclamat.

„ Τίς ἂν δῆτά μοι, τίς ἂν
„ Φιλοπόνων ἁλιαδᾶν
„ Ἔχων ἀΰπνους ἄγρας,
„ Ἤ τις Ὀλυμπιάδων θεᾶν, ἢ ῥυτῶν
„ Βοσπορίων ποταμῶν ἴδρις,
„ Τὸν ὠμόθυμον, εἴ ποθι πλαζόμενον
„ Λεύσσων, ἀπύοι,
„ Σχέτλια γὰρ ἐμέ γε τὸν μακρῶν ἀλάταν
„ Πόνων οὐρίῳ μὴ πελάσαι δρόμῳ,
„ Ἀλλ' ἀμενηνὸν ἄνδρα μὴ λεύσσειν ὅπου. *Et illic.*
„ Χωρεῖν ἑτοῖμος, κοὐ λόγῳ δείξω μόνον.
„ Τάχος γὰρ ἔργου, καὶ ποδῶν ἅμ' ἕψεται

Et regat iratos) Vt chorus in Aiace Menelaum iratum, ac contendentem cum Teucro, lenit his verbis.

„ Μενέλαε μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφάς,
„ Εἶτ' αὐτὸς ἐν θανοῦσιν ὑβριστὴς γένῃ.

Paullo post, in altercatione Agamemnonis, & Teucri.

„ Εἴθ' ὑμὶν ἀμφοῖν νοῦς γένοιτο σωφρονεῖν
„ Τούτου γὰρ οὐδὲν σφῷν ἔχω λῷον φράσαι.

Et illic ubi iratus Aiax, à se reijcit Tecmessam, inquit Chorus.

„ Αἴας ἔχειν σ' ἂν οἶκτον ὡς κἀγὼ φρενί.
„ Θέλοιμ' ἄν. αἰνοίης γὰρ ἂν τὰ τῆσδ' ἔπη,
„ Ὦ πρὸς θεῶν ὕπεικε, καὶ φρόνησον εὖ.

Et

Et amat peccare timentes).i.viros bonos. Laudatur à Choro V.y ſſes, qui quamuis infeſtiſſimus eſſet Aiaci dum viueret, cō tentionem tamen diremit ortam inter Teucrum & Agamemnonem, ab eoque impetrauit, vt humaretur Aiax.

„ Ὅστις σ᾽ ὁ δύσμορος μὴ λέγει γνώμῃ σοφόν
„ Φῦναι τοιοῦτον ὄντα μῶρός ἐστ᾽ ἀνήρ, *Et illud in Electra.*
„ Πρὸς δυσσεβῆ κόρη λέγει σὺ δέ,
„ Εἰ σωφρονήσεις ὦ φίλη δράσεις τάδε.

In ijs quæ ſequuntur Horatij Carminibus ſenſus eſt, vt Chorus ſe fidei plenum & amoris oſtendat. vt,

„ Ἀλλ᾽ οὖν εὐνοίᾳ γ᾽ αὐδῶ.
„ Μάτηρ ὡσεί τις πιστά
„ Μὴ τίκτειν σ᾽ ἄταν ἄταις.

Præterea ſit virtutum omnium laudator, pietatis, parſimoniæ, iuſtitiæ, æquitatis. Optet bonis felicitatem, Malis exitium imprecetur. Horum exempla, qui volet, petat ex Sophocle. nam nos de his rebus fortaſſe etiam nimis multa diximus. Vnom videtur omiſiſſe Horat. quod potiſſimum eſt Chori officium apud Sophoclem, ſolari eos, qui dis cruciantur, in hoc plurimum verſantur chori ſermones. ſed de his hactenus.

## DECLARATIO LOCI HORATIANI.

HOratius Epiſtolarum ſuarum lib. ij. Epiſtola vltima, tecēſet Argiui cuiuſdam vſurarium, eiuſmodi iſſe, vt videretur ſibi magna cum voluptate audire hiſtriones recitantes poetarum tragœdias in medio theatro, & ſæpe applauderet recitantibus. eius verba ſunt hæc.

Fuit haud ignobilis Argis.
„ Qui ſe credebat miros audire tragœdos,
„ In vacuo lætus ſeſſor plauſorque Theatro. Paulo poſt.
„ Hic vbi cognatorum opibus, curiſque refectus
„ Expulit elleboro morbum, bilemque meraco,
„ Et redit ad ſeſe. Pol me occidiſtis amici,
„ Non ſeruaſtis, ait, cui ſic extorta voluptas,
„ Et demptus per vim mentis gratiſſimus error.

Locum hunc cum legerem, animaduerti non diſſimile quiddam narrare Athenæum lib. xij. in ipſo fine, his verbis.

„ Ἐν μανίᾳ δὲ τρυφὴν ἡδίστην γενομένην οὐκ ἀηδῶς ὁ Ποντι-
„ κὸς Ἡρακλείδης διηγεῖται ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς οὕτω γράφων.
„ ὁ Αἰξωνεὺς Θράσυλλος ὁ Πυθοδώρου διετέθη ὑπὸ μανίας τοιαύ-
„ της, ὡς πάντα τὰ πλοῖα τὰ εἰς Πειραιᾶ καταγόμενα ὑπο-
„ λαμβάνειν ἑαυτοῦ εἶναι, καὶ ἀπεγράφετο αὐτά, καὶ ἀπέστελ-
„ λε, καὶ διῴκει, καὶ καταπλέοντα ἀπεδέχετο μετὰ χαρᾶς
„ τοσαύτης, ὅσην περ ἂν ἐκ τοσούτων χρημάτων κύριος ὤν.
„ καὶ τῶν μὲν ἀπολομένων οὐδὲν ἐπεζήτει, τοῖς δὲ σωζομένοις
„ ἔχαιρε, καὶ διῆγε μετὰ πλείστης ἡδονῆς. ἐπεὶ δὲ ὁ ἀδελ-
„ φὸς αὐτοῦ Κρίτων ἐκ Σικελίας ἐπιδημήσας συλλαβὼν αὐ-
„ τὸν παρέδωκεν ἰατρῷ, καὶ τῆς μανίας ἐπαύσατο. διηγεῖτο
„ δὲ οὐδὲ πώποτε φάσκων κατὰ τὸν βίον ἡσθῆναι πλείονα. λύ-
„ πην μὲν γάρ, οὐδ᾽ ἥντιν᾽ οὖν αὐτῷ παραγίνεσθαι, τὸ δὲ τῶν
„ ἡδονῶν πλῆθος ὑπερβάλλειν.

Idem etiam Tecmeſſa apud Sophoclem de inſaniente Aiace ſuo, ait.

„ Ἁνὴρ ἐκεῖνος, ἡνίκ᾽ ἦν ἐν τῇ νόσῳ
„ Αὐτὸς μὲν ἥδεθ᾽ οἷσιν εἴχετ᾽ ἐν κακοῖς,
„ Ἡμᾶς δὲ τοὺς φρονοῦντας ἠνία ξυνών.
„ Νῦν δ᾽ ὡς ἔληξε κἀνέπνευσε τῆς νόσου
„ Ἐκεῖνος τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ
„ Ἡμεῖθ᾽ ὁμοίως οὐδὲν ἧσσον, ἢ πάρος.

Veriſſimum autem eſt quod apud eundem legitur Sophoclē.

„ ἐν τῷ φρονεῖν μηδὲν ἥδιστος βίος.
„ τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ᾽ ἀνώδυνον κακόν.

Hæc ſi quis conferet cum Horatianis verſibus, animaduertet eſſe q ſimillima, hacque collatione auctorum mirifice delectabitur. vertiſſem in latinum ſuperiora, ſed quia hæc tantum doctis à me ſcribuntur, non committendum putaui, vt mea facilitate quid in Latine ſemidocti, qui literas græcas contemnunt, non agnoſcerent, ſe, quod eas ignorant, magno carere fructu, & voluptate.

## LOCVS HORATII INTER punctus & declaratus.

IN Epiſtola ſexta libri primi, ſunt hi verſus,
Non quo more piris viſci calauer iuber hoſpes,
Tu me feciſti locupletem, veſcere, ſodes.
Iam ſatis eſt, at tu, quantum vis tolle benigne,
Non inuiſa feres pueris munuſcula paruis.
Tam teneor dono, quam ſi dimittar onuſtus.
Vt libet. hæc porcis hodie comedenda relinques.

Diebus ſuperioribus cum Luca Florentiam eſſem profectus, multis magniſque de cauſis, non prius illinc diſceſſi q̃ Petrum Victorium, qui mihi coniunctiſſimus eſt, virum doctiſſimum publice interpretantem Latinos etiam Græcos auctores audirem. Habebat ille fortaſſe tum prę manibus eos quos ſuperius ſcripſi. Horatij verſus. in quibus cum multa docte adnotaſſet, illud etiā ingenioſe admodum, etiam perite obſeruauit διαλογισμὸν illū (ſic enim appellatur à rhetoribus) aliter debere interpungi, quā vulgo ſit interpunctus in omnibus exemplaribus. frequenter autem ſolet, vti omnes norunt, Horat. in ſua poëmata inducere διαλογισμὸν huiuſmodi. Satyr. iij. plurimus eſt inter eum, & Damaſippum ſtoicum. item quarta & quinta libri & ij. multo apertior Sat. vij. inter eum & ſeruum. Item lib. Epiſtolarum. i. in epiſtola ad Quintium, in Ode prætetea libri tertij, Quæ ſic exorditur, Donec gratus eram tibi. inter eum & lydiam. Sed redeo ad rem Dialogiſmus ſuperioribus verſibus eſt inter hoſpitem calabrum, & hominem alienigenam peregre profectum. Veſcere ſodes ait calaber. Iam ſatis eſt, reſpondit alter. At tu quantum vis tolle benigne. Non inuiſa fe. pue. mu. par. Hæc omnia à calabro dicuntur, ſi nihil mutes à conſueta lectione & diſtinctione verborum. At exiſtimabat Victorius interpungenda eſſe iſthæc ſic. At At tu quantum vis tolle. Calabri verba benigne, reſpondet alter, quaſi gratias agens. ſubiungit calaber inſtans vt poma tollat. Non inuiſa feres, cui reſpondit alter. Tam teneor dono Tota mutatio eſt in illius dictionis inter pūcto, Benigne, vnde oritur altera dialogiſmi pars à perſona reſpondētis.

„ Res patebit multo apertius, ſi ſubſcribantur verſus.
„ Non quo more piri veſci calaber iubet hoſpes:
„ Tu me feciſti locupletem, veſcere ſodes.
„ Iam ſatis eſt. At tu quantum vis tolle benigne,
„ Non inuiſa feres pueris munuſcula paruis,
„ Tam teneor dono. quam ſi dimittar onuſtus.

Benigne, eo in loco ſignificat tantundem, ac ſi dicas gratias tibi ago de tanta tua ergo me humanitate & liberalitate. Atque id ipſum eſt, quod vno verbo ſæpe exprimit. Ariſtophanes. ἐπαινῶ. At fortaſſe neque illud eſt prætermittendum, q benigni ij a latinis dicuntur, qui in alterum beneficia, conferunt. & benignitas pro beneficentia & liberalitate accipitur. Cic. ad Att. facilius in timore benigni, q̃ in victoria grati reperimur, ſic pro Deiot. dicere eſt ſolitus. benigne ſibi a populo R. eſſe factum. Nam benigne alteri facere, eſt beneficium conferre. Ad Atticum ſcribens Cic. ait, benignitas amicorum exhauſta eſt. hic benignitatem intellexit pro liberalitate. Virg. quoque lib. j. Æn. cum ait,

„ Ponuntque ferocia Pœni,
„ Corda volente Deo, in primis Regina quietum
„ Accipit in Teucros animum, mentem benignam

Videtur dixiſſe benignam mentem, quaſi propenſam ad beneficia conferenda. Nec ſecus Catullus, cum ait ſcribens in ingratum.

Omnia ſunt ingrata, nihil feciſſe benigne,
Immo etiam tædet, tædet obeſtque magis.

## LOCA QVAEDAM HORATIANA. vbi de vino, & ebrietate fit mentio, declarata ex Græcis auctoribus.

VEterum Græcorum Poëtarum carmina interijſſe, vel ob id maxima dolendum eſt, quòd magna caremus vtilitate etiam voluptate, cum nobis ſit erepta facultas perſpiciendi, qua ratione illorum dicta, ſint imitati noſtri Latini poetæ. Satis enim conſtat hos nihil fere niſi ex illorum præſcribo, & imitatione ſcripſiſſe, Tragœdias Ennius, & Pacuuius ſuas verterant a Græcis. Terentius, & Plautus, reliquique omnes Comici inde quicquid ſcripſerunt, ſumpſere. Virgilius omnes ſuos lepores, & veneres ab Homero tranſtulit. Sicque plane exiſtimo in hoc qui non perſpicit imitationem, eum præter paucula quædam, quæ ad vim verborum latinorum pertinent, & elegantiam,

gentiam, nihil omnino vipere. Idem de Horatio dicendum. nemo enim illo studiosius est græcos imitatus. quanquam id non facile cognosci potest, quod græcorum scripta, sicuti ab initio dixi, interierunt. Sapesum admiratus in illius carminibus leporẽ summum, & festiuissimus dicendi genus, quo vtitur multis in locis summa cum varietate, dum ad conuiuia, & animi relaxationem hortatur amicos magna cum hilaritate. In hanc sententiam cum multe legerem sparsim apud Athenæum, qui nobis fragmenta quædam conseruauit poetarum, dum illorum versus suis intexuit libris, animaduerti, non pauca, quæ q̃ simillima essent Horatianis, suspicatusque sum, inde ea Horatium sumpsisse. ad notaui igitur nonnulla, vt iudicent eruditi, qualia tandem hæc sint, recteque nec ne sentiam Athenæus lib. x. vbi multa recensset ex Alcæo poëta, ait hunc fuisse ipsius versiculum.

„ Νῦ̃ χρὴ μεθύσκειν καί τινα πρὸς βίαν πονεῖν
„ Ἐπειδὴ κάτθανε μυρσίλος.

Priorem versum sic reddidit Horatius, Ode penultima libri primi. Nunc est bibendum, nunc pede libero pulsanda tellus. Subiungit rationem Alcæus esse indulgendum ebrietati, quoniã periit Myrsilus, quasi innuat, Cum Myrsilus vir summus atque immortalitate dignus perierit, ex hoc facile cognoscere posse nos, omnes esse morituros, atque ideo genio indulgendum, & bibendum esse, vt q̃ minima cum sollicitudine vita transigatur. Hanc ipsam sententiam sæpe exprimit Horatius.

Sed tunc in primis, cum ait.
Huc vina, & vnguenta, & nimium breueis
Flores amœnæ ferre iube rosæ.
Dum res, & ætas, & sororum
Fila trium patiuntur atra.
Cede coemptis saltibus, & domo
Villaque, flauus quam Tyberis lauit,
Cedes, & extructis in altum
Diuitijs potietur, heres
Diues ne prisco natus ab Inacho
Nil interest an pauper, & infima
De gente sub dio moreris
Victima nil miserantis Orci
Omnes eodem cogimur, omnium
Versatur vrna, serius, ocyus
Sors, exitura, & nos in æternum
Exilium impositura cymbæ.

Eodem in loco Athenæus de Alcæo loquens ait.

Καὶ καθόλου δὲ συμβουλεύων φησίν
Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω.

Et hoc Alcæi carmen videtur imitatus Horatius cum ad Varum scribit.

Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem
„ Circa mite solum Tyburis, & mœnia Catili.

In eadem Ode, cum inquit Horatius,

„ Non ego te candide Bassareu.
„ Inuito quatiam, nec varijs obsita frondibus.
„ Sub dio rapiam.

Videtur voluisse exprimere Menandri dictum.

„ ἐν ἀδελφοῖς.
„ Ὀκτὼ τὶς ὑποσχὼν αὐτῷ βόα, καὶ δώδεκα
„ Κυάθους, ἕως κατέσεισε φιλοτιμούμενος.

Quod declarans Athenæus ait.

„ Κατασείειν δὲ ἔλεγον ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς πότοις ὑπο
„ πιπτόντων, τὴν μεταφορὰν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν
„ τοὺς καρποὺς κατασειόντων.

Hæc verba si quis diligenter consideret, Videbit qua ratione Horatius dixit, inuitum quatiam. nam κατασείειν, est quatere apud græcos. Eodem in loco reprehendit Athenæus chamæleon rem Pontificum, qui cum ignoraret φιλίαν Alcæi, interpretatus est perperam ipsius carmina quædam, probatque his verbis delectatum fuisse magnopere Alcæum vino.

„ κατὰ γὰρ πᾶσαν ὥραν καὶ πᾶσαν περίστασιν πίνων ὁ ποιη-
„ τὴς οὗτος εὑρίσκεται. χειμῶνος μὲν ἐν τούτοις.
„ ὕει μὲν ὁ Ζεύς. ἐκ δ' ὀρανῶ,
„ Μέγας χειμών, πεπήγασι δὲ ὑδάτων ῥοαί.
„ κάββαλε τὸν χειμῶνα ἐπὶ μὲν τιθεὶς πῦρ.
„ Θέρους δέ.
„ τέγγε πλεύμονας οἴνῳ.
„ τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται
„ Α δ' ὥρα χαλεπά
„ Πάντα δὲ διψάσι ὑπὸ καύματος
„ τοῦ δὲ ἔαρος
„ Ἦρος ἀνθεμόεντος ἐπάϊον ἐρχομένοιο.
„ καὶ πάλιν.
„ ἐν δὲ κέρνατε τῶ μελιαδέος ὅττι τάχιστα κρατῆρα,

Hyeme igitur, æstate & vere ostendit ex ipsius versibus larga potione delectatum Alcæum. Hoc ipsum si ita ostendero in Horatij versibus expressum, vt non modo sententiæ, sed & verba quandoque exprimantur, quis non affirmet illum diligentissimum fuisse græcurum imitatorem? magnamque ex ea re percipiat voluptatem. Hyeme dum suadet Horatius bibendum, sic ait,

Vides vt alta stet niue candidum.
Soracte, nec iam substineant onus
Siluæ laborantes. Geluque
Flumina constiterint acuto.
Dissolue frigus, ligna super foco
Large reponens, atque benignius
Deprome quadrimum sabina
O Taliarche merum dyota.

In his versibus, quis non videat exactissime expressa illa Alcæi.

„ πεπήγασι δὲ ὑδάτων ῥοαί
„ κάββαλε τὸν χειμῶνα ἐπὶ μὲν τιθεὶς πῦρ,

Cum ait Horatius,
Geluque
Flumina constiterint acuto.
Dissolue frigus ligna super foco
Large reponens.

Æstate vero, cum sodales, vt bibant, monet, his vtitur verbis.

His in reducta valle, caniculæ
Vitabis æstus, & fide Theia
Dices laborantes in vno
Penelopen, vitreamque Circen,
Hic innocentes pocula Lesbij
Duces sub vmbra. nec Semeleius
Cum Marte confundet Thyoneus
Prœlia. Alibi.
Tyrrena regum progenies, tibi
Non ante verso lene merum cado
Cum flore Mœcenas rosarum, &
Pressa tuis balanus capillis
Iandudum apud me est. Paulo post.
Eripe te moræ.
Iam clarus occultum Andromedes pater
Ostendit ignem, iam Procion furit
Et stella vesani leonis
Sole dies referente siccos.
Iam pastor vmbras cum grege languido
Riuumque fessus quærit, & horridi
Dumeta siluani, caretque
Ripa, vagis taciturna ventis.

In quibus illorum ex exacta imitatio,

„ τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.
„ Α δ' ὥρα χαλεπά
„ Πάντα δὲ διψάσι ὑπὸ καύματος. Cum ait:
Iam Procyon furit.
Et stella vesani leonis,
Sole dies referentes siccos.

Vere autem, cum Horat. sudalea hortatur, vt largius potent, sic inquit.

Iam veris comites, quæ mare temperant,
Impellunt animæ lintea Thraciæ.
Iam nec prata rigent, nec fluuij strepunt
Hyberna niue turgidi.

Et quæ sequuntur paulo post.

Adduxere sitim tempora Virgilij,
Sed pressum calibus ducere liberum
Si gestis, iuuenum nobilium cliens,
Nardo vina merebere.
Nardi paruus onyx eliciet cadum,
Qui nunc Sulpitijs accubat horreis,

Spes

Spes donare nouas largus, amaraque
Curarum eluere efficax.

Iam vero quis non videat, & illud ex Alcæi versiculo dum cū alloquitur amphoram?

Viuæque producent lucernæ.
Dum rediens fugat astra Phœbus.

Alcæi versus hic est.

„ πίνωμεν, τί τὸν λύχνον σβεννύμεν,
„ δάκτυλος ἁμέρα.

Præterea illa οἰνοκρᾶσις, de qua cum loquitur Athenæus tam multa affert ex antiquis poëtis Græcorum, non ne apud Horat. sæpe nominatur?

Quo chium pretio cadum
Mercemur, quis aquam temperet ignibus? Alibi?
Quis puer ocyus
Restinguet ardentis Falerni
Pocula prætereunte lympha.

Versus græcorum hi sunt. Alcæi.

„ Ἕνα ὕδατος πρὸς δύο, καὶ τρεῖς ἀκράτου. *Pherecratis.*
„ Δύο ὕδατος πρὸς τέσσαρας οἴνου.
„ Πῶς ὦ καταρατε ἐνέχεας δύο ὕδατος.
„ Ὦ μάμμη, τὶ δ' οἴνου τέτταρας.
„ Ἔρρειν κόρακας, βατράχοις οἰνοχεῖν στεδεῖ. *Elphippi.*
„ Τρεῖς πρὸς τέτταρας οἴνον πίοις ἂν ἀσφαλέστερον.
„ *Alexidis.* Ἀπνεῦσι ἐκπιὼν, ὡς ἂν τις ἥβις ἴσον ἴσῳ κεκραμένον.

Vinum aquis mixtum ὑδαρῆ vocant,

„ Μὴ παντελῶς ἂν ὦ δίδου ὑδαρῆ,

Paulo post ex Hegesandro.

„ Τὸν οἶνον ὑδαρῆ πωλοῦντων τῶν καπηλικῶν ἐν ὧ στρατοπέδῳ
„ ἐκέλευσεν αὐτὸν πωλεῖν ἵνα τὸν ἀκρατέστερον ὠνοῖντο.
„ Vocant etiam κεκραμένον, non mixtum aūt appellant ἄκρατον.

Sed redeo ad Horat. Is numerum etiam poculorum obseruauit, opinor, ex Græcis ait enim,

Da lunæ propere nouæ,
Da noctis mediæ,
Da puer, auguris
Murænæ tribus, aut nouem
Miscentur cyathis pocula commodis.
Ternos ter cyathos attonitus petat
Vates. treis prohibet supra
Rixarum metuens, tangere gratia
Nudis iuncta sororibus.

At Eubulus ita loquentem inducit Bacchum

„ Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
„ τοῖς εὖ φρονοῦσι τὸν μὲν ὑγείας ἕνα
„ Ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι, τὸν δὲ δεύτερον
„ Ἔρωτος ἡδονῆς τε, τὸν τρίτον δ' ὕπνου
„ ὃν ἐκπιόντες σοφοὶ καλούμενοι.
„ οἴκαδε βαδίζουσιν. ὁ δὲ τέταρτος
„ οὐκέτ' ἀμέτρος ἀλλ' ὕβρεως.

Quintum dicit postea esse βοῆς, sextum κωμῶν, septimum ὑπωπίων, octauum κλήτερος, nonum χολῆς, decimum μανίας, & illud Panyasidis.

„ Πρώτη πόσις χαρίτων, ὡρῶν, καὶ διονύσου.

Secundum poculum veneris esse ait, tertiū vero ὕβρεως, καὶ ἄτης. hæc de numero poculorum.

Vinum curas diluere dixit Horatius.

Dissipat Euhyus
Curas edaceis. Alibi,
Siccis omnia nam dura Deus proposuit, neque
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines, & illud.
Nunc vino pellite curas. Et illud.
Tu lene tormentum ingenio admoues.
Plerunque duro, tu sapientium
Curas, & arcanum retegis lyeo
Tu spem reducis mentibus anxijs Item alibi.
Metire nobis Cæcubum.
Curam, metumque Cæsaris rerum, iuuat
Dulci lyeo soluere, & illud.
Sollicitis animis onus eximit.

Id quoque protulit Homerus,

„ οἶνον τοι μενέλαε θεοὶ ποίησαν ἄριστον
„ Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας,

Et Chæremon tragicus.

„ Παρασκευάζει δ' οἶνος τοῖς χρωμένοις
„ Γέλωτα, σοφίαν, εὐμάθειαν, εὐβουλίαν.

Hoc ita Horatius expressit.

Addocet artes.
Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Mnesitheus quoque

„ τοῖς μέτριον πίνουσι, καὶ κεκραμένον
„ Εὐθυμίαν φέρει, ἂν δ' ὑπερβάλῃς, ὕβριν.

Item panyasis,

„ οἶνος δὲ θνητοῖσι θεῶν παρὰ δῶρον ἄριστον
„ Πάσης δ' ἐκ κραδίης ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάξει.

Aliud quoque ebrietati attribuit Horat. fastum videlicet & pugnandi studium, cum ait.

Et addis cornua pauperi.
Post te neque iratos trementi.
Regum apices, nec militum arma. Item.
In prœlia trudit inermem.

Hoc ita in Diphili legitur versibus,

„ Ἐν πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε Διόνυσε
„ καὶ σοφώταθ' ὡς ἡδύς τις εἶ
„ ὅταν ταπεινὸν μεγαφρονεῖν ποιῇς μόνος
„ τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν,
„ τὸν ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν.

Horatius item illud ait.

Quæ subsequitur cæcus amor sui,
Atollens vacuum plus nimio gloria verticem.

Plato in Cratylo οἶνον dictum esse restatur, quasi οἴνον διὰ τὸ οἴησεως ἡμᾶς ἐμπιπλᾶν.

Nimis fortasse multa de hac re à nobis dicta sunt. At voluimus eruditos cognoscere, quam multa quæque apta in hanc sententiam sumpserit Horatius noster à græcis. Quorum poëmata si integra extarent, multo sanè maiorem ex tali locorum collatione, voluptatem, atque vtilitatem perciperemus. Verum quid prohibet aliquando vestigia hæc, quæ paucula adhuc visuntur, consectari.

## LOCVS HORATII DECLARATVS DE sortibus, & earum vsu.

VErsiculus est apud Horatium hic.

Setius ocius sors exitura.

In quo allusisse videtur ad antiquam consuetudinem ducendarum sortium, quæ & si à multis declarata fuit, optime tamen eam descripsit Homerus in Iliade his versibus.

„ Ὣς ἔφαθ' οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος
„ ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ ἀγαμέμνονος ἀτρείδαο.
„ Λαοὶ δ' ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον.
„ Ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν.
„ Ζεῦ πάτερ, ἢ αἴαντα λαχεῖν, ἢ τυδέος υἱόν.
„ ἢ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρύσοιο μυκήνης.
„ Ὣς ἄρ' ἔφαν. πάλλεν δὲ γερήνιος ἱππότα νέστωρ.
„ ἐκ δ' ἔθορεν κλῆρος κυνέης ὃν ἄρ' ἤθελον αὐτοί,
„ Αἴαντος, κῆρυξ δὲ φέρον ἂν ὅμιλον ἁπάντῃ
„ Δεῖξ' ἐνδέξια πᾶσιν ἀριστήεσσιν ἀχαιῶν.
„ οἱ δ' οὐ γινώσκοντες ἀπηνήναντο ἕκαστος.
„ Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸν ἵκανε, φέρον ἂν ὅμιλον ἁπάντῃ.
„ ὅς μιν ἐπιγράψας, κυνέῃ βάλε φαίδιμος αἴας
„ Ἤτοι ὑπέσχε χεῖρ' ὁ δ' ἄρ' ἔμβαλλεν ἄγχι παραστάς
„ Γνῶ δὲ κλήρου σῆμα ἰδὼν, γήθησε δὲ θυμῷ.
„ τὸν μὲν πὰρ πόδ' ἑὸν χαμάδις βάλε, φώνησέν τε,
„ Ὦ φίλοι ἤτοι κλῆρος ἐμός.

Qui græca intelligunt animaduertere in his possunt consuetudinem ducendi sortes, perspicereque, qua ratione dixerit Horatius sors exitura, serius, ocius. Sed quando huiusmodi sermonem ingressi sumus, agedum perscrutemur q̄ multis in rebus sortes adhibebantur. Sortiebantur Romani prouincias, vt consules, vtra vtri eueniret. Liuius Sulpitio Samnites. Apulia Æmi-

lio

„ ſto ſorte euenerunt. Sortiebantur iudices Damnetorum iudi-
„ cie, eductis ſortibus ex vrna, quod Virg. Minus attribuit apud inferos, cum ait.

Vrnam mouet ille ſilentium.

Sortiebantur veteres in Democratia magiſtratus Ariſtot.

„ ἐστι δὲ δημοκρατία, ἐν ᾗ κλήρῳ διανέμονται τὰς ἀρχάς.

Sortiebantur Imperatores Romani dies, quibus ſinguli imperabant. Liuius itaque Varro vnius ſors eius diei imperij eret, nihil conſulto collega ſignum propoſuit. Sortiebantur pericula, vt de Theſeo, & Minotauro narrat Virgilius.

In foribus letum Androgeo, tum pendere pœnas
Cecropidæ iuſſi (miſerum) ſeptena quotannis
Corpora natorum. ſtat ductis ſortibus vrna.

Pauſanias ἐν τοῖς μεσσηνιακοῖς, in quodam oraculo quod receñſet.

„ κόρην αἴγλῃ ἀκαντον ὑφ' πέροισι
„ κλήρῳ λαχοῦσαν αἰπυτίδων ἐφ' αἵματος,

Sortiebantur curſores locum in ſtadio. Virg.

Tum loca ſorte legunt.

Sortiebantur milites prædam. Virg.

Si vero capere Italiam, ſceptriſq. potiri
Contigerit victori, & prædæ ducere ſortem.

Habebat Reſp. Athenienſium quoſdam magiſtratus. Qui vocabantur κληρωτοὶ i. κατὰ κλῆρον γινομένοι. quales erant iudices. Mos autem hic erat apud Athenienſes creandorum magiſtratuum. Comperitores è magno numero paucos, & eos clariſſimos eligebant (eligebantur autem ab ijs, qui præerant lectioni) & eorum nomina mittebant in vrnam. Vnde κληρούμενοι dicebantur ij, quorum nomina mittebantur in vrnam. λαγχανόμενοι autem, vel λαχόμενοι, qui ſortibus ductis obtinuerant magiſtratus. erant etiam ἐπιλαγχάνοντες qui ſublegebantur primo. Conſueuerent enim Athenienſes τῷ λαγχάνοντι ſubſtituere ἐπιλαγχάνοντα. vt ſi quando prior ille λαγχάνων, aut morbo eſſet impeditus, aut morte præuentus, ſubſtitueretur ei in reliquum tempus magiſtratus ὁ ἐπιλαγχάνων. deſignabantur etiam ad priuatas lites dijudicandas κληρωτοὶ διαιτηταὶ .i. arbitri per ſortes electi. nam erant & διαιτηταὶ κατ' ἐπιτροπὴν qui eligebantur ab ipſis litigantibus.

## LOCVS HORATII DECLARATVS.

IN Epiſtola libri primi Horatius, cum ſe nullius diſciplinæ certum eſſe ſectatorem demonſtrat, philoſophorum, ſed ex omnibus ſe excerpere, quod optimum videatur, his vtitur verbis.

Nullius addictus iurare in verba magiſtri
Quo me cumque rapit tempeſtas, deferor hoſpes,
Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor,
Et mihi res, non me rebus ſummittere conor.

Neque vero locus hic eruditione caret, nam ſe ἐκλεκτικὸν eſſe ſignificat poëta. erant autem philoſophi ἐκλεκτικοί. Qui cum nulla haberent peculiaria dogmata, ex ceteris, ſe ligebant, quod optimum eſſe iudicabant, ac veriſſimum. De his meminit Diogenes Laertius in proœm. lib. j. his verbis.

„ ἔτι δὲ πρὸ ὀλίγου ἐκλεκτική τις αἵρεσις εἰσήχθη ὑπὸ Ποταμῶ-
„ νος τοῦ Ἀλεξανδρέως ἐκλεξαμένου τὰ ἀρέσκοντα ἐξ ἑκάστης τῶν
„ αἱρέσεων.

Talem & Cicero ſæpe in ſuis libris profitetur.

## ALTER LOCVS HORATII DECLARATVS.

CVm loquens Horatius de Baccho ait.

Addis cornua pauperi,

Videtur alluſiſſe ad antiquorum conſuetudinem, qui Bacchum κερασφόρον pingebant. Vnde Ouid lib. iij. Faſt. ait,

Mite pater caput, huc placataque cornua vertas,
Et des ingenio vela ſecunda meo.

Idem ſibi dicere videtur Horatius, cum ait.

Te vidit inſons Cerberus aureo
Cornu decorum, Et alibi.
Sæua tene cum Berecynthio.
Cornu tympana, Quæ ſubſequitur Cæcus amor ſui, &
Attollens vacuum plus nimio glorie verticem.
Arcani fides prælucidior vitro.

In his ipſis Horatij carminibus, etiam ſi ſatis cognoſci poteſt, cur veteres Baccho cornua attribuebant, non tamen fuit ab re, commemorare aliorum opiniones. Diodorus Siculus duas affert cauſas, vel quod primus coniungendorum boum auctor fuerit, vel quoniam Hammon pater cornua habuit. Sextus autem Pompeius ait ſimulacro Bacchi propterea cornu apponi, quoniam qui ebrij ſunt, adeo truces fiunt, vt videantur cornua habere. Athenæus lib. ij. ex verbis Platonis rationem reddit, cur veteres Bacchum Tauri, & Pardalis forma exprimebant, his verbis.

„ Πλάτων δὲ ἐν δευτέρῳ νόμων, τὴν τοῦ οἴνου χρῆσιν φησὶν ἐπὶ
„ γελως εἵνεκα ὑπάρχειν, ἀπὸ τοῦ δὲ κατὰ μέθην καταστήματος
„ καὶ ταύρῳ παρεικάζουσι τὸν Διόνυσον, καὶ παρδάλει διὰ τὸ
„ πρὸς βίαν τρέπεσθαι τοὺς ἐξοινωθέντας. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ θυμικοὶ
„ γίνονται, τοιοῦτος δ' ὁ ταῦρος. Εὐριπίδης.
„ ταῦροι δ' ὑβρισταὶ, καὶ ἐς κέρας θυμούμενοι.

Taurorum cornibus conſueuerant veteres vti pro poculis. quod, quia fortaſſe non eſt præter rem, de qua verba facimus ſerius erit eiuſdem Athenæi teſtimonio confirmare ait igitur.

„ τοὺς πρώτους λέγεται τοῖς κέρασι τῶν βοῶν πίνειν, δῆ-
„ λον δ' ἐκ τοῦ καὶ μέχρι νῦν λέγεσθαι, ὅταν συμμίσγωσι τῷ
„ οἴνῳ τὸ ὕδωρ, κέρασαι φάσκοντες. καὶ τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ κιρνᾶ-
„ ται ὁ οἶνος, κρατὴρ ἀπὸ τοῦ συγκιρνᾶσθαι ἐν αὐτῷ τὸ ὕδωρ ἀπὸ
„ τοῦ κέρατος, οἷον κερατὴρ, ἀπὸ τοῦ εἰς τὸ κέρας ἐγχεῖσθαι τὸ πῶ-
„ μα, διαμένει δὲ, καὶ ἔτι νῦν ἡ τῶν κεράτων κατασκευή. πολλοὶ
„ δὲ τῶν ποιητῶν παράγουσι πίνοντας τοὺς ἀρχαίους κέρασι.

Qualia vero ex poetis, & hiſtoricis ad hanc rem probandam adducat teſtimonia, licet vnicuique illic intueri, nam nimis longum eſſet, ſi omnia vellem tranſcribere, quæ ab illo narrantur.

FINIS.


SERIES CHARTARVM.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z.
A B C D E.

Omnes quaterniones, præter *, duernionem.



VENETIIS,
APVD IOANNEM MARIAM
BONELLVM.
M. D. LXII.



1360
15
3000
1360
10901

menencas

4000

3060

3950
31
37600
26700
303600



[illegible] de chabet.

